

J. a. 4. 7.

P
M. a. 4. 7.



2 400 40 - 3000
MADE IN SPAIN

Nº 1
62-36

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante C17
Tabla
Número 36

Prestado al P.^e Miguel Vazquez
R. 5830

B^o

GILBERTI
GENEBRARDI
THEOLOGI PARISIENSIS,
DIVINARVM; HEBRAICARVMQVE
LITERARVM PROFESSORIS REGII,
Aquensis Archiepiscopi, Chronographiae
Libri Quatuor.

PRIORES DVO SVNT DE REBVS VETERIS
populi, & praecipuis quatuor millium annorum gestis.

Posteriores, è D. Arnaldi Pontaci Basatensis Episcopi Chronographia aucti,
recentes historias reliquorum annorum complectuntur.

Hac postrema editione accuratiùs emendati, & ad annum 1599 perducti.

Uniuersa historia speculum, in Ecclesia praesertim saeculo, à mendacijs, maculis, imposturis Centuriatorum,
aliorumq; haeticorum detersum. In reliquis contra Iudeos, Paganos, Saracenos, Christiana
religionis antiquam veritatem perennitatemq; representans.

Subiuncti sunt libri Hebraeorum Chronologici, eodem interprete.

del C. de la Cruz de Granada

*Nil addit expurgatum
anni 1632.*



*Esta corrigido
conforme al expurg.
de 1632. a 26 de
Setiembre del mismo
año. y no añada el de 1640.*

Niego de Ribera

LVGDVNI,
Apud IOANNEM PILLEHOTTE, sub signo nominis IESU

M. D. XCIX.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



*Por comission de los señores Inquisidores de Granada se corrigió este libro conforme al índice
el año de 1632.*
Miguel Vazquez



D. ARNALDO PONTACO,

BASATENSI EPISCOPO, PIETATE

ET LITERIS INSIGNI G. GENEBRARDVS

Theologus Parisiensis diuinarum Hebraicarumque

literarum professor Regius.



OSTI, antistes ornatissime, è meis multorumque literis & sermonibus, quanto desiderio tua Chronographia à cunctis rei literaria ordinibus expectetur, eam ut luci reddas, qua, propter superiorum editionum exempla distracta & nusquam uenalia, iam dudum caret. Es quidem prolixè & sæpius pollicitus te illam ad me missurum, cogitatè recensitam, aduersariis exquisitis & singularibus aspersam, cum doctioribus & præstantioris notæ hominibus quibusque sedulo communicatam, quorum semper studiosissimus extitisti, in tuis illis præsertim duabus in Urbem & Italiam profectioibus, è libris denique raris Bibliotheca Vaticana, aliarumque Italicarum aucta, quibus tuam ipse locupletissimè muniuisti. Verum quoniam reip nostræ Christiana nimis diu voti persolutionem differis, & otium, quod captabas, tempus, quod constitueras, occasio, quam expectabas, dilapsa sunt, motibus bellicis non modo te tua Bibliotheca ad istud probè perficiendum necessaria orbantibus, sed etiam tuum unum sacrum caput, inter ceteros Episcopos, petentibus, quod tuæ Episcopos Urbis primaria cum reliquis penè omnibus à Quatoribus teneatur, indèque magnam, variam, ac multiplicem negotiorum molem sustineas: ne ego diutius literatorum optata morer, en cogor saxum istud uoluerè, & cum mea Chronographia de Mundo originario parte, tuam de Ultimi temporis curriculo eadem opera subijcere, diuturno decem annorum studio, varia multorum scriptorum lectione, summa librorum diuersorum meditatione auctam simul emittere, præsertim uerò ad confirmandam ueritatem & successionem Ecclesiæ, doctrinaque Catholica, contra rapsodorum Magdeburgensium imposturas, instruere. Cetera, quæ his deesse poterunt, fac, exhibeas, atque adeo perficias, quando paululum respirans è tantis ærumnis libros tuos assequeris, quietam ac pacatam Diocesim, Deo miserante, recipies. Ea ego in primis expecto, ea plerique omnes docti ac pijs auide expetunt. Et tuis enim scriptis tenent, quanto iudicio in hoc studij genere excellas. Intelligunt quantos labores in his omnibus explendis exantlare soleas, ad quæ animum adiacis, neque ignorant tibi copiam librorum multorum suppetere, quibus ipsi careant. Si opus ad me destinaueris, tibi que nostrum officium placeat, ac utile uideatur, efficiam, Deo duce, ut in hominum manus castigatissimum exeat, mendisque uacet, quibus uulgo eruditorum scripta per Typographos conspurcari solent, ea maxime, quæ quidem, ut tuum, in numeris atque subductionibus uersantur. Dum id facies, primo autem tempore, debes facere, ad te

hoc nostrum transmittito, tibi do, dono, addico, & pro tua veteri erga me benevolentia, ac meritis nuncupo. Priore parte veterem Ecclesia cursum ab ipsius mundi primordiis delibavi: deinde dedi operam, ut minimum à verbis & sensu scripturae discederem, quemadmodum docent testimonia, quae partim in eam rem, partim, ut indicem, quo loco plenior historia contineatur, inter duas columellas affero. Mox, ut suavis salutarisque cōcordia Cathedra Moisaica cum Doctrina innotesceret, successionem Patrum, Principum, Pontificum, cum Prophetarum successione coniunxi, quam non alibi facile, opinor, reperias. Nam in ea construenda plurimum astuavi, tot coactus volvere & conferre, vix ut sciam, qui eam ad Christum usque perducere potuerit, ac ordinem, quem Deus in Synagoga veteri posuerat, & seruauit, demonstrare. Immiscuimus, postremo res profanas, ut quos delectat humana cum diuinis, extera cum domesticis coniungere, ac eodem obtutu rerum penè omnium diuersas facies perspicere, vel etiam singula separatim per se contemplari, eorum hinc aliquod speculum habeant. Quocirca hic apparebit, quanta, quam diuturna caligo, & rerum antiquarum, atque adeo praestantissimarum ignoratio exteris nationes obruerit, quando è sex aetatibus tres primas omnium potissimas, utilissimas, propè necessarias, denique productissimas, ut quae bis mille sexcentis annis expleantur, penitus nesciuerunt. Tres contractiores mille quingentorum annorum spatio conclusas solummodo, & quidem leuiter perceperunt. Quartam enim, quae est Iudicum, ac recentissima, primam faciunt, Auream appellant, Deorum, Heroum, Semideorum parentem, alumnam, saeculum inscribunt. Quintam, quam Regum in sacris literis esse liquet, secundam statuunt, Argenteam nominant. Varias principatum, Dominatum, Rerum formas complecti aiunt, à Deorum filiis nepotibusque constitutas, in qua Olympiadum, aliarumque Aetatum, siue supputationum indicationes contigerint, quasi retro numerare illis minimè integrum fuerit, propter superiorum saeculorum vel nescientiam vel certè obliuionem. Sextam, quam Hebraei à Babylonica captiuitate rectè auspiciantur, tertiam putant, Aeream faciunt, Monarchiarum, ac ingentium Imperiorum Babylonicum, Persici, Graeci ad Romanum usque, conditricem profitentur. Septimam, aut potius sextam ultimam partem, & septimam primam quartae aetati tribuunt, ferreamque vocant, Parthicam, Punicam, Romanam, quae suo in carnem aduentu Dominus illustrauit, & è ferrea auream credentibus reddidit. Posteriore autem breuiter mille sexcentorum annorum historiam perstrinxi, eo praesertim consilio, ut rubiginem, ac maculas, quas à Centuriatoribus, & reliquis Haereticis historia Christiana contraxerat, abstergerem, plagas & vulnera quae Chronologia ab istis acceperat, sanarem, viros sanctos & nunquam satis laudatos ab istorum conuitiis, sycophantiis, maledictis vindicarem, veram Christianorum temporum faciem, atque formam ab istis contortam & personatam reponerem. Ideoque etiam inter cetera successioni cathedrae Ecclesiasticae, successionem doctrinae singulis saeculis siue centuriis, per modum Coronidis succenturiuimus, ut nos omni censu, praescriptione, auctoritate tabulis & instrumentis instructos esse doceremus, cum ad nostra iuste possidenda & defendenda, tum ad iniustos Ecclesiae tituli & fundi captatores iure depellendos atque profligandos. Quamuis enim tanta sit prerogatiua, tanta vis Cathedrae, ut, iuxta Augustinum, cogat bona dicere, non bona facientes, compellat prauè sentientes rectè docere, nec sua, sed aliena predicare permittat, hanc tamen summam eius cum Doctrinae perenni successione concordiam in exigua tabella speculari non mihi videtur otiosum.

Quin


Quin spero adeo hoc haereticos, in quibus aliquis conscientiae igniculus superest, percussurum, vel ut victas manus dent, suscipiantque cum omni auiditate Dei verbum, vel exemplo Thessalonicensium scrutetur in Sanctissimorum Maiorum scriptis, an haec ita se habeant. Funiculus triplex difficile rumpitur. Vbi ergo Dei verbum, Christi cathedra, perennis Maiorum doctrina consentiunt & colligantur, qui testes veritatis alibi querit, vel potius corrogat, perinde facit, ac qui ad firmandam fragilem trabem, vinculum ferreum reiciendum, simplicem & putrem ligulam adhibendam putat. Quae omnia quanti sint aestimanda, tum demum cognoscam, ubi tuo, tuique similium libramento, expensa ponderataque fuerint. Nam affirmare me perfecte omnia assecutum, hoc profecto arrogantis sibi que nimium tribuentis esse censeo, in tanta praesertim rerum varietate & tam discrepantibus scriptorum sententiis. Hoc unum ausim pronuntiare quinque primas aetates primo libro comprehensas valde cum sacris literis, ac earum interpretibus, Hebraeis maxime, quibus sua historia & litera sunt, opinor, notissima, congruere. Nouissima praefinitum calculum non perinde constare, ingenuè ac liberè fateor, ne quis eius à me ἀποδείξω expectet, quicquid nonnulli magno hiatu in suis Chronicis polliceantur & asseuerent. Scripturae enim illam aperto testimonio minimè definiunt, & Olympiadum, Urbisque Conditae anni, quae temporis ratio alioqui omnium inter profanos certissima creditur, dum vel inter se, vel cum rebus apud alias gentes actis componuntur, sunt incertissimi. Adhuc inter ipsos lis versatur sub iudice, quae Olympiade Cyrus in sacris profanisque paginis notissimus vigerit, quoto Urbis anno, Eadem est actio de Xerxe, Alexandro illo magno, Solone, Pythagora, Platone & reliquis clarioribus. Aetate Plutarchi historiae istorum ita erant confusa, ut multi negarent Solonis & Craesi congressum, & septem Sapientum conuiuium, atque alia huiusmodi cum temporibus congruere. Quin & hodie eruditi sudant docendo, quo pacto tempora ipsorum & Graecorum, à quibus Olympiadas accepimus, ut Atheniensium, Lacedaemoniorum, Achaeorum, Macedonicorum, Cyrenaicorum regum atque magistratum cum Olympiadibus conciliantur. Romani certum quidem tempus ab Urbe sua figunt, Regum, Consulium, Tribunorum, Principum, suorumque illustrium, at quando ab eis queritur, quoto tunc ageretur Olympias, quis tum in Graecia floreret, quis in Sicilia sibi finitima, quis in Perside, Aegypto, reliquis orbis partibus claresceret, obmutescunt, secum disputant, & sub annum quingentesimum, qui ducentis annis ortum Domini duntaxat antecessit, vix conueniunt. Causa est in promptu, quam utinam, qui nobis exactam omnium gentium rationum siue Chronicorum conciliationem & concordiam pollicentur, attenderent. Primum Urbis (Olympiadum, & aliarum Aetarum principia non satis sunt cognita & perspecta. Deinde ut sint cognita, nondum tamen inter se certo & definite comparari possunt, quoniam anni integri, quales ferè ab V.C. notantur, fractis, cuiusmodi sunt Olympiadum, Monarchiarum, Aetarum denique aliarum, non aperte per omnia respondent & consonant. Hinc Dionysius Halicarnassaeus rectè & hoc reprehendit in Thucydide, quod euenta belli Peloponnesiaci, per initia & exitus annorum Olympianicorum ita digesserit, ut cum gestis exterorum vix commodè comparari possit. Olympia enim annum quemque interfecant, ac semper ex uno, secundum vulgarem calculum, duos quodammodo efficiunt, dum tempus medium anno praeterito, reliquum sequenti assignant. Praeterea fasti saepe correcti sunt, aucti, diminuti, aliquando propè immutati, ut à Methone, Numa, Iulio Cæs. Augusto, & c. Den-

Act. 17

à iij

que, ut præteream Titi Liuij querimoniã de magnis erroribus tempora Romanorum consulum & magistratum, & rerum quoque anno gestarum implicantibus, Emergentes, ut vocantur, anni & vsuales, desinentes & finientes non secum ad amuſim consentiunt. Ac ut initio exiguam videantur inferre differentiam, progressu sanè maximam, maximoperèque notabilem efficiunt. Emergentes appellant, eos qui à quouis rei euentu, quouis anni vsualis tempore emergunt & incipiunt, & vertentibus duodecim mensibus solaribus finem habent, atque ita iterum in sua vestigia redeunt, ut solet fieri in Regum & Imp. initiis. Iam quantum in numerãdo id afferat discrepantiã, in vno Iulij Cesaris quinquennio libet ostendere. Eius Imperij primus annus tantum sex menses & aliquot dies ante Calendas Iulias complectitur, circa quas Pompeium ad Pharsaliam vicit & solus imperare cæpit. Quintus duos duntaxat menses comprehendit & dies quindecim, ut qui 15. Martij à cõiuratis interfectus sit. In illius igitur quinquennio menses ferè sedecim desiderantur, ac proinde veteres rectè eius Imperium annis tribus, mensibus octo desinierunt. Quapropter cum hoc discrimen sit momenti maximi, & multum temporis absorbeat, præsertim si per seculorum spatia sæpius repetatur, nunquam probavi nimis exquisitam illã Shuberti Ecclesiasticis Spirensis, quem frustra & ridiculè David Cnitreus commèdat, iuxta vetus verbum, se mutuo muliscabunt, Chytrai ipsius, & similiarum diligentiam, qui dum videri volunt, ne ab horula quidem cadere, sed minutissima quæque, & obscurissima præfinitè decidere. à toto excidunt, ac controuersias maiores iis, qui nodos, difficultates & scrupulos Chronologia notos habent, excitant, seque illis deridendos præbent. Solis verò indoctis fumos vendunt, qui gloriosis & vanis istorum titulis & sui ipsorum prædicationibus adducti eos vera putant dicere. Temerè enim Auctores mutare, reijcere, corrigere, corrumpere, sex regulas supponere, hypotheses ve fingere, quas doctus non facile dederit, suis studiis & imaginationibus adaptare compelluntur, & verbi gratia tradere, quod Shuberto diuinè excogitatum visum est (nam heretici omnia sua mirantur) duos esse Cyros coætaneos, Medum & Persam, unum, qui iuxta Herodotum à Tomyri Massagetarum regina interfectus sit, alterum Xenophontis, qui placidè in liberorum suorum complexu dormierit: duos Darios eiusdem temporis, quorum vnus Babylonis, alter Persis regnauerit, vnus Zorobabelem habuerit satellitem & Iudais fauerit, alter non item. Et ita de cæteris. Quanto rectius nobiscum profiterentur, in ineplicabili annorum confusione eum numerum & modum esse seruandum, non qui verissimus sit, sed qui probabilissimus veròque proximus videatur. Denique differentiam decem annorum aut etiam plurium non tanti esse faciendam, ut propterea implacabiliter de minutioribus dimicare, neque perpetuo contextu & tenore, historiæ vniuersa aut certè præcipua persequi debeamus. Quod enim parum distat, ut verbo fertur veteri, distare minimè videtur. Deinde Canones, Axiomata, Præcepta, Aphorismi, Apotelesmata, in omnibus artibus dantur in genere. Cum ad singula descenditur, non solet fieri, quin multa à regula discedant. Hoc consilio temporum summam vniuersè colligimus, membratim eam demonstramus, illa omnium seculorum præcipuas res, euenta viros armis, ariibus, disciplinis inuentis, scriptis, aliisque facinoribus nobiles concludimus. Siquid non vbiq; consensat, quanquam pauca, opinor, tu cæterique doctissimi equi consulite, & implacabilibus Scriptorum disidiis tribute. Nec verò ista, quasi quicquam huic studio decerpens, cæterorum iudicia occupem, aut quòd aliorum censuras & castigationes

reformidè. Verum quia ad recensioñe, ἐπιανόρθωσιν, ἢ κρατυτήν, & paratus sum ac meliora tradituro libentissimè velim cõcedere. Interim cū legerim è nostris præcipuos, qui hoc accurarunt argumentum, voluerim, contulerim, quum auctores sacros cum profanis diligenter comparauerim, quum præter ceteros, quorum hodie quidem recentes Chronologia circūferuntur (absit dicto inuidia) Hebræos & Chaldaeos cõsuluerim, vtererim, illustrauerim, quum hoc quater decennium in hoc opus consumpserim, si me propius ad veritatem accessisse dicam, meo iure id videor facere, nec vereri debeo, ut quisquam, vel temeritati, vel arrogantia, à qua me non haberi, sed esse alienissimum semper studui, ac per Dei gratiam studebo in perpetuum, id tribuat, quod summo labore & studio possedi. Præterea ab ipsis minimè soleo dissentire, & sicubi dissentio, quod in tanta mole non potest non contingere, id inuitus & molestè facio, & grauissimorum atque doctissimorum virorum rationibus, auctoritatibus, sententiis munior. Faxit Deus Opt. ut hic labor ad Ecclesiæ vsum maneat, tibiq; & Catholicis omnibus, quibus aduersus Hæreseon impuritatem scribitur, sit utilis ac gratus. Vale. E nostro Museo Parisiensi, Nouembri mense, ann. ab orbe salutari aduentus, Christi illustrato 1584.



GILB. GENEBRARDO THEOLOGO ET REGIO
Professori Clariss. Arnaldus Pontacus Episcopus Basatensis.



SUMMO omnium rerum opifice Deo (mi Genebrarde) summis votis ac precibus vnice semper efflagitavi nostrã antiquã studiorum tranquillitatem, ac illud honestum musarum otium, quo à tã multis annis vnã vsi sumus, ut & libros & studia repperem, à quorum necessitudine me cõplura negotia abstraxerãt, præsertim verò ut permultas obseruationes prætexerẽ, simul ac describerẽ, quas partim probatorum authorum lectioni, partim eruditorum hominũ cõsuetudine exceperam. Nam eruditionis laude celebratos conuenire sæper studui, meis in urbem & totam Italiam peregrinationibus, de rebus maximè ecclesiasticis, aliisve insignioribus Christi conseruatoris nostri salutã aduentum consequutis, ut Chronologiam, quam à viginti fermè annis cæpi emittere, auctiorem atque locupletiolem redderem. Verum toto eo tẽpore perduelliũ motus identidè repetuntur, regni, cuncta miscentes, vastãtes, perdentes, in mea seorsum diocesi, quam dum restaurare conor, atque ad antiquũ Dei cultum, diuinamque rem reducere, quã obsecro tranquillitatem, quod otium ad rem literariã mihi superesse potuisse cõses? Adde sanctas expostulationes & querimonias ab antiquis Episcopis & Pastoribus expressas, propter interpellationes, distractiones, labores nobis singulis pene momentis subeundos. Tibi notum est vetus Augustini dictũ & querimonia: Inter acervos occupationum, quibus nos alienæ vel cupiditates, vel necessitates angariatos trahunt, vix paululũ spacij ad dictandum datur. Hinc quoties tranquilli tuorum studiorum status recordor (recordor autẽ sæpius, non tuæ felicitati inuidens, sed mearum curarũ miserens) quoties, inquam, illius recordor, eumque comparo cum negotiorum fluctibus, qui-

bus nos Episcopi aliquo ministerij nostri sensu tacti, obruimur, mihi statim illud Bernardi talibus occupationibus oppressi occurrit: Infœlix ego homo natus ad laborem, implumis auicula, penè omni tēpore nidulo exulans, v̄eto exposita, & turbini, turbatus sum, & motus sum sicut ebrius, omnisque scientia mea deuorata est. Fœlices vos, quos abscondit Dominus in tabernaculo suo in die malorum, donec transeat iniquitas sub umbra alarū suarum. His ego similiter oppressus, cum te excusionē tuæ Chronologiæ procurare, me verò otio destitui ad meam tam paucō tempore perlustrādā, cernerem, ad te ea duntaxat, quæ prōpta paratāque habebam, possum mittere. Si illorū aliqua publicam notitiā merentur, cense, quaeso, decerne, tuo hīc iudicio vttere. Ingentem quidem tibi gratiam habeo, quod me crebris literis hortatus sis ad illam perficiendam, & ad te remittendam, vt denuo subiret typos: sed maiorē, quod singulari diligentia, summo erga Deū zelo, maximo erga cuiusque ordinis homines beneficio, meā, siue tarditatē siue cessationem cōpensaueris, quando perdoctā, illam, insignē, operosam Chronographiam ante tres annos, nō modò literatis non inuidisti, verum etiam in meo nomine apparere, ac pro tua modestia & nostra beneuolētia meā in illam conferre atque inferere, annorum numero atque ordine seruato, quē tenuerā, voluisti. Quā, vt i verū fatear, neq; quicquā apud te dissimulē, adeo exactā, & absolutā redidisti, vt à mea elaborādā, detēreat. Nihil enim video scribi posse perfectius, nihil rectius. Interim, quoniam huius generis argumentum patet amplissimè, potēstque augeri, iursum quoniā quæ de isto themate collegi, Reip. fore vtilia iudicasti, ecce exorari me patior: spero enim te illic nōnulla inuenturum, quæ ad depellendū tenebras à curiosa inscitia & ab inscia curiositate exortas valeant, quātum sanè spectat ad Ecclesiam & res in ea sanctissimè latas, atque institutas. Ad te præterea breui mittam, si otium Deus concesserit, notas & emendationes Eusebiani Chronici, à me iam pridē inchoatas, nunc verò perfectas, quod, vt scis crebris eruditorum questibus, erratis, maculisque respersum est. Adiciam meas ex Hæbræo commentariorum Rabinicorum è Salomone Iarhi, Abrahamo Abben Ezra, Dauide Kimhi in nouē minores prophetas conuersiones. Nam cæteri tres, id est, Abdias, Ionas, Sophonias ab iisdem illustrati annis abhinc quatuordecim, mea interpretatione in vulgus manarunt. Hæc autē omnia tanquam ab antiquo profecta discipulo, per Deum, nostræque amicitia fidei, oro, relege, recense, corrige. Ego pro mea parte vementissimè Deum interpellabo, vt te diu sospitem incolumēque Ecclesiæ seruet. Vale.



ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ

ἢ Ὀπισθοτάτου Γ. Γενεβράδου Ἐπολόγου ἢ
Ἑβραϊκῶν γραμμάτων βασιλικῶν
ἐρμηνείας χρονικά.

Εἶδεα ἢ τὰ γλῶσση, λογικῶν λόγων ἄφθιτα φησι.
Μόρσιμα πάντα μέρη, ἢ καὶ ἕκαστ' ἄτομα,
Τῆνεκα παιδοβόρῳ λέγεται Κρόνῳ, ἔμπαλιν αὐτῶς
Πάντα λαφυσόρμος, τὰ πρὶν ἔλκετε ἔρα,
Χρύσεια δ' ἀσειλίδες χρονικά τὰς φῶτας ἕκαστας,
Θῆκαν ἀεινήστας, πράγματ' ἢ μαρμα.
Ενθάδ' ἔνεσι μαθεῖν τῶ ἀγγύλιων κλέος ἀνδρῶν,
Ἐρπύζων τ' αἰών ὅσα διελύσατο.
Αἶδε γὰρ ἐξ ἀδύτων πολυθένθεος εἰσι μνησῆς,
Ἄνδρος Ἐπεμάχου τ' πολυσορέας.
Τοῦνομα κλεινόν, θεοδαῆς ὁ Γενεβράδος ἐστὶ,
Μάρτυς ἐτητυμῆς ἐχθρὸς ἀλιτροσωῆς.
Πᾶς ἔν τὰς σελίδας σιωχῶς ἐν χερσὶν ἐλίωσων,
Τὼ Ἐληθεδαῆ κῆρα θεῶν δαμάσει.

N. Γαλόνη.

CAROLVS BALLIVS PARI-
sienſis Praeſes ad operis auctorem.

ANTAE molis opus cuiusvis condere non est,
Hæc unum Auernum gloria tanta decet.
A te ita continuus sacrorum pingitur ordo,
Digeriturque, vt nil rectius esse queat.
Historias omnis generis complecteris arcto
Vnquam præcipuum quicquid in orbe fuit.
Quodque rei caput est summum, quæcumque sefellit,
Texit, corrupit, polluit hereticus:
Restituit prisco magna virtute nitore
Sanas, illustras, corrigis, atque doces.

**LECTORI AVCTOR DE CHRO-
NOGRAPHIÆ ET HISTORIA-
RVM METHODO.**

CHRONOGRAPHIAM, quàm Chronologiam tibi, studiose Lector tradere malimus, ne morem Calculatorum secuti, annosam vetustatem numeradam potius, quàm legendam proponeremus. Ingentes quidem summas are breuiori exprimere laudabile est & fructuosum, vt magni ac difficiles numeri celerius subducantur & concipiantur. At res magnas & multitudine sæculorū confectas duntaxat signare, non eiusmodi fuerit. Etsi enim breuiter dicta, legendo facilius percipimus & fidelius retinemus, nisi tamen cū vocabulis res ipsæ coniungantur, aut saltem delibentur, quicquid differitur, mihi videtur insipidum, Chronologia est nuda breuisque temporum commemoratio, non plena scriptio, historiarum imago, non rerum descriptio. Chronographia autem aliquanto latior. Hebræis esset Seder Olam rabbá, vt superior Seder Olam zutá. Non enim res tantū signat, computat, λογίζει, verum etiam effatur, vtcunque describit & explicat. Ne verò in tanta Temporum, Annorum, Rerum varietate deerres, aut temere per incerta & incomperta, in vastitate eiusmodi feraris, breuitatis rationem nequaquam deseruimus, viarum compendia captantes, quæ tuæ memoriæ totius huius disciplinæ difficultatem potius insignent. In Christum tanquam in scopū, tanquã in Cynosuram per certa itinera atque interualla tendimus, in quibus si velut de via fessus conquiescas & aliquantum respices, hac longa peragracione nihil iucundus, nihil facilius percipies. Nam nulla Methodus est aptior ad annosam antiquitatem animo complectendam, quàm si vniuersum Chronographiæ corpus in certas ætates ac sæcula distinguas, quæ nec nimis sint contracta, nec nimis prolixa, atque hinc exerceas, quod Rhetores præcipiunt, in Pespicitate tenendam esse partitionem, quæ nec sit minutior, nec amplior. Sic animus circūscribitur certis terminis, ne in immenso se conficiat, & dum caret stationibus & metis, in quibus se reficiat & suam profectiōnem dirigat, errore seductus vltimas cum primis cōponere nequeat. Oblata quies grata est, quod fit dum assullatim res tractatur, & non continenter circa pausam. Multi multa de Methodo ad facilem historiarum cognitionem eloquenter & doctè disputarunt, verum breuissima methodus est hæc, qua vetustatem vsque ad Christum in sex ætates diuidimus, posteaque membratim summam singularum ætatum demonstramus, & quid quaque ætate contigerit, præstingimus. Deinde quicquid à Christi ortu superest, in sedecim partes vel sæculapartimur & illorum euenta modo iam inchoato persequimur.

Cassiodorus li. de Institut. diuinarum scripturarum.

Ergo

Ergo, vt Temporum optimè distinguendorum, scitoque ordine digerendorum rationem facile percipias, ab orbe condito ad Christū nobiscū per sex ætates, quasi gradus, inæquales quidem, sed tamen certos & à scriptura designatos progredere. Deinde à Christo nato ad hunc annum 1585. per sedecim æqualia interualla & stationes, fac, peruenias. Nam solum sæculum decimum sextum inæquale est, vt pote octogesimo quarto an. definitum. Atque ita tædiū tantæ tamq; prolixæ peruagationis subleuabis, quemadmodum ingressi vastum longumque pelagus iucundius & quasi breuius nauigant, quando portus metasue norunt, in quibus sua corpora & naues debent reficere. Huius rei gustum, sequentis operis veluti Periocham, præbere hinc placet, vt si in foliorum multitudine experiri subterfugis, in paucis paginis id facias.

| Anni Christi | A B ORBE CONDI- to ad Christum nascen- tem an. 4089 patientem 4121. mens. 6. dies 16. | Anni mun- di. |
|--|---|---------------------------------------|
| | <i>Inductione sex ætatum id ostenditur.</i> | |
| | Ætas mundi Originarij, siue pri- morum patrum. | |
| Toti ⁹ oper. Rudis men- tum | Diebus sex conditur mundus. | |
| | Adam genuit Seth ætatis suæ & mundi anno 130. | |
| Genes 5. | Seth genuit Enos anno ætatis 105. | 235 |
| | Enos genuit Cainan ætatis suæ anno 90. | 325 |
| | Cainan genuit Malaleel an. 70. | |
| Genes 5. | Malaleel genuit Iared anno 65. | 395 460 |
| | Iared genuit Enoch anno 162. | 622 |
| | Enoch genuit Mathusalem an- no 65. | 687 |
| | Mathusalem genuit Lamech, anno 187. | 874 1056 |
| | Lamech genuit Noë anno 182. | |
| | Noë in diluuiο natus erat an- nos 600. | 1656 |
| | | <i>Prima ætatis euenta,</i> |
| | | <i>Viri illustres,</i> |
| | | <i>Docti,</i> |
| | | <i>Pontifices,</i> |
| | | <i>Propheta, à pag. 7. ad pag. 23</i> |

Summa, ab orbe, condito ad diluuium anni. 1656. dies 6.

Anni mundi.

ÆTAS DILVVII.

| | | | |
|-------------------------|--|-----|------|
| 2. Actas. Genes. 8. II. | Diluuium durauit annum vnum, dies | 10. | 1657 |
| | Sem filius Noë genuit Arphaxad ab eluuiione anno | 2. | 1659 |
| | Arphaxad genuit Sale ætatis suæ anno | 35. | 1694 |
| | Sale genuit Heber anno | 30. | 1724 |
| | Heber genuit Phalegh anno | | 1758 |
| 34. | Phalegh genuit Rehú ætatis suæ anno | 30. | 188 |
| | Rehú genuit Saruch anno | 32. | 1820 |
| | Saruch genuit Nahor anno | 30. | 1850 |
| | Nahor genuit Thare anno | 29. | 1879 |
| | Thare genuit Abraham anno | 70. | 1949 |

Summa à diluuiio ad ortum Abrahæ, anni 293. dies decem.

ÆTAS PATRIARCHARVM.

| | | | |
|---|--|------|------|
| 3. Actas. Genes. 7. & 21. Genes. 25. Exod. 47. Galat. 12. | Abraham genuit Isaac anno ætatis suæ | 100. | 2049 |
| | Isaac genuit Iacob anno | 60. | 2109 |
| | Iacob descendit in Ægyptum natus annos | 130. | 2239 |
| | Iacobæi manserunt in Ægypto annis | 430. | 2669 |

Summa ab Abrahæ ortu ad exitum de Ægypto anno 720.

AETAS

Secunda ætatis euenta.

Viri illustres.

Docti.

Pontifices.

Propheta, à pag. 23. ad pag. 39.

Tertia ætatis euenta,

Viri illustres.

Docti.

Pontifices.

Propheta, à pag. 39. ad pag. 71.

ÆTAS IVDICVM ET HEROVM.

Anni mundi.

| | | | |
|----------------------------------|---|-----|------|
| 4. Actas. Dent. 1. & 29. Iud. 3. | Moses populi ex Ægypto e ducti Remp. in deserto admini strauit, annis | 40. | 2709 |
| | Iosue de tribu Ephraim an. | 18. | |
| | Othoniel, annis | 40. | 2749 |
| | Aiod ambidexter cum in terregno, annis | 80. | 2829 |
| | Debora & Barac, annis | 40. | 2869 |
| | Gedeon, annis | 40. | 2909 |
| 9 | Abimelech eius filius, an. | 3 | 2912 |
| 10 | Thola, annis | 23. | 2935 |
| 10 | Iair, annis | 22. | 2957 |
| 12 | Iephte, annis | 6. | 2981 |
| 12 | Abesan, annis | 7. | 2988 |
| 12 | Ahialon, annis | 10. | 2998 |
| 12 | Abdon, annis | 8. | 3006 |
| 16 | Samson, annis | 20. | 3026 |
| 1. Reg. 1. | Heli iudex, idémque sacer dos, annis | 40. | 3066 |
| | Samuel & Saul regnarunt an nis | 40. | 3106 |
| | Dauid imperauit annis | 40. | 3146 |
| | Salomon templum ædifica re cœpit regni sui anno | 4. | 3149 |

Summa ab exitu de Ægypto, ad quartum annum Salomonis, siue iacta templi funda menta an. 480. ut 3. Reg. 6.

ÆTAS REGVM.

| | | | |
|---|-------------------------------|-----|------|
| 5. Actas. 3. Reg. 11. 2. Para. 12. & 13. 3. Reg. 15. 3. Reg. 12. 4. Reg. 8. | Salomon regnauit adhuc an nis | 36. | 3185 |
| | Roboam | 17. | 3202 |
| | Abia, annis | 3. | 3205 |
| | Afa, annis | 41. | 3246 |
| | Iosaphat, annis | 25. | 3271 |

Quarta ætatis euenta,

Viri illustres,

Docti,

Pontifices,

Propheta, à pag. 71. ad pag. 115.

Quinta ætatis euenta,

Viri illustres,

Docti,

Pontifices,

Propheta à pag. 115, ad pag. 161.

| An. do mini. | | Ann. | Menf. | Dies. | | |
|-----------------|---|------|-------|-------|---|---|
| 37 | S. Liberius Romanus. | 12 | 3 | 4 | <i>Interpontificia, Euenta, Res, Concilia, Patriarcha, Historiographi, ceteriq; Scriptores a pag. 407. ad 435.</i> | |
| 38 | M. Fœlix 2. Roman. | 1 | 4 | 2 | | |
| 39 | S. Damasus Lusitanus. | 19 | 3 | 11 | | |
| 40 | S. Siricius Rom. | 15 | 11 | 25 | | |
| 403 | <i>Summa cum interpontificiis 107. 5. SAECVLVM.</i> | | | | | |
| 403 | 41 S. Anastasius Romanus. | 3 | | 10 | <i>5. Saculi Imperatores, Doctores, Heretici, pag. 359. Interpontificia & q. Interregna, Euenta, Res, Concilia, Patriarcha, Reges, Historiographi, ceteriq; Scriptores a pag. 435. ad pag. 456.</i> | |
| | 42 S. Innocentius Albanus. | 15 | 2 | 25 | | |
| | 43 S. Zofimus Græcus. | 1 | 3 | 12 | | |
| | 44 S. Bonifacius. | 5 | 8 | 7 | | |
| | 45 S. Cælestinus Campanus. | 8 | 10 | 17 | | |
| | 46 S. Sixtus 3. Romanus. | 8 | | 18 | | |
| | 47 S. Leo Magnus Tuscus. | 21 | 1 | 13 | | |
| | 48 S. Hilarius Sardus. | 7 | 3 | 10 | | |
| | 49 S. Simplicius Tiburtinus. | 15 | 1 | 7 | | |
| | 50 S. Fœlix 3. Rom. | 6 | 11 | 17 | | |
| | 51 S. Gelasius Afer. | 5 | 8 | 17 | | |
| 500 | 52 S. Anastasius 2. Rom. | 1 | 10 | 24 | | |
| | <i>Summa cum interregnis 97. 6. SAECVLVM.</i> | | | | | |
| 500 | 53 S. Symmachus Sardus. | 15 | 6 | 22 | | <i>6. Saculi Imperatores, Doctores, Heretici, pag. 360. Interpontificia, Res, Euenta, Concilia, Patriarcha, Reges, Historiographi, Ceteriq; scriptores, a pag. 456. ad 478.</i> |
| | 54 S. Hormisdas Campanus. | 9 | | 18 | | |
| | 55 S. Ioannes Tuscus. | 2 | 8 | 28 | | |
| | 56 S. Fœlix 4. Samius. | 4 | 2 | 13 | | |
| | 57 S. Bonifacius 2. Rom. | 2 | | 2 | | |
| | 58 S. Ioannes 2. Roman. | 2 | 4 | | | |
| | 59 S. Agapetus Rom. | | 11 | 19 | | |
| | 60 M. Sylverius Campanus. | 1 | 5 | 12 | | |
| | 61 S. Vigilus Rom. | 18 | 6 | 26 | | |
| | 62 S. Pelagius Rom. | 6 | 10 | 28 | | |
| | 63 S. Ioannes 3. Romanus. | 12 | 11 | 26 | | |
| | 64 S. Benedictus Romanus. | 4 | 1 | 28 | | |
| | 65 S. Pelagius 2. Roman. | 10 | 2 | 10 | | |
| 604 | 66 S. Gregorius Magnus Roma. | 13 | 6 | 10 | | |
| | <i>Summa cum interpontificiis 104. 7. SAECVLVM.</i> | | | | | |
| 604 | 67 S. Sabinianus Bledensis. | 67 | 5 | 9 | | |

| Ann. Domi ni. | | Ann. | Menf. | Dies. | |
|---------------------|--|------|-------|-------|---|
| 66+ | 68 S. Bonifacius 3. Rom. | | 9 | | <i>7. Saculi Imperatores, Doctores, Heretici, pag. 360. Interpontificia, a pag. 478, ad 499. Euenta, Res, Concilia, Patriarcha, Principes, Historiographi, ceteri- que Scriptores a pag. 499. ad 520.</i> |
| | 69 S. Bonifacius 4. Marfus. | 6 | 8 | 13 | |
| | 70 S. Deusdedit Roman. | 3 | 3 | 20 | |
| | 71 S. Bonifacius 5. Neapolita. | 5 | | 20 | |
| | 72 Honorius Campanus. | 12 | 11 | 17 | |
| | 73 Seuerinus Romanus. | 1 | 2 | | |
| | 74 Ioannes 4. Dalmota. | 1 | 9 | 9 | |
| | 75 S. Theodorus Græcus. | 6 | 5 | 18 | |
| | 76 M. Martinus Tudertinus. | 6 | 1 | 26 | |
| | 77 Eugenius Romanus. | 2 | 9 | | |
| | 78 Vithahanus Volscus. | 14 | 6 | | |
| | 79 S. Adeodatus Roman. | 4 | 2 | 5 | |
| | 80 Domus Romanus. | 5 | 5 | 10 | |
| | 81 Agatho Siculus. | 2 | 6 | 15 | |
| | 82 S. Leo Siculus. | | 10 | | |
| | 83 S. Benedictus 2. Rom. | | 10 | 12 | |
| | 84 Ioannes 5. Antioch. | 1 | 2 | 19 | |
| | 85 Conon Trax. | | 11 | 3 | |
| 702 | 86 S. Sergius Antioche. | 13 | 3 | 23 | |
| | <i>Summa cum interregnis. 98. 8. SAECVLVM.</i> | | | | <i>8. Saculi Imperatores, Doctores, Heretici, pag. 360. Interpontificia Euenta, Res, Concilia, Patriarcha, Principes, Historiographi, ceteriq; Scriptores a pag. 499. ad pag. 520.</i> |
| | 87 M. Ioannes 6. Græcus. | 3 | 8 | | |
| | 88 Ioannes 7. Græcus. | 2 | 7 | 17 | |
| | 89 Sifinnius Antiochenus. | | | 20 | |
| | 90 Constantinus Syrus. | 7 | | 20 | |
| | 91 Gregorius 2. Rom. | 16 | 9 | 11 | |
| | 92 Gregorius 3. Syrus. | 10 | 8 | 24 | |
| | 93 Zacharias Græcus. | 10 | 3 | | |
| | 94 Stephanus 2. Rom. | | | 3 | |
| | 95 Stephanus 3. Rom. | 5 | 1 | | |
| | 96 Paulus Romanus. | 10 | 1 | 24 | |
| | 97 Stephanus 4. Siculus. | 4 | 5 | | |
| | 98 Adrianus Rom. | 23 | 10 | 17 | |
| | <i>Summa cum interpontificiis 94. 9. SAECVLVM.</i> | | | | |
| 796 | 99 Leo 3. Romanus. | 20 | 5 | 18 | <i>9. Saculi Imperatores, Doctores, Heretici, pag. 523.</i> |
| Ann. Domi ni. | 100 Stephanus 5. | | 6 | 24 | |
| | 101 Paschalis Romanus. | 7 | 3 | 17 | |
| 796 | 102 Eugenius 2. Romanus. | 4 | 6 | 29 | |
| | 103 Valentinus Rom. | | 1 | 10 | |

| <i>Anni mundi</i> | <i>Ann.</i> | <i>Menf.</i> | <i>Dies.</i> | |
|-------------------|-------------|--------------|--------------|--|
| 1002 | 104 | | | Gregorius 4. Rom. |
| | 105 | | | Sergius 2. Rom. |
| | 106 | 3 | 6 | Leo 4. Romanus. |
| | 107 | 2 | 9 | Benedictus 3. Rom. |
| | 108 | 9 | 13 | Nicolaus Magnus Rom. |
| | 109 | 5 | 12 | Adrianus 2. Rom. |
| | 110 | 10 | 2 | Ioannes 8. Rom. |
| | 111 | 1 | 5 | Martinus 2. Gallus. |
| | 112 | 1 | 2 | Adrianus 3. Rom. |
| | 113 | 6 | 11 | Stephanus 6. Rom. |
| | 114 | 5 | 6 | Formosus Rom. |
| | 115 | | 26 | Bonifacius 6. Tuscus. |
| | 116 | 1 | 3 | Stephanus 7. Romanus. |
| | 117 | | 3 | Romanus Tuscus. |
| | 118 | | 20 | Theodorus 2. Rom. |
| | 119 | 2 | 15 | Ioannes 9. Rom. |
| 901 | | | | <i>Summa cum interregnis 105.</i> 10. SAECVLVM. |
| | 120 | 3 | 4 | Benedictus 4. Rom. |
| | 121 | | 10 | Leo 5. Ardeatinus. |
| 901 | 122 | | 7 | Christophorus Roman. |
| | 123 | 7 | 4 | Sergius 3. Rom. |
| | 124 | 2 | | Anastafius 3. Rom. |
| | 125 | | 21 | Landus Sabinensis. |
| | 126 | 13 | 2 | Ioannes 10. Rom. |
| | 127 | | 15 | Leo 6. Rom. |
| | 128 | 2 | 12 | Stephanus 8. Rom. |
| | 129 | 4 | 15 | Ioannes 11. Rom. |
| | 130 | 3 | 10 | Leo 7. Romanus. |
| | 131 | 3 | 12 | Stephanus 9. Germanus. |
| | 132 | 3 | 10 | Martinus 3. Romanus. |
| | 133 | 7 | 10 | Agapetus 2. Rom. |
| | 134 | 9 | 3 | Ioannes 12. Rom. |
| | 135 | 2 | 22 | Leo 8. Rom. |
| 796 | 136 | 6 | 5 | Ioannes 13. Rom. |
| | 137 | 1 | | Benedictus 5. Rom. |
| 796 | 138 | 1 | | Donnus 2. Romanus. |
| | 139 | 8 | 7 | Bonifacius 7. Romanus. |
| | 140 | | | Benedictus 6. Rom. |
| | 141 | | 3 | Ioannes 14. Papiensis. |
| | 142 | | 8 | Ioannes 15. Rom. |

Interpontificia.
Euenta,
Reges,
Concilia,
Patriarcha,
Principes,
Historiographi, cateri-
que Scriptores à pag. 527. ad
520.

10. Saculi Imperatores,
Doctores,
Haeretici, pag. 523.

Interpontificia
Res,
Euenta,
Concilia,
Patriarcha,
Reges,
Historiographi,

| <i>Anni mundi.</i> | <i>Ann.</i> | <i>Menf.</i> | <i>Dies.</i> | |
|--------------------|-------------|--------------|--------------|--|
| 1002 | 143 | | | Ioannes 16. Romanus. |
| | 144 | | | Gregorius 5. Saxo. |
| | 145 | 2 | 5 | Ioannes 17. Græcus. |
| | 146 | 4 | 10 | Syluefter 2. Aquitanus. |
| | | | | <i>Summa cum interpontificiis. 101</i> |
| | | | | II. SAECVLVM. |
| | 147 | | 4 | Ioannes 18. Rom. |
| | 148 | 4 | 4 | Ioannes 19. |
| 1002 | 149 | 2 | 15 | Sergius 4. Rom. |
| | 150 | 11 | 13 | Benedictus 7. Tuscula. |
| | 151 | 11 | 9 | Ioannes 20. Tuscula. |
| | 152 | 13 | 4 | Benedictus 8. Tuscula. |
| | 153 | | 19 | Syluefter 3. Romanus. |
| | 154 | 2 | 7 | Gregorius 6. Rom. |
| | 155 | | 9 | Clemens 2. Saxo. |
| | 156 | | 23 | Damasus 2. Bauarus. |
| | 157 | 5 | 2 | Leo 9. Alfatius. |
| | 158 | 2 | 3 | Victor 2. Sueuus. |
| | 159 | | 7 | Stephanus 10. Lotharin. |
| | 160 | | 9 | Benedictus 9. Camp. |
| | 161 | 3 | 6 | Nicolaus 2. Allobrox. |
| | 162 | 11 | 6 | Alexander 2. Mediola. |
| | 163 | 13 | 1 | Gregorius 7. Hildebrandus. |
| | 164 | 1 | 4 | Victor 3. Beneuentanus. |
| | 165 | 12 | 4 | Urbanus 2. Gallus. |
| 1100 | | | | <i>Summa cum interpontificiis. 98.</i> |
| | | | | 12. SAECVLVM. |
| | 166 | 18 | 6 | Paschalis 2. Tuscus. |
| | 167 | 1 | 5 | Gelasius Caietanus. |
| | 168 | 5 | 10 | Calixtus 2. Burgundus. |
| | 169 | 5 | 2 | Honorius 2. Imolensis. |
| 1100 | 170 | 14 | 7 | Innocentius 2. Rom. |
| | 171 | | 5 | Celestinus 2. Tuscus. |
| | 172 | | 11 | Lucius 2. Bononienf. |
| | 173 | 8 | 4 | Eugenius 2. Pifanus. |
| | 174 | 1 | 4 | Anastafius 4. Romanus. |
| | 175 | 4 | 10 | Adrianus 4. Anglus. |

Cateriq; scriptores, à pag.
à pag. 552. ad 574.
II. Saculi Imperatores,
Doctores,
Haeretici,
pag. 523. & 324.
Interpontificia,
Res,
Euenta,
Concilia,
Patriarcha,
Reges,
Historiographi,
Cateriq; scriptores,
à pag. 574. ad 601.
12 Saculi imperatores.
Doctores,
Haeretici,
pag. 524.
Interpontificia
Res,
Euenta,
Concilia,

| Ann. da mus. | Ann. | Mens. | Dies | |
|--|------|-------|------|-----------------------------|
| 176 | 21 | | 19 | Patriarcha, |
| 177 | 4 | 2 | 18 | Reges, |
| 178 | 1 | 10 | 25 | Historiographi, |
| 179 | | | 27 | Cateriq; scriptores, à pag. |
| 180 | 3 | 5 | | 601. ad 637. |
| 181 | 6 | 7 | 11 | |
| <i>Summa cum interpontificiis 98.</i> | | | | |
| 13. SÆCVLVM. | | | | |
| 181 | 18 | 7 | 16 | Doctores, |
| 183 | 10 | 7 | 13 | Hæretici, |
| 1198 184 | 14 | 13 | | pag. 535. |
| 185 | | | 18 | Interpontificia, |
| 186 | 11 | 6 | 22 | Res, |
| 187 | 6 | 5 | 5 | |
| 188 | 3 | 1 | 4 | Euenta, |
| 189 | 3 | | 21 | |
| 190 | 4 | 2 | 10 | Concilia, |
| 191 | | 6 | 2 | |
| 192 | | 1 | 9 | Patriarcha, |
| 193 | | 8 | | |
| 194 | 3 | 8 | 15 | Reges, |
| 195 | 4 | 1 | | |
| 196 | 2 | | 1 | Historiographi, |
| 197 | 4 | 1 | 18 | Cateriq; scriptores, à pag. |
| 198 | | 5 | 7 | 931. ad 663. |
| 1303 199 | 8 | 9 | 17 | |
| <i>Summa cum interpontificiis 105.</i> | | | | |
| 14. SÆCVLVM. | | | | |
| 1303 200 | | 8 | 17 | 14. Seculi imperatores. |
| 201 | 8 | 10 | 15 | Doctores, |
| 202 | 19 | 4 | | Hæretici, pag. 525. |
| 203 | 7 | 3 | 17 | Interpontificia |
| 204 | 10 | 6 | 28 | Res, |
| 205 | 9 | 8 | 6 | Euenta, |
| 206 | 8 | 4 | | Concilia, |
| 207 | 7 | 2 | 27 | Patriarcha, |
| 208 | 11 | 8 | | Reges, |
| 209 | 14 | 11 | | Historiographi, |
| <i>Cateriq; scriptores à pag.</i> | | | | |
| 663. ad 689. | | | | |

| Ann. Domi ni. | Ann. | Mens. | Dies | |
|--|------|-------|------|-----------------------------|
| <i>Summa cum interpontificiis 101.</i> | | | | |
| 15. SÆCVLVM. | | | | |
| 1404 210 | | | 22 | 15. Seculi imperatores. |
| 211 | 2 | 7 | 5 | Doctores, |
| 212 | | 10 | 8 | Hæretici, |
| 213 | 5 | 15 | | pag. 525. & 526. |
| 214 | 14 | 3 | | Interpontificia, |
| 215 | 15 | 11 | 21 | Res, |
| 216 | 8 | | 19 | Euenta, |
| 217 | 3 | 3 | 16 | Concilia, |
| 218 | 5 | 11 | 26 | Patriarcha, |
| 219 | 6 | 10 | | Reges, |
| 220 | 13 | | 5 | Historiographi. |
| 221 | 8 | | 26 | Cateriq; scriptores, à pag. |
| 1503 222 | 11 | | 8 | 689. ad 709. |
| <i>Summa cum interregnis 99.</i> | | | | |
| 16. SÆCVLVM. | | | | |
| 223 | | | 16 | 16. Seculi Imperatores, |
| 1503 224 | 9 | 3 | 12 | Doctores, |
| 225 | 8 | 8 | 21 | Hæretici, |
| 226 | 1 | 8 | 6 | pag. 526. |
| 227 | 10 | 10 | 8 | Interpontificia, |
| 228 | 15 | | 29 | Res, |
| 229 | 5 | 1 | 6 | Euenta, |
| 230 | | | 22 | Concilia, |
| 231 | 4 | 2 | 27 | Patriarcha, |
| 232 | 5 | 11 | 8 | Reges, |
| 233 | 6 | 3 | 16 | Historiographi. |
| 234 | 13 | 1 | 3 | |
| 235 | 5 | 4 | 3 | |
| 236 | | | 13 | |
| 237 | | 10 | 10 | |
| 238 | | 2 | 1 | |
| 239 | 8 | | | |
| <i>Summa cum inter pontificiis 96.</i> | | | | |
| <i>quibus omnibus in unum re-</i> | | | | |
| <i>ductis existunt à Christo</i> | | | | |
| <i>nato 1599.</i> | | | | |
| <i>Cateriq; scriptores, à pag.</i> | | | | |
| 709. ad finem libri quarti, | | | | |

Relligionis amor, constantia semper, ubique
Laudatur cunctis in pietate, tenax.
Nulla sui nunquam falsos veneratur, adorat
Observatores vana superstitione.
Pontifices summe maiores atque minores

Antiquam Romam tu coluisse vides.
Impius inque noua Turcis Cadilesquerus, amens
Baldensis Caliphas fertur ad astra Scythis.
Arcadiae stolidae vilissima bestia Beza
Suspicitur ranis nuncque Lemnicolis.
Quod varios tutetur, amet, defendat iniquus
Acriter errores, stultus, auarus, hebes.
Quis non ergo colat iam te, miretur, honoret,
Extollat, celebret, te veneretur, amet?
Tu bonus atque pius, duro insuperabilis hosti,
Defensor Christi, malleus haeresum.
Ipsas incumbis totus noctesque diesque,
Vt vera doceas religionis opus.
Tuque Nouatores nostros confundis acutus,
Et victos herbam tu dare cogis eos.
Si tibi permultos similes praeberet IESVS
Doctores Christus maximus atque Deus,
Et subito nobis discordia magna periret,
Ac tranquilla forent tempora nostra diu.
Attamen, aspirante Deo, confidimus omnes,
Hereticos vnus quod cohibebis apros.
Qui frustra Domini vitem radicitus almam
Syluestres tendunt vellere dente fero.
Hoc dicunt monumenta satis, quae docta relinquis,
Communis prorsus utilitatis amans.
Non igitur gestabis ouans tu ferta triumpho,
Laurea vel dabitur vana corona tibi:
Sed te pro meritis ingentibus atque per amplis
Aeterna vitae premia certa manent.
Nosque tibi vitam longos producat in annos
Oramus proni supplice mente Deum.
Vt, doceas qui sunt modo, venturosque nepotes,
Innumeris scriptis atque iuuare velis.
Vt sic Herculeos nobis tolerando labores,
Tu virtute queas charior esse Deo.

Ch. Aug. S. D. Genebrardi in Heb. lit. Discipulus
grato pioque animo canit.



IACOBVS BILLIVS S. MICH. IN
Eremo Cœnobiarcha, ad eruditissimum Theo-
logum D. Genebrardum.

Qui tibi dat laudes, Siculis dat farra, dat undas
Fontibus, in vastum fert quoque ligna nemus.
Namque tui sat te celebrant, Genebrarde, labores:
Quaeque pariter, pariunt sat tibi grande decus.
Hac igitur scribo, non ut tua carmine laudem:
(Vendibili vino non opus est hedera,)
Sed tantum ut quisquis leget hac, non nesciat esse
Inter nos sanctae fœdus amicitiae:
Fœdus amicitiae, quod mors, quae cuncta resoluit,
Frangere sola queat, si tamen illa queat.

Mad̄er̄ & Mad̄er̄.

Extrait du Priuilege.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, A nostre Preuost de Paris, Seneschal de Lyon, Poictou, Berry, Champagne : Iuge d'Anjou, & du Mayne, & à tous noz autres Iusticiers & Officiers, ou leurs Lieutenants, Salut & dilection. Nostre trescher & bien aymé Jehan Pillehotte Marchand Libraire en nostre ville de Lyon nous a fait entendre qu'il auoit mis sur la presse vn liure intitulé, *Gilberti Genebrardi Theologi Parisiensis, Diuinarum, Hebraicarumque literarum Professoris Regij, Aquensis Archiepiscopi; Chronographia Libri Quatuor. Priores duo sunt, De rebus veteris populi, & precipuis quatuor millium annorum gestis: Posteriores è D. Arnaldi Pontaci Basiliensis Episcopi Chronographia aucti, recentes Historias reliquorum annorum complectuntur. Hac postrema editione accuratius emendati.* Ce qu'il n'a peu faire sans y employer beaucoup de traual & infinis deniers. Lequel liure ledict suppliant desireroit faire imprimer, mais il craint que autre que luy ne s'ingeraist de l'imprimer, le frustrant par ce moyen de ses frais & labeurs, s'il ne luy estoit sur ce pourueu de nos lettres à ce necessaires, humblement requerant icelles. Parquoy desirant ledit suppliant estre recompensé de ses labeurs, frais & mises, Auons à iceluy suppliant permis & ottroyé, permettons & ottroyons par ces presentes, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ou distribuer en cestuy nostre Royaume ledict liure intitulé *Gilberti Genebrardi Theologi Parisiensis, &c.* Sans qu'autre que ledict suppliant en puisse imprimer ou faire imprimer, vendre ne distribuer, iusques au terme de six ans, à compter du iour & datte de l'impression dudit liure. Et ce sur peine de confiscation de tous les exemplaires, & cinq cents escus d'amende. Si vous mandons, & à chacun de vous commettons, si comme à luy appartiendra, que de nostre present priuilege & du contenu en iceluy vous faictes & souffrez iceluy suppliant iouyr & vser pleinement & paisiblement: & à ce faire souffrir, & obeyr, y contraignez tous ceux qui pour ce serôt à contraindre par toutes voyes deuës & raisonnables: Car tel est nostre plaisir. Nonobstant quelconques lettres à ce contraires. **Donné à Orleans ce xxij. Iuillet, l'an de grace, Mil cinq cens quatre vingts dixneuf. Et de nostre regne le dixiesme.**

Par le Roy en son conseil

LE GRAS.

Acheué d'imprimer ce 20. d'Aoust 1599.



TEMPORVM AD CHRISTVM ETA CHRISTO AD NOS VSQVE BREVIS DESCRPTIO, QVATENVS SCRIPTVRIS sacris aut receptis Hebræorum veterum, atque aliorum probatorum auctorum scriptis, & Annali- bus confirmari potest.

Gilberto Genebrardo Theologo Parisiensi auctore.

SEX ÆTATVM,
IN QVAS DISTRI-
buimus mundi ante
Christum tem-
pora, for-
mulæ.

A orbe con-
dito usque
ad eluui-
onem sunt an-
ni 16.56. dies. 6.

2. *Ætas Patrum, que
& diluuij.*
Ab eluuiione ad ortum
Abrahami anni 293. dies. 10.

3. *Ætas Patriarcha-
rum.*
Ab Abrahami ortu, ad
egressionem Israelitarum ex
Aegypto anni 820.



ET ERES fermè mundi tem-
pora in quinque ætates ante
Christum distribuerūt. Latini
quidem, vt Augustinus lib. de
Genesi contra Manichæos, è
parabola de cõductis ad vineã
Mat. 12. primam ab Adam vs-
que ad Noe constituunt; alterã
à Noe vsque ad Abrahã, tertiã
ad Abrahã vsque ad Dauidem,
quartam à Dauidem, ad transmigratiõnem Iudæorum vs-
que, quintam ab illa transmigratiõne ad Christũ, vt iam
sexta ducatur à Christo ad mundi finem, (quam nos sep-
timã facimus (ad similitudinem sex Dierum creationis, vt
in septima (id est, cælesti) speretur requies. Græci vero, vt
Nicetas in 42. oratione Nazianzeni, primã ab Adamo ad
Noem, secundã à Noe ad Abrahamum, tertiã ab Abraha-
mo ad Mosem, quartã à Moise ad captiuitatem, quintam à
captiuitate vsque ad Christũ, vt sexta similiter à Christo
vsque ad diẽ iudicij protrahatur. Verum præstat in septẽ
distribuere, quòd Scriptura locis à nobis citatis, & nota-
biles mundi Ecclesiæque mutationes, variique euen-
tus hanc distributionem commodiorem & faciliorem
ostendant.

Mundum sexmilleannis duraturum non est Elię Tes-
bitis Prophetæ vaticinatio, sed cuiusdam Elię rabbini Iu-
dæorum Cabbalici commentum, in Talmud, tractatu Sa-
medrin, cap. Helec: & in tractatu de Idololatria, c. Libne: & in
tractatu de Sabbato. Cuius coniecturas assertit Rabbi Isaac
in primum cap. Genesios. Præcipuæ sunt hæ: Primus ver-
sus Genesis, qui cõtinet summam operum Domini, se-
xies literam exprimit. Aleph autem mille significat.
Deinde Deus sex diebus absoluit mundum, septimo qui-
euit, ac sabbatum consecrauit. Iam mille anni sunt apud
Deum, sicut dies hesternæ, quæ præterit. Postremò sex
primi parentes, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Ia-
mortui sunt, Septimus Enoch viuus in cælum transla-
tus est Post igitur millenarios sex, quibus labor & mors
vigerit, septimus initium erit quietæ & immortalis vi-
tæ. Hæcine, quæ coniecturis frigidis mittuntur possunt
videri prophetica? Quæ annotare libuit contra in-

1. *Ætas
mundi
origina-
rij.
è 1. 5. &
6. c. Ge-
nes.*

2. *è c. 7. 8.
10. 11.
Gen.*

3. *è c. 17. 25.
& 12.
Exod.*

fulsam & superstitiosam eorum opinionem, qui quasi in numerato habeant sæculorum fines, occinentes dictum Eliæ, nobis breui, definitoque anno extremum diem minitantur, cum ne Angelis quidem ille pateat. Vide clarissima Christi verba Mar. 13. V. 32. & 24. V. 22: Mat. 35. 12 Act. 1. 13. quæ, vt non simpliciter inficiantur aliqua posse esse argumenta, quibus mundi impendens ruina declaratur (nam nonnulla Scripturæ protulerunt) ita docent non esse studiosius inquirendum in dies, horas & momenta, quæ Deus posuit in sua potestate.

Definitam ergo & minutam annorum circumscriptionem reiciamus. Pronuntiatum autem Rabbinum Eliæ vniuersè verum intelligamus. Nam non carebit suo euentu in genere, præsertim cum apud nos idem tradiderint *Lact. lib. 7. cap. 7. Hilar. cap. 17. in Mat. Hierony. in epistolari expos. Psal. 89. ad Cyprian. Aug. li. 20. Cini. cap. 7. & vt addamus Græcos. Iren. lib. 5. cap. vlt. Iustin. q. 7. ad Gentes, German. Constant. lib. de Theoria, ad huc numerum quingentis adiectis, post Hippolytum, Cyrillum & Chrystost. Et apud Ethnicos Hydaspes, Trimegistus. Sibyllæ, auctore Lactant. & Orpheus citate Platone, et si alio sensu, *επι τῆ ἐν καταπαύσεται κομὸν αἰῶνός.**

Hebræi à Nouilunio Septembris siue Luna propinquire Autumnali æquinoctio, annum ordiuntur, existimantque eo mense orbem fuisse conditum, sequuti sententiam R. Eliezeris qui, id contra R. Iosuan defendit, annum auspiciantem à Nouilunio Martij, siue à Luna æquinoctio verno vicinore, quando sol arietem ingreditur. Vnde & festum Tubarum, quod primo die Septembris celebrabatur, vocant caput seu principium anni. Nec nisi ratione atque ordine Festorum & ministerij Ecclesiastici Nisan (qui ferè Martio nostro respondet) primum mensium, *Exod. 12.* dici interpretantur. Quod fit vt in cæteris negotiis, siue priuatis, siue publicis, itémque in consignanda temporum ratione à Tizri. i. Septembri numerent, vt *Ezech. c. 40. ver. 1.* Quos etiam in Ecclesiasticis sequuntur hodie Græci, vt constat ex ipsorum *ἠρολογίῳ & μηνολογίῳ* Mytilenensium. qui & idèò Constantinum magnum Indictionum suarum initium posuisse 23 die Septembris aiunt, quo scilicet Sol Libram inibat. Ex veteri instituto non modo Chaldæorum, Persarum, Aegyptiorum, Orientalium cæterorum, vt videre est apud Ioseph. Ant. lib. 1. c. 3. & Alphonsum in Tabulis, verum etiam Hetruscorum veterum, qui, vt è Festo Pompeio & Lini libro 7. colligitur, quotannis clauum annalem figebant Idibus Septembris, vt per eos clauos numerum annorum designarent.

Tamen nostrorum cõmunior opinio est Martiũ mundo dedisse principium, ac Scripturã ex eo fastos suos deducere. Nam Exodi 12. aperte scribitur, de Nisan, *Primus iste vobis erit mēsum.* & 23. solennitas Tabernaculorum in exitu anni, quãdo essent omnes fruges, fructusq; de agro congregati, agitari imperatur, quam sanè in Septembri celebratam è 23. Leuit. constat. Quod etiam sequimur, & ad Martium annorum supputationem in hac Chronologia dirigimus, cũ præsertim Christus eo mēse de Cruce pepēderit, mūdumque renouarit, & Daniel suas Hebdomadas, sextam ætatē terminãtes, ad eius perpeffionē deduxerit.

Adde me imitari nostras Ecclesias Gallicas, quæ ductæ iudicio & cõsuetudine D. Hieronymi, (vt in Catalogo c. de Ioãne Euãgelista, & c. De Papia) Sophronij, & Isidori, annos hinc deinceps supputarunt. Apparet è Gregorio Turonensi, apud quẽ mēsis vndecimus est Ianuarius: de-

4. Reg. 6.

5. libris Regũ & Paralip.

6. 25. Ierc. & 9. Dan.

4. *Iudicium, Deorum & Heroum.*
Ab egressu Israelitarum ad vsque iacta templi fundamenta, anni 480.

5. *Regum.*
A fundamentis templi ad captiuitatem Babylonica anni sunt 419. menses 6.

6. *Captiuitatis Ecclesie, siue Monarchiarum mundi.*
A Babylonica captiuitate ad Christum patientem, anni 553.

Summa, an. 4121. mens. 6. dies 16.

Quod membratim sic demonstrari potest.

Anni mundi.

Anni mundi.

Decēber, &c. Et apud Græcos Cātacuzeno. Apolog. 1. pag. 8. dum à Passione ad suæ scriptionis tempus annos 1360. numerat.

Nec est mirum hanc diuersitatem inter nostros reperiri, cum etiam R. Abraham scribat in 7. caput Danielis, suorum quosdam annũ incipere à Tizri, quod is sit principium orbis conditi: alios à Nisan, quod eo Patres egressi sint ex Aegypto. Nempe illis annus duplex, vulgaris & sacer. Vulgaris, incipit ab Autumno mense Septembri. Sacer siue ecclesiasticus, ab æquinoctio verno in Martio.

Cum infinitis retro sæculis absolutissima perpetuæque fuisset omnis felicitatis communicatio inter Patrem, Filium & Spiritum S. qui tres vnum Deum sistant, Deus ipse nullius rei indigus, sed per se felicissimus, post angelorum tres Hierarchias, siue nouem substantiarum incorporearum ordines, mundum hunc aspectabilem, non de hyle siue materia increata, vt Plato falso censuit, non ab æterno, vt Aristoteles, non ex atomis fortuitave aliqua concursione, vt Democritus, sed è nihilo, hoc temporis principio condidit.

Mundus ergo neque æternus, neque in tempore per necessitatem vel casum factus, sed liberè, quando, & quo momento, & quo modo Deus voluit, tanquam riuus è pleni & consummati boni fonte exoritur, prius materia, de qua fieret, è Nihilo procreata, preparataque ex eo, quod non erat, quam tenebras, abyssum, aquas, inanitatem, vacuitatem Moses appellat.



PRIMA ETAS.
LEGIS NATVRE,
quæ & mundi originarij, quasi populi Dei infantia.

DEVS è nihilo, id est, nulla antegrediente materia cælum & chaos. i. miscellã rerum omnium inferiorum, complectentem in certo gradu & ordine, quatuor elementa: deinde ex his reliqua quæ sub sensum cadunt, procreauit, diebus 6.



NGELI omniũ primi procreatur. Illis coæua faciunt tria Scholastici, post D. Augustinũ atque adeo Hebræos in Bereshit Rabba cœli, tẽpus, materiã, nisi quod R. Selomo. *Gen. 1.* citata etiã illa eadẽ Bereshit, eos malit conditos die secundo, cũ illos tamẽ Græci multũ ante huc mundũ productos cõtendant *Nazianzenus, Damascen. Suidas.* Græcis assentiuntur Hierony. Hilarius, &c. Quod certe est credibilis. Ideo enim Moses in genesi eorũ inter res tũ creatas nõ videtur meminisse, quod nõ essent de operibus sex dierũ, ac illic dũtaxat instirpisset Hexaemeron, siue opificiũ sex primorũdierũ describere. Alioqui alibi eos satis indicat fuisse à deo procreatos. vt cum Angelos Domini appellat, ministros & seruos ipsius facit, &c.

Siue autem sint cum mundo procreati, siue infinitis antè sæculis, tunc erant omnes valde boni, sed superbendo & altiorem gradum appetendo tertia pars, duce Luci sero eadem hora lapsu luctuoso de sua felicitate cecidit, misera, in malo fixa & obdurata euasit. Cæteri autem cum Deo manserunt, gratia aucti & confirmati, perfectaque beatitudine cumulati.

Primo die, qui dominicus, rerum creatio ptima rudis, que Mox lux rerum nobilissima & spiritali natura, finitima. Eo enim condantur materia informis, cælum, lux in modum lucidæ nubis, quæ vice Solis ortu suo dienas, & occasu noctem efficeret, terra, aqua, aer, &c.

Secũdo die & tertio, rerum dispositio, tribus reliquis ornatis, omnia maximo diuinæ potestatis, & sapientiæ argumento, addita benedictione secundum cuiusque naturam & speciem.

Paradisus item voluptatis, tertio, id est, ortus Edis secundissimus & amoenissimus omni stirpium, arborum

aquarum, fructuum genere, quando primum productæ sunt plantæ. In eo erat fons naturam Nili referens, qui coloni vice fungens ascendebat & irrigabat omnem horri superficiem, sicque alio aquarum genere alebat augebatque semina, atque terrâ pinguefaciebat, vt nihil imbribus cœloq; deberetur: Sicut de Nilo Plinius maior, lib. 18. c. 8. & minor in Traiani Panegyrico. Rectè autem Chrysostomus illum diluuiò ita obscuratum tradidit, vt in hominum ignorationem venerit.

Septimo cessauit Deus nouas species & nouos mundos condere, sat habens deinceps sua inerranti prouidentia & verbo potentia suæ semel procreata portare, conseruare, regere, ad debitum finem perducere. Quod exequitur omnia suauiter disponendo, id est, mouendo res procreatas iuxta modum naturæ ipsarum congruentem, naturales videlicet naturaliter, liberas liberè, contingentes contingenter. Nisi hunc ordinem & cursum singulari aliquo iudicio mutet, suspendat, imminuat, iuuet, perficiat, Hinc illud, Gratia naturam perficit.

Singula Deus fecit valde bona Gen. 1. id est, perfecta in suo genere, nempe in suo statu, integritate, perfectione, vigore. Non enim creauit, Verbi gratia, hominem in cunis, infantem, vel puerum, vel decrepitem, rudem & indoctum, sed ætate, sapiëntia, virtute, scientia perfectum, &c. Non arbores in semine, virga, sed cum frondibus, fructu, &c. Item valde vtilia & commoda mundo, item pulchra, speciosa, decora pro ratione essentia cuiusque. Tot Hebraicè ea omnia significat.

* Adam in agro Damasceno (Hebræorum alijs, in ipsa terra Israelica) è terra virgine sexto & vltimo die orbis conditi, annis ante Christi passionem 4122. tanquã creaturarum omnium finis & possessor producitur. Idque extra paradysum, muliere in paradiso paulò post de eius dormientis latere constituta: & ad imaginem Dei, in naturalibus mentis facultatibus, & ad similitudinem in gratuitis donis, quæ quia postea peccato suo amisit, Dei similitudinem perdidisse memoratur, non item imaginem.

In paradysum translatus, & Eua consortio consolatus, multa de Christo & Ecclesia prophetauit. *Ephe. 5.*

Eodem die, quo fuerat procreatus, transgressus est, mortalisque factus, ac ideo etiam Christus sexto die conceptus est & passus, vt eius lapsum repararet.

In agrum Hebron vna cum Eua exul pellitur, vbi & sepelitur. *Ios. 14.* iuxta interpretationem Midras & D. Hieronymi. Aliis tamen sepultus dicitur in loco Caluarie, prope Hierusalem, deinde translatus in Hebron.

E paradiso emittitur, vt operaretur & coleret terram, de quaerat sumptus. Ad eum decipiendum diabolus, cum spectari non posset per essentiam, vt pote incorpoream & inuisibilem, serpente vsus est, quod esset animal comparatum ad ipsius ingenium, commodum ad scandendam arborem mortis, denique quia concessum. Non enim Deus eum alio vti permisit, quò homo posset fatanam per istum loquentem facilius detegere, sicque tentationi resistere.

Sic deinceps dæmon ad fallendum apud gentes loquebatur per statuas, in oraculo Dodonæo per quercum, cū Apollonio Thyaneo è Philostrato per vlmum, cum Pythagora per fluuium è Porphyrio, cum Iuliano Apostata & Maximo philosopho diuersis vocibus & modis, cum Magis hodie per hircos, capras & cuiusmodi belluas

In

Anni
mundi.

* Ad extremū diei sexti, quod erat initiū propè diei septimi, Adam è limo fingit, eique è nihilo mentem infundit.

Deinde de latere Adæ dormientis costam tollens, mulierem procreat. In cuius rei signum viri vna costa, mulieres vsque hodie superrant.

Anni
mundi.

In suo exilio diuturnissimo, se Dei Psalmis & laudibus consolabatur. Vnde Talmudici inter vndecim libri Psalmorum auctores eum nominant. Condidisse aiunt *Ps. 92.* qui, *Psalmus Cantici in diem sabbati*, inscribitur, & beneficium creationis: ac erga res procreatas prouidentiam celebrat.

Adam humani generis Sator, parens atque origo. Vnde nomine speciei appellatus est. Nam Adam Hebraicè hominem sonat. Cum prophani hunc primum esse hominem ignorarent, alij vt Aegyptij, se tredecim millium annorum historiam literis comprehensam habere finxerunt (*Mela*) & barbara quædam hominum nomina excogitarunt. Alij, vt Indi, vt ex ipsorum chronicis profert Hebræus Cozras, Adami patrè & præceptorem etiã nominarunt. Alij mundi æternitatem introduxerunt, & rerum in illa æternitate gestarum memoriam obliteratam asseruerunt certis eluuiõibus & exustionibus. Nos, quibus sacra historia innotuit, non solum primum hominem assignamus, sed ab illo etiam certam, rectam & perennem lineã, successionemq; relictis cæteris ramis, deducimus.

Profanorum alij humanam naturam æternam asseruerunt, Alij primum in Attica natos fuisse homines, alij in Arcadia, alij in Aegypto, *Theodo. lib. 5. Græcar. affectio.* Alij in Scythia, *Iustin. histor. lib. 2.*

Hæc prima ætas, pauca habet monumenta, quod inundatione Noë omnia ferme interciderint.

Quæ habet, hæc sunt.

Ab eius hominibus artes tam ingenuas, quàm mechanicas fuisse repertas indicat Moyses *Genes. 4.* Oracula Henoch citat B. Iudas in sua Canonica. Ipsiùs libros Christiani Aethiopes ostentant. Seth & Enos inuenisse astrologiam & duabus columnis inscripisse, characteresque Hebraicos excogitasse verus est traditio, è Cedreno, Iosepho, Rabbinis, &c.

Homines erant longæui, quia natura erat simplicior & incorruptior. Præcipue autem diuina prouidentia, vt ad filios, notitiam Dei propagarent & suo exemplo eum colere, sacrificijs placare, fidem in Christum retinere docerent. Hic hanc longæuitatem, R. Léui scribit opus fuisse prouidentia, non naturæ. Sic ferè Iosephus, vt posset experiri & obseruare disciplinarum artiumque rationes, causas, principia, &c. Nam artes longæ & experimenta difficilia, quæ non possunt satis colligi, nisi obseruato syderum ad sua principia reditu, magno anno. Dru viuebatur ad multiplicandum genus humanum, & ad scientiarum principia inuenienda. Nemo tamen ad mille annos peruenit. *August. lib. 15. de Ciuit.* Vbi quidam Bacchón frustra putauit annorum Hebræorum alios fuisse lunares, alios mensium siue lunarum duodecim, & quando sunt embolici, tredecim, vt suo loco ostendam.

Erant fecundi, quod Scriptura significat *Gen. 5.* dum ebs ait genuisse filios & filias, & traditiones Heb. dum narrat eorū partus fuisse perpetuo geminos & tergeminos ob corporis molem & copiosos humores, sic prouidete Deo humani generis multiplicationi, ob quam gradus cognationis matrimoniū nõ prohibebat, sed nec alij casus, præter disparitatem religionis, vt colligunt è *Gen. c. 6.*

Erant ingeniosi. Nam paucò tempore repererunt artes liberales & mechanicas, quod Moyses *Gen. 4.* significat, dum inuentores rerum, quarum vsus est præcipuus inter homines, notat.

A iij

Erant proceri & quasi Gigantes, Vnde & Berosus Noeum Gigantem appellat. statura enim hominum post diluuium paulatim contracta est, vt & vita, cum propter climata & inclinationes caeli varias, ad quas dispersi sunt Gen. 10. & 11. tum propter sequentium aetatum intemperantiam, aliasque vitiositates, tum ob assiduum naturae fluxum, diminutionem & quasi defectum. Quare qui gigantes siue Nephilim, Gen. 6. dicuntur, ita appellantur per comparationem aliorum.

Cetera traduntur primis quinque aut sex capitibus Genesis Mosaicae, ad quae licet nihil certo possit adijci, quod Mose nullos habeamus auctores antiquiores, tamen hic sex aut septem possunt interferri, praeter ea, quae ex historijs & traditionibus Hebraicis suo loco & ordine depromemus.

Primum vt *Arnobius lib. primo contra Gentes*, Platonis in Critia, imaginationes de bello Atlantico, quod Solon in Aegypto audiuit extitisse ante diluuium. Moses sane scribit tum fuisse Gigantes & quamuis tacet an se mutuis bellis confecerint, hoc tamen innuere videtur, dum eos ait fuisse potentes a saeculo, Heb. *Gibborim*, quod epithetum est heroum & strenuorum bellatorum, dumque addit fuisse famosos siue magni nominis. Hac enim formula videtur notari eorum fortitudo tyrannica & rerum gestarum magnitudo, Quod autem haec aetas referatur tota traducta intra orbis mediterranea, nec vero ad mare Atlanticum. i. fines Africæ, Europe, aut etiam Asiæ peruenisse, nihil obstat. nam huius Gigantomachiae causa, victi in extremas oras profugere, & victores illuc victos persequi potuerunt, non tam habitandi, quam se vlciscendi studio.

Secundum de columnis coelilibus, de quibus Iosephus libro 1. Nempe lapides coeliles pro siderum ratione inscriptos ante Ninum septingentis annis, fuisse in Babylonia repertos, vt liqueat ante diluuium literarum, praesertim mathematicarum, vsum extitisse.

Tertium de Chaldaeorum disciplinis. Nam eos ante Graecorum monarchiam quadraginta tribus millibus annorum menstruorum, qui ter mille sexcentos triginta quatuor solares conficiunt, literarum, & Astronomiae principia coluisse memorant. Hi autem ducti per Imperium Persicum, Babylonicum & quinque primas Scripturae aetates in Adami centesimum quinquagesimum primum, & Sethi vigesimum primum incurrunt. *Chaldaeorum historijs.*

Quartum de libris Henoch, de quibus Tertullianus citat. integras paginas, de quibus suo loco.

Quintum de quindecim Aegyptiorum dynastijs, vt regnum eorum antiquissimum & cum primis ferè hominibus natum esse videatur. Nempe quia decima sexta & vltima Thebanorum dynastia, quia ante Hicfos (vt appellati Manetho apud Iosephum) imperarunt, exactè ante diluuii principium incidit, vt obseruant apud Eusebium.

Sextum apud Rabbinos de gemina fame, vna sub Adam ob peccata Cain & filiorum eius, altera sub Lamec propter Gigantum scelera. Et de diluuiio Enos, quo tertia hominum pars interijt.

Septimum de Epicureismo è Luc. 17. & Mat. 24. Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabant, ad vsque diem, quo intrauit Noe in arcam & venit diluuium ac omnes perdidit. Addunt Hebraei tyrannides, violentias, direptiones, raptus nuptiarum & innuptiarum, è 6 Gen.

Octauum de fabulis Gigantum, quod haberent homines Patres, quae Eusebij nomine (inquit Augustinus de

Anni mundi.

Cūit.)

Gen. 5.

a ADAM genuit Seth
ætatis

Anni mundi.

Cūit. (circumferuntur & è scriptis Henoch ob antiquitatem fidei suspecta iudicata traduntur.

Praeter haec supersunt duntaxat nomina Patrum, quae uis aureum fuerit saeculum, cuius comparatione nostra lutea dici mereantur.

a ADAM peccat astu Satanæ per serpentem, vt per fistulam, loquentis. secutus est lapsus, fons mortis, morborum & cæterarum calamitatum. Sic enim sibi relictus est homo. deperdita autem gratia atque iustitia, originaria, qua praeter naturam fuerat affectus, frustra Philosophi aliam malorum causam quaesierunt.

Ex eo tempore homo necessario moritur. 1. quia habet corpus compositum è quatuor elementis se mutuo per contrarias qualitates oppugnantibus, donec vnū eorum reliqua vicerit. 2. quia perdidit iustitiam originariam, quae sola reddebat corpus, ad pondus, cuiusmodi nunc medici frustra quaerent, vel corporis momentum ad mortem corrigebat & coercerat.

Post peccatum, semen benedictum Christus promittitur. Haec illa prima Dei promissio Euangelij fons multis deinceps saeculis repetita, varijs figuris delineata, oraculis & vaticinijs incultata, qua se consolabantur Patriarchae vsque ad eius aduentum.

Hortus Eden, qui paradysus voluptatis in Eden Mesopotamiae regione, *Ex ec. 17. & 31. Es. 27. 4. Reg. 16.* ad Orientem terrae Sanctae, irrigarus, quatuor maximis fluminibus. Gage, Tigri, Euphrate, Nilo. *Gen. 2.* Sed diluuiio tandem omnibus sursum deorsum turbatis, ob ruptas maris, terrae, acris cataractas, *Gen. 7.* ita immutata est terrae facies, vt loci illius vestigium vix vllum deinceps superferret, & fluiorum illorum oculi siue fontes in alias regiones, easque disuinctissimas translati sint magno incolentium bono. Omnes enim terram, quam alluunt, oblimant. Spatiū terrae his fluijs hodie comprehensum ferè est tertia terrarum pars. Ne quis putet paradysum illum hodie extare, aut locum vbi olim ille extitit, iisdem allui, fluijs. Aliqui eum longè lateq; patuisse scribunt per Syriam, Arabiam, & Mesopotamiam.

Illic fuit coniugij institutio, benedictio, dominiū in beluas & res alias corporatas homini tributum. Lex de obedientia & temperantia. Sabbathi sanctificatio, quod & obseruatum toto legis naturae tempore tradunt Hebraei & Lyranus, *Genes. 7.* vt & alia quae legalia. Verbi gratia, sacrificiū de animalibus, non quibuslibet, sed mundis tantum, abstinentia à suffocato & sanguine. *Genes. 8. 9. 17.*

Adam penitentiam egisse dicitur Sap. 10. Eam capit, quando abscondit se à facie Domini, metuens eius iram, quae facies Hebraicè significat. Continuauit annis ferè mille. Agricola, & Agricolarum exemplum. *Zach. 13.* propheta, in Seder Olam. cap. 21. siue prophetico spiritu imbutus. Ab origine omnis generis scientia, virtute, iustitia, gratia donatus, sed peccato posteriora amisit, citra spem eorum recuperandorum, nisi ex solo redemptoris beneficio & fide, per quam nouam iustificationem fuit consequutus, tam ipse, quam reliquū humanū genus. Scientia remansit, per quam diuinas & humanas artes posteros docuit, per quam & ante lapsum nomina rebus, maxime animantibus terrae & volucribus caeli imposuerat. *Genes. 2.* Ex quo sapientissimū & naturae cuiusque scientissimū unum fuisse oportet, vt proinde per eum ad posteros philosophia de animantibus & rebus physicis manuerit.

Cecinit *Psal. 92.* in diem Sabbathi, vt eius sanctitatem &

cultum posteris relinqueret ad recolendum creatoris beneficium & magnitudinem. Talmudici in Baba Bathra. vsque ad tempus videlicet secundi Adam. i. Christi, quo ad maius beneficium. i. recreationis & redemptionis recolendum, in diem Dominicum conuerteretur.

Libros scripsit, de quibus Aug. lib. 18. de Ciuit. c. 38. Quorum (Adæ puta & Enoch) scripta, vt apud nos & Iudæos in auctoritate non essent, nimia fecit antiquitas, propter quam videbantur esse suspecta, ne proferrentur falsa pro veris. Nam & proferuntur quædam, quæ ipsorum dicuntur ab eis, qui pro suo sensu, passim, quæ volunt credunt. Hæc ille.

In agro Damasceno formatus fertur in Trad. Heb. ex humo rubra, Nam Adama, ex qua dictus est, humum rubrum sonat, qualis est gleba Syriæ & Armeniæ. Alij in terra Israel, quod rejicit Abben Ezra, Gen. 2.

Abel alendorum pecorum artem primus inuenit, in usum lanarum & pellium. Nondum enim usus carniū, pisciumve ante diluuiū receptus fuit, dum ea Gen. 9. iam tanquā olera virentia (Gen. 1. in cibum concessa) permittit. etiam si reclamet Iustin Martyr. q. 118. ad Orihod. Potuisse autē vti commodissime, radicibus, fructibus, herbis citra usum carniū facile declaratur, ex his quæ scribit Iulianus Apostata apud Suidam in Herodoto. Vsus autem lanarum & pellium monstratur à Deo, dum primos homines paradiso mox eiciendos pelliceis vestibus amicituit Gen. 3. Et consuendi artificium (vt agriculturæ & multarū aliarum rerum) ab Adamo & Heua, dum in paradiso sibi consuerunt folia ficus & fecerunt perizomata, sive subligacula, Ibid.

Sed nec animalia vlla, vt Leones, canes, vultures toto illo originario æuo videntur vsa carnis, ex his, quæ docet Basilius ho. 11. Hexa. Quod colligit è 1. & 9. Genes. Quo fortasse alludit Elaias c. 11. Leo quasi bos comedit paleas, significans sub Christo omnia fuisse reuocata ad primam simplicitatem & statum.

Cain iuxta Heb. traditionem anno mundi 13. nascitur, iuxta Nostros, teste Nangiaco, an. 15. Sororem (Calmanā quidam apellant) eodem secum partu genitā duxit. Nam primi illi partus fuere gemini tergemini ve. ac masculus & fœmina simul nascebantur, inter quos matrimonij nexus nondum esset prohibitus, Bereschit Rabba, Gen. 4. Abel autem iuxta vtrosque trigésimo, qui postea ætatis octésimo occiditur, Virgo (etsi duas gemellas sorores habuerit, quibuscum posset matrimonium agitare, sicut in Bereschit Rabba.) Sacerdos & Martyr. Ob quas tres dotes Ecclesia ab Abele incipere dicitur, hō ab Adam, qui alioqui ad eam pertinuit, & diuturno mille ferè annorum lucem cœlum promeruit. Ireneus.

Hos Adam in spiritu docuit offerre Deo decimas & primitias. Guliel. Nangiaco. Et reliquum Dei outem. Nā inde habuit Abel, vt de grege suo agnū, Cain de suo agro terræ fruges offerret.

Signū reconciliationis in sacrificio Abelis apparuit, dū de cœlo tactum est. Hebræi. Nam hī respectum Dei ad Abelis munera combustionem cœlestem interpretantur, & historia Aaronis Leu. 9. Manuæ Iud. 5. Eliæ 3. Reg. 18. Salomonis & aliorū litantium 2. Par. 7. confirmat. Quin & addunt in illo igne leonis faciem fuisse conspectā, vt adubraretur Leo de tribu Iuda. Nēpe eiusmodi sacrificia typus erant Christi, & per eum Deo placebāt, qui seipsum verā & vnicam hostiā pro peccatis nostris oblaturus erat.

Abel

ætatis suæ & mundi anno 130.

Anni mundi.

130

Caino mundi primogenito.

ADÆ

SÆCVLO.

130.

Anni mundi.

130

ADÆ SÆCVLO LO.

Abel primus litauit Deo. Hebræi tamen tradunt Adamum prius bouem siue iuuenem sacrificasse illumque ritum filios docuisse.

A fratre interficitur in agro Damasceno, qui & inde nomen accepisse fertur. Nā Dammelec. q. sanguinis mixtio. quod secūdum fuit in terris hominum scelus, propter quod terra deūo maledicta est.

Dux civitates ab his fundatur. Abel, prima prædestinatorum forma, Dei & iustorum ciuitatem iacit, quæ ad hūc vsque diem peregrinatur in hoc mundo multis calamitatibus obnoxia. Cain, primum reprobōrū exemplar, Diaboli & impiorum ciuitatem erigit, qui quasi terræ domini & ciues loca terrena construunt. Hinc filij Dei & filij hominum Genes. 6. de piis & impiis.

Primus ante diluuium regni speciem cōstituit (Ios. p) vt post, Nimrod; Præclara Regiæ maiestatis origo, propter quam miseri mortales vsque adeo superbire debeant. Sed Sacerdotium Ecclesiæ, quod in Abele cepit illo regno temporali fuit antiquius, quod demū post diluuium incepit. Aluarus de planctu Ecclesiæ. c. 37.

Ex maligno orat. & occidit fratrem, quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iusta. 1. Ioan. 2. Sic Abel mortuorum primus, Cain primus parricida. vt mundi solus cum suā posteritate. esset dominus, sator, & parens, R. Isaac.

Ei Deus notam imposuit, ne quis eum interficeret. Veteres Hebræi putant esse literam vnā nominis ipsius, fronti eius impressam, verbi causa n. Nam est ridiculum, quod recentiores fuisse putant cornu in fronte. Græci malunt tremorem membrorum, suspirium & fœditatem vultus.

Agros colere, serere & metere docuit, excogitauitque cum filio suo Henoc artem ædificandarum ædium, aut saltem ciuitatum. Ponderum item & mensurarum usum.

Cum posteritate incolit Assyriam & huiusmodi orientis partes. trans Tigrin & Euphratem, vt Adam, Seth, & sancti posteri. Syriam & vicinas occidentis regiones cis Euphratem. Sese occupantes in colendo Deo sacrificiis cruentis & incruentis, colenda terra, pascendis pecoribus & huiusmodi artibus naturalibus & innocuis. Genes. 4.

Nam Edem regio Mesopotamiæ, vbi erat paradysus terrestris inter eos separabat. Genes. 4.

A Lamec septimæ ætatis nepotē pro fera occiditur sub annum vitæ septingentesimum. Bereschit Rabba.

Heresim condidit contra Prouidentiam, non esse iudiciū, neque iudicem, neque premiū pro iustis, neque poenam pro impiis, nec Dei misericordiā creatum esse mundum, multo minus regi. Targum Hierosol. & Iosephus lib. 1.

Eius parricidium secutam grauissimam famē multorū annorū, quæ prima fuerit è decem memorabilibus in Scriptura indicatis tradit initio Targum Rut. Fortassis quia Gen. 4. scriptū est. Maledictus tu ex terra (i. ex parte terræ) cū operatus fueris eam, nō dabit tibi fructus suos.

Adam genuit primo Cain, sed Ecclesiæ & maiorum Christi successionem duntaxat in textu persequimur, vt & Scriptura, quæ plures quidem filios & filias ei tribuit Gen. 5. verum ne primogeniti quidem. Cain progeniem in longum producit, quod absumpta sit diluuiū, ac à Deo desciscens falsos Deos & sacra asciuisset. Seth verò vsque ad Christum perducit Luc. 3.

Seth literas Hæbraicas & stellarum nomina cōmentus

Genes. 4. & 5.

b. SETH, genuit Enos an. 105.

130.

235.

est

est. Suida. Astronomiæ inuentum. ei etiam tribuitur. Iosephus.

Seth q. positio quoniã positus à Deo loco Abelis. Gen. 4 vel fundamentum, quodd futurus esset mundi fundamentum, cæteris eius fratribus & propinquis diluuii excisis. Fasciculus Myrrha.

Genitus ad imaginẽ & similitudinem Adæ. Gen. 5 id est, bonus vt Adã, pius, pacificus, quietus, non vt Cain turbulentus & improbus, qui fratricidio ius primogenituræ amiserat, Alioqui iste fortasse similitior erat Patri, quantum ad lineamenta corporis & formam,

Apud homines gloriam adeptus est, & super omnem animam generis Adam. Ecclesiast. 49.

Henoch vrbium prima de nomine primogeniti Cain, hanc in Libano fuisse scribunt, vbi erat lignorum copia, nempe mos & sylua eiusdem nominis cedrina. Non tamen illic fuisse videtur, sed potius in Assyria, vel alia regione trans Tigrin, quæ esset Orientalis ipsi paradiso Eden. Nam Genes. 4. Egressus Cain a facie Domini. (i. loco, in quo ei apparuerat Dominus, siue loco vbi erat coetus piorum, quem Deus solet respicere & favore proficui.) habitauit profugus in terra Nod (quasi exilij & fugæ, vt latine latium, quod illic latuisset Saturnus) ad Orientalem plagam Eden. i. vltra Mesopotamiam, vbi erat Eden, quouique à Lamec suo abnepote interficeretur.

Ante eam Cain locum quendam edificasse à Iosepho scribitur, Nais nomine. Deinceps auctu familia hanc urbem construxisse, ibique primi regni aut potius latrocinij, quo pij ad diluuium vsque infestati sunt, formam & sedem constituisse.

Videtur autem Nais corruptè positum pro Nod. Nam Nod inhabitasse dicitur post fratricidium, Genes. 4. Erat autem regio ad Orientale plagam Mesopotamiæ, in qua Dominus paradysum voluptatis platurat ab initio (vel ab Oriete, Gen. 2.) Ab euentu sic nominata, quoniam Nod sonat fugam, exilium, quodd in illa terra à Patre & pijs profugus & quasi in exilio procul habitauerit, qui ad Occidentalem plagam eiusdẽ Eden in Syriae partibus commorabantur.

Inde per tam multos annos hominum coetibus condiporuere etiam vsque ad diluuium plurimæ ciuitates.

TEMPORE. Enos cepit idololatria, fictitiorumq; deorum cultus. Hic solus in sua familia veram & auitam religionem retinẽs, pietatem instaurauit. In hanc sententiam extrema verba capitis. 4. Genes. Hebraorum doctores accipiunt in Genesi magna.

Scriptisse fertur de religione & modo inuocadi, item de disciplinis. Nam filiis Seth tribuitur colunarum ad posteritatis disciplinam de linea à Iosepho, Suida, Plinio decantata.

Huic fragmentum de nonnullis diuinis à Iuda Apostolo citatum aliqui tribuunt. Marianus Scotus, sed peperam. Nam in B. Iuda legitur, Septimus ab Adam, Enoch, non Enos, qui sane fuit ab Adam tertius.

Aliis homines ab Adam vsque ad Sem filium Noë, Deu vniuersorũ conditorẽ coluerunt. Nullus enim eorũ taxatur, quodd diis alienis fuerit deditus, vel immudis demonibus obtulerit. Cyril. initio lib. 1. contra Iulianũ Apostatã.

Ita, quãdo tempore Enos nominatim legitur conceptum inuocari nomẽ Domini, solẽnior quidam cultus tunc institutus significatur. Alioqui Adam, Cain, Abel, Seth, simplicẽ sacrificandi ritũ vsurpauerant: Simplex enim huius

Gen. 4.

Cain ciuitatis Diaboli & regni impiorum conditore. Deinde Henoccius primogenito siue Cainitarum secundo.

AD Æ SÆCVLO.

Gen. 5.

Enos genuit Cainan ætatis suæ anno 90.

Gen. 4.

Irad Cainitarum tertio.

Anni mundi.

235

325

235

325

loci

Anni mundi.

325

AD Æ SÆCVLO.

Gen. 5.

Cainan genuit Malaleel, anno 70.

Mehuaele Cainitarum quarto.

Ibid.

Malaleel genuit Jared, anno 65.

loci sententia pendet è superioribus. Interea dum Cain & eius soboles fundendis metallis, ducendis multis vxoribus, ædificandis vrbibus & tentoriis, cæteris rebus mechanicis & huius vitæ excogitandis intenderent. (Nam hæc toto cõtextu præcesserunt) Enos natus est Setho, qui cepit inuocare nomen Domini: id est, Enos tantum operæ posuit in amplificando Dominicultu, quãtum laboris isti insumebant in rebus caducis, sese planè dedens religioni excogitans solennem inuocandi Dei ritum, adiecto animo ad superiorem & diuinorem vitam. Pulchra antithesis. Isti excogitabant res ad hanc vitam vtilis, hic ad futuram.

Hinc ab Enos filij Dei, à Cain filij hominum, Gen. 6. Tunc enim cœperunt filij hominum desistere ab orando Deo, eiuque nomine inuocando. Onkelos Gen. 4. quod prænoscens Seth filium suum Enos vocauit q. ærumnosum & calamitosum, quodd sub eo miserũ & calamitosum futurum esset sæculum, degenerantibus scilicet hominibus à vero Dei cultu ad idololatriam & praua opera.

Diebus Enos Oceani exundatio tertiam mudi partem perdidit. Nec tamen sequentes ætates respuerunt, sibi metuendo à copiosiore diluuiio. R. Selmo Gen. 6. quasi fue rit præludium vniuersalis.

Tum etiã gigantes cœperunt esse in terra, quos Scriptura vocat Anachim: Ibid.

Ab Anac primo Gigante de cognatione filiorum Dei siue Seth, Abben Ezra, Ibid.

Hoc etiam tempore ab Adam, Seth, & huius stirpis nepotibus, duæ tabulæ vel columnæ factæ, vna ahenea (iuxta alios lapidea siue marmorea) contra aquæ eluiones, altera lateritia contra ignis conflagrationes, in quibus liberales artes, præsertim doctrina de Deo & Mathematicæ. In earum altera promissionem de semine, id est, Christo Adæ factam, cælatam scribunt.

Cainan videtur quoque primogenitus fuisse. Nã ab Adam vsque ad Noë, vno Seth excepto, omnes fuisse dicuntur primogeniti. R. Kimhi initio libri Paralip.

Nec mouet, quod nonagesimo anno Patris dicatur natus. Nam hæc ætate non nisi circiter septuagenarij procreabant. Bereshit Rabba & R. Isaac. Genes. 10. vt in secunda ætate ob contractiorẽ vitam incipiebant generare, quando erant 30. annorum aut circiter. Genes. 10. Nam. vt infantia, pueritia, iuuentutis & reliquarum ætatum interualla erant longiora & tardiora, quam post, ita etiam vires & functiones. Semel autem apertis feminalibus fontibus & genitalibus causis atque rationibus gignebant filios & filias. Gen. 5. i. numerosa vtriusq; sexus sobole augebatur.

Mortuus est sub Noë, cum expleuisset annos nongentos & decem, quadringentis viginti & vno annis ante diluuium. frustra autẽ dubitatur, an isti anni fuerint æquales nostris. nam Scriptura nullos alios agnoscit, & annus diluuij Gen. 7. & 8. dierum fuit 365. à decimo septimo mensis secundi, vsque ad vigesimum septimum eiusdem mensis vertentis anni, mensium autem duodecim, nominato secundo, septimo, decimo, primo, iterum secundo, cuius dies vigesimus septimus exprimitur, ne quis cogitet menses pauciorum dierum, quã nunc.

Tunc erant Gigantes in terra ac deinceps. R. Selo. Genes. 6.

Malaleel sub Noë quoque excessit, cum 895. annos confecisset, ducentis nonaginta sex ante diluuium.

Fuit quoq; primogenitus. Nisi quod nonnulli existimãt

probabi

probabile Patrem celerius alios genuisse, sed propter pietatem Malaleem ius & dignitatem primogenituræ assecutum, quemadmodum Seth, Sem, Iacob, Iudas fratribus ipsorum natu maioribus præteritis, ad primum gradum prouehi meruerunt. Hinc Malaleem propheticè nominatum. q. Laudatorem Dei. Atque ita hic tantum fieri mentionem virorum illustrium, è quibus Abraham deinde ex eius semine populus Dei, tandemque Christus nasciturus esset nulla habita ratione primogenituræ.

f E T is quoque Noëi sæculo obiit: natus annos nōgentos sexaginta duos, ante diluuiū ducētis triginta quatuor Omnium diutissimè vixit dempro Mathusale. Nam superauit ætatem Adæ 32. annis.

Hic fuit maximus mūdi descēsus siue declinatio in religiones & moribus, vt proinde propheticè (quemadmodū multi alij Patriarchæ, Seth, Noë, Phaleg, Abraham, Isaac, Iacob, &c. non dubito quin & multi alij, quorū etymon non affert Scriptura) propheticè, inquam, fuerit appellatus Iared q. descensus. Nam loco diuinarum artium emergunt prophanæ professiones & artes mechanicæ per Lamec & eius filios.

Nam Lamec à Caino sextus cum hoc, qui ab Adamo quoque sextus fuit, videtur concurrisse, si modo gradus Cainitarum, gradibus Setteorum respondent.

Cain enim concurrat cum Adamo Patre, vt qui tredecim annis eo duntaxat fuerit iunior. Henoc Caini primogenitus cū patre Seth, vt qui ipso fuerit aliquāto senior, aut certè æqualis, vt colligi potest è 4. Genes. Sic reliqui Alioqui Moses tantum recensuit posteros Cain vsque ad septimā progeniem, & neglexit annos vitæ, quoniā nihil piorum refert, ista scire, siue quia nimis isti diu vixerūt cū sibi tum aliis, siue quia male perierunt omnes ac diluuiū in caput cæterorū accersuerūt Nominatim Irad, Mehuiael, & Methusael infeliciter periisse tradit R. slo. Gen. 6.

Caini autem stirpem vsque ad septimum gradum perduxit Moses, primò ad docendam Dei bonitatem, qui non statim ad eum vliscendum processit. 2. ad iustitiam demonstrandam, quia tandem puniuit & peccata parentis, etiam in filios æquè prauos requisuit. 3. ad veritatē oraculi sancendam, quod septima generatione puniendum cecinerat, excisa etiam eius sobole & posteritate. R. Isaac.

Lamec Daini abnepos (errant qui filiū Mathusale accipiūt, etsi eodē vigerit sæculo) bigamiā introducit. Nam primus duas vxores habuisse notatur, Genes. 4. quasi sex primis generationibus prima institutio & lex matrimonij siue Monogamiæ in paradiso lata à nullo violata fuerit, etiā in hominū tāta paucitate. Liberos 4. habuit ingeniosos & industrios, ad quos inuentio plurimarū artium refertur, Gen. 4. Venationis exēplum posteris præbuit Insignis gladiator cū filio Tubal-Cain arma inuenit & fabricauit, quibus cædes fierent, de quo apud vxores verentes ne propterea à Deo puniretur, se purgare conatus est, Rab. in 4. Gen.

Audite, inquit, vxores quia occidi virum in vulnere meo & adolescentē in liuore meo. septuplū vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies, septies. Ex quo loco. etiā ipsum colligunt Cainē his temporibus interfecisse, deinde filium suum Tubalcain. R. Selo. & R. Isaac. Ideo enim Mosē de industria septm generationes Cain expressisse, quod septima foret fratricidij poenas daturus. Sunt autem hæ, Adam Cain, Henoc, Irad, Mahuiael, Methusael, Lamec, Tubalcain cum Iabel & Iubal fratribus.

Gen. 4.

Methusale
Cainitarum quinto.

Gen. 5.

6
f I A R E D genuit Henoch, anno 162.

460.
622.

Gen. 4.

Lamech
Cainitarum sexto.

A D A E

S A E

C V

L O.

622.

Ita

Anni mundi.

622.

Ita exēplo atani sui secundām cædem fecisse significatur. Gen. 4. Cainum autem casu inter frutices sagitta trāsfixisse, deinde filium, qui se fefellisset feramque eum esse dixisset, suffocasse aiunt.

Sacrarum literarum peritus se cum tota posteritate luiturum poenas prædixit fraternæ cædis à Caino atano suo factæ, haud dubiè diluuiio. Ioseph. lib. 1. Ant. c. 3.

Cuius causa, cum vxores ipsi nolent reddere debitum coniugij, apud Adamum adhuc viuentem dicitur conquestus. R. Isaac.

g I N vtraq; progenie est Henoch, quorum ille primogenitus Cain vrbis nomen dedit, hic propter iustitiam translatus à Deo, vitus in Paradisum sub Antichristo cum Elia passurus.

Ambular cum Deo, ac de eius venturo iudicio vaticinatur, translatus ne videret mortem. Gen. 5. Heb. 11.

Omnium primus videtur libros conscripsisse. Nam vsum literarum iam ab Adamo repetimus.

622.

Scriptit de futuro iudicio aduersus hæresim Cainitarū, quæ tunc præsertim videtur inualuisse, cuius est hoc fragmentum in Canonica Iudæ Apostoli, Prophetauit septimus ab Adā Henoch, dicens: Ecce, venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes & arguere omnes impios de cunctis operibus impietatis ipsorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra eum peccatores.

687.

Scriptit & aduersus cultores idolorū & fabricatores, cuius est hoc fragmentum apud Tertul. lib. de Idololatria Iuro vobis peccatores, quod in diem sanguinis perditionis poenitentia parata est. Qui seruitis lapidibus, & qui imagines facitis aureas & argenteas & ligneas, & lapideas, & fictiles, & seruitis phantasmatibus & dæmonibus & spiritibus infamibus & cunctis erroribus, non secundum scientiam, nullum ab eis consequemini auxilium, &c.

Tum artifices statuarum & simulachrorum omnis generis Diabolus intulit, ex quo Henoch idololatriam fecuturam prædixit, omniāque elementa, omnem mundi sensum quæ cælo, quæ terra, quæ mari continentur, in idololatriam versuros Dæmonas & spiritus desertorum angelorū, vt pro Deo aduersus Dominum consecrarentur. Tertull. Ibidem ex iisdem libris,

Etiā ostia in superstitionem ventura præcecinit antiquissimus propheta Henos. Ibid.

Scriptit & de Angelis desertoribus & eorum ordine. Tert. lib. de habitu muliebri. vbi angelos peccatores mundani cultus materias & impudicitia illecebras detexisse videlicet aurum & argentum, & opera eorum, etiam cæcillipharum, vellerūque tinturas inter cætera docuisse commemorabat. Idem lib. de cultu feminarum.

Quem translatum dicimus, Hebræi mortuum ferè existimant, Idque in iuuentutis flore, quoniam tantum vixit annos 365, cum originalis mundi vita multò esset diuturnior, siue propter victus simplicitatem, siue propter temperationem corporum, nondum rationibus & modis extraordinariis corruptam & penitus propè mutam, siue quia Deus prauitatem hominum in dies crescentem, breuitate vitæ deinceps vliscisci voluit.

Ferè autem dixi quoniam Onkelos Gen. 5. v. 24. nobiscum sentit. Ambulauit (inquit) Henoch in timorè Domini, & non ipse, quoniam non mori fecit eum Dominus Et Targum Hieros. seruiuit in veritate coram Domino, & non ipse, quia subtractus est per verbum à cōspectu Do-

Genes. 5.

7
g H E N O C H genuit Mathusalem, anno 65.

Gen. 4.

Iabel, Iubal, & Tubal-Cain Cainitarum septimis.

A D A E
S A E
C V
L O.

B

mini. Et Fasciculus Myrrha. Non commemoravit mortem eius vt aliorum, quoniam adhuc ipse viuuit. Quod magnum est mysterium. Ad monendum scilicet vitam aliam esse expectandam, quo modo translati quoque fuissent homines in æternam vitam, si Adam non peccasset.

Henoch sepeluit atauum suum Adam, deinde superfuit annis 57, translatus auno 69. ante Noë ortum, cum cæteri Patres adhuc essent superstites, & fortasse huius translationis spectatores, quam Deus fieri sic voluit, cum ob alias causas, tum vt homines docerentur non esse vanam spem immortalitatis.

Translatus, ne gustaret mortem, Eliz sociandus, vt duo testes idonei, secundo Christi aduentui præparentur in confutationem Antichristi, & in gloriam iudicantis filij Dei. Prosper cap. 6. lib. de Prouid. Dei. Sic & omnes veteres.

Inde æternitatis candidatus à Tertulliano libr. contra Iudæos. Aliqui addunt in Eden translatus, vbi placide viuat, in fine sæculi pro Christi fide moriturus. Sed iam è Chryso. docui hortum illum diluuiio fuisse deletum.

Decessit adhuc iuuenis, in ætatis flore anno videlicet 365. Gen. 5. quæ erat huius æui iuuentus, quot sunt dies anni solaris, vt eius in rebus cælestibus peritia indicaretur. Cabbalici. Hinc citatur ex Eupolemi libro de Iudæis, apud Euf. lib. 9. Præp. c. 4. ipsum fuisse inuentorem Astronomiæ, & à Græcis Atlantem nominatum, item ab Angelis multa didicisse.

Libri Enoch (plurali numero (citatur ab Origene hom. 28. in Num. quibus comprehensa fuisse ait secreta de nominibus non solum plagarum cæli, sed etiam omnium stellarum atque syderum. & in Anacephaleosi lib. de Principiis, librum Henoch (numero sing.) materias vniuersas perspexisse, id est, omnes materiæ diuisiones, quæ ab vna in singulas quæque fiunt species, nempe hominum, animalium, cæli, solis, & omnium, quæ in hoc mundo sunt, quousque perueniret ad imperfectum, id est, ad materiam imperfectam absque qualitatibus. Ita videtur Philosophiam illic diuinam & humanam persecutus. Et lib. 5. contra Celsum, librum Henoch de Angelis è cælo delapsis. Quem posteriorem vidit Tertull. vbi sup.

Prout extant apud Aethiopes in regno Regina Sabæ abyssina lingua, iis etiam tradebantur Dei madata, leges, ceremoniæque aliquot de Sacerdotio, sacrificiis, aliisque diuino cultu, iuxta quas Noë hostias obtulit de animalibus mandis, non immundis. Melchisedech Sacerdos Dei excelsi, libamenta, & panes propositionis, Vulgus vota, primitias & decimas, Abrahâ eiusque posteris multa, quæ postea Moses nouo Spiritus S. afflatu sanxit, Nam ante legem datam, in Genesi, in ipsa naturæ lege plurimos ritus & leges Mosaicas iam fuisse vsu receptas comperies.

Non prætermiserat Henoch promissionem de Christo futuro semine. Nam etiam in fragmento quod superest apud D. Iudam, cum venturum ad iudicium cum Angelis concionatur.

Extant in prima Ecclesia, & proferebantur, è c. 38 Aug. lib. 18. de Ciuit. Integras enim sectiones citant veteres, nominatim Tertullianus lib. de Idololatria, de Pudicitia, & de cultu sceminarum. Origen. in anacephaleosi lib. 4. de Principiis, vt supra.

Septima generatione siue ætate (quæ incurrit in sæculū Henoch ab Adamo Septimi, vt inuentores à Caino) artes plurimæ repertæ sunt, præcedentibus naturales artes magis exercentibus, vt agriculturâ, pecuariâ, venatoriâ,

ædifica

Anni mundi

622

687

ADÆ SÆCVLO.

Anni mundi 687

ædificatoriam, &c. Nam Label à Caino septimus, Ab adam octauus Gen. 4. pastoriam nece Abelis intermortuam restituit, cui adiecit vsum habitandi in tabernaculis, eaque circuducendi vt gregem pasceret Nomadum auctor. Vel vt. distinguunt illic R. Selomo & R. Isaac, Abel primus fuit pastor ouium, iste verò etiam aliorum pecorum & iumentorum, adhibitis plaustris & tentorijs ad deserta & loca commutanda, pro commoditate Pascuorum, vnde pater habitantium in tentorijs atque pastorum dicitur. Ibid.

Iubal eius frater Musices & instrumentorum eius, seorsum psalterij & citharæ, inuentor. Vnde pater canentium cithara & organo appellatur. Ibid.

Iubilandi vocabulum inde in aliquot linguas fluxit. Consanguineus posterorum Seth, siue è posteris Seth fuisse memoratur; à Iosepho, fortasse quod mater eius Ada ex illa sancta radice manasset.

Fertur autem suum Musices inuentum, quemadmodum & filij Seth, ea quæ de disciplina cælestium repererant, in columnis cælasse. Falso hanc palmam Amphiarao, vel Amphioni Plinius, Orpheo aut Apollini Diodorus Siculus libr. 5. tribuit. Lege D. Hieronymum ad Dardanum de Instrumentis.

Tubal Cain filius quoque Lamech, sed ex alia vxore Sella, artem fabrilem adinuenit, non Vulcanus, quamuis nō abluat procul ab hoc nomine, primisque metalla effudit & vsum ferri atque æris aperuit, tumque cœperunt homines sculptilia facere & adorare. Philo. lib. 1. antiquit. Biblicarum. Hinc & sculpturæ inuentor putatur quod congruit cum his, quæ è libris Henoch docet Tertullianus libro de Idololatria.

Malleator quidem & faber in cuncta opera æris & ferri dicitur Gen. 5. sed ibi nihil de auro & argento & cæteris metallis & materijs. Verum libri Henoch ibidem à Tertulliano citati etiam ista adiciunt. Nam & eorum vsus fuit mox post diluuium, haud dubiè ab hoc æuo repetitus.

Noëma eius soror & ipsa quoque ingenio & inuentio nis laude valuit, de qua in sequenti Patriarcha.

h GENITO Mathusale tēpora fuere deprauatissima. Nam ideo Pater eius dicitur translatus, ne malitia eius mutaret intellectū. Sap. 4. quæ tum scilicet inter homines regnabat

Atque illud est Gen. 5. V. 22. Ambulauit Henoch cum Deo postquam genuit Mathusale, non quod ante illum genitum non vixisset religiosissimè, sed quia tunc se totum Dei ministerio dicarit & munere prophetiæ fungi cœperit contra inualecentem impietatem.

Mathusale versatus cum Adâ annis 243, cum Noë 600. Nam omnium vixit diutissimè, attingens annum propè millesimum. Atque ita Noë, omnia antè Diluuium vel audiuit vel vidit, sicque rerum diuinarum humanarumque sapientia, fides, religio, traditio, historia continuari facile potuit, etiam per tres homines vsque ad Abraham cui quinquaginta octo annis præsentia Noë frui, & ab eo ista omnia discere, per ætatem licuit.

Ipsò anno diluuii mortuus, septem diebus ante aquarū inundationē, vt sactè sepeliri & lugeri à nepote Noa posset. R. Selom. in 7. Genes. Eo enim vsque, à mundi sexcentesimo octogesimo septimo annis vitæ eius 968 protenduntur. Secundum corruptam 70. editionem, diluuium quidem superauit annis 14. at Scriptura octo tantum animas per aquam cōseruatas tradit. Nec vtrumque concilian, qui cum Patre suo Henoch translatus fuisse asserunt

ADÆ SÆCVLO.

Gen. 5.

h MATHUSALE genuit, Lamech ann. 187.

Gen. 4.

Label, Imbel, & Tubal-Cain Caintarū Septimis.

687

874

874

donec diluuium præteriret. *De quo Aug. lib. 15. de Ciuit.*

Commendatur apud veteres Heb. à iustitia & multarum rerum cognitione & sapientia. *R. Abraham in Fasciculo Myrrha.*

Scriptura non vltra Iubalem, Iabelem & Tubal-Cain, id est, septimum gradum genus Caini ob superiores causas producit, item quia præcipuæ artes mechanicæ suam originem istis debent, itaque neque nos vltius Cainitas continuamus.

Noëma istorum soror ingeniosa fœmina, ideoque nominata *Gen. 4.* præter consuetudinem Scripturæ, quæ non solet in generationibus mulieres commemorare, nisi sint virtute vel mysterio singulares. Lanificij & texturæ inuentrix, limum in filo traxit, & pannum texuit, cum antea pellibus bestiarum, lanis, similibusque materiis confutis, contortis, vel deductis ad tunicas, vestes, stragula atque eiusmodi alia vterentur. Nam in Paradiso consuendi artis speculum Adam & Heua præbuerant. *Genes. 3.*

Oris musicam & vocum modulos, vt Tubal-Cain frater instrumentorum musicorum, excogitauit. Cuius quidem rei non meminit Moses, sed ex nomine ipsius id satis reliquit testatum. Nā Noëma à suauitate & dulcedine. *R. Isaac, Gen. 4. citato veteri Targhū Hierosoly.* Eā à iustitia & virtute cōmendat Talmudici, à pulchritudine & forma Midras, qua decepti fuerint filij Dei, De quibus *Gen. 6. Idem.*

Hanc vxorem fuisse Noëi, & matrē Sem, Cham & Iaphet, tradunt Hebræi in *Beresith Rabba.* Recentiores tamen refragantur, vt R. Isaac, quod putent vniuersam posteritatem Caini, diluuiio fuisse consumptam.

i Adam conspicatus filios filiorum & nepotum suorum vsque ad nonam generationem moritur anno vitæ 930. Lamech autem Patris Noë quinquagesimo sexto.

Sepelitur in terra Israel constanti Hebræorum traditione propè agrum Damascenum, vbi fuerat procreatus, vbi etiam hæc atas traducta est, hominibus nondum per terræ fines dispersis. *R. Isaac in Genes.*

In Hebron siue Kiriath-Arbee ciuitate Anachim (Gigantum) sepultum è Iosue 14. Bereschit Rabba & Midras Cantici Canticorum affirmant, nempe in valle Mamre à Hierosolymis distante viginti duobus millibus passuum, versus australem plagam, vt proinde tam sedulo illius loci spelūcam à Chananeo Heth, Abraham emerit in eius rei memoriam. Vnde Adam de illis, de quibus Hebræi in officio mortuorum canunt: *Patres qui dormitis in Hebron, portas paradisi Eden huic aperite, &c.*

Nostrorum tamen veterū traditio est sepultum fuisse in mōte Golgotano, in quo crucifixus Dominus. *Orig. tract. 35. in Matth. Epiphani. in sine Panarij. Athanasius libr. de Passione Domini Theophylactus, in Matt. 17. Euthymius ibid. Cyprianus ser. de Resur. Ambr. lib. 5. epist. 19. & in Lucam c. 25.*

Heua mater generis humani annis decem post virum suum Adam moritur, id est, anno vitæ suæ & mundi conditi 940. *Marianus Scotus.*

In vtraque progenie est Lamech & eodē sæculo, quorum ille est sextus à Cain, vxorius & gladiator, hic nonus ab Adam à sanctitate, prophetica facultate & futurorum prænotione commendatus.

Nam prædixit diluuium & filij sui futuram virtutem, eumque Noah. i. consolatorem dñs consolatus est, per Apocopen appellauit, non à na quienui, vt ferè censent, vt qui humana genus esset cōsolaturus, illud videlicet conseruando & reparando. *Quia (inquit) ipse consolabitur nos ab operi-*

Genes. 5.

9
i LAMECH genuit
Noë anno 182.

874

Gen. 4.

*Isdem Cainitarum siue
impiorum principibus.*

1056

MATHVSALE
SÆCVLO.

1056

Anni mundi.

874

bus & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus, Gen. 5. Quin & respiciebat ad promissionem de Christo, quæ minus fuisset expleta, si filius Noa cum cæteris diluuiio periisset. Sic se spe futuri Christi. Patres in his miseris consolabantur. Alij significationem quietis retinent & Quietatorem interpretantur, quasi placarit iram Dei eumque humano generi conciliarit. &c.

Videtur hic esse Lamech, sub quo secunda fames è memorabilibus decem, quas sic Hebræi initio Targhū Ruth percensent. Decem sunt fames valida, quas Dominus immisit ad castigandum mundum. prima contigit Adam viuentis, *Gen. 3.* Altera viuentis Lamech, *Genes. 5. nisi malis esse Lamech quartis Genesios de posteris Cain.* Tertia Abrahæ, *Gen. 12.* Quarta Isaac, *Gen. 16.* Quinta Iacobo, *Gen. 42.* Sexta Booz, *Ruth. 1.* Septima Dauide, *2. Reg. 21.* Octana Elijæ Propheta, *3. Reg. 17.* Nona Eliseo in Samaria, *4. Reg. 6.* Decima, quæ expectatur sub Messia, de qua fortasse noscitur *Ioan. in Apocalypsi.*

Superiores omnes Patriarchæ sub hoc & huius filio Noa moriuntur. Eius enim quinquagesimo sexto. Adam moritur. 66. Heua. Eius centesimo sexagesimo nono Seth filius Adæ annorum 912, moritur, tredecimo ante ortum Noë. Eius centesimo decimo tertio Henoch, annorum 365, transfertur, rapiturque ne malitia mutaret intellectum eius *Sap. 4.* Ex quo significatur omnia tunc fuisse corruptissima. Reliqui sex sub Noë.

Ipsius etiam tempore concupiuerunt filij Dei filias hominum & Gigantes nati sunt, *Genes. 6.* Ex nefando enim concubitu posterorū Seth & Enos, in quorū familiis colebatur Deus, & posterorum Cain, qui Idolis dudum seruebant, propagantur Gigantes homines magnitudinis stupende. Quos proinde Moses vocant Nephilim, item Gibborim, siue potentes à sæculo, denique famulos, siue magni nominis, propter facinora & terrarum vastationes, *R. Salomo.* quasi bellis vexarint alios; Manzerim siue spurios Talmudici. Nam hic non putant fuisse coniugium, sed raptum.

Inde secutam illam secundam famem Hebræi tradunt: Fortasse quia scriptum, *Gen. 5.* Iste nos consolabitur ab operibus & laboribus manuum nostrarū in terra, cui maledixit Dominus (i. quam sterilem & infructuosam reddidit.)

Isti antiqui & primi & fuere tyranni oppressa libertate humana & pacē tranquillatēque publica. Hoc enim sonat, potentes à sæculo (meolam, i. olim) antiqui primique tyranni quibus proinde *Gen. 10.* Nimrod cepit esse Gibbor, siue potens in terra. i. tyrannus; nepe post diluuiū cepit potius potentia, & viribus alios opprimere sibi subicere, vt isti ante.

Primi igitur, qui regnarunt & libertatem hominum opprefferunt fuere spurij & Gigantes ex infauito concubitu nati. Quasi antea vsque ad mortem Adæ homines vitam communem & politicam ducerent intra suam quique patriam, tribum & cognationem. Primi autē isti veterem & auitum morem noua impetij cupiditate mutarint, seruitutes inducendo, bella aliis inferendo, & rudes adhuc ad resistendum homines perdomando, occasione fortassis ferri & græ superioribus duobus sæculis inuenti.

Quò fortasse pertinet, quicquid de sedecim Aegyptiorū ante diluuium dynastis tradidit Manetho, Eusebius &c. Nam prima hæc atas traducta est in Syria & locis

1056.

MATHVSALE
SÆCVLO.

Aegypto, Arabia petraea, Chaldaea, Mesopotamia, Assyria, Armenia & eiusmodi Asiae Mediterraneis.

A Cain tamen formam quandam regni longe prius institutam tradit Iosephus de quo supra.

Sed & luctuosior calamitas ex istiusmodi disparium cultu coniunctione exorta Nam cognitio Dei proflata in aliis extincta est, quam in Noë, tribus filiis & quattuor eorum coniugibus, ut Deus indignatus post reliquias paucorum piorum, ut Mathusale & Lamech, ad se placida morte collectas, eluione reliquum hominum genus deleuerit.

Filij ergo Dei Fideles, pij, religiosi illic appellantur, nepe filij Seth & Enos filij autem & filiae hominum carnales, impij, profani, alieni a religione. Idololatraz, posteri videlicet Cain. Nec enim audiendi sunt Iosephus, Tertullianus, Iustinus, Cyprianus, Lactantius, Seuerus, Sulpitius Suidas, & si qui alij, qui Angelos intelligunt ac censent Deum, ut singularem peruersitatem illorum saeculorum puniret permisisse, ut Angeli regionum praestites, cum mulieribus congressi, Gigantes humani generis terrores & maestes procrearent. Angeli enim aequè ac animae nostrae, sunt essentiae spirituales, incorporeae, separatae, purae, feminis denique genitalis expertes, citra cuius missionem impossibilis est procreatio. Quare quae de incubis & succubis demonibus narrantur, non ad generationem pertinent, sed ad coitum, quem per assumptum corpus simulare possunt Daemones. Consule Hieronym. quaestion. in Genesim, Aug. in iisdem, & lib. 15. de Ciuit. c. 23.

Non alienè etiam Chaldaeus, R. Abraham, Abben Ezra & alij Hebraeorum filios Dei optimates & nobiles interpretantur, filios hominum plebeios, & obscuriores.

120 annis ante diluuium Gigantum & tyrannorum istorum praecipui furores, direptiones, raptus nuptiarum & inuuptiarum violentiae Genes. 9. indicatae, denique Dei decretum de contrahendis hominum diebus. Seder Olam.

Quibus totis Dei metum & cultum Noë praedicauit, cum vxore primum, deinde post susceptos liberos cum tribus filiis & totidem nuribus. Vnde octauus praeco iustitiae dicitur, 1. Petr. 3.

100. ante diluuium annos in arca perficienda consumit, vsus opera non modo filiorum & domesticorum, sed & quorumlibet industriorum sui aeni. Anno enim aetatis 500 mandatum de ea accipit, 900 ingressus est. Imo verò 120 totos in ea se occupauit, adeo ut interrogatus responderet, diluuium venturum, quo omnes supermergerentur, nisi respicerent. R. Selom. Genes. 6.

Tanta erat molis & artificij, ut quae futura esset mundi epitome. Tanti ponderis, ut non potuerit attolli è terra vlla vi ante diem quadragesimum, cum iam aquae propè ad altos montes peruenissent. Abben Ezra. Gen. 7.

Et quidem tredecim eius cubitis ob onus intra aquam perpetuo permanentibus. R. Selom. Ibid.

Habuisse 300 cubitos longitudinis, 50 latitudinis, 30. altitudinis (erat enim sex partibus longior quam latior, & duabus latior quam altior, ut posset nare, neque à ventis vel vndis euetteretur) certum quidem est, at figura non perinde constat.

Alij cubicam, planèque quadratam fuisse statuunt, nisi quòd infernè concavae trabes subiciunt, vel certè longas pecticas & quasi temones ante & retro procurrentes, ut facilius aquae inata.

Anni
mundi
1056

MATHUSALE SÆCVLO.

10.

10. k NOE in diluuium natus erat annos 600.

1056

1656

Isdem & aliis Cainitarum principibus, quorum posteritatem familiamque diluuium extinxit.

1656

Alij

Anni
mundi
1056

1056

1656

MATHUSALE SÆCVLO.

Alij acuminatam quatuor angulis è basi ipsa paulatim sese in vnus cubiti cuspidem erigentibus. Sic R. Abraham, qui eam facit similem triangulo, quatuor scilicet triangulis è basi quadrata sese in vnus cubiti apicè per 30 cubitos altitudinis angustantibus, id est pyramidi quadrangulae.

Alij primum è plano in altitudinem quindecim cubitorum quadratum ducunt, deinde stringunt arctantque, donec in pyramidem inaequaliter longitudo & latitudo exurgat, vera autem altitudo in medio versetur. Alij totam in 30 cubitos quadrant, indeque à quatuor angulis superioribus rectorum sensim in vnus cubiti acumen attollunt, ut eam superne recto pyramideo, aut certè ovali concludant. Sic R. Selomo, & veteres ferè omnes. Alij etiam figuram prisinam ei attribuunt. Bueo libro de Arca Noë.

Vt sit forma magis quadrangula erat, quam rotunda, vel acuminata vel rostrata, nullà aut exiguam specie nauis nostrarum habens, sine instrumentis nauticis, sed diuina prouidentia huc illuc fluctuans intrinsecus loculata, mansuetisq; variis triplici cognitione distincta, imma scilicet loco, media pro animalibus mansuetis & feris, stiperna pro hominibus, arboribus, herbis & fructibus, in quadrata stabilitate consistens, ne impulsu ventorum, aut impetu fluctuum, aut motu animalium inclinari posset vel mergi, superne acuminata, ut imbres celerius omni ex patre difunderet: è tabulis & tignis Gopher, quae arbor est de longissima firmissimè cedri genere.

Cubiti, ad quos eius facta dimensio, sumèdi videtur è proportione & magnitudine hominum istius saeculi, qui vt maiores multo erant, quam qui secuti sunt, ita porrectio à brachij flexu ad vltimū digitum, i. cubitus, longè maior. Abben Ezra Genes. 6. Sunt & cubiti quidam sacri communibus duplo maiores Ezech. 40. Ita minimum 30 cubiti longitudinis arca erant sexcenti nostrates.

Origenes maullit fuisse Geometricos Talium autè cubitorum vnus continet nouem vsuales vnde & Celso epicureo probat per analogiam cubiti geometrici arcam fuisse mirae magnitudinis. Quam sententiam commendat Aug. lib. 1. de Ciuit. c. 27.

Porta infernè circa arcae medium harebat, deinde instat pontis sublicij siue subductulis, ut clauderetur, subrigebatur.

Fenestra cristallina siue è corpore lumen solis transmittente, propè tectum interiora illuminabat. R. Leui Gen. 6.

Tuc ergo visitata erant corpora diaphana siue pellucida. Nam Tsoar differt ab Hallon, quòd Hallon sit fenestra quelibet. Tsoar autem fenestra pellucida & saphyrini corporis lumen transfundentis, Ibid.

Tota autem arca mystica. Materia & forma materia & formam Crucis praecipui nostrae salutis instrumenti exhibent. Nam latera extensa figuram crucis reddunt. Interiora ordines & gradus Ecclesiae. In ea animantes omnis generis praeter serpentes, &c. Sic Ecclesia ex omnibus nationibus congregatur, & in ea boni versantur pariter & mali, sed hi in inferioribus tabulatis, homines autè & aues, i. boni in superioribus, &c.

Denique Arca quam fecit, & in qua cum suis enasit, prophetia nostrorum temporum fuit. August. lib. 18 de Ciuit. c. 38 & 15 c. 26.

In eam ingressa sunt septem (bis septem malunt Abben Ezra & R. Leui) animalia munda, cuiusq; speciei terrestres,

B iij

quæ quidem è semine propagantur & duo immûda. Itè è singulis volatiliû mundorum generibus septem, immûdorum duo. Hâc munditiem quidam accipiunt ex esu, alij è factificijs, in quibus non omnia promiscuè vsurpabatur, sed ea dûtaxat, quæ postea lege prescripta sunt. Ego crediderim vtroque respectu per anticipationem sic fuisse appellata, & Mosem ad legem, quam dictaturus erat in Leuitico, respexisse.

Potuerunt autè omnis generis terrestria & volatilia, ad quorû procreationè necessaria est sexuum cõiunctio, facile arcæ illius amplitudine comprehendere, quoniam nõ ita multa illorum sunt genera. Terrestrium enim species, quas vel veterum diligentia, vel recentiorum experientia obseruauit, vix centesimum & quinquagesimum numerum superant. In quibus boue aut equo magis præcissima sunt, nec plura quàm sex, æqualia non multa, nîmia verò cætera omnia.

Serpentes autè vel è putredine, vel ex terra humore & luxurie oriuntur, vel sunt ancipitis naturæ, vt nihil eos in arcam ad seruandam speciem introire necesse fuerit. Sic nec quæ è commixtione diuersi generis nascuntur, vt Muli, Burdones, Leopardi. Item quæ in aquis sunt ancipitis generis, vt lures, vituli marini, aues marinæ & fluuiales.

Quantum ad victum etiam fera, & alites, quibus caro cibus est, fructibus promisque vescuntur, maxime ficibus, glandibus, castaneis, nucibus. Potuit ergo vir sapiens & diuinitus admonitus, quæ cuique congruerent, præter carnes reperire, & recõdere. Præterea omnibus vesci cogit famés, & nihil est quod Deus suauis & salubre facere non possit, qui etiam vt sine cibo viuerent diuina facultate donaret. *August. & Abhen Ezra Genes. 6. V. ult.*

Tota posteritas Cain diluuiò absorpta est. Mathusale obiit ipso diluuij anno, vel iuxta quosdam translatus est, vt Pater, animo & corpore. *R. Samuel in Paraphasi. 13. R. Isaac Gen. 4.* Octo animæ duntaxat seruatæ sunt. *1. Pet. 3.* id est, Noè cum vxore, tribus filiis ac totidem nuribus.

Corruptelam istorum temporum indicat Christus *Mat. 24 & Luc. 17.* In diebus Noè erant comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo ipse intrauit in arcã, & non cognouerunt donec venit diluuium & perdidit eos. *Petrus, 1. Pet. 3. increduli. Eccles. 44.* tẽpus iracundiæ. Ex quo liquet, etsi nullus adhuc esset vsus vini, carniû & pisciû, tamè non simplici que potu & ciborum apparatu vsos fuisse, sed facticio & delicato. Denique deprauatos fuisse voluptatibus, opinionibus, moribus, religione, luxu, &c.

Noè ætatis quingentesimo. i. ante diluuium cetero diuino oraculo monitus nõ tãtum arcam fabricare incipit, sed etiam filios gignit, non quidem eodem anno, sed tribus cohæretibus. Iaphet (nã est probabilius Sem fuisse tantum dignitate primum) 500, Cham 501, Sem 502. qui proinde non nisi fuisse centum annorum legitur, quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium, *Genes. 11.* id est, sexcentesimo secundo Noè Patris.

Nec prius genuit, quia instituerat viuere in perpetuo cælibatu, vel cõiugali cõtinètia, & contèplationis studio, & tædio sæculi sui corrupti, & metu habèdi prolem, quæ diluuiò ipsi iã ante annos 20 reuelato periret. Quare nõ nisi excitatus oraculo dicitur ad procreationè processisse quò humanû genus seruaret. Fuisse enim cõtinèntissimû

inde

Anni mundi.

1056.

MATHUSALE SECVLORVM

Anni mundi.

inde apparet, quia *Gen. 5.* cum de præcedentibus Patriarchis, ipso etiam Henoch sanctissimo dicatur *Genuitque filios & filias*, de solo Noè vsurpatur alia formula, *Genuit Sem, Cham & Iaphet.* Qualia multa obseruant Hebræi, qui proinde in Arca castitatis suis exemplar fuisse tradunt, & ne post renouatum quidem *Genes. 9.* præceptum de propagatione, rei vxoriæ dedisse operam, vt illos suscepisse liberos, quamuis post diluuium 350 an. vixerit, ac eo pertinere veterem fabulam vel allegoriam potius de eo castro.

Sub ipso sex patriarchæ moriuntur. Eius enim 84 Enos magnus Dei inuocator, annorum 905 obiit. Eius 179 Cainam annorum 910. Eius 304 Malaleel annorum 895. Eius 366 Iared annorum 962. Eius 595 Lamech Pater & Propheta annorum 777, quinque ante diluuium. Eius denique 600, qui erat Diluuij, Mathusale, annorum 968. Ita è Decem Patriarchis originarij mundi solus Noè, septem diebus ante diluuiû, fit reliquus.

Noè excepto, omnes primæ ætatis huius Patriarchæ viderunt Adamum. Nam

| | | |
|-------------------|--------------------------|-----|
| Seth, | } vixit cum Adamo, annis | 800 |
| Enos, | | 695 |
| Cainam, | | 650 |
| Malaleel, | | 505 |
| Iared, | | 470 |
| Henoc, | | 308 |
| Mathusale, | | 243 |
| Lamech pater Noè, | 56. | |

* Summa, anni 1656. dies 6.

1656

* Hæc ætas secundum Hebraicam veritatem, annorum est 1656. Septuaginta corruptè habent 2242. id est, 586. præter iustum numerum, iuxta quos Mathusale annis 14 post diluuium vixisset.

Sic secunda ætas à diluuiò ad natiuitatem Abrahamæ, secundum Hebræos, expletur an. 293. vel 292. Secundum Septuaginta 942. id est 650. præter iustum calculum.

In cæteris ætatibus vsque ad trãsmigrationem. 70 cõueniunt, aut non nisi vno anno, differunt, vt Isidorus ostendit, aut certè paucis, nisi fortasse in tertia, de tempore habitationis in Aegypto, quoniam in aliquibus exemplaribus Exo. 12. additur *Kai èv γη̄ χαυδαυ.* Sed de eo post.

In sexta ætate, quæ est à trãsmigratione ad Christi natiuitatem, vel mortem, diuersi diuersa sequuntur, vt suo etiam ostendam loco.

His perperã circiter 600. addidere 70 Interpretes, vel eorum potius corruptores, vt hæc ætas sit annorum 2242.

HAC PRIMA ÆTATE DOCTRINA ECCLESIAE promulgatur prophetiis Adæ, libris Henoch, &c.



HAC prima ætate pura & salutaris religionis ad nos trãmissæ & ad sæculi extremum duratura fundamenta iaciuntur, ac vigent, Fideles vocabantur Filij Dei, *Genes. 6.* Regabatur reuelationibus, *Gen. 2. 3. 4. 6. 7.* Traditionibus Adæ: Nam traditiones sunt scripturis antiquiores. Deinde Prophetiis Enos & Henoch. Inuidisse enim Adam Filis suis & posteris traditiones ad salutem necessarias nõ est probabile, cû id sit quouis paritè indignû, præsertim de Deo, eius Verbo, & Spiritu, quos viderat & allocutus *Gen. 2.* De creatione Mundi, cuius nobilissima pars fuerat, adeo vt eius rebus Dei iussu nomina secundum cuiusq; naturas imponeret. *Ibid.* De Anima diuinâ inspiratione & productione ad Dei imaginem & similitudinem, quam ipse expertus esset, *Genes. 1.* De hominis dignitate & Domino supra reliqua, quod ipse accepisset. *Ibid.* De statu innocentia, à quo exciderat, de lapsu, & peccato, quod commiserat, vt omnium calamitatem fonte, De hortio voluptatis, futura vite immortalis typo, e quo eiectus fuerat, de An-

gelis.

gelis, quorum alicui cum flammeo gladio & versatili ingressum horti tuebantur, Gen. 2. De Diabolus humani generis hostibus, eorumque tentationibus, quorum vnus per serpentem se & coniugem deceperat. De semine mulieris. i. Christo, qui sibi ad peccati & miseria medicinam promissus fuerat Genes. 3. De sancti, caudo Sabbatho, propter creationis beneficium, de sanctitate & legibus matrimonij, de quibus ipse prophetaffet Genes. 2. De sacrificijs & cultu Dei, de Dei preceptis & voluntate, de Morte, de Pœnitentia, de pœnis propter peccata, que omnia ipse experimento didicerat, vel per Spiritum Dei, aut mentis sue, ingenij, & nature præstantiam, perfectionemque conceperat. Denique de cunctis mysterijs, ad salutem maximè necessarijs, quibus cum Deus plene non modo vt prophetam, verum etiam vt virum immediatè à se procreatum imbuerat. Nam idcirco ei videtur eum produxisse in annum 930. i. plusquam prima etatis dimidium, vt radices pietatis longas relinqueret. Hinc deinceps Dei vnitas inuocationibus & usurpationibus nominis יהוה, quod non recipi pluralem formam. Trinitatis myterium è creationis rerum opere. In eo enim vniversa molitus est Deus per Verbum in Spiritu S. Et ex hominis opificio. Nam in eo, faciamus, inquit, hominem ad imaginem nostram. Verba scilicet Patris ad Filium & Spiritum Sanctum, ipsius tanquam consiliarios, eos tanquam pares & socios ad tam singularem fabricam inuitantis, vel certe trium diuinarum personarum seipsas ad hoc insigne opus cohortantium. Gen. 2. Sic, Faciamus adiutorium simile illi. Et Ecce, Adam factus est, tanquam vnus ex nobis, Ibid. Ad. de plurali forma Deum Elohim fuisse ab hominibus huius etatis ferè nominatum & innocatum. In Christum fides tanquam liberatorem, Genes. 3. Mulieris semen infestum erit Serpenti, contereique caput eius. i. vim & potentiam, ubi dicitur Semen mulieris, non Viri, quod ex incorrupta virgine sine seminis virilis admixtione nasciturus esset. Vbi & Taribum Hierosolymitanum, remedium erit filijs mulierum & sanitas, tibi autem o serpens nulla erit medicina. Verum te ipsi concalcabis calcibus suis in fine calcis dierum manibus regis Christi, siue per regem Christum. Figuræ, quibus est depictus, per incarnationis præludia in externis Dei apparitionibus & anthropopatheia Genes. 2, 3, 4, 6, 7. In victimis tunc in molatis, propter quas radiatur occisus à mundi origine Apo. 13. In vestibus pelliceis agni, que nudis data sunt, idque ad diei vesperam. Nam sub vesperam mundi. i. nouissima etate erat corporandus & peccatorum nuditatem tecturus, Fides in Abele, Henoch, Noa Heb. 11. Fidei signa sacrificia duorum generum, Cruenta in typù sacrificij crucis, Agnus Abelis, fide oblatus & à Deo probatus acceptusque externo quodam & visibili signo Genes. 4. Heb. 11. Incruenta in typum Eucharistiæ sacrificij incruenti, Minhá siue oblatio Cain de terra frugibus Ibid. Et sacramenta, patrum externi & religiosi ritus ab Enos instituti Genes. 4. loca religiosa & altaria ab Abele & Cain erecta, Ceremonia ab Henoch scripto etiam relicta & fortasse purificationes, tanquam baptismata, vt in sequentibus nature ataribus Genes. 35, Job 1. & Legis, Leuit. 10. Num. 6, quo modo Diluuium Baptismi typus i. Pet. 3. Matrimonij. in paradiso instituti Genes. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homò patrem & matrem suam & adhaerabit uxori sue, & erunt duo in carne vna. i. duo supposita in vno coniugali commercio per substantiarum inter se commixtionem, vel duo in vna prolis persona. Gen. 1. Benedixitque illis Deus, Dixit Crescite, & multiplicamini & replete terram subicitque eam, Pœnitentiæ & eius operum. In libro Henoch, qui exiabat in prima Ecclesiæ & ad istud docendum citatur à Tertull. libro de Idololatria, imò, & B. Iuda in Canonica. Huius virtutis præco fuit Noë 2. Pet. 3. Exempla autem illustrissima Adam, qui post Abelem & Cainum ortos videtur stauisse viuere in perpetuo celibatu & luctu, vt sua peccata liberius plangere posset, nec ad cognoscendam Henam processisse, nisi ad suscitandum semen sanctum in Abele extinctum. Gen. 4. Henam, que filiorum alterum Habelem vocauit. i. vanitatem, anhelitum, fumum vancscntem. Seth, qui primogenito suo nomen imposuit Enos. i. arumnosus. Habel, qui virgo permansit vsque ad diem necis sue. i. annum vite centesimum. Bona opera. Eorum præco Noë 2. Pet. 2. Ea Deum promoteri Gen. 6 & 7. elacere Deo Gen. 5 citante Apostolo Heb. 11. Nonne si bene egeris recipies. Sin male, statim in foribus peccatum. (i. pœna peccati debita) aderit Gen. 4. Liberum Arbitrium, ex eodem loco Hebrai ferè omnes illud colligunt. Item è verbis adiunctis, Sub te erit appetitus eius (peccati) & tu dominaberis illius peccati, vt & Abben, Ezra & Rabbinii ferè omnes illic docent, planè vt Augustinus lib. 15 de Ciuit. c. 7. Quod Deus Caino inculcare voluit, ne ipse putaret peccato Adæ patris sui libertatem arbitrij esse amissam, & impietatem, quam Calvinus sequitur, de necessitate peccandi amplectendam. Ministerium publicum, Sacerdotium. Gen. 4. Habel & Cain sacrificant, Enos incipit inuocare nomen Dei (paulo solennius, quam antea) Gen. 5. Citante B. Iuda publicè Henoch predicat verbù Dei. Gen. 6. Noë, interpretante B. Petro Pet. 2. Festa Gen. 2. Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum. i. sacramentumque haberi iussit. Quare Adam Sabbathum celebrat, & colit, in illudque condit ex antiquis Rabbinorum monumentis P. sal. 91 & in Diem Sabbati inscribit. Reliquos Patres Sabbati & esse quoque Abben, Ezra in Decalogum & Lyranum Gen. 7. docent. Delectus ciborum. Abstinentia à carnibus, piscibus & vino perpetua. Gen. 1. ubi herbe duntaxat, olera & fructus arborum in cibum conceduntur, & vitis Gen. 9. non nisi post diluuium plantatur, siue è syluestri satina efficitur. Gen. 2. ubi arboris etiam notitia boni & mali esus inibetur. Genes. 7. ubi animalia quadam munda (ad sacrificium), alia immunda. Traditiones vt de animantibus mundis & immundis Genes. 7. de Matrimonio non agitando cum impijs & disparibus religione Gen. 6. de vltione septuplum danda de Cain Gen. 4. Nam etiã colloquium cum Cain post multa sæcula ad posteritatem peruenit. Lamech enim ab ipso sextus circa mundi septingentesimum, Septupli, inquit, vltio dabitur de Cain, & c. Ibid. Multo magis per manus accepta sunt Dei verba ad pios Adam, Henam, Abelem, Enos, Henoch, Noam, & c. Cura mortuorù, dum Adæ sepulchrum religiosè & inuiolatè in Hebrò conseruatur vsque ad Iosue Iof. 14, ex interpretatione etiã veterum Rabbinorum in Bereshith Rabba & in Midras Cantici Canticorum. Ad què locum postea uxori, sibi & posteris sepulchrù delegit Abrahâ magno precio Gen. 23, de quo illud Iudaorù in officio pro defunctis, Patres.

qui dormitis in Hebron, portas Eden aperite illi Gen. 5. Henoch nõ apparuit, quia tulit eum Deus. Quasi quisquis fuerit ad supremum officium. Dies septem distulit diluuium à se præfixum Deus in gratiam Mathusale, vt eius exequias Noa cum sua familia sanctè & honorificè curare posset, R. Sel. Gen. 7. v. 4. Denique reliqui Patriarche propter sanctorum communionem in palæstina vel quàm proximè viuere, mori, sepeliri & diem Domini expectare cupuerunt, vt Rabini docent è suis traditionibus & historiis: Purgatorium. Carcer, in quem inclusi spiritus eorum, qui increduli fuerunt aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë cum fabricaretur arca. i. Pet. 3. id est, Dei misericordiam, quasi pij illorum temporum existimarent maiorem fore Dei patientiam & misericordiam, quam minas à Noë fabricante arcam denuntiatas. Quare & in illa sua incredulitate, id est, non credentes futurum diluuium, oppressi sunt, in dæque (quia alioqui pij erant) in carcerem descenderunt quousque eis mortuus Christus veniens predicaret. Ibid. & euangelizaret. Ibid. c. 4. Eius pictura erat flammeus gladius atque versatilis interpositus inter peccatores & paradisum Genes. 2. Cuius rei mysterium Adamum, quum esset ipsi obiectum, non latuit, nec ipso interpretante posteros. Eo autem fuisse pictum Purgatorium ignem interiectum inter miseros & cælos docent Rabini multi veteres, & è nostris Origenes. Nam & Iudei credunt ignem quendam purgantem & emundantem fidelium animarum maculas per menses duodecim. Zoar Genes. 18. & 47, Leuit. 21. R. Alphes in Tract. Ros Hassana, c. 1. fol. 216. R. Ioseph Albo lib. Hikkarim 4. c. 34. Et alij Rabini per gladium hunc significatam malint gehennam & aternam pœnam, qua efficiendi essent impij. Sanctorum memoria. Cherubim, qui sunt sancti Angeli inter peccatores & paradisum constituti, Gen. 2. & custodes gazarum horti Eden, in officio Iudaorum pro mortuis. Abel per fidem defunctus adhuc loquebatur Genes. 4. Heb. 11. Henoch in cælum translatus ad piorum consolationem Gen. 5. Vita æterna. Ex eiusdem Henoc translatione, Ibid. & ex anima immortalitate, quam credebant ex Adæ diuino ortu, in quo ei insufflauit Deus spiraculum vite. i. extrinsecus ei animam indidit, non è potestate materia. Adde qui insufflat de suo aliquid tribuere è R. Nahaman, vnde Poëta animam diuina aura particulam didicisse videntur. Item ex vniuersæ & similitudinis Dei, Rursus ex appellatione anima humana ab Adamo imposita. Nes hama enim diuinum quid & cælestè designat, quasi min Shamaim, i. de cælis. Præterea è paradisi voluptatis obiectu & recordatione. Nam is erat cæli typus. Denique è Dei & Angelorum apparitionibus & promissionibus Adæ, pijsque factis. Iudicium futurum. Genes. 4. Nonne si bene egeris recipies, & c. Prophetauit & de eo septimus ab Adæ Henoch dicens: Ecce venit Dominus cum sanctis millibus suis facere iudiciù contra omnes, & arguere omnes impios de cunctis operibus impietatis sue, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, que locuti sunt, contra ipsum, peccatores impij. In B. Iudæ epistola. Atque hac originarij mundi fides, religio, doctrina, qua sequentis pærenne exiit fundamentum ac radix.



SECUNDA ÆTAS,
PATRVM, QVÆ
& Diluij, quasi
pueritia populi
Dei.

Vsq; ad sacerdotium Aaron, omnes primogeniti ex stirpe Noë, cuius series & ordo describitur fuerit sacerdotum, victimasque immolarunt, & hac sunt primogenita, que Esau fratri suo vendidit. Hiero. ad Evangelium, è trad. Hebr.

Gen. 8.

2 DILUUIVM durauit
anno vno, diebus 10

Anni mundi.



ARCÆ cõsedit in montibus Ararat, qui à Græcis Taurus & Ceraunij appellatur, Armenia scindut, à Chaldæo Onkelos cardui, vel cardueni, quos Cordæos Curtius appellat. Strabo fortasse Gordizos, partem seu cornu Tauri. Ararat autem esse Armeniã docet Herony. in cuius montibus adhuc appareant arcæ vestigia, & eius quædam frustra in miraculum factæ rei ab incolis ostendantur. Quod idem proditum à Iosepho.

Diluuium cœpit mense secundo, id est, vt Hebræi ferè sentiunt è R. Elezer, Octobri, in 40. dies vsque ad 27. Nouembris. Aquæ deinde inualuerunt per menses vndecim. Eoque Seder Olam annum Solis esse productiorè anno lunari, diebus vndecim ostendit.

Probabilius R. Iosua, die decimo septimo menses secundis, id est, liar siue Aprilis in dies 40 vsque ad 27 Maij Gen. 7 per dies 150. i. quinque menses inualefcitibus aquis, vsque ad decimum septimum mensis septimi c. 8. i. Tizri siue Septembris. Nam 40 primi dies, quibus pluit, & rupti sunt fontes Abyssi siue Oceani, his 150 diebus includitur, contra R. Selomonè & Lyranum. Hinc vsque ad primum diè decimi mensis, (Tebet siue Decembris) decreuerit aquæ vsque ad môtium cacumina. Post 40 dies emissus est coruus. i. diè 10. mensis vndecimi Sebet siue Ianuarij. Post septem colomba. i. decimo septimo eiusdem mensis. Post alios septem non vltta rediit. i. post 24 Ianuarij. Quid inde actum sit vsque ad primum diem primi mensis Nisan siue

Martij non memoratur, id est, per dies, 35. vel 39. Die autem primo primi illius mensis desiccata sunt aquae super ficie tenus, tuncque sublatum est arcae tectum ad captandam auram & flabellandum arcae aërem. In arca interim adhuc remanet Noë dies 56, id est totum illum mensem Nisan cum 27 diebus mensis secundi Iar sive Aprilis, cuius decimo septimo, anno superiore sese in arcam iniecerat. Ita in arca fuit menses 12 (lunares) & dies decem. i. integrum annum solarem,

Mirabile diluuium, non tantum quia vniuersum, verum quia paucis diebus, nepe 40. ruptis foribus Oceani & fluminum, terræ venis, cæli aerisque sudoribus & nubibus liquefactis, superauit altissimos montes, quindecim cubitis, id est, mediam aeris regionem multis spatiis, quia eam plurimi de altioribus intersecat, ut Atlas & montes lunæ in Africa, Olympus in Græcia, Caucasus in Asia. Sed & terram undiq; oppressit circumfuditq; ac in primum & antiquum ordinem elementa reduxit, ut ætherem ignis, ignem aëris, aquam aqua, aquam terra sequeretur abique villo dierum & noctium, hyemis, æstatis & reliquarum anni tēpōratum discrimine, Gen. 8. v. ult.

Berosus ille supposititius, Noam syderum obseruatione deprehendisse impendens diluuium, atque ita naue sibi prospexisse fabulatur. Sic impij astris, naturæ, casui vel humanæ industriæ tribuunt, quod à Dei gratia vel iudicio est profectum.

Diluuium autem Noe, Scriptura non astris, sed Dei iustitiæ, & voluntati tribuit. Quia omnis caro corruerat viam suam, &c. Gen. 6. Luc. 17, Mat. 24.

De diluio Deucalionis Ouidius in Metamorph. & Plutarchus Opusculo, Brutus animantes esse rationis participes, eadem ferè scribunt. Ut columbam fuisse emissam, ut nauem eiectam in montem Parnassum Thessaliæ (vel potius Indiæ Paropamissum). Interim Deucalion fuit Noa 800. annis minimum posterior.

Thebani etiam de Ogygio diluio aliquanto antiquiore his finitima dictitant. Sic & Americani de quodam suo

Sic Alexander polyhistor & Abydenus à Cyrillo lib. 1. contra Iulianum producti, nempe Saturnum Xifuthram præmonuisse de futura inundatione, atque ita illum sibi fabricasse arcam, in qua se seruauerit, cum omni bestiarum genere cumque suis scriptis in Hæliopoli Aegypti. Deinde nauigasse cum sua arca in Armeniam, vbi emissis aliquoties aibus, tandem in terram descenderit.

Citatur & Phauorinus & Stephanus de loco in quem arca descenderit.

Citantur & Berosus, Hieronymus Aegyptius, Mnaseas Phœnix apud Iosephum lib. 1. Ant. qui & addunt, locum, in quo Noe descendit fuisse appellatum Saleh Noah, Græcè *Ἰσθαθελος* q. descensum Noë, in monte Baris, qui & Paropamisus.

Noë reparator orbis, qui in pristinum Chæos diluio penè redierat, prophani mundi Genesim ignorantes, Cælum, Ianum & patrem deorum appellarunt, hic primus vitem syluestrem satiuam fecit, vini que vsum hominibus monstrauit, Genesios 9. Ab hoc inueto, Ianus fortasse dictus est: Nam Iain Hebræis vinum est. Herbas hortenses aliasq; eiusmodi restituit è seminibus & tenellis plantis in arca recoditis, Talmudici & R. Selo. Ibid. Artes Mechanicas, quas Cain eiusq; posterii repererant, homines docet. Mathema-

ticas

Anni mundi.

1656

1657

NOE ET DILVIVII SÆCVLO.

Anni Diluuij.

I

1656

Anni mundi.

1656

1656

NOE ET DILVIVII SÆCVLO.

ticas ab Adamo, Seth, Præcedentibusque Patriarchis inuentas duabus ingentibus columnis (quarum vna lateritia erat, ne cōflagratione periret: altera marmorea, ne diluio absumeretur) imprimat atque consignat, aut potius, è duabus columnis è lapide & latere factis, in quibus disciplinas posterii Seth conscripserant, ne è memoria deleterentur, solam lapideam euasisse reperit & restituit, quæ in Syria hæctenus permanet. Iosephus primo Antiquit.

Instrumentum & vsum nauigandi, præceptore Deo, hominibus monstrauit: Nam *ἡ ἀρχὴ*, qua voce eius arcam nominauit Moyses, non est proprie Aron, id est, arca, sed vas nauigationis aptum. *πλοῖον* ut apud Iosephum Berosus, loquitur, etsi nauigiorum vulgarij non haberet formam, neque remos. Abben Ezra Gen. 6.

Quo factum, ut posterii duce Iaphet, mari se audacter commiserint, repleuerintque Occidentis insulas.

Iosepho assentitur Plinius libr. 7. cap. 56. his verbis Apud Babylonios fuerunt lapides cœlestes, in quibus multa scripta erant de Astrologia, &c. Atque hinc probat, literarum vsu fuisse apud Assyrios sempiternum, cum Beroso & alijs.

Noë cum Sem & ex Armenia rediit in veterem patriam, id est, loca Damasco vicina, vbi constituit regnum & potestatem Salæ, quæ Melchisedech administravit. Hebræi.

Ibidem posterii eius habitauerunt, donec nimium multiplicati & aucti sese expanderunt per Orientalia loca proxima & contigua, Inde enim, i. ex Oriente leguntur profecti tertia ætate in terram Senaar sive Babyloniam, priusquam dispergerentur, Gen. 11. v. 2.

Agriculturam exercens primus arauit terram cum animalibus. Prius enim agros duntaxat fodiebant.

Vnde instrumenta rustica reperisse traditur. R. Selo. Gen. 9. Vir agricola, & quia plantauit vineam, qua sata ebrius factus est, vinitor. Gen. 9.

Nempe reconderat semina & plantas, vel potius, quemadmodum Deus conseruauit arbores in medijs vndis & fluctibus ne subuerterentur & perirent (Nam Gen. 8. columba ore carpsit ramum frondentis oliuæ) ita & radices & semina genitalia. Eius enim prouidentia hic non tantum eluxit in seruanda Noë familia & animantibus sed etiam reliquis rebus, physicis.

Exemplum altaria erigendi & sacrificandi à maioribus acceptum posteris tribuit. Ecclesiam collapsam restaurauit.

Apud eum iustitiæ fidei hæredem institutum (Heb. 11.) ex arca egressum, Deus renouauit legem de coniugio contra vagas libidines, propter quas præsertim mundus aquis periorat ad legitimam hominum multiplicationem.

Deinde legem de cæde ad eorundem conseruationem, Tertio esum carniū & piscium antea intentatum concessit, excepto suffocato, morticino & eiusmodi, in quibus sanguis non est effusus, ipso denique sanguine: quam legem etiam repetiuit per Moysen & Apostolos, in cæremoniam & signum prohibitiæ crudelitatis in proximum & cædis humanæ Gen. 9. (Altiora mysteria hic non persequimur.) Cum ea autem permissione reliqua animalia præ crudis vescuntur, sic vescendi consecuta sunt potestatem. Antea enim etiam ipsa herbis pascebantur. Basil. Hom. 11. Hexa. Huic Noë vini potum de suo adiecit. Primam tamen viuendi rationem Orientales retinuerunt, quousque Pygmalion imperaret. Hier. contra Iouinia. Quod in Indijs continuarunt, præsertim Bracmanes populi & Gymnosophistæ philosophi, ad quorum æmulationem Pythagorici multiq; alij Græcorum sapientes se cōposuerunt.

Quia Xenocrates scriptum reliquerat in templo Eleusina tria hæc præcepta insculpta fuisse, Honorandos parentes, venerandos Deos, abstinendum carniæ esu, ex Tripolemi vetusti legibus. *Ibid. & Porphy. lib. de abstinentia ab animalib.* Nam vel sæculo Alexandri Magni Porus Indorù rex dicebat Alexandro, Meus victus sunt olea, palmarum encephali & fructus, potus autem aqua, quam mihi fluuius fundit. *Suidas in ποινῶν ἐγκύκλιος.* Quæ edulij puritas ita à Porphyrio & Pythagoricis defensa est, vt nisi Dei, permissum interuenisse sciremus, videretur naturæ dictamine omnino ab animalibus abstinendum.

Anni Diluuii.

Anni mundi.

1656

Interim animalia permittuntur, quia diluuium corripit fregitque vim & bonitatem terræ, debilitauit etiam, peioremque reddidit naturam hmanam. Hinc illud Fasciculi Myrrhæ Genes. 10. Omnes generationes post Diluuium fuerunt infirmæ & debiles comparatione priorum ob aquas Diluuij.

Septem præcepta dantur, quæ Hebræi partim præcepta filiorum Noë, partim præcepta naturæ appellant, & obligare etiam gentiles scribunt isto ordine. Non colere idola. 2. Benedicere Deum, 3. Seruare ius publicum. 4. Cauere ab incestu propinquorum, alióque nefando concubitu. 5. Non fundere humanum sanguinem. 6. Non rapere. 7. Non tollere membrum de animali viuente. *Hebræi passim, vt R. Selomo in 2. cap. Jerem. Seder Oleam cap. 5.*

Arcus cœlestis, misericordiæ Dei & Crucis, in qua Christus fuit vt in arcu extensus, fit symbolû. *Gen. 9: tuncque primum in nubibus ponitur aucta. Solis luce, Abben Ezra, vbi taxat R. Saadiam dicentem extitisse ab initio, sed nunc primum positum in signum mundi nunquam amplius diluuiio perituri.*

Multis annis post (Abben Ezra Gen. 9. contra eos qui ista coniungunt) plâtata vinea, Noë inebriatus, & irrisus.

Vnde secutum oraculum de eius filiis, qui omnem terram repleuerunt. *Benedictus primum Sem, è quo ortus Abraham credentium Pater. Deinde Iaphet, è quo dilata est gentium plenitudo & ingressa in Tabernacula Sem, i. Ecclesiâ. Postremò Chanaan filius Cham infœlicitati seruitutis subiectus. Vnde Chananei, qui in vndecim gentes creuerant à posteris Abraham, Lot & aliquot aliorum deleri sunt funditus. Deut. 1.*

Cham autem, quia destitutus est paterna benedictione, non paruam plagam reliquæ suæ posteritati attulit, vt & ipsa indignationem Dei in suum parentem testaretur.

Nam filij Mizraim secundo geniti, vt Aegyptij nigri & deformes nati sunt, *R. Selo. Gen. 2. Getuli præter nigrorem ore putidi, vt cogantur salem perpetuo habere in ore. Postellus in compendio Cosmographico.*

Filij Phut tertio geniti, vt Mauri, nigri, simi, labeones, alióve modo prodigiôsè affecti.

Filij Chus primogeniti nigerrimi, &c. Nam certissimum est originem nigredinis non à regione propriè (vt hæctenus est existimatum) ob solis ardores, sed à stirpe & sanguine Chus prouenire. Quoniam sub æquatore & locis vtrique tropico vicinis inter istos nigerrimos sparsi reperiuntur albi vel cineritij, qui illic in sua albedine perseverant, vt qui manant è sanguine Abraham, Salomonis, Iudæorum & aliorû inquilinorû. 2. Quia nec in India littoribus sub eodem climate, imò verò parallelo (nisi ex traducta aliundè stirpe) eo colore tinguntur. Sed nec in Atlanticæ, in qua homines sunt oleastrino Indoue, aut vt plurimum, cineritio colore, præter paucos, in vno solo

1

1657

NOE ET DILVUII SÆCVLO.

Anni Diluuij.

Anni mundi.

I

NOE SÆCVLO.

Gen. 11.

2

II
b SEM, filius Noë genuit Arphaxad ab elu-
ne anno 2.

1657

1656

*Iapeto Europæorum &
Septentrionalium patre.*

2

*Camefe Arabû, Afrorum,
meridionaliumque satore.*

loco, ob eamque rem vicinis inuisos cum alioqui veri Aethiopes sibi de sua summa placeant nigredine. 3 quia vsque ad 35. gradum latit. in Africa vltra æquatorem sunt aterrimi, cum apud nos Hispania, Sardinia, Syria, Arabia, Babylon, Chaldaea, Persis, Susiana, Gedrosia intra 35 gradus latitudinis cis Aequat. nullatenus Aethiopes ferre videantur. Credendum itaque traditioni Hebraicæ, quæ ex albo parente Cham (sicut & Iaphet & Sem albi erât) natum affirmat Chus (aut saltem eius postero) satro colore in sceleris paterni argumentum. *Ibid pag. 38.*

Præter calamitatem seruitutis. Nam Arabiæ gentes, quæ è Chus descenderant, ab Ismaele, Esau, Madian, & cæteris, Abraham filii è Cethura, à Moab & Ammon Loti F. partim extinctæ, partim sub iugum missæ sunt. Africa autem populi perpetuæ Europæorum & Asianorum seruituti obnoxij, qui proinde Reges ferè habuerunt extraneos, olim Iudæos, Persas, Ptolomæos, Græcos, Romanos, Saracenos, hodie Turcas, Ismaëlitas. Sed & Abyssinorum Præto Ioannes suam originem refert ad Salomonem, eiusque nobilitas tota ab Abraham, de quo post.

Proprie tamen Chanaan maledictus infœlixvè pronuntiat, non Cham, quia auctor fuit, & origo scandali. Turpitudinem enim aui Noë reuelauit, quem non modo non castigauit Pater, sed & fouit, corridendo & conuocando fratres ad istud spectaculum. In eum autem versa est imprecatio, non in Cham, ne Chus Aethiopium pater. Mizraim Aegyptiorum, Phut Lybum ea immerentes includerentur, qui proinde & ipsi aucti sunt cælestibus & temporariis gratiis. Nam Aethiopes regnum florentissimum iam olim habuerunt, & perpetuo à diebus Salomonis & Reginæ Sabæ fideles fuerunt Aegyptij. Christum è primis susceperunt. Sic Afri. &c. Soli Chananei penitus ab Israelitis vel extincti, vel in alienas terras eiecti, vbi miserè viuunt & barbarè, &c.

Quòd autem istud contigerit, vt rectè Abben Ezra, multis annis post Diluuium ex eo apparet, quia, Chanaan tunc erat adultus, & præcipuus tragœdiæ auctor, qui tamen erat quarto genitus. Cham enim iam ante eum genuerat Chus parentem Aethiopum, Mizraim Aegyptiorum, Phut Lybum, *Gen. 11.*

Tunc, imò tota hac 2 ætate habitabant in tentoriis, nullis adhuc pagis vrbibusque conditis. Nam Genes. 9 nominatur tentorium Noë, & tabernacula siue tentoria Sem (idem enim in Heb. vocabulum. *הלח* Obel significans tabernaculum motorium minimèque fixum.) Quem morem aliquandiu seruauerunt Patriarchæ sequentis ætatis, è variis locis Genes. de quibus proinde Apost. Heb. 11. in casulis aut potius in tabernaculis, *è τῶν κλυτὰς habitando, &c.* Et vrbium primæ post Diluuium, non nisi post diuisionem gentium, prouecta iam Abraham, nominantur & condidocentur, Genes. 10, & 11.

Doctores Hebræi, vt scribit *R. Leni in 9. cap. Genes.* tradunt Cham execuisse testiculos patri, ne deinceps liberos procrearet, Quid simile Poëtæ nostri de Cælo & Saturno fabulantur.

b. Sem post diluuium vixit an. 500. superstes Abraham an. 35. vsque ad annum Iacob prope quinquagesimum. Nam moritur sexcentenarius. Constanti Hebræorum sententia, ipse est Melchisedech, qui per tot annos, nempè à diluuiò ad sæculum Iacob, fuit præcipuus ecclesiæ Dei gubernator. *Hieronymus ad Euagrium,*

Magna probabilitate Hebræorû Talmudici. Iosep. lib. 1.

c.10, Kimhi in Rad לרנ, (etsi fragetur initio Paralip.) R. Selomo Genes. 10 docent, Iaphet primo loco à Noe fuisse genitum, 500 scilicet patris anno: Cham secundo. 501. Sem autem omnium postremo, cum pater peruenisset ad 502. vel 503. etsi contra Nostris, vt *August. lib. 16. de Ciuit. cap. 2.* Iaphet minimus putetur, Sem maximus. Sed eius nihil interest ad nostræ Ecclesiasticæ historiæ seriem.

Interim ratio Hebræorum videtur inuicta. Quicumque fuit primogenitus Noe, erat centenarius ineunte Diluuiio. Nam natus quingentesimo anno ipsius, qui sexcentesimo in arcam ingressus dicitur Genes. 6 & 7. Sem autem non nisi fuit centenarius biennio post Diluuium, Genes. 11, qui annus erat sexcentesimus secundus Noe. Sem igitur non fuit primogenitus.

Deinde Genes. 10, vbi ex ordine historiæ textitur trium progenies, Iapheti genus præcedit, Camesis sequitur, Semi tandem subiicitur. *R. Leui. denique ibid.* Sem dicitur frater Iaphet maioris (sic enim accipiunt Hebræi in genitio, non in alio casu *Maior. &c.*)

Prius tamen solet nominari à Mose, verum vt dignior & pietatis auitæ tenacior, non vt antiquior. item obseruantie & amoris causa ad honorandam eius memoriam, qui suus populique sui esset parens, denique propter primogenituræ prærogatiuam, dum ex eius semine oriurus esset populus Dei, & Christus.

Sem apud homines gloriam adeptus summam & super omnem animam (post Seth) in origine Adam *Ecclesiast. 49.* Patris ebrii nuditatem, cui illudebant Cham & Chanaan, pallio cum altero fratre operuit, atque paternam benedictionem promeruit. Salem regiam condidit & templo adornauit, in quo sacrificium & Ecclesiæ sedam primariam fouere erat solitus.

Ex eo pij homines procreati sunt, qui in Dei cognitione permanserunt. E fratibus ij, qui se ad falsa numina contulerunt.

Non perinde profanis notus fuit, qui alioqui Cham Iaphet meminere sub nomine Camesis & Iapeti, quoniã & Orientalium pater, quibuscum commercium prope nullum habuere, vt cum Europæis & Septentrionalibus, quorum parens Iaphet, cum Afris & meridionalibus, quos Cham procreauit.

Iaphet ab Hesiodo & Poëtis Iapetus nominatur, cuius filium faciunt Prometheus, à quo hominem è limo terræ factum, & igne Iouis è cœlis delibato animatum scribunt: fortasse, quia sermonibus ipsius, doctrina de creatione protoplasti, apud posteros conseruata sit.

Quemadmodum autem Iapeti, & quidem inter Gigantes, nomen Græcis & Latinis notum fuit, quamuis vnde essent ignorarent, ita fratris nomen non ipsis aded fuit obscurum, quin inter Gigantes cum Deo bellantes Camesem nominarent. *Vt Cato in fragm. de Originibus.*

Ab his disseminatæ sunt & diuisæ in terra gentes 70. quot notantur capita familiarum Genes. 10. & 11. Nempe 26 è Sem. 30 è Cham. 14. è Iaphet.

Quamuis autem Iapheti progenies gentibus & linguis nomé dâtes initio pauciores fuerint, tandè tamè cæteras numero & multitudine superarunt, vbi paternæ benedictionis *Dilatei dominus Iaphet. i.* multiplicet eius sobolem & amplifcet eius fines supra reliquos. *Fasciculus Myrrha.* Hinc effusiones incredibiles populorum è Septentrione in Europam, Africam, Asiam & omnes orbis partes. Hinc amplissima regna, Macedonum, Græcorum, Roma-

Anni Diluuij

1

Anni mundi.

1657

NOE SECVLO.

2

1549

norum

Anni Diluuij

2

37

12
C ARPHAXAD genuit
Selam ætatis suæ an. 35.

*Elam, Assur, Lud, Aram
quatuor aliis filiis Sem.*

*Gomor, Magog, Madai,
Iauan, Thubal, Mosoc, &
Tyras septem Iapeti. F.*

*Chus, Mizraim, Phut,
Chanaan, 4 filiis Cham.*

Gen. 11.

67

13
d SELA genuit Heber
anno 30.

*Hus, Hul, Gether, Mes
Filiis Aram, Syrorum Pa-
tris.*

*Ascenaz, Riphath & To-
garma F. Gomer, Gallorum
P.*

*Eliza, Tarsis, Cittim, &
Dodanim F. Iauan Græco-
rum P.*

67

*Saba, Hauila, Sabattha,
Regma, Sabathaca F. Chus
Æthiopum P.*

Anni mundi.

1688

1688

1820

1820

uorum, Tartarorum, Turcarum, &c. c. ~~apud 70.~~ Interpretes Arphaxad dicitur genuisse Cainam, & Caina Selam. nullum exemplar Hebraicum hoc loco huius mentionem facit. Quintiam vetutissimi Hebræi nominatim norant à Noë ad Abraham tantum decem esse generationes, quot erant ab Adam ad Noë. B. quidem Lucas cap. 3. vndecim numerat, ac Cainan inserti in hunc ordinem. ~~Sed~~

~~possit etiam dici Arphaxad genuisse Selam per intermedium Cainam. Nam sæpe Hebræis gignere tam maioribus reliquis, quam proximis parentibus tribuitur. Sic cum non meminisset Cainan Moses, id B. Lucas posuit, siue è veterum Hebræorum historiis, siue è Spiritus sancti afflatu, ~~quod si verè Arphaxad genuit Cainam, deinde Cainam Selam, genuit Cainam anno 18. & Caina Selam ann. 17. Qua ratione Sela natus est ipsi Arphaxad cum Arphaxad ageret 35 annum. Sic Numeri tantum in 70 erunt corrupti, vt totis his sæculis. Atque hæc est prima trium de Chronologia huius ætatis, quæstio.~~~~

Cæterum quia Arphaxad vixit 438. peruenit ad Abraham 146 annum. Isaac 46, Mundi 2096. Sic Heber, à quo Hebræi dicti sunt, omnium Patrum post diluuium diutissimè vixit, excepto vno Sem, nimirum annos 464, vsque ad 80 Iacob. Hac methodo, quinam, quibuscum, & quandiu vixerint, facillè deduces.

Secunda huius ætatis quæstio est de natiuitate Arphaxad, vt tertia de Abraham, de qua suo loco. Nonnullis dicitur genitus anno primo diluuij, aliis, secundo. Difficultas in eo est posita, quod *Biennio post diluuium Gen. 11.* interpretentur post diluuium scilicet inchoatum. Ac sic ferè Hebræi, qui hanc ætatem præfinitè annis 292. concludunt. Simplicius est de biennio post absolutum diluuium.

Nisi verò tam cito post diluuium reperiretur natus, posset non videri primogenitus, quia Gen. 10. v. 22. & 1. Paral. 1. nominatur tertio loco, nempe post Elam & Assur.

Vt fuere generis humani primordia in Armenia, Mesopotamia (ibi enim Eden paradisi locus, *Eze.*) Chaldæa, Syria, ibique ante diluuium homines duntaxat incolere: ita hæ ipsæ primum regiones post illud habitatae sunt, & sapientiam à maioribus acceptam coluerunt ad vsque laborum confusionem.

Post diluuium cœpit habere locum illud Plinij. Quanto magis præterit sæculi cursus, tanto minora corpora fert natura.

d Moritur annorum 433. Iacob 31. Gignit trigesimo & sic ferè deinceps, Nam vt contractior est iam vita, ita & vitæ functionum vsus celerior.

Notant enim sub huius patre humanam vitam dimidio imminui capisse. Cum enim superiore æuo homines explerent 900 annos, iam his diebus ad 400 redacti sunt, vt sub Phaleg ad ducentos. *R. Selo. 1. Paral. 1.* Nascuntur copiosè futurarum gentium Patres. E Sem cui ab Euphrate cum Syria Oriens totus obrigit, Arphaxad Chaldæorum, quos proinde diminutè Cædim, à tribus postremis literis מרפסר vocat (è quo Heber Hebræorum) Elam Elamitarum qui post ab infusis in ipsorum re-

gionem Persis de genere Iapheteo & Medorum sanguine. *Fasciculus, Myrrha Genes. 9.* Persæ dicuntur Assur Assyriorum, Lydydorum, Aram Syrorum, unde in Hebræo Syria sic appellatur, cuius metropolis Damascus, etiam vsque ad Augusti tempora vocatis Arameis (inquit Strabo) quos Syros dicimus. E quo Hus Auxitidis regionis in confinio Syriae & Arabiae Pater, ~~Lud, Anam, Laab, Naphtu, Patrus, Chastu, Capthro F. Mizraim Aegyptiorum P.~~ Gether Etharorum, qui & Armenij, ~~Macedones, Turcarum, Rhodamin, Rhodiorum,~~ è quo tredecim Indiarum propagatores pro tempore nominandi.

E Iaphet, cui contigit Septentrionalis regio à Tauro & Amanio montibus Ciliciae & Syriae vsque ac glaciale pelagus, & Europa vsque ad Gades, Gomer Galatarum, ~~Chus, Saba, Sabæorum, in Arabia, de quibus Poëta, mittunt thura Sabæi, Euila Getulorum, qui sunt in parte Aethiopiae Occidentali, Africae desertis adherentes. Sabatha Sabathenorum, qui nunc Astabari, Sabataca Cephalecorum in intima Africa secundum littus maris Aethiopici, quorum annales affirmant Salomonis classem illuc tertio quoque anno auri causa nauigasse. Raama populorum magis mediterraneorum, qui paulatim antiqua nomina perdiderunt, vel potius ignorati sunt à nostris Geographis, ut plerique alij Africae, verentibus fortasse, ne regionibus extra Tropicum Cancris positis, stulta quadam vulgi persuasione, torrerentur.~~ Tharum, unde & Hebraei Scythiarum, ~~Chus, Saba, Sabæorum, in Arabia, de quibus Poëta, mittunt thura Sabæi, Euila Getulorum, qui sunt in parte Aethiopiae Occidentali, Africae desertis adherentes. Sabatha Sabathenorum, qui nunc Astabari, Sabataca Cephalecorum in intima Africa secundum littus maris Aethiopici, quorum annales affirmant Salomonis classem illuc tertio quoque anno auri causa nauigasse. Raama populorum magis mediterraneorum, qui paulatim antiqua nomina perdiderunt, vel potius ignorati sunt à nostris Geographis, ut plerique alij Africae, verentibus fortasse, ne regionibus extra Tropicum Cancris positis, stulta quadam vulgi persuasione, torrerentur.~~ Madagascariarum, ~~Chus, Saba, Sabæorum, in Arabia, de quibus Poëta, mittunt thura Sabæi, Euila Getulorum, qui sunt in parte Aethiopiae Occidentali, Africae desertis adherentes. Sabatha Sabathenorum, qui nunc Astabari, Sabataca Cephalecorum in intima Africa secundum littus maris Aethiopici, quorum annales affirmant Salomonis classem illuc tertio quoque anno auri causa nauigasse. Raama populorum magis mediterraneorum, qui paulatim antiqua nomina perdiderunt, vel potius ignorati sunt à nostris Geographis, ut plerique alij Africae, verentibus fortasse, ne regionibus extra Tropicum Cancris positis, stulta quadam vulgi persuasione, torrerentur.~~ Ioniæ, ~~Chus, Saba, Sabæorum, in Arabia, de quibus Poëta, mittunt thura Sabæi, Euila Getulorum, qui sunt in parte Aethiopiae Occidentali, Africae desertis adherentes. Sabatha Sabathenorum, qui nunc Astabari, Sabataca Cephalecorum in intima Africa secundum littus maris Aethiopici, quorum annales affirmant Salomonis classem illuc tertio quoque anno auri causa nauigasse. Raama populorum magis mediterraneorum, qui paulatim antiqua nomina perdiderunt, vel potius ignorati sunt à nostris Geographis, ut plerique alij Africae, verentibus fortasse, ne regionibus extra Tropicum Cancris positis, stulta quadam vulgi persuasione, torrerentur.~~ Græcorum, unde in Heb. Græcia nominatur *Iarân* *Es. 68. Iosel 3. Dan. 8. 9.* & Græci Iones, & quinta eorum lingua Ionica & mare Ionium, per quod è Syria itur in Græciam. Tubal Hispanorum sine Iberum, *Es. 66. Mosoc Moscouitarum & Capadocum Ponticorum, quorum metropolis tempore Hieronymi Mazaca, Thiras Thracum, E' Gomer Ascenez Germanorum, Riphath Riphæorum, vbi & Riphæi montes, Togorma Sarmatarum (Recentioribus Hebræis Turcarum, E' Iauan Elifa Elifeorum sine Aeolidum, unde lingua Græcorum quarta Aeolica. Tarsis Cilicum, quorum metropolis Tarsus, Cittim Cypriorum, quorum ciuitas Citium, quæ nobis Zenonem philosophum peperit, propriè Europæorum maris mediterranei accolarum vel insularium, unde Romani & Itali Num. 24 & Dan. 11. sic appellantur, & Græcorum insulari, Es. 23. & Macedones, 1. Mach. 8. Dodanim Epirotarum, apud quos Dodoneum oraculum. Rhodamin (Nam 1. Paralip. additur) Rhodiorum.*

E Cham, cui cessit ab Euphrate meridionalis tractus vsque ad extrema Africae, Chus Aethiopiæ, unde Aethiopia Chus Hebraicè nominatur, Mizraim Aegyptiorum, unde & in Heb. Aegyptus sic dicitur, & apud Ptolom. & hodie per totum Orientem, Phut Mauritanorum, unde fluuius Mauritanie Phut & tota regio Phutensis, vbi hodie regnû Fessense, Chanaan Chananeorû, quorû regionem postea Iudæi, vi imprecationis Noë & propter eorû peccata occuparunt. E' Chus Saba Sabæorû, in Arabia, de quibus Poëta, mittunt thura Sabæi, Euila Getulorum, qui sunt in parte Aethiopiae Occidentali, Africae desertis adherentes. Sabatha Sabathenorum, qui nunc Astabari, Sabataca Cephalecorum in intima Africa secundum littus maris Aethiopici, quorum annales affirmant Salomonis classem illuc tertio quoque anno auri causa nauigasse. Raama populorum magis mediterraneorum, qui paulatim antiqua nomina perdiderunt, vel potius ignorati sunt à nostris Geographis, ut plerique alij Africae, verentibus fortasse, ne regionibus extra Tropicum Cancris positis, stulta quadam vulgi persuasione, torrerentur.

Ex hoc Raama Saba Sabaim auctor, unde Regina Saba, quæ inuisit Salomonem. Dadan ignota gentis. sed Sabainis propinqua.

E' Mizraim Aegyptiorû fonte Lud Marmaricorum, Anam Cyrenaicorû, quanquam hi dicantur bello quodam Aethiopico consumpti. Laab Lybum, Nephtu Nubiano-

Anni mundi.

37

Lud, Anam, Laab, Naphtu, Patrus, Chastu, Capthro F. Mizraim Aegyptiorum P.

Sidone, Heth, Iebus, Amor, Gargas, Heu, Arac, Sin, Arad, Samar, & Hamath F. Chanaan.

67

Anni Diluuij.

1694

1724

Anni Diluuij.

Anni mundi.

1694

1724

1758

1758

NOE SÆCVLO.

14

Gen. II.

e HEBER gen. Phaleg anno 34.

101

Saba & Dadan filii Regum de genere Chus.

Philistim filii Casluim de genere Mizraim Aegyptiorum patris.

102

rum, Patrus petrae Arabiae, Caslu Troglodytarû, de quibus egressi sunt Philistim Palestinorum patres, Caphtor, Capadocum ad Taurum, (non ad Pontum.)

E' Chanaan Sidon Sidoniorum, Heth Hetteorum, Iebus Iebuseorum, Amor Amorrhæorum, Gergas Gergeseorum, Heus Heueorû, Arac Aracheorû, quorû metropolis Arca contra Tropolim, in radicibus Libani. Sin Sincopum qui Sin ciuitatem nõ procul condiderunt, Arad Aradiorû, qui Aradiâ insulâ tenuerunt angusto freto à Phœnicia littore separatam. Samar, à quo nonnulli Samariae montem denominant, Hamath, à quo ciuitas Syriae Hamath, in Scriptura celebrata, quam Aug. Antiochiâ. Hiero. Epiphaniâ Græcis temporibus nominatam asserit.

Hi quidè longè plures sustulerunt filios. (Nã Gen. 11. de quolibet ferè inculcatur, *Et genuit filios & filias.* i. numerosam vtriusq; sexus sobolem) sed solum nominantur patres & capita gentiû & linguarum matricû. Cæteri sunt per cognationes, familias & gentes confusi.

Quare hæc ætas merito inscribi potest mater & parens humani generis, siue ætas propagationis & multiplicationis humanæ. Nam his trecentis annis genus humanum copiosius esse auctû & multiplicatû, quàm 1600 annis diluuium antegressis, ex eo apparet. Primo, quia tot illis annis vix Asia mediterranea potuerint impleri, cû iã post 300, tanta multitudine extiterint nepotes Noe, vt nõ modo illa loca repleuerint, sed etiã vniuersû cõtinentem, imo etiam maris insulas, Gen. 10 & 11. Secundo, quia lex matrimonij siue monogamiae in paradiso lata sex primis generationibus, ne quidem inter Cainitas violata sit inter filios autem Dei nunquam, cum iam hoc æuo polygamia locum habuisse videatur è cõiugijs Abraham, Iacob &c. Tertio, si ex vno Iacob intra 430, iuxta alios 210, sexcenta hominû millia exierunt ex Aegypto, præter paruulos & fœminas, qui non erant pauciores, quot potuere nasci intra 300, è tribus filiis Noë præsertim benedictione Dei Patris cumulatis?

Forma certè Ecclesiæ quæ 300 primis, & quidem inter cruces acerbissimas plus creuit auctaque est, quàm vetus Synagoga bis millenis, adeo vt modum totum occuparit & per eum latè disseminarit.

E' HEBRAEIS nomen dedit. In Chaldea inter Tigrim & Euphratem remansit cum tota posteritate, quousque Thare cum filiis migravit in Mesopotomiam, deinde Abraham in Chananeam, à quo Euphratis transitu in alienam terram, Rabbinorum multi, *vi R. Selo. Genes. 10.* Abraham primum Hebræum, indeque eius posteros Hebræos dictos putant, non ab hoc Patriarcha. Nam & Heber, *trans, ultra,* quasi transfluuiales.

Sapiens Propheta apparuit, quod filium suum vocauit Phaleg, diuisionem, quia illo viuente linguæ regiones diuidendæ erant. *R. Iose.*

Vocabulo prophetico siue prouidentiae, vt innotesceret in hac diuisione orbis terrarû, plus fuisse diuinæ prouidentiae, quàm humani consilij & industriae.

Secundo genuit Iocan à diuino sive minorando, quod diminuerit sibi de mudi negotiis, vt vacaret rebus diuinis & philosophiæ. *R. Selo, 1. Paralip. 1.* Quasi è duobus ipsius filiis vniuersa sapientia manatura esset in homines. Diuina per Phaleg Hebræorum patrè, humana & Philosophica per Iocan Indorum & Orientalium genitorem. Vnde philosophia illis locis ab omni antiquitate floruit,

Bracmanes, Gymnosophista. Et. in libris regū, historia præfertim Salomonis, sapientes Orientis Tardissimè Occidentales sapiimus & sciuiimus.

Tres prophetæ huius ætatis Noë, Sem, Heber. Seder Olam c. 21.

f PHALEG à diuisione nomen habuit: patre eius afflato numine quodam prophetico. Eius enim sæculo, id est, sub vitæ ipsius extremum. Auctore R. Iose. in diuersas linguas, prouincias, & gentes terra diuidenda erat inter filios Noë. Alioqui natus est 101 post diluuium anno. Ex quibus Sem, qui & Melchisedech sacerdos Dei viui, cum suis, Orientalem Syriæ patrem versus Euphratem obtrinet. Cham Zoroastres Bactros, Iudæam, Arabiam, Aegyptum. Æthiopiam, totam denique per ordinem successionis, Aphricam, Iaphet, siue Iapetus cum septem filiis eorumque posteris, Europam nostram & Septentrionalem Asiæ partem. Hinc poeta, Audax Iapeti genus, primum se credere transtris, &c.

Antea enim nemo mare fulcarat. Hinc poetæ aureo sæculo negant mare fuisse traiectum. Exemplum arcæ illos in insulas traxit, quas & repleuisse à Mose memorantur.

Nomina posterorum eorum Hebraica id clarè indicant Genes. 10. & 1. Paralip. 1. vt Assur, Madai, Lud, Sidon, Iauan siue Ion, &c. Ne Græci gloriantur se terris imposuisse nomina. Origines enim populorum secundum familiarum fortitiones alibi non leguntur, quàm apud Mossem Gen. 10 & 11.

Ciuitas & Turris Babel ædificatur, ne posthac posset vilo diluuii perire: quæ fabulæ de Gigantibus cum Ioue bellantibus materiam præbuit, & de Alloidis Titanis & Terræ filiis, qui manibus magnum aggressi rescindere cœlū, apud Virg. ex Homero.

Ex vna lingua Hebræa, multæ, nempe 70, vt Hebræis placet, factæ sunt: quod colligunt è capitibus familiarum, quæ rotum recensentur. Gen. 10. Sed id sub finem vitæ Phaleg. i. 48. Abrahæ.

Omnium ergo matrix Hebraica mundo cœua. Hiero. in Sopho. Orig. hom. 11. in Numer. & serè Hebrai, præter R. Iuda, cui in tra. Sanedrin, Adæ Sermo Aramæus, id est, Syriacus. Quæ vt prima fuit, ita erit & vltima. Nam eius vsus est, eritque in cœlo, dum ea Sancti, vt Psalmus ait, in sæculorum sæcula laudabunt Deum. Haymo 1. Cor. 13. Viguerius è doctrina Scholasticorum, Instit. c. 9. §. 1. v. 8. p. 103. Remigius 1. Co. 13. Ioan. Dominicus Cardinalis super Magnificat, Uualdus de monte regali c. 9. lib. de laudibus & triumphis trium liliorum. Vnde & Angelicam dictam putant ab Apostolo 1. Co. 13.

Ita non quærendum cum Platone in Cratillo, Voces ne sint à natura, an ex hominum iustituto, vt censuit Aristoteles. Nam Deus ipse linguas confudit, id est, ex vna multas fecit. Hebrai, siue miscuit (Balal hoc sonat & simplici vnitati opponitur vt mixtio & confusio) miscuit inquam, vt iam non esset vna lingua siue loquela, sed mixtæ, & confusæ. i. variæ & multiplices, vt iam se mutuo non intelligerent, seque separare cogerentur.

Sic earum diuisio siue diuersitas neque est naturalis, cū vnicus principio esset Adā cum sua vxore, sed publica calamitas in hominū genus diuinitus effusa, Deique punitio, neque ex humano cōsilio, vel vitio, vt prima & vnica progressu temporis fuerit variata, & plures facta, quia simul omnes vnus esset dialecti & idiomata. cū cōstet 70. linguas radices planè habere diuersas, ne inter se quicquā

Anni Diluuij.

101

Gen. 11.

131

131.

15
f PHALEG gen. Rehū
ætatis anno 30.

Ioctan fratre minore.

NOE ET DILVVII SÆCVLO.

Anni mundi

1758

1758

2788

1788

inter

Anni Diluuij.

31

131

Anni mundi.

1758

1788

habere commercij & affinitatis.

Hebraica, quæ antea communis erat, apud Hebrum (à quo linguæ & populi nomen remansit incorrupta, quòd neque consilij, neque operis eorum, quibus turrim in cœlum erigere placebat, interfuisset. Nam etsi ista confusio cōtigerit vltimo anno Phaleg, i. ætatis eius; 239, at ei Heber superuixit 170 annis, vsque ad 82 videlicet Iacob. In eo enim finiit antiquus Macrobiorum Vigor.

Qui turrim ædificauerunt, appellati sunt Meropes, ob diuisam vocem. Vide Suidam in voce, Hebrai.

Imò verò remansit etiā in Syria & terra Chanaan, antiquis Patrū sedibus cūmque in eam venit Abraham Chaldaus, tam ipse, quàm posteri ipsius locuti sūt Labio Chanaan, quæ est ipsamet lingua sancta, circa quæ tempora corrupta est in Syria, vt deinceps, nō Hebraica siue Chanea fuerit, sed eius duntaxat dialectus proximus. Nam propius Syriaca ad eam accedit, quàm reliquæ. Elias Præf. Meturgeman è Thalmudicis. Quod videtur sumptū è c. 19. Esaia, In illa die ciuitates in terra Aegypti loquentur lingua Chanaan, & colent Dominū exercituum. Sic enim Esaias appellat linguam sanctam Hebraicam. Atque hinc fortasse suprā R. Iuda Adæ sermonem fuisse docuit Arameum.

Sed nec qui morabantur in Syria & Chanaan videntur interfuisse cōstructioni turris, aut cōmunicasse. Quoniā Gen. 11 v. 2. struētores descēdisse videntur de Oriente in cāpum terræ Sennaar, illicque cōsēdisse ad hoc opus. Syria autem & Chanea erant in Occidente terrarū, quæ tunc incolebātur, nēpe vltimæ ab illa parte propter mare Mediterraneum: montes Libani Armeniæque à Septentrione, deserta Arabiæ ab Austro, Solo Oriente aperto, plano & peruiio vsque ad montes Mediæ. His enim finibus conclusa videtur istius ætatis habitatio.

Aiunt autem hanc confusionem linguarum extitisse 48. ætatis Abrahæ, 10. ante obitum Noe, ita vt vterque eam spectarit. Seder Olam.

Indèque terrarum diuisionem. Nam eam statim est cōsecuta, eoque promptius, quod alter alteri peregrinus videretur.

Vnde falsum est anno 101, post diluuiū huiusmodi confusionem accidisse, quod tamen nostris Chronologis & nonnullis Hebræis apud Abben Ezram placet, nēpe quia prima ætas Phaleg indicit in 100. ab ipso diluuiio. Si enim vera est Hebræorum historia, illam oportet factam post annum à diluuiio trescentesimo: ætate videlicet tertiæ & Abrahæ, quod omnino est tenendum. Primum quoniam oportuit prius iusto aliquo tempore multiplicari stirpes, quàm in tam varias orbis partes dispergi. Deinde, quæ ratio est firmissima & prope necessaria, quoniam gentes multæ, maximæ & precipuæ nondum erant ortæ, relinquæ non multum auctæ. Tantū abest, vt illarum linguæ potuerint confundi. Nam tredecim Indicæ exortæ sunt è Ioctan fratre Phaleg minore Gen. 10. Præterea illas oportuisset præteritas in partitione orbis terrarū, quæ tamen optimam & lucupletissimā mundi partē sunt cōsecutæ. Non, vt Israelita, quæ ideo in partitione illā non venit, quia adhuc erit in lumbis Abrahæ, & pars eius Dominus, Deut. 10. 32, qui ei prouidit tādē de terra Chan aā. Denique paulò antè demonstratum hæc facta sub extremam vitam Phaleg, quam ad 339. diluuij perduxit. Gen. 11. Hinc à diluuiio ad diuisionē terræ & linguarum confusionem annos 340. numerat auctor Seder

Olam, & Hebraei penè omnes. Quibus congruenter Abbas Vespergenſis Chronici ſui initio, Moſes (inquit) ab Adamad Noë, & à Noë, ad Abraham duarum ætatum tempora, ſecundum ſucceſſiones generationum in populo Dei deſcribit, nullam vſquam de regnis & regibus faciès mentionem. quòd reges fortaliſſis nondum eſſent. vbi pro fortaliſſis certaliſſimè, ponerem. Nam nihil certius, quàm regnorum originem ob ſuperiores cauſas conferendam in quinqueſimum circiter tertiæ ætatis, ſiue Abrahæ.

Dum 70 linguas duntaxat Hebræi conſtituunt, hoc faciunt, quia apud Moſem non plura ſtirpium capita & principes notantur iuxta numerum filiorum Iſrael proſectorum in Aegyptum R. Selo. Deut. 32. Abben Ezra Gen. 10. & 11. Noſtri ſeptuaginta duas pro numero 72 diſcipulorum ad eas conuertendas à Chriſto inſtitutorum. Nempe è Iaphet 15. è Cham 30, è Sem 27. Sed rectius Hebræi. Nam conceſſis 30 ſtirpibus Cham, vt diſertè expreſſis Genef. 10, è ſolum reperiuntur 14. niſi addas Rodanim, è 1. Paralip. quaſi alium à Dodanim. E' Sem vix 24. Item quoniam non plures proferri poſſunt cæterarum innumerabilium matrices, quales ſunt, Hebraica genitrix Syriacæ, Arabicæ, &c. Latina Italicæ, Valachicæ, Gallicæ & Hiſpanicæ: Græca Doricæ, Ionicæ, Aeolicæ, Atticæ: Slaonica Polonicæ, Boëmiciæ, Moſcouiticæ, &c. Germanica Helueticæ, Angelicæ, Flandricæ, &c. Tartarica Turcicæ, Sarmaticæ, &c. Abyſſina Aethiopicæ, Sabeæ, &c. Sic illo numero minimè comprehenduntur, vt gètes poſtea ex iſtis propagatæ. Verbi gratia Ammonitæ & Moabitæ ex Lot, Idumei ex Eſau, Iſmaëlitiæ & Hagareni ex Iſmael: neque ita illarum dialecti, qui ſunt innumera- biles, ita vt intra centum leucarum diſcrimen in hominum labiis, occulta quædam cauſa verſuram faciat tantam, vt vel propter accentum, vel ob mutationem aliquam literarum, vel additionem, vel detractionem tam paruulo ſpatio non ſe mutuo intelligant, ſicuti in nouo etiam orbe Americus Veſputius obſeruauit ſe ſcripſit.

Adde gentes omnes propemodum eſſe ſpacio ſæculorum inter ſe confuſas, commixtas, vel etiam planè mutatas (Iſraelitas excipit R. Kimhi initio Abdiæ) propter in- fuſiones, bella, clades, commercia, coniugia, & alios ca- ſus. Indèque linguas vel peregrinas, vel nouas, vel com- mixtas, vel corruptas emeriſſe, quotidieque emergere.

Ex peccato accidit illa linguarum multiplicatio, ad puniendam humanam temeritatè. Nam vt linguæ vnitas & ſimilitudo. firmiſſimè eſt vinculum ſocietatis humane & religionis, ita diuerſitas certà parit animarum diuiſionè, diſcordiã morum, ingeniorum, ſtudioſorum, voluntarum, &c

Ex tribus Noe filiis 72 gentes totidèmq; linguæ or- tum duxerunt, ſed auctus eſt deinde gentium, pluſquam linguarum numerus, Nam ex Sem, gentes 406. progreſſe ſunt, linguæ 27. E' Cham patriæ 394, linguæ 22. E' Iaphet populi 200. linguæ 23, vt ſint numero 72 linguæ, genera- tiones ſiue gentes 1000. Arnobius in Pſal. 104. Eucher. in Genef. lib. 2. c. 7. Aug. de Ciuit. 16. c. 3. 6. 9. 11. Sed Hebræis, vt docui, 70 tantum.

Quem tamen numerum vix dum reperio, ſi quidem ex- cludatur, vt vult Abben Ezra Gen. 11. Sem, Cham, Iaphet. tanquam primarij & ſolidi Domini terræ, quorum poſtea hæreditas per capita liberis & nepotibus gentem iuſtam cõficietibus in partes diſtributa ſit. Itaque maluit & ipſi in partitione veniãt, nõ ſui cauſa, qui quocũque veni- rēt, apud ſe eſſēt. ſed propter illos filios, qui nõ per ſe, ſed

Anni Diluuij.

101

Anni mundi

1758

NOE

SÆCVLO.

131

1788

Anni Diluuij

131

Anni mundi

1688

NOE

SÆCVLO.

16

g R E H V genuit Sa-
ruch, anno 32

Elmodad, Saleph, Hat-
farmuth, Iera, Adoram,
Vzal, Dicla, Hohal, Abi-
mael, Saba, Ophir, Hauila,
Iobab tredecim filiis Iochan
Indorum Patris.

Anni Diluuij
163

163

in globo vt loquuntur. i. conuinctim & mixtim gentem conſtituere poterāt, niſi mallēt cum reliquis fratribus cõfundi miſcerique, vt cõtigit in partitione Chanaan filiis Ioseph minoribus cum Ephraim & Menaffe confuſis.

Sic enim perſpicua erit capitū & ſtirpium enumeratio. Iaphetinarum 15. Iaphet, Gomer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Moſoc, Thiras, Aſkenas, Riphath, Togarma, Elifa, Tharſis, Cittim, Dodanim. Chameſearum 31. Chã, Chus, Mizraim, Phut, Chanaan, Saba, Hauila, Sabatha, Regma, Sabathaca, Lud, Anam, Laab, Naphtu, Patrus, Chaflu, Capthor, Paleſheth, Seba, Dedan, Sidon, Herth, Iebus, Amor, Girgas, Heüs, Arac, Sin, Arad Samar, Hamath. Semea rum 24. Sem, Elam, Aſſur, Arphaxad, Lud, Arã, Hus, Hul, Gether, Mes, Heber, Elmodad, Saleph, Helfarmuth, Iera, Adoram, Vzal, Dicla, Hebal, Abimael, Saba, Ophir, Hauila, Iobab.

Vbi notandum non assignatam certam partē ipſi Heber pro Hebræa ipſius familia ac gēte, vt quæ adhuc eſſet in lumbis Filiorum, præſertim Abrahæ, nec in iuſtam cognationem creuiſſet.

Atque illud eſſe Deuteronomij 32. Quando diuidebat aliſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam (in patrias & Regiones Genef. 11) conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Pars autem Domini populus eius, Iacob funicu- lus hereditatis eius, id eſt. Quemadmodum filij Iſrael. cum Iacob ingredientiſ in Aegyptum erant 70 (Gen. 46 ſic ſane terminauit ſiue diſtinxit filios Adam in populos 70, ſecundum linguarum varietatem, quando eos diuidebat & per terras ſeparabat, ita tamen vt, aliis, nempe 69, af- ſignarit & conſtituerit, terminos & patrias ſuas, Iſraelem autem præterierit, pro parte & hereditate ipſius ſe ei reſeruans & conſtituens, ipſi ſuo tempore pbouiſurus de terra, quam in manus Chananeorum potius. depoſuerat, quàm donauerat.

g Moritur annorum 239, Abrahæ ſeptuageſimonono, mundi 2027. Præſinitè æquauit dies vitæ patris ſui, ſe- quentes reliqui non item, de qua re Abben Ezra Genef. 10 & 11, Sub phaleg diebus, quibus collectus eſt (i. mor- tuus) tria inſignia contigerunt; partitio terrarum. conſu- ſio linguarum, dimidiatio annorum vitæ. Sem enim vixit 500 an. poſt diluuiū. Arphaxad 438, Sale 433, Heber 464. Iam Phaleg dimidium dierum illorum vix explet, nempe 239. Sic Rehu filius eius 239. Sic fermè Sarug 230. Vnde regula. Poſt Phaleg nullus peruenit ad dies eius. i. annos 239, præter filium ipſius Rehu. Hæc ille, vbi & ſignificat Phaleg appellatum, non modo quia diebus; ipſius terra fuerit diuiſa & diſtincta gentibus & linguis, verum etiã quia dimidiata annis.

A diebus Phaleg dimiſſi ſunt anni humana vitæ di- midio vſque ad Dauidem. A Dauid altero penè dimidio vſque hodie, vt ſunt 70 aut 80. Abben, Ezra, Gen. 6.

Iochã pater Rehu laudatur ab humilitate & contèptu mudi, vt proinde moruerit multis intermediis præteritis gètes 13, quæ Indias & Orientem poſſederint, propagare, & numerum Septuaginta abſoluere. Ex 100 enim Elmo- dad pater Emodiorum, vbi Emodij mōtes Alexandri rebus olari, Hafarmuth Carmanorum, Ophir Peruſiorum, vnde puriſſimum aurū, qui & traiecto Oceano eo retinuerūt nomē Peruaim hodie vſurpatū, vt olim in hiſtoria Salo- monis, Hauila Hauileorum, prope Gangē, quorum aurū & lapides prætioſi celebrantur, Iera Gedroſiorū, Saleph, Adorã, Vzal Dicla, Hebal, Abimael, Saba, Iobab populorū

Anni Diluuij

1688

1688
1820

1820

qui vel antiqua nomina perdiderunt, vel quæ nunc pro veteribus habeant ignoratur, vel si tetenta sunt, ad nos non peruenerunt quia illæ partes minus fuere à Geographis nostris lustratæ & cognitæ, & Græci vetera corruperunt vel mutarunt pro arbitrio. Nam quis crederet (Verbi gratia) Mizraim esse Aegyptum, Chus Aethiopiã, Magog Scythiam, nisi hoc sacris historiis constaret.

h MORITVR anno vitæ 20 Isaaci primo, Mudi 2050. Nam nemo deinceps attinget dies Phaleg & Rehû. vita sensim contracta. Primus idola formasse fertur nec veri Dei cultum retinuisse. Sed absit à semine Sanctorum, cum præsertim adhuc Noë & Sem viuerent quos eum reuerentiam ut Patres, credidisse ut Ecclesiæ doctrinæque cælestis pastores, qui debeat dubitare.

Credibilius esset formata ab alijs, vulgi errore & Nimrod metu, post Noë mortem coluisse. Nam etiam de pijs Ios. 2. Transfluuium (Euphratem) habitauerunt Patres vestri olim, Thare pater Abraham & Nachor, seruiueruntque Dijs alienis.

i MORITVR annorum 148. Abrahæ quadragesimo nono, mundi 1998. Pater Chaldæorum ab aliquibus dicitur. Nempe, quia illic perpetuo mansit. neque traiecit fluuiû ad quærendas novas sedes, miræque auxit familiam atauit Arphaxad.

Rapha famosus gigas. Par. 2 à quo Raphaim Genes. 14, de posteritate Chanaan terribiles Gigantes, quos expulerunt Moabitæ e terra ipsorum. D. n. 2. Qui & Emin & Zomzemmin. Videntur se recipisse in Philisteam. Nã illic I. Pa. 14. Raphæ posteritas Dauidis tempore, ut Goliath Getheus, & Lahim frater eius I. Pa. 20. vbi & gigas 24 digitorum ex eadem stirpe. i seniorum in singulis manibus & pedibus.

k Thare statuarius. idolorum fictor & venditor. *Hebrai in Bereſchit Raba. Suidas.*

Non puto verum, fat. esto. ut fuerit cultor e Ios. 24.

Abrahã hanc artem aliquandiu exercuisse. idem auctores sunt. Sed & hoc puto falsius, quamuis vocationem eius gratuitam non dubitem & nullis eius meritis. ex eodem c. 24. Ios. Vix enim poterat vir ad fundandam Ecclesiasticam à Deo factus tam cito obliuisci doctrinã Noë & filiorum ipsius, præsertim Sem, qui adhuc erant in viuis, & cuius fruendi causa meditabatur de adeunda Chanaan.

Primus auctor discessus e patria Vr Chaldæorum Mesopotamiæ vrbe, assumptis secum liberis, uxoribus, vel voluntarij exilij. comitibus, Carras vsque progredietur, ut iret in terram Chanaan. Gen. 11. Vel nõ tam discessus auctor, quam voluntarij Abrahæ filij. sui comes e quo Dei mandatum de relinquendã Vr Chaldæorum, idololatriæ imperatrice, rescuerat. Act. 7.

Fortasse etiam ipse adhuc terram Chanaã adire instituerat, vbi Deus ipse sub pñtificatione Melchisedech colebatur, ad vitãdam impietatem & persecutionẽ Nimrod. Sed cum reperisset in Mesopotamia res religionis esse pacatiores, certa occasione illic permansit cum filiis, vbi & mortuus. Hinc in libro Iudith. Hæc est progenies populi Chaldæorũ, Antea habitauerunt in Mesopotamia, quia noluerunt sequi Deos patrum suorum, sed adorauerunt Deum cæli, vnde fugerunt in Mesopotamiam & fuerunt ibi dies multos.

Hæc autem pertinent ad sequentem ætatem, nã nullæ adhuc erãt vrbes, & contigerunt anno 70 vitæ Abrahæ. 20

Anni Diluuij

Anni mundi.

163
193
17
h SARV gen. Nahor, anno 30. 1820
1850

Iisdem Iocstani filijs.

Gen. 11.
222
18
i NAHOR gen, Thare anno 29. 1850
1870

Iisdem Iocstani filijs.

Gen. 11.
222
19
k THARE gen. Abrahæ anno 70. 1870
1949

Nachor & Haran fratres Abrahæ minoribus.

1921

1949

post

Anni mundi

1056

166

post cœptam tyrannidem Nimrod.

Quandiu Carris commoratus sit, & quam ob causam ibi substiterit, nec in terram Chanaan, ut instituerat, progressus sit, Scriptura reticet.

Vniuersam suam familiam Carras traduxit. Nam filius eius Nahor illic suam familiam & fortunas constituit, nec post patris mortem, fratrem Abrahamum in terram Chanaan sequutus est. Gen. 22. 24. 27. & seq. Delectatus ea sede, quæ patriæ erat propior. Vbi fortasse Dijs alienis tandem seruiit. Nam Laban nepos eius Idola habuit, quæ Rachel filia abstulit, & Iacob defodit sub terebintho.

Relictus illic fuit à filio Abraham, qui diuino oraculo in Chanaan vrgebatur, donec 60 post annis Charris moreretur. Contra eos, qui e loco Act. 7. perperam intellecto Abrahamum non nisi mortuo patre illuc venisse & mortuum secum detulisse suspicantur.

Moritur enim ann. 205. Abrahæ 193, Isaac 35, Mudi 2038.

A Noë decimus de semine Sem, tres filios habuit, sed solus Abrahã verum Deum coluit. Reliqui duo Nachor & Haran ad simulachra se traduxerunt.

Eius primogenitus fuit Abraham, non Nahor, non Haran, *Hebrai Gen. 11.* Nostrorum tamen aliqui minimum Abrahã fuisse censent. quod & colligunt e cap. 7. *Actorum.* vbi Stephanus asserit Abrahamum exiisse Charris post mortem Tharæ patris sui. Ex eo enim sequi videtur, non natum anno 70 Patris, sed 130. i. sexaginta post. Atqui locus ille Stephani cum Mosis litera, & Hebr. traditione, alio modo commodè conciliatur. Non enim inquit postquam mortuus est Thare, inde. i. e. Carris primum Deus eduxit Abraham, sed *transfuit illum.* i. collocavit *μεταστάσει*, colonum & habitatorem fecit, ac ei quasi nunquam in posterum in Mesopotamiam reuersuro domicilium in terra Chanaan statuit: Vnde *περιουσία* non est simplex trãslatio, sed colonia. Nempe Abraham cum ante patris mortem annos 60. magis peregrinaretur in terra Chanaan, quàm habitaret, quod per vices patrem & fratres viseret postea perpetuas illic sedes collocavit, neque amplius in Mesopotamiam reuertit.

Ideoque ante eius mortem ne passum quidem pedis habuit in terra Chanaan, Act. 7. cum duobus annis post, nepe quando Sara obiit, emerit 400 siclis speluncam duplicem cum agro vicino.

Facesser fortassis Lyranus negotium. Sara (inquit) tantum minor erat Abrahamo annis decem. Genes. 17. putãne centenariõ nascetur filius & Sara nonagenaria pariet: Si igitur Haran fuit iunior ipso Abraham, non habebat decem annos. quando genuit Saram, imo ne octo quidem, quia inter natiuitatem Abrahæ & Haran oportet interfuisse duos plus minus annos. Hoc autem videtur incommodum, maximè quia illo tempore non nisi sexagenarij vel septuagenarij generare incipiebant. Hæc ille.

Cui ut respondeam primum: An non Sara se dicere potuit nonagenariam, ut rotundè & breuius loqueretur, non exactè, quamuis fortasse esset minor? Deinde falso supponitur sexagenarios tot isto seculo cœpisse gignere.

Nam oppositum supra, patuit. Habet autem pro incõmodo, quod in illo populo non fuit infrequens, ut octauo anno gignerent. Nam quomodo aliter tam pauco tempore fuissent multiplicati in populum & gentem, nisi illic fuisset extraordinaria fecunditas!

Denique Seder Olam hoc docet cap. 2.

NOE
SÆCVLO.

Haran (ait) post septennium ab ab lactatione accepit vxorem, Hinc anno vitz octauo natus est Lot, sequenti Iefca, qua & Sara. Sic Her anno octauo duxit filiam hominis Chananei, nono Onan. Sic Phares vxorem accepit octauo, nono autem Hezronem genuit. Nam vt hoc confirmem, quamuis etas ad procreandum idonea ab adolescentia incipiat, id est, paulo ante 14. an. vt R. Isaac docet pag. 51. & Aug. lib. 1. 6. de Ciuit. c. vlt. & in Psal. 104. regula tamen fallit. cum vndecimo Salomon gignit Roboam, decimo Achaz Ezechiam, cumque muliercula alioqui prouecta a puero decenni grauida efficitur, teste Hieronymo ad Vitalem. Atque haec pro Hebreis vel etiam exacta Chronologiae firmitate.

Haran moriens ante patrem tres reliquit liberos, Lot, Iefcam, siue Saram, Abrahæ, Melcham Nachoris vxorem Seder Olam. Dubitat tamen Abben Ezra de Lot, Gen. 11. Iefca à Soc siue conspiciendo, quoniam pulchritudine sua excitabat homines ad sui conspectum. Hinc illud, & laudauerunt eam apud Pharaonem, vel etiam cernebat futura per propheticam facultatem, quod significauit Deus Abrahæ. Quicquid (inquit) dixerit tibi Sara, Fac, & audi vocem eius Seder Olam c. 2.

Anni Diluuij. 293

Summa, anni 293. dies decem.

HAC SECVNDA AETATE DOCTRINAM de Deo, Christo, & aliis capitibus religionis continuam sic ostenditur.



QVALIS Ecclesia legis naturae facies post Diluuium extiterit, perspicui hinc potest, vt taceam non esse dubitandum quin Noë, & filij ipsius, ipso viuo, puram & antiquam

religionem non modo tenuerint, verum etiam ad posteros traduxerint, quoniam scriptum Noam iustitia & fidei heredem fuisse institutum, Hebr. 11. & octauum iustitia praecomem, 2. Petr. 2, perfectum; qui in diebus iracundiae factus sit reconciliatio, & apud quem deposita testamenta seculi, Eccles. 44. iustum, qui in iustitia sua liberet animam suam a gladio & pestilentia, Eze. 14. Hoc auum non modo mentem, sed & quinquaginta ferè annis superantem, Gen. 9. vt Dei verbum & religionem in sequentes etates perduceret, per hanc etatem cum prima tertiam connectendo. Nam 600. annis vixit cum prima etate, 48 cum tertia, hinc Dei vnitas deinceps Genes. 8. 9. 10. 11. Trinitas mysterium Gen. 11. Venite descendamus & confundamus ibi linguam eorum & non audiat vnusquisque vocem proximi sui, atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras. Præterea vocabatur & invocabant Deum sub vocabulo Elohim, Gen. 8. & 9. Elohim autè pluralis numeri à singulari Eloáh, Dij, id est, diuina persona. Nam pluraliter Deus sic dicitur in mysterium profundum, Abben Ezra in Psal. 11. eadè prorsus notione, qua Gen. 20. Abrahæ pronunciauit: Eduxerunt me Dii de domo Patris mei (id est, tres diuina persona, quarum vnaquaque Deus est) R. Iaphet, eodem citante. In Christum venturum fides, Noë iustitia qua per fidem est, haeres est instituta, Heb. 11. pactum & foedus sempiternum accipiens à Deo, Gen. 9, pro cuius signo datus est ei Arcus caelestis, id est, Christus in Cruce extensus signum foederis inter Deum & omnem carnem super terram, Ibid. Item Arca forma mystica & ex lignis occultam significationem habentibus, Sap. 14, Spes orbis terrarum ad ratem confugiens remisit saculo semen natiuitatis, qua manu Dei gubernatur. Benedictum est enim lignum per quod fit iustitia. Quin arca nihil aliud erat quam crux contracta, & conuoluta. Si enim explicetur & exporrigatur forma Crucis exoritur. Sacerdotium extremum, publicum ministerium Noë Gen. 8. & 9. Melchisedech Gen. 14, Sacerdotum benedictiones Ibid. Gen. 9. & 14, Vbi & decimarum perceptio. Fidei signa vt sacrificia cruenta, in typum sacrificij cruenti Christi, Gen. 8, Aedificauit Noë altare Domino & obtulit holocausta super altare. In cruenta in typum Eucharistiae, Gen. 14, Sem Melchisedech erat Sacerdos Dei excelsi, in suis sacris offerens panem & vinum, & decimas accipiens. Nam hotsi est verbum sacrificale, vt Iud. 6. v. 18. quare 70. longe ante Christum verterant Oblutit sique illum locum intellexerunt veteres Rabini, vt R. Iohai pater R. Simeon auctoris Zoar, Talmudici, R. Mose Haddarsan, R. Selomo, & c. Gen. 9. Noë plantat vineam non tam vt biberet, quam vt libaret Deo, & sacrorum libaminu deinceps instituendorum vsu insinuaret. Nam etiam hic veteres Rabini magna mysteria contemplantur vt R. Iacob Baal Haturim illic attingit. Sacramenta, in patrum externis cultibus & ritibus, quos Sem literis mandasse scribunt, qui & solenniter benedicebat, & c. Gen. 14. In eorum benedictionibus & imprecationibus: Benedictus Dominus Sem, Dilatet Deus Iaphet, & c. Gen. 9, Lex enim natura non fuit sine sacramentis Purificationum, In arca octo anima salua facta sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formae saluos facit baptismus, 2. Petr. 3. Nam in liberationis à diluuii memoriam purificationes & lauachra in sacris retinuisse videntur, vt Genes. 35. Matrimonij, eiu institutio & benedictio renouatur semel Gen. 8. bis repetitur Genes. 9. Pœnitentiæ. Eius praco cum esset Noë ante Diluuium predicans incredulis 1. Petr. 3. & 2. Petr. 2, non videtur post ab ea inculcanda destitisse, vt qui exemplum ire Dei in impios tam luculentum conspexisset & sensisset. Nam Deus originali mundo non parcens, Diluuium exemplum eorum, qui impie acturi essent, posuerat. Ibidem Matth. 24. Luc. 17. Nec solum eam verbo docuit, verum etiam opere. Nam castè & continenter deinceps vixit, quasi excelsis testiculis ex Hebraicis traditionibus, & in sudore vultus sui, vt qui esset agricola & vititor, multiplicandi & politica regendi negotium tribus filiis relinquens, seque in vnica pietate & mundi & contemptu exercens

Anni mundi. 1949

Templa

Anni Diluuij. 293

Templa loca reli giosa: eorum species in altari, quod Noe adificauit, vbi odoratus est Dominus odorem suauitatis, Genes. 8. item, Templum in Salem à Melchisedech adificatum pro sede religionis primaria è Tradit. Hebr. & Ioseph. lib. 6. belli Iud. cap. vlt. vbi oraculum fuisse videtur, ad quod perrexit Rebecca vt consuleret Dominum, Genes. 25. Delectas ciborum, in abstinentia à sanguine & suffocato, Genes. 9, in distinctione mundorum animantium ab immundis, Genes. 8, non iam ad sacri ficationem solam, verum etiam ad esum bestiarum iam tunc primum concessum, Genes. 9. Festa Noë, & reliquos patres Sabbathum semel à Deo sanctificatum rite seruasse tradunt Hebraei, vbi supra. Et sane non est probabile Patres Dei consecrationem à Deo iam solenniter factam Gen. 2. neglexisse, qui longè minora adeo religiose obseruauerunt. Præcepta septem, data filiis Noë isto ordine. Nam colere idola, Benedicere Deum, seruare ius publicum, canere ab illegitimo concubitu, Non fundere humanum sanguinem, non rapere, non tollere membrum de animali viuenti, è Gen. 9. Hebraei passim vt Seder Olam c. 5. R. Selomo in 2. Jerem. Ordinis politici & potestatis magistratuum institutio. Gen. 9. Quicunque effuderit (inquit Deus ad Noam) humanum sanguinem fundatur per hominem (hoc enim in Hebraeo interpretiur) sanguis illius. Unde Chald. per testes sententia iudicum sanguis eius fundatur, Dominij hominum supra reliqua restitutio. Ibid. terror vester ac tremor sit supra cuncta animalia terra. & c. Cura mortuorum sepulchrum Ada in Hebron hac etate religiose seruatur, & in sequentes etates curiose transmittiunt. Ios. 14. vt cum nostro interprete Hebraei veteres in Bereshith Rabba & in Midras Cantici Cantorum sentiunt. Ne quis locum illum Iosue alio detorqueat cum Kimbi & recentioribus. Iudicium & alterum sæculum, Deus ad Noë & eius filios Gen. 9, de manu viri & de manu fratris eius requiram animam hominis. Ad imaginem quippè Dei factus est homo. Gen. 9. mysterium male dictionis Chanaan, & benedictionis Sem & Iaphet Denique quæcunque vigerunt prima etate, fideliter posteris tradidit octo illi, qui per arcam erepti mundum & Ecclesiam renouauerunt. Quarum traditionum semina extant in oraculis Sibyllinis, quorum maiorem partem tribuunt Sambetha Noë Nurui, id est, vxori Sem Sibyllarum prima, antiquissima & longeuissima. Denique Ecclesiam rexerunt reuelationibus Dei & Angelorum, Gen. 8. & 9. prophetis Heber, Sem, Phaleg, & c. sicq, salutarem doctrinam ad Abrahamum sequentis aui principium & populi Dei Patrem deuulerunt.



TERTIA AETAS,

PATRIARCHARVM qua & primæ originis linguarum & Gæ tium, velut adolescentis populi Dei.


Quæ incipit in Natiuitate Abrahæ id est, anno mundi 1950.

293 Gen. 7. 393 Gen. 14.

ABRAHAM genuit in Geraris Isaac an. ætatis suæ 100.

Pontifice Melchisedech à quo benedictionem & communionem Abraham accepit,

Anni mundi. 1949



OE moritur anno ætatis suæ 950. annis 17 ante exitum Abrahæ ex Haran, siue Charris Mesopotamiae vrbe, Crassi cæde nobilitum Abraham natus erat an. 58. Abben Ezra Geb. 6.

Sic eum omnes præcedentis ætatis Patriarchæ videntur. Nam.

| | | |
|----------|--------------------------|------|
| Noë | } vidit Abrahamum, annis | 58 |
| Sem | | 175. |
| Arphxad. | | 145 |
| Sale | | 175 |
| Heber | | 175 |
| Phaleg | | 48 |
| Rehù | | 70 |
| Sannaar | | 100 |
| Nachor | | 49 |
| Thare | | 135 |

Superuixerunt autem tres Sem ann. 34 Sale 16, Heber 67. Dum filij huius sæculi tumultuabantur, & in constituendis regnis sese anxie exercebant, lucis filij vitam priuatum quietam, religiosam, & paucis contentam traducebant, atque ad cœlestem suspirabant, confitentes se peregrinos super terram, seque fide & spe futuri Christi sustentantes. Ac sic eam describit Moses in suis libris & Apostolus Heb. 11.

Sem cognomento Melchisedech, Hebraei ferè omnes. Et si reclamet Epiphanius hæres. 55. contre Melchisedechianos, quod Sem sexcentos annos duntaxat vixerit, cū rex Melchisedech contigisse velit Diluuij millesimo centesimo vigesimo. Nam nititur falso fundamento nempe 70 inter pretum vitiosa enumeratione aut transcribentiu potius. Regnat in Salé (Sic. Ps. 76. vocatur Hierusalé) annis 113 Suidas. Aedificat templum toto orbe celeberrimum. Ioseph. lib. 6. belli cap. vlt. Quippe Dei excelsi Sacerdos, in

D 2

panem & vinum, more veterum, quorum sacrificia ferè erant incruenta, Hebræorum nullus negat. Quin potius *R. Mose*, Haddarfan in Bereshith Rabba eum tunc sustinuisse Messia illum incruentæ sacrificacionis ritum introducturi speciem atque personam contendit. R. autem Salomo ordinarius Hebræorum interpres in *cap. 4. Genes.* è veterum Rabbiorum scriptis panem & vinum Melchisedech protulisse tradit, vt legis futuræ sacrificia farinae & libamina figuraret (quæ & ipsa erant sacrificij incruenti Christianorum typus) & Fasciculus myrrhæ, fol. 3. column. 2 è לוֹר Eius munera vocat וְנִסְחֵי מִיִּבְרֵי מַנְחָה oblacionem & libamen. Et mydras Agada Abrahæ Melchisedech significare oblaciones & libamina, quæ filij eius ibi essent in posterum oblaturi. Vnde Rabbinum veteres, ne quis putet fuisse panem & vinum commune, non appellant Panem & vinum, Melchisedech, sed *Minhâ & Nesec*, id est, oblacionem & libamen, panem videlicet & vinum benedictum ac sacratum: quæ ritu facto & solenni prius fuerint oblata consecrataque Deo. Inde Abrahæ & eius pueris in charitatis ac religionis symbolum porrecta & distributa. Volunt ergo sacrificasse. Et certè מִיִּבְרֵי Hotfi Hebraicū quo Moses vtitur, & noster interpretatur *Protulit*, & Septua. *Oblulit*, verbum est sacrificale, ac reddentium Deo oblaciones atque sacrificia, vt in historia Gedeonis. *Iud. 6. vers. 18.* Cæteras etiam res Melchisedech plenas esse perfectiõnis & mysterij *R. Leui è Talmudicis asseruat*, quod B. Paulus epistola ad Hebræos persequitur.

Vnde ego veterem: *Oblatum porrexii*. Quod sequuntur Cypr. epist. 63, ad Cæcilium, Ambr. Euseb. Chrysof. Aug. & ex lingua Hebraicæ peritis Epiph. hæres. 55. & 79 Hieron. in 26. Matth. & epist. ad Euagrium, quæ est de Melchisedech. Qui etiam si non obtulisset, propositum tamen Abrahamo epulum typum fuisse sacrificij Missæ, nemo vnquam ante nouissimos hæreticos dubitauit.

Abrahamum reuertentem è bello conuiuio excepit panem & vino, de ritu gentis solenniter prius oblato, etque, inuocato Dei numine, benedixit *R. Mose Haddarfan in 14. Gen. Exrat liber qui dicitur Bereshith Rabba. Vbi pag. 26. col. 4. R. Samuel Bar Nahaman. inquit. Ritus* (mysterium) Sacerdotij magni ei Melchisedech reuelauit. Nam panis iste est panis facierum & vinum libamina. Magistri autem nostri, Legem reuelauit ei, quoniam dictum est: *Cōmedite panem, & bibite vinum quod miscui vobis*. Denique hic omnia plena esse mysterijs Rabbinum omnes docent & agnoscunt. Qui si existimassent verbum *proferendi* hic non esse sacrificare, & *vinum & panem* nihil præter epulas retulisse, nunquam tam præclare de Sacerdotio eius differuissent, neque Paulus asseruisset Heb. 5 sibi de eo suppetere grandem sermonem, sed non explicabilem quoniam Iudæi imbecilles facti essent ad audiendum, perfectorumque esse solidum cibum. Quod Hieron. ad Euagr. nominatim ad Eucharistiæ mysterium retulit, ne Iudæis videlicet infidelibus tantum panderet sacramentum. Qua ratione veteres sobriè de Eucharistia loquebantur, ne eius magnitudinẽ Geniliū sannis obiiceret. vt Orig. ho. 9. & 12. in Leu. Hb. 3. in Num. 4. in Iof. Theod. in Polymorpho. Chryf. orat. de Philogonio Socrat. hist. lib. 8. c. 5.

Quoniam autem hic primum sub hoc nomine de repente prodit neque legitur quādo natus, neque quādo mortuus, dicitur neque principii dierum habuisse, neque finem, itēque ἀπὸ τῆς ἀμύτης in signi mysterio, Heb. 7.

Ex his quæ Scriptura loquitur: Melchisedech, vir fuit

Anni
mundi.
1949

*Nimrod rege Babyloniorum
Et post natum Isaac Assur
sive Nino Assyriorum.*

Hæc ætas Pontificem habuit Melchisedech i. Sem, in ea enim omnes primogeniti à Noe usque ad Aarōnem Pontifices, sacerdotesq; fuerunt. Hieron. in T. adit. & in epistola ad Euagrium. Vel hi, quibus tributum ius primogenitura, (nam Sem supra probauimus non fuisse primogenitum, nisi Patris beneficio, benedictione) 1. Par. 5.

magnus-

Anni
Diluuij.
293

293

NOE

SÆCVLO.

393

Anni
mundi
1949

1949

magnus siue fuerit Sem filius Noë, siue alius, vt liquet è tribus notis ei attributis. Prima, quia vocatus est Melchisedech.

Hinc enim apparet rex iustissimus, iudicij iurisque studiosissimus, 2. quia Rex Salè, quasi fuerit cumlatus perfectionibus omnibus. Nempe perfectus cognitione & actione (Salem enim perfectum sonat, & pacificum, priore modo hic accipitur, posteriore ab Apostolo.) quæ duæ sunt præceptorum partes. Nam respectu perfectionis operum, Melchisedech cognominatur, vt cuius opera essent iusta, respectu cognitionis & scientiæ rex Salem, id est, perfectus) 3. quia Sacerdos Dei excelsi. Hinc enim eum par est tenuisse scientiam Altissimi, præditumque fuisse prophético Spiritu. Eius cætera recta sunt, & plena magnitudinis. *Fasciculus Myrrhæ, Gen. 14.*

Ministrauit Abrahæ exercitui Xenia, & mulram abundantiam rerum opportunarum simul exhibuit, & super epulas eum collaudare cœpit, ac benedicere Deum, qui ei subdiderat inimicos. *Iosephus.* Sed perperã videtur existimare Abrahæ decimas datas, cum Apostolus & Hebræi ferè omnes doceant Abrahamum potius ipsi dedisse Melchisedech. præterea non intellexit mysteria sacrificij eius incruenti, quod alij Iudæi inculcant apud Galatinum *lib. 10. c. 4. & 5.*

Abraham initium fidei nostræ, per credentium, in Vr Chaldæorum vrbe nascitur. Fuit linguarum confusarum tempore, ipseque cum sua familia in lingua Heber aui sui relictus est. *Co 1. 14.*

Inde discessit Carras Mesopotamiæ, patriam ignis, quam loco diuini cultus vrgebat tyrannus Nimrod, fugiens. *Trad. Hebr.*

Duodecim annis post mortem Noë, iubet Deus Abrahamum egredi è patria sua in Chanaanorum terram ad Sem maiorum suorum patrem & pontificem, separarique à Babylonica iniquitate. Et sanè in certa familia Sem, ex qua descendit Abraham, veri Dei cultus utcunque permanerat. Utcunque dixi, quoniam ipsi etiam incipiebant sese dedere, & receptam Idolomaniam complecti, vt docet 24. cap. vbi & Abraham inter Idololatrias numeratur. Sed 48. anno ætatis cœpisse agnoscere Deum, & Idololatria cedere scribunt Hebræi è *R. Iohanan & R. Hanina.*

Quin & Thare egisse pœnitentiam. *R. Selo Gen. 15.*

Ita mundus religione corrupti cœpi paulo post initia huius ætatis aperta idololatriæ vel impietatis professione, vt iam instituat Deus sibi eligere familiam, in qua Ecclesiam & futuri Messia spem deponat, Ios. 24. Thare Pater Abraham & Nachor seruierunt Diis alienis. Itaque tuli Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan (ad locum religionis, cui præerat Melchisedech.)

Ibi repleuit omnia facellis & altaribus, eam quasi totam Deo dedicans. Aedificauit duo altaria. *Gen. 12. & 13. vnum inter Hai & Bethel, alterum propè Schem. Tertium Gen. 15. propè Hebron. Quartum in Bersabee. 21. Quintum in monte Moria, vbi postea templum. 22. Sic. quocunque transibat. Vnde Mahometes tradidit suæ Mechæ templum opus esse Abrahæ. Consecrat cœmeterium, vxori, sibi & posteritati (23) propè Hebron. Seruus Dei. Genes. 27, Psal. 104. Amicus Dei. Es. 41. Paralip. 20. Dilectus Dei. Daniel. 3. Inter Chanaanos inuocans nomen Dei æterni publicè & palam sacrificans, 12. 13. 15. 21. 22. suscipiens sacramentum Circumcisionis. & nullum in familia incircūcisum ferens*

2049

D 3

Symboli Eucharistiæ à Melchisedech *Gen. 14.*
 Speculum omnium vitæ institutorum. Diues armenis, auro & argento. *Gen. 13.* ouibus, bubus, auro, argento, seruis ancillis, camelis, asinis. 24. Mancipiis locuples emptiis, vernaculis, alienigenis. 12. 14. 17. quibus omnibus utebatur in religionis, pietatis, hospitalitatis commoda. 18. 21. 23. &c. Decimas soluens. 14. &c.

Abraham vitæ 48 videt diuisionem linguarum & gentium, & paulò post Nimrodi Babylonici tyrannidē *Chronol. Heb. Mundi 1997*, siue sub mudi 2000. Ab eo enim vexatus ob cultum vnus Dei, tandēque eiectus è Chaldaea. *R. Mose in Morè. part. 3. è quodam libro de Agricultura Aegyptiaca.*

70 Proficiscitur ex Vr Chaldæorum in Haran Mesopotamiæ *Gen. 11.*

75 Ex Haran relictis ibi patre & fratribus, assumpta Sara vxore, eiusque fratre Lot in terram Chanaan. *Gen. 12.* qui annus erat decimus sextus mortis Noë, vigesimus septimus diuisionis linguarum, primus famis. cuius causa descendit in Aegyptum in tres menses, vltimus siue decimus quartus seruitutis Sodomitarum.

76 Ex Aegypto reuersus recedit in Alone Mamræ ad Hebron. Eodem vicit quatuor reges cum suis 318 vernaculis & paucis auxiliariis, ac Melchisedecum obuium habuit. *Genes. 14.*

Illic mansit 25 annis, id est, vsque ad conceptum Saræ & vitæ centesimum, siue vsque ad euerfam Pantapolim.

86 Duxit Hagar ancillam (Ex ea eodem Ismaëlem sustulit, ante decimum quartum Natiuitatis Isaac, (id est, decimo anno post ingressum in Chanaan, *Genes. 16.*

99 Circumcidit se & suæ familiæ mares. *Gen. 17.* vbi nouū nomen consequitur, pro Abram. i. *Pater excelsus.* Abrahā è tribus compositū Ab, Rab, Hamon, *Pater multi populi.* per syncopen literæ Beth deinde per Apocopen syllabæ on, quod pater credentium omnium, tam præputij, quàm circumcisionis. *Ro. 4. Gal. 3. 1. Mac. 2.* Nam fides & religio prope erat extincta ob Nimrod & reliquos tyrannos, patre etiam eius seruiente diis alienis. *Iosu. 24.* Eo anno eueritur Pantapolis & in lacum migrat.

100 Siue metu amphioris euerfionis & vastitatis, siue tristitia amissorum sociorum, siue fuga aëris sulphure igneque cœlico infecti, siue vt consequeretur noua pascua peregrinatus est in terram Palæstinorum diebus multis. i. annis 26. Nam illic diutius confedit, quàm ad Hebron. Tum in Geraris metropoli Palæstinorum gignit Isaac & Barsabeam condit (prope Gazam.)

126 Rediit è Palæstina, (quando nascitur Rebecca Charis,) in agrum Hebron, circa quem reliquum vitæ transigit. i. annos 49.

135. Patre in Mesopotamia commorante orbat.

137 Ligauit ad altare Isaac, indēque Barsabeam reuifit mox ad exequias vxoris discessurus.

Nam eodem Saram in Hebrone mortuam sepeliit.

140 Dedit filio Rebecam in matrimonium, è Mesopotamia acerfitam.

160. Iacob & Esau nepotulos ex Isaac suscepit.

175 Mortuus est, agente Iacob decimumquintum. *Gen. 25. Hac è Seder c. 1.*

Descendens in Aegyptum (vbi mansit tres menses, *Seder Olā*) Mathematica sacerdotibus tradit, vt scribit Iosephus, & attingit Plato in Epinomide. Quod videtur Cicero confirmare, cum de Diuinatione Chaldæos recen-

Anni Diluuij. 293. 393.

Anni mundi. 1949. 2049.

NOE, SEM, PHALEG, ABRAHÆ.

Anni Diluuij. 293. 393.

Anni mundi. 1949. 2049.

NOE SÆCVLO.

set primos inuētores Astrologiæ, Aegyptij autem illas ita excoluerunt, vt putentur inuētores Geometriæ, & & Phœnices Arithmeticæ: cuius tamen lineas ab eodem Patriarcha, cum in Pastinam profectus est, acceperant.

In terra promissionis, tanquam in aliena, mansit, in tabernaculis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus promissionis eiusdem. *Hebr. 11.* Reliquit, scilicet presentes opes, vt promissas sequeretur. & etiam 520. milliaribus distas quæreret, vbi tamen ne passum quidem pedis acquisit, vel acquirere voluit, *Act. 7.* præter sepulchrum pecunia emptum, *Gen. 23.*

Cētum annis illic, vel in locis vicinis, vt in alieno solo mansit, habitans in tentoriis more veteri & præcedētis ætatis.

Terra adhuc noua & à primis nouisque colonis possideri cœpta nondum abundante vrbibus, vt sæculo Moysis, & Iosua, vnde etiam æuo Iacob *Gen. 32.* terra spatiosa dicitur & lata & cultoribus indigens.

Sensim enim sub Abraham ciuitates extructæ sunt, magna & principatus multi constituti, artes exculptæ, pecunia signata, seruitutes inductæ, bella varia inter finitimos gesta. Hæc enim apparent ex ipsius historia, vt mundus sub eius mortē non tã videretur nouus, quàm vetus.

Repetitam promissionem accepit de venturo semine. *Gen. 12, 17, 18. &c.* Quin vt magis alliceretur ad fouendā pieratē in sua familia, præcipuē quinque ei promissa sunt. Multiplicatio feminis. 2. Benedictio & fœlicitas eius. 3. Magnificatio nominis. 4. Benedictio vniuersarum gentium per ipsum, siue per ipsum semen Christum. 5. Possessio terræ Chanaan melle & lacte affluentis.

Sabbatum, vt & præcedentes Patriarchæ, coluit: item alias naturæ leges & sacra, quæ postea Moses litteris obfignauit & veluti de nouo instituit, *Abben Ezra in Decalogo. R. Selon. Gen. 26.*

Tertullianus tamen aduersus Iudæos neq; Adam, neque Abelem neq; Henoc, neque Noë, neq; Melchisedech, neq; Abraham, neque vllos alios ante Mosē sabbatizasse putat. Tamen quia iam inde ab initio diem illum Deus consecrauerat, ad recolendū creationis beneficium, quousque dies Dominicus ad recolendū recreationis siue redemptionis mysterium succederet, veras hic existimo Hebraicas traditiones. Adde hunc vnum esse de actibus religionis & primarij iuris diuini. Alioqui decalogus fuisset tempore legis naturæ vno præcepto mancus.

Octo reliquit filios magnorum populorum auctores, vnum è Sara primaria vxore Isaac Hebræorum patrem, alterum ex Hagar ancilla Ismaelem Ismaelitarum & Hagarēnorū in Arabia, alios sex è Cetura concubina, siue vxore vsuaria, qui se contulerunt in alias Arabiæ partes & Aetiopiæ, præsertim Troglodyticæ.

Septem postremis dedit duntaxat mumerata testamento cuncta relinquens promissionis filio, quod Hagarem & Ceturam non accepisset in proprias vxores, id est, matres familias, quæ in æquam societatem omnium & familiam veniebant sed concubinas. i. matronas, vxores vsuarias, & thori consortes (de quo more Gellius lib. 18. c. 6.

Migrans ad Phæretatem regem Aegypti, docuit illum Astronomiam, & post viginti annos iterum in Syriā reuertitur. *Asiaticus historicus apud Euf. præp. lib. 9. cap. 4.* tres menses malunt Hebræi. in *Seder Olam.*

Inuenit (vel potius conseruauit) sacras literas, & linguam sanctam qua libri sacri conscripti sunt, & Rabini hodie vtuntur. Occasionem præbuit Græcis, vt haberent literas. *Suidas in Abraham.*

Circumcisi in fœdus instituitur, quem ritum æmulati sunt Indi, Arabes. Aegyptij, &c. Antea patres erant incircumcisi. vt iam Deus nobis ostenderet nos quoque sine illo onere Deo posse placere. *Ter. ul. contra Iudæos.*

Ab Adam ad Ninum, regem quando natus est Abraham, bis mille anni ferè lapsi sunt, qui ab omnibus historiographis vel omissi, vel ignorati sunt. A Nino autem vel Abraham, vsque ad Cæsarem Augustum, id est, vsque ad Domini natiuitatem, quæ anno 42. eiusdem contigit, quando pace cum Parthis facta, Iani portæ clausæ sunt, & bella toto orbe cessarunt, colliguntur alia duo annorum millia. & paulò plus, in quibus inter se auctores & scriptores omnium otia negotiaque triuerunt. *Oros. cap. 1. hist.*

Bis mille anni à mundo condito expleti sunt anno 52 ætatis Abraham, viuo adhuc Noë. *R. Iacob posteriore toto compendij Talmud. pag. 24.*

Abraham in quodam Græcorum Canone libros conscripsisse asseritur. Quod & affirmat Mahometes in Alcor. Hebræi hodie libellum Ietfirá, de formatione rerum, eius nomine ostentant, vbi philosophatur ex literis & numeris, more Pythagorico, & iacit fundamenta Cabbalæ illius vanissimæ, de qua alibi Quare est supposititius.

Præter Berosum exteri alij huius Patriarchæ meminerunt. Citatur Eupolemus libro de Iudæis ab Euf. lib. 9. Præp. c. 4. Abraham natum in Camerina Babylonis siue Vr, siue Chaldeo poli, qui excelluerit in Astronomia. imo & eam inuenerit apud Chaldæos, aut potius per manum acceperit ab Henoch, quem Græci Atlantem vocant.

Alias eius res perstringunt Alexander Polyhistor, Artabanus, lib. de Iudæis, Melon contra Iudæos qui addit eum habuisse duas vxores, ex Aegyptia suscepisse (per Ismaëlem scilicet) duodecim liberos inter quos diuisa fuerit Arabia, quæ suo adhuc tempore haberet reges duodecim ex altera vnicum Isaac, ex quo duodecim alios nepotes habuerit quorum vltimus esset Ioseph. *Ibid. Euf.*

Hecateus Abderides, qui erat in comitatu Alexandri magni, scripsit librum de vita Abraham.

Quod Orpheus cecinit de Chaldæo, cui soli se Deus patefecerit, videtur pertinere ad Abraham Nam & in Aegyptum peregrinatus fuerat, vbi nomen Abrahamæ tã erat celebre, vt in ipsorum exorcismis mentio fuerit Dei ab Abraham adorati cultique.

Ab eo Iudæorum originem repetit Iustinus à Pomp. Trogo lib. 36. hist. qui & Syriae regem post Damascum facit. (Atqui Damascus potius Abrahamæ successit, nam seruus & filius procuratoris domus eius, *Gen. 25.*)

Spartiatæ à suis libris se fratres Iudæorum & de genere Abraham scribunt. *1. Mach. 12.*

Damascus ab Abraham seruo conditur, de quo eius nomine Dammesec appellatur, omnium fermè vrbium Asiæ vetustissima, ab Hierosolymis itinere sex dierum.

Reblata, quæ postea Antiochia, tunc etiam extruitur in Syria.

Sed omnium primæ sub annum Diluuij 350, paulò post diuisionē Babylon, Arac, Archad, Calâne, Vt in Chal-dæa, Niniue, Chale, Resen, in Assyria Charre in Mesopota

Anni
Diluuij.
233

Anni
mundi.
1949

NOE ET DILVVII SÆCVLO.

393

2049

Anni
Diluuij.
293

Anni
mundi
1949

ABRAHÆ SÆCVLO.

nia Gen. 10. & 11. quasi antea habitarent in tabernaculis siue tætorijs, vt de Noë apparet Gen. 9 & Patriarchis Heb. 11. è variis locis Genescos etiam post vrbes istas primas conditas.

Sodoma & Gomorrha finitimæque ciuitates, vix dum steterat 26 annis post terræ & linguarum diuisionem, quando coeperunt bellum gerere pro libertate, contra Chodorlaomer Elamitarū. i. Persarum regem, qui in suū auxilium duxerat Amraphel regē Sennaar, Arioch Ponti Tual Gētium. Quod primum est bellum, quod in sacris literis memoratur. Pontus autem hic significat mare Persicum, vel Cinnereth siue Genezareth, vel alterum propinquius, non Pontum Euxinum longè remotiorem. Pax adeo humani generis inimica, vt vel à mundi initijs exclusa sit. Mundi 2023.

Anno autem 51 ab eadem diuisione deletæ sunt. annoque sequenti natus est Isaac, id est, 52 à terræ & linguarum partitione. Mundi 2049 Abraham 99.

Vxor Lot retro respiciens, in salis statuam vertitur. *Hebræi in Midras & in Targum Hierosoly.* in aceruum siue cumulum. *i. Kimbi in rad.* vel colūnam, quæ duratura sit vsque ad tempus resurrectionis, quo mortui reuiuiscunt. *Targum Hierosoly.* Tempore Iosephi adhuc cernebatur. *Ipsè.* Salis autem statua dicitur, etsi propriè sulphure ossa eius exusta sint, quoniam sulphur non erat purum, sed mixtum cum sale. *Abben Ezra Gen. 19.*

Sodomam, Gomorrham, & finitimas duas ciuitates Adamam & Seboim in confinio Arabiæ & Palestiniæ, igne, sulphure, & sale cœlitus misso, Deus in cinerem redegit. *Gen. 19.*

Exemplū eorū, qui impiè acturi sunt ponēs. *Iuda c. vnic.*

Quintè vrbi Bela. i. Segor propter iustum Lot indultū videtur. *Deut. 19.* Etsi eo metu se non contulisset, sed in montis speluncam. *Gen. 19.* anno sequenti absorpta est. egressis habitatoribus quia lacus sensim amplificabatur, & obruebat totam regionem. *R. Selo. ibid.*

Strabo falsus est in numero, dum trededem fuisse ait. Item in causa dum euerisionem addicit sulphuri & bitumini è terra erumpentibus, quæ erat assignanda cœlo, id est, Deo irato, è superis peccatores lideranti. Phaëtonis fabulam hinc quidam trahunt.

Hinc mare falsū, quod Pausaniæ in Eliaci mare mortuum, Galeno in Simplicij libris, lacus Sodomeus, aliis Asphaltites, tanta falsedine & amore, vt nullum animal nutriat: & quod eo mergitur, statim vt emergit, eorum falsedine aspersum apparet. Singulare iræ Dei monimentum, in quo è cantibus circumlittora exodat etiam nunc bitumen, & ipsa saxa apparent atra, & odorem dirum spirantia: sic vt Palmæ & aliæ arbores fructum quidem proferant specie pulchrum, at atra fauilla plenum, &c.

Cuius historię fama & vestigium aliquot apud Poëtas, vt Ouid. lib. 8: Metamor Ibi enim Iupiter & Mercurius in humanā formam conuersi Phrygiã regionē, vt hominum humanitatem experirēt, peragrarunt. Cūque ex oppidanis nemo eos reciperet, in Philemonis rustici & pauperis tandē hospitij ingressi, & pro tenuitate humaniter recepti, eum cum familia secū ascendere in collē iubent. Quo factō mox suum oppidū in lacum conuersum videt, &c.

Lot post istam calamitatem non ad Abrahamum diuertit, sed trans Iordanē in eam regionē, quã postea Moabitæ & Ammonitæ posteris, pulsīs veteribus colonis, armis possederūt. *R. Selo. Gen. 19.* id significat factū, quod Abra

2049

392

mum,propter suum cum filiabus concubitus,sibi infensum fore vereretur.

Quod antea de linguarum confusione , populorum distributione,& coloniis,sub Phaleg & sequentibus Patriarchis notatum pertinet ad hanc tertiam ætatem, maxime ad Abrahæ sæculū. Eius enim quadragesimo octauo ista cœperunt contingere,qui erat vitæ Phaleg vltimus, & diluuij 340.Nam Phaleg postquam genuit Rehu,vixit adhuc an.209.*Gen.11.*

Posuimus tamen istam linguarum confusionem,& cætera quæ inde cōsecuta sunt sub Phaleg potius,quàm sub Abraham,ideoque in secunda ætate.potius quàm in hac tertia.vt apparet oraculi illius veritas, *Gen.10. Nomen vni Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa sit terra. q. d. Prædictum est ab Heber non ante moriturum Phaleg, quàm diuideretur terra. Vnde & eius vltimo, siue ducentesimo trigesimo nono hoc factum, quando Abraham suum quadragesimum octauum explebat & Noë suum nonagesimum quadragesimumum. R. Iosef & Seder.*

Præsciens autem Deus eos sic distributos, sensum ab antiqua fide, pietate, & virtute defecturos, nō omnes eligit sibi in populum, quorū peculiariter esset Deus, sed Abraham cum sua familia. Reliquas enim omnes gentes dimisit ingredi vias suas, &c. *Ab. 14.* Ita Ecclesia à diluuiō vsque ad Abraham per 340. annos in vniuerso humano genere continuata, iam incipit ad vnā familiam & gentem restringi, reliquis sua, nō quæ Dei sunt, quærentibus, ac facta eodem temporis puncto populi vnus electione, & aliorum reiectione.

Hoc qui non obseruant. tum regnorum. tum populorum primas origines à secunda ætate repetunt, & alias ad Phaleg, alias ad Rehu, Saruch, Nahor, Thare, antequam gigneretur Abraham, reuocant, magna oraculi præcedentis, *Gen. 10.* & Chronologica rationis labefactione.

Superuixit Noë huic diuisioni annis duntaxat decem. vt qui mortuus sit Abrahæ 58. Quare non videtur potuisse bis in Italiam traicere, & alias orbis partes visere, vbi regna constitueret, posteros corrigeret, leges daret, &c. Nam tam pauco tempore, præsertim à decrepito, tot tanta, tam remota & difficilia non suscipiuntur. *Hæc contra Berosum Anny.*

Quin & reliqui Patriarchæ secundæ ætatis sub Abraham & Iacob mortui sunt. Phaleg 48. Abrahæ, Nahor 49, Rehu 79, Sarug 100, Thare 35, qui idem erat trigessimus quintus Isaaci. Arphaxad 146, qui Isaaci 46. Reliqui Sale, Heber, Sem sub Iacob.

Ipsemet Noe missis sortibus, nepotibus orbem distribuit, & cuique certam terræ partem assignauit. *R. Selo. Genes. 12. v. 6.* Vnde antequam moreretur, familiæ eius dispersæ sunt per terram, quod ex eo liquet, quoniam fedecim post eius mortem, præcipit Deus Abrahæ, vt de terra natiuitatis suæ exiret, & venit in terram Chanaan. *R. Levi Gen. 11.*

Quasi esset tunc terræ portio Chananeis attributa, & Abrahæ tribulibus alia.

Multi tamen patrum in terra hac sancta perpetuas sedes constituerunt, post illam partitionem, quasi in communi patria. vt Sem, vt Heber. *Rabbini passim per Genesim, vt Genes. 21. Fasciculus Myrrha. Trad. Hebr.*

Quia verò tres eius erāt liberi, tres orbis partes præcipue haberi cœperūt. Quā partitionē, Geographi quoque tantarum rerum alioqui ignari, veritate ipsa ducti retinuerūt.

Anni Diluuij.

293

Anni mundi

1949

NOE ET ABRAHÆ SÆCVLO.

393

Hinc

2049

Anni Diluuij.

293

Anni mundi.

1949

NOE SÆCVLO.

Hinc migratio populorum, & terræ repletio è Babel, tanquam diuisionis centro.

Hinc primæ gentium origines. Assur, Assyriæ nomen dedit: Aram, Armeniæ & Syriæ, Gomer, Cimmeriis siue Cimbris & Gallis. Germani semen Chanaan & non Iuda, vt in Iosue demonstrabitur ex indubitatis Hebræorum annalibus. Scythæ è Magog. Sarmatæ è Torgama, &c. Ab iis enim diuisæ sunt primariæ gentes 70 in terra. Tot enim capita & duces familiarum, qui 70. duos colonias ex Armenia Saga, vel Babylonia in mundi partes duxerunt, è Mose sic Rabbini eliciunt.

Filij & nepotes Sem, genti dantes nomen & principium tredecim (reperio solum 10.) Filij Ioctan eiusdem abnepotis, gentibus originem tribuentes 13, Summa 26. Filij Iaphet 14. filij Cham 30. Summa 70. Habuerunt quidem hii alios filios & nepotes, sed illi ad gentem & linguam constituendam minimè sufficientes, adiuncti admixtisque sunt propinquantibus & charioribus, *Trad. Hebr.* vel comprehensi sunt sub Sem. Cham, Iaphet. Hi enim priuatim gentem & linguam constituent necessè est, si numerum 70 seruare oporteat. de quo supra.

Post, varia & multiplex idololatria cœpit. *Cyris. lib. 1. contra Iulian. Apostat.* Vnde à Dodanim Noë nepote Dodoneum oraculum in Epiro, Hammoneum à Chan siue Ham filio in Africa, &c.

Turris à nepotibus Noë ædificata, quod timerent nouum diluuium. *Ioseph, vel vt ascenderet in cœlum ad oppugnandum Deum, Bereschit Rabba.* Moses id potius factum per superbiam significat. Vnde poetæ sumserunt Gygætomachiam. Inter cuius principes Ouidius in Metam. Iapetum nominat, Noë scilicet filium, Europæorum & Scytharum parentem, quem cælo & terra natum fingunt, Prometheus patrem. additis aliis mendaciis ex Hesiodo. Sic Cham, quem Camesem Cato in Originibus nominat, Græci etiā mCambysem.

Hinc superiores perstringens Abben Ezra, isti structores (inquit) non ita erant stolidi, vt putarent se posse isto modo ascendere in cœlum, sed nec timebant diluuium, quia Noe & filij eius, quibus Deus iurauerat, erant ibi, quibus omnes credebant, sicut patribus filij. Iraque eorum institutum erat ædificare urbem amplissimam, habitationis causa & turrim celsissimam in pharum, vt errantium, peregrinantium & longius abeuntium profectioes regerentur. Præterea vanitatis studio, vt ipsum nomen transmitteretur ad posteros. Hoc enim est, quod subiicitur, *Et faciamus nobis nomen.* Hæc ille *Gen. 11.*

Eius tertia pars conflagrauit igne cœlesti, tertia absorpta est, reliqua permansit in monumentum impietatis humanæ & vltionis diuinæ: *Fasciculus Myrrha è Thalmudicis Gen. 11.*

Turrim quidem disturbauit Deus, sed ad eius tamen speciem eodè loco hominum temeritas aliam tanto struxit artificio, vt in octonas assurgeret turres sibi ordine superpositas, quarum celsissima Beli habebat templum miro opere, ima basim rotundam ambitu, longitudine & crassitie stadij. *Herodotus.*

Ethnicorum, Hestici, Eupolemonis, Sibyllæ, Alex. Polyhistoris, Abydeni, qui diluuij & turris meminerunt, verba recitat *Euseb. lib. 9. de præp. cap. 4.* addi poterat Herodotus, &c.

Posteri Sem inhabitauerunt Asiā ab Euphrate vsque ad Indiam & Rhinocoruras, quæ terrarum spatia 27. lin-

2049

393

guarum

guarum differentias complectuntur. *Arnobius in Psal. 104.* Quare aliqui illud Genes. 10. *Sem pater omnium filiorum Heber.* interpretantur, Omnium filiorum trans (fluvium.) Nam *Heber* est & Proprium viri & præpositio *Trans.* q. d. omnium filiorum, qui habitaverunt trans Euphratem. *R. Nabaman & Elias præf. in Methurghamen.* Abiis duæ Monarchiæ, Assyriorum, quidem ab Assur, Persarum verò ab Elam.

Persas tamen deducunt alij è Iaphet, vt non tam ab Elam descendisse putent, quàm à Madai, *Fasciculus Myrrha Gen. 9. è Berescub Rabba.*

Post diluuium statim, Assyria & Aegyptus præsertim cultæ & habitatæ sunt, *In Arabicis historijs.*

Mox est dispersionem, Nimrod nepos Cham primus affectato imperio, regni formam in Chaldæa instituit ad Euphratem. Quare Xenophon rectè primos hominum Chaldæos latè regnasse scripsit. Primus etiam post diluuium venatoriam exercuit. *Hinc in Genesi, Nimrod robustus venator coram Domino.* i. mirabiliter, & prodigiosi roboris. Dum enim Hebræi cupiunt aliquid exaggerare, vt prodigiosum & extraordinarium, sic loquuntur.

Quin etiam significatur ad bellicam suam fortitudinè venandi peritiam adiecisse. *Ramban & R. Isaac.* Et ædificatis altaribus belluas à se venatu captas Domino, (priusquam sensum Sanctæ religionis abiecisset) obtulisse in holocaustum. *Abben Ezra illud, Coram Domino, accipiens in bonum,*

Tandem enim impium fuisse impietatisque exactorem, quasi firmiter sic suum regnum esset constituturus, nihil est apud Hebræos constantius. *Cabbala, Thalmudici, & Ramban, qui carpit Abben Ezram, quod eum visus esset superiori dicto iustificare.*

Babylone vsus est pro regia, Arech quoque (i. Edeffam teste Hierony. in Trad.) 375. miliaribus à Babylon. & aliquot alias vrbes ædificauit.

Defectionem à Deo docuit, vt cui nihil esset tribuendum sed omnia humanæ virtuti atque industriæ. *Ioseph. lib. 1. cap. 4.* Hic ergo Idololatria reuixit.

Fuit autem filius Chus, Noë abnepos. Nisi apud Mosem verbum gignendi, vt interdum Hebraicè, non referatur ad proximum gradum, sed ad aliquem consequentem. Quod est multo probabilius. Nam non recensetur inter filios Chus, Gen. 10. Eius enim regnum non videtur constitutum, nisi post 340. annos à diluuiio, ætate Abraham, nõ post 131. vt vulgo asseritur. Hinc Babylon ædificata ann. diluuij 350. sub Noë scilicet obitum. *Ios. lib. 1. cap. 8.*

Vrbs videlicet prima post reparationem generis humani condita. *Oros. lib. 2. cap. 7.* Vnde primi hominum Chaldæi latè regnarunt, *Xenophon.*

Cœpit esse potens in terra, *1. Par. 1. id est, è R. Selo.* agitare bella & fortia in terra gerere. Primusque fuit rex post diluuium. *Abben Ezra, Gen. 9. super 70 generationes.* Itaque diebus illius diuisa est terra. *Idem, Seder Olam citato,* quasi regnarit ante dispersionem, & sese dispergendi ad vitadã eius tyrãnidem, occasionem mortalibus præbuerit, vnde sequatur mox: *Ex terra illa exiit Assur, & ædificauit Ninive.*

Sed est probabilius post dispersionem regnũ occupasse sub 50 Abraham. septem octoue annis ante Noë obitum, diluuij circiter 342. Quoniam principium regni eius Babylon dicitur. Babylon autem condita à iamiam dispergendis, & nominata à confusis ibi labiis.

Anni
Diluuij.

293

393

Anni
mundi.

1949

2049

SEM, ET ABRAHE SÆCVLO.

Rectius

Anni
Diluuij.

293

393

Anni
mundi.

1949

2049

ABRAHE SÆCVLO.

Rectius igitur ipsemet Abben Ezra, Gen. 11, Mihi (inquit) videtur, quod post confusionem linguarum dispersi sint è Babel, & postea occuparit regnum Nimrod super Babel, indeque alij multi reges surrexerint.

Auctor fuit consilij, quod cepit illa ætas de costruenda turri. Seduxitque vniuersos, vt in Deum rebellarent eiusque iram prouocarent, respondens suo nomini. Nã Nimrod rebellem sonat. *R. Selo, Gen. 10.*

Primus persecutionem monit contra religionem regni 18. dispersionis 20, Abraham 68. Cuius causa Thare cū Abraham & reliqua familia reliquit Chaldæam, & se Charras Mesopotamiæ contulit, nec vterius progressus est. *Gen. 11.*

At Abraham post annos 5 relicta Mesopotamia parentibusque, in Palestinam siue terram Chanaan commigravit, ætatis 75 cum Sara, Lot, emptitiis & vernis, quos in Haran siue Charris sibi parauerat. *Gen. 12.* vbi purior & liberior erat vsus religionis sub Melchisedech. *Gen. 14.*

Vigebat Nimrod cultum Idolorum, *R. Mose. in Mare è quodam libro Aegyptiaco.* Vel potius ignis, quem proinde pro Deo Persæ deinceps habuerunt. *Hebræi Gen. 11.* qui illud, *Eduxit eos, (Thare & familiam) de Ur Chaldæorum,* exponunt non de vrbe cum Nostris, vel regione cum 70, sed de igne seu fornace, in quam tradunt Abraham fuisse coniectum, quod ignem nollet colere, diuinitus autem fuisse eductum siue ex illo igne, siue è carcere. *R. Isaac.*

Videtur subactus tandem fuisse ab Assur. Nam Belum patrem Assur siue Ninj dicitur habuisse successorem. *Euseb. in Chron.* vel potius Amraphel. Nam 27 dispersionis rex Sennaar siue Babylonis loco istius nominatur, *Gen. 14.* Ita non diu regnavit, siue Amraphel. Nam 27 dispersionis rex Sennaar siue Babylonis loco istius nominatur, *Gen. 14.* Ita non diu regnavit, siue Amraphel ei successerit iure legitimo, siue violento. Vt sit initium quidem regnorum in Babylonia fuit.

Sed hæc monarchia prima varias habuit vices Nam à posteris Cham post annos circiter 62. ad posteros Sem. i. ad Assyrios transit. Ninuem enim & Babylon tenuerunt. *Herod.* vel potius ad Chaldæos iugum alienigenæ excutientes. Nimrod enim erat de genere Cham. Chaldæa autem & eius pars Babylonia de sorte Sem.

Apud Assyrios, paulò post regnũ Nimrod, annis circiter 62. (iuxta alios ducentis absurdè) nouum regnum exortum est per Assur filiũ Sem. Abraham 102. Regni metropolis Ninive ab ipso conditur. *Gen. 10.* Assur putatur Ninus, sic à Ninive à se condita denominatus. *Ibid.* Ninive autem siue Ninus in Atruciæ campo ad Tigris vndas. *Strabo lib. 10. Herod lib. 1.* Mille & quingentas turres in orbem complexa. mœnia centenũ pedum altitudine, amplitudine trium plaustrorum. *Sabellicus.*

Deinceps secuta sunt multa regna, dum quæque natio gens & ciuitas suos habuisse reges memoratur. vt Assur non imperium, plurium gentium, sed suæ duntaxat constituisse videatur, idque aduersus Nimrod, qui in omnes tentabat dominatum Hinc *Gen. 14.* nouem reges nominantur, quatuor Assyriæ vicini, quinque paulo remotiores.

Tempore quidem Rehu, Aegyptiorum regnum initium sumpsisse scribit Eusebius in *Chron.* sed hæc iam refutauimus. In eo primũ regnavit Soros (Osyris siue Nrus) quod postea crebris motibus mutatum deinceps legitur Vel iuxta Suidam, Phrao, qui sequentes reges Pharaones

E

cognominauerit. Iosephus tamen Pharaonis vocem lingua Aegyptiaca regē sonare testatur, lib. 8. *Antiq. cap. 2.* nec fuisse Proprium primi regis.

Mizraim autem, qui à poëris Osyris, regnum illud cōdidisse videtur. Durauit vsque ad Augustum, factis quibusdam interregnis *Nangiacus.*

Fuit antiquissimum. Nam ætatis Abrahamæ septuagesimo quinto, Gen. 12, id est, confusionis & dispersionis vigesimo sexto, mortis Noë decimo sexto, excellebat.

A Minæo rege Aegypti Memphis conditur. *Ioseph. lib. 8. Antiq. cap. 2.* Hic aucta est idololatria à posteris Cham, Mizraim Aegyptiæ gentis auctore, & Chus Aethiopicæ. Nam Aegyptij omnium primi aras, sacrificia & delubra diis instituerunt. *Herod. lib. 2.* Et Aethiopes omnium primi deos coluerunt. *Diod. lib. 1. de Aegyptiis postea Græci deorum religionem consecuti sūnt. Herod. lib. 2.*

Chus Aethiopiæ regnū cōdita ad hæc vsq; duras tēpora. *ex Abyssinorū historiis & Marini Romani de Aethiopicis.* Et sane eorum regnū fuisse antiquissimū apparet ex Homero.

Nimrodo in Babylonia succedit Amraphel, *Gen. 14.* Et si binomium existiment Talmudici, citante Fasciculo Myrrhæ, vt *Genes. 10.* appelletur Nimrod. 4 Amraphel.

Externa de hac tertia ætate & suspecta.

Tum florentissimum regnum Assyriorum toto Oriente *Ioseph. lib. 1. cap. 9.* Quare omnes Chronographi Abrahamæ sæculum cum Nini temporibus componunt, qui Assyriorum rex primus scriptores est nactus, ait *Diod. Sicul. lib. 3.*

Sic ab vltima memoria suam historiam Trogus, Iustus, Diodorus, & alij repentes à Nino incipiunt.

Ninus regnauit primus, vt autumat superiorum profanitas, ferme apud vos, o gentes. Ultra stilus non progreditur. Ab Assyriis si forte æui historiarū patefcunt. Qui verò diuinas literas læctitamus, ab ipsius mudi natalibus cōpotes sumus. *Tertu. de pallio.* Nā Nimrod fuit superior, &c.

Quin & nonnulli eius regnū aliquot annis antiquius Abrahamo faciūt. sed minus cōgruenter. Nā cum anno 48. ætatis eius, cōtigerit populorū diuisio & regnorum ortus, inter quæ primū est regnū Nimrod, Niniuitico, minimū 62 annis antiquius, Ninus imperare non potuit, nisi duodecimo post natum Isaac, qui erat Abrahamæ 112. *Hæc ex annalibus Hebræis.*

De quo imperio multa, aut potius omnia fabulatur. Nā & nomen Nini & sequentiū Regum fictū esse videtur ab vrbs Niniue vocabulo, cuius conditor nō Ninū, sed Assur Scriptura nominat. *Gen. 10.* Quæ mētē di libertate, Britannii à fictitio Bruto, Franci à Fræcione, Parisienses à Paride, Treuerenses à Trebeta Nini fratre, &c. se ortos iactitāt. Deinde hoc Abrahamæ sæculo, & cōsequentibus, per annos amplius mille, Persia, Syria, Chaldæa, Arabia, Palestina, Mesopotamia, & cæteræ regiones Orientis, priuatos habebāt monarchas nec Assyriis quicquā cōcedebāt, vsque ad tēpora scilicet Ozia, siue primæ Olympiadis. *Gen. 14.* enim Amraphel rex est Sænaar siue Babyloniæ, Arioch rex Elasar, Codorlaomer Elamitarū siue Persarū, Thudal gētū. Nā quod Iosephus hos Reges diserte nominatos, facit reges Assyriorum, qui totam Asiā deuicisset, Satrapas, hoc obfcure est scripturā, nō in sua perspicuitate relinquere.

Præterea in sequentibus Bibliorū historiis profundum erit de regibus Assyriorum silentium vsque ad Phul, quē putāt esse Nabonassar Ptolomæi. Contra, reliquorū Orientis regum crebra mentio, vt Chusan Mesopotamiæ. *Iud. 1.* Benadab, & aliorum Syriae per cunctos libros Re-

Anni Diluuij.

293

393

gum

Anni mundi.

1949

2049

ABRAHÆ SÆCVLO.

Anni Diluuij.

293

393

Anni mundi.

1949

2009

ABRAHÆ SÆCVLO.

gum & Paralip.

Postremò, Berofus, Nam cætera postea refellentur in Ozia, quando primū Assyriorum nomen terribile Syris ac Iudæis esse cœpit, arque ad eò innotescere, cum tamen Syria Assyriæ esset vicina) Berofus inquam Chaldæus, nō ille fictitijs Annij, sed quem citat Ioseph. lib. 1. contra Apionē, arguit Græcos scriptores, quòd retulerint ad Semiramidem multa, quæ ad Nabugodonosorem infinitis post sæculis sunt referenda, vt de Babylonis structura, &c.

Oportet ergo totum istorum imperium, si quidem amplum fuerit, comprehensum fuisse Tigri & Indo fluuiis, & aliqua fortassis Euphratis parte, nec Euphratem ante dimidiatam quintam ætatem transisse, Vnde quæ de illis & illorum successionē, amplitudine, gestis & rebus dicam, faciam, ne quid de præcipuis præteriisse videar. Alioqui ad fabulosam Diodori historiam pertinent.

Zoroastes Cham horoscopus rerum & syderum motus illustrauit, Magiam, vt fama est, introduxit. è tribus conflata. Medicina, Marhesi, siue Astrologia diuinaria, & Religione. Vices centum millia versuum de hac diligentissimè scripsit. *Plinius & Aristoteles.*

Hanc in Theurgiam, & Goëtiam siue Nectromantiam ex sententia Porphyrij distinxit. *August. lib. 10. de Ciui. cap. 9.* Pharmaciam addit Philo. *lib. de specialibus legib.*

Bastrianos & Persas in regni formam redegit. Apud hos Ostanas & Astampsychos Magiæ nomine celebratos reliquit. Victus fertur à Nino. Solus in natiuitate risit.

Belus Nini pater Astronomiæ ad eò studiosus, eius vt inuentor habeatur à Plinio. Hinc Chaldæorum fama, ex artis illius exercitatione & nomine.

A filio consecratus est, dicata statua, ad quam confugiētes, leges euaderent. Vnde Baal, Beel, Bel & Baalim apud Prophetas Idolorum nomina.

Putant aliqui fuisse Nimrod, qui hoc nomen sit consequutus, quoniam apud Syros, Hebræos, & reliquos Orientales Bel dominum sonat. Porro ad eum eos fuit deorum supremus, vt apud Occiduos Iupiter.

Quare fabulosè à supposititio Berofus diis maximis Orientalium Saturni Babylonici, Iouis Baby. Mercurij & similia nomina imponuntur. Quoniam Orientales ante Alexandrum Macedonem ista nesciuerunt, & eorum Idololatria perpetuò fuit à Græca & Occidua differēs. Sed & Saturnus, Iupiter, & quicumque alij nominantur Græcorum dij, multò sunt Baalim siue Belis posteriores.

Eodem Abrahamæ tempore, multa alia regna exorta memorantur. Primum Aegyptiorum, cuius Scriptura meminit. *Gen. 12.* &c. ab Oro siue Osyri, siue Vexore. 2. Scytharum, quorum rex primus Tanaus. 3. Massagetarum. 4. Sicyoniorum in Achaia & Peloponneſo vsque ad Heli Sacerdotem, quod tandem rexit Egialeus, à quo Vatro velut antiquissimo tempore exorsus peruenit ad Athenienses, deinde ad Latinos. *August. lib. 18. de Ciui. Enscron. 5.* Aethiopum, apud quos mortuo Chus sex regnarint ordine, quorum ignorentur nomina & anni, sine certa sede, Nomadum, & Arabum instar, post quos fixa sit Axumæ regni sedes, vsque ad Christi tempora, indeque translata Sabam, vbi ad hunc vsque diem permanet. *Ex historiis Aethiopicis à Marino Romano collectis.*

Complura etiam alia, dum quælibet natio, gens, vrbs, si bi aliquem principis, ducis, regisve titulo præficeret. Hinc rex Gerar, *Gen. 20.* qui Palæstinorum 26. Rex Sænaar, rex Alasar, rex Elamitarum, rex gentium, rex Sodomæ, rex

Gomorrhæ, rex Adamæ, rex Seboim, rex Balæ, rex Salem, *Gen. 14.* Principes Aner, Escol & Mamre, *Ibid.* Filij Heth Principes Arbez, 2. per Castella & oppida Arabiæ duodecim, principes, Isinæelis filij, 25. Emor Heueus princeps terræ Sichem, 34. Duces Edom 36, antequam primum regem haberent Baalc filium Beor. *Ibid.* Duces Horreorum qui imperauerunt in terra Scir, *Ibid.* Militum dux. 26.
 Vexores rex Aegypti in Pontum vsque victor arma proferens, & Tanaus, Scythiæ rex, qui Vexorem & omnem penè Asiam subegit & cum Aegyptiis de gentis antiquitate disceptauit ante Ninum ponuntur. *Sabellius.* Fortasse Vexores est Osyris Pharaonum primus.
 Osyris & Isis eius vxor hic etiam locantur. Frugum in Aegypto inuectores sub Mundi 2001. Item Orus Apollo, qui disciplinas in Aegypto monstrasse memoratur, vsus Abrahæ consiliis. Atqui ante Ioseph Aegyptij earum videntur fuisse expertes. *Pf. 105.*
 Togarma, de quo *Gen. 10.* Turcis dat originem & nomen. *Elius in Tisbi* (Malo Sarmatis.) Quia autem Turci sunt populi Scythiæ. *Plin. lib. 6. cap. 6. Mela sub fin. lib. 1. Ptole. & Herod. lib. 4.* ideo etiam Magog in scripturis appellantur. Nam Magog Hebræis est Scythia. Ion, siue vt hodie Rabbini pronunciant, Iauan, Ionibus, è quibus reliqui Græci.
 Elisa Acolibus, quo Epirum, & magnam Græciam, i. Calabriam, & loca Italiæ Siciliæ proxima habitant.
 Madai Medis, Riphath Ripheis, Rodanim Rhodiis, Tarsis Tarsensibus Ciliciæ, Kittim Macedonibus, 1. *Mach. 1.* Capthor Cappadocibus, Thiras Thracibus.
 Elam Elamitis siue Persis. Assur Assyriis, qui primam Monarchiam in Babel & Niniue constituerunt, post Nimrod. Lud Lydis, Aram Armeniis & Syris, Gether Etharis in Armenia, &c. Quæ nomina extant, *Gen. 10. & 11.*
 Mesech, de quo *Gen. 10.* priscos Mesios ab Adula monte vsque ad Pontificam regionem posuit, i. Cappadocas, quorum vrbs Mazaca antiquum nomen retinuit, vsque ad Claudij imperium, qui eam vocauit Cæsaream. Ab eo etiam Moschi.
 Iaktan filius Heber. *Ibid.* quem Gangem esse putant, in India sedem sui nominis firmat.
 Eius filius Hauila suo vocabulo Indiæ partem auro abundantem apud Hebræos denominat.
 Alij eius filij, alias Indiæ prouincias.
 Sed quæ sequuntur non perinde sunt certa.
 Sarmatarum & Germanorum regna & coloniæ sub Thuisco Gigante, quæ & Askenas aiunt Hebraicè vocari. Lybum siue Afrorum sub Tritone & Hammonc. Aegyptiorum sub Mizraim cog. Oceano. Celtiberorum in Hispania sub Iobel filio Phaleg, vel iuxta alios, Tubal Iapeti filio. Celtarum siue Gallorum, sub Samothe cog. Discelta, siue Dite, illius ætatis sapientissimo. Ab hoc Dite se ortos Galli dicebant, vt Cæsar narrat. Arabum siue Saracenorum, Sabarum & Caspiorum sub Gog, & eius patre Sabatio siue Saba Raemæ filio, Cham nepote.
 Scytharum sub Magog ex quibus Turci & Tartari, quos sibi iunxerunt Gog, i. Saracebi siue Arabes contra Ecclesiã. Indorum sub Gange. Italarum sub Gomer Gallo. Cimbrorũ, vbi nũc Dani. Norduegij, Gothi sub eodẽ.
 Hæc ex Beroso illo Anni suppositio, quæ proinde sunt, incertissima.

Anni Diluuij.

293

293

Anni mundi.

2109

2049

SEM ABRAHÆ ET ISAACI SÆCVLO.

Anni Diluuij.

393

393 Gen. 25.

453

401

453

Anni mundi.

2049

2049

2109

2109

ABRAHÆ SÆCVLO.

21

Isaac genuit Iacob anno 60.

Nino annis 52. deinde Semiramide an. 42. Regibus Assyriorum.

Melchisedech Pontifice,

Sabatius Saga in Italiam veniens, agri culturam & religionem Aborigenes docet.
 Sægæi sacerdotes Arnij multiplicati, omnem Caspiam regionem vsque ad Bactrianos possident, Barzanes post patrem Sabatium in Armenia regnat. *Diod. lib. 5.*
 Sambetha Sibyllarum prima, tradit se Noë esse nũrum, & cum eo è diluuiio euasisse, & Babylone profectam, vaticinari per Græciam, falsoque Erythream appellandam, quasi ex Erythra natam, ab aliis etiam è Circe & Gnosto. *ad finem lib. 3. 7. & Orac. Sibyll.*
 Dicitur annos amplius septingentos vixisse, diutius quam ferret communis hominum ætas. *Ouid in metamor. Arist. de mirabilibus audit.*
 Sed quid mirum, cum Sem eius siue vir, siue leuir, eodem tempore post diluuium vitam in 501. prorogarit. Et si Deus Noe dixisset, vitam hominis fore centum viginti annorum, id tamen non statim post diluuium accidit. Deinde de communi & vulgari vitæ curriculo loquebatur. Nam & Abraham & Iacob, & Patriarchæ, & alij multi diutius vixerunt.
 Videtur autem scripsisse quædam ante Saturni sæculum, quæ seruituti Aegyptiacæ & liberationi respondent. Nam *lib. 1. Orac. Sibyll.* de Titanibus vaticinatur, lib. autem 3, & narrat & vaticinatur. Denique sub senium se scripsisse ipsamet proficitur libro septimo,
 Eius sunt vaticinia de Christo, de regnorum mutationibus, & aliis, quorum fragmenta extant in Lactantio, Theophilo, &c.
 Isaac natus anno ab instituta Circumcisione secundo, ab ortu Ismaëlis decimo quarto. *Nangiac.* à diuisione linguarum & populorum quinquagesimo secundo, à subuersis Sodomis primo.
 Caligauerunt oculi eius & videre non poterat. *Gen. 27.* anno vitæ 117. Ita in illa cæcitate permansit circiter 43. Nisi vt credit Hierony. tertia quæst. ad Damasum, diuinæ dispensationis fuerit, vt ad tempus quadam oculorum ægritudine cæcetur, ne suam magis, quam Dei, in benedicens filiis, faceret voluntatem.
 Inde vitam protulit in 22, annum à reditu Iacob è Mesopotamia, *Seder Olam.* Nam decessit ætatis centesimo octogesimo, nempe patre longæuior annis quinque.
 Verum Dei cultum retinuit, Ismaële & reliquis Abrahæ filijs ad simulachra veneranda traductis.
 Purissimæ vitæ, adeo vt legem monogamiæ in paradiso sanctam nunquam violarit: Forma Christi qui Polygamiæ Synagogæ sustulit, & monogamiæ antiquam restitit.
 In multis aliis figura Christi. 1. quia diuinitus promissus. 2. supernaturaliter conceptus. 3. mirabiliter natus. Nam duo erant impedimenta, matris sterilitas & vulua emortua nimisque annosa (4. quia appellatus Isaac. i. risus gaudium). 5. quia ad sui immolationem ligna humeris in montem baiulauit, 6. quia eo intacto aries cornibus preheritus & vepribus coronatus, mactatur: sic enim illa diuinitate humanitas Domini spinis coronata, immolata est. 7. quia tertio die matri viuis nuntiatur. 8. quia benedictione cumulauit filios suos, sed inæqualiter. 9. &c.
 Vt in eo fuit mysteriũ Christi, ita in altero Abrahæ filio Antichristi siue Maometis.
 Ex Isaac Christus benedictionis semen quadragesimus

primus, *Mat. 1.*

Ex Ismaele Maometus semē perditionis trigesimus primus (*In Chronicis Arabum post Alcoranum pag. 214.*) prætermittis in vtriusque progenie obscurioribus. Nam plures fuere intermedij.

Vterque patris sui mores graphicè expressit. Christus vt Isaac, &c. Maometes vt Ismael, qui polygamus, qui ferus homo, cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum, qui insectator Isaac, Gal. 4, &c.

Eius 37 obiit Sara mater, ætatis 127, quo quidem fuerat oblatus. Ipse verò decimo ante descensum Iacob in Aegyptum, anno vno ante educationem Ioseph è carcere

Anno ætatis 37 vinctus, vt sacrificaretur à patre. *Seder & Trad. Hebrai. vel 25. Ioseph. vel 13.* vt quidem nostri videntur existimare, & ex Hebræis Abben Ezra, *Gen. 22.* eos refellens, qui quinto, quia gestare non potuisset ligna holocausti.

Oblatus autem in parabolam futuri. *Hebr. 11.*

Quadragesimo ducit Rebecam. *Gen. 25.*

60 Gignit Iacob & Esau. *Ibid.*

75 Amittit patrem, & in spelunca ab ipso empta sepelit.

Inde pergit eodem loco habitare, nempe iuxta puteum viuientis & videntis. *Ibid.* qui erat in tractu Hebr. *Gen. 16.*

80 Peregrinatur in Geraris Palæstinorum ob famem, vbi sedes constituit diebus plurimis. *Gen. 26. i.* annis 57. Nempe vsque ad vitæ 137. Nam de Bersabea è Patris domo Iacob agēs septuagesimū septimū, in Mesopotamiā egreditur, qui erat Patris ceterisimus, trigesimus septimus. *Gen. 28*

100 Offenditur coniugio Esau cum filiabus eiusdem loci. Nam Esau tunc erat quadragenarius, *Gen. 26.*

123 Senex & caligans oculis benedixit Iacob se pro Esau primogenito offerentem. 27.

124 Ad atauum Heber, eum, vt fratris iram vitaret transmittit in annos duodecim.

136 Illum reuocat.

137 Benedictione communitum in Mesopotamiam transmittit.

138 Reuertitur in Hebron, vbi reliquum vitæ transigit, id est, annos 48 Nam illuc eum Iacob è Mesopotamia rediens conuenit. *Gen. 35.*

140 Rebecam vxorem in spelunca duplici sepelit iuxta Hebron.

158 Recipit Iacob è Mesopotamia feliciter reuertentem

180 Post 22 videlicet, moritur & ab vtroque filio honorificè in sepulchro maiorum tumulatur, *Gen. 35.*

Rebeca decimum quartum agens ei quadragenario nubuit, viginti fuit sterilis. Moritur post annos 80, nempe cū Iacob in Mesopotamia moraretur, annūque ageret octogesimo. Sic minimum excessit centesimum tertium.

Eo tempore, oraculum, ad quod consulendum Rebeca perrexit, *Gen. 25.* aiunt fuisse in templo, cuius Pontifex erat Melchisedech.

Ex eo & Rebeca Leni cute parentibus nascitur Esau, pilosus ac hispidus. Edom postea ab Orientalibus appellatus, à pilis ruffis, sicut à Græcis ἐρυθρὸς, vnde mare Erythreum & rubrum.

Ex vno concubitu fati duo gemelli Iacob & Esau, differentibus planè naturis, moribus, vita, fortuna, &c. Astrologorum vanitatem coarguunt. *August. epist. ad Sixtum.*

Filij Abrahæ ex Cetura in Trogloditarum regionem sub

Anni
Diluy.

393

Anni
mundi

2049

SEM ABRAHÆ ET ISAACI SÆCVLO,

453

2109

Anni
Diluy.

393

Anni
mundi.

2049

ISAACI SÆCVLO

453

2109

Aegypto, à patre in coloniā mittuntur. *Ioseph. lib. 1. Antiq. Cetura vxor Abrahæ, Gen. 25, imò Concubina, 1. Par. 1.* Concubinæ autem erant apud Hebr. ancillæ, quæ cum viro sine legitimis ceremoniis conuenerant. Vnde filij earum in hæreditatem patri non succedebant.

Ismael primogenitus Abrahæ, ex ancilla Agar, à quo Ismaelitæ, siue Saraceni & Arabes, 12 principibus ab ipso exortis, maledicta natio secundum carnem orta: similitatem perpetuam gerens cum Isaac, & promissionis filiis secundum spiritum natis. Quare quemadmodum tunc Ismael, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur Isaac, qui secundum spiritum: ita & nunc (quando Mahomet ani Dei populum insectanctur.) *Verba Pauli Gal. 4.*

Ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra ipsum. *Gen. 16.* Hoc nostro magno malo experimur quotidie in Saracenis & Turcis.

Duodecim filios principes reliquit, qui omnes iā suis populis dominabantur.

Possedit magnam partem Arabiæ, ducta in vxorē principis filia.

Ille egit pœnitentiam & pietatem coluit. *R. Selom. Gen. 15.* Saltem quo ad vixit Abraham, vnde & paternum funus cum Isaac curat religiose. *Gen. 25.* Eius meminit Melon lib, contra Iudæos.

Ita Isaac ex promissione & secundum spiritum natus, terræ sanctæ incola fratrum permanit.

Cuius tempore tres superioris ætatis patriarchæ migrarunt ex hac vita. Primo eius anno Sarug annorū. 230, Trigesimo quinto Thare annorum 206, quadragesimo sexto Arphaxad annorum 438.

Ammonitæ & Moabitæ ex incestu Lot orti, in Arabia initium gentis sumunt. Hi quidem partem Arabiæ, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, in mare mortuum labentis, prioribus accolis, qui Emim appellabantur, subuersis occupant *Hieron. in locis Hebraic.*

Illi autem Raphaim gentem veterrimam interfecerunt, & eorum regionem Arabiæ, cuius metropolis Philadelphia, obrinuerunt, *Ibid.*

Syri descendunt à Chamele filio Nahor fratris Abraham, *Gen. 22.* secundum nostrum interpretē, & 70. Atqui nullos reperio Hebræos sic interpretantes, sed nec Chaldæum, et si Fagius vulgatam interpretationem sequatur. Nam nihil amplius in Chaldæo est quàm Hebræo, nempe *Chamuel pater Aram, Aramae dixisset Onkelos pro Syris: nec singulare Aram retinisset contra suum morem.* Malo igitur, vt *Aram* non hic Syriam, vel Syros significet sed nomen proprium viri. Ratio est perspicua. Quoniam Syri iam orti erāt ex altero Aram, nempe filio Sem, *Gen. 10.* quem proinde cum aliis 70 prius venisse in partitionem orbis terrarum, & Syriam sorte obtinuisse, ante quàm Abraham in Chanaan ingrederetur, iam docuimus.

Mundi vix dum dispersi eadē facies, quæ nunc, Belloꝝ vsus, seruorū & vernarū, *Gen. 14.* Seruorum tam vernaculorum, quàm emptitiorum. 17. Delicatarum carniū, stugū, butyri, lactis, 18, 27, Conuiuio rū, pulmētornū, 21, 24, 26, Frugum, & vini, 9, 9: 27, Sagittarum, 21, Armorum, Pharetrarum, arcuum, 27. Venationes, 19, 24, 26, Iudiciorū & fororū iudicialiū, 14, vbi fons siue planities Mispat. 1. iudicij, in quā veniebant incolæ regionis propter iudicia & causas forēses, ex Onkelo & R. Selomone. Gladiorū, 12, &

34. Sictorum argenti probatae monetae publicae, 23 Argenteorum 20. Electorum sepulchrorum, 23, Monumentorum & sepulchralium, titulorum & inscriptionum, 35. Oppidorum & castellorum, 25, Urbium, 10, 11, 13, 23, 24, Vastorum aureorum & argenteorum, Sictorum aureorum, inaurium aurearum, ad ornandam faciem, armillarum in manibus, pondera sictorum decem, vestium elegantium, 24, 27. Diuersiorum hospitiorum ad manendum & locandos camelos, 24, 42. Puteorum, laterum, bituminis, 20, 21, 26. Hydriarum ad hauriendam aquam, canalium 24. Legum diuersarum, negotiationum, Donum, 34. Emptionum & venditionum agrorum, 23. Epistolatum & nuntiotum, 22. Denique artes, opera, artificia plene eadem, quae nunc, ut Graeci & Latini non se clarius probare possint fuisse Barbaros vsque ad Cyri & Solonis tempora id est, vsque ad quingentesimum ante Christum, quam cum huiusmodi rerum mentionem recentem faciunt, & non nullis suorum tribuunt, quae a prima Diluuij memoria apud Orientales repetitur.

Extrema tempore Isaac, an. 110.

Sub natiuitatem Isaac, nempe eius duodecimo Ninus proprie regnum auspicatur, & Babylonicum a Ninirod ante 62. annos constitutum delet.

Terra Chanaan paucos tunc habebat Reges, vnde Reges Chanaan praesertim leguntur post exitum de Aegypto.

Semiramis Nini vxor Babylonis moenia condidit. In eius medio templum Belo statuit, ementito sexu, nomine filij regnat, qui & ipse Ninus vocabatur. *Strabo lib. 16.*

Fortasse Nimrod eam sine manibus reliquerat.

Prima post diluuium metalla excoluit. captiuorum opera, laude bellica illustris multa in Oriente praclare gessit, ad Oceanum Aethiopicum & Indum fluum latissimum, cuius ripas ponte 60 stadia longa, 30 lato iunxit, ducenta Idolorum millia ex ebore & ligno finxit, sicque orbem Idololatria repleuit. *Suidas.*

Babylonem in miro camporum aequore in quadram disposuit. Murus eius ex coctili latere, infuso bitumine in latum habuit cubitos 50, in altum 200. in ambitu stadia quadringenta septuaginta. Vicinae quinque portae in laterum vno quoque, ut esset *εκατόμυτος* quarum ostia mirae magnitudinis, ex aere fusili: *Orosius.* Sed rectius hoc attribuit Berofus apud Iosephum, lib. 1, contra Appionem Nabugdonozori.

Exercitu tredecies centenorum millium peditum, quingentorumque millium equitum, per Baetrianos in Indiam frustra penetrat.

Arqui Semiramidem vixisse post Mosem testis est Porphyrius lib. 4. contra Christianos. *Citante Eusebio, lib. de praepar. Sex videlicet generationibus Ante Cyrum, Herod. lib. 1. Quod certum.*

Apud Sycionios in Peloponneso Egialeum aiunt ann. 51. regnasse.

Treuerenses a Trebeta Nini fratre, a Semiramide expulso, se tunc in Gallia Belgica conditos gloriantur.

Tuysconem, Mannum, cum hoc Trebeta apud se regnantes his temporibus Germani, a Deo placet, faciunt.

Deinde Ingeuon post parentem incertis adhuc sedibus, Tuysconis enim filium Mannum tres hos genuisse Ingeuon, a quo Ingeuones circa Occidentalem Germaniae Oceanum Herminon, a quo Mediterranei Hermiones, dicti, Isteuon, a quo Isteuones, *Tacit. initio lib. de morib. Germ.*

Apud Aegyptios Neco Pharaon, Ioseph. lib. 5. bel. cap. 26

Anni Diluuij 393

Anni mundi 2490

ISAACI SAECVLO

453

2109.

Anni Diluuij 453

Anni mundi 2109

453 Gen. 47. 583

JACOB qui & Israel descendit in Aegyptum natus an. 130.

Semiramide, zamea Ninea eius filio, an. 38. Ario 4. an. 30. Regibus Assyr

Melchisedech Pontifice.

453 583

2239

Iberus rex Hispaniarum secundus. Nagas Celtarum rex secundus. Deinde Satron Rex doctissimus, qui publica literarum studia instituit Bero.

Viri Scytharum Parthos & Baetrianos, foeminae vero Amazonum regna condunt. *Nangiachus.*

Amazones durant vsque ad tempora Alexandri Magni, *Iust. hist. lib. 2.*

c Jacob vixit cum auo Abraham an. 15. cum Sem Patriarcha 50. cum patre Isaac 120. ac decimo post patris mortem descendit in Aegyptum, vbi dulci filij consuetudine vsus est annis 17.

Jacob (qui & Israel cognominatus post Angelicam luctam) omnium primus, votum nuncupauit Deo. *R. Abahu in Talmud.* Ac certe de illo primum legitur, Votum etiam vouit Deo dicens. *Gen. 28.* Offerens, 31, 33, 35, vbi & Saecellum & altare Bethel construit 46, Libans, 28, & 35. sepeliens 35. Inuocans nomen Dei aeterni & Angeli 48, &c. Decimas soluens 35. Vir simplex 25, habitans in tabernaculis 27. Lenis 28. Obediens parentibus 36, Patris institutum seruans, pastor 28. Propheeta 48, 49, Angelorum visionibus saepe potitus 28, 31, 35, &c.

Annos 20 transegit in Mesopotamia, cum auo Abraham versatus est an. 15. Patri ministravit post reditum suum a Mesopotamia 22. an.

Benjamin natu minimum gignit in Chananea, reliquos in Mesopotamia. *Gen. 35.* Duobus annis a reditu, in partu moriente Rachele, aetatis 36. cui Lia superuixit decem Nam vitae 46 obit. Erant autem sorores geminae. *Seder Olam,*

Post annum 21. redit a Mesopotamia ad patrem Isaac in Hebron, cuius consuetudine adhuc fruitur annos circiter 23. *Seder Olam.*

Denique aetatis decimo quinto sepelit auum Abraham 50 Sem atauum.

63 A patre benedictionem & praerogatiuam primogeniturae consequitur.

Per annos 12 metu fratris delitescit apud Abauum Heber eique ministrat.

75 & 76 ab Heber ad Patrem redit, a quo iussus in Mesopotamiam proficiscitur.

77 Stetit ad puteum Mesopotamiae. & 20 annis mansit in domo auunculi Laban.

83 ducit Liam vigesimum secundum agentem. Indequ post dies septem Rachelem, Liae gemellam, quae & ipsa proinde agebat vigesimum secundum.

Non, ut quidam opinantur, post septem alios annos, sed post septem dies a nuptiis vxoris primae. *Rabbini in 29 Gen. & Hier. in quest. Heb. contra Seder Olam c. 2.*

84 Gignit Ruben primogenitum suum,

85 Simeonem.

86 Leui.

87 Iudam.

Nam ei intra tres plus annos, quatuor hi patriarchae nati sunt, Reliqui septem cum Dina (excipiendus enim Benjamin) quatuor sequentibus annis. Inueniuntur enim omnes praeter Benjamin intra septem annos procreati e coniugibus, singuli singulis septem mensibus.

91 Iosephum procreat.

Quinque sequentibus vsque ad 96 prouidet domui suae Cum vxoribus, vndecim filiis & Dina in Chanaan redit per

dit peruenitque in Succor, vbi manet menses octodecim.

97 In Bethel sex alios menses.

98 Suscipit Benjamin, Rachelem sepelit & Deboram. Viginti duabus annis Inde Isaac senem sua praesentia consolatur & curat.

108 Amittit Liam morte, Iosephum captiuitate, Sedecim annos excedentem.

109 Iosephum habet seruum Putipharis.

110. Eundem habet in carcere per annos circiter 13.

120 Sepelit Isaac patrem suum annos 180. natum.

Decem postea illic desidet vsque ad 130. Nempe in Hebron, vbi pater eius obierat.

128 Iosephum tricenarium habet stantem in conspectu Pharaonis, proregemque Aegypti.

130 Descendit in Aegyptum anno famis secundo.

147 Moritur post tot exilia & cruces, id est, decimo septimo post descensum. Moriturus vaticinatur de posteris & nominatim de Christo, quem Silo vocat, *Gen. 49.* Hæc ferè è Seder c. 2. Nam nonnulla recensuimus.

Ex vndecim eius filiis, & duobus Iosephi manasse & Ephraim tribus tredecim ac populus Israëlitarum vniuersus propagatur.

Alexander Polyhistor res Iacob descripsit, i. fugam eius, habitationem in Mesopotamia, ministerium 7 annorum, coniugium cum duabus sororibus, numerum filiorum, raptum Dinæ, cladem Sichem, venditionem Ioseph, &c. Eadem ferè Theodorus in suis versibus, Attabanus, Philo Biblius, Nicolaus Damascenus, Aristeas.

Thamar iuxta nonnullos, filia Melchisedech sacerdotis. Hoc coniiciunt ex eo, quod Iudas in scortatione deprehensam iussit comburi, non lapidari. *Gen. 36.* Nam legem fuisse apud Hebræos, quam Moses postea repetiuerit, vt filia sacerdotis, quæ seortata fuerat combureretur, cæteræ lapidarentur, *Leuit. 20. & 21.*

Cæteras quoque vxores filiorum Iacob probabile est fuisse de semine Melchisedech siue Sem, præter vnam ipsius Ruben. *Gen. 46.* primo quia notant oraculum de semine Chanaan maledicto, deq; terræ facie exterminando *Gen. 9. & 15.* Secundo, quia sciebant Patres affinitatem Chanæorum perpetuo refugisse, Abraham, *Gen. 24.* Rebecam, 27, Isaac 28. Tertio, ex eo quod Scriptura notat, tanquam aliquid extraordinarium Ruben genuisse Saül è Chananitide, *Gen. 46.* Quid enim opus fuerat addere Chananitidis vocabulum, si omnes aut pleræque earum erant Chananeæ?

Sed neque vxores, vt pater, de Mesopotamia eduxerunt primum quia quando inde egressi sunt, adhuc erant paruuli, nec matrimonio maturi. Maior enim nondum attingisse poterat decimum tertium annum. Quin & matrimonia illa ætate ferè erant tardiora. Quate Isaac non nisi quadragenarius Rebecam duxit, Iacob octogenarius Liam & Rachelem, qui & 77 annorum erat, priusquam pater cogitaret de vxore ei danda, vel ipse de accipienda. Esau ipse quadragenarius. Denique non minus id commemorasset Scriptura, quam cum nominatim docuit Saram eductam è Chaldæa, Hagarem ex Aegypto, Rebecam, Rachelem, Liam, Balam, Zilpham assumptas è Mesopotamia, ne sanctam semen cum impuro & detestabili Chanæorum misceretur.

Anno 63 Iacobi mortuus est Ismaël. Huius viduam sororem duxit Esau. *Seder Olam, cap. 2.* Ita Esaitarū & Ismaë-

Ann
Diluuij.

453.

Ann
mundi.

2109

SEM SEM, ABRAHÆ SÆCVLO.

583.

2239.

litarum

Ann
Diluuij.

453
601.

Ann
mundi

2109

litarum familia in vnam gentilitatem coaluit, vt non mirum sit, si Scripturæ, quando de Mahometana impietate vaticinantur, eam modo describant, sub nomine Esau, siue Edom siue Seir; (nam tot nominibus celebratur Esau) modò sub nomine Ismaelis.

Quot descenderint in Aegyptum cum Iacob, siue 70. siue 75 animæ, nõ est anxie pugnandum. Nam & 70 Scriptura dicit, & 75 esse potuerunt, quoniam Scriptura sollet reticere numeros fractos. Sic nominant Septuaginta interpretes, & 70 Christi discipulos, qui tamen 72. fuerunt, &c.

Præterea in 70 non comprehenduntur Iacob, Dina, Ioseph cum duobus filiis, quia additi conficiunt 75.

Anan primus equum & asinam commiscuit, vnde mulorum origo *Genes. 36.*

Ioseph somniorum intelligentiã primus condidit, nihilque diuini iuris humanique ei incognitum videbatur; adeo, vt etiam sterilitatem agrorū ante multos annos prouiderit, tantaque experimenta eius fuerunt, vt non ab homine, sed à Deo responsa dari viderentur, è *Gentilium scriptis Iustin. hist. lib. 36.* Eius insignes interpretationes extant præcipuè *Gen. 40. & 41.* Philo Byblius hanc somniorum interpretationem tribuit Abrahamo. Amphitryoni Deucalionis filio *Plin. lib. 7.* Telmissis populi Lyciæ, *Clemens in Stromat.*

Venditus est à fratribus quòd illum vnice à Patre diligere, deinde quòd somniis illi portendi familiæ principatū animaduertent. *Gen. 37.*

Cum hæssisset in seruitute vel carcere an. 13. anno vitæ trigésimo liberatur. Famem septennem prudentia singulari ab Aegypto depulsi. Quare cõsecratus ab Aegyptiis, Serapis nomine, i. principis bouum, immani simulachro & sano exornatus est, in quo bos nutriebatur Apis vocabulo in agricultura symbolū. Simulachrum euertit Alexandria Theophilus Patriarcha, Theodosio magno principe *Suidas & Ruffinus.*

Caruit cõspectu patris annos 23. Nempe à decimo sexto ætatis ad 39. qui tertius erat famis. Fruitur deinde septemdecim. Nam tamdiu Iacob in Aegypto egit.

Erudiuit aulam Pharaonis, & seniores eius docuit, siue scire fecit. *Psal. 105.* Nempe Aegyptus bonarum disciplinarū valde adhuc erat rudis, sed eas deinceps edocta cepit colere. Moritur anno 54. post patris mortem. Agebat trigésimum sub mortem. Isaac. *Seder Olam.*

Eius trigésimo nono Israëlitæ descenderunt in Aegyptum. *Ibid.* post vigésimum secundum ab ipsius venditione. *Ibid.*

Sub Iacob tres superioris ætatis patriarchæ moriuntur. Eius enim trigésimo primo Sela obit annorū 433. quinquagesimo Sem sexcentenarius, Octogésimo Heber Hebræorum parens, vbi expleuisset annos 464. Sic eius decimo sexto moritur auus Abraham, centesimo vigésimo Isaac pater.

Atque hic veterum patriarcharum antiquæ virtutis & fidei virorum finis, vt quibus duntaxat Iacob annis 26 supernixerit.

Ita per tres duntaxat patres, Sem, Mathusale. Adam ad Iacob, Ecclesiæ doctrina, fides, traditiones, leges peruenire potuerunt. Nam Iacob vidit Sem annis 50, Sem Mathusalem 98, Mathusale Adamum 243. *Seder Olam. c. 1.*

Métio idolorū in Scriptura prima est *Genes. 31.* quando Rachel idola patris sui abscondit:

583

2239

Esau

Balac filius Beor, primus rex Idumæorum creatur, Efau omnem terram ad montem Seir sibi subiectam habet, & magna cum potentia illic dominatur. Domino illam terram illi dante, *Ios. 24.* regionemque Idumæam de suo more appellatam relinquit, Nam Edom à colore rubro cognominatus est. Qui & mare vicinum. Nam mare Indicum cum sinu Arabico siue Aegyptiaco Erythreum, i. rubrum profanis à rege Erythra, inquit Mela. Erythras autem Græcè, est Edom Hebraicè.
 Dina filia Iacob à Iob in vxorem ducitur. *Chald. P. raphr. de quo paulò pòst.*
Externa & incerta atate Iacob.
 Druyus Celtarum rex quartus, disciplinarum & prælagiorum plenus, à quo Druydes Gallorum sacerdotes, de quibus *Cæsar libr. 6. Gal. belli. Plinius 16. cap. 44. & Tacitus de Germ. moribus.*
 Huic Bardus quinto loco successisse fertur, Musicæ studiosus. Deinde Lucus venationi deditus, à quo Lucenses Galli. *Berosus.*
 Quæ suspectissima Nam Galli vsque ad Cyrum cum tota Europa planè bardi fuerunt. Barbari, agrestes & àuvari. Tum enim per Phocenses Græcos Asiaticos, qui Cyri dominatum fugientes Gallicum littus occuparunt, Massiliamque condiderunt, cœperunt emolliri, & hominibus paulatim excultis, capessere studia literatum per Bardos, & Euages & Tectosages, è quibus Bardi forriâ virorum illustrium facta heroicis composita versibus, cum dulcibus lyræ modulis cãtitarunt. *Ammianus Marcellinus, lib. 5. Strabo lib. 4.* E quibus apparet Bardos & reliquos Gallicæ sapientes siue philosophos & Druydas ortos esse ex istis Phocensibus, vt stultum sit eos eorumve nomen ante Cyrum in Gallia requirere.
 Eadem Barbarie reliquæ nationes Europæ ante Cyrum Solonemve tenebantur. Nam ad humanitatem perductæ sunt per Orientales sensim in Occidentem influentes, propter duarum primarum Monarchiarum motus, Danielis Ezraque sæculo.
 Septemtrionales gentes, vt à commerciis remotiores, longè tardius feritatem deposuerunt, vt proinde quæ deinceps de Sarmatis, Germanis, cæterisque Scythis proposituri sumus, sint multo suspectiora, adeoque conscripta à propriis ipsorum prophetis.
 Harbas rex Lybiæ, contra Palladias scæminas infeliciter pugnat.
 Osyris gigantes, qui tyrannidem exercere cœperant, opprimunt, Italia decem annis potitur.
 Apis, à quo Serapis, floret in Aegypto, postquam fratrem Aegialeum Achaia præfecisset, *Euseb. in Chron.* Sed de eo paulò pòst rectius.
 Menam omnium primum regem Aegyptiorum facit, qui populos colere deos, sacræque his facere, mæsas & lectos sternere docuerit. Hinc post longa tempora regnasse Gnæfactum Vbichoridis sapientis patrem, &c. *Diodorus Siculus, lib. 2.*
 Ogygius apud Atticos.
 Aethiopia bellis Aegyptiorum atteritur.
 Nineas siue Nini, Nini & Semiramidis filius, propter ignauiam vituperatur. *Athenæus lib. 2.*
 Semiramidem matrem sui concubitum appetentem, interemit.
 Arius post eius obitum Bactrianos & omnes Caspios subegit.

Anni Diluuij. 433.

Anni mundi. 2109.

583.

2239.

IN ANNO IACOBICI SÆCVLO.

Anni Diluuij. 583.
 Exod. 12.
 Galat. 3.
 Act. 13.
 1013

23
d IACOBÆI manserunt Aegypto an. 430.

Regibus Assyriorum Ario 4. Aratio 5. an. 40.

Boleo 6. an. 30, Armatrite, 7. an. 38.

Be loco Prisco 8. an. 35. & per ordinem Boleo 9. an. 52.

Altada 10. an. 32.

Manutho 11. an. 30.

1013

Anni mundi. 2239
 2669

Iubelda tertius rex Hispaniæ.
 Ingeon apud Tuyscones, de quo Tacitus *de morib. Ger. d. A P E R T E*, Exod. 12. v. 4. *Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta ann. Quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Aegypti.* Quis enim non videt illo nomine filiorum Israel, non nisi posse intelligi filios Israël siue posteros Iacob, neque Abraham, Isaac, Iacob sub hac locutione contineri? Nam quis vnquam auos & Patres, filios nepotum appellauit?
 Idem Stephanus, Act. 7. confirmat. *Locutus est Abrahe Deus quia erit semè eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiciet, & malè tractabunt an. 400, & gentè, cui seruerint iudicabo ego & post hac exibunt & seruiet mibi in loco isto.* Quis enim similiter non cernit. Hoc semen esse Israelitas, non Isaac, & Iacob, vt qui vel nunquam fuerint in Aegypto, vel nunquã seruituti fuerint subiecti. malèq; tractati siue ab Aegyptiis, siue à Chananeis?
 Idem Paulus Act. 13. probat, *Elegit patres nostros, exalauitque cū essent incolæ in terra Aegypti, & eduxit eos, & destruites gentes septem in terra Chanaan sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos, & post hac dedit eis indices.* Quis enim nõ intelligit apertè habitationem filiorum Israel accessisse ad hunc numerum?
 Idem Iosephus, lib. 2. Antiq. c. 5. significat, dum Israelitas 400 annos consumpsisse tradit in Aegyptiacis operibus.
 Imò vero Deus idem clarè pronunciat, Gen. 15. *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiciet eos seruituti & affliget quadringentis annis, & post hac egredientur cum magna substantia Generatione quarta reuertentur huc.* Sic enim rotundo numero loquitur, triginta tacitis. Vbi frigidum est quadringentos illos ordiri à die congressus siue apparitionis huius, nam apertè non Tu sed *semen tuum*, &c. Frigidum quoque, quòd alij à natiuitate Isaac, vt ab ea ad natum Iacob sint an. 60, inde ad descensum in Aegyptum 130. demũ in Aegypto 201, id est, summam 400. Nam apertè oraculum non attingit habitationem terræ Chanaan, primum quia in ea non seruerunt, neque afflicti sunt Israelitæ, sed potius honorificè, humanitèrque habitati, deinde quia non illinc, sed ex Aegypto egressi sunt cum magnis opibus, denique quoniam opponit ingressum in terram seruitutis & afflictionis reditui in terram Chanaan, siue libertatis.
 Ex quibus locis hinc merito reicio commentum Rabbinnorum, præter diserta Exodi verba, quibus subscribit Paulus Act. 13. scribentium suos tantum mansisse in Aegypto 210 annis. Ducentos autem viginti reliquos conferendos ad Abraham, Isaac & Iacob, summamq; 430 in Exodo positã ab Abrahamo esse auspicandã. De quo Rab Leui Ben Gerson in 15. Gen. Nam & eo loco disertè Script. *Generatione (inquit) quarta reuertentur huc. i. çtate, & sêculo quarto. Nã, הָרְבָּהּ hoc significat. Sicque quos 400 an. paulò ante dixerat, mox sæculum quartum appellat.*
 Accedit, quòd tam paucis non videntur (excludo miracula) potuisse propagari, sexcenta armatorum hominum millia, absque pueris mulieribus innumerabilibus: quæ tamen leguntur exiisse de Aegypto. Vnde August. Eugub. in c. 12. Exod. in ea versans sententia, Græcorũ adiectionem, *ἡ εὐχρησταία*, cancellat. Qui tamen hodie temporum ratione à Bibliis subducere se aiunt, istorum ferè traditione sequuntur, vt nõ mirum sit illorum supputatione esse controuersiarum plenam, nec conciliare. c. 7. Act. & mul-

Iubelda

ta alia loca cum veteri Testamento, Act 13.

Istis autē imposuit, quod Paulus ad Galatas 3. videtur scribere 430 annis post p̄missionem factam Abraham de suscipiendo semine, qui est Christus, datam esse legē Mo- sis. Atqui Paulus indefinitē loquitur, & sic debet ordina- ri. Hoc autem dico. Lex, quæ post 430 annos facta est, non irritū facit testamentum confirmatum à Deo ad eneruandam promif- sionē, id est, Lex Moysi quæ scribitur, Lex facta post 430 annos non inanes reddit promissiones. Sed potius confirmat. Post 430, inquam, annos, non vtiq; à promissione (nam repugnat locus Exod. 12. ad quem alludit) sed à descensu Israëlitarum in Aegyptum, illic enim Post, non refertur ad promissionem, sed ad legem factam eo tempore, quod Moses designauerat: q. d. Paulus, Lex, quæ post 430. annos facta legitur (Exod. 12.) testamentum Dei, prius Abraham factum, irritum non potest facere. Hoc enim veluti per parenthesis interposuit *quæ post 420 annos facta est*, ad tol- lendam homonymiam, & docendum de qua lege intelli- geret. Nempe de Mosaica, non de lege Circumcisionis, Gen. 17. non de legibus Dei, quas Abraham seruauit 26 v. 5. quasque docturus erat filios suos & domum suam post se Ibid. c. 18.

Alioqui, vt hoc addam, falsum esset oraculum, Gen. 15. quod sine figuris prædixit, semen Abraham 400 totis an- nis seruiturum, in Aegypto scilicet (nam in terra Chanaā non subiectum fuit seruituti) ac deinde eripiendum.

Sed nec conturbare debet vulgata Rabbiorum ratio quam affert R. Selomo Exod 6. quod inter Leui & Mo- se Scriptura tantum numeret duas generationes, Caat, qui vixit annis 133. Exod. 6. & Amram, qui an. 137. Ibid. & 1. Par. 6. Et Caat fuerit ex descendētibus in Aegyptū. Genes. 47. Primo, quia Amram pater Moysi diutius vixit, quàm illi interpretentur. ad illud enim Exod. 6. *Acceptit Amram uxorem, quæ ei peperit Aaron & Moysen & Mariam. Fuerunt- que anni vitæ Amram 137.* subaudiri potest, Quando eos vi- delicet genuit, vel post mortē patris Caath. Nā Amrā in numero septē viuacissimorū ab ipsismet Rabbiniis ponitur

Secundō, Scriptura fortasse aliquot intermedios, nempe obscuriores, more suo transfiliit, & nihilominus *Gignendi* verbo vsa est, quod nepotes sint filiorum loco. Vt Mat. 1. *Iofias genuit Iechoniam*, qui tamen eius minimē erat filius, nepos. Ezra 5. *Zacharias filius Iddo*, qui eius pariter erat ne- pos, nōn filius.

Sic in quarta etate, quæ fuit 450 annorum à Naassone ad Dauidem quatuor duntaxat notatur. *Naasson, Salmon, Booz, Obed, Iesse, Dauid*, 1. Par. 1. Ruth. 4. Nam Naasson re- peritur mortuus anno ab exitu secundo, R. Selom. 1. Par. 1. ita vt oporteat *Salmonem, Booz, Obed, Iessen & Dauidem* 480 emēfos esse, aut aliquos intermedios fuisse præteritos, Quid igitur mirū, si hi quatuor Leui, Caat, Amrā, & Moses emēsi sunt hanc etatem, præsertim cum hæc sequenti- bus etatibus fuerit viuacior, vel si Scriptura intermedios aliquos retinuit?

Atque ita fortasse isto tertio sæculo, Moses est Patriar- cha. ab Abrahamo decimus, vt primo ab Adamo Noë: & secūdo à Noe Abrahamus est quoque decimus. In eo fui proluxior, quod B. Hieronymus se nescire professus sit, quo pacto his tribus Scripturis satisfaciendum esset.

Ad hæc quoniam cunctos recentiores Chronologos his habeo ostrepentes, & 430 incipientes, Septuagesimo Abraham, id est, quando iussus est exulare sive exire ex Vr Chaldæorū. Inde enim sicut 30 vsque ad natum Isaac, hinc

Anni
Diluuij.

583.

Manchaleo 12. an. 30.

Phero 13. an. 20.

*Mamolo sive Mameio 14.
an. 30.*

Sphareto 15. an. 40.

Ascatade 16. an. 18.

Amynta 17. an. 45.

1013

vsque

Anni
mundi

2239

2669

Anni
Diluuij.

583

*Juda, Phares, Ezrone,
Aram, Aminadab, Iuda
principibus & Christi ma-
ioribus.*

*Filiis Zaræ Zamri, Ethā,
Heman, Calcol, Dara pro-
phetantibus.*

*Leui, Caath, & eorum pro-
pinquis speciem quandam
futuri Sacerdotij exhiben-
tibus usque ad Aaronem è
benedictione & testamento
Iacob, Genes. 49.*

1013

Anni
mundi.

2239

2669

vsque ad ortum Iacob 60, ab ortu Iacob vsque ad eiusdem ingressum in Aegyptum 130, à quo reliquos 210 commi- niscuntur vt summa 430 existat.

Assignatur Iudæis terra Iessen, quæ videtur esse præfe- ctura Tanitis & Heliopoleos, è Psal. 77,

In ea ædificauerunt vrbes & villas, siue quod statuerent illic perpetuas sedes collocare, siue alia occasione, è 1. Par. 2. Nā illic Hezron dicitur mortuus in Caleb-Ephra, quam Hebræi putant fuisse urbem Aegypti sic dictam de stru- ctorum nomine, nempe Caleb, & vxoris eius Ephra.

Descenderunt in Aegyptum an. 9. principatus Ioseph, qui secūsus famis, post cuius septuagcimū primū Ioseph moritur, & in arca ænea aromatibus perfusus conditur, in Nilūque proiectus refertur inter Deos Aegyptiorum. *Eugub. in 50. Gen.*

Ossea eius transtulerunt secum Israëlita, Exod. 13. quæ post mortem prophetant (id est, miracula edunt) *Ecccl. 49.* nec fuit contra legem Moysi, qua mortuorum ossa, conta- minare declarabantur. Nam illa de Sanctorum ossibus, cineribus & reliquiis non intelligebatur, quæ perpetuo apud Iudæos in præcipua veneratione fuere.

Sacerdotes Aegyptij de Prytanico sive horreo Regis alebantur. *Gen. 47.*

Exitus eorum meminit etiam Strabo, lib. 16. *Geog. Me- minit & Iustinus histor. sed admixtis fabulis.* Itē & pluri- mi externi, quos contra Appionem Iosephus producit.

Iosephi res Alexander Polyhistor descripsit. i. eius car- cerem, liberationem, somniorum interpretationem, prin- cipatum in Aegypto, matrimonium cum Ascheneth filia Putipharis sacerdotis, liberos duos, descensum fratrum, Aegyptium conuiuium ipsi appositum, &c.

Eadem ferē Theodotus in suis versibus, Artabanus, Phi- lo Biblius Nicolaus Damascenus, Aristeas.

Manetho Aegyptius Iudæorum originem & descensum in Aegyptum è Chanaan scripto reliquit, vbi eos appel- lat pastores. Nempe quod eorū opes in pecoribus essent positæ.

Vixit annos 110. Eo mortuo Israëlita in Aegypto male- habiti sunt 360, iuxta vulgatos autē Chronolog. 148. Sa- uuius autem 80 vltimis, toto vitæ Mariæ Sororis Moysi tempore.

Ruben mortuus est duobus an. post obitū Ioseph, an. 124.

Simeon 120, primo post Iosephum.

Leui 137. Eo enim nullus est, qui diutius inter omnes fratres vixerit, quæmadmodum inter eos nullus est, qui minus diu vixerit ipso Ioseph, *Seder Olam c. 3.*

Iuda 119; Isachar 122. Zabulon 124, secundo post Iose- phum, Dan. 126. Afer 117. Benjamin 113, ita vt obiret: circi- ter 26 ante Leui. *Seder Olam.*

Nephtalim & Gad iuxta nondum reperi.

Iam tunc Aegyptij colebant bestias pro numinibus, aut numinam simulachris. *Exod. 8.* vbi etiam oues & armenta abominationes Aegyptiorum dicuntur. i. idola & dii Nam ignominiose solent Hebræi loqui de falsis numinibus.

Hinc fortasse, *Genes. 46 & 47.* detestabantur Aegyptij pa- stores pecorum, vt qui ea mactarent, quæ ipsi colerēt. Quam toto post mortuus primos Patriarchas impietas in mundum ingressa est.

Filij Iuda in Aegypto sunt mortui, vsque ad quartam progeniem, nempe Phares, Hezro, Aram, qui & Ram Hez- ronis secundo genitus, 1. Par. 1. Nam Christi linea non per- petua ducitur è primogenitis.

Aminadab autem dicitur fuisse de exeuntibus, ac vnus de primis mare ingressis post Mosem, cum filio Naassone & paulo post mortuus. Alij malunt mortuum in Aegypto quia Moses duntaxat meminit filij Naasonis inter principes Iuda ex Aegypto egressos.

Phares ætatis septimo vxorem ducit, octauo genuit Hezronem, nono Hamol. Simile est quod legitur Haran genuisse Lot anno vitæ octauo & Saram nono. Seder c. 2.

Tam fecunda fuit hæc ætas. Vnde spatiu istius peregrinationis è 70, qui descenderant in Aegyptum, processerunt duodecies centena hominum millia Nempe sexcenta armatorum, sexcenta mulierum & paruulorum, Trad. Heb.

Anno à morte Iacobi 63, Pseudopropheta de filiis Ephraim & Galaad, seducunt populum ab auita religione. R. Abraham in Cabbala hist. Ex eorum secta fortasse fuerunt Ianes & Mamres, qui Mosi restituerunt. 2. Tim. 3. ex He. Tra.

Nam hæc nomina sunt potius Hebraica, quam Aegyptia, prius Luc. 3 postorius, Gen. 14.

In tam diuturna peregrinatione, & exilio, tria constantissime Iudæi retinuerunt, linguã Hebraicã, suã gêtis habitum, & nomina. Elias presb. in Meiburgeman è Talmud.

Quantum ad religionem auitam, eam illi ex Aegyptio contubernio dediderunt. Sola stirps Leni eam studiose tenuit. In Maiemonim cap. 1. lectio de Idololatria.

Filij Zaræ in Aegypto, sicut filij Coræ in deserto, vaticinationis munere functi sunt. 1. Par. 2. Inter eos celeberrimus Ethan Zaraites, vt qui sapientiæ nomine conferatur Salomon, 3. Reg. 4. Quique inter 11. Psalmographos numeretur, in Baba Bathra c. 1. & Psal. 89. Quamquam fortasse hi vixerunt Dauidis & Salomonis æuo. Nam non filij Zaræ, vt 1. Par. 2. sed Mahol asseruntur, 3. Reg. 4.

Heman Zaræ alter filius, nobilis archimusicus, cui filij Coræ Psalmum 88 dicarunt, vt ei modos faceret. Fuit aliq̃ Dauidis tẽpore cãtor, Samuelis nepos, 1. Par. 6. cui potius, quã huic certos Psalmos tribuẽdos nõnulli putãt.

Iacobai infanas illas Pyramidũ & vanitatis Aegyptiacæ substructiones, quæ in septẽ mũdi miraculis collocãtur, cogẽte Pharaone fabricant, annis multis post obitũ Iosephi.

Nõ enim solũ ad lateres coquẽdos dãnabantur, verũ etiã ad alia opera figulina & lutea, vt ad ollas Ps. 81. v. 7. in Hebraica veritate. Hinc Exod. 1. Aegyptij ad amaritudinem perducebant vitam eorum seruitutẽ dura in luto & lateribus, ac omni opere.

Nomen Pharaonis non constat inter omnes, qui scripserunt in Pyramidibus, iustissimo casu oblitteratis tantæ vanitatis auctoribus. Plinius lib. 36. cap. 6.

Sic paulõ ante Labyrinthus primus à Titheo vel Petesuco rege in Aegypto extructus.

Non est probabile Israëlitas consumpsisse annos 400. in operis Aegyptiacis: quod tamen scribit Ioseph. lib. Antiq. c. 5. Nam & illud ipse labefactat seq. c. 6. Dũ ab Abrahamã ad exitum de Aegypto annos duntaxat. 430. percenset. Rectius igitur Hebræi initiu calamitatis huius ducunt à Mariã Mosi nariuitate, in annos 87. Ex quo & nomen obtinuisse aiunt. Nã Maria amarorẽ sonat, quod ea nata Aegyptij amaris operibus, Israëlis seruitutem exacerbarint. R. Selom. in 2. Cant.

Calamitatis auctorem nostri nominant Amenophim, Maria cõcepta cõpit persecutio, septem annis ante Mosem natũ. Eius 87, qui erat mosi 80, finiit. Seder Olam, c. 3.

Filij Ephraim Israëlitas ante tempus conati sunt introducere in terram sanctam, quam semini Abrahamã sciebant

Anni Diluuij. 583

Anni mundi. 2239

ISRAELITARVM SÆCVLO AEGYPTIACO.

1053

2669

esse

Anni Diluuij. 583.

Anni mundi. 2239.

esse promissam. Sed frustra, quia Deus decreuerat alio modo eos ex Aegypto educere. Trad. Hebr. in Psal. 77.

Cæsi sunt magna clade à filiis Geth indigenis, 1. Par. 7, ad quorũ diripiẽda pecora Aegypto exierat. Kimhi è Ta. ib.

E qua primi Paralipomenon historia apparet, Geth & alias vrbes Palestinẽ fuisse adhuc habitatas ab indigenis. Post hæc ergo tempora factum est quod narrat Moses, Deut. 2. Philistim & Caphthorim (Capadoces esse tradunt ad Taurũ) irrupisse in illam terram, & cæsis indigenis inhabitasse regionẽque Philisteam nominasse. Vnde 70 solent Philistim interpretari, ἀλλοφύλας. i. alienigenas.

Liber bellorum Domini sub hæc tempora scriptus videtur, de quo Num. 21. fertur extare apud Aethiops cum libro Henoch.

Iob Arabs Hussitarum princeps his Patriarcharum tẽporibus vixit an. 249. fuit ex posteris Nahor. D. Hierony. & R. Selomo. Moses huius historiam ex Arabico conuertit, Hebræi. vel è Syro, qua lingua ab ipsomet Iob conscriptus fuerat vel ab amicis. Orig. lib. 1. in Iob è 60. Gener Iacob ex Dina vxore, Philo & Chald. Paraphras. Septuaginta interpretes malunt esse ex posteris ipsius Abrahamã, quartum ab Esãu. In coronide Iob.

Natus dicitur quando Iacob cum tota sua familia descendit in Aegyptum. Duodecim menses versatus in illis crucibus, quas liber ipsius commemorat (Origenes tamen plures numerat) Seder Olam. septẽ annos, Suidas. Duxit Dinam filiam Iacob in vxorem. Chald. Paraphras. & Philo.

Vixit 210, toto scilicet tẽpore quo fuisse vulgo ferunt Israëlitæ in Aegypto, ita vt natus sit Iacobi 130, quo ingressi sunt in Aegyptum, eodem autem mortuus, quo sunt egressi Seder Olam c. 3.

Aristæus quidam historiam eius scripto reliquit, vbi terram Hus in confinio Idumææ & Arabiæ collocat.

Eius socij reges Arabiæ. Tob. 2.

Ecclesia adhuc erat Catholica, id est, nondum alligata certæ familię. Nã Iob, Eliphaz, Baldad, Elihu, Lot, Nahor, Mesopotamius & reliquæ piorum ex omnibus gentibus & familiis Noë & filiorum eius ad eam pertinebant. Inter quos Chananæorum plerique. Nam inter eos & apud eos sacerdotioungebatur Melchisedech simul & regno, qui supererat anno Iacob 50, & regebat Oraculum, quod cõsuluit Rebeca, Gen. 25. Ad eã quõque pertinebant Arabes, quare ab eis liber Iob acceptus, indeq; à Mose translatus. Filij Lot nondum ab ea defecerant, neque filij Esãu, vt qui circumciderẽtur & patrios Abrahamã ritus retinerẽt, neq; Palestinũ, quorũ regi Deus apparuit, Gen. 28, neque Mesopotamij, inter quos Balaam prophetiæ munus exercebat, neque Madianitæ, apud quos Iethro erat Sacerdos, & ita fortasse de plerisque omnibus gentibus, donec in exitu Israëlis de Aegypto Iudæi, facti sunt peculium Domini. Exod. 19. v. 4. sanctificatio & Dominium eius, Psal. 114. v. 2.

In Aegypto nõnulla erat doctrina, quæ illorum sapientiã diceretur, in qua eruditus Moses legitur (Act. 7.) Aug. 1. 18. C. 37.

Ex Aethiopia autem ad Aegyptios manasse ferunt literas per Isin, leges, ritus ciuitatum, instituta sacrorum, & colonias eõ frequenter missas. Vides in illum librum Aug. c. 3.

Amrã Mosi pater è septẽ illis viris, extitit, qui ferunt à mũdi principio ad vsq; finem vniuersam humanã vitã metiri Adamũ enim vidit Mathusale: hũc Sẽ, qui peruenit vsque ad Iacob, quem Amram ipse cõspexit. Amram vsque ad Ahiam Silonitem vixit, à quo visus Elias, qui ad orbis

1013

2669

extremum saluus permanet. *Rabini in 2. cap. Num.*
Iacobæi in Aegypto pastores, populus pastorum, Hicli regnum pastorum appellati à veteribus historicis, & Berof. Nanethone, &c. *Ioseph. lib. 1. contra Appio.* Hinc illud verus, Pastores in Aegypto regnum tenent an. 103.

Qui eos expulit Pharaon mari obrutus Tethmosis nominabatur *Ibid. Ioseph. è Manethone Aegyptio.* vel Amasis *Euseb. Iustin. Martyr ex Appione & Pelomone.* vel Cenchrus duodecimus Pharaon. *Turon. lib. 1. hist.* Quem & Bachorim vocatum dicunt, de quo mira *Tacitus Annal. lib. 21.* Amenophis aliis.

Ex eo tempore in exorcismis Aegyptiorum contra demonas hæc habebantur: Deus Israel, Deus Hebræorum, Deus qui miserit Aegyptios cum rege in mare rubrum, &c. *Orig. lib. 4. contra Celsum.*

Magi Pharaonis Iannes & Mamres, qui Mosi restituerunt quædo signa faceret coram Pharaone. 2 *Timoth. 3.* Quæ nomina non esse ficta ab Apostolo, sed è Mediis antiquitatum Hebraicarum historiis sumpta apparet è Talmudica Ghemara cap. *Col Corbanoth hatsibbur.* & R. Nathan, in *Baal Haruc.* Quando (inquiunt) venit Moses in Aegyptum cum signis diuinitus acceptis, dixerunt Ioannes (יחנני) & Mamre (ממר) principes incantatorum Pharaonis. Hæc est ars nostra, & sic facere possumus incantationibus nostris. Tuque similis es iis, qui paleam ferunt In Aphriim urbem frugum, è qua frumentum in multa loca effertur, &c.

Mare rubrum, quod nequaquam fluxui & refluxui obnoxium est, vt impiè Vadianus in Melam retulit, cessit miraculo Israëlitis. Aegyptios autem submersit, eorum armis & corporibus in littus, in quo versabantur Israëlitæ, eiecit & expositis, ne amplius inermes & inopes essent. *Ioseph. lib. 2. Antiq. cap. vli. R. Selomo in Ionam.*

Hebræi negat suos maiores tranasse mare rubrum totum. siue à littore Aegypto in littus Arabicum, sed quod grandius est miraculum, ad idem littus, ducto intra mare longo circuitu & quasi semicirculo, vnde ingressi fuerant, reuertisse. Id probant, quia hærebant in deserto Ethan ante transitum. Deinde post transitum in eodem se offendunt, vbi per tres dies vagati, castra ponunt in Mara. *Exod. 13. Num. 33.* Deinde mare rubrum diuidit Aegyptum ab Arabia, non à terra sancta. Imò verò non fuit necesse, vt ingrederentur mare, nisi vt submergeretur Pharaon, &c. *R. Hizkuni & R. David Es. 63.*

Iosephus & Nostri aliter de littore in littus. Accessit aliud miraculum, vt non vnus cunctis tribubus ingressus in mare patuerit, sed diuisus sit in duodecim partes, siue semicirculos. *Hebræi in Psal. 136.* Moses enim percussit mare, & ipsum diuisit in duodecim vias. *Epiph. hæres. 64.*

His temporibus Aegyptiis plurimæ gentes omnino mutatae sunt. Nam filij Lot. i. Moabitæ & Ammonitæ deletis Emim & Zomim Gigantibus, qui erant similes filiis Enac antiquis Gigantis tempore Enos, eorum regionem occuparunt; *Deut. 2.*

Filij Esau expulsis & deletis Horreïs in Seir habitauerunt. *Ibid.*

Cappadoces Eneôs vsque Gazam expulerunt & conlederunt pro illis, *Ibid.*

Sic in Africa. Nam quodam bello Aethiopico multæ gentes illic antiqua nomina Gen. 10. & 11 posita perdidērunt. *Hier. in quæst. Hebr.*

Anni Diluuij. 583

Anni mundi. 2239

ISRAELITARVM SÆCVLO AEGYPTIACO.

1013

2669

Anni Diluuij. 583

Anni mundi. 2239

ISRAELITARVM SÆCVLO AEGYPTIACO.

Terra Chanaan mirè culta & aucta vrbibus & pagis, quæ Iacobi auo indigebat cultoribus latè & spatiose Genes. 34, vt in gentium opes & labores Israëlitæ ingrederentur.

Mundi regna varia constituta, dum quilibet affectaret supra reliquos tyrannidem & merum principatum. Nam sub Abraham, Isaac, Iacob Chanaan nullos aut paucos habebat regis titulo insignitos. Iam in hoc exitu abundat regibus, vt vicinæ prouinciæ, apud Mosem, Iosua & auctorem libri Iudicum.

Deus adhuc colebatur vbique, nisi quòd apud plerisque idola coniungebantur. Nam in Aegypto Pharaon Deum Abrahæ agnoscit & confitetur, *Gen. 12.* In Palestina Abimelec 20. & 26. In Mesopotamia Nachor, & Laban 24. 29, 30. qui interim domi habebant idola 31. Sic Balaam ex eadem regione. *Nam. 22, 23, 24.* Iethro in Madiâ sacerdos. *Exod. 3. & 18.* In variis Arabiæ regionibus Iob, Eliphaz, Baldad, Sophar, Eliu Deum sparsim in libro Iob colebant. In Chananea & Syria Melchisedech sacerdos Dei excelsi, & templi structor, ad quod confluebant Orientales. In Aethiopia filij Abrahæ ex Cetura. In Arabia filij Ismaëlis, in Idumea posterij Esau. In Moab & Amon posterij Lot. In India posterij Iectan, qui & circumcidebantur. In Assyria Niniuitæ etiam vsque ad tempora 5 ætatis. *Ionæ. 2.*

Externa & incerta seruitutis Aegyptiacæ tempore.

Baleus Assyriorum rex Xerxes. i. victor & triumphator appellatur, quòd duplo plures gentes sub suo iure haberet, quam Aratius, vsque ad Indos. *Beros.*

Belochus priscus q. Belacus. i. Beli amator an. 3. idololatriam auget.

Baleus iunior regnum quoque intra Indiam propagauit. Quare Indi sua Babyloniis obtulerunt, seque in eorum potestatem commiserunt.

Mamucus siue Mamitus Syris & Aegyptiis cepit esse formidini.

Spharetus Syros & Phœnices subegit.

Diluuium Oygis Thebarum Bœotiarum regis, qui Eleusinam condidit mille quadraginta annis ante urbem cond. *Oros. lib. 1. cap. 7.*

Ab eo vsque ad primam Olympiadem omnia sunt apud exteros fabulosa. Ex quo Varroni totum illud sæculum dicitur Mythicum. *Censor. de die Natali. c. 17.*

Idololatria latè spargitur in Europam, impositis notis nibus ad aliquod numen tutelare significandum, Thechines Rhodum condiderunt, quæ prius Ophiusa vocabatur *Enf. Chron.*

Memphis, nunc Alcair, eiusque miracula barbara ab Epapho Pharaone condita, *Enf. Clemens Strom. lib. 1. ex Aristippo. in primo arcadicorum.*

Dinastia 18. quæ dicta est Politanorum durauit an. 248. in qua primus regnavit Amasis an. 25. *Enf.* Hinc per ordinem Chebron, an. 13. Amenophis 21. Mephres an. 12. Mispharmuthosis an. 26. Thuthemosis an. 9. Amenophis 2. annis 31. qui & Mennon *Tacito lib. 3.* iuxta aliquos auctor seruitutis Hebræorum. Orus Magnus an. 38. Acengeres 12. Achoras 9. Genchres 16. Acheres 8. Cherres 15. Armeus, qui & Danaus an. 5. Rameses cog. Aegyptus, qui fratrem Danaum eiecit & Mizraim Aegyptum nominauit. *Tacit. lib. 2. an. 68.* de quibus in Iudicibus.

In Creta primus rex creatus dicitur Cres indigena fi-

1013

2669

lius Demogorgonis. Ab hoc Creta appellata est Curetes, à quibus Iupiter abscondit, post aliquot saecula. Nangiacus. Milinus Cretensis in toto mari regnavit Berof. Themosis rex totius Aegypti potentissimus pastores Hicfos Aegypto expulit. Mancho apud Ioseph. contra Ap- pto. Videtur esse Platonis in Phædro Thammus, quem & Hammonem Deum vocant, quem Thebis profectus Theut (.i. Mercurius vel potius Ioseph) artes à se inuentas Arithmetica, Geometria, Astronomiam docet. Iuxta alios Amafis, qui penè vltimus eorum fuisse dicitur, qui priscis saeculis Aegyptum tenuere, amicus Polycratis Samiorum regis. Sabel. lib. 3. Sed multis saeculis hallucinatur. Nam iste, vt Polyerates, sub Monarchia Persica vixit. Busiris in Phœnicia, Typhon Aegyptius Oxyridis frater. Phoroneus 2. Argiuorum rex an. 60. illius meminit Plato initio Timæi. Contra quem & Parrasios bellant Taphis & Carfatis Euf. Orof. lib. 1. cap. 7. Bacchoris sapiens in Aegypto, de quo supra ex Tacito. Brigus 4. rex Hispaniæ, hinc per ordinem Tagus cog. Orma an. 30. Betus an. 31. Deabus, qui & Gereon, fodinarum auri inuentor. Lemnini tres Gereonis filij, Hispalus, Hispanus, Sicanus, Siceleus, Lusus, Sículus. In Lybia priscus Hiarbas, à quo numidæ se Hiarbas vocant, & per successionem Anteus. Herminon apud Thyfcones, de cuius institutis Corn. Tacit. de morib. Germ. Deinde per ordinem Margus, Gbrius, Gambrius, Vandalus, Teutonius, Alemanus. Longo apud Celtas & per ordinem Bardus Iunior, Celtes, qui montes Pyrenæos nominavit ob maximam Syluatum in his crescentium exustionem, de quo Diod. lib. 6. Galathes à quo Samothei Galli dicti, Narbon. Lugdus, Belgus, Allobrox, Magedon filius Oxyridis apud Emathios regnum instituit. Lestrigones Gigantes in Italia. Apud Sicyonios regnant per ordinem Aegialeus, à quo Egialea Peloponnesus, Europeus an. 45. Selchinus 20. Apis 25 à quo Apia Peloponnesus, Thelassion 52. Aegidius 34. Thurimachus ab Egialeo septimus, sub quo Argiuorum regnum inchoat Moysi principatu. Europem tamen Eusebius regem primum Sicyoniorum facit, & Selchinum secundum, qui ludos & sacrificia instituit.

1013
Anni Diiuij. 1669
Anni mundi.

CONTINVATIO RELIGIONIS & doctrinæ.

TERTIA etate non modo continuatur sacra doctrina & religionis veteris forma, verum etiã proficit & augetur. Hinc Dei unitas Genes. 14. Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit celum & terram. Et paulo post, leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem celi & terra. 17. Ego Dominus omnipotens, & mox, statuam pactum meum inter me & semen tuum federe sempiterno, ut sim Deus tuus & seminis tui post te. 24. Dominus celi & terra, qui tulit me de domo Patris mei, 17. & Exod. 6. apparet Dominus Abraham, Isaac & Iacob in El Saddai. Dei omnipotente: Denique eos alloquitur perpetuo in numero singulari & Scriptura cum ferè construit cum verbo & adiectiuo singulari, ad eius essentia singularitatem celebrandam. Iob eam etiã inculcat, c. 9. Qui extendit celos solus. 23. Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius. 31. Non sunt osculandi alij ore suo. Nam est iniquitas maxima & negatio contra Deum altissimum. 36. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua & nullus est ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias eius. 38. & sequentibus ex-

1413

miris eius operibus Deus ipse probat nullum esse simile sibi, nullum parem. Denique tam Iob quam socij Dei unitatem vbi que agnoscunt in medio Arabia & predicant, cap. 2. 25. 26. 35. 36. 37. Nam hunc articulum valde illustrant contra idolatriam passim suo tempore grassantem. Trinitatis mysterium. Abraham Trinitatem hospiti excipit tres videns & unum adorans atque alloquens, Gen. 18. Domini, inquit, si inueni gratiam in oculis tuis, ne pertrans eas seruam tuam, deinde ut tres pluraliter, Et lauentur pedes vestri requiescite sub arbore, & c. Denique vicissim ab eis, nunc ut uno nunc ut pluribus responsa accipit. Tam expressa Triadis pictura, ut aliqui veterum Hebraeorum, citante Abben Ezra, Deum tria inseparabilia & unum non dubitarint inde colligere, et si iste refellere conetur. Gen. 19. Dominus pluit ignem à Domino. 20. Eduxerunt me Dy de domo patris mei. Sic Lot duas personas, Filium & Spiritum Sanctum Gen. 19. in Domum recipit, qui modo Nos plurali numero, propter hypostasies, modo Ego propter singularitatem essentie sese dicunt. 35. Apparuit ei Dy, cum fugeret fratrem suum Esau. Iob 30. iuxta veritatem quoque Hebraicam Affixit me & frenum miserunt in os meum (misit) 35. Non dixit ubi est Deus factores me i. 7. Noctes laboriosas, numerarunt (Deus) siue constituerunt mihi. Et nominatim multa de Dei verbo & increata sapientia c. 28. diuinitus theologicatur, è quo sua desumpsit auctor libri Ietfira in eius calce, (vt notat R. Selomo) & Salomon ipse Prau. 8. Eccl. 1. 4. 24. Sapiens 7. 8. 10. 18. Baruc 3. Item de Spiritu Sancto Iob 26. Spiritus eius ornauit celos. 32. Spiritus omnipotentis aptauit me. In Christum fides Christus Patribus huius etatis diserte promittitur Gen. 12. 15. 22. 26. 28. Iacob eum expectat definito tempore & pronuntiat 49. teste vtraque Targum. Nam ibi Onkelos U. 10. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius donec veniat Messias Hierosolymitanum autem. Non desinent reges domus Iuda, neque desiderabun-

tur doctores legis de filiis filiorum eius, usque ad tempus, quo veniat Messias, cuius est regnum, & cui seruiunt sunt vniuersa regna terra. Et V. 11. Quam pulcher est rex Messias, qui surrecturus est de domo Iuda, alligabit (accinget) lumbos suos, exibitque in praelium aduersus hostes suos & c. V. 12. Quam pulchri sunt oculi regis Messia ad cernendum, pra vino defacatissimo, ne illis spectet incestos concubitus, cadésque innocentium. Denies eius exercitatus sicut in lege, ne illis comandaret iniquitates & rapinas Rubescunt montes eius vineis, & torcularibus vini. Candescunt colles eius copia tritici & Gregum ouium. V. 10. etiam cum Iacob nominat expectationem sine obedientiam gentium, & cum hac spe V. 18. migrat ex hac vita. Expectabo salutare tuum Domine, vt proinde Abraham, Isaac, Iacob coheredes repromissionis eiusdem Heb. 11. dicantur, ad quam promissione demum confirmandam, additur Circumcisio prater superiorum etatum sacramenta, tanquam promissionis repetite signaculum & sigillum. Sic Redemptorem suum expectat Iob c. 19. & figurat c. 1. 2. & c. Quemadmodum Isaac diuinitus promissus, supernaturaliter conceptus, è sterili genitus, ad sui ipsius immolationem ligna portans, Gen. 7. 18. 22. & c. Figura alic, Immolatus agnus vepribus coronatus siue prehensus in cornibus, Gen. 22. Scala celi 28. Decussatio manuum in modum crucis inter benedicens, Gen. 48. Atque inde iustificatio, Gen. 35. (credidit Abraham (promittenti semen) & reputat est ei ad iustitiam. Sacramenta vt Matrimonij, Gen. 24. 34. inter Aegyptios etiam adhuc sancti & inuolati 12 & 39. Philisteos 20. 26. Mesopotamios 29. 35. Inter dispersos, religio ne non contrahendi 24. 26. 7. 28. 34. Circumcisionis Abrahæ data, Gen. 17. Isaac die octauo collate 21. Patriarchis deinceps, Act. Exod. 4, apud quos illicitum & nefarium erat non modo, non circumcidi, sed & incircumcisus dare & accipere inuuo filias, 34. imo vero domi habere tam vernaculos, quam emptios. alienigenas incircumcisos 17. Quod erat promissi Christi signaculum, quo exhibitio, iam desineret, ac rediretur ad antiquas & simpliciores baptismatis ceremonias. Impositionis manuum & benedictionis, Gen. 27. 48. 49. Ceremoniæ & ritus externi, vt Olei fusio, vini libatio, Gen. 35. Decimarum prestatio 14 & 28. Purificationes & la uacra, in Baptismi typum Gen. 35. Mundamini & mutatae vestimenta vestra, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Domino, id est, abluite corpus e R. Abrahæ, Ex quo loco, (inquit) discimus Israelitas debere esse mundo corpore & mundis vestibus, quando locum constitutum precandi causa adit, Iob cap. 1. sanctificabat filios suos unoquoque die septimo, vt in crastinum interessent sacrificio. Nempe eos preparabat in peruigilio certis instra tionibus, ad quas alludit cap. 9. Si Lotus fuero, quasi aquis niuis, effulserim velut mundissima manus mea, tame fordidus iniquis me & abominabuntur me vestimenta mea. Festa. Sabbathum, vt minimum, sacrum erat. Ibi. c. 1. singulis diebus septimis Iob cõsurgens diluculo offerebat holocausta pro numero septem filiorum. Sic faciebat Iob cunctis diebus, ubi & Pro sabbatum, quo & presanctificabat & purificabat filios in crastinum holocaustum. Quare & posterioribus etatibus Iudei diem Veneris Herub, id est parasceuem siue preparationem appellarunt. Addunt & Pascha, vt proinde Angelis, eius vespere, aduenientibus Lot azyma coxerit, non fermentatos panes Gen. 19. R. Selomo è suis veteribus. Vestes religiosæ. Nam in re diuina mutationis vestium sit mentio Gen. 35. Sacrificia cruenta Holocausta Abrahæ Gen. 12. 13. 15. 22. Isaac 26. Iacob 31. 33. 35. 46. Iob cap. 1. Eliphaz, Baldad, & Sopbar cap. 42. in quibus erant Pacifica, id est, que non tota comburebantur, vt holocausta, sed pars edebatur Genes. 31. Iacob immolatis victimis in monie, vocauit fratres suos, vt ederent panem. In cruenta & communio. Continuatio sacrificij Melchisedech in pane & vino in Typum Eucharistia Genes. 14. libamina Iacob 35. Loca religiosa, templa. Melchisedech templum in Salem extruxisse memoratur a Iosepho, in quo esset Ecclesia sedes primaria, Deique oraculum, de quo fortassis Gen. 25. Perrexitq. Rebecca, vt consulere Dominum. Altaria multa, scorsum quaque ab Abraham extructa Gen. 12. 13. 15. 22. Ubi quintum in Moria, in quo postea templum Salomonis, & 23. cœmeterium ab eodem Sara & posteritas dedicatum. Altare in Bersabea Isaac edificauit Gen. 26, in agro prope Sichem à se empio Iacob. Gen. 33, qui & locum quendam dedicat & vocat Bethel, q. domum Dei Gen. 35, idque ex voto, quod nuncupauerat antequam veniret in Mesopotamiam 28. Sacerdotium publicum ministerium. Abraham, qui ideo animas in Haran fecisse legitur Gen. 12, id est, interpretantibus veteribus Hebraeis, verbo & predicatione Deo genuisse & conuertisse. Melchisedech 14, Iob 1, & 42, prater omnes primogenitos ea auctoritate gaudentes. Sacerdotum benedictiones. Benedixit Abrahæ Melchisedech, Ibi. 14. Patrum benedictiones 27. 28. 48 & 49. Oratio publica Gen. 35. conuocata omni domo sua, abiitue (ait Iacob) omnes Deos alienos, mundamini, mutata vestimenta, surgite & ascendamus in Bethel & faciamus ibi altare Domino. 31. vocat fratres suos ad victimas, 45. cum filiis venit ad puteum iuramenti, & pro felici descensu in Aegyptum Deo litat. 26. Isaac deprecatus est Dominum pro uxore sua eo quod esset sterilis. Qui exaudiuit eum & dedit conceptum Rebecca, quod factum videtur in loco, in quem postea perrexit Rebecca, ut consulere Dominum de ipso conceptu. Ibi. Iob c. 1 & 42. orat pro filiis & amicis, publicè & solenniter exhibitis holocaustis. Traditiones Gen. 34. ritus gentis. 18. Abraham precepit filiis suis & domui sua post se vt custodiret viam Domini & facerent iudicium & iustitiam. 26. precepta & mandata Domini & ceremonias legeque seruauit. Extabant scilicet diuina quædam leges & ceremoniæ nondum scripte, secundum quas etiam Iacob distinexit inter holocausta, que tota comburebantur, & Pacifica, quorum pars in sacrum epulum apponebatur, Gen. 31. Et Iudas dixit ad Onan filium suum, Ingredere ad uxorem fratris tui & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo, eog. mortuo ad Thamar. Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sola filius meus Gen. 38. Nam ea est lex, quam scripto postea Moses sanxit Deut. 25. Et Thamar, quasi filiam Sacerdotis (Melchisedech) ob fornicationem esse comburendam. Nam & eam legem repetiuit Moses Leuitic. 21. Adde vt traditiones veteris Ecclesie per tres solos homines deferrí potuerunt ad Abraham, videlicet per Adam, Mathusalem, Noam, imo & ad Iacob, videlicet per Adam. Mathusalem, Sem, qui & Melchisedech, ita tertia hac etate per tres ad Mosem nempe per Abraham, Iacob & Amram. Rerum profanarum dedicationes, Imagines, Lapis erectus in-

583
Anni Diiuij.

1013

ritulam a Jacob Gen. 28. hinc in statuam. Nam sic exponunt Rabbini, aadentes, nihil propterea ipsum commississe contra preceptum. Exod. 20, Deut. 16 de non erigendo sculptili & statua, quoniam hoc preceptum postea fuerit a Mose laium pro tempore ob gentes effusus ad Idololatriam ruentes. Vide R. Isaac in 20 Gen. & 18. Leuit. titulus lapideus vel potius statua lapidea, in loco, quem vocauit Bethel. i. domus Dei fuso oleo & libatis libaminibus Gen. 35. Locus nuncupatus Mahanaim q. castra Dei Gen. 32. Alius Phannuel q. facies Dei. Ibid. Uir ga Ioseph cuius fastigium adorauit Jacob Hebr. 11. Pœnitentia & eius actus, Job. 1. sacrificia pro peccatis, 2. propter stultitiam pœnitentiam ago in fauilla & cinere Socij Iob eam inculcant per totum illum librum. Vota Gen. 28, ubi & decimarum persoluendarum professio. Delectus ciborum. Abstinentia ab immundis animalibus; ut superiore ætate, A neruo fab moris, quod in eo fuisse percussus Iacob ab Angelo, indeque claudicasset Gen. 32. Sanctorum vis & preces Iob 33, Si fuerit pro homine angelus loquens unus de mille, ut annuntiet hominis equitatem, miseretur eius (Deus) & dicet libera eum, ut non descendat in corruptionem. 5 ad aliquem sanctorum conuētere, quod Rabbini vulgo exponunt de Angelis & interroganter legunt. Ad quemnam Sanctorum conuēteris? Gen. 48. Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nominæque Patrum meorum Abraham & Isaac. 28 scala Iacob Hebræis scala est prouidentia Dei, in qua Angeli ascendunt & descendunt. Ascendunt ad offerendas Deo nostras preces, adiunandas & commendandas descendunt ad nos inuandos & fruendos. Genes. 35. Rachelem Iacob sepeluit in Bethleem non in spelunca duplici cum aliis Patriarchis, ut illic oraret pro posteris esēique loci Patrona, R. Selomō Hieremie 31, ē sapientum veterum scriptis quemadmodum per totam terram Sanctam disperse fuerunt diuersorum sanctorum reliquie & sacri cineres. Eccl. 49. ossa Ioseph visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Quasi ad illa eēderetur miracula, ut de Elisæo dixit 48. mortuum prophetauit corpus eius & in morte mirabilia operatus est. Nam Hebræis prōphetare est diuina vel dicere, vel facere. Cura mortuorum, sepultura, funebres exequiæ, officium funeris, ius sepulchri & cœmeteriorum, tituli sepulchrales Gen. 23. 25. 26. 49. & 50, ubi celebratur dies Quadragagesimus, item Septuagesimus, denique exequiæ septem dierum. Gen. 49. precepit eis, dicens, Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici. Quæ est in agro Ephron Hettei contra Mamre in terra Chanaan, quam emit Abraham in possessionem sepulchri, sibi sepelierunt cum et Saram uxorem eius. Ibi sepulchrum est Isaac cum Rebbecca coniuge sua, sibi & Lia conditi iacet. 47. adiurat Iosephum, dicens: Ne sepeliās me in Aegypto, sed aufer me de terra hac, condāsque in sepulchro maiorum meorum. 50 Iacob fodit sibi sepulchrum dum adhuc uiveret Act. 7. iam ipse quam reliqui Patres nostri translati sunt (ex Aegypto) in Sichem & positi in sepulchro, quod emit Iacob (Gen. 33.) Pretio argenti a filiis Emor. Gen. 50. & Hebr. 11. ossa sua moriturus Ioseph commendat filiis Israel, unde & ea solemniter Moses post quadringentos annos Exod. 13. transfert, tandiu conseruata in loculo sine arca cum aromatibus. Ibid. 50. Quæ fuit quadam reliquiarum translatio. Preces pro defunctis post matrem defunctam Isaac exit in agrum ad orandum (sic enim habetur in fonte) Gen. 24. Quod & officium funeris ante inhumationem, & exequiarum per multos dies celebratis infert 23. & 50. Iudicium futurum. Iob 31, quid faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus. & cum quaeserit, quid respondebo ei? 35. Iudicaberis coram illo, expecta eum. Nunc enim non inferi fauorem suum, nec ulciscitur scelus ualde. 34. Elibi opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis, vita æterna resurrectio, Genes. 47. & alibi uitam suam uocabant Patriarcha peregrinationem, quasi patriam se alibi habere crederent. Expectabant enim fundamenta habentem ciuitatem, i. caelestem, Hebr. 11. Iacob saluem Dei se expectaturum in sepulchro consistetur, Christum professus, Genes. 49. Iob etiam resurrectionem carnis prædicat, c. 19, & c. Supplicium æternum. In Iob sepius. Ciuitates Sodomorum & Gomorrhœorum in cinerem redigens, euerisione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi sunt ponens, 2. Petr. 2. Sodoma & Gomorrbæ & finite ciuitates, abentes post carnem alteram factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnitiam sustinentes: B. Iuda in Canonica. Denique liber Iob tempore legis natura ideo uidetur scriptus, ut superessent monumenta veteris Ecclesie, eiusque fidei, doctrine, religionis, rituum & ceremoniarum ab omni antiquitate repetitarum, per que ad legem Moysi tandem perueniret, dum antiqua illa pietas & uirtus sensum in mortalibus collaberetur. Nam ubunde & hos & alios religionis articulos & capita continet perspicueque indicat.

Anni mundi. 2239



Anni mundi. Diluy 1013



QVARTA ÆTAS Iudicium, quæ & Deorum & Heroum. quasi inuētus populi Dei (legis scriptæ prima.)

103 Deut. 1 & 29.

Moses de tribu Leui, populi ex Aegypto ducti Remp. in deserto administrauit annis 40.

1053

Aarone Pontifice. & per ordinem Eleazaro.

25

Amynta 17. deinde Belocho 2. Rege 18. an. 25. Assyriorum rege.

1. Paral. 2.

Naassone & Salmone Principibus Iuda, & Christi maioribus.

Num. 11.

Filiis tribus Cora, & Eldad & Medad in deserto uaticinantibus.

1053

Anni mundi. 2670



Ac ætate apud Gentes, vates & propheta erant Balaam & pater eius. Iob, Eliphaz Themanites, Baldad Suites, Sophar Naamathites, Elihu, & Berachael Buzites. Seder Olam cap. 21. (sæc. initio huius ætatis.) Ita Ecclesia nondum alligata Iacobæorum familia.

E nostris Græci, ut Nilæus lib. de Trinit. Basilius quadam epistola ad Eustathium medicum, ex hoc catalogo excludunt Balaam. Nam vatem fuisse Satanæ, non Dei, existimant. Quare Deum & Dominum, quem consuluisse dicitur, Num. 22. 23. 24. Diabolum interpretantur, qui hominimos sic appellatur.

Post datam legē spiritus propheticus desit afflare gentes. Ibid. Seder. Nō hoc ei cōcesserim, Nam etiam Sibyllæ deinceps Christum & alia diuina prænunciabant.

Tres filij Choræ Afir, Elcana, Abiasaph. Exod. 6. vaticinatur in deserto, & psalms multos condunt de Christo, qui, libro præsertim secundo Psalterij, continentur. Eo argumento Patres exilio mœretes consolabantur. Heb. Trad. Sunt ex 11. Psalmorum auctoribus, Ibid. Similiter & Moses, cui Hebræi undecim Psalmos primos libri 3. tribuunt, a 90. scilicet ad 101. Miseras Tehillim.

Moses eruditus fuit in omni sapientia Aegyptiorum. Act. 7. Ante igitur Mosē, non quidem in Græcia, sed in barbaris gentibus, sicut in Aegypto, fuit nonnulla doctrina, quæ illorū sapientia diceretur, Aug. lib. 18. de Ciui. c. 37.

Vir Dei Deut. 33. Ios. 14. Ps. 89. Fidelis seruus in tota eius domo. Hebr. 3. minister veteris testamēti & propheta noui. Aug. ceteris prophetis clarius Deum conspexit. Exod. 33. Christi passionem multiplici victimarum genere, ac eius alia mysteria multis sacris ritibus præsignauit.

In Aetpiopia metu Pharaonis 40 annis exulatus, tot annos contemplationi dedens, donec ætatis octogesimo cerneret Deum clarius, quam vlli vnquam hominum cōtigisset populique conseruator destinaretur. Bas. initio Hexame. Aethiopiam interpretor terram Madian in Arabia, in quam fugerat. Eam enim etiam Scriptura Aethiopiam siue terram Chus appellat, ut uxorem Mosi inde sump-tam Aethiopiā Num. 12.

Postquā propheta munus suscepit, vxoris notitia abstinent, ut purius tã sanctæ functioni vacaret, Epiph. heres. 78. Quod totidem verbis postea reperi in Hebraicis traditionibus, Maicmonim lib. 1. c. 7. pag. 11.

Duodecim menses apud Pharaonem legationis muncere fungitur, & 10. plagis eum affligit.

Legem primum remedium aduersus peccatum & idololatriam omnia occupantem, præter natium sensum & historicum, mistico nobilem cœlitus tulit ad montem Sinai. Ea omnia gratiæ arcana graphicè expressit. Nā Manna, mare rubrum, Potus è petra, Tabernaculum, sacra vasa, religiosæ vestes, Pontificia ornamenta, candelabrum, Leuitica sacrificia & ritus omnes sacramentales etiam sunt, & typici.

Quin & Serpens æreus palo suspensus & in tabernaculo fixus ad spectantium salutem, Num. 21. Dominū de cruce pendentem salutis omnis auctorem & causam representabat. Ioa. 3. Naturę arcana in his etiã contemplantur Iosephus, Philo & Rabbini.

Ciborum, Verbi gratia, delectus & mundities, quā Moses tradit, non modo ad mysterium, vel mores, verū etiam

ad valetudinem confert, sunt enim insalubres porcus, lepus, camelus, equus, choerogrillus, congrus, lampetra, anguilla & cæteripifces, pinnis, squamisque carentes, aquila, gryphus, omnia denique rapacia & notis aliis affecta, quæ signantur Leuit. 1. Deut. 14.

Sic Tabernaculi materia, forma, partes, pelles, colores, vasa instrumenta & cætera ad illud pertinentia, exemplari diuinitus proposito, non modo reconditam & anagogicam supercælestium rerum habere significationem, sed & physicam, quam persequi non est huius instituti.

Legem absoluit tribus præceptorum generibus moralibus, iudicialibus, religiosis siue ceremonialibus tanti ponderis, vt moralia in Euangelio etiam obligent, quia iuris naturalis & diuini, iudicialia, ferè retineantur, pauca relinquantur, corrigantur vel emolliantur, quia iuris pro gente & tempore positi. Ceremonialia recipiantur partim secundum Spiritum, arcanam intelligentiam & sensum, partim etiam secundum literam. Sunt enim duorum generum. Quædam figuralia, ymbramque futuri Christi & Ecclesiæ habentia, cuiusmodi circumcisio, sacrificia, Sabbara, cibi immundi. Alia purè ritualia, ad cultum Dei simpliciter pertinentia. Priora sublata sunt, vtyque ad correctionis tempus imposita. Alia usurpata, vt cultus Dei solèntas perpetuetur, quia sunt templa, dedicationes, chori, vota, aqua lustralis, benedictiones, religiosæ vestes, genu flexiones, ordines Ecclesiastici, decimæ, primitiæ, processiones, visitationes sacrarum ædium & locorum & manuum expansiones, festa Pentecostæ, Paschatis, sublato victi marum vsu, cantus, imagines, organa, ieiunia, &c. ex auctoribus iuris Orientalis, pag. 2. 4. exempli Græci.

Patres in Aegypto immolarunt agnos suos Paschales die Iouis. Die sequenti egrediuntur, qui primus erat celebratis Paschæ, Seder cap. 5. In noui testamenti per Christum liberatione eadem fuit temporis ratio.

Quinquagesimo post exitum die initium est primum Legis fœdus inter Deum & populum in monte Dei Oreb siue Sinai, confirmatumque aspersione sanguinis. Exod. 24. Alterum in altera Moab Deut. 29. comprehendens benedictiones & maledictiones. Deut. 38 Kimhi 11. in Jerem.

Festo Pentecostes, i. die quinquagesimo ab exitu Tabernaculum iussu est construi in Pharan non procul à desertis Moab. Inde abierunt ad concupiscentiæ sepulcra. Tantum enim in monte Sinai hæserunt 12 menses, siue annum: iuxta illum & vicinas stationes biennium primum consumpserunt, Legem ferè integram consequuti. Deinde per 42 stationes valdè mysticas in promissionis terram peruenerunt.

In earum vna, nempe Cades-Barnè, in Sin Idumæorum deserto, an 19. permanerunt. In cæteris nunc progredientes, nunc regredientes, nunc palantes, prout occasio & necessitas poscebat, in illa vasta Saracenorum solitudine, alios 19 anno contriuerunt. Sicque tandem quadragesimo anno ripam Iordanis Orientalem attigerunt. Seder Olam cap. 8.

Ipsò anno egressionis mense secundo data est lex Israëlitis. Mense autem tertio in monte Sina decalogus. Anno secundo iterum data est lex die expiationum. Seder Minor.

Sic lex sancita est pro primo generali remedio aduersus idololatriam, omnia occupantem & peccatum vbiq; regnantem, lege naturæ per orbem propè obliterata & delera, donec secundum multorum efficacius & perfectius succederet. i. lex Christi

Anni
Diluuij.

1013

Anni
mundi.

2670

MOSIS ET LEGIS DATÆ SÆCVLO.

1053

2709

Primo

Anni
Diluuij.

1013

In Aegypto.

Amasi an. 25. Deinde Chebrone an. 13.

In Europa.

Sicyoniorm Thurimacho an. 47.

Argiuorum Inacho rege primo annis 50.

Atheniensium

Cecrope primo rege an. 50.

MOSIS ET LEGISLATIONIS SÆCVLO

1053

2709

Anni
mundi.

2670

Primo ergo biennio, populo Israel sedente iuxta monem Sinai & vicina loca, Moses construxit Tabernaculum, instituit leges ad religionem & Rempub. pertinentes 449. & amplius, totis illis quadraginta diebus, quibus fuit in monte, quæ tandem aliis deinceps additis vsque ad 613 præcepta excreuerunt, affirmantia quidem 248. quot hominum ossa à Medicis numerantur. Negantia verò 365. quanta est summa dierum anni. Castrorum metandorum rationem ordinauit, nempe, vt in medio castrorum tenderetur Tabernaculum Domini, ternæ tribus singula eius latera cingerent, platea ad mercatum in medio componeretur, &c. Quæ omnia parum distinctè à cæteris explicata, sic plana faciemus.

Iacobæi in deserto manserunt, 40. an. & per 42. mansiones siue stationes, peruenerunt ad vltiorem ripam Iordanis. Num. 33.

Annus primus cœpit 15 die mensis Nisan, qui Martius, festo Paschatis. Sic autem transactus est. Septimo die ad mare rubrum peruenerunt. Vsque ad 15. sequentis, i. Aprilis, vsi sunt conspersione, quam de Aegypto, exportaerant per mensem scilicet integrum. Deinceps Manna & semel cothurnicibus. Exod. 16.

Vigesimo secundo die Aprilis, primam Sabbati celebritatem agitarunt. Ibid.

Mense, tertio Siuan, i. Maio, peruenerunt in solitudinem Sinai, vbi biduo loti, sanctificati & parati post tertium diem: descendente in montem Domino, & suæ præsentis maiestatem testante fumo, fulgure, flamma, tonitru, nube, cæterisque tremendis, Decalogum acceperunt. Hieron. ad Fabiolam.

Ita sexto die mensis illius, die scilicet Pentecostes, qui erat quinquagesimus ab exitu in Sinai, hoc est duodecima statione traditus est Decalogus. Sed & Lex multò vberius quàm antea, nempe ad 449. amplius præcepta, per 40. continuos illos dies, quibus Moses in monte ieiunus subsedit, vsque ad 17. mensis quarti Tammuz, i. Iunij, quo quidem die cum peccasset populus, descendit & fregit tabulas. R. Abraham in Cabbala bist.

Decimo octauo Iunij placauit Dominum.

Vigesimo nono Ab, siue Iulij, ascendit iterum, & mensem Augustum illic in ieiunio transigens, vsque ad decimum Septembris, secundas tabulas est consequutus.

Deinceps per quatuor menses integros, Tabernaculum, quæque ad illud pertinebant absoluit.

Hinc 23. die mensis Adar, siue Februarij, cœperunt dies consecrationum, primoque die Nisan, siue Martij expleti sunt. Exod. 40.

Atque ita totus liber Exodi ad primum annum pertinet.

Secundus autem ad hunc modum se habuit.

Mense Martio erectum est Tabernaculum. Aaron filijque eius purificati, fungi suis ministeriis incipiunt. Iuge sacrificium peragunt, Principes sua sacrificia offerunt. Populus suas primitias, decimas, vota, oblationes omnium generum, Leuitico descriptorum, quæ & deinceps continuant, cum Mosais reliquis ritibus. Pascha denique in deserto primum celebrant.

Aprili numerantur per capita Israëlita. Num. 1. Pascha immundorum secundum agitant. Num. 9. Die autem vigesimo eleuata nube è tabernaculo castra mouent de Sinai ad sepulchra concupiscentiæ. Num. 10. Atque ita 12. menses diebus, duntaxat decem exemptis, morati sunt ad

G

Radices Sinai.

Maio, Maria, ob lepram à ceterorum consortio eiicitur Exploratores in terram Chanaan mittuntur.

Iunium exploratores consumunt in suo negotio, Vindemiis in terra Chanaan incredibilis magnitudinis vnam exhibentibus.

Iulij nono post exploratorum reditum, decretum est cœlesti oraculo, Israëlitas non ingressuros terram propter incredulitatem. Sicque errare incipiunt in deserto sequentibus 38 annis. Tum accidit seditio Coræ & sociorū.

Sequentibus annis vsque ad decimum nonum hærent in Cades-Barné, Deut. 1. & 2.

Decimo nono anno contra Dei oraculum pugnam contra Amalechitas capessunt infœlicem Vnde & in pœnâ, aliis nouendecim annis circa illum locum desident. Sic ab exitu fluxerunt 38.

Tricesimo nono anno veniunt in desertum Sin, Ibi moritur Maria, puteus deficit, ex quo noua quærimonia & seditio, donec reslueret.

Quadragesimo & vltimo mittuntur nuntij ad regē Edō Post tres menses in monte Hor Aaron moritur. Nubes desinit, Aliquandiu rex Chananeus retro Israëlitas. verit per mansiones, Deut. 10. Qui denique resumptis animis sedes collocant propè Arnō. vincunt Seon & Og reges

Huius vltimi anni mense vndecimo. i. Ianuario, primo die. Moses ad populum habuit Deuteronomium, summam ingressuris terram explanans, quæ superioribus 40. annis ipsis acciderant per 36. dies, à primo videlicet Ianuarij vsque ad sextum Adar siue Februarij.

Sexto Februarij. Mosi mors sua reuelata est.

Septimo obiit, die scilicet Sabbari, tempore pomeridiano, etsi Hebræi eum translaturum viuum magis existiment, sepultusque est ab Angelis, ita vt nullus cognosceret eius sepulchrum, an. ætatis 120. sanis oculis, dentibus integris, senio denique viridi. Deut. 34. cum in senibus præcipue deficiant visus, dentes, humor.

Iosua ministrum suum, suæ curæ successorem reliquit Ita intra primum biennium, ab exitu gesta sunt omnia, quæ à capite 12. Exodi, vsque ad extremum, in toto Leuitico & primis quatuordecim cap. Numerorum perscripta sunt. Cæteris 37 annis, manentibus in deserto, vt in Repub. bene constituta, vel vt in castris, contigit seditio Coræ & sociorum, ac aliæ historiæ & leges, capp. 15. 16. 17, 18. & 19 Numerorum conceptæ.

Reliqua vsque ad finem Deuteronomij anno vltimo. & quadragesimo. Hæc sic libuit digerere; quoniam Mosaicæ historiæ ordo non satis alioqui in eius libris seruatus. paucis est cognitus. Quod etiam in Iosua mox obseruabimus.

Paulò ante mortem membranis volumina Pentateuchi tredecim exarauit à primo ad vltimum vsque legis elementum. De quibus vnum cuiuslibet duodecim tribuum seruandum dedit. Decimam tertium Leuitis concessit. Initio Misna. Istud inclusum fuit tabernaculo, deinde templo Salomonico, quo sæpius, vt ab Achaz Manasse profanato, & rebus sanctis dissipatis, non est mirum, si temporibus Iosif regis illud Legis exemplar repertum ab Helchia sacerdote inter templi ruinas, in magna propter scribam Mosem & antiquitatem fuerit veneratione.

4: Reg.

De eius corpore altercatus est Michaël Archangelus cū Diabolo. Iudæ. Canonica v. 9. Nempe quia Diabolus eius

Anni Diluuij.

1013

1053

Anni mundi.

2670

2709

MOSIS ET LEGIS DATÆ SÆCVLO

sepultu

Anni Diluuij.

1013

1053

Anni mundi.

2670

2709

MOSIS ET LEGIS DATÆ SÆCVLO

sepulturam cupiebat manifestari, vt Iudæos ad idololatriam prouocaret, quod nolebat Michaël, qui & vicit, strueto ei sepulchro, quod nulli hominum esset cognitum. è Deut. vlt. Glossa & D. Thomas in illum locum, vel vt Moses in Deum consecraretur. Theoderet. quæst. 43. Deuter.

Vel quia Diabolus, ne Moses diuinus homo propheticoque maior haberetur, eum sepeliri humano more, pro suo iure (qui mortis corruptionisque habebat imperium Hebr. 2. cuiusque panis est puluis, id est corpus nostrum, Ef 63. Genes. 3. cupiebat, vt Iudæis eum redderet contemptiorem minusque præstantem, cum contrà Archangelus eius corpus, tãquam diuini hominis subduci vellet ex viuorum oculis, sepeliri que augustiore nobiliorique modo, quàm mortali, nempe Angelorum ministerio, vt Iudæi intelligerent Mosem verè fuisse prophetam, verè que in diuinã vitam translaturum, sicut Henoch & Elias, siue euadendo in naturam spiritalem, siue non videndo corruptionem, atque ita in ipsius, vt diuini hominis, legem magis inflammarentur. Ex Hippolyti fragmento apud Theodorit. lib. 2. Polymorphi pag. 39.

Hinc Mosem non esse mortuum, sed occultatum scribit Ioseph. lib. 4. Ant. c. vlt. Ambrosius, in Hexam, Ioachimus Abbas in Apocalyp. c. pag. 146.

Hinc R. Mose procemio in Misna. Septimo die (inquit) mensis duodecimi sub meridiem montem Horeb scandens, ad superos receptus est. Nam cum dira non tetigit mortis corruptio, sed in sublimis gloriæ montem gaudiũque sempiternum commigrauit.

Naasson & Amminadab pater duces Iuda, primi in mare sequuntur Mosem. Deinde tribus Iuda, cæteris cunctantibus anno post secundo moritur Naasson R. Selo. 1. par. 1.

Salmon Naassonis filius, dux introitus in terram cum o suæ. R. Selo. 1. Par. 1.

Exierunt reliqui cum auro & argento, & non erat in tribubus eorum infirmus Psal. 104.

Besaleel filius Uri nepotis Caleb tredecimo ætatis tabernaculum admirabile conficit. R. Selo. 1. par. 2. è lignis Sittim de genere Cedri præstantissimo, pellibus arietum rubricatis, & Taxorum, cuius animantis pelles pilo sunt horrido & ætui aquisque arcendis accommodo.

Adiecit æs, aurum, argentum & è lanca materia filum colore hyacinthorum Orientalium, purpuram, coccum binstinctum, (Cramesium appellamus) byssum & caprarum pilos, è quibus fiunt Camelotæ.

Arcam construxit cedrinis Sittim asseribus, laminis aureis interius exteriisque obductâ, in superiore limbo coronatam spira aurea cornicis instar, quæ operculũ (id est, propitiatorium (complecteretur. In angulis annulos quatuor habentem, per quos duo vestes lignei auro quoque obducti ad exportandum traicerentur.

Propitiatorium siue arcæ tegmen pure aureum, duas puerorum alatorum imagines ex auro solido sustinens, qui utroque ex latere stantes se mutuo aspicerent facie ad propitiatorij spatium conuersa, vt insidentem alis suis, pedibusque arcam prementem Deum veluti cernebant, eique sedilis formam pararent. Quæ sedes Dei dicebatur, vt Psal. 79. & 98. Nescio vnde aliqui habuerint, maris & fœminæ specie fuisse distinctos, cum per omnia æquales & similes Scriptura formet.

Mensam panum corpore Sittino, extremitate vndique aurea, prominente ambitu aureo cum coronide, adiun-

ctis quatuor pedibus, quibus quatuor annuli inessent ad excipiendos duos vectes cedrinos auro obductos, gestandi causa.

Candelabrum purè aureum, in cuius summo, è forma pomi scypho comprehensū septem rami emittebantur, medius videlicet rectus, tres vtrinque paulo ob flexum altiores, ternis patulis scyphis distincti, in modum amygdalæ apertæ, quæ vna parte est acutior, altera obtusior, cum pomo emittente florem, qui imponenda lucerna exciperetur. Erant autem lucernæ septem pro septem planetarum numerū, perpetuo lucentes, quibus duo instrumentorum genera inseruirent, & ipse aurea. Emunctorium instar maioris forcipis, quo emuncta extingueretur, vel filum ignis lucem obscurans præscinderetur. Protractorium, specie parvæ forcipis, quo lucernæ elychnium traheretur & aptaretur.

Auræa denique omnis generis instrumenta & vasa ad mensæ & altaris vsus, lanceæ, cochlearia, simifistulas, discos, opercula in tiaræ formam erecta, & alia eiusmodi, quibus postea pagani, præsertim Numa, ad sua impia facta abusi sunt.

Quid de Mose ex teri.

Citatur ex Eupolemo & Artepano lib. de Iudæis Græcis hist. Mosem literas dedisse Aegyptiis, eundemque fuisse Mercurium illum, qui propter literarum inuentionem, à Græcis tantopere celebratur. *Euseb. lib. 9. de preparat. cap. 4.*

Adoptatum fuisse à Meri filia Pharaonis Chenephri. A Chenephri virtutis ipsius æmulo missum contra Aethiops cum inexercitato Iudæorum milite, quos vicerit & ad circumcisionem adegerit. Fugisse tandem in Arabiam, ubi duxerit filiam Raguels illius loci regis. Chenephri tandem lepra mortuo in Aegyptum rediisse, ubi multa pariter miracula virga tandemque populares suos in sedes patrias reduxerit. Ex quo Aegyptios deinceps habuisse virgam in suis templis, eamque veneratos esse *Ibid.*

Primum docuisse Grammaticam, siue artem legendi (quod tamen Philo rectius Abrahæ tribuit) ex Eupolemo, lib. de Regibus Iudææ. *Clemens Alex. lib. 4. Stro.*

Magiæ quoddam genus à Mose & Locabela Iudæis pèdere. *Plin. lib. 30. c. 1.* Intellexerat scilicet aliquid de miraculis ab eo perpetratis, quæ tribuebat Magiæ, non diuinæ virtuti, ubi & Cabalam putauit esse nomen fœminæ, non artis vel disciplinæ.

Regnate Inacho apud Græcos, & Amasi apud Aegyptios Mosem eduxisse Israëlitas. *Ptolemæus Mendesium, Appion Grammaticus lib. 4. histo. Berofus, Polemon, Theodotus, Ipsicrates & Moscus, Phœnicum historici.*

Verè omnia scripsisse, idque testimonio Sanchoniathonis Berytij, qui non multo post vixerit, Porphyrius, *lib. 4. contra Christianos citante Eusebio.*

Strabo lib. 16. Georg. fuisse Hierophantem Aegyptium, & cum molestè ferret eorum instituta, illinc demigrasse. Nam docebat (inquit) quo pacto Aegyptij non rectè saperent, qui fetarum & pecorum imagines Deo tribuerent, itémque Lybes & Græci, qui deos hominum formis figerent.

Apud Iudæos Moses ab Iao, quem illi Deum inuocant, acceptas leges se dare præ se ferebat. *Diod. Siculus, lib. 1. Bibliotheca.*

Conatus est exprimere nomen tetragrammatō, sed satis

Anni
mundi.

1053

1053

Anni
Diluy.

2670

2709

MOSIS ET LEGISLATIONIS SÆCVLO

incom

Anni
Diluy.

1013

1053

Anni
mundi

2670

2709

MOSIS ET LEGISLATIONIS SÆCVLO

incommodè. Nam literæ quidem ad hunc sonum inflecti possunt, vt ad illum, quem hodie multi nouitatis cupidi effecerunt *Ioua* vel *Iehoua*, verum aliena, imò verò irreligiosa, imperita, noua & barbata pronuntiatione, vt contra Calvinianos & Bezanos multis locis docuimus. Nam Dei nomen est ineffabile & innominabile, quemadmodum & ipsius essentia incomprehensibilis. Quare nec Apostoli, nec Septuaginta, nec vlli veteres aliter pronunciarunt, vel vterunt, quam Adonai, nec magis sciuerunt, quid esset *Iehoua*, vel *Ioua*, quam quòd nusquam existit in rerum natura.

Diódorus interim, imò & verus oraculum apud Macrobi. lib. 1. Sat. c. 18, & Hieronymus in Psal. 8, & Clemens Alex. lib. 5. Stromaton *Iao*, vel inserta aspiratione *Iaho*, religiosius proferunt, quam isti, qui in *Iouem* transformant, quia remotius à Iouis dæmonis detestanda memoria, Pronunciabatur quidem die Expiationis, & in solis benedictionibus suis characteribus & literis, at vel eius genuina prolatio per temporis longinquitatem & longam ob euersum templum desuetudinem obliuioni tradita est, vel est *Ihué* (Ieué habet Ioachim Abbas in 1. Apoc.) vel *Iahué* (cuius Apocope sit *Iah* in illo vulgato *Habelu-7ah*.) *iac. vi.* vt Theodoritus in Epitome diuinorum dogmatum Samaritas protulisse ait.

In re ignota neque vnquam à veteribus vsurpata censéo veterem consuetudinem retinendam, & etiam quando suis characteribus nomen exprimitur, *Adonai* pronuntiandum & vertendum. Sic enim Apostoli, sic Sibyllæ, sic septuaginta, sic Origenes in Hexaplis, sic Epiphanius hæres. 76, sic Tertull. de Resurrectione carnis, sic noster interpretes Exo. 6, & Iudith 16, sic reliqui antiqui interpretes, qui multi fuere. Sic Hieronymus multis locis, sic Damascenus, sic Theodoritus, sic Lyranus, sic Lindanus, sic Reuchlinus lib. 2. de Verbo mirifico. Sic Varablus, sic Mercerus, sic Rabbinus omnes tam veteres quam recentes, sic cuncti denique, præter vnum Sanctem, si modo ab hæreticis in eo exercitatissimis non sit corruptus, qui vocem peregrinam *Iehoua* primus confinxit, ac irreligiosa profanæque nouitate nouatores istos imbuit. *Cætera lib. 1. de Trinit. aduersus eos, qui Deum primum Mosi sub hoc sanctissimo nomine patrefactum, Exod. 6, cum Ioue Gentilium confundunt aut certe conspirare volunt.*

Hunc vsque adè admittatus, imitatusque est Plato, vt Numenius Pythagoricus dixerit. Nihil aliud esse Platonem, quam Mosem Atticum. Et in libro de Bono, Iudæi huius dogmata, sectatum esse Pythagoram. Et in Epinomide, Scientiarum causam fuisse quendam barbarum. Et post, à Syris & Aegyptiis cuncta manasse. Syriæ autem pars est Iudæa.

Denique Platonem & Pythagoram sua omnia dedicisse, ab Aegyptiis & Syris nominato Mose, quem magnum Theologum, legislatores & prophetam vocat, & Ianne & Mamre magis, quos ait coram rege conatos edere Mosi miracula.

Ea de causa fortasse Clearchus Peripateticus scripsit Aristotèlem fuisse Iudæum, & Demetrius Phalereus etiam ipse Peripateticus. Alexandrinam bibliothecam non satis instructam putauit, quoad Hebræorum lege, sapientiæ & philosophiæ fonte atque principio careret.

Moses quem præter paternæ scientiæ hæreditatem formæ pulchritudo, commédabat *Iust. Hist. lib. 36.* præficitur à Pharaone bello aduersus Aethiops, quos vicit soloque æquatis multis vrbibus, tandem ad Meroë muros compu-

lit. Quam & post obsidionem, Tarbi Aethiopum regis filia in uxorem accepta, obtinuit. Ioseph. lib. 1. Antiq. cap. 5. Citantur & alia ex Hecataeo Abderide, qui sequens Alexandri magni exercitum scripsit librum de Iudæis, & ex Alexandro Polyhistoro.

Mosis æmuli & maleuoli. longè alia sparserunt. Satana familiam sanctam Patriarcharum infamia & odio conante apud impios aspergere, ne expetita eius communione, benedictionum & promissionum diuinarum participes efficerentur.

Hinc Manetho, Trogus, Iustinus, Tacitus & plerique alij comminiscuntur Iudæos scabie confectos duce Mose pulsos, ab Aegyptiis responso monitis, ne pestis ad plures serperet. Ipsos verò ne metu cõtationis inuisi, iterũ apud vicinos forent, cauissè ne cum peregrinis communicarent. At qui vultis calumniis occurreretur, Spiritus sanctus cõtãtrã voluit, vt præcipua cura apud Iudæos haberetur de omnis generis scabie & lepra, vtque infecti à consortio reliquorum magno studio & ceremonia separarentur, sicque mortalium putissimi euaderent & ostenderentur. Leuit. 14. & alibi.

Sic Mosis & Iudæorum Græci & Latini vel rarissimè timentur, vel malignè ferè. Primum quoniam, vt Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus apud Philadelphum professus est, Theopompus & cæteri qui de iis scribere instituerant, aduersam corporis & animi valetudinem incurrerunt, nolente Spiritu sancto profanos de factis scribere.

Secundò, quia Satanas illorum memoriam, quorum adoptio erat, & gloria, & testamentum, & cultus & promissa, & diuinum eloquium sepelire studebat.

Tertiò, quoniam vt Iosephus ait, non habebant regionem maritimam, nec negotiationibus multis, versus has præsertim partes utebantur, suæ terræ opibus, quæ erant maximæ, contenti, vt proinde eos Iustinus Hist. habuisse legem narrauerit, ne cum peregrinis comunicarent. Nam Iudæi legis diuinæ dono & prærogatiua tumentes, reliquos pro canibus ducebant.

Quartò, quoniam Græcorum & Latinorum historiæ in idem sæculum non cadunt. Siquidem à tempore Mosis ad bellum Troianum plus 300. an. effluerunt. Deinde à Troiano vsque ad Cyrũ, ante quem nihil certo tenent Græci, cum in eò Iudæorum historia ferè desinat, anni sunt plus minus septingenti. Ita mille annorum historia apud Iudæos floruit, & ordine perscripta est, antequam Græca inciperet, ac vbi Iudaica desinit, altera propriè auspicatur.

Cæteras causas prudentis studio & meditationi relinquo, quibus eadem opera iudicabit, cur etiam rerum Christianarum stupendum sit silentium apud scriptores Ethnicos, etiam si earum luce, magnitudine & successu perstringerentur.

Moses poetis omnibus præluxit. Nam Iobi historiam spondaicis versibus repræsentauit, & Cantica, seorsum illud Deut. 32. elegiaco carmine, vt versus alternatim senis & quinis constet pedibus. Euseb. lib. 11. præp. c. 3. Hieron. ex Iosepho. Ad quos modos tria extant cantica apud Esaiam, vineæ scilicet, vrbis Sion & Ezechie. Isidor. Quod æmulati Græci veteres, hexametris seu cantiones & odas conficiebant. Primus enim Alcman Lacedæmonius, Olympiade 27. introduxit, τὸ μὴ ἐξαμύροισ μὲλῶδ' εἶν. Suidas. Non

Anni Diluuij

1013

Anni mundi.

2670

1053

2709

MOSIS ET LEGISLATIONIS SÆCVLO

dubium

Anni Diluuij.

1013

Anni mundi.

2670

Lex remedium aduersus Idolatriam omnia tunc occupantem & peccatum ubique regnans. Item pædagogus ad Christum aduersus obliuionem in promissionũ de Christo patribus factarum ubique viget, ad tempus introducit, quousque scilicet lex perfectior nempe lex spiritus velut Rosa in litera calyculo occlusa exoriretur per Christum verum lumen illustraturum totũ mundum & efficacius perfectiusque medicamentum inducitur.

Ecclesia locum collocauit in Palestina vt in orbis centro ac umbilico, iuxta illud Psal. Operatus es salutem in medio terra. Quoniam locus ille opportunior ad Dei noitiã in omnes oras transmittendam, vt centrũ ad lineas in circumferentiã traducẽdas. Nam navigatione per mare Mediterraneum facilis & planus traiectus in vniuersum Occidentem & Septentrionem, per mare Rubrum in Oriẽtem & Meridem.

Pedestri itinere per Isthmũ Aegyptiacum in totam Africam, per apertum ex opposito continentem in reliquas orbis partes.

1053

2709

dubium, qua audierat Hebræos, etiam, vt Dauidem, Salomonem, Ieremiam, suaues alios modos & mensuras excogitasse & vsurpasse, de quibus poëmatibus suo loco. Quare heroicum carmen oraculo Pythio non debemus, quãuis ante Troianum bellum proberit fuisse, vt Plinius visum est, lib. 7. cap. 56. multo minus Homero, vt Horatio placuit. in arte.

Hoc nobile inuentum, Hebræis inuidet & detrahit Iulianus Apostata, apud Cyrillum lib. 7. contra eundem.

Aaron creatus est Pontifex. Ab illo ad Dinam, qui belli tempore per discordiam Pontifex ordinatus est, numero omnes 23 fuere. Sub tabernaculo 13. Sub templo Salomonico 18. Reliqui stante templo secũdo: qui plurimi sunt, quoniam non vt ante, mortuis, sed viuis viui subrogabantur, Egesippus. 2. cap. 13.

Mosis sæculo periodus siue duratio humanæ vitæ dimidio imminuit è Ps. 89, quo. versu 1. Mosis illius Psalms auctor inscribitur. Nam v. 10, vita hominum redacta canitur ad annos 70 vel ad summum 80, idque in valentioribus & firmiter constitutis, vt quicquid sit reliquum sit labor & dolor.

Hoc iam fit tertio, Nã sub Arphaxad mox à diluuiio, quot quot post eum geniti sunt vsque ad Phaleg redacti sunt ad 400 & aliquot annos. i. ad mediam ætatem eorum, qui antecesserant. Deinde sub Phaleg, ad 200. i. ad dimidiam vitam proximorum,

Iam hac quarta ætate ad 100. In sequentibus magis ac magis continuo deficient. Nam etsi hodie, qui ad senium mundi pertigimus, multi ad 70 & octoginta perueniant, at non cum bono robore, absque dolore & afflictione, eũ Moses vel Dauid illo Psalmo loquantur de tempore, quo in viridi statu & vigore homo permanere possit, cum cõmoda valetudine, absque vitæ tædio per optimam sensum, & membrorum functionẽ atque officia. Quod vix hodie contigit quinquagesimo, etiam in firmioribus. Ad deo hodie celeriter senescimus, Consule Titelemannum, lib. 8. Phys. c. 22.

Externa Mosis sæculo.

Vti Deus parturiebat hac tempestate Ecclesiam in Abrahamæ familia, ita Satanas suam synagogam in gentibus. Nam circa hos dies monstrata videntur à duabus columbis ex Aegypto prouolantibus, duo oracula, Hammonis in Lybia, & Dodonei in Græcia, quæ proinde vetustissima omnium esse scribit Herodot. lib. 2. Vnde & Hammonis vocabulum factam videtur ab Ham siue Cham Noë filio, & Dodanim nomen habetur Gen. 10. Idque vt duobus Hebraicorum oraculorum generibus responderent, quorum vnum Vrim & Thummim in Ephod erat mutũ, perinde ac Hammonium, alterum æquẽ ac Dodoneum vocale, è viua vel Dei, vel vatis voce.

Belochus 2. Assyriorum rex, artem ariolandi & diuinandi inuenit, aut potius illustrauit. Baal siue Beli sacerdos. Huius filia Aëthra quæ & Semiramis, cum eo regnat an. 7. Euseb.

Balaam Mesopotamius professione vates & ariolus, cuius vaticinia etiam de Christo (Num. 22. 23. 24.) descripta & seruata apud Orientales artis eius discipulos, vsque ad Christum, ad quem Magi, eius adducti prædicto, venerunt adorandum. Orig. hom. 13. in Numeros

Qui quamuis augur esset, proindeque dæmonũ cultor, ei quidem respondet Deus, nõ quidẽ ab ipso vocatus, sed ab ipso ignoratus. Ita ei apparuit non dæmon, quẽ consu-

G 4

lebat & inuocabat, se Deus, quem neque consulebat neque sciebat. Theod. 4. 40. & seq. in Numer.

Hac etiam Mosis ætate Aegyptium Cecropem primum Atheniensem regem vixisse autumant, & Athenas condidisse, Et si Plato in Timæo Amasim regem eius vrbis conditorem faciat.

Et Ogygem Atticum, vt Africanus apud Euseb. lib. 10. Præp.

Inachum quoque primum Argorum in Thessalia regem Oceani & terræ filium, annis 400 circiter ante Troianum bellum. Quod regnum durat an. 544.

Cecrops leges de coniugiis edidit aduersus barbariem Græcorum, eosque legibus ad humanitatem perduxit, regnans in Attica anno 35 Mosis, annis 375 ante Troiæ expugnationem, Euseb. Nangiæ.

Ab eo vsque ad primam Olympiadem numerantur reges 17. Principes verò, quos mors tantum finiebat, 12. sub quibus apud Græcos multa mira narrantur. Nangiæ.

Nec multo post Io in Aegyptum, de agricultura multa docens, profecta est, & Isis dea nuncupata. Euseb. in Chron.

Apis filius Pharaonis filij Inachi regis Argiuorum (fama fortasse submersi Pharaonis) vt regnum occuparet, nauigauit in Aegyptum, vbi Deus putatur. Nangiæ.

Post Cecropem nati feruntur dii Græcorum ante Troianum bellum 250. annis. Nam Saturnus ipse ex diis antiquioribus, non nisi centum annis ante bellum Troianum in Italia regnauit.

Ideo autem deorum istorum sæculum non satis definitè annotari potest, quia 300 his annis multi fuerunt Saturni, Ioues, Mercurij, Appollines, & quidem cuncti illustres. Cic. in lib. de Natura Deorum. Interim nulli antecesserunt Mosem & Cecropem. Ioseph. in Proæmio Antiquit.

A diis ad Romam conditam mille præpè anni & ad Christum mille septingenti numerantur, (inquit Arnobius lib. 2. cont. Gentes.)

Narrationes fabulosæ quarum meminit Herodot. lib. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 9. & Diod. Sicul. de historia fabulo.) De Io filia Inachi Argiuorum Regis à Phœnicibus rapta & abducta. Ofyrique regi collocata, ex qua Epaphum siue Apim genuerit, De Europa regis Phœnicum filia in Cretam abducta, De Sisypho condente Corinthum, De Minoë Cretensium Legislatore. latè in Creta & insulis Aegei maris regnant, circa hos Mosis & sequentium Iudicum dies incidisse existimantur.

Nam Herodotus lib. 7. disertè scribit Minoem viguisse τῆς τριτῆς πρὸ τῶν Τροϊκῶν, tertio sæculo ante tres Troianas.

Item historiae fabulosæ de Pelope, Sefostri, Heraclidis, Adrastæ rege Argiuorum, Perseo, Aereo, Proteo rege Aegypti, Eurysteo, Argonautis, Medea, Oedipo, Thera, &c. hæc Iudicum Hebraicorum tempora minimè excedunt, aded vt alij ad summum Mosis haberi possint σύγχρονοι, alij Iosue, alij alius è Iudicibus posterioribus. Qui quoniam magis noti apud posteros permanserunt è nomine & incerto rumore, quam vlla rerum gestarum scripta historia pertinet ad libros Diodori Siculi, quibus inscriptionem tribuit, de Historia fabulosa.

Tunc vt legis lucem, quam Deus proferebat, vehementius obscuraret Satanas, Telmisci excoluerunt diuinatione ex infomniis, Cares ex astris, Phryges & Ifaurij ex volatu

Anni Diluuij.

1013

1053

Anni mundi.

2670

2709

MOSIS LEGIS LATÆ SÆCVLO

auium,

Anni Diluuij.

1053

1053 Iud. 3. 1701

1071

Anni mundi.

2709

2709

2727

2727

auium, Cyprij ex euiscerationibus victimarum, Persæ ex magia, vt eius inuectores dicantur: cum interea Babylonij Astrologiam: Aegyptij Geometriam: literarum disciplinas Phœnices studiosè tractarent. Tatianus oratione contra Genesis. Vnde Moses legitur instructus omni Aegyptiorum sapientia, &c.

Sic in Assyria Balaam gentium vates, cuius insipientia & auaritia, asina humana voce vtens, coarguit: Quo simili prodigio bos Romæ loquutus perhibetur tempore bellorum Punicorum. Item post mortem Cæsaris, P. Dolabella fasces tenente. Iulius Obsequens de Prodigis. Et gallus Gallinaceus anno Urbis 676. Plinius lib. 10. c. 21.

Husan rex Idumæorum. Hic locant Hermem Trimegistum philosophum numinis instar apud Aegyptios cultum, Deinde Chat eius filium. Sed quàm rectè postea dicam in Ptolomæo secundo.

Denique Orum regem Aegypti Ofyridis filium, què Græci Appollinem nominent, deorum in Aegypto postremum ex Herodoto li. 2. Post quos primum regnasse Menam ex eodem tradunt.

Diluuium Deucalionis in Thessalia annis circiter 800 post generale Noë, 810. ante urbem conditam, quando Liber pater Indiam subigebat. Oros. lib. 1. cap. 9. 230. post diluuium Ogygis Thebarum Beotiarum regis.

Quo tempore Pelasgi vetustissima Græciæ gens ab Ætolis & Locris pulsa, in Epirum & Italiam migrarunt Thucid. statim initio.

Paulò post, Phaëtonte Molosso primo rege, còflagratio exustioque terrarum, præsertim in Aethiopia & Italia, quæ in tribus locis arsit circa Istros, Cyroxos, Vesuuios, & multæ per terras pestilentia. Plato. Quidam putant esse Phur tertium filium Cham, quoniam vterque venit in Æthiopiam.

b ANNI omnes, quibus Israelitæ seruisse exteris gentibus, captiuique fuisse memorantur in Iudicum lib. subsequenti, & aliquando præcedentium Iudicum annis continentur, nec seorsum debent numerari, vt qui simul currant.

Itaque quando legitur sub hoc vel illo Iudice terram quieuisse per annos aliquot, sensus est. Israelitas liberatos huius aut illius Iudicis ministerio, deinceps quieuisse à præliis. Hæc non modo constans est Hebræorum traditio, item Eusebij, Augustini, Orosij, Isidori, Bedæ, Fasciculi temporum: verum etiam Scripturæ sententia, in qua. 3. Reg. 6. omnino anni huius quartæ ætatis recensentur quadringenti octoginta.

Quamuis eorum membratim reperiendorum obscuritatem attulit ipsa Scriptura, dum annos principatus Iosue, Samuelis & Saulis transfiliit.

Alioqui iuxta volumen Iudicum aliter intellectum multa interregna essent constituenda, & consurgentibus annis minima sexcentis, expressa superioris Scripturæ auctoritas eneruaretur. Hoc ergo sequi debent, qui veram temporum rationem tenere cupiunt.

Nimis enim temerè Seuerus Sulpitius in Epitome erroris vel mendii arguit prædictum Regum locum, & Fucicus cap. 13. Actorum. Nam, vt inquit August. si semel factam locum aliquem. Scripturæ esse corruptum, aliorum auctoritas vacillat, nec iam sacra est.

Quare tempora Iudicij à Mose vsque ad Samuelè sunt 395 anni, incluso Mose. Quibus si addas 40. Samuelis &

Saul,

b Iosue, de tribu Effraim an. 18.

Pontifice Eleazarò.

Bellopare 19. rege Assyriorum an. 30.

Saül, 40 Davidis, & tres primos Salomonis, existent 480, qui nunc numerantur ab exitu ad templum. Nec error est in Actis Apost. c. 3. positus 450 pro 350 vt impudenter Functio excidit. Nam ille numerus 450 respicit ad Exod. 12. *Habitatio filiorum Israel in Aegypto 430. annorum,* non ad tempora Iudicum, à Iosue ad Samuëlem.

Iosue Chananæos partim interfecit, partim terra sancta depulit. Horum reliquæ traduntur migrasse in Germaniam, Sclauoniam, & regiones vicinas. *in Seder Olam.* Vnde Germania Chananæorum propago, ferarum potius quam hominum domicilium Tacito visa est, sine vrbibus sine oppidis. sine castris, sine coherentibus ædificiis. Quare & inter regiones Scythiæ habita. *Plin. lib. 4. cap. 12.* Et certe illa ætate totum Occidentem fuisse vacuum, paulatim verò in eius regiones venisse Orientales populos, apparet è crebris in Europam populorum infusionibus, quarum meminere historici.

Etenim ante tres mille annos tota ferè Europa vacua erat, vt qui primi eam inhabitare cœperint, appellati sunt Aborigines, locis maritimis primum omnium habitatis, cultisque. vt Italia, Dalmatia, Gallia Narbonensi, quod illuc primus & facilior propter mare esset transitus.

Chananæorum alij migrarunt in Aegyptum, deinde in Africam, in qua ædificarunt multas vrbes vsque ad columnas Herculis, inter reliquas Tingin in Numidia, duabus columnis cædido lapide erectis cum hac inscriptione characteribus Phœnicis & lingua. *Nos hi sumus, qui fugimus ante latronem Iquam filium Nun. Procop. lib. 2. de bello Vand. & Epiph. alicubi.* propter quam affinitatem contingere potuit, vt Sidonia Dido cum media vrbis parte eo demigraret, & Carthaginem conderet, Nam hoc nomen est Chananæum siue Syriacum כרתה *vrbis media.* Et Plauti etiam temporibus lingua Africana erat Phœnicæ & Syriacæ dialectus, vt ex eius Pœnulo liquet.

Nec Iudæis res fuit cum imbellibus aut paucis Nam Iabin rex Azor, aduersus eos congregarat 24 Reges, secum habentes 300 armatorum millia, & duo millia falcatorum curruum. Et Adonisedec rex Hierusalem quinque secum assumptis Regibus, copiosissimum contra eos duxit exercitum.

Iosue 18 annis administravit Rempublicam. Obijt anno ætatis 110. Ei superferunt 17 annis reliquæ seniorum Israel *R. Abraham in Cabbala historica.* id potest colligi ex annis Caleb *Iosue 14.*

Rerum suarum Commentarios scripsit & Deuteronomij postremos versus, ab hoc scilicet loco. Et mortuus est Moses. *R. Mose Kimbi in sua Grammatica.*

Solus in ingressu terræ supererat è 600 millibus egressis de Aegypto cum Caleb, qui *Ios. 14.* tam fortis & vegetus ad bellandum & gradiendum ætatis octogesimo quinto, quam cum erat quadragenarius. Vnde & in senio res suas Iudæorumque mirè auxit *Iud. 1.*

Quatuordecim annorum res gestas liber Iosue complectitur. Septem enim in subigenda terra, septem aliis in diuidenda occupatus fuit, quanto tempore Tabernaculum Domini fuit in Galgal. Post quos ædificauit urbem Tamnath-Sara, Item congregauit populum Domini in Silo, &c. *sub finem libri Ios.* Quæ sic facile percipiuntur.

Octauo die Februarij, anno quadragesimo ab exitu finiente gubernaculo Iosue suscipit ad Iordanis ripam.

Anni Diluuij.

1053

Salmone principe Iudæ & Christi propagatore.

Chebrone Aegypti secundo rege post submersum Pharaonem, deinde Amenosi, an. 21.

In Europa.

Sicyoniorum Turimacho Rege septimo, deinde Leucippo an. 53.

1071

Populus

Anni mundi.

2739

2727

Anni Diluuij.

1053

Argiuorum Inacho Rege primo, deinde Phorono an. 60.

Atheniensium Cecrope, deinde Granao an. 9.

1071

Anni mundi.

2709

2727

Populus ascendit die Iordane decimo de mensis primi id est, Martij, *Ios. 4.*

Venit ad montem Garizim & Ebal, seque astringit benedictionibus & maledictionibus Legis.

Vndecimo parat Iosue acutos cultros, ad futuram populi circumcissionem.

Decimo quarto festum Pasche agitauit, immolatis agnis. *Iosue 5.* Tumque cepit quadragesimus primus annus ab exitu.

Decimo sexto offerunt manipulum frugum.

Vigesimo secundo mandata accipiunt de circumeunda Iericunte.

Tribus mensibus bella Iericuntis, Hai & Gabaonis conficiunt vsque ad tertium Iunij.

Septem annos consumunt in subigenda maiore illius regionis parte, vt colligitur è verbis Caleb *Ios. 14.*

Septem alios in terra sortito diuidenda, & singulis tribus præter Leuiticam suis terræ portionibus assignandis, quæ vndecim fuere. Nam duodecima pars Enachim; data est Calebo.

Decimo quinto ab ingressu anno, incipit constitui legis integra obseruatio, vt numerari decimæ, anni remissionum, Iubilei.

Eodem tempore vocat Iosue Rubenitas Gadditas & dimidi am tribum Manasse; & dimittit in tertam Galaad trans Iordanem, in cuius littore monimenti sui ædificant altare miræ magnitudinis.

In Silo fixit tabernaculum in 369 annos vsque ad extrema tempora Heli, structura lapidea inferne extructa, & cortinis supernè dispositis, arca de Galgal *(Ios. 14. translata. Seder Olam, cap. vi.)*

Tempus administrationis eius annis octodecim rectè definitur, quoniam subductis aliorum temporibus & in vnam summam collectis, intelligimus, quæ summæ 480 annorum, Reg. 6 positæ desit, & qui anni ad eam explendam sint necessarij.

Et sanè non diu vixit post terræ partitionem. Quare R. Mose *in More lib. 2. cap. 32.* quatuordecim ei tantum tribuit, existimans videlicet mox post illam partitionem defunctum præsertim eam quot post illos 14 in debellanda diuidendaque Chanaan consumptos, vixerit, non scribari. Verum quia post multos dies conuentum habuisse *Ios. 13* traditur, necesse est vt aliquot annos superstes fuerit.

R. quidem Selomo scribit Seder ei tribuisse 28, sed non id satis sibi liquere. Rectè. Nam non nisi octodecim congruunt.

Hebræi tamen ferè Seder sequuntur, ac Denos supra centum vitæ Iosue, sic distribuunt. Egressus ex Aegypto ministrabat Mose *Exod. 24.* puer quidem & vnus è ministris eius, *Ibid. 33 & Num. 11.* id est, quadraginta dùm annorum, *R. Selom. 1. Par. 22.* Pueros enim & iuuenes alicuius etiam grandes natu vocant, præsertim si seruiunt & ministrant, vt sint vocabula non ætatis, sed conditionis, vel vigoris & firmæ valetudinis. Postea cum Mose vixit in deserto 40 annis. Mortuo Mose rexit populum 28, Summa 110.

At stante huius ætatis fundamento, non nisi octodecim ducis officio fungi potuit. Itaque necesse est vt in exitu plures habuerit annos, nepe 52 quibus si addas 40 sui apud Mosè ministerij, existent 92. Deinde supererunt 18 ducatus. Qui omnes curriculum 110 definiunt.

Vnde nec Abben Ezra assentitur R. Selomoni, sed potius Talmudicis, qui Iosue assignant 56, quo tēpore puer est appellatus, Exod. 33. Num. 11. nempe anno post exitum tertio, quod cum summa nostra conuenit. Nam ceteri 37 Deferti, & 18 principatus decem & centum complent.

Nec vero incredibile sit tam grandæuum appellari puerum. Isaac Genes. 22. puer appellatur, quo tempore offerebatur, quem tamen Hebræi credunt fuisse triginta septem ann. 3. Ezra 3, Zorobabel iuuenis dicitur, quo tempore erat custos corporis Darij, cum tunc minimum esset septuagenarius. Nam Scriptura gradus ætatis interdum metitur corporum constitutione, ut cum Salomonem senem; vitæ quinquagesimo secundo appellat, haud dubiè quia tum confecto erat corpore propter venetatem.

Anno igitur post partam quietem quarto, obiit. Non ut Hebræi ferè putant decimo tertio, ut eius principatus annorum fuerit 27 aut 28, vel decimo iuxta Iosephum, qui ei 25 tribuit.

Funiculi mensorij, quibus ipse, & Eleazarus Pontifex vsi sunt ad distribuendam terram, non erant externi & materiati, qui reuera ducerentur è termino terræ sanctæ in terminum. (Nam hoc prodigij simile) sed Geometricæ siue Mathematicæ lineæ mente & phantasia conceptæ. Colebant scilicet Mathemata, à quibus ad se ea multis post sæculis Græci transtulerunt.

Appellatus est & Iesus non modo apud Apostolos & 70. interpretes, verù etiam in Hebraico contextu Nehem. 8. vers. 17. Nimirum vel ex nomine, nedum rebus & gestis præsignificabat Iesum Christum, cuius est propriè Mosis succedere, saluare à Gigantibus & cæteris hostibus, introducere electos in terram promissam, hæreditatem inter regni filios partiri, bella Domini gerere, ciuitates refugij constituere ad remissionem peccatorum, &c.

E chorographia Palæstinæ à triginta vno viris conscripta inter septem reliquas tribus, quibus ager & possessio nondum erat assignata, reliquam Palæstinam sortito distribuit. Nam vsque ad id tempus, quinque duntaxat tribus, possessionibus citra sortes acceperant, aliis in castris remanentibus, tribus videlicet Ruben, Gad, dimidia Manasse trans Iordanem, Iuda & Ephraim, & altera dimidia Manasse citra Iosue 18.

Sed & Leuitis separauit 48. ciuitates ad habitandum. Ios. 20. sed illis multo plures postea obtigerunt. 1. Par. 6.

Tum in terra sancta trecentæ octaginta vrbes, siue oppida florentissima extabant, cum hac ætate eorum quatuor vix notari possint. Brochardus in Mappa.

E quibus per sortem (non donum vel elemosynam) septuaginta addictæ leguntur iuri Ecclesiastico, 1. Par. 6. Præter villas, suburbana, primitias, decimas, (omitto spontaneas oblationes & donationes à Dauide & aliis factas) quorum omnium ratione terræ sanctæ plusquam tertia pars erat de iure & patrimonio Ecclesiæ Mosaycæ, & ut ipsa tertium vel potius primum de tribus reipublicæ ordinem constituerebat. Contra impios, qui dolent Christi & Ecclesiæ ipsius patrimonium diuinis ministerijs, rebus pijs & pauperibus impendendum esse locuples.

Eius formæ fermè quadrágula, cuius limites quatuor indicantur, Gen. 10. Sidon, Gaza, Sodoma, Iessa, quæ postea Cæsarea Philippi. Nam hic Peræa, siue regio trans Iordanem non cõprehenditur, ut quæ etiã hodie magis ad Ara-

Anni Diluuij.

1053

Anni mundi

2709

MOSIS ET LEGISLATAE SECVLO

1071

2727

biam,

Anni Diluuij.

1013

Anni mundi

2709

biam; quam terram Chanaan siue Palestinam pertinet. Littoris secundum mare Mediterraneum extensio est per 160, millia passuum. Aequalis & longitudo recta linea à Jordanis fontibus seu Dan ad Beerfabee siue Bersamã, nisi quod nauigantibus, littorum anfractus aliquãtò longiores sunt via. Latitudo autem à Sorbonitide paludè, quæ parum in Austrum à Gaza abest per deserta ad montem Seir & mare mortuum 103. millium est Italicorum. Sic Septentrionalis latitudo à Sidone per libanum ad Damafonem penè par priori, nisi quod aliquantò angustior. Hieron.

Terra sancta continet quadraginta parasoth. i. parasangas siue leucas Persicas, quarum decem sunt iter vnus diei. Elias è Talmudicis in Tisbi. Quod ita interpretor, ut quia ferè quadrata est, adiuncta regione transiordanina, quodlibet latus centum ferè leucas Persicas complectatur. Alioqui enim est latior triplo, quam vbi longissima est. Nam ad Ioppe vsque ad Traconos montes, tantum numerantur sexaginta millia passuum. i. tria itinera, quod spatiũ Iordane concluditur. At à Libano ad fluuiũ Aegypti Rhinocornam, siue à Dan ad Beerfabee centum sexaginta, quot terrarum discrimen vix nouem diebus absoluitur.

Post captiuitatem Babylonicam cõfusus terminis & finibus duodecim tribuum, secuta est alia diuisio. Ac pars Meridionalis cõpit vocari Iudæa, capiens tribus Iuda & Benjamin. Septentrionalis Galilea, comprehendens quinque tribus Dan, Nephthalim, in ortu Aquilinari, Zabulon, Aser, Isachar versus mare. Intermedia Samaria complexa duas antiquas tribus Ephraim & Simeon, cũ dimidia Manasse. Orientalis trans Iordanem Peræa, duas alias continens Gad & Ruben cum altera Manasse dimidia.

Edoctus est Iosue à Mose legis iurisq; diuinæ intelligentiã Iosue lib. 4. Antiq. c. 7. Eam docet seniores septuaginta, qui per ordinem eam communicant cum prophetis & prophetæ cum sapientibus. i. Scribis & Phariseis, à quibus Rabbini in suam sapientiam accedisse gloriam Pirke Aboth. cap. 1. hoc vocant Cabbala, siue legem ore acceptã.

Eodem anno obiit Eleazar pontifex, quo Iosue. Seder Olam.

Quidam inter Iosuem & Othonielem collocant Iudam, sed hoc nomen 1. Iud. Hebræi accipiunt non pro indiuiduo, sed pro toto tribu, quam dicunt cum tribu Simeon Adonisedec Hebronis regem cepisse, & cætera gefisse, quæ illic narrantur.

E quibus victoriis post diuisionem generalem per Iosue factam secuta est subdiuisio inter capita & principes eiusdẽ tribus. Nam Asur de filiis Hezron pater (id est, Dominus) fuit oppidi Tecuæ. Mesa filius Ziph Maresæ & Hebronis Magon Beth-suris, Saaph. Madmannæ, Seim Macbena & Gabæ. Sobal Kiriath-Iearim, è qua postea exorti sunt habitatores vrbiũ Sargæ & Estaal. Salma Beth-leemi, Horeph. Beth-gaderis. 1. Par. 2.

Pennel de tribu Iuda pater fuit (id est, Dominus) oppidi Ghedor. Ezer Hufæ. Tchinna vrbis Nahas. Ibid. c. 4.

Iabes suam sortem valde auxit, & ex se denotinatã vrbeẽ Iabes Chananeis ereptam Ibid.

Filij Eston inhabitarũt vrbeẽ Rechã. Isha vrbeẽ Estemoam. Ioab vrbeẽ fabrorum fabris lignariis, lapidariis, & fetratijs assignatam Ibid.

Iered rexit Gheodoram Heber Sucho, Iekuthiel Zanaam Garmus keilan. Ibid.

Ex filiis Sela, qui filius fuit patriarchæ Iuda, Her conse-

Prima Synodus in Sichem, Eleazaro Pontifice, Iosue iudice, senioribus assidentibus, de prohibenda societate cum gentibus, auferendis diis alienis, sepeliendis ossibus Ioseph, Ios. 24. Probabile est in ea legẽ ore traditã siue Cabbalã senioribus fuisse commissam, quam per ordinem prophetis traderent, ut Hebræi referunt in Pirke Aboth.

1071

1071

1071

2727

cutus est principatum Lecha *Lagda* Marese, *Esboa* Beth-
auodath-habbuz, id est, urbem, in qua conficiebatur bys-
sus, cuius proinde habitatores erant linorum telæque op-
ifices. *Ioab & Saraph* dominium cœperunt in Moabitas.

Habitatores Cozebæ fuerunt de eiusdem *Sela* po-
steris, 1. *Par. 4.*

Scribæ siue doctores de genere *Cin* siue *Iethronis* foceri
Mosis per *Hanimath* Recabitarum patrem inhabitarunt
labes, 1. *Par. 2.*

Raab nupsit Iosue. *R. Mose præcept. neg. 112.* & *Salmoni.*
Matth. 1. qui fuit de ingredientibus terram, mortuusque
est post Iosue. *Seder Olam.* Cum exploratores recepit, erat
meretrix, vt nostris placet, vt Hebræis, cauponaria: nam
zonâ vtramque significat. *Iosue. 2.*

Profana atate Iosue.

Cadmus Thebis Bœotia à se conditis regnans, è cuius
filia Semele Bachus.

Cadmo expulso successit Amphion & Zetus.

Cadmus à *ῥῶπ*, quasi Orientalis (ab Oriente enim in
Occidentem venit) ante argonauticam Iasonis expeditio-
nem, è Phœnicia in Bœotiam, Europam subacturus, nauig-
gavit, & dedit Græcis sedecim literas, id est, literarum pi-
cturam, lineamenta & nomina. Nam disciplinas Græci vix
post mille annos degustarunt. Græci agnoscunt illa ele-
menta sui non esse inuenti apud Varronem lib. 1. de Ana-
logia. Cum enim Crates Græcus philosophus quæstionem
grammaticam in Græcia agitarer, cur non diceretur, *ἄλφα*
ἄλφατος, vt *ῥεθύμια ῥεθύματος*, respoderunt, alij Græci. Hæc
non sunt vocabula nostra, sed barbara, vthac Græcorum
confessione non has ipsorum literas esse perspicuum
euadat.

Phœnices primi, fama si credimus, ausi.

Mansuram rudibus vocem signare figuris. Lucan. lib. 3.

Phœnices accepta literarum notitia ab Hebræis, ob
viciniam, literarum ordinem & numerum, Græcorum
pueris dederunt, ob mutua vtriusque gentis commercia.
Ex Eupolemo Græco scriptore in hist.

Ab Hello Deucalionis filio, Thessalo, Græci omnes
Hellines dicti. *Thucid. initio.* Sed fabulosè. Nam ab Elifa fi-
lio Iauan, *Gen. 10.*

Galates Celtarum rex. Deinde Narbon, de quibus an-
tea.

Bufiris in Aegypto regnum inuadit, & immanem ty-
rannum agit.

Heliopolis, quæ & Thebæ in Aegypto, Cyrenæ in Ly-
bia extruuntur.

Vt Cadmus characteres Græcos, sic Phœnix frater
eius Phœniceos condidit, æmulati vicinorum Hebræorū
literas & nomina. Vermiculum instituit, vnde color pu-
niceus conficitur. Bythinam urbem condidit.

Pelasgi à Cadmeis pulsi ad Pindum, &c.

Thyrrhenus filius Atyis Lydorum regis, migrat in Ita-
liam, & pulsis Vmbris illuc confidet. *Herod. lib. 1.*

QUIDAM absurdum putant à morte Iosue vsque ad
mortem Othonielis tertij iudicis, annos duntaxat 40 nu-
merari, ac statim post eius mortem alterius præfectu-
ram incipere, cum Scriptura dicat Iosue vltimo. *Iud. 2.* &
3. seruiuisse Itraelem Domino cunctis diebus Iosue ac se-
niorū, qui lōgo vixerūt tēpore post Iosue, & nouerāt om-
nia opera Domini, donec surrexit noua generatio seruēs
Baalim, traditūmq; in manus diripientiū, quousq; suscita-
tus est Othoniel, qui eos liberaret. Sed illi non intellexe-

Anni
Diluuij
1071

Anni
mundi.
2727

IOSVE
SÆCVLO

1071
Iud. 3.
III

2727
2767

3
C OTHONIEL de tri-
bu Iuda, an. 40.

*Eleazaro & Phinee Ponti-
ficibus.*

III

2767

Anni
Diluuij.
1071

Anni
mundi.
2727

*Salomone Principe Iuda &
Christi progenitore.*

Lampride Asyr. rege.

*Amenosi Aegypti tertio
deinde Mephre an. 12.
Mispharmutosi an. 26.*

In Europa.

*Sicyoniorum Leucippo rege
octauo, deinde Messapo
an. 47.*

III

2767

runt pro longo tempore, legi Hebraicè. *multis diebus*, in est,
17. annis, vt omnes Hebræi intelligunt, quibus scilicet se-
niores ipsi Iosue superferant. Nam sub 20 annum Otho-
nielis, aut etiam post, his paulo ante mortuis, cœperunt
præuaricari, & sic venire in ditionem Cusan regis Meso-
potamiae per annos 8. à qua per Othonielem iam Iudicis
potestate fungentem liberati sunt. Et sanè nullo modo est
probabile post Iosue Othomelem vltra quadraginta
annos vixisse, nedum imperasse, cum extiterit vnus è
grandioribus terram hostiliter ingredientibus & partien-
tibus. Præterea est obseruandum primum illud & secun-
dum caput Iudicum cum magna parte tertij esse veluti
prologum totius libri de præuaricante identidem popu-
lo & resipiscente, cuius causa nunc seruituti subiiceretur,
nunc Iudici faueret Deus ad eum liberandum. Non igitur
pertinet ad proximum Iudicem duntaxat, verum etiã
ad reliquos, atque ita excludit interregna, quæ alioqui pri-
ma fronte multa videri possent.

R. Abraham in Cabbala & ferè Hebræi inter Iosue &
Othonielem interregnum constituunt 17 annorum, qui-
bus scilicet tradunt per Seniores à Mose ordinatos Io-
sueque superstites Rempubl. fuisse administratam. Sed il-
li currunt cum Othonielis magistratu, vt & octo anni
quibus subiecti fuere Hebræi Regi alienigenæ, ob præ-
cedentes causas, & quia officium summæ 480 annorum
31 Reg. 6. fixæ.

Hoc autem interregnum ideo illi constituunt, quia 13
annos duntaxat assignant Samuelis & Saulis principatui
Atqui è Diuo Paulo Actorum 13 ei tribuendi sunt qua-
draginta.

Aliqui etiam interponunt Iudæ principatum è Iudic.
1. vbi post mortem Iosue consuluerunt filij Israel Domi-
num, dicentes: Quis ascendet ante nos, contra Chana-
neum, & erit dux belli? Dixitque Dominus, Iudas ascendet
Verum ex Hebræis & Iosepho libr. 5. Antiq. cap. 2. Iudas
illuc non nomen est proprium, sed patronymicum de to-
ta tribu, è qua assumptus est Othoniel.

Sic Simeon, pro tribu Simeonis Iudæ finitimo, Ioseph,
Manasses, Ephraim, Aser, Nephtali, Dan, quarum tribuum
viri fortes duce Othoniele Cananeorum, reliquias bello
persequuntur Chananeum, Iebuseum, Pherezeum subi-
gunt, urbem Hierusalem capiunt, incendunt Gazam, Af-
calonem, & Accaronem Palestinis eripiunt, comprehen-
dunt Adonibezec, &c. *ibid.*

Sunt igitur statim post mortem Iosue iudices creati,
quod & narrat Apostolus. Post destructas (inquit) septem
gentes terræ Chanaan & terram sorte distributam Deus
dedit Iudices populo. *Act. 13.*

Iudices hi vsque ad Samuelè dicti sunt, quod penes eos
auctoritas esset dicendi ius, & administrandi Rempubli-
cam, iuxta Legem à Mose positã. Diademate aut sceptro,
vt Reges non vtebantur, hæreditarij non erant, sed par-
tim auctoritate prudentiū hominū creabantur, vt Iephthe
Iudæ. partim à Deo excitabantur vocatione peculiari.
Iud. 1. Eorum potestas non erat regia siue arbitraria &
mera, sed politica & temperata siue mixta: nempe populū
regebant iuxta ipsius leges & instituta, vt qui Dux appel-
latur ad Venetos Vnde Iosephus passim hunc principa-
tum vocat Aristocratiam, opponitque Monarchiæ, quæ
humana reuerentia, & præsumptipne non legis à Deo &
sapientibus posita præscripto res solet moderari. Sic D.
Thomas lib. 2. de Regimine princip. c. 2. & lib. 4. cap. 1.

Octo anni, quibus primum Israëlitæ sunt oppressi, comprehenduntur sub his 40. quibus postea dicitur terra quiescisse sub Othoniele, *Iud. 3.*

Iudicum enim tempore Israëlitæ vexati sunt à vicinis regibus & populis Mesopotamiæ, Syriæ, Ammonitis, Moabitibus, Madianitis, Chananæis & Philisteis.

Sic Othonieli attribuenda sunt, quæ Iudas. i. tribus Iudæ. cum Simeonis 1. cap. Iudic. gessit post Iosue excessum.

Tribules Dan locorum angustia pressi ab Amorrhæis, deliberant de quærendis nouis sedibus. *Iud. 1.* Id perficiunt in ipso monte Libano ad fontes Iordanis, excisis & sublati incolis vrbs Lais sine Lesem, in extrema sorte tribus Aser, post Sidonem, quam Dan nominant. Vi auferunt idolum Michæ, ad eas sedes abducto Ionathan filio Gersom Mosi filij, vt illic ipse & posterius sacerdotio fungerentur vsque ad diem captiuitatis suæ, manente apud eos idolo Michæ, quandiu domus Dei fuit in Silo, *Iud. 18.* Captiuitatem appellat diem, quo capti sunt Danitæ à Palestinis cum Arca, 1. *Reg. 4.* ad quod vsque tempus videntur Danitæ se idololatria contaminasse, sacra illis procurante Ionathan & filiis eius deinceps.

Historia igitur idoli Michæ, atque eius per Danitas vi sublata, constupratio vxoris Leuitæ, & cædes vniuersæ ferè tribus Benjamin euenerunt diebus Othonielis, vt auctori Seder Olam placet: non vt Iosepho, paulò ante Othonielem, cum populus opprimeretur seruitute Cusan regis Mesopotamiæ, inter Iosue scilicet & Othonielem per octo annos. Ita quinque vltima capita libri Iudicum, secundum caput proximè præcedere, aut mox sequi debuerunt. Nam certè inter Samsonem & Heli nullum fuisse videtur interuallum, etiam si R. Dauid in 4. *Ezech.* & R. Mose in Misna, inter illos ista contigisse putet. Et Suidas in *Benjamin*, itémque Samson, sub Samsonis potius.

Nec obstat quod illic toties repetitur (*cap. 17, 18, 21*) tunc (id est, diebus Othonielis, vt interpretor) nullum fuisse regem siue magistratum in Israel, sed vnum quemquè quod sibi rectum videbatur, hoc fecisse: Nam significatur Iudices non fuisse potestate regia, herili & despotica, siue tanta vt possent libere & pro arbitrio cogere priuatorum hominum audaciam & temeritatem. Eorum enim potestas erat politica & mixta, isto præsertim tempore, quo magistratus adhuc erat recens, neque bene confirmatus. Rex ergo non illic significat simpliciter magistratum, sed principem, qui omnia per se posset.

De quo D. Thomas vbi supra. Quamuis in Iudicibus vnus dominaretur, tamen quia regimen pendebat è pluribus, non regale sed politicum erat eorum Dominium. Regale enim quædam est arbitraria potestas, ac regum voluntas pro Lege est, vt parum differant à tyrannis cum politicum sit secundum Reipubl. Leges & Decreta totius multitudinis, vel optimatum, quibus iura Reipubl. tradita sunt.

Nec etiam obstat, quod initio capituli 17 post extrema verba decimi sexti *Iudicauitque* (Samson) *Israel annis 20, sequatur* *Fuitque eo tempore vir &c.* Nam illud est interpositum à nostro interprete, quod haud dubiè illa existimaret statim contigisse mortuo Samsonis per interregnum inter ipsum & Heli, non sub Othoniele. Sed repugnat, quod capite vigesimo Phinees filius Eleazari, filij Aaron tum fuisse domus Dei præpositus asseritur. Nam sic annus trecentessimus trigessimus excessisset.

Anni Diluuij 1071

Anni mundi. 2727

Argiuorum Phoroneo rege secundo.

Granao Atheniensium secundo, mox Amphitryone an. 10.

OTHONIELIS SÆCVLO

IIII

2767

Anni Diluuij. IIII

Anni mundi. 2767

IIII

Iud. 9.

IIII

2767

2847

4 d AIOD, Hebræis ENVD ambidexter de tribu Benjamin cum interregno, annis 80.

Pontific. Phinee.

Salomone & Booz primo principibus Iuda & Christi maioribus. 1. Par. 2. Rut.

Regib. Assyr. 21. Belopare, Lampride 20. an. 32. Sotare 21. an. 2. Lampare 21. an. 30.

IIII

2847

Phinees ea tempestate adhuc erat in viuis, *Iud. 20.* Itaque qui illa inter Samsonem & Heli contigisse volunt, sentiunt Phineem annis amplius trecentis vixisse, vt R. Mose Aegyptius in suo Misna.

Quod & Talmudici videntur velle. Phineem enim aiunt spiritum propheticum perdidisse, quia noluit absolueri suo voto Iephten, *R. Solom. Par. 9.*

In castris Benjaminitarum septingenti reperti sunt ambidextri, & ita lapidem iaculantes, vt capillum possent percutere, reliquis intactis, *Iud. 20.*

Temporibus Iudicum Gentes suos habebant reges 1. *Reg. 8.* cum Iudæorum res magis esset Aristocratica, imò ex Iosepho Theocratica, in qua Deus per pontifices primum, deinde Iudices politicos populū suum gubernaret.

Externa. Scytharum primus rex Targirus præfinitè annis mille vixit ante Darij expeditionem in Scythiam. *Herod. lib. 4.* Extitit igitur his Othonielis diebus.

Cusath Resaim Mesopotamiæ rex. *Iud. 2.* Adonibezec rex Phereæorum & Chananæorum, cum Reges 70 amputatis manuum & pedum extremitatibus sub mensa, more canum aluisset, tandem à Iudæis victus, simili sorte periit. *Iud. 1.*

Curetes & Corybantes Gnosam condunt, qui modulatam inter se & concipientem in armis saltationem docuerunt. *Euseb. Plin. lib. 7. cap. 56.*

d AIOD Eglonem regem Moab, qui graui seruitute per annos 18, populū Dei premebat, & idola in Galgalis posuerat, vbi solebat esse tabernaculū, sicca in femur defixa, sinistra manu, qua æque fortiter utebatur ac dextera, interemit.

Eglonis autem octodecim, quibus oppressit populū, comprehenduntur sub octoginta, quibus terra quiescisse traditur sub Aiod vel Ehud. *Euseb. Hebræi.* Sic deinceps anni omnes seruitutis cum annis Iudicum sequentium confunduntur. Perperam enim quidam ab illis hos distinguunt, vt Eusebius narrat post Hebræos.

Inde comparato exercitū Moabitis adortus, decem millibus interfectis, gentem deleuit & quiescit terra octoginta eius annis, quibus fuit populi iudex & dux.

Samgar pugnans pro Israële, sexcentos homines cædit stimulo boum, seu vomere, extremo anno huius iudicis. *R. Abraham in Cab. Iudex tertius quibusdam sed perperam.*

Tres extiterunt Booz, tribus Iudæ nobilissimi, quorum primus Salmonis fuit filius, alter nepos, tertius abnepos, *Lyrain 2. & 4. Ruth.* Qui tanquam vnus numerantur in Davidis & Christi genealogia, *Ruth 4. & Matth. I.* Iuxta Hebræorum regulam, cuius meminit Kimhi initio Aggæi. Nepotes sunt tanquam filij. Puto autem à Salomone ad ipsum Booz, siue à Raab ad Ruth (quod spatium fuit, minimum trecentorum annorum) Principes Iuda, Christi, & Davidis maiores, illis scripturæ locis de tam sancto catalogo fuisse eiectos propter ignauiam. Vnde nihil memoria dignum leguntur toto Iudicum libro gessisse.

Profana atate Aiod. Aetas deorum. *Ioseph. in proem. Antiq.* posterius tamen posuerim, non lōge scilicet ante bellum Thebanū & Troianum, quod ipso deorū sæculo, quo terras deseruerant, gestum historiae prophanæ loquuntur, deorum liberis in eo occisis. Deos enim Græci ex hominibus natos credide-

runt *Herod.lib.1.* Hinc Ciceroni Tusculi. Si verò scrutari vetera, & ex eis, quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruerent coner, ipsi illi maiorum Gentium dii, qui habentur, hinc à nobis profecti in cælum reperientur. Quare quorum demonstrantur sepulchra in Græcia, reminiscere, quoniam es initiatus, quæ tradantur mysteriis. Tum denique, quàm hoc latè patet intelliges. Porro deos istos maris duobus his versibus Ennius fuerat complexus.

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars.

Mercurius, Iupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Saturnum & Bacchum addit, *Huseb.lib.4.de Præp.* Sed Bacchus cum Hercule & Pane recentissimus Deorum, *Herod.lib.2.* Nisi quod secretiori historia (ut Augustinus ait plures fuere, qui Hercules & Liberi Patres & Apollines dicti sunt. De quo lege Ciceroni lib. de Natura Deorum.

Vetus Idololatria, quam retinuerunt Persæ, Chaldæi, & reliqui Orientales, magis erat posita in cultu planetarum & syderum, i. ut loquuntur prophetæ, militiæ cæli, & idolorum, quæ non modo syderum, tanquam deorum immortalium simulachra & signa haberentur, verum etiam eorum diuinitatis & virtutis domicilia, sedes & corpora. Quamquam etiam hominum mortuorum, ut Beli, consecrationem adhibuit, quorum nominibus, appellari, saluari, responsa dare, oracula fundere, & varia ostentare student dæmones.

Hinc Diodorus, nempe à Cælo aut Dæmogorgone & Saturno reliquisque continentibus Deorum fabulis orsus est Sic Augustinus ex hoc tempore confectas à Græcis Deorum fabulas retulit lib. 18. de Ciuit.

A Pelope qui regnauit in Græcia, Peloponnesus, Pandionis filio, à quo & cæpere mysteria *Nangiac.* Ab eo & Territanis Græca gente Pisæ conduntur in Hetruria. *Plin.*

Apud Pythium vates prima Pemonoe Hexametris versibus futura cecinisse narratur. *Ibid.*

Fabulæ de Pelope, Tantalo Phrygum primo Rege, filia eius Niobe, Ganymede, Hercule. Adineto, Latona, &c. *Ibid.*

Amphiarus vates primus ignispicia exercuit.

Agathyrus & Gelonus fratres Scythiam excolunt.

Belligius Gallorum rex. Deinde Lemannus, tum Arogylus, ut alij, Proclitus, qui quadrigâ siue carrâ primus iuxit.

Xamolus in Scythia Gothorum legislator & Deus.

Elisa Sibylla Lybica ex Ioue, & Lamia Neptuni filia. *Paus.*

Europæ filiæ Phœnicis miscetur Iupiter, & aliis stupris se polluit, eo qua deinde Asterius Cretensium, rex, Minorem & Radamanthum & Sarpedonem procreat. *Enf.*

Ianus primus in Italia regnat centum vno annis ante captam Troiam.

Deborâ pristinum statum reddidit. Aded nihil spei in iudiciis erat, ut muliebri auxilio defenderentur.

Prophetissa erat, & filia Lapidoth, quæ fuisse Barac tradit *Nang.* Nam ne hæc quidem ætas erat sine prophetis, *Ind. 6.*

Barac de numero Sanctorum veteris testamēti. *Heb. 11.*

Eorum 40 annos intelligendum est cōplecti viginti Iabin Regis Chanaâ, quibus ille seruitute Israël vexauit.

Hebrai & Enf. Neque Booz primus, neque secundus est ille, cui nupsit Ruth sed tertius. Aded erant inertes principes familiæ Iudæ, ut post Naassonē qui erat princeps Iudæ in exitu, & Salmonē qui fuit de ingrediētibus terrâ, reliquos Scriptura transfiliat vsque ad Booz sub trecentessimum ab exitu. Nā prin-

Anni
Diluuij.

1191

*Mispharmutosi AEgypti
quinto, deinde Tutomosi
an. 9.*

*Amenophi an. 31.
Oro magno an. 38.*

In Europa.

*Sicyoniorum Messapo rege
nono. deinde Erato an. 46.*

*Argiuorum Phoroneo Rege
secundo, deinde Api an. 35.*

quem dicunt fuisse Serapin. *Argo an. 70.* à quo Argiui, quo regnante Græcia vti cœpit frugibus & habere segetes delatis aliunde seminibus.

*Atheniensium Erichthonio
an. 50.*

Italia Iano, deinde Saturno.

5
*e DEBORA de Ephraim,
& BARAC de Nephtalin, an 40.*

1231

Anni
mundi.

2847

2887

Anni
Diluuij.

1231

*Pontifice Phineæ deinde
Abisue.*

*Booz 1. & 2. principibus Iuda
& Christi maioribus*

*Rege 22. Assyr Lampare
& Panya. an. 45.*

*Oro magno Aegypti octauo,
deinde Mena Aensere
an. 12. Achore an. 8, Chencre
an. 16.*

In Europa.

*Sicyoniorum Erato rege de
cimo, deinde Pleneo. an. 48.*

*Argiuorum Argo rege quarto,
deinde Criasso, an. 54.*

*Erichthonio Atheniensium
quarto, deinde Pandione,
an. 40.*

Saturno Italia secundo.

6
f GEDEON de tribu
Menasse an. 40.

1231

Ind. 8.

1261

Anni
mundi.

2887

2887

2927

2927

patū populi, qui suæ tribui debebatur ex institutione & testamēto Iacob *Gen. 49* & Dei resposō post Iosua obitum *Iud. 1.* permiserunt deferri ad alias tribus, imo ad scæminas, ut Deboram, quam inertiam ipsa rixit *Iud. 4.*

Sifara dux exercitus Chananæorū, quæ Debora occidit. Iahel Hebræa clauo Sifaram pertudit.

Profana etate Deboræ & Barac.

Saturnus post Ianum, Iouem filium de Græcia fugiēs in Italiam, regnat in ciuitate, quæ de eius nomine Saturnia dicta est, haud procul ab vrbe Roma. Rudem populū domos ædificare, terras colere, vineas plantare humanis moribus viuere, æreos numos cudere docet. Horum merito deus habitus. Hinc filius Picus sub quo Circe venefica. Post quem Faunus, qui fuit pater Latini Aeneæ foci. Vnde colliges, quam parum abfuerit ætas deorum à Troiano sæculo.

Ceres Cæli filia, segetum vsum monstrat Græcis, unde alma. Io vel Isis, annonissima mulier, artem molendi pinfendique docet.

Aruspiciam Malotus quidam in Italia primum apud Hetruscōs introducit, quem Tegen Cic. & Lucanus nominant.

Mars deus belli, Mercurius multarum rerū peritus, præfertim eloquentiæ, Monauli inuentor. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Olbius Celtarum Rex.

Pan primus canit fistula, Rusticorum deus, Athenienses eum ignorarunt ante mandatum Philipidis. *Clemens. Oro. ad Gentes.*

Penelope filius, secūdu aliquos. Vt ut sit annis fuit 800, ante Herodotū. *Ipsē. lib. 2.* Incidit ergo posterius, nepe in sæculum Tholæ, à quo ad Longimanū anni circiter 800.

Eumolpus primus versificator,

Melampus medicus, primus apud Græcos vinum aqua diluere præcipit. Nempe ab vltimis temporibus mero Græci dediti. Hinc Græci, Hoc Staphylo Sitheni F. tribuit *Plinius lib. 7. c. 56*

Diuinus etiā est habitus, *Nangiac.* fortasse qua festum Cereris ex Aegypto in Græciam transtulit. *Clemens orat. ad Gentes.* Et Bacchi, *Herod. lib. 2.* doctus à Cadmo & Phœnicibus.

Mizora siue Cautus vsum salis conficiendi ostendit.

Eius filius sagittarum vsum reperit.

Sibylla, cui Sambethæ nomen fuit, hæc sub Persicæ vel Chaldææ vocabulo innotescit.

Criassus Argiuorum rex quartus, sub quo sacerdotio primus functus est Caliptias Pyrantis primi filius.

Bellerophō primus equo vehi docet (Græcos scilicet) *Plin. lib. 7. cap. 56.* atque ita cum Pegafo Chimeram superat. Infelicitèr pugnat contra Solymas. *Homer.*

Tyresias vates longæuissimus,

A&æon à suis canibus discerpitur.

f Septem anni seruitutis Madian, *Ind. 8.* continentur Gedeonis temporibus. *Enf. Hebr.*

Gedeon, qui & Ierobaal. 70. filios relinquit superstites, Reponitur in Catalogo Sanctorum *Heb. 11.* E 32 millibus militum trecentos tantum retinuit, atque eo numero hostes Madiantitas & Amalechitas aggressus, 120 millia eorum cecidit, ac 15 cepit, *Ind. 7.*

Sacrificium fecit in excelsō. Nam ea consuetudo increbuerat sacrificandi extra tabernaculum ante templi extruccionem, ut etiam Salomon rex in collibus excelsis id fecerit. *Aug. in lib. Iud.*

Ephod facit ex inauribus & torquibus Ismaelitarum ab Israel acceptis, quod quia Ecclesiæ non reddidit, sed in domum auertit, ipsi & familiæ fuit in ruinam. *Jud. 8.* legis quid sit res sacratas milcere cum suis.

Phineem adhuc fuisse in viuis Seder docet. 20. Eum enim esse prophetam, qui *ind. 6* Israelitas contra Madianitas erigit.

Profana atate Gedeon.

Philemon primus apud Delphos ludos & chorum instituit.

Templum in Eleusina ædificatum. Tyrus conditur ante templum Salomonis ad mare Sytiacum. an. 240. *Ioseph. imo 253. Nang.*

Frustra Bacchum Indiæ regem mercaturam in emendo & vendendo docuisse aiunt, quasi antea sola rerum permutatione homines vterentur. Nam in Abrahæ historia & Patriarcharum, eius & pecuniæ vsus est.

Areus Peloponnesi rex Eclipsi Solis Theoremata indagauit.

Phorbas Argiuorum, qui Rhodum obrinuit. Hæmon prius regnat in Thessalia.

Bacchus Liber pater ex semele natus Indjam subiugat & iuxta Indum fluiuium Nissam & urbem condit. annis mille ante Herodotum. *Ipsæ libr. 2.*

Thessalum quendam Cretæ filium in Thessalia primum regnasse aiunt, Phoroneo Argiuorum rege secundo, qui primus iudicia legesque conscripsit.

Item Deabum apud Celtiberos auri fodinas reperisse.

Minos rex Cretenis leges & iura constituit, de quo antea ex Herodoto: Tantalus Phrygiæ.

Cocalus Sicania, *Diod. lib. 4.*

Radamanthus Lyciorum.

Chorebus primus Athenis figulinam inuenit. *Plin.*

g ABIMELECH nothus, 40. fratres suos legitimos, in vrbe Sichem interfecit. Fructus Sacri Ephod in Gedeonis domum auersi, & cum opibus profanis mixti.

Ciuibus Sichimitis opem ferentibus principatum sibi asciauit, quos deinde a se deficientes, seque vrbe expellentes duce Zebule, parato exercitu recepit, urbemque euerit. Inde ad Turrim oppidi Thubes pugnans a muliere fragmento molæ percussus est triennio, postquam præse cepserat. *Iud. 9.*

Vixit, mortuusque est, ut nothum decet.

Non tenuit reuera principatum in vniuersum Israel, sed in Sichimitas, morte præreptus.

Profana atate Abimelech.

Oeta regnum Colcidis instituit. Tagus Hispaniarum regnum obrinet. Messapus Sicyoniorum, Macedo Aemathia, Linx Scytharum.

Triptolemus in Eleusi serendi, metendique munere claret.

Sparta siue Lacedæmon, a Sparto Phoronei filio in Peloponneso ædificata.

Suenum Thuyconum regem octauum, circa hæc tempora Germanorum nugatores mendaciis cum Græcis certantes, bellicosissimum, & populum in Germania de se nōnantem statuunt.

Galatæ populus Celticus victis Sarmatis, Asiam minorem occupant.

Aegyptij omnium primi, Scythis bellam inferunt.

Anni Diluuij.

1261

Pontifice Abisue.

Anni mundi.

2927

Booz 3. Principe Iuda & Christi maioribus.

Rege Assyriorum 23. Panyra.

Chencre Aegypti undecimo deinde Achore an. 8.

Cherre an. 15.

In Europa.

Sicyoniorum Plenneo rege undecimo deinde Orthopoli an. 63.

Argiuorum Criasso rege quinto, deinde Phorba an. 35.

Pandione Atheniensium quinto.

Saturno Italia secundo, deinde Pico.

7

g ABIMELECH Gedeonis filius nothus an. 3.

Eodem Bocchi Pontifice. Booz 2. Principe Iuda & Christi maioribus.

Rege Assyriorum 24. Sofarmio an. 19.

Cherre Aegypti decimo tertio.

In Europa.

Isdem Sicyoniorum, Atheniensium, & Argiuorum regebus.

1264

2930

Nannes

Anni Diluuij.

1264

Ind. o.

1287

8

h THOLA de tribu Isachar an. 23.

Pontifice Bocchi.

Booz 2. & 3. Principibus Indo & Christi maioribus.

Rege Assyr. 24. Sofarmo, deinde Metro an. 27.

Cherre Aegypti decimo tertio, deinde Armeo, an. 6.

Remesse, qui & Aegyptus Danai frater, an. 68.

In Europa.

Sicyoniorum Orthopoli, rege duodecimo.

Argiuorum Phorba rege sexto, deinde Tropha an. 46.

Erichtheo Atheniensium sexto.

Pico Italia tertio.

1287

Anni mundi.

2930

1953

Nannes Gallorum rex.

h F V I T filius Phum patru Abimelech, habitauit in Samir vrbe montis Ephraim. Nam principatus non erat alligatus certæ ciuitati.

Profana atate Thole.

Peleus rex Peloponnesi. Eson eius frater, cuius filius Iason Argonautarum princeps, longa naue primus nauigauit. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Salmoncus apud Elidem, fulmina & tonitrua edere conatur.

Castor, Pollux, Telamon. Regnum Troianum a Dardano in agro Mæotico inchoatur, qui mytheria martis deum ostendit. *Clemen. orat. ad Gentes.*

Medea regis Colchorum filia.

Apollo citharam, medicinamque reperit, & herbarum vires primus cognoscit. *Ouid. 1. Metamor.*

Aesculapius & ipse medicinæ inuentor. Apollinis filius Berus Hispania rex, Orthopolis Sicyoniorum, Argus Argiuorum, Tuscus Hetruria.

Prometheus primus hominum simulachra de terra fingit, primusque ignem de silice excutit. Astrologiam quam in Caucaſo didicerat, Assyrios docet. Vsum annuli Græcis dat in Arcadia claret Primus bonem occidit, ut Hyperbius Martis filius animal. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Cinyras rex Cypriorum, Musices studiosus, Venerem meretricem in deos retulit. *Clem. orat. ad Gentes.*

Adonidem ex filia sua nescius genuit.

In Cypro primum regulæ & metalla aris inuenta.

2981.

Atlas Arcadicus Astrologus rex Mauritaniae cœlum humeris gestare ob montem ipsi cognomine inuitatae magnitudinis dictus. Item quia astrorum cursum comprehendit, & primus de Astrologia inter Græcos disseruit. vnde Astrologiam inuenisse dicitur, quanquam (& rectius alij id referant ad Aegyptios, alij ad Assyrios. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Septem filias Nymphas nuncupatas genuit.

Geryon tricorpor, apud Hispanos.

Aeolus ventorum deus, post Lestrigonas in Trinacria, Sicilia regnum obtinet. Ventorum rationem inuenit, *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Eriethonius rex quartus Atheniensium, argentum in Græcia inuenit. Deinde Pandion, & sexto loco Eriethus, a quo sequentes reges Atheniensium Eriethidae dicti sunt, vsque ad Melanthum Andropompi filium.

Boreas Trax, qui Eriethi filiam rapuit.

Perseus Eriethi frater aduersus Persas dimicat. Hinc Persei & Gorgonis fabula.

Argiuorum regnum ad Mycenæ transtulit annos 544 quod stabiliuit Euristeus, qui proinde Mycenarum rex primus dicitur, cuius Atreus fuit auunculus.

Euristeus per Aeacidas in Attica interfecit. est *Thucid.*

Aegyptus Aegyptum, Danaus frater Mycenarum rex Argos tenuisse memoratur expulso Steleno, de quo post.

Per 50 filias totidem filios Aegypti fratris interfecit, euadente solo Lynceo, qui post eum regnauit.

Apud Argiuos Hyperemnestra Danai filia sacerdotio fungitur.

Vulcanus in Lemno fabrilis exercet.

Ixon perfidus rex Lapitharum in Thessalia.

Lapitharum & Centaurorum Bellum in Thessalia.

2953

Hierophile

Hierophile Sibylla Delphica, quæ & Erithræa, Sicula, Sathia, Rhodia & Claria, quæ se *apollinidæ* nominavit, & nunc sororem, nunc filiam Apollinis.

Anni Diluuij.

1287

Sibylla Lybica adhuc erat in viujs.
Chiron Saturni filius, Centaurus æquissimus Medicus & Musicus herbariam & medicamentariam reperit. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Cyzicus condita, & paulò post Miletus.
Minos mare obtinet, & Cycladum primus dominus, in earum plerisque colonias posuit, Caribus eiectis latrocinia è mari sustulit. *Thucid. lib. 1. in præf. Classe primus depugnauit. Plin. ubi sup. Athenienses cum eo bellum gerunt. Oxof. lib. 1. cap. 3.*

1287 Ind. 9. 1309

Post hunc multi, maximè Rabbini, ponunt interregnum annorum octodecim, propter Ammonitarum & Philistinorum tyrannidem Iud. 10. insertam. Quod & ego in superioribus duabus editionibus secutus sum. At re postea diligentius perspecta, deprehendi eos contineri annis Iair & Iephthæ, cum Eusebio è traditionibus Hebræorum, Beda & ferè Latinis omnibus, vel certè incidere in tempora Iephthæ & posteriorum Iudicum.

Quemadmodum deinceps viginti toti anni Samsonis cum alijs 20. de principatu Heli concurrunt cum 40. illis annis, quibus Israel traditus narratur in Philistinorum manum, *Iud. 13.*

Iair 20. ciuitates condidit, 30. filios habuit equitatu nobilissimos.

Math. 1.

In Mose Num. 32. est Iair de tribu Menasse, qui cepit vires in terra Galaad, & vocauit eas *Hanoth Iair* de suo nomine. 1. Par. 2. de tribu Iuda. Itaque R. Kimhi putat fuisse Manassitam ex parte matris, quoniam mater eius fuit Machir filia Menassis. At Talmudici, hunc negat esse Mo-faicum Iair, sed alium Segubi filium, qui acceperit vxorem in terra Galaad, cuius causa obtinuerit 23. vrbes. Mihi neuter esse videtur, sed tertius Iair de alterutrius posteris. Nã fuisse nimium senex.

È mortuo, propter idololatriam Israelitæ traduntur in manus Palestinorum & Ammonitarum, affliguntur quemadmodum omnes, qui trans Iordanem incolebant in terra Amorrhæi per an. 18. Quin etiam Ammonitæ traiecto Iordane vastant tribus Iudæ Benjamin & Ephraim, donec contra eos Iephthæ Iairis successor victoriam refert, & trans Iordanem repellit.

Ab Othoniele ad istud tempus Palestini in pace manserant.

Ozi pontifex de semine Aaron per lineam Eleazari, quo mortuo transit pontificatus ad stirpem Ithamar per annos 110. quo vsque Heli fuit Ithamarum vltimus. Alijs, Heli primus de filiis Ithamar Sacerdotiũ à filiis Eleazar ad se transtulit, factus forsitan Iudex.

Israelis memorabilis pœnitentia. *Iud. 10. Profana seculo Iair.*

Theseus aduersus Thebanos dimicat rex 10. Atheniensium, cuius vitam describit Plutarch. Ex omni Attica regione populos Athenas cogit, libertate proposita. Nummum statuit, bouemque in eo incidit. Megarensis agrum ad Atticam adiunxit. Fœdera inuenit: vt inducias bello Troiano Lycaon, *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Atreus Argis regnat. *idem.*
Hercules agonem olympicum apud Græcos instituit anno ante primam olympiadem 430. *Enseb.*

1309

Comitante Græciæ nobilitate cum Antiope & Oristia

Anni mundi.

2953

9
i IAIR Galaatides de tribu Manasse. an. 22.

2953

2975

Eodem Pontifice.

Booz 3. Principe Iuda & è Christi maioribus.

Rege Assyriorum 25. Metroo, deinde Tantane an. 32.

Remesse siue Aegypto Aegypti decimo quarto.

In Europa.

Sicyoniorum Orthopoli rege duodecimo.

2975

Anni Diluuij.

1309

Argiuorum Tropha rege septimo.
Deinde Crotopo an. 21.

Atheniensium Erichtheo.

Pico Italia tertio, Deinde Fauno quarto rege.

1309 Ind. 12. 1315

10
k IEPHTE è tribu Menasse, an. 6.

Eodem Pontifice.

Booz 3. principe Iuda & è Christi maioribus.

Rege Assyriorum 26. Tantane,

Remesse siue Aegypto Aegypti rege decimo quinto.

In Europa.

Sicyoniorum Orthopoli rege duodecimo, deinde Marathio an. 30.

1315

Anni mundi.

2975

Amazonum reginis bellum gerit, & ad ipsarum litrus cum nouem longis nauibus appellens, incautas opprimit. *Nang.*

Amazones Scythicæ iuxta Tanaim fluminum per centum annos sæua bella confecerunt tam in Asia quam Europa, vsque ad bellum Troianum, in quo Penthesilea à Phyrro occidit. Earum regnum durauit vsque ad Alexandrum Macedonem. *Iust. Hist. lib. 2.*

Antiopa, Orithia, Hippolyra Amazonum reginæ.
Nicostrata poëtria, vel vt alij, Carmenta Latinum Alphabetum in Italia comminiscitur.

Argon primus Heraclidarum, rex Lydorum fuit. ex eius posteritate regnarunt 22. vsque ad Candaulis mortem. *Herod. lib. 1.*

Horu 4. postremi tantum extant in Eusebij Chronico cæteris intermedijs ignoratis. Ante Heraclidas regnauerat Lydus cù sua posteritate & ante huc Meo. *Herod. ibid.*

Cacus rex Hispaniæ, primus apud eam ferrum & arma tractat.

Phydamon Delphius, primus apud Pythiam chorum statuit.

Pyrrhus Dædali cognatus, lusoriam pilam primus docuit. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Dædalus fabricam materiarum, & in ea ferram, Asciam, Perpendiculum, Terebram, Glutinum, Ichthiocollam, Normam, Malum & Antennam inuenit. Vela autem Icharus eius filius. *Ibid.*

k Iepthe 2. anno sui principatus confecit bellum Palestinum & Ammoniticum.

Ita tamen vt Ammonitæ in sedecim sequentes annos, qui cum temporibus sequentium iudicum etiam concurrunt, principatum retinuerint in Galaad, valdeque eos afflixerint, qui trans Iordanem incolebant, Nam seruitute Ammonitarum tantum exemit Hebræos cis Iordanem habitantes.

Ex omnibus nohis hunc solum Scriptura laudat. Quamquam Hebræi interpretantur filiam *Zona*, nõ *Mericurialis*, sed *hospitijs*. Nam vox vtramque significat.

Infamis quidem natalibus, *Iud. 11.* at Fide & pietate nobilis sanctisque veteris testamenti ascriptus, *Hebr. 11.* vbi & in Sanctorum veteris testamenti albo recensetur.

Seditio contra eum orta est, in qua 42. millia Ephraitarum ceciderunt. *Iud. 12.*

Hic se inaniter torquent Rabbini de annis trecentis, quos Iepthæ *Iud. 11.* ab occupatis Seonis & Og regnis, ad suum dominatum vsque, intercessisse regi Ammonitaru respondet, quando ad summum 270. duntaxat colligantur. Nam debuerant perspicere in eiusmodi colloquijs & responsis, numeros integros vsurpati sæpe pro fractis, & contra, item certos pro incertis, prout loquenti est commodius, & promptius. Rectè ergo arguit iniustam & iniquam postulationem Regis. Quia primum ea repetat, quæ nihil ad ipsum attineant. Deinde sero veniat, nempe post 300. annos, qui iam propè præterierant à Mose, ex quo terræ illæ inter Arnonem & Iabor fluuios vsque ad Iordanem occupatæ tenebantur. *Num. 21 & 33.*

Iepthæ iuxta nostros ad aram, filiam sacrificauit. *Sic & veteres Hebræi, & Ioseph. lib. 5. Antiq. cap. 9.* Perperuæ duntaxat virginitati consecrauit, iuxta recetiores Rabbinos. *Consulte R. David. in Rad. nan.* Ab aliquo Hebræo accepti istos hæc loci *Iud. 11.* interpretationem excogitasse, ne inde typus filij Dei à Patre sacrificati duceretur.

2981

Alioqui veteres vno ore adauctum ad hoc facinus scribunt, quod voti sui relaxationem siue dispensationem impetrare non potuisset a Phinee eius ætatis adhuc pontifice. R. Selo. 1. Par. 9. Sed supra in Othoniele docui non esse probabile Phineem vixisse, an. trecentos. Erat ergo alius huius curriculi pontifex.

Inde autem votum Agamennonis, cuius causa Iphigeniam in Aulide mastravit, a Poetis fictum multi tradunt. Profana saculo Iephié.

His temporibus supererat Erythrea Sibylla annosissima. Graiis enim Ilium profecturis vaticinata dicitur, & perituram Troiam, & Homerum mendacia scripturum.

Huic successit Thessalica cognomento μάγιστρος neptis Tyresia vatis Thebani.

Oristia Amazonum regina, foris egregia bella gressit. Huic successit Penthesilea, cuius in bello Troiano inter fortissimos duces magna virtutis documenta fuere. Nangiæ.

I H I S T O R I A Ruth contigit huius temporibus, vt Hebræi tradunt. Quinetiam hunc Abesan aiunt esse Booz, cui nupsit Ruth. Iosepho tamen Ruth vixit temporibus Heli. Auctori tamē Seder, sæculo Aiod, dum Israëlita subderentur Egloni regi Moab, vbi etiam additur Elimelech fuisse Salmonis illius fratrem, qui fuit de ingredientibus terram, doctore Iosue.

Triginta filias collocavit matrimonio, similiter & triginta filios antequam moreretur.

Per quendam literarum transpositionem à 70, haud dubiè corruptis, Efebon appellatur.

Tranquillitate delectatus Ammonitas non tentat trans Iordanem Hebræis imperitantes. Commédatur à iustitia, vnde Abesan cog. iustus, in Rabbiorum veterum monumentis, vt *Tragum Ruth.*

Porrò si fuit Booz filius Salmonis trecentenarius erat quando Ruth genuit Obed, quod & concedit R. Selo. 1. Par. 1. Sed malo cum nostris tres fuisse Booz, qui vt vnus numerarentur ob vocabuli communitatē, vt iam hic tertius fuerit, non filius propriè Salmonis, sed pronepos, id est, quartus à Salmonè, trecentis annis ab exitu.

Profana saculo Abesan.

Bellum Amazonum contra Thebas.

Narbon & Lutetia extructa, paulò ante bellum Troianum. Atqui quæ nunc dicitur Lutetia, aut nulla erat temporibus Cæsaris, aut valdè exigua. Sic pusilla tēpore Dionysij Areopagitæ ex *Syngelo Græco.* Et Narbona est Romanorum colonia. *Infra.*

Hortos colere docet Alcionus rex Phæacum.

Poëtæ hic incipiunt, Linus Thebeus Herculis in literi & Musica, Thamyræ & Orphei magister. Nam his vno saculo successerunt Homerus, & Hesiodus.

Pluto inferorum deus cum fratre Neptuno maris deo.

Dionysius Argiurus historicus apud Clem. *Strom. lib. 1.*

Hercules innotescere incipit, Antequam lucta in Mauritania vicit, &c. 30. annis, antequam in deos referretur, regnavit Argis. *Apollod. chronographus apud Clem. Strom. lib. 1.*

Vixit ann. 52. igni periiit, primus ex maximis piratis. *Manetho. 900. ann. ante Herodotum. Ipse. lib. 2.* Ita fuisset sub Aiod multo ante bellum Troianum.

Telephus Gothis in Mæsia imperat.

m H V N C prætermissum à 70. narrat Eusebius, contra veritatem Hebraicam, quod mirandum ab eo dictū. Nam

Anni Diluvij.

1315

Argiuorum Cropote rege octavo.

Anni mundi.

2981

Fauno Italia quarto.

1315

Ind. 12.

1322

I A B E S A N de tribu Iuda Beethleemita an. 7.

1981

2988

Booz 3. principe Iuda & Christi parente.

Ozi Pontifice.

Tantane. deinde 27 Tanteo an. 40.

Eodem in Aegypto Remesse.

In Europa.

Sicyoniorum Marathio rege decimo tertio.

Argiuoram Crotopo rege octavo. Deinde Steleno an.

1322

Ind. 12.

1333

Fauno Italia quarto.

12

m A H I A L O N Zebulonites anno 10.

2998

Anni Diluvij.

1332

Pontifice Zaraia, alias Ozi.

Obed principe Iuda, & Christi propagatore.

Rege Assyriorum eodem Tanteo.

Remesse Aegypti.

In Europa.

Sicyoniorum Marathio rege decimo tertio.

Steleno Argiuorum nono, deinde Danao, an. 50.

Italia Fauno rege quarto.

1332

Ind. 12.

1340

13. n ABDON de tribu Ephraim an. 8.

Pontifice Zaraia.

Obed principe Iuda, & Christi maioribus.

Tanteo rege Assyr. 27.

Remesse Aegypti.

Sicyoniorum Marathia rege 13. Danao Argiuorum.

Italia Latino rege quinto,

1340

Anni mundi.

1248

nunc in Græco codice reperitur Aelon, & Sulpicio, qui 70 sequi solet. Cur etiam auctor Seder Olam, & hunc, & sequentem Abdon transilierit, ariolari non possum. Sub hoc terra quietem habuit, eo quod populus non declinaret à Domino.

Eius enim quinto desit octodeci mus annus Ammonitarum tyrannidis in Iudæos trans Iordanem incolentes. Belli tamen, quo illa excussa sit, non recordatur Scriptura. Est probabile id huius virtute contigisse. Profana atate Abialonis.

Bellum Lapitharum cum Cæntauris sine Thesalis. *Oros. lib. 1. cap. 13.*

Argonautarum expeditio in Colchicam. *Herod. lib. 4.*

Orpheus Trax Lini auditor, in Aegypto sacerdos cōuenit, vbi didicit mysteria de vno Deo *αρωτοζενω*, deque eius verbo. *Iust. in paranetico.* Vetustissimus ferè poëtarum Græcanicorum, & ipforum deorum æqualis. Siquidem traditur inter Argonautas cum Tyndaridis & Hercule navigasse. Primus Græcorum excogitavit deorum mysteria. Vnde in Europa superstitio. *Lactant.*

Thracius fuit, longa cum veste sacerdos, cuius cithara septem tantum habebat chordas. Nam duæ postea adiectæ sunt à Therpandro.

Orpheus sacrorum Græciæ auctor, apud Demosthenem, primus homines post Thraciam, Thebanum, & Methymneum ad simulachra colenda excitauit. *Clem. orat. ad Genes.*

Eodem saculo Amphion (ad quem citharæ & Lydiorum modulorum & musicæ inuentum refert Plinius *lib. 7. cap. 56*) Zethus & Silenus musici floruerunt.

Faunus apud Aborigines, à quo in Italiam ex Arcadia veniens Euander excipitur, & agro montæque palatino donatur. *Halicarn. lib. 1.*

Cumæa Sibylla mater Euandri, cuius carmina apud Ænam ciuitatem Iulianus Apostata ignibus tradidit. *Amian. Marcell.*

Carthago condita à ciuibus Tyriis. Et certè Cartha, siue Cirtha, vox est Syriaca, urbem sonans. Alij qui non fauent Virgilij mendacijs, multò post conditam docent. Nempe 143, annis post Troianum bellum.

Ante tempora Troiana Sanchuniato scriptor antiquissimus historiam Phœnicum scribit Syriacè, quam postea Græcè Philo Biblius vertit.

n H V N C 40 filios & 30. nepotes sepeliisse, antequam moreretur, ferunt.

Ahialonis filium facit Iosephus. Rerum est potius pacis tempore. Post eum Hebræos in ditionem redigunt Palestini, an. 20; qui computantur cum principatū iudicū posteriorum secundum Iudæorum traditiones. *Euf.*

Profana saculo Abdonis.

Cassandra siue Taraxandra Sibylla, quæ & οαπισ, Phrygi & Tiburtia!

Has sequuta est Colophonid cognomento *Αδρηκωδα*, neptis Calchantis, vatis, qui comès fuit expeditionis Græcorum contra Troiam.

Museus Orphei, iuxta quosdam, filius, iuxta alios *αμνιλος*, & Linus circa Troiana tempora vignerunt. *Theod. lib. 2. Græcæ affect.*

Sesostris Aegyptium regnum multis vicinis gentibus denicis latè propagat. Ei successit Pheron, deinde Proteus ad quem venit Paris cum Helena; deinde Menelatus.

3006

Diluuium Pharonicum in quo insula Pharos Aegypti aquis tecta est. *Diod. lib. 2.*

Danaus Aegypti siue Remessis frater primus in Graeciam ex Aegypto nauem aduexit. Ante raribus nauigabatur inuētis in mari rubro à rege Erythra. *Plin. lib. 7. c. 56*

Expulso Steleno Argos tenuit.

Puteos fodere Græci ab Aegyptiis discunt.

Latini regis Italiae mater Carmentis Niostrata Latinas literas reperit. Filius Latinus Latinam linguam corrigi & Latinos de suo nomine appellatos relinquit.

o NAZAREVS sic enim Deo consecratos appellabant.

Quare ex voto obligauit se sanctimoniam, separatus à communi hominum vita in potu, cibo & cultu. Huic instituto alij in certum tempus, alij in perpetuum se astringebant. de quo Num. 6.

Mior Masium doctissimum Iosue interpretem, maluisse expungere Samsonem de numero iudicum, & eius 20. annos, quibus iudicasse Israelem memoratur, ascribere dimidiato pontificatui Heli, quàm in cæterorum Chronographorum sententia, aut potius disertis scripturæ verbis permanere, Iud. 16. fortasse voluit partim redundantem Iudæorum traditionem de 28 annis Iosue, partim corruptam Græcorum editionem tueri pertinacius.

Samsonis diebus Israelitæ in manus Philistim 20 totis annis, itaque terra sub eius magistratu non dicitur quiescisse, vt sub Othoniele & Aiod. reliqui viginti anni seruitutis. Nam Iud. 3. populus traditus est in manus eorum annis quadraginta) pertinent ad alterius, vt Heli, principatum, vt quadringentorum octoginta summa constitui possit. 3. Reg. 6.

Ab ipsorum Philistinorum seruitute Samson Israelem non penitus liberauit. sed incepit. Vnde Angelus ad parentem, *Ipsè incipiet liberare Israel de manu Philistinorum.* Liberato autem fuit Dauid rex, qui Palestinos demum subegit. Nam sub Heli, Samuele, Saule multa adhuc in Iudæa tenuerunt.

Belli occasionem duxit ex eo, quod focer Palestinus ipso absente, filiam promissam collocasset alteri viro, & reuertenti Samsoni dixisset, se illi minorem filiam traditurum. Inde enim eis damna multa inferre cœpit. *Iud. 14. & 15.*

Mattias segetes & vineas eorum, immixtis trecentis cauda ardentibus vulpibus perdidit. *Iud. 15.*

A suis proditus solutis vinculis oblatam Afni maxillam arripuit & Palestinos mille necauit, *Ibid.*

Neruis septem astrictus ab amica, deinde nouis funibus, tertio crinibus septem ad clauum, instantibus Palestinis, somno excitus, repente cuncta dirupit, donec illa dormienti crinem dissecuit, atque in manus hostium, mox excæcandum tradidit.

In conuiuium productus, capillis eius renascentibus, columnas aulæ dissecit, & cum hostibus non inultus ædificij mole occubuit. *Iud. 16.*

Christi nostri liberatoris in multis typus fuit, præcipue dum mortem sibi parauit, vt Israelitas seruaret, profectus cum parentibus ad visendam sponsam in itinere Leonem discepit, portas Gazæ sublatas in montem humeris detulit, &c. Vnde reponitur in numero Sanctorum Heb. 11.

Ex eius robore & casibus, Herculis, qui his temporibus extitit, vires & ærumnas Poetæ pinxisse videntur.

Qui interregnum extitisse inter Samsonis exitum & Heli

| Anni Diluuij. | Anni mundi. |
|--|------------------|
| 1340 | 3006 |
| 1340 <i>Iud. 16.</i> 1360 | 3006 3026 |
| 14. o SAMSON de tribu Dan an. 20, | |
| Pontifice Zaraia. | |
| Obed principe Iuda, & Christi maioribus. | |
| Reg. Assyriorum Tanteo & 28. Tymeo annis 30. | |
| SÆCULO SAMSONIS | |
| 1360 | 3026 |

| Anni Diluuij. | Anni mundi. |
|---|-------------|
| 1320 | 3006 |
| Remesse, qui & Aegyptus Danai frater, Aegypti regis decimo quinto, deinde Menophi an. 40. | |
| In Europa. | |
| Sicyoniorum Marathio rege decimo tertio, deinde Marathio an. 20. | |
| Danao Argiuorum decimo, deinde Lynceo. | |
| Latino Italiae rege quinto. | |
| 1340 | 3026 |

pontificatum colligunt ex eo, quod scriptura post Samsonem ter Israel sine regibus fuisse adiecerit. i. summo magistratu, qui populum coereret. in illo historias libri iudicum à capite decimo ad finem accidisse putant, vt Kimhi in 4. Ezech.

Nempe, de Micha & Idolo eius, c. 17. De tribu Dan quæ rente sibi possessionem ampliorem, c. 18. de Leuita & vxoris eius stupro c. 19. de bello ciuili, quod vndecim tribus Beniaminis intulerunt propter illud stuprum cap. 20. de Beniaminiorum reliquiis seruatis & datis eis vxoribus ad reparandam tribum.

Nam bello ciuili suscepto Beniaminij deleti sunt. Primo prælio 22. duo millia cecidere ex Israelitis. Secundo octodecim millia. Tertio Beniaminiorum cæsa viginti quinque millia & centum. Vrbs Gabaa & incensa. Omnes vrbes & vici Beniaminiorum combusti c. 20.

Tribus autem Beniamin reparata ex labes. Nam cæteri Israelitæ iurauerant se Beniaminis filias suas nunquam collocaturos. Illi verò, qui ad Bellum non conuenierant, expertes sacramenti reperti, reliquiis 150. filias suas desponderunt.

Verum hæc principatu Othonielis contigisse docuimus, vel certè anni 20. huius interregni sint necesse est, propter summam huius ætatis 3. Reg. 6. fixam, viginti primi Pontificatus Heli, post quos quia non modo pontificatum, verum etiam iudicatum viginti alijs exercuit, totos 40 iudicasse scribatur 1. Reg. 4.

Profana tempore Samsonis.

Tempora Heroica incurrunt in hoc sæculum Samsonis, Heli & Samuelis, ante quæ apud Græcos nihil certi extat, cum tamen hæc in historia Hebraica admodum recentia sint. Sed nec post, vsque ad Cyri sæculum, vt dicam suo loco.

Hinc Lucretius rectè miratur.

Cur supra bellum Thebanum & funera Troic. Nil alias alij quicquam cecinere.

Bellum Thebanum, vbi victoria Cadmea.

Tyrus condita vel potius restaurata anno 1. ante captam Troiam à Phœnicibus, cum ante multos annos Sidonem primam suam in hac terra urbem condidissent. *Iust. Hist.*

Tertia Græcorum in Asiam expeditio contra Troianos. Nam prima fuit in Phœniciam, qua Europa regis eius filia Sarpedonis & Minois mater, altera Argonautarum, qua Medea Coldicis regis filia rapitur: ob quas Asiani deinceps contra Europæos iustas bellorum causas prætexuerunt. *Herodot. lib. 1.*

Bellum ergo Troianum, de quo innumerabiles Homeri & reliquorum fabulæ. Nam Diod. Siculus initio lib. 14. captam Troiam narrat ante confectum bellum Peloponnesiacum, & captas à Lyfandro Athenas, an. 779. quos reperias à Samfone, vel certè Abdon, ad Darium Longimanum, & annis 408. ante primam Olympiadem, id est annis 432. ante urbem conditam. *Dionys. Halic. lib. 1.* ante hoc nihil planè certum apud profanos. Vnde hic narrationis sue exordium statuit Diodorus, quamuis suam bibliothecam à prima mundi origine putarit repetendam.

Illo bello multa feruntur inuenta Equum, qui postea Aries appellatus est, in muralibus machinis Epeus inuenit ad Troiam, ordinem exercitus, & multa alia, Palamedes, specularem significationem Sinon inducias Lycaon, Penthesilea securim, Aeneas tubam: Bigas primum inuixit Phrygum natio. Quadrigas Erichthonius, *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Latinus Quin tus à Saturno in Italia rex.
Genus vnde Latinum, post quem Aeneas Lauinij regnauit an. 3. quum prius errasset in Macedoniam, Siciliam, Laurêtem agrum per annos 7. deinde Ascanius an. 30 ante Albam conditam à Syluio. *Ex Urg.*

Demophon Atheniensium rex 12. regnabat, dum captum est Ilion, *Clemens Strom. lib. 1. ex Dionys. Argiuo.*

Troiani Hellepontum traiciunt, & in Thracia hyemem transigunt. Primo vere in Siciliam nauigant, vbi sequentem hyemem permanent. Aestatis medio perueniunt Laurentum, acceptoque agro Lauinium condunt, anno ab vrbe capta 2. *Dionys. Halicarn. lib. 1.*

Circe venefica, per incantationes & pocula, socios Vlyssis mutauit partim in apros, partim in leones, partim in ceruos

Thuoris vltimus Aegyptiorum Larthes, an. 7. ad quem Menelaus cum Helena post captam Troiam diuertit, quem Polybum Homerus vocat.

Hinc coepit Dinastia Diapolitanorum, annorum 177. Aliter Herodot. lib. 2. Nam hic Proteum ponit, ad quem ait Paridem & Menelaum diuertisse, cuius in regno predecessores fuerint Phæron & eius pater Sesostris, à quo Aegyptiis agri distributi sunt certo censu & tributo.

Canopum oppidum ad ostia Nili conditum, à Spartanis in patriam redire conantibus.

Aeneas anno discessus sui à Troia 4. Socero suo Latino successit in regnum, anno post tertio contra Rutulos & Thyrrhenorum regem Mezentium pugnans cecidit. *Ibid. Halic.*

Ascanius regnat an. 30. cætera ex Liuius & Romanorum historiographis.

P H E L I sacerdos iudex factus transtulit sacerdotium de domo Eleazaris, ad suam, cum esset de Ithamaris secundo geniti Aaronis stirpe, vixit an. 98.

Septimus fuit post Aaronem. Quippe teste Iosepho primus fuit Aaron, 2. Eleazar, 3. Phinees, qui diutissime vixit. 4. Abisua, 5. Bocchi, 6. Ozis. Septimus Heli, qui populo etiam in politicis praefuit, nemine Ducatum aut Iudicatum post Samsonem exercente.

Quo die mortuus est Heli, Deus repulit tabernaculum Silo, vbi fixum fuerat à Iosue in tribu Ephraim. *Ios. 18.* Sicque fuit Arca septem mensibus in agro Palestinarum. Deinde collocata est in Cariath-learim, vbi non solum viginti annis mansit apud domum Aminadab, quousque efferretur magna pompa à Dauide, vt vitiose colligunt Hebraei è 2. Reg. 6. verum iam tum praeterierant anni 20. cum Samuel Iudicis munere fungens, sanctam illam concionem habuit, quæ extat 1. Reg. 7.

Vel in Bethsames 20 annos quoque manserat, etsi Scriptura tempus non praefiniat. Deinde in alios 20. delata est in Cariath-learim, Saule nondum regnum consecuto, vbi tandiu eam apud se in Domo Aminadab in Gabaa habuerunt, donec Dauid eam è Cariath-learim Hierosolymam transtulit in tabernaculum, quod ei tetenderat.

Heli filij Ophni & Phinees propter scelera, vita sunt exuti in bello contra Palestinos. cum triginta millibus peditum, cuius duces erant, Patre propter cecitatem & senium domi manente.

In eo arca etiam capta est, nec nisi post mortem Heli remissa, quæ inter hostes plura miracula ad ostendendam presentem Dei maiestatem edidit.

Ea enim in templum Dagon illata, simulachrum eius

Anni Diluuij. 1340

1340

1. Reg. 4.

1380

1380

1380

SÆCULO SAMSONIS

15
P H E L I de tribu Leui Iudex, idemque sacerdos an. 40.

Obed & Iesse principibus Iuda & Christi maioribus.

Regib. Assyr. 28. Timæo. deinde 29 Dercillo, an. 40.

Anni mundi. 3026

3026

3066

3066

3066

corrui

Anni Diluuij. 1380

Menophi Aegypti rege decimo sexto.

In Europa.

Sicyoniorum Marato rege decimo quarto, deinde Erythreo an. 55.

Argiuorum Lynceo.

Italia Aenea Latini Socero an. 3. deinde Ascanio an. 28.

16 & 17
Q S A M V E L Propheta de tribu Leui, & **S A V L** de tribu Beniamin regnarunt annis 40.

Achitob & Achimelec, quæ occidit Saul, pontificibus.

Iesse siue Isai principe Iuda

Anni mundi. 3066

3066

3106

3106

3106

corrui, secundo discerptum est. Tertio mures à Deo immixti Azotiorum plantas & fruges consumpserunt, & noxiis moribus multa hominum millia neci dederunt. Quarto homines in secretiore parte natium percussi perierunt dysenteria, vt Iosephus interpretatur, vt alij Haemorrhoidibus. Quinto Gettei arca ab Azotiis accepta iisdem malis affecti sunt, indeque Accaronenses.

Sextum miraculum, quod vacca spreto naturali foetuum suorum amore, & nullo ducente, ad Hebraeos recto itinere tetenderunt. Postremo Deus percussit Bethsamas ad 50 millia, quod arcam vidissent.

Cum 40 annos scribatur Heli iudicasse, *cap. 4. libr. 1. Reg.* nonnulli intelligunt illos complecti interregnum inter Samsonem & ipsum Heli, vt *Euf. 1.* quæ causa esse potuit, cur 70 praefuisse annos 20. eum dixerint. At qui nunc in ea versione, quæ eorum esse dicitur, 40 scriptum est. Deinde quid de isto interregno sit sentiendum in Othone tractauimus.

Profana tempore Heli.

Ascanius Latij rex. Pilades Orestem insanum comitatur.

Fabula est Horcenam & Etlingiacum in Germania fuisse tum condita & inhabitata. Nam Germani vsque ad tempora Cæsaris, sine vrbibus, legibus, Deo.

Ciuitates Italiae hoc tempore à Troianis sub Antenore & Aenea conditas, quisque oppidanorum gloriatur.

Sicyoniorum reges planè deficient. Post hos sacerdotes Carni instituuntur.

Francum de genere Hectoris venisse in Pannoniam fabulantur, illicque regnum constituisse, quod progressu in Franciam Germaniam, postremò in Franciam Galliam transferit. Errant autem, quoniam nec Galli, nec Gallorum reges, siue è Troianis siue è Germanis descenderunt, sed sunt indigenæ. Dicti autem Franci, labente Rom. imperio, vel quia pro libertate nomen illud sumpserunt, quod vernacula lingua liberum etiam hodie significat, vel quia Francos seu Francones Germania, perpetuò vicerunt. Nam Romani nunquã de Transthenanis sine Gallis triumpharunt, vt eorum opus videatur Germanos vincere, quemadmodum Scipionum Penos.

Q S A M V E L & Saul iunguntur, quoniam iunctum eorum imperium, & 40 annorum numero simul comprehensum disertè reperitur, *Act. 13.* vt & agnoscit R. Kimhi in *Psal. 99.* ex *Deras.* Quando autem separatim vterque imperauerit, non est mandatum sacris literis. Deinde Saul vix superfuit Samueli quatuor mensibus. Nam paulò post interfectus describitur. *Seder Olam cap. 13.*

Hos tamen nostri fere sic partiuntur vt 20 Samueli, reliquos 20 Saull attribuant.

Rabbini recentiores, vt mendacij suspectum reddant Paulum, *Act. 13.* amborum gubernationi duntaxat tribuunt viginti. Quod probare è 1. Reg. 7. & 2. Reg. 6. conantur, vbi narratur, in Cariath-learim reposita fuisse arcã, postquã remissa esset à Philisteis, per annos 20 vsque ad Dauidẽ. Quia si ab Heli mortuo, sed quo capta fuit, vsque ad regnũ Dauidis, interfluxerint duntaxat 20 anni. Quod est spatium imperiorum Samuelis & Saulis. Sed paulò supra locum explanauimus.

Alij Samueli separatim tantũ attribuunt annos vndecim & Saull duos. Sed absurdè, quia Samuel iuuenis admodum ad Reip. gubernacula accessit, nec ab iis nisi valde senex recessit, vt primus Regum testatur. Melius Iosephus

extremis verbis lib. 5. Antiq. Sauli ascribit, an. 40, & eiusdem libri cap. 14. Samueli soli post Heli an. duodecim. cum Saule an. octodecim. Significans, ve rbi gratia, Saulem regnasse post mortem Samuelis an. 10. Nec reclamant verba hæc capituli 13. 1. Reg. Filius vnus anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnavit super Israel, & elegit sibi Saul tria millia de Israel. Nā horū talis est sensus. Post annum à sua electione, de qua ca. 10, regnare cœpit, siue regni administrationem adit. Cum autem regnasset duobus annis, elegit sibi tria Satellitum millia. Nempe duobus primis annis, sat habuit vitara electionis invidia sibi populum conciliare, & se aduersus malignas linguas modestia, dissimulatione & autoritate Samuelis tueri. Postea dum se satis firmasset, cœpit more regio sese stipare satellitibus. Non quod alioqui duobus tantum an. regnari.

Alij, Saul (quali) filius vnus anni cum regnare cœpisset (quantum ad malitiam) Duobus autem regnavit super Israel (in huiusmodi integritate, puerili innocentia ac simplicitate) q. d. duobus annis legitime & probè regnavit, ceteris tyrānicè, ac Deo reprobatè. Indicatur hic sensus in Seder c. 13. Nempe duobus annis regnavit ante suam reiectionem, & Davidis vnctione à Samuele paulò post facta. c. 16. eiusdem libri.

Interim isti, vt summa 480 annorum definita 5. Reg. 6. retineant, annos quos hic detrahunt Samuelis & Sauli, in Iosueam & Seniores conferunt. Nempe in illum 28, in hos 17 ante Othonielem, qui cuncti cum his 13. Samuelis & Saulis efficiunt 56, quot nobis Iosue 18, Samuelis & Saulis 40. Nā Seniorū post Iosue annos nō esse separandos ab Othonielis principatu, iā ostēdimus. In ceteris Iudicū coguntur nobiscū cōuenire q̄ Scriptura nominatim hoc doceat

Quod scribitur de Mose, etiam de Samuele dicitur. Fuit ille Leuita. fuit & hic. 1. Para. 6. Ille regnavit super Israel 40. annis. Similiter & hic, vt citat R. Kimbi in Psal. 99.

In eo desijt illa Reipub. forma, in quo non successione, aut creatione legebatur magistratus, sed Dei voce & autoritate. quæ certis argumentis innotescebat.

Bellum Palestinorum duce Samuele prospere ab Hebræis gestum, fuis hostibus irrupentibus, & agro ab Aacarone vsque ad Gerh adempto, 1. Reg. 7.

Hic incipit tēpus prophetarū. Petrus Actor. 3. Tum prophetica professio penè intermortua à Seniorū morte vige re cœpit, multis in idē collegium cōuenientibus, huicque instituto vacātibus, præsidete Samuele. 1. Reg. 19. Est autē sciendum propheticā hāc vocationem nō fuisse extraordinariam, quoniam constabat hominibus sese spōte huic professioni deuouentibus, vt precibus, contēplationi, scripturarum interpretationi, prædicationi, studio vacaret cōmodius, è quib⁹ Deus, aliquos interdū suscitabat, qui rerū prædicēdarū munere, apud Reges, populos, &c. fūgerētur.

Aliquando etiam ad propheticum hoc donum euehebatur alios ex aliis vitæ institutis, sed tum eorum vocatio & missio erat extraordinaria. Talis Amos, quem è pecudum pastu ad prophetiæ decus sustulit.

Ab orbe prophetæ quidam extiterunt, sed rarius, & extra ordinem.

A Samuele crebriores, ordinarij & successione perenni. Vnde eum Hebræi prophetarum, siue prophetorum collegiorum fundatorem & auctorem faciunt.

Extra hos extiterunt 48 prophetæ celebratissimi, partim viri, partim scēminæ, quorum proinde nomina extant in

Anni Diluuij

1380

Rege Assyr. 29, Dercillo, mox Eupalo an. 38.

Anni mundi.

3066

Menophi AEgypti rege decimo sexto.

In Europa.

Sicyoniorum Erythreo rege decimo quinto, deinde Corace, an. 30.

Lynceo Argiuorum undecimo.

Latinorum Ascanio, deinde Syluio posthumio, an. 29. à quo reges Albanorum.

SÆCULO SAMVELIS ET SAULIS.

1420

3106

variis

Anni Diluuij.

1380

Anni mundi.

3066

Et SAUL de tribu Benjamin.

Samuel verè ad euocationem Necromanticam Pythonisse Sauli apparuerit, an specie duntaxat, qua exprimeret Satanam, etiam disputat Hebræi. Nam R. Abben in Psal. 78 vers. 39. & in 2. vers. Decalogi, hoc factū reponit inter ea, qua Scriptura assererat non ex sua, sed ex opinione aliorum. & sic ex nostris Tertul. lib. de anima verum Samuelem non esse cōspectum affirmat. Sic Aug. lib. 26. de Ciuit. Iust. Martyr. q. 52. ad Orthod. Interim Aug. li. 2. ad Simplicianum q. 3. concedit potuisse fieri ex aliqua dispensatione diuina voluntatis, quod in lib. de octo Dulcitiy qua stionibus q. 6 repetit.

variis Scripturis locis. Ex iis hic prophetissas enumerabo. Nam deinceps virorum ordine nominandorum occurret locus & sæculum. Prophetissæ ergo sunt Sara, Maria Mosis soror, Debora, Olda, Hanna Samuelis mater, Abigail, Esther. Ita Heb. in Seder cap. 20. & 21.

Samuel non fuit sacerdos, sed simplex Leuita, nempe de posteris Abjathar filij Choræ. 1. Par. 6. Nam sacerdotes omnes ex Aarone descēdere erat necesse, vt liber Num. docet. Reliqui Caathitæ cum vnuerfis Gersonitis & Meraritis Leuitico duntaxat munere fungebantur. Sic enim in tribu Leuitica quatuor erant partes. Aaronitæ, Caathitæ, Gersonitæ, Meraritæ.

Ergo dicitur Ephrateus, 1. Reg. 1. non à tribu Ephraim, sed à loco. Nec allegandum 48. tantum oppida obuēisse tribui Leui Ios. 20. inter quæ istud nō recensatur. Nā post tempora Iosue multo plura ei attributa sunt, 1. Par. 6.

Decimo anno principatus Samuelis Regem Israelitæ postularunt. R. Neburai.

Tum mutata est Resp. re à Iudicibus vel Ecclesiasticis ad reges traducta, Samuele piis que renitētibus, quod in Rep. Iudicū & Leuitarū libertatis esset species, in regia seruitutis. Id naturæ vulgi noua sēper optantis tribuit Scriptura.

Frustra Samuel incommoda è Regibus populo infanti inculcauit, amētes esse qui regē libertati anteponerēt, ac nescirent ius regum tyrānicū esse. (Ius siue Milpat mortē & cōsuetudinē vsu Hebræico, hic significat, alioqui iniuriā & violentiā per antithesim importet necesse est. Nā verū ius Regis est obseruatio legis Dei, Deut. 17. Carol. Molin. de Stylo Parlamenti, pag. 269.) cæcutire, qui nō cernerēt principatū suū (i. Eccl.) esse perpetuo leniorē & moderatiorē (tamen haberet filios, per quos Rēp. moderabatur, corrumpiores) quod mixtus esset & tēperatus, pontifices que pudeat non recordari se Numinis esse & dici vicarios. (Hoc experitur ea Italiæ pars, quæ mero Pontificis iuri subest.

Addere potuit illud Demosthenis in Olynthiacis Regium nomen cunctis ferè liberis gentibus semper fuisse iuisum, quod suauius sit obedire legibus, i. rationi quàm voluntati, i. libidini vnus plerunque prauit.

Samuel scribit librum Iudicum, Ruth, & maximam partem libri primi Regum, quem eius nōmine alius ad regnum vsque Salomonis perduxit. Heb. Baba Bathra cap. 1. nempe Nathan & Gad videns, R. Mose Kimbi.

Qui scribūt Apost. Act. 13. à morte Mosis vsq; ad Samuelem annos texere quadringētos quinquaginta, vt eneruēt autoritatē c. 6. li. 3. Reg. supra à nobis allatam, & ab Eusebio: atque aded omnibus rectè sentientibus receptā profundamēto stabili quartæ huius ætatis, rei sunt falsitatis. Nā Apostolus perspicuè loquitur de diurnitate missionis Israël in Ægypto, nō de sæculo Iudicū, vt supra ostēdi.

Sequentia Samuelis vsque ad calcem scripsit David Reliqua Regū edidit Hieremias. Nam ante historia sparsa erat per singulorum Regum annales. Rabanus lib. 2. de instit. Cleric. c. 54. Sed Hebræi aliter.

Tertium & quartum Regum Hebræi malunt tribuere Ezræ, quem materiam scribendi sumpsisse tradunt, vt credibile est, è libris verborum dierum regum Iuda & Israel, qui passim citantur in libris Paralip. Potiora subiecit Spiritus sanctus scripturarum auctor & nomen.

Achitob auo Heli successit. Nam Pontificum honorē nō gessit Samuel, cum esset simplex Leuita. Hier. in Iouin.

SAUL etsi esset de tribu Bējamin, in Galgala tamē regnauit, siue regni sui sedē fixit in tribu Ephraim, 1. Reg. 10 cui

1420

3106

post

post diuisionem regni Ieroboam regnum vtcunque resti-
tuit, nempe in Sichem monte Ephraim. 3. Reg. 12.
Primus rex Indæorum.
Nam non nisi *καταγεμιστός* Moses se hoc vocabulo in-
signit *Gen. 36.* & Iosephum fratres *Gen. 37.*
Filius Cis de tribu Benjamin ex oppido Gabaa, diuina
voluntate delectus, modestus animi, forma excellens &
procerus, vt merito dignitas corporis dignitati regiæ con-
ueniret. 1. Reg. 9 & 10.
Primum bellum prosperè contra Ammonitas Arabiæ
populos gessit, post quod rursus à cuncto populo rex ac-
clamatus est. *Ibid. cap. 10.*
Secundum contra Palestinos in fines irrumpentes, in
quo peccauit, munere Sacerdotis, nempe Sacrificio sibi
ascito vt propterea Deus regnum Dauidi destinaret,
Ibid. 12.
In eo armati non erant Israëlita, quòd superiore bello
vsus ferramentorum fuisset eis à Palestinis ademptus. In-
terim exercitus maximus à duobus gladium habentibus
est fugatus, onatha, qui hostes terruit, & Saule, qui eos
territos, cum Hebræis è latebris egressis, deleuit. *Ibid. c. 14.*
Tertium cõtra Amalechitas, in quo ipse iterum pecca-
uit, præda contra iustum Dei in suam domum auersa, &
Agag rege in vita seruato *Ibid. 15.* Vnde Deus offensus re-
gnum aliò planè transferre statuit.
Sic ab hoc loco Dauidis historia incipit, qui Saülis re-
gnum Dei iussu est excepturus. *Ibid. c. 16.* Nam non multo
post, quia optimus erat Citharædus, inter ministros re-
gios est assumptus, vt Saulem furentem cantus dulcedi-
ne permulceret, deindeque regis armiger factus,
Quartum contra Palestinos, in quo Dauid funda Go-
liath Gigantem interfecit altitudinis sex cubitorum &
palmi, 1. Reg. 17.
Concepto deinde in Dauidem odio per speciem hono-
ris periculis obiectat, filiam suam maiorè Merob ei spon-
dens, quam tamen Hadrieli Malathitæ postea collocauit.
Deinde minorem Michol, cuius indicio, vt & Ionathæ, ali-
quoties euasit, nec se amplius Sauli commisit. 1. Reg. 19.
Quintum & sextum bellum contra eosdem, 1. Reg. 23.
Vltimum contra eosdem, in quo ipse cum filiis cecidit
Ibid. 28.
De annis regni eius nihil certi, nisi quod Paulus, *Act.*
13. ipsi & Samuëli 40. annos ascribit, quod soli Sauli Iose-
phus tribuit in fine *lib. 6. Antiq.* Sed eo numero contineat-
ur quoque, vt Paulus sensit, ætas, qua ante Saulem Sa-
muel pro Iudice Remp. rexit, necesse est, vt & docuit Eu-
sebius, Sulpitius, Aug. *lib. 23. de Ciuit.* vbi & eos refellit,
qui 30. Sauli ascribunt, quòd Arca Domini in Cariath-
learim translata, nondum regnante Saule, ibi per 20. an-
nos constiterit, donec à Dauid rege submota est. Nam si
intra 20. annos Saul regnare cœpit & desit, non 30. sed
pauciores viginti regnauit. Quanquam de illo loco supra
paulo aliter in Heli:
Saul Dei fauore destitutus, sibi que relictus, spiritu me-
lancholico, iuxta Hebr. iuxta nostros verò, spiritu maligno
correptus est, à quo pulsus citharæ Dauidicæ recreabatur.
Samueli fuisse superstirè duobus annis, nostri ferè col-
ligunt è 1. Reg. 13. At quatuor duntaxat mensibus Hebræi,
Dauid metu Saülis duodecies sedes mutat à cap. 19.
Reg 1.
Venit primum ad Samuëlè in Ramatha, à quo ductus est
in Naioth. Inde venit in Nobe, ad Achimelech Põrificem.

Anni Diluuij. 1380
3106
3026
1420

SAMVELIS ET SAULIS SÆCVLO

Anni Diluuij. 1380
3106
3026
1420

SAMVELIS ET SAULIS SÆCVLO

Anni mundi. 3066
3106
3026
3106

Inde ad Achis regem Geth, à quo tanquam furiosus non
est admissus. Postea trans Iordanem ad Regem Moabi-
tarum, 1. Reg. 20, donec monitu Gad Propheta in terram
Iuda regressus vitæ periculum adiit.
Sexto in desertum Ziph, septimo in desertum Engad-
di. *Ibid. c. 24.* Octauo in desertum Pharan, c. 25. Nono ri-
mens ne caperetur ex eo concessit iterum ad regem A-
chis in Geth, à quo Siceleg oppidum obrinuit, atque in-
de prædatum in fines Amalec irrupit. c. 27, & c.
Post Saulem victum & interfectum Philistim sese in-
fuderunt in multas vrbes Israël 1. Par. 10, inter eas Be-
lehem, c. 11, easque possederunt, quousque à Dauidè peni-
tus extruderentur. *Ibid.*
Saülis tempore filij Ruben præliu cum Hagarenis com-
miserunt & Orientalem plagam terræ Galaad eis eripue-
runt, 1. Par. 5.
Profana tempore Samuëlis, & Saülis.
Bœotij ex Arno vrbe Thessaliæ pulsi Bœotiam occu-
parunt, 60 annis post bellum Troianum. *Thuc. lib. 1.*
Ad eadem tempora reuocantur Minyæ à Pelasgis è
Lemno pulsi. Denique quicquid Græcia mendax aulæ est
in historia post heroicum sæculum, de variis Laconum,
Atheniësiu, & cæterorum Græcorum colonis, & effu-
sionibus, vt ab ipsis multi populi videantur nati, priusquã
ipsi esset in orbe noti. Sed bene habet, quod suas rex pris-
cas primis Asiæ littoribus, & angulo Occidentis Euro-
pæi circumscribunt, ne mendacij ab Orientalibus conuin-
cãtur, penes quos rerum magis memorabilium memoria
literis mandata erat.
Alba longa conditur. Mycenarum regnum finit.
Sed à bello Troiano omnia ferè fabulosa vsque ad Cy-
rum. Quin etiam paucissima narrantur de toto illo 600
annorum spatio, magna literarum inscitia externos, præ-
sertim Europæos & Afros occupante.
Lacedæmoni nouum regnum hic incipiunt per Euri-
stem an. 42. & Corinthij per Aliten siue Alethen lucta-
torem, qui Corinthum secundo condidit siue ampliauit
952 annis antequam à L. Mummio Cos. destrueretur. *Velleius Pater.* Regnauit Corinthi, an. 35.
Peloponnesij & Athenienses dimicant, *Ibid.*
Heraclidæ in Peloponnesum descendunt.
Codrus Melanthi filius: decimus & vltimus Atheni-
ensium rex, morte sua Peloponnesiacum bellum diremit,
se pro Repub. deuouens. Post eum Atheniensium Res-
pub. tandiu per magistratus est administrata, quousque
Solon legislator electus est. *Iust. lib. 2.* Cum eo regnum
Heraclidarum ab Hercule descendentium destructum est
Euseb.
Etiam hic britanni siue Angli nugantur suam Albi-
nem tum Britannia nomen consecutam à Bruto Ascanij
filio, quem aiunt primum regnum illic auspicatum, cum
antea à Gigantibus habitaretur. *Nangiac.*
Anno 70 post captam Troiam, Dores Peloponne-
sum obtinent. *Thucid.*
Regnatum est in Hispania vsque ad 75 annum captæ
Troia. Inde in prouincias & priuata ciuitatum dominia
conuersa est, donec Carthaginenses, & post eos Romani
præualuerunt.
Anno 80 post captam Troiã Heraclidæ reuersi in Pe-
loponnesum, Pelopidas expellit ac regnat. *Velleius Pater.*
Plutarc. in Homero. Regnatè Tisameno Orestis filio. *Pausa.*

in Laconis, annis 328 ante primam Olympiadem. Diodor. prefat. hist.
 Aristodemus ex Heraclidis primus, regnat apud Lacedaemonios. *Ibid. Euseb.*
 Iones profugi Athenas se contulerunt. *Euseb.*
 Amazonum & Cimmericorum in Asiam incurfus. *Euseb.*
 DE N E P S C U M Regum & Pontificum successione coniungam perpetuam prophetarum. seriem vsque ad captiuitatem, vt doctrinæ & cathedræ Mosaicæ perennis successio appareat.
 Præponunt aliqui Isbaal, qui & Isboseth Saülis filium, qui regnauit septem annos & menses sex (nam quod. 1. Reg. 2. v. 10. scribitur, Regnauit duos annos super Israel, Præteritum illud est plusquam perfectum, q. d. iam regnauerat duos annos quando hæc gesta sunt, quæ illic narrantur. R. Leui.)
 Verum non desinebat regnare Dauid in Hebron super tribum Iuda, quousque post septem illos annos & semis rex vniuersorum Israelitarum electus est, & ad id. tertio vnctus in Hierusalem, in annos 33, ætatis, circiter trigesimo 1. Par. 3.
 Crebris interim præliis inter Abner & Ioab duces Regum Isbaalis & Dauidis concursum, donec mortuo Isbaale natu maiores publico consensu regnum totius gentis ei detulerunt. 1. Reg. 5. 1. Par. 11.
 Ter vnctus fuit, primum in Bethlehem per Samuelem cum oues pasceret. iterum in Hebron post mortem Saülis. Tertium in Hierusalem post mortem Isbaalis.
 Primum deinde opus, quod Iebuseum statim è Hierusalem pepulit & arcem Sion occupauit, ibique domum Cedrinam sibi & posteritati ædificauit. A quo tempore Hierusalem regni metropolis facta.
 2 Arcam Domini, ab annis 20. in Cariat-Iearim in domo Aminadab confidentem, in domum Obed Edom Leuitæ Gettei, magna solennitate & procerum concursu intulit. 1. Par. 13.
 3 Profectus in se Palestinos fugauit. 2. Reg. 5. 1. Par. 14.
 4 Palestinos iterum vicit. *Ibid.*
 5 Arcam è domo Obed Edom Leuitæ in Sion cum Plausu retulit in Tabernaculum, quod ei tetenderat, 1. Par. 15.
 6 Cum otium ab hostibus haberet, consuluit Nathan de templo ædificando, sed de eius consilio negotium ad successorem reiectum est.
 7 Multa bella gessit prosperè, humiliavit Philistheos, percussit Moab, Syros posito in Syria Damasci præsidio, & tributo, Idumeos, &c. 2. Reg. 8.
 8 Bellum Ammoniticum, in quo, per speciem honoris, neci Vriam Bethsabeæ maritum neci obiecit, indeque Bethsabeam sibi copulauit. 2. Reg. 11.
 9 Duo inde bella ciuilia, contra Absalom, deinde Sebam.
 10 Quatuor inde bella contra Palestinos, vnum irrumptibus Palestinis in Israel. Secundum & tertium in Gob contra eisdem. Quartum in Geth, atque omnibus in locis feliciter pugnatum, 2. Reg. 21.
 11 Populum recensuit ad decies centena & trecenta ciuium millia. Quod opus cum Deo esset inuisum, ex iis pestilentia trium dierum, 70. millia absumpsit.
 12 Odas, Hymnos, Psalmos, & omnis generis Cantica, cõdidit vario metro. Quosdam trimetros, alios pentametros, tetrametros, hexametros, &c. ad instrumenta musica decem generum. (*Kimhiè Talmudicis in Psal. 4.*) Ex eo ergo & Mose poematum est origo.

Anni Diluuij 1420
 3. Reg. 5. 1. Par. 3. 1460
 1460

Anni mundi. 3106
 18
 Regum autem post Saulem primus.
 DAVID imperauit an. 40. 3145
 Abiathar Pontifice.
 Asaph, Heman, Jeduthun, Nathan & Gad Prophetis
 Eupalo Assyriorum 30 rege an. 38. deinde 31. Laostene an. 45.
 3146

Anni Diluuij. 1420
 1460

Anni mundi. 3106
 Euristeo primo rege Lacedaemoniorum an. 42. deinde Argi an. 1. & Arbestrato an. 35.
 Alethe primo Corinthiorum reg. an. 35 deinde Ixione. an. 37.
 Medone Arconthe primo Athenarum an. 20:
 3146

Eos cantare Sabbatis præcipuè, & ceteris festis Leuitas docuit. Instrumentum præcipuum erat Kinnor, decè chordis constans, & plectro egens. Hinc Nabulum duodecim sonos modulòsque habens, tractatum digitis. Cymbala aerea lata grandiaque (*Iosep. lib. 7. Antiq. c. 10.*) Cæterorum ratio intercedit, vt Hebræi in Psalmos fatentur.
 Ex lucubrationibus & Psalmis decem horum suum Psalterium in quinque libros distinctum perfecit. Adæ, Melchisedech, Mosi, Ethan Orientalis, Asaph, Heman, Jeduthun, & trium filiorum Choræ, Asir, Elcanæ & Abiasaph, In *Talmud Tract. Baba Bathra cap. 1.* Cæteros agnoscens, loco Adæ & Melchisedech vnum Salomonem ponit Hieronymus prolog. in Psalterium. Græci verò etiam Ezram, Aggeum, & Zachariam addunt. Nam solum Dauidem omnium esse auctorem repugnat ipsorum inscriptionibus, phrasi & stylo.
 Solus Iulianus. Apostata pietatis odio apud Cyrillum lib. 7. contra eundem, inficiatus est, fuisse poemam apud Hebræos. Interciderat quidem eius scandedi ratio ipsius temporibus, quemadmodum & hodie magna ex parte Pindari & similium: at non propterea desierunt scribi metricè toti ferè hi sex, Iob, Psalmi, Proueria, Ecclesiastes, Canticum Canticorum & Threni, præter innumerabilia cantica & versus, qui in reliquis sacris scriptoribus interseruntur, vt Exod. 15. Deut. 32. Iud. 5. 38. & Abac 3.
 Mensuræ siue metri rationem & proportionem conati sunt nominare Iosephus in Dauide & Salomone. *Euseb. lib. 11. de Prepar. Hieronym. cum alibi tum ad Paulam V. bicã, Isidorus, &c.* Hebræi hinc sunt muti. Nam scandedi modum fatentur se ignorare. Hoc vnum aiunt in Tractatu Sopherim siue de Scribis, versus Canticorum siue carminum Biblicorum non paucos in suum statum iuxta mensuræ rationem à Scribis restitutos, cum antea fuissent à librariis confusè & permixtè scripti. Solus R. Mose Habib, quod sciam, sic eam attingit.
 Carmina veterum sacra, vt in Psalmis, Iob, Prouerbiis, sunt disticha. Alia autem mensurantur certo syllabarum numero, ita vt prior versus posteriore, nunc sit longior, nunc breuior, prout genius componentis tulerit. Alia mensura constant equali, nisi quod interdum versus prior à posteriori differt numero quidem syllabaram, sed non temporum, Nam illud discrimen suppleunt per aurium consonantiam & gutturalium motiones, aut absorbent inæqualitatem vocis lenocinio & melodia vt cum apud Latinos & Græcos pro Iambo Tribachus, pro Spondeo dactylus vel anapestus pro dactylo proceleumaticus, &c. ponitur. Hoc postea illustrat ex èplis è Psal. 119. 146. Prou. & Iob 6.
 Culpa videtur in Masoritas conferenda. Nam dum distingunt diligentius versus per sententiæ (quam conceperat) membra & periodos, metra siue mensuras versus non modo neglexerunt, verum etiam considerunt atque miscuerunt, quas fortasse propius seruauerant 70. Vt nõ mirum sit, si inter vtroque nonnunquam distinctionum in notandis versus varietas reperitur.
 Nathan vates prædicit Christum venturum, qui Ecclesiam ædificaret. 2. Reg. 7. post Samuelem Dauidis gesta conscribit, in fine 1. Paralip.
 Dauidem adulterij arguit, Salomoni regnum procurat. 3. Reg. 1.
 Eius nomine Dauid vnus è quatuor filiis in Hierusalem de Bethsabea filia Amihel susceptis, Nathan appellat

2. Reg. 5. & 1. Paral. 3. Ex quo orta est virgo Maria, Luc. 3. Quemadmodum ex altero Bethsabea filio Salomone, Ioseph. Christi adoptiuus per originem accepit. Mat. 1.

Hic autem Nathan proximus erat frater Salomonis & Bethsabea. Ita eius linea erat regno proxima, Ex quo intellegimus Christum ex parte Patris adoptiuum & veram matris regni Dauidis fuisse proximum & legitimum haeredem.

Hinc claret Lyranum errasse, cum scriberet Matt. 1. Nathan ex quo ortus recenseretur Christus non fuisse filium Dauidis naturalem, sed adoptiuum. Neque enim intellexit hunc Nathan alium fuisse a Nathan propheta.

Præter hos duos habuit Dauid filios alios numero 17 nominatos, 1. Par. 3, & septem vel octo vxoribus. Nam multo plures habuit concubinis. 1. vxoribus vsuariis, Ibid.

Abiathar Pontifex. 1. Reg. 22. Hunc & Sadoc temporibus Dauidis summos sacerdotes fuisse tradit R. Selomo, 1. Par. 27. Sed vltimo capite eiusdem libri se exponit. Nempe Abiathar quod vnxisset Adoniam in regem fuisse depositum, & Sadoc vnctum, vt Salomonem vngeret.

Kimhi, Ibid. cap. 27. initio regni ante istos Ioiam probat fuisse illo officio functum & 1. Par. 11.

Gad Propheta monet Dauidem vt fugiat in Hareth, 1. Reg. 22. cuius nuntiat Deum iratum, quod populum numerasset. 2. Reg. 24, prædicit locum templo destinatum fuisse montem Moria. Dauidis gesta perscribit in fine 1. Paral.

Asaph cum fratribus nobilis Musica & sacra eruditione, 1. Par. 6. auctor duodecim Psalmodum. Kimhi. præfat. Psal. de stirpe Gerfom filij Leui.

Heman nepos Samuëlis, celebris & musica & doctrina sacra nomine. 1. Paralip. 26. & 6. Inter 11 Psalmodum conditores numeratur. In Baba Bathra. de stirpe Caath filij Leui.

Ethan de tertia stirpe Leui, nempe Merari Archimusicus insignis, 1. Par. 6. cui nonnulli Psalmi dicantur, vel scribuntur.

Gad & Nathan prophetae disposuerunt cum Dauid res ad templum pertinentes. Seder. cap. 20.

Eos post Samuelem nactus est Dauid rerum suarum scriptores, 1. Par. ult.

Præter Tabernaculum a Mose constructum, alterum Dauid fabricat in monte Sion. 2. Reg. 16. In quod arcam infert constitutis Asaph & aliis cantoribus ad quotidianas preces peragendas, 1. Par. 15 & 16. relictus interim in Gabaon tabernaculo foederis, altari aeneo, candelabro mensa, igne coelitus delapso, vsque ad dedicationem templi, id est, annum 10 vel 11 Salomonis.

Nam in exelfo Gabaon Dauid ad Tabernaculum Mosaicum, Sadoc Sacerdotem & fratres eius ad peragenda quotidiana sacrificia mane & vesperi reliquit, 1. Par. 6. cum Hemon & Ieduthun, cantoribus.

Priuatim habebat suum sacerdotem Hiram Hiraicem, 2. Reg. 20.

Sadoc item & Abimelec filium Abiathar, 1. Par. 18, suum Propheram Gad, Par. 21, suum sapientem Heman, 1. Par. 25.

Testamento legauit quaecunque satis essent ad ædificationem templi, cuius etiam exemplar & descriptionem Salomoni reliquit, 1. Paral. ult. Salomonem filium in pij præceptoris Nathan Prophetae manum & disciplinam dedit, 2. Reg. 12. Primo anno regni constituit rem diuinam & perfecit, quæ extant 1. Par. 15 & 16. 2. Reg. 6

Anni Diluuij 1420

Anni mundi. 3106

In Europa.

Sicyoniorum Corace rege decimo sexto, deinde Epepeo, an. 35.

Latinorum Aenea Syluio, an. 3, deinde Alba Syluio, an. 29.

DAUIDIS SÆCULO

1460

3146

Anni Diluuij.

1420

Anni mundi.

3106

DAUIDIS SÆCULO

Forma Veri principis, non Cyrus Xenophontius, Regnum enim auspiciatur a restituendo & reformando cultu Domini. Toto vitæ tempore etiam inter granissima bella in loculis reposuit necessaria, ad decus tanti templi, Denique Salomonem obstrinxit ad eius exædificationem. Finem regni pietate terminauit, vltimo vitæ anno, custodias & ministeria cleri restaurans, sacerdotia & statum religionis ordinans. 1. Paralipomen. 26. Semper fauuit musarum piis cultoribus, vt Ieduthun, & aliis, qui partem Psalmorum conscripserunt. Ibid. rem bellicam constituit, fortes & strenuos præcipuis honoribus & muneribus affecit, inter quos 30 fortissimi excelluerunt, 1. Paral. 11. In extremo morbo aulicos suo limine exclusit, prophetam Nathan & similes intromisit. 3. Reg. 1. Verbum Dei habens in ore, pietatem & Dei metum commendans, Deo denique benedicens, animam reddidit. 3. Reg. 1.

Annis septem in Hebron regnauit, & 33, in Hierusalem 2. Reg. 5.

Anno regni & vitæ vltimo, statum & formam sacerdotalis & Leuitici ordinis, præsertim e iudicio Nathan & Gad, componit redigitque in certum ordinem res & officia, Seder. cap. 14. & 20. Diuisit in 24 classes, vetuitque ne alij aliorum ordinem perturbarent. Antea quisque Leuita vnde cunque Hierosolymam venisset, quolibet tempore habebat potestatem ingerendi se ministerio, citra discrimen. Deut. 18. vers. 7. Ioseph. Antiq. lib. 7. c. 9. id est, ea, perfectæ quæ narrantur, 1. Par. 22. & quatuor sequentibus.

Præbuit specimen futuræ virtutis & fortitudinis, dum a prima iuuentute leonem, vsus, & gigantem Goliath mira audacia confecit, 1. Reg. 17.

Suo exemplo triginta septem Heroas reddidit, quorum minimus nullo comite poterat exercitum magnum vel fundere, vel certe sustinere, 2. Reg. 23. Ioseph. lib. 7. Antiq. cap. 10. de qualibus Martial. Acies Umbone repellunt.

Palestinos, Idumeos, Ammonitas, Moabitas, Damascusos, Syros, Sopherios, vicinos denique populos ad Euphratem vsque, sibi vectigales reddidit. Postea etiam traiecit Euphrate Mesopotamios vicit, amplissimam imperij molem Salomoni relinquens. Ioseph. lib. 7. Antiq. cap. 5. & sq. e lib. Reg. & Paralip.

Iebuseis autem Sion eripuit, & montem illum struxit tam sumptuosus & crebris edificiis, circumpositis manibus, vt urbem fecerit de suo nomine urbem Dauid appellatam, 1. Par. 11. siue Hierusalem superiorem. Nam inferior & antiqua ad radices montis Sion iacebat.

Montis illius reliquam partem ædificauit Ioab. Ibid.

Eius felicitati plurimum nocuit adulteriū cum Bethsabea, multasq; calamitates importauit. 1. Quod filium ex ea susceptum die septimo amisit. 2. Quod Amnon eius primogenitus sororem fratris sui Absalom contempnerat. 3. Quod Absalom ad vindicandam sororem, Amnonem interfecerit. 4. Quod Absalom in Hebron regnum contra ipsum, Israëlitis ad eum confluentibus occuparit. 5. Quod idem relictas Patris decem concubinas Hierosolimis violauerit. 6. Quod denique aliud bellum ciuile Sebâ suscitavit.

In insignibus (quod sequuti sunt deinceps Reges Iuda) gerebat leonem. Sic antea vexillum castrorum Iuda in deserto. Sic deinceps Regum Iuda annuli signatorij R. Abraham in Cab. historica. Eò fortasse alluditur in Apoc. Leo de tribu Iuda, id est, Christus.

1460

3146

Nummos argenteos cudi iubebat pondere dimidiæ vn-
cæ, in quorum vno latere forma esset vasculi manna ple-
ni (quale in arca fuerat repositum) cum hac scriptura,
Sequel Israël, in altero Rami, qualis in virga Aaronis fron-
duerat cum hac, *Ierusalem Kadosa*. Similem se vidisse in
terra sancta scribit R. Mose Gerundenis com. in finem
Pentateuchi, & hæc tempora ostentare ex eo colligit, quia
cusus signatusque erat totius Israël nomine. Item quo-
niam Hierusalem ipsis duodecim tribubus æqualiter
tum significabatur fuisse regia & sancta. Denique quia li-
teris Samaritanis. Nam eiusmodi erat literatura Hebrai-
ca, ante decem tribuum à duabus secessionem.

Quatuor millia cantorum instituit postquam arcam è
domo Obed-Edom in tætorium ad id in monte Sion stru-
ctum transtulisset, quorum principes tres fuerunt, Afaph,
Heman, Ieduthun musica & aliarum disciplinarum, Pro-
phetiæ sanctitatis & laude clarissimi. *Seder O. lam. 1. Par. 6.*
Eorum nomine multi Psalmi extat. Ethan additur, *1. Par. 6.*

Cantores, Leuitas alios & sacerdotes ditavit amplif-
simis redditibus, et si antea suas haberent vrbes, villas,
agros, Palatia (מירח 1. Par. 6) in singulis tribuum fortibus
multis parcens sumptibus, vt Dei cultus celebrior esset
ac sollemior. *Ibid.*

Vt per vices officio fungerentur & varis instrumentis
Deum laudaret, cytharis, psalteriis, & cymbalis. Nam ad Mo-
saicas tubas alia instrumenta musica adiecit, *1b. c. 23. 24 & 25.*

De filiis Isachar erant viri eruditi, qui nouerant singu-
la tempora, ad docendum quid facere deberet Israël. *1. Par.*
12. id est, è veteribus Rabbiniis, Mathematici, qui scirent
intercalare annos, fastos constituere, siderum conuersio-
nes & cursus supputare, quales multi florebant tempore
Ezechiaë. *R. David ibid.*

Iam tum Iudæi sese disperferant per multas Orientis
regiones, Verbi gratia à fluuio Aegypti Nilo vsque ad in-
troitum Hamath (id est, Epiphaniæ, vel iuxta alios Antio-
chiæ) *1. Par. 13.*

Profana Rege David.

Iones duce Neleo, Androclo, & ceteris Codri filiis in
Asiam migrarunt, & duodecim vrbes Ephesum, & c. in mi-
nori Asia, & vicinis insulis condiderunt an 522 antequam
à Cyro vincerentur. *Herod lib. 1.*

Lydiæ maris imperium tenent,

Ne Scoti Anglis videantur multò inferiores, hic Alba-
nactum Regem suum primum fingunt.

Medon Codri nouissimi Regis, qui mutata veste à La-
cedæmoniis interemptus est, filius primus Archon A-
theniensium, à quo posteri Medontidæ dicti vsque ad Ca-
ropem. *Velleius Pater lib. 1.*

Tyria classis pollens mari in extremo orbis nostri ter-
mino Gades condit, & post paucos annos Vticam in Afri-
ca, *Ibid.*

Peloponneses iterum cõtra Athenienses bel mouet.

Ixion secundus Corinthiorum rex an. 37.

Argis secundus rex Lacedæmoniorum an. 1. Argestra-
tus deinde an. 35.

¶ SADOc primus Pontif. templi, quod Salomon ædifica-
uit, *3. Reg. 2.* viuo Dauide electus & inunctus, vt vngeret
Salomonem Abiathare à comitiis per Dauidem indictis
deposito, quia Adoniam vnixerat contra Dei oraculum, &
Dauidis testamentum. *1. Par. ult. & ibid. R. Selomo.*

Denique Azaria s. r. *Paral. 6.* Vbi Catalogus Sacerdotum
de stirpe Eleazaris. In quo, qui non tam successio summo

Anni
Diluuij.
1420

Anni
mundi.
3106

*Secunda Synodus, Sadoc & Abi-
melech filio Abiathar pontificibus,
1. Paral. 24 (Nempe vices gerebant
Abiatharis summi Pontificis) Gad
vidente & Nathã Propheta 2. Par.
29. In ea congregauit David omnes
principes Israël, sacerdotes & Leui-
tas. De reformanda Ecclesia, & Ec-
clesiæ ministerijs, Sacerdotibus in 24
ordines distinguendis. Leuitis in di-
uersa templi ministeria, officia, sortes
distribuendis, & c. 1. Par. 24. 25, 26.
Hoc tangit Ioseph. lib. 7. Antiq. c. 9.
vbi docet Dauidem reformasse in-
stitutum Moysi (Deut. 18. vers. 7.)*

19
Regum autem 2.
¶ SALOMON templum
ædificare cœpit, an. 4.

1460
3. Reg. 6.
1464
1464

3146
3150
3150

Anni
mundi.
3146

Sadoc Pontifice.

*Laostene rege Assyriorum
31. an. 45.*

SALOMONIS SECVLO

rum Pontificum, quàm sacerdotum illius generis, textitur
(cùm Pontifices etiam sumpti sint è stirpe Ithamaris se-
cundo geniti Aaronis, pro Cleri, principum & populi af-
fectu summos Pontifices tibi in contextu numerabimus
è breuioribus Hebræorum Chronicis. Alioqui eorum no-
minandorum diuersa est ratio, tam in chronicis Iudaicis
& Iosepho, quàm in libris Regum & Paralipomenon. Mo-
do enim nominatur Pontifex, qui pontificatum admini-
strare debuit, è prima Eleazaris stirpe, modo ex altera,
qui reipsa, principum temeritate administrabat. Priore
modo *1. Paral. 6.* successiones Pontificum describuntur.
Nempe secundum filiorum ex Patribus seriem (nulla ha-
bita ratione vsus & functionis) ab Aaron vsque ad Aza-
riam Pontificem, ab Azaria vsque ad Iosedec, qui in capti-
uitatem ductus est, cuique post reditum successit filius
Iesus Domini nostri typus, *Zac. 3.* Cuius successio *Nche.*
12. ad vsque Iaddo Alexandro magno obuiam profec-
tum memoratur, vt Synagoga perenni & continua serie
ad Christum summum Regem & Pontificem perduceretur
Istius successione tantam esse vim intellexit Andronicus
Iudæorum contra Samaritanos hæreticos patronus, vt
ex ea apud Ptolemæum regem, Hierosolymitanam cathedram
veram esse Mosaicæ ecclesiæ sedem, non Garizeam
euerit. *Ioseph. lib. 1. Ant. cap. 6.*

Antea illis in locis sacrificare fas fuit, vbi Arca vel Ta-
bernaculum à Mose fabricatum constiterat.

Hebræi colliunt è cap. 12. Deut. licuisse vbilibet sacri-
ficare, quo tempore versabantur in deserto. Post ingres-
sum in terram, tantum in Silo, postquam illic à Iosue ta-
bernaculum fixum fuit, vsque ad Heli sacerdotis & iudi-
cis mortem: sub quo capta Arca, rursus in variis locis of-
ferre licuit, donec extrueretur templum Salomonicum.
Nam arca reddita à Philisteis, translata fuit è Bethsames
primo in Cariath-Iearim, secundò in Mafphat, tertio
in Galgal, quartò in Nob vrbe Sacerdotum, quam euer-
tit Saul propter Achimelec, quinto in Gabaon, sexto in
domum Obed-Edom, septimò in domum David, octauò
in Salomonis templum stabile & immotum Nam fuisse
arcam in Silo, Nob & Gabaon reperias apud Kimhi *1.*
Par. 15. v. 18.

Arca tamen stationes paulò aliter commemorat ipse-
met Kimhi in Psal. 24. & *1. Paral. 17.* Arca (inquit) translata
est de deserto in Galgal, de Galgal in Silo. E Silo in terram
Philistim. Illinc in Bethsames. E Bethsames in Cariath-Ie-
arim. E Cariath-Iearim in domum Obed-Edom, è domo
Obed-Edom in urbem David. Denique in Sanctum san-
ctorum tempore Salomonis.

Transiit à Cariath-Iearim, ad domum Obed-Edom in
Gabaon, quasi in Mafphat, Galgal, Nob, Gabaon, tensum
esset duntaxat tabernaculum, arca autem hæreret in do-
mo Obed-Edom, tertio loco, postquam à Palestinis fuisset
remissa.

Quod sanè confirmat *1. Par. 17.* Quandiu (inquit) arca
fuit in Cariath-Iearim, Tabernaculum & altare erant ali-
bi, nempe in Nob & Gabaon. Potuit interferere, in Maf-
phat, in Galgal, in Nob, denique in Gabaon.

Jonathan & Iddo propheta. Aliqui addunt Agur è cap.
30. Prouerb.

Calcol & Dorda fratres sapientiæ, philosophiæque en-
comio insignes. *Ioseph. lib. 8. Antiq. cap. 2.*

Sapientes Orientis celebrantur. *3. Reg. 4.*
Vt David Græcorum lyricus, ita Salomon Dramaticis

3150

antiquior est.

Sub finem ætatis amissum per idololatriam Spiritum S. recepit & scripsit prouerbia, ubi sanctæ vitæ præcepta dat. Canticum Canticorum, id est, Drama siue parabolam de intima Dei, vel filij Dei cum sponsa Ecclesia coniunctione atque charitate, denique Ecclesiasten, de mundi contemptu. *Seder.*

Ecclesiasten continere pœnitentiari Salomonis, cùm de ante acta vitæ rum maximè de idololatria, inque eius resipiscentiæ testimonium editum esse Hebræi putant. Cuiusmodi etiam narrat de Prouerbiis, *Hierony in 43. Ezech.* Ipse externi templi fabricator Salomon peccauit & Deum offendit, licet postea egerit pœnitentiam scribens Prouerbia, in quibus ait nouissimè, Ego egi pœnitentiam & respexi vt eligerem disciplinam.

Cætera eius opera innumerabilia 3. Reg. 4. intercederunt. Philosophatus est à Cedro, quæ alias arbores, celsitudine vincere conatur, ad hysopum vsque fruticum minimam. Octo millia librorum composuit, nempe 5000. odarum & carminum. 3000. Dramatum, parabolarum & *ἐπιγράμ.* Quotempore in Aegypto omne doctrinæ sapientiæ que genus florebat. 3. Reg. 4. *Ioseph. li. 8. Antiq. cap. 2.*

Inter illos erat liber precatationum siue præcantationum, quo docebat modum depellendarum ægritudinum. Illum esse puto, quem R. Kimhi inscribit de morborum curationibus è Talmudicorum traditionibus com. in cap. 4. 3. Reg. quo maiores vsos ait instar Hippocratis & Galeni. Reliquerat & librum de exorcismis siue adiurationibus ad fugandos dæmones. Nam facultatè contra dæmones callebat dono sibi diuinitus inspirato. *Ioseph. lib. Antiq. cap. 2.* quem Origenes tractatu 35. in Matth. sua ætate extitisse significat.

Hinc detegitur igne vindicanda Magorum nostri temporis impostura, qui nomine Salomonis abutuntur ad dæmones euocandos, cùm è contrario eos non euocare, sed pellere suis libris docuerit. E quibus exorcismos Vetus synagoga desumpserat in dæmoniacorum solatium & liberationem vsurpatos Christi sæculo Act. 19. & adhuc vim habentes Iosephi temporibus inspectante miraculum Vespasiano. *lib. 8. Antiq. cap. 2.*

Nempe quendam modum exorcifandi condiderat, quo dæmones adiurati ex obsessis pellebantur corporibus, cui officio mancipati Exorcistæ vocabantur. *Dist. 21. §. 1. Zonar. tom. 1. cap. 58.*

Libri ergo Salomoni impiè attributi sunt, qui inscribuntur Salomonis incantationes, 2 clauicula Salomonis 3 Annulus Salomonis. Nam eorum primus apertè est sceleratus, medius continet elementa & institutiones magicas, estque veluti clauis Magiæ ad dæmonas circulis, characteribus, variis figuris, ceremoniis, & eiusmodi absurditatibus illiciendos, etiam si ita incipiat, Initium & finis libri huius, est timere Deum. Tertio doceri aiunt, quo pacto dæmon in gemmam annuli accersatur & illigetur,

Templum à Salomone constructum annis centum & quadraginta tribus, priusquam Tyrij Carthaginem coloniam conderent. *Ioseph. lib. 8. Antiq. e. Tyrionum annalibus, & libr. 1. contra Apionem.*

Apud Aegyptios regnabat Vaphres. *Euseb. lib. 9. de Prepa. ex Eupolemo.*

Anni Diluuij

1460

Jonathan, Iddo & Ahia Sionite prophetantibus.

Argestrateo Lacedæmoni orū & labore an. 37.

Ixione & Agelao an. 37, Corinthiorum.

Agasto an. 36. Atheniensium Archonte.

Latinorum Aegypto siue Ati Syluio, an. 24.

Sicyoniorum Epopeo regè decimo septimo.

1464

HAC

HAC QUARTA ÆTATE DOCTRINAM ECCLESIAE FVISSE PERPETVATAM SIC DOCETVR ex ipsius Scriptoribus & Prophetis.

QUARTA ætate sacra doctrina & vetus religio non modo perpetuatur, verum etiã mirè illustratur, amplificatur & crescit. Nam lex data pro remedio quodã aduersus falsas religiones & Idolomaniã omnia obruentes. Vnitas Dei. *Exod. 20. Non erunt tibi dij alij coram me Deut. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est, 32. Videte quod ego solus & non sit alius Deus præter me. 4. Dominus ipse est Deus, & non est alius præter vnum, &c. Quod repetit David Ps. 17, 85, 82. &c. Trinitatis mysterium. Deut. 4. secundum literam Hebraicam. Quanam est gens, quæ habeat Deos tam propinquos sibi, 5. Audiuimus (inquit populus) vocem Deorum inuenitum, qui de medio ignis loquitur. 10. Dominus Deus vester ipse est Dñs Deorum, & Domini Dominantium. Ios. ultim. Non poteritis seruire Domino, quoniam Dñs sancti est, 2. Reg. 7. Israel gens in terra, propter quam iucrunt Dñs, vt redimerent sibi eam, ad quod explicandum, 1. Par. 17. scribitur Iuit Dñs. Psal. 111. rectum viderunt vultus eorum (ωπὸς ὤματα persona & hypostases) quod R. Iaphet citante Abben Ezra cum similibus locis confert ad mysterium Triadis illuminandum. 54. & 116. Dominus est susceptores mei, Dominus est adiutor mei, 58. utique sunt Dñs indicantes in terra, Psal. 29. tribute Domino filij Deorum tribute Domino gloriam, 89. quis assimilabitur Deo in filijs Deorum, id est, in angelis à Patre, Filio & Spiritu Sancto procreatis, 47. Dñs fortes terre vehementer eleuati sunt, 136. Consitemini Dominis Dominorum. 149. Letetur Israel in factioribus suis. Præter infinita alia huius arcani semina, in quibus passim per totam Scripturam Deus nunc forma & numero singulari. Ia, El, Elion, Eloah, Adon, אלהים ob singularitatè unitatèque essentia, nunc plurali Elohim, Saddai, Adonai, Elim, Elohe, Tsebaoth, propter pluralitatem siue terniorem personarum vocatur & inuocatur, in quibus etiã scorsim Dei filius & Spiritus S. insinuantur. *Exod. 33. Dei filius Mosi, Ego ostendam (ait) omne bonum tibi, & vocabo nomen Domini (.i. Patris) coram te, & alibi. Ascende ad Dominum (.i. Patrem) in montem. Quin & Deus ipse, Exod. 23. attribuit Angelū Israeli, vt eum obseruet, eius vocem audiat, & intra se nomen suum Tetragrammati habeat. Mitatron Cabbalici appellant, mira de eo narrantes, vt Elias in suo Tisbi attingit, Iesum Apost. Iudas et Paulus. 1. Cor. 10. quem scribunt Israelitas ex Aegypto eduxisse, et in terram sanctam introduxisse. Psal. 44. 96. 102. 109, & c. de eo sunt toti, sed nec Psal. 2. à filij vocabulo abstinet, &c. Quantum ad Spiritum S. Exod. 35. Impleuit eum Spiritus Dei, Numer. 11. super Eldad & Medad requieuit Spiritus Domini, vbi Targhum Hierosolymitanum, super eos insederat Spiritus S. Ps. 50, 139, 143, &c. In Christum fides eiusque expectatio. *Deut. 18. Suscitabit vobis Prophetam, &c. Num. 24. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, vbi Onkelos Chaldaeus, Et magnificabitur Messias, Exod. 12. Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de terra Aegypti, vbi Targhum Hieros. Moses eduxit de medio deserti. Rex autem Messias de medio Romani exilij. Hic quemadmodum ille, loquetur in summitate nubis. Verbum autem Domini loquitur inter virumque ipsis pariter ambulantibus. Hac est nox Pasche, &c. Num. 11. Eldad & Medad vaticinantur in deserto: nempe de Christo, Gog & Magog ex eodem Targhum. Numer. 24. efferetur regnum illius, Targhum idem, & magnificabitur regnum ipsius Regis Messie. De quo & complures Psal. vt 2, 21, 44, 68, 71, 88, 108, 109, 131, &c. 2. Reg. 7. Prætereã articulus fidei Iudaorum 12. vbi illi, Est necesse (inquunt) credere in Messiam, eum amare, orare pro ipsius aduentu, quemadmodum nunciatum est per os Prophetarum omnium ab ipso Mose ad vsque Malachiam. Quicumque enim de eo apud se dubitat, mendacij arguit vniuersam legem, quæ Messiam sperare cerio iubet in sectione Balaam (Numer. 24.) & in sectione, Vos statis hodie (Deut. 29. & 30) Denique caput Helec in Talmud tractatu Sanedrini, & cap. 11. Maiemonim. Figuræ per totum Leuiticum & Iosue, per totam historiam Samuelis & Nathan, id est, primi & secundi Reg. item in crurifragio, extensione manum Mosi in crucis formam, serpente aheneo, arca, que crux erat contracta, &c. *Exod. 12. Numer. 9, 19, 21. Deuter. 28, 32. Sacerdotium externum, publicum ministerium & eius varij ordines, Exod. 29. 1. Paralipom. 6, 9, 23, 24, 25, 26. quibus capitibus Leuita diuiduntur in sacerdotes, doctores, indices, siue diaconos, cantores, siue psaltas, Ianitores, denique thesaurarios siue sacrificas. Deut. 17 et 19. Totus denique Leuiti. Benedictiones Sacerdotum, Psal. 117. Cuius rei formula concepta est, Num. 6. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te Ostendat Dominus faciem suam tibi & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te & det tibi pacem. vbi Hebræi sex necessario requiri docent, 1 vt proferatur lingua sancta, 2 vt stando fundatur, 3 vt alta voce pronudciatur, 4 vt manus attollant sacerdotes, 5 vt versus populum, vel eum cui benedicitur faciem habeant, 6 vt fiat in nomine Dei Tetragrammato. Atque hæc quidè in tractatu Talmudico Bircath Cohanim, & prima parte Maiemonim, cap. 14. pag. 49, Verum septimum adde, nempe trinã repetitionem nominis Domini siue Tetragrammati, et formam sententiæ atque distinctionem, in qua Pater, Benedicat, et custodiat, Filius, ostendat faciem suam et misereatur, Spiritus S. conuertat vultum suum, & det pacem. Nam hæc trina replicatio erat expressa inuocatio S. Trinitatis. Vestes religiosæ, & ornamenta facta, *Exod. 28, 39, 25, 26, 27, 30, 33, 36, 37, 38, 40. Sacrificia in cruenta in typum Passioni, Christi per multa capita Leuitici multorum generum. Holocautum, Hostia pro peccato, Hostia pro delicto: sacrificium pacificum, votiuum, spontaneum, Toda siue confessionis sine laudis, Agnus Paschalis. In cruenta in quibus nulla erat effuso sanguinis sine inugulatio, in typum Eu-*****

Anni mundi.

181

3150

*charistia, ibid. c. 2 & 7, libamina in liquidis, praeferim vino, Num. 6 & 29. Menahoth in aridis praeferim simila, i. ferta, farinea sacrificia, multorum generum ut Panes Azimi, pugillus simila oleo perfusus, lagan aazy-
ma cocta in clibano & oleo perfusa, lagan a fruxa in Sartagine, lagan a tosta in craticula oleoq; condita, Arista ex
primis & virentibus adhuc frugibus decerpta leniter ad ignem ustulata, in farris modum contracte thureque te-
cta. Sex ha species Leu. 2, quorum mysterium concipiens Dauid Eucharistiam delicatum edulium & animas
saginans promittit Ps. 21, 22, 71. etiam e R. Mose Haddarsan, R. Simeon auctoris Zoar & veterum aliorum Tal-
mudicorum & Rabbiorum interpretatione. Signa fidei, siue sacramentā, Circumcisio Exo. 12. Leu. 2, Deut.
10. Is. 5. Pœnitentia & eius opera, Sacrificium pro peccato, Leu. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 14, 15, 16, 19, 23. Nu. 5,
6, 7, 8, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 19, 29. Hostia pro delicto iisdem ferè locis Leuitici & Numerorum. Confessio autem
peccatorum Leuit. 5. & Num. 5. Purificationes & Baptismata, ut lauacra, sanguinis aspersio, aqua lustralis,
Exod. 12. Leuit. 14, Num. 19. &c. Hinc Exod. 19, v. 10, Moses iubetur triduo ante legem dandam populum
sanctificare continentia ab vxoribus, vestium lotione, &c. Loca religiosa, Tabernaculum, templi portatile &
motorium, Exod. 25, 26, 33, 40, Num. 7, fixum in Silo Is. 18, Sacella multa in excelsis, in quibus arca Domini
steterat, 1. Reg. 4, 7, &c. tentorium nouum arca à Dauide edificatum, 1 Par. 15, & 16. Excelsum Gabaon, 2.
Par. 1. In Bethel, 1 Reg. 10, Altaria holocausti, & incensi, Exod. 2. & 30. Sacrae Imagines, Cherubim duo aurei
iuuuenili forma haerentes propitiatorio, Exo. 25, 28, & seq. Velum contextum Cherubis, & cortinae formis Cheru-
binis sparsa, Exod. 26 & 36, ubi noster interpres, pulchra varietate distincta. Serpens abeneus, Num. 21. Tera-
phim Davidis, quasi lares & penates, 1. Reg. 19, Vexilla Tribuum Heb. 2. Num. e quibus quatuor prima intex-
tas habebant figuras quatuor sanctorum animalium, hominis, leonis, bovis, aquile, de quibus Ezech. cap. 1, &
noster Ioannes in Apocal. Kimbi in secretioribus Commentariis in Ezechielis Quadrigam. Quare preceptum,
Ex. 20, de non faciendo sculptili neque ulla similitudine tribus modis exponunt Rabbini. Primo intelligi de
Idolis ut R. Iaphet & auctor Mechilta, citante R. Leui, Exo. 20, aut de imaginibus caelestibus 48, ut R. Selomo
R. Abraham, ibidem, & ipse Kimbi Ps. 97. neque comprehendere Cherubos, & similia sacra simulachra. Se-
cundo esse preceptum quantum ad ceremoniam pro tempore ob abusum Gentium effusè in Idololatriam ruen-
tium ideoque non obligasse antiquiores Patres, ut Iacob 28 & 35 Gen. Sic R. Isaac Gen. 20 & 18, addens Ma-
gistros hoc docere in illud Deut. 16. Non facies tibi neque eriges statuam, quam odit Dominus. Tertio, Non ado-
rabis, neque coles ea, esse precepti modificationem, nec nisi eius quod dixit, Non facies tibi sculptile aut ullam si-
militudinem, expositionem. Sic R. Ioseph Albo lib. 1. c. 14 quod confirmatur versu 1 cap. 26. Leuit. ubi immutatur
loquendi formula. Non facies: & c. ut adores ea. Sic & noster Tertul. lib. 2. contra Marcionē. Festa, Sabbatum,
Exod. 16, 20, 31, Leuit. 17, 19, 24, 25, Deut. 5. Neomenia, Num. 28 praeter quae quinque erant festa legalia, Leuit.
24: Numer. 28, & 29. Pascha videlicet octo dierum in memoriam liberationis Aegyptiacae, Pentecoste siue fe-
stum Messis siue primitiuorum, i. nouarum frugum Num. 28, octo diebus in memoriam date legis, festum Tubarū
in recordationem vocationis populi in Abraham, Leuit. 13. Num. 29. Tabernaculorū siue festū collectionis (frugum
& uuarum) ad recolendum beneficia in deserto exhibitā, octo diebus. Dies expiationis: Leuit. 16, quibus
acceserunt festū dedicationis Tabernaculi, Exod. 40. Planctus filiae Iephthae die anniuersario, Iud. 11. Religioso-
rū vita & vota Nazarei viriūque sexus, Num. 6, quorū leges sequitur Samsō, Iud. 13 & 16, Samuel, 1 Reg.
1. Virginum consecratio: Iud. 11 in filia Iephthae iuxta Rabbinos. Prophetarū cœtus presidente Samuēle, 1 Reg.
19. De reliquis votis Num. 30 & Leuit. 27. Deut. 23, quae quando redimi possent, docet Ioseph, lib. 4. Antiq. cap.
4. Sanctorum vis & preces. Exod. 32. 33, Recordare Abraham, Isaac & Iacob, quibus irasti per temetip-
sum. Praesidij Angelorum crebra mentio in Mosis lege & Iosue, Iudicimq; historiis. Nomina 12 Patriarcharū
in pectorali summi pontificis & inter solennia sacra, &c. Reliquiae, translatio ossium Ioseph, Exod. 13, in Sichē
Ios. 24. quae & prophetarunt, Eccl. 49. Translati etiam sunt cineres undecim reliquorum Patrum in Aegypto
mortuorum, Act. 7. Posuitque Manna Aaron in Tabernaculo reseruandum, Exod. 16, v. 34. In arca reponitur
asseruanda urna aurea habens Manna & Virga Aaron quae fronderat & tabula testamēti, Heb. 9, & amy-
gdala virgae Aaronis atque flores, et lenticula olei vntionis, et capsella, quā miserāt Philistinū munus Deo Israel,
& Talmudicis in tractatu Ioma et R. Mose 2 parte. Maieomonim pag. 453. Ieiunium, duorum generum: unum
coactum legēque praescriptum Ecclesiasticis respondens. Onasim vocant, i. coactionum, Leu. 16, ieiunium scilicet
expiationis decima die mensis Septembris, ad quod sequentibus atatibus multa adiecta sunt, Zach. 8, & in ca-
lendario Hebraeorum, alterum voluntarium obligans duntaxat post votum, Nu. 30. v. 14. Psal. 34, 68, 108. Ko-
na si m appellant, i. punitio ab abstinentia, quibus scilicet punitur corpus, ut cum quis vouet se abstenturum,
à vino, vel carnibus, Nu. 6: & c. Quin & Quadragesimae exemplum à Mose bis, & iuxta aliquos Rabbinos
ter tot dies ieiunante relicto, Ex. 24, 34, Deu. 9. Inde enim deinceps 40. diebus pro suo modulo multi ieiunarūt
abstinentes à carnibus & vino, in itinere R. Benjamin. Delectus ciborum. Leuit. 11. Deu. 14, Haec sunt ani-
malia, quae comedere debetis: haec quae non comedere, de animantibus siue terra siue aqua siue aeris. Num. 6, qui
se voluerint Domino consecrare: à vino & omni quod inebriare potest abstinebunt, ab aceto & quolibet de vna
expresso, ab vuis recentibus, siccis, passis. 30. v. 14. Votum per ieiunium & ceterarum rerum abstinentiā, ut etiam
exponunt R. Abraham & alii Rabbini. Cura mortuorum, pro eis preces, Purgatorium, Aaron stat cum
Thuribulo inter viuos & mortuos, Dauid ieiunat & parentat Sauli & Ionathae, 1. Reg. vii. oblationes, de quibus
Exod. 25, ad temporarias faculi venturi pœnas relaxandas valere Zoar. docet in sectione Teruma. Rakanati, Le-
uit. 21, ill. ud. 1. Reg. 2. deducit ad inferos & reducit, de certo inferorum loco intelligendum docet, è quo purgata
anima emergant, per ventrem ceti siue balene figurato, Jo. 3, (ut & alij per refugij ciuitates, Numer.) non de
Seol tahitiob (infero inferiore) Siue Abaddon (perditione) Imò vero vetustiores Hebraei in Talmud c. hazā*

Anni mundi.

2670

Anni Diluij

1464

hab (aurum) in tract. Baba Metzia. (porta media) Nam passim septem inferni mansiones constituntur, è quarum
aliis esse exitium, ex alijs non esse docent, reliqua in 13. articulum symboli sui Rabbini docent, nempe Purgatorium
esse pro fidelibus constitutum, ut luant quidem pœnas pro gravitate peccatorū suorum vi hanc se. i. formis & co-
cupiscentia commissorū, postea tamen partem futuri aui obtineant, cum haeretici, infideles, Epicurei & trunca-
tores plantationum (i. piarum patrum traditionū) sint in eternum perituri. Traditiones. Articulus est octauus
Symboli Iudeorum ab eodem Mose processisse duplicem legem vnam scripto (Biktab) alteram traditioni (Beal-
pē, q. per os) & vtramque obligare equaliter. peruenisse autem ad posteros, per Iosueam & Seniores ad Prophetas
& Sacerdotes, indeque ad Scribas & Phariseos, de qua scriptum su. 1. Par. 4. Haec autem sunt verba vetera. Sic
enim appellari Masoreth (traditionem) siue Cabbalam (acceptionem & doctrinam maiorum sine scripto) do-
cet Kimbi, quam post captiuitatem suscitauit Ezras. Atque huic perpetuo Dei cultum fuisse conseruātū apud
suos de Tabernaculis, palmis, tubis, simbriis, ieiunijs, sacrificiorum ritibus, & ecclesiasticis instrumentis, & consimi-
libus, minime lege scripta expressis, pro quibus pugnat contra haereticos karaim (i. biblicos, solum scripturam re-
cipientes) R. Abraham Leuita in sua Cabbala. Vita aeterna, iudicium extremum. Passim in Mose & Psal-
mis. Pro quorum compendio esto illud R. Mose ben Nabaman & Rakanati Leu. 21 pag. 154. Scito eam anima
Cerithuth. i. excisionem, de qua passim Moses magnā spem facere immortaliū animorū, mercedis ac pramiij
futuri. Nā quod saepe Dominus, excindetur, ait, anima illa de medio populi sui, vel excindetur anima ipsa a facie
mea, ostendit eandem ipsam quae peccauerit ob peccatum excindi, reliquas, quae non peccauerint, se coram in subli-
mi luce & splendore victuras. Hoc tu intellige. Resurrectio autem carnis est decimus tertius articulus eorum
Symboli, crebroque à Dauide pingitur. Ceteri articuli de fide, operibus, predestinatione, Iustificacione, etiā con-
trouersi inter nos & Calvinistas abunde illustrantur à scriptoribus sacris huius aetatis, Mose Iosue, Samuel, Na-
than, Dauide, auctore primi Paralipomenon, & alijs si qui sint.



QUINTA AETAS
REGVM, ET VARIO-
rum Mundi principa-
tuum q. virilis aetas
populi Dei.

Quae incipit anno mundi 3150.

Regum Dauidicorum

1464
3. Reg. 11
2. Par. 12.
1500

2
a SALOMON regna-
uit adhuc an. 36.

Pontificet & prophetis iisdem.

Rege eodem Assyriorum
Laosthene.

Sicioniorum Epopeo rege de-
cimo septimo.

isdem apud Lacedaemonios,
Corinthios & Athenienses
regnantibus, deinde.

1500

Archippo Athenarum Ar-
chonte an. 19.

Anni mundi.

3150

3150

3186

3186

AUCTORIS tabernaculi rebus, templum mi-
rabile construit, inuentis inter Israēlitas
centū quinquaginta tribus millibus pro-
felytarum: qui operas suas praestare possēt
ad lapidinas, & ad lapides saxaque in lo-
cum opportunum exportanda. 2. Paral. 2.

Tabernaculum antea mobile & portatile, nunc, pri-
mum capit figi.

Templum istud augustissimum, septem mundi quae ha-
bentur miracula superas, tres praecipuas habuit partes, tē-
plum clausum. 2. Atrium interius siue sacerdotū. 3. Atrium
exterius siue populi, in quo porticus constructa est à Salo-
mone, postquam ille aedem totam perfecisset. 3. Reg. 7.

Progressu tēporis atrium, istud exterius interstitio mu-
rorū fuit separatum, ut anteriore parte viri, posteriore fœ-
minę cōtinerentur, sacerdotūque ab attrio remotiores ef-
sent, vnde atrium nouū. 2. Paral. 20. id est, atrium fœminarū.

Haec autem omnia atria suas habuerunt porticus ad
Meridei & Septētrionis latera, quibus vel imber vel aestus
vitari possent. Tandem atrium profanum siue gentium,
in quod exteri & Israēlita non purificati, ad precandum
conuenire possent, accessit:

Vniuersa hęc muro cingebantur, à quo totū spatium
vsque ad atria contentum mons domus dicebatur. domus
Dei, mons Moria. Nempe in eodō mōtis tractu sunt qua-
tuor colles siue iuga, quae quandoque vna appellatione
Sion dicuntur, aliquādo varia sortiuntur nomina. Primus
est Sion, qui ob sui altitudinem respectu totius terrae, spe-
cula interpretatur. In eo erat arx dicta ciuitas Dauid, quā,
à Hierusalem dirimebat hiatus quidam siue Melo, 2. Reg. 5
Illic erant sepulchra Dauid & Regum. Secundus iste Mo-
ria. Tertius Acra, vbi noua ciuitas. Quartus Gōlgotha.

Omnia illic auro, argento, rebus alijs pretiosissimis cō-
stābāt, ac ut cultus Dei esset honorificētiōr, praeter Cheru-
bos Mosaicos formam iuuenum alatorum ostentantes,
similibus sacris imaginibus omnia reserpsit etiam templi
parietes & introitum. sub finem 6. capitū 3. Reg.
Multa alia adiecit praeter exēplū Mōsi à Deo praescriptū.
Decem mensas panum ad vnam Mosaicam, decem can-
delabra ad vnū, in quibus etiā lucernae perpetuo arderet.

2 Præter concham Moſis ad lauandos ſacerdotes, decem alias conflauit, itẽmque mare magnum.

3 Ultra ambos cherubos, totidem prægrandes confecit, qui & illos obumbrarent cum rota arca.

4 Præter arcæ veſtes, duos alios longe maiores qui à lateribus arcæ ad oſtij Debir duo limina porrigerentur, ne pontifex die expiationis ingrediens huc illuc indecorẽ deſlecteret.

5 Vaſa ſancta & inſtrumenta templi omnia ex puro auro, aliãve pretioſa materia publicauit, & nouæ multipliciſque formæ addidit.

6 Varias cellas, veſtibula, porticus gazophylacia, cœnacula, tabulata, ædes, cubicula, columnas, portas in omnem plagam condidit, quorum nullus fuerat uſus, vel mentio in Tabernaculo Moſis, aut Dei præſcripto exemplari.

7 Sparſit omnia cherubis & ſacri imaginibus, floribus, animalium & rerum aliarum figuris &c.

Sadoch de Eleazaris familia adipiſcitur pontificatum deſiſto à Salomone Abiatharo, qui erat de poſteris Hebra. atque ad eò Ithamaris.

Traditum per Moſem à Domino ſacrificij veteris ordinem, vt paulo ante Dauid, Salomon, Sacerdotum & Leuitarum miniſterio cantorum multiplici numero Pfalmodiorum diuinorum tripudio templi & altaris illuſtri gloria, ſacrorumque vaſorum multitudine ſplendidius amplificauit. *Raportus lib. 2. de Offic. Eccl. cap. 21.*

Sadoch Hebræorum ſummus pontifex octauus, *Eufeb.* nonum ab Aarone Hebræi aliqui faciunt. ſed repugnat ferius à nobis ex aliis locis, præſertim Scripturæ poſita.

Magnificentia ipſius ruruſum eluxit in publicis ædificiis conſtruendis.

Domum regiam ſibi, alterã vxori, tertiam æſtiuam, extra urbem, quæ & domus Saltus Libani appellatur, quod puro Libani ligno conſtaret, denique urbis totius muros à fundamentis extruxit, in quibus omnibus ſuperbè excitatis 13 totos annos conſumpſit.

Regia eius tres ſummas habuit partes, porticum Iudicij cum ſolio regio, Atrium ac denique ædes ipſas. Muri omnes extrinſecus lapidei, intrinſecus cedrini, ad pulchritudinem, durationem & ſanitatem.

Vrbes etiam multas, & in Iudæa & alibi, vt Palmyram iuxta Euphratem magnificentiæ ſuæ teſtes condidit. *Iofeph.*

Opes multas habuit, quæ ex eo æſtimari poſſunt, quod in Sepulchro Patris, magnam auri vim condiderit. Mille enim annis poſt ferẽ Hyrcanus ex vna camera tria talentorum millia, & paulò poſt ex altera totidem Herodes eruit, *Iof. lib. 15. Antiq. c. 16, & lib. 16. c. 11. & lib. 5 belli capite 12.*

Non erat argentum nec alicuius pretij putabatur in diebus eius. *3. Reg. 10.* Quod ſic eſt interpretandum. Nihil faciebat Salomona aurum & argentum minus fortasſe etiamquam lapides. Erat enim nimis magnificus & ſumptuoſus. Non quod aliis, præſertim populo, eſſet cariſſimum. Quoniam in hac Regis abundantia, luxu, ſumptibus, largitionibus, populus egebat, oppreſſus haud dubiè regis exactiõibus & tributis, quæ ideo Salomon cogebatur augere, vt ſuæ profuſioni ſatisfaceret. Id ex hiftoria Roboam filij conſtat.

Fuit primogenitus Pethſabæ ex Dãuide. Nam puer, qui eum præceſſiſſe dicitur, erat adulterinus. Secundo genitus Nathan (alius à propheta. de quo Luc. 3) denique

Anni Diluuij. 1464

3150

3180

Latinorum Ati Syluio, deinde Capit Syluio an. 28.

SALOMONIS SÆCVLO.

Anni Diluuij. 1464

Anni mundi. 3150

SÆCVLO SALOMONIS.

denique Simha & Sobab.

Anno ætatis decimo, vel vndecimo ad ſummum genuit Roboam, etſi puer non dicitur poſſe gignere ante 13 annum & vnum diem. *R. Iſaac.* Hoc facile probatur, quoniam Roboam annum 40 vitæ agens patri 52 annos nato ſucceſſit ex. *3. Reg. 14. & 11.*

Initio regni, id eſt, ætatis duodecimo (vt conantur docere Hebræi apud R. Kimhi, 1. Par. 19. v. 1. nam hoc non eſt ſatis liquidum) urbem muro circumdedit, *3. Reg. 2,* inter duas mulieres ſapienter iudicauit ſapientia ſibi diuinitus indulta.

Regibus vicinarum gentium amicitiam ipſius fœdus petentibus & imperata facere paratis aſſenſit.

Templum ſeptem annis compleuit, nempe regni ſui vndecimo, in monte Moria, qui collis erat montis Sion ſaxoſus, paulum erectus à parte Orientalis ciuitatis, pronus ſuper arcem, quam muro cinxerat, valle profundiffima circumdatus. *Iofeph. lib. 15.*

Dedicauit tẽplum, dicta oratione, maſtatis hoſtiis pacificis ad boum 20 millia, & ouium centum viginti millia. Nempe vt epulo ſacro populum ad celebritatem confluentẽ exciperet. Nam in ſacrificiis pacificis omnia reddebantur ad conuiuandum offerenti, præter adipem & renes, qui adolebantur, & armum dextrum, qui relinquebantur ſacerdotibus.

Summa orationis, vt Deus populum in rebus ſuis opẽ in illo templo implorãtem exaudire vellet ex arca & cœlo. *3. Reg. 8.*

Domum regiam tredecim annis perfecit, nempe regni ſui vigeſimo.

In maxima regni proſperitate coniuges ex alienigenis ſibi ſociauit, & idola, quibus more gentis ſuæ ſacrificarent, habere permisit. Vnde vltionem à Deo meruit. *3. Reg. 11.*

Septingentas vxores & 300 concubinas habuit iam ſenex. Earum idola coluit fanãque eis ſtruxit. *Ibid.* Cui proinde Deus denuntiauit fore vt regnum maiore ex parte filio ademptum ſeruo illius traderetur, Idque ita accidit.

Anno regni quarto filiam Pharaonis duxit. Ita illa cum eo vixit *36. R. Selo. 2. Par. 16.*

Tempore ſenij à mulieribus aliis pertractus eſt ad Idololatriam, ſed reſipuit. *Ibi.*

Multas vrbes ædificauit in Paralipomenis.

Bella pauca geſſit. Vnum contra Syros Sophenos prope Euphratem, quibus victis ædificauit Palmyram in deſerto & alias ciuitates munitiffimas in Emath regione Saphenorum *2. Par. 8.*

Alterum contra Idumeos maris Rubri, quibus eripuit Aſion-Gaber, quæ vrbs poſtea à Ptolomçi Sorore Arfinoẽ dicta eſt, hodie Suez, Turcæque pariet, Rubri maris portus. Deinde Aeloth. *Ibid.*

Ciuiilia duo celeriter oppreſſit Ieroboam, qui Iſraëlitas ad rebellionem inflammauerat, ad Sefac Aegypti regẽ fugiente. & Adad, poſt accenſos in Idumea defectionis ignes in Arabia deſerta dilabente. *3. Reg. 11.*

Razon latronum principem, qui Damascum inuaſerat, ſẽque in ea pro Rege gerebat, ſuſcitatum à Deo propter ſuam Idololatriam perpetuum hoſtem habuit. *Ibid.*

Makeda qui & Nicaula Aethiopum regina (Item Aegypti. *Iof. lib. 6. An. c. 2.*) è Saba Nili inſula, poſtea à Cambyſe

1500

3186

Merco

Meroë appellata, ad Salomonem venit, regni eius quarto (Marinus victorinus de Reg. Ethiopia, vel potius vndecimo. Nam 3. Reg. 11. templum iam erat ædificatum) de lignis arboribus, & cæteris rebus, naturalibus præsertim audita. Filium ex eo conceptum nomine Melich, deinde Dauidem, regnandi iure fœminis sublato, Regem renuntiavit, & nobili imperio Preto Ioannis (quod hodie etiam nunc viget) principium dedit. Ex quo iam tot annos primo legem, deinde Euangelium per Eunuchum & Philippum Apostolum prædicatum seruant, extremam manum adhibente Matth. Ex historia Aethiopica.

Anni Diluuij 1464

Anni mundi. 3150

In Aethiopia secum duxit 12 Iudæorum millia mille scilicet à singulis tribubus, quibus ibi magno numero propagatis, iam Aethiopes, præsertim nobiles se à semine Israël esse gloriantur: Ob eamque causam etiã nunc circumciduntur, non quidem ob salutis necessitatem, vt ipsi obiectantibus Paulum respondent, sed ob sanguinis prærogatiuam. Ex eadem historia.

Hinc fortasse abrepta occasio historiæ vel potius fabulæ de Iudæis fluuio sabbatico in Aethiopia clausis, & eorum imperio florentissimo apud Eldad Daniu, quem olim vertimus.

Regina Saba plantam Balsami dono detulit ad Salomonem, quam & ipse plantauit in agro Hiericuntis. Ioseph. lib. 8. Antiquitat. cap. 3. Eam postea sola Iudæa aluit. Plinius, Hodie sola Aegyptus, vbi etiam fertur sterile scere.

A fixa Axumæ sede regni, quarto loco regnum obtinuisse dicitur. Nam cum antea incertis sedibus Aethiopes regnarent instar Nomadum & Arabum, Arue primus illic sedem constituit annis 400, deinde Agabo frater an. 200. Hinc Ghedur qui & Sabanut, 100. Is totam Aethiopia subegisse scribitur. Denique Makeda huius filia an. 80, quorum quinquagesimo viserit Salomonem post eius quartum, & postea regnarit 27. Hanc autem reliquerit progeniem 22. regum vsque ad Christum.

Melic filius eius & Salomonis an. 29. Andedo filius Melic an. 1. Auda frater 11. Gigasio 3. Zangua 44. Guasio d. 1. Anter 61. Bahara 9. Cauada 2. Chanze 10. Endur 9. Guaza 1. Endrah 1. Chaales 1. Setiia 17. Aglaba 3. Anscua 1. Breguas 17. Guase 17. Befelugna 17. Baazena 27, sub quo Christus. Sed multi præteriti sunt, vel numeri corrupti. Nã vix perueniunt ad extremum huius quintæ ætatis, nedum sextæ, siue Christi.

Habuit Salomon naues traicientes in Tharsis Indiæ regionem ad aurum, argentum, lapides pretiosos, Pauenes, &c. 2. Paral. 8.

Nauigatio erat trium annorum. Quare profundè oportuit penetrare in Orientem & Occidentem. Nam illa Portugallensium hodie, quamuis remotior anno absoluitur, & quando est diuturnissima, sesquianno.

Inter hæc est aurum, quod appellatur Hebræo ibid. cap. 3. Paruaïm, quasi allatum ex vtroque Peru, quod hodie parit Hispano. Eandem negationem repetere voluit Iosaphat cap. 20. nec probabile id intelligi de nauigatione vulgari Indica. Nam illa per mare rubrum semper fuit tritissima & cognita vniversis gentibus, sine qua Orientis opes ad Syriæ, Asiæ minoris, Phœnicæ, Africæ. Europæ regionem nunquam alioqui perueniunt.

Dũ ergo scriptura hoc de Salomone & Iosaphat veluti singulare posito etiã Paruaïm vocabulo, quod dualis est nomen, quis non cernit nouũ hunc orbem nomina-

1500

3186

SALOMONIS SÆCVLO

ri: Qui

Anni Diluuij. 1464

Anni mundi. 3150

SÆCVLO SALOMONIS.

ri: Qui potuit ab ipsis aperiri sulcato mari siue versus Occidentem more Hispanico, siue versus Orientem Molucis præter nauigatis, vt faciunt Lusitani,

Salomon præter alias sapientiæ dotes, etiam numeratur inter 10. Psalmorum conditores à D. Hieron. Prolog. in Psal. quod 72 & 127 eius nomen præferant, cui tres sequentes 128. 129. 130. tribui debeant quia ἀνεμίζητοι ad proximum auctorem referuntur. Hebræi decem quidem faciunt, imo verò vndecim, sed Salomonem prætermittunt, eius loco Adamum & Melchisedech substituentes. Kimhi præf. in Psal.

Eius gesta Nathan vates, Ahias Silonita & Iddo propheta perscribunt.

Et ex exteris Eupolemus, Alexander Polyhistor. Hæcæteus Abderitanus Dius Phœnix, &c. à Ioseph. lib. 8. Antiq. c. 2. & Eus. lib. 9. Præp. cap. 4.

Ahias Silonites propheta missus à Deo. tradit decem tribus Ieroboamo, prædicit mortem filij eius, & totius regni exitium, 3. Reg. 11 & 14.

Puerum eum fuisse aiunt Mosis ætate, & vitam ad Eliæ seculum perduxisse, quod spatium est annorum 600. Nam recensetur inter 7. annorum sissimos. In præf. Maïmonim.

Reges huius temporis sapientiæ studebant, sibi que mutuo per legatos quæstiones, problemata, ænigmatæque proponerent, præmiis vincenti constitutis, 3. Reg. de Hiram & regina Saba, Plutarc. in Symposio 7. Sapientum, & auctoritate Aesopi.

Profana Rege Salomone.

Ante Homerum extiterunt hi poetæ in Græcia, Linus Philammon, Tamyras, Amphion, Orpheus, Musæus, Demodocus, Phenius, Sibyllæ, Epimenides Cretensis, Aristæas Proconesius, Asbolus Centaurus, Ifatis. Drimon, Euclus Cyprus. Orus Samius, Protenidas Atheniësis, Eus. lib. 10. Præp. cap. 3.

Olenes, Lycus. Pamphus Athenienses, Orpheus filius Calliopes hymnographi. Pausanias.

Homerus. centum annis plus minus post bellum Troianum, Cassius apud Gellium lib. 1. 7. cap. 21. sexcentis ante Aristotelem. Centum triginta ante primam Olympiadem. Porphy. Cornelius nepos. Ante cæcitatem Melesigenes appellabatur. Eius ortum septem Græcorum ciuitates gloriose sibi vendicabant. Cuius poësi nullum opus apud Græcos vetustius extare in confesso est. Ioseph. lib. 1. contra Appionem. Sic Aristot.

Nam Lini, Orphei, Musæi, Phenij, & Aristææ proconesij poetarum, qui vno sæculo erant antiquiores; vt pote deorum suppares opera perierunt. Ibid. Sux poëleos argumentum desumpsit à Coruino Iliensi poeta, Palamedis discipulo. Suidas. Sibyllinos versus plurimos suis versibus inserens. Solinus ex Boetio. Adit sapientiæ ergo sacerdotis Aegyptios. Iustinus in Parennetico. Non modo cæcus fuit, sed & victum errans per omnes propè terras sibi emendicauit. Pausanias in Corinthiacis. Eius & Hesiodi animas pendentes ex arbore serpentibus illas vndique vexantibus, graues dare pœnas retulit Pythagoras, eorum causa, quæ finxerunt de Diis.

Ionica emigratio, in qua quidam Homerum fuisse scribunt. Eus. da quamox.

Pelasgi mari potiuntur. Nang. Cum hac ætate conditas aiunt, item Manesiam in Asia. Ibid.

1500

3186

Cha

Chabreus filius Cheopis rex Aegypti. *Diod. lib. 2. cap. 2.*
 Est ille Vaphres, cuius ad Salomonem & vicissim Salomonis ad ipsum extant literæ, apud Eusebium ex Polemone lib. 9. Præpar. cap. 4. & apud Clementem Strom. lib. 1. ex Alex. Polyhist:
 Hiram rex Tyri post patrem Abibalum, regnavit an. 34 *Ioseph. ex Menandro Ephesio contra Appionem.*
 Baleastartus filius regno successit. Hinc Abdastartus, &c. Nam sequentes reges Tyrionum, nomen Astartæ deæ apud ipsos cultæ ferè adiunctum habuerunt.
 Colonia Ionica deducta annis 140. post Troiam captâ. *Clem. Strom. lib. 1. ex Eratostene.* Sexaginta annis post Heraclidarum descensum. *Plutarch. in Homero.* Colonia rex Androchus Codri filius, Ephesum iam fundatâ, & templum ab Epheso & Cræso indigena, ante Herculem & priorem illo Bacchum, amplificat. *Pausa. in Achaicis.*
 Pyæus Thyrenus pirata Italiæ tubam inuenit. *Plinius lib. 7. cap. 56.*
INITIO pius, ad extremum impius. Consilium securus inuenum, preces suorum graue tributum à Patre impositum relaxari postulantium repudiavit, sicque decem tribus à se auertit. Frustra bella contra eas gessit.
 Aras & statuas & lucos in montibus excelsis statuit, & omnes abominationes gentium fecit.
 A Sefac rege Aegypti victus, Hierosolymam & thesauros regios amisit.
 Ita regnum bifariam diuiditur. Vnum Iudæ appellatur, quod obtinuit Roboam, vel Hierusalem, vel duarum tribuum, vel Dauid. Alterum Ephraim, vel Samaria, vel cõmuni nomine Israel, quod plures tribus, nempe decem ad Ieroboam se contulissent, duabus duntaxat Iudæ & Benjamin vnâ cum Dauidis posteritate remanentibus.
 Leui etiam tribus relictis vrbibus, quas inter decem tribus possidebat in tribum Iudæ & Benjamin, vt vicina esset templo, fermè tota se contulit. *2. Par. 11.*
 Rursum quia decem tribus ad cultum simulachrorum, duum præsertim vitulorum se transtulerant. Alioqui in cæteris legem sequebantur, id est, doctrinâ Moïsi & ritus sacrificandi & sacramenta administrandi, vt magis hæretici fuerint, quam pagani. Quin & apud se Catholicam professionem permiserunt, dum multa collegia prophetarum, & multos habuisse memoratur, qui non curauerant genua ante Baal Eliæ tempore.
 Ab hinc vsque ad transmigrationem in Babiloniam Prophetarum magnus prouentus fuit. Eos enim Deus excitabat ad Israëlitarum casus sine prosperos, siue aduersos prænunciandum, quod se ira scidissent.
 Semeias vir Dei dehorratur Roboam habentem in exercitu centum octoginta millia electorum militum, ne belle contra decem tribus, quæ à se defecerant, *2. Reg. 12.*
 Iddo adhuc prophetabat.
 Ioam (sic enim nominatur ab Epiphanio) prænunciat Iosiam regem trecentis post annis nasciturum, qui idololatriam destruat: cumque reuerteretur ab increpando Ieroboam de impia religione, in via à leone occisus est: quod cuidam se ad cibum vocanti incõsulto Deo paruisset, sed tamen leo assidens illæsum corpus seruaui, dum in funus efferretur. *3. Reg. 13.*
 Iadon vocatur à *Ios. lib. 8. Antiq. cap. 2.* Sameas, à Tertul. *contra Psychicos.*
 Iudæi, ne cum schismaticis Israelitis vilo sacrorum vsu communicarēt, eam literarum formam, quæ nunc vsitata est

Anni Diluuij 1500
 1500
 1517
 1500
 1517
 1517
 1517
 1517

Anni mundi. 3186
 3
ROBOAM an. 17.
Achimaa Pontifice.
Samaia & Iddo prophetis.
Phericiade Assyriorum 32. rege an. 30.
Ieroboam filio Nebat Israelitarum siue decem tribuum regni conditore an. 22. 3. Reg. 14.
 3186
 3203
 3203
 3203

Anni Diluuij. 1517
 1517
 1517
 1520
 1520
 1561
 1561

Anni mundi. 3203
 3203
 4
ABIA an. 3.
Azaria pontifice eodemque propheta, Iddo propheta adhuc superstite. Iisdem Regibus.
 5
ASA an. 41.
Abimelech Pontifice. Ioram, Azaria filio Obed, Hanani & eius filio Iehu prophetantibus.
 3203
 3206
 306
 3247
 3247

est, id est, quadratam. mutatis prioribus figuris condiderunt, ac illas, quæ Samaritanæ literæ deinceps sunt nominatæ, reliquerunt. *R. Mosè Gerundenfis sub finem Pentateuchi.*
 Regno Israël. i. decem tribuum constituto, regnum Iudæorum deinceps in duo scissum permanit, Catholicum scilicet, & hæreticum. Catholicum, quod peculiari-ter nomen Iuda retinuit, tres capiebat tribus, Iuda, Benjamin, & Leui. Nam Leuitæ antea per totam terram dispersi sese receperunt ad legitimum Ecclesiæ locum. Hæreticum, pro regia habuit Tirsam, deinde Samariam. Retinuit Circumcisionem, & cæteros ferè cultus Mosaicos, nisi quod eos subinde variabat nouis & peregrinis vicinarum gentium ritibus, vt nulla religio solet esse constans & firma apud eos, qui se semel ab Ecclesia distraxerunt. Prophetæ Leuitis fuerunt animosiores. Nam in eo etiam sua collegia atque conuentus continuarunt, vt ex Eliæ & Elisei historiis liquet.
Profana Roboam rege.
 Thraces maris imperium possident. Bithyniam nauali prælio capiunt, transeuntes à Strimone.
 Samos struitur Partheniæ nomine in mare Ionico.
 Smyrna, quæ antea Naulochus ab Amazonibus ampliatur.
 Smendis siue Sefacus Aethiopes & Phœnices Circumcisionem docuit, templum spoliavit, *3. Reg. 14.* Eum et si non nominet Herodotus lib. 2. tamen contra Roboam dicit mouisse arma & Syriam Palestinamque terrore sui compleuisse.
 ABIA pius fuit, nisi quod iuxta Midras ad extremum peccauit, dum capta Bethel vitulum non consumpsit.
 Produxit contra Ieroboam 400 hominum millia, & vicit, cum tamen Ieroboam duplo plura haberet in suo exercitu, nempe 800 millia.
 Cum eo continua bella gessit.
 Nō fuit Roboam primo genitus, vt intelligitur è *2. Par. 11.*
 Impietatem paternam secutus est, *4. Reg. 15.* Vbi obseruandum Israëlitarum reges semper in impietate Ieroboam permanisse, et si eam aliqui auxerint. Ex Inda regibus alios Roboami impietatem amulatos esse, alios ad Dauidis imitationem se contulisse.
Profana Rege Abia.
 Sefochis secundus legumlator apud Aegyptios, *Dio. li. 3. c. 5. Iust. Martyr. oratio ad Gentes.* Videtur esse Sefac rex Aegypti. *3. Reg. 11.* apud quem latuit Ieroboam Salomonis iram fugiens.
 PIVS fuit & religiosus, primusque Regum qui se ad Dauidis imitationem contulit.
 Ita purgavit omnes sordes Idolorum, quæ fecerant patres sui Roboam & Abia, vt tamen excelsa non sustulerit. Nam aras, quas illi ædificauerant super colles excelsos non remouit, quasi extra templum sacrificari, vt ante templi ædificationem, Deo fas esse existimaret.
 Fœdus cum rege Syriæ Benadad firmavit contra Baasam, eiusque auxilio regnum Ieroboam, quod tunc ab isto tenebatur, magna clade affecit.
 Regem Baalam ab ædificatione vrbis Romæ auertit. Inde abreptis lapidibus & lignis regni sui oppida Gabaa, Benjamin & Maspha condidit. ciuitates multas ei ademit, *2. Par. 17.*
 Ad extremum peccauit, dum se fulsit præsidio & fœdere regis Syriæ iterum, dum Ananim prophetam hoc

ipsum increpantem constringit. Tertium quia in suo morbo non requisivit Dominum, sed medicos. 2. Par. 16.

Suorum gestorum scriptorem nactus est Iddo prophetam. 2. Par. 9.

Zarā regē Aethiopiæ parua manu vicit, qui irruerat in terrā Iuda cū decies ceteris millibus, (i. milione) militū & curribus trecentis, quantū exercitum nullus vnquam regū duxisse memoratur in historiis, etiam profanis, 2. Para. 14.

Parua inquam manu, si conferatur cum hoste, alioqui Asa habebat in castris 580 hominum millia.

Zara victus decimo quinto anno Asæ restituit, quæcunque Sefac rex Aegypti de templi abstulerat. Chuseus siue Aethiops dicitur, quod quidam interpretantur Arabem. Nam Scriptura duplicem Aethiopiam statuit, vnam cis mare rubrum in Africa, alteram vltra in Arabia. Videtur vtriusque fuisse rex. 2. Para. 14.

Abimelech pōtífex max. 3. Reg. 15. Hanani propheta bella in Asam exoritura, quod hominibus, non Deo fidisset, vnde & in neruum conicitur, 2. Par. 16. Hanani videns Ioram propheta.

Iehu fili⁹ Hanani vaticinatur cōtra Baasa regē Israēl, à quo & occiditur. 3. Reg. 16. Azarias prædicit regnum Israēl, futurū absq; Deo vero, sacerdote, doctore & Rege. 2. Par. 15.

Asa filiam Amri regis hæretici, dedit vxorem filio suo Iosaphat. Vnde prima impietatis, & mox infelicitatis labe in regno Iuda: Aegrotans non quærit Dominum, sed medicos suo magno malo. 2. Paral. 17.

Regni eius vicesimo sexto rex Israēl Baasa moritur, & succedit Ela filius, 3. Reg. 16.

Imo verò eius tricesimo sexto, Baasa ascendit in Iudā oppugnaturus Rama. Respōdeo, vicesimo sexto nō regni, sed bellorū siue tēporis, quo Asa bellis præsertim à Baasa per ann. 24. iactari cōepit. Ideo enim nominatim decē eius annis primis terra quieuisse annotatur 2. Par. 14. v. 1. Quibus si addas viginti sex bellorū, 36 incidet in hęc Baasæ expeditionē, qui & disertē 3. Reg. 15. vers. 15 bellū gessisse cunctis diebus suis. (i. 24. ann. quos regnavit) cum Asa memoratur. Aliis à diuisione regni Hebræorum tricesimo sexto Baasa ædificauit Rama, vt nullus tuto posset ingredi, vel egredi de regno Asa. 2. Paral. 16.

Sesostris rex Aegypti tertius apud Aegyptios legislator Diod. li. 3. c. 5. Iust. Martyr. paran. ad Gentes. vbi Sefonchofis. Samaria è pago vrbs conditur ab Amri, 3. Reg. 16.

Profana Rege Asa.

Agefilaus rex Lacedæmoniorum iustissimus. Barcis Corinthiorum, à quo Barcidæ. Euf.

Benadab Syriæ, qui regem Baasa contra Iudam insurgentem vicit. Pseudeus Aegypti.

Deductio Coloniae Ionice 140 annis post Troiana tēpora. Cle. Alex. li. 5. Stro. ex Aristarcho. vel 180. Euf. chr. ex. Philocoro.

Ab Heraclidarum descensu ad conditam Ioniam fuere anni sexaginta. Ibid. Clemens ex Eratostene.

e SANCTISSIMI huius regis historiam Iehu filius Hanani perscripsit 2. Par. 20.

Remp. & religionem reformauit.

Legis doctores & magistratus probos vbique cōstituit.

Inualuit contra Israēl, constituitque militum numeros in ciuitatibus Iuda dispositis, præsiidiis, etiam in ciuitatibus Ephraim, quas pater eius ceperat 2. Paral. 17.

Religionis virtutibus clarus, vt proinde finitimos solo nominis terrore in officio continuerit. Ibid.

Abundauit opibus & militum seruatorumq; numero. Ibid.

Anni Diluuij. 1520

3 Reg. 16.

1561

3. Reg. 6.

1586

1586

Eodem Phiriciade, deinde Ophrateo 33. rege Assyriorum an. 20.

Ieroboam Israelitarum, Nadab an. 2. mox Basa an. 2. & per ordinem Ela an. 2. Zamri dieb. 7. Et Amri an. 12.

Atheniensium Thersippo, deinde Phorba an. 31.

Lacedæmoniorum Labote, hinc Doristo an. 20. Agefilao an. 44.

Corinthiorum Prymina, deinde Barci an. 35.

Latinorum Carpēto Syluio, deinde Tyberino Syl. an. 8.

6
e I O S A P H A T, an. 25. 3247

Ioachas Pontifice. 3272

Anni Diluuij. 1586

3272

1586

4. Reg. 8.

1594

1594

Iehu filio Hanani, Abdia, Michæa, Iehiele filio Zacharia, Eleazaro filio Dodia, Elia & Eliseo vaticibus.

Assyriorum regibus. 33. Ophrateo, 4. Ophratene an. 50.

Israelitarum Amri, Achab an. 22. Ochozia an. 2. Ioram an. 12. 4. Reg. 3.

Isdem Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Atheniensium regibus.

Latinorum Agrippa Syluio an. 30.

7
f I O R A M an. 8. 3272

Pontificatum administrante Ioarib. 3280

1594

Anno 4. Achab regnum cepit. Cum eo affinitatem iunxit, Athalia filia in matrimonium Ioramio filio collocata. Eum ad Syriacum bellū secutus diuina ope seruatus est. Vatem Iehu affinitatem illā increpantē benignē audiit. Iterum Remp. constituit.

Bellorū finitimos petitis ieiuniis & precibus victoriam obrinuit.

Inde cum Ochozia & Ioram filius Achab successoribus societatem renouauit, & cum Moabitibus congressus victor discessit.

Nauigationem in Ophir India à temporibus Salomonis intermissam repetit, sed infelicititer, quod illius socios Israēlitas hæreticos admisisset.

Ioram regis quinto obiit.

Elias curtus & auriga Israēl, vir pilosus, zona pellicea incinctus, magno zelo religionē tuetur. 3. Reg. 1. Iam Iosaphat in cœlum. 4. Reg. 2. ante decimum octauū regni Iosaphat; 4. Reg. 3. misit cœlitus literas ad Ioram regem Iuda. filii Iosaphat, in quibus fata eius explicabat. 2. Paral. 21. & Ioseph. lib. 9. Antiq. cap. 2. Ita sanctis mortuis res viuorū sunt curę.

Perperam enim vixisse vsque ad obitum Ioram filij Iosaphat Shubertus nugatur.

Quidam Hebræorum putant Eliam in illo suo capru laxatum corpore & in sua solutū elementa, vbi ad ignis spheram peruenisset Kimbi in Malach. Alij nesciri quid ex eo factum sit, vt Ioseph. lib. 9. Antiq. cap. 1. Talmudici seruari ad finem vsque mundi, quæ nostrorum etiam vetus est sententia apud Arhanaf. Dialog. 5. de Trinit.

Hinc Seder Olam, cap. 1.

Septem, homines dantur, qui mundi durationem continenti serie metiuntur, Adam, Mathusalem, Sem, Iacob, Amram, Ahias, Silonites, & Elias, qui adhuc superstes est & incolumis (וְעֵזְרָא וְדָוִד וְעֵלְיָא). cap. 17. Apparebit secundū, in aduentu Christi (hoc impletum in Transfiguratione.) Deinde recondetur. donec tertio appareat aduentu Gog & Magog. Interea autem scribit gesta omnium ætatum & temporum. Et paucis post versibus. Misit literas ad Ioram regem, annis septem post suam translationem.

Michæas Iemla prædicit populū dispergendū, & Achab regē Israēl occidendū. Tunc erant 400 Pseudo prophetae. 2. Par. 18. quorū princeps Sedechias & Eliezer. 3. Reg. 22.

Abdias vaticinatur in Idumeos, Ecclesiæque ædificationem & propagationem libello vnico prædicit. Prophetas pascit in specubus. Nam Hebræi veteres hunc eundem esse tradunt.

Iahiel & Eleazar vaticinationis munere funguntur apud Iosaphat.

Hiel reædificauit Hierico. 3. Reg. 16.

Profana Rege Iosaphat.

Quarto Rhodij mari potentes per 23. an. Euseb.

Allobrox Gallos regit.

Habis magnus post Gargorim auum crudelissimum. Curetum rex in Hispania.

Adad Syrorum Osochor Aegyptiorum.

f I O R A M rex Iuda Athaliae filia Achab coniunx sequi cœpit peregrinam religionem. Socero quam patri propior. Nota quantum detrimenti & affinitas impiorum & hæreticorum afferat. 2. Para. 21.

Sacella collium instaurauit, quæ Iosaphat pater demolitus fuerat. Elia minas elusit. Idumeos & Lobnam defectione amisit.

Ab Arabibus & Palestinis bello petitus demū intestino-

Anni mundi. 3272

3272

3280

3280

rum doloribus per biennium diuexatus, vt egereret etiā viscera sua, multis morbis vita cessit. 4. Reg. 8.

Idumei ergo, qui à Dauidis tempore, imò vero Saulis sub ditione Iuda fuerant, à Ioram deficiunt & priuatum regnum constituunt.

Philistini autem & Arabes vastauerunt regnum eius, diripueruntque cunctam substantiam, quæ iuuenta est in domo Regis, in super & filios eius & vxores, vt non remaneret ei filius, nisi Ioachaz natu minimus (qui & Ochozias ad eadem memorabilem referuatus) Ibid.

Mortuo infirmitate pessima non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus suis, neque sepelierunt eum in sepulchro regum. Ibid. (Non quod apud Iudæos mortuorum cadauera comburentur, sed aromata, vt eorum suffitu sepulchra perfunderentur.)

28 annos regni ei attribuit Kimhi 2 Paral. 22. Viginti autem fuisse suppressos à Scriptura post cladem ab Arabibus acceptam, quòd inglorius deinceps morbisque pluribus & grauissimis affectus vixerit, 20 illorum administratione Ochoziæ filio à populo commissa.

Sed istud est sine lege, imò contra legem loqui, vnde & mox refellerur.

Ionadab filius Rechab clarus propheta. 4. Reg. 10. Amicus Iehu regis Israël, ortus ad Hobab, siue Iethrone Moysis socero, Cuius filij, ex præcepto patris, tanquam peregrini & hospites super terram, seorsum ab hominibus in tabernaculis habitabant, domum non ædificabant, sementem, non serebant vineam non plantabant, neque vinum bibebant. Denique auctor fuit ordinis siue instituti Rechabitarum, quorum regulam sigillatim perceset Hier. 35. cap. Eo Enim vsque, hoc religiosorum virorum institutum durauit, nempe per 300 plus annos.

Hi similiter ex istius disciplina in perpetuum vino abstinebant, habitabant in tabernaculis, nihil possidebant proprium, nihil emere poterant, carentes ædificiis, agris, vineis, seminibus, etiam in communi. Vocantur scribæ siue doctores. 1. Para. 2. vers. ult.

Sub Ioram Iuarib summus pontifex. Sub Ochozia Iosaphat. In Seder.

Eliseus miris & inuisitatis operibus insignis. 4. Reg. 12. Ad eius ossium contactum suscitatur mortuus. 4. Reg. 13. Construxit cellas prophetis in Hiericuntis solitudine. Manauit institutum & loci religio ad posteros. Fuitque desertum hoc vsque ad Engaddi ab Essenis habitatum, hominibus continentia incredibilis, de quibus postea.

Prophetæ munere fungitur apud Israelitas siue 10. tribus annos circiter sexaginta. Nempe à 19 Iosaphat, vsque ad Amasiæ Septimum.

Spiritum Sanctum perdidit in regum comitatu, nec nisi psalte ad citharam pulsante recepit Res eius narrantur, 4 Reg. 2, 3, 4, 5, 6.

Profana rege Ioram.

In Aegyptiorum historia, Chronographi iam hic sequuntur Herodotum (non Eusebium) qui suam relationem orditur à Cheope, quem regnasse ait annis 50. vsque ad Psammenitum, à Cambyse Persarum rege captum.

Rhodij mare obtinent. g I M P I V S. In prælio aduersus Iehu opem ferens Ioræ regi Israel cecidit. Nam eum eo fœdus icerat, & aduersus Syrios iunctis viribus pugauerat.

Vixit & mortuus est, vt Athaliæ filium decuit. Vt Ochozias plures vno anno regnauerit siue solus,

Anni Diluuij. 3189

Elisee & Ionadab Rechabita prophetis.

Ophratene rege Assyrior. 34. an. 50.

Ioram Israelitarum an. 12.

Agelao an. 30. Corinthiorum.

Agelao Lacedæmoniorum.

Mezade Athen. Archonte an. 30.

Latinorum Agrippa Syluio

IORAMI SÆCULO

1597 2. Par. 21

g OCHOZIAS, qui & Ioachas an. 1.

1598

Anni mundi. 3272

8380

3281

Anni Diluuij. 1595

Iosaphat summo sacerdote

Elisea propheta.

Ophratene rege Assyr. 34.

Ioram rege Israelitarum.

Lacedæmoniorum Archelao an. 60.

Isdem Corinthiorum & Atheniensium.

Aegyptiorum Cheope an. 50.

Latinorum Aremulo Syluio an. 19

9 h ATHALIA an. 6.

Ioiada Pontifice.

Eliseo propheta.

Ophratene Assyrio rege.

1586 4. Reg. 11 1594

Iehu rege Israel, ann. 28. 4. reg. 10.

Lacedæmoniorum Archelao

Corinthiorum Agelao.

Athenarum Mezade.

Aegyptiorum Cheope.

Anni mundi. 3281

3281

3287

3287

siue aliter, non est probabile, ne sint à Roboam ad sextum Ezechia, quo euersum est imperium decem tribuum, 281. anni. Sic enim successio regum Iuda respondet in lib. Regum & Paralip. nimum. i. 42. annis ab altera superaretur. Nam à primo Ieroboam vsque ad vltimum Oseæ, qui regnum illud amisit, anni tantum numerantur 241. Hinc adducor, vt credam cum veteribus Hebræis, quos sequuntur. R. Selomo, & R. Leui, errare eos, à quibus Ochozias 21. an. id est, 20. cum patre, & vno solus regnasse fertur, ex eo quod 2. Paral. 22. quadraginta duos annos, & 4. Regum 8 viginti duos tantum natus, regni clauum suscepisse proditur. Nā utroque loco Ioram tantum octo anni, & Ochoziæ vnus assignantur. Qui igitur, inquit, potuit Ochozias quadragesimo 2. ætatis inire regnū, cum pater mortuus sit quadragesimo? Nam filius antiquior erat patre? audi R. Leui Sane inquit, anni 42. qui recēsentur in libris Paralip. non sunt accipiendi ab ortu Ochoziæ, sed à tempore. quo viguit regnum Amri, quod Ochoziæ, qui erat de eius semine (ex parte matris) contigerit, vt occideretur cum Ioram rege Israel. Id apparet ex eo quod post 31. annum Asa, regnavit Amri an. 6. in vniuersum Israel (4. Reg. 6) & Achab filius eius 22. & Ochozias (alter, duobus Ioram autē Rex quoque Israel, erat in anno regni sui duodecimo. Vides 42. annis regnum Israel stetitisse penes familiam Amri. Hac ille.

R. Iose facilius ista narrat. Postquam (inquit) Asa dedit in vxorem filiam Amri, filio suo Iosaphat, Dominus consumere domum Dauid cum domo Achab decreto sanxit.

Tres reges se ordine consequentes, Ochozias, Ioas, Amazias (Athalia præmitto) quæ & ipsa miserrimè & iustissimè cæsa est) violenta morte perierunt, quòd Deum certis criminibus offendissent.

Falso Philo ab Annio suppositus, posteritatem Salomonis in Ochozia desisse narrat, vt regnum Dauidis ad familiam Nathan deueniret, nempe seruato vno Ioab ex ea familia. Nam Ioas legitimus fuit Ochoziæ filius. 4. Reg. 11. 2. Par. 22.

Profana rege Ochozia. Tyberino Syluio Latinorum rege submerso, ex Albulæ flumine Tyberis dici incipit

h ATHALIA regis Achab filia. 2. Para. 21 quæ suis consilijs impulit filium Ochoziam vt impiè ageret. 2. Para. 22 vt dicitur filia Amri Patris Achab. i. neptis. Nempe quia origo apud Heb. sæpe ad auos defertur. Non quòd fuerit filia simul & soror Achab. Kimhi.

Extinguit totam stirpem Salomonis omnesque filios filij sui Ochoziæ, præter paruulum Ioas à Iosaba amita surreptum, quem Ioiada sacerdos clam domi in spem regni educauit. Indè que circiter 7. annos regnum tenuit seque in omnibus rebus iniquissimè gessit, quemadmodum Achabi & Iezabelis filiam decuit, donec eam Ioiada pontife x populo incitato de medio sustulit.

Iehu in Samaria delet Baalis, siue beli cultū & tēplum. Azael rex Syriæ Iudæos affligit. Externa Athalia.

Pigmalion Tyri rex an. 40. cuius anno septimo soror Dido Carthaginem condidit. Ioseph. lib. 1. contra Appionem Sed Appianus Alexandrinus eam conditam tradit 50. annis ante Troiam captam.

Felstinus Thuscorum rex Felstinam metropolim Thuscorum condidit, & ei regioni, quæ postea Gallia Aurelia & Aemylia à Romanis dicta est, Felstinæ nomen reliquit.

Cato de Orig.
i IOAS restaurandum curavit templam duorum superiorum principum impietate neglectum. imò verò per Athalia, penè dirutum, 4. Reg. 12, non tamen suis sumptibus, sed pecunia, quæ offerebatur pro pretio animæ. *Ibid.* bonus princeps initio, pessimus ad extremum.

Sex annis occultatus propter Tyrannidem Athaliæ, septimo productus à Ioiada pontifice, interempta Athalia, in paternum solum collocatur. 4. Reg. 11.

Adulatione principum tandem mortuo Ioiada deprauatus adoratusque 2. Par. 24 iram Dei meruit. Vnde Azael rex Syriæ venit Hierusalem & interfecit cunctos principes populi. Ad quem propulsandum omnia ornamenta, quæ pater, & auius sui templo intulerant, abstulit, vt regi daret.

Propter necem Zachariæ prophetæ à suis seruis interfectus est, 4. Reg. 13.

Non est hic Zacharias, qui post captiuitatem vaticinio claudit, cuius liber extat, sed, alter, ille scilicet qui periit inter altare & ædem *Mat. 23 Hieronymo interprete.* Quamquam alij de tertio alio Zacharia locum Matthei exponant.

Ioiada pontifex, qui solus post Mosem vixisse 120 an. legitur. Zacharias eius filius, qui in ipso templo occiditur. Huius sanguis usque ad aduentum Nabugdonozoris, instar ollæ bullietis, quasi vltionem deposcens, serbuisse traditur.

Ex quo Ioas Zachariam occidit, cessarunt Dei in polluto templo responsa & oracula ex Debir (secretiore parte templi in qua erat propitiatorium) & ex Ephod (ornamento Pontificio.) *Epiph.*

Azael, deinde filius Benadad, reges Syriæ.

Prophana Rege Ioas.

Hesiodus Aescrus poëta & sacerdos musarū, in Helicone, centū annis post Homerum, 32 ante primam Olympiadē ex Porphyrio. Scripsit deorū generationē in Helicone musarum instinctu. Quā Theogoniā Græcis primos Homerum & hunc Hesiodum composuisse, annis ante se quadringentis scribit Herodotus lib. 2. Ita Hellenismus recentissimus: Et tamē non à Deo mūdi fabricatore, vt Ouidius, qui hoc ad Hesiodum ex Hebræis addidit sumpsit exordiū, sed à Chao, rudis inordinatæque materiæ confusa cōgerie.

Homerū & Hesiodum coniungit Herod. lib. 2. his verbis. Hesiodus & Homerus, quos quadringentis nō amplius annis opinor ante me extitisse. fuere, qui Græcis deorū prole introduxerūt, eisq; cognomina & honores, & diuersa artificia & figuras attribuerūt. Cætera apud Gelliū. *li. 3. cap. 11. & li. 17. c. 21. & Clem. lib. 5. Str. Velleius lib. 1. 120. annis distinguit.*

Lycurgus Lacedæmoniorū legislator, vel potius reformator, qui ad temperandum solum regum imperium Synection 28 seniorum addidit. *Plutarch. ex Platone.*

Carthago ante urbem Romā 72 annis ab Elifa Didone condita creditur. i. sub regis Ioas annum 30. *Oros. lib. 4. cap. 6.* Hinc lingua Punica Syriacā redolet apud Plautum, & nomen Carthaginis Syrum est. Nam Carta apud Syros urbem significat. Go medium. Cartago q. media vrbs. Tyri scilicet media pars, ad eam ædificandam cum Didone confluerat Pygmalionis regis anno 7. *Menander Ephesus apud Ioseph, contra App. 143. an. & 8 mensibus post templum Salomonis, lb. ex Tyrriorum archiuis.*

Phryges 5 obtinent maris imperium an. 25. *Euf.*

Ocrasapes rex Assyriorū, Anacyndarapes vocatur à Strabone. Nescias vtra prolatio potior, nam nomina regum Assyriorum, Aegypti & cæterarum, mundi partium apud Herodotum, Ptolomæū, Strabonem, Eusebium, &c. non satis pu-

Anni Di
luuij.

1601

3 Reg. 12.

1641

1641

Latinorum Aremulo Syl.
deinde Auentino an. 28.

Anni mū
di.

3287

3327

IO
i IOAS Ochoziæ mi-
nimus filius, annis 40.

Ioiada & Pedaia Pon-
tificibus.

Zacharia Ioiada filio sa-
cerdote simul ac propheta.

Ophratene, deinde Ocrasape
35. an. 42. Assyr. regibus.

Iehu, deinde Ioachaz. an. 17.
Israelis regibus.

Lacedæmoniorum Arche-
lao.

Corinthiorum Agelao.
Eudemio an. 25. Aristeme-
de an. 35.

Atheniensium Mezade.
Diogenete an. 28. Pherado
an. 19.

Aegyptiorum Cheope.

Latinorum Auentino Syl-
uio mox Proca Syluio. an.
23.

3327

Anni
Diluij.

1641

4. Reg.

14.

1670

1670

Anni
mundi.

3326

3356

3356

11
k AMAZIAS an. 29.

Sedechia pontifice.

Amos regis Amazie fratre,
patrēque Esaiæ & Iona,
prophetantibus.

Ocrasape Assyriorum tri-
gesimo quinto, deinde Sar-
gon, an. 20.

Ioas & Ieroboam an. 41.
Israelitarum Regibus.

Lacedæmoniorum Taleco,
sue Telecto, an. 40.

Corinthiorum Aristemede.

Atheniensium Pharedo,
deinde Aripchrone, an. 20. Ar-
chontibus.

nerū. Iuxta illud, nomē imiorū putrefcet. *Prou. 10. et Eccl. 41*
Sub extremam vitam Ioas Cyprij maris imperium sex
to loco consequuntur an. 34. *Euseb.*

Bon Thufcorum rex, à quo regio Bononia, *Cato de orig.*
k VICT Idumæos, qui sub Ioram defecerant. Victi de-
inceps nullum habuerunt Regem. *Seder. c. 20.*

Post cædem Idumæorum, idola eorum assumpsit & co-
luit. Initio bonus, in fine impius. Occisus est in Lachis.

Jonas vaticinatur in Ieroboam, filium Ioas regē Israël,
vel potius de victoriis & restitutione Damasci & Hemath
(quam Antiochiam quidam esse volunt) & terminorum
regni Israël facta per Ieroboam regem Israel contra Sy-
ros. Niniue, eius tempore erat magna, alens virorum mil-
lia centum viginti, itinere trium dierum. *Ion. 4. Diod. Sicul.*
lib. 3. Nam eam, vt Ionas, describit, ambitu stadiorum 480,
id est, leucarum 30, longitudine autem stadiorum 150, id
est, leucarum nouem: Concionatur in Niniuitas, vt ex eius
libro constat. In Seder Olam reponitur sub Athalia &
Ioas regibus Iuda, & Ieroboam rege Israel, qui Amazie
& Oziæ sæculo regnabat, quasi diutissimè Ionas proph-
etiæ munus exercuerit.

Discipulus fertur Helisæi, missus ad consecrandum
Iehu in regem Israel in Ramoth-Galaad. *Seder. c. 18.* Vnum
eundemq; esse Ionam, qui has duas prophetias fuderit, te-
testantur Hebræi omnes, & Iosephus. *lib. 9. Antiq. cap. 11.*

Tarsum fugit ad declinandam sibi impositam vatici-
nandi Assyriis prouinciam. i. urbem Ciliciæ, per mare Me-
diterraneum Iosepho, & Aug. vt inde lictoribus Ponti Eu-
xini eiectus sit, deindeque pedibus se Niniuem contule-
rit. Vel Indiæ regionem per mare rubrum, vt inde ad lit-
tora sinus Persici vel Niuiue, quæ erat ad Tigridem sese in-
fundentem sinui Persico, à Ceto euomitur sit.

Euerfionem Niniuis tunc Deus remisit *Ioa. 4.* Nā mul-
to post sub alio rege accidit *Nah. 1 & 2.* Ita Sardanapalus
nondū illic regnabat, qui urbem, vitā & imperiū perdidit.

Quidam hic inter Amaziam & Oziā e suo cerebro in-
terregnum 10 aut 11 aut etiam 12 annorum faciunt, citra
vllū scripturæ vestigiū. Vnica regū Israel & Iuda collatio-
ne nititur. Atqui illa vt infra docebo, propter varios motus
regni Israel est fallacissima, nec satis liquidò statui potest,
ob hæresim secū perpetuo magnas cōfusiones trahentē.

Ratio eorum sumitur e 4. Reg. 14. vbi Amazias moritur
an. 14 Ieroboam filij Ioas regis Israel, &c. 15 vbi Ozias siue
Azarias Amazie F. regnat anno 27 eiusdē Ieroboam. Nam
inter 14 & 27 est spatium 13 annorum. Sed iam respondi
Reges Israel nō esse regulā Regum Iuda. Addo locū pro-
ductum ab istis nō intelligi. Nam primū aliud est regna-
re, aliud, regnare incipere: Secūdū esse hyperbatō quat uor
versuum hoc modo. *Anno vigesimo septimo (4 Reg 15. v. 1)*
*Ieroboam regis Israel regnauit Azarias filius Amazie regis Iu-
da.* Hinc parenthesis trium versuum (Sedecim annorum
erat cum regnare cepisset, &c.) *Percussitque Dominus regem &
fuit leprosus vsq; ad diē mortis sue.* Nam per hyperbatō. illud
Anno 27 Ieroboam refertur ad sequētia, Percussitque, hoc sen-
su. 27 anno eius regnauit Azarias, percussitq; illū Domi-
nus, siue, 27 eius Azariā regnantē percussit. Nō quòd Aza-
rias tūc regnare cæperit, sed quòd tūc lepra percussus sit,
nempe anno 27 Ieroboam, in quem incidebat Azariæ 13,
vsque ad finē vitæ suæ. i. 52 regni sui. Tandiu enim lepro-
sus fuit nēpe annos 18. Quāuis enim lepræ eius Seder Olā
25 tantū assignet, at Kimhi 1 Par. 5 triginta octo, quādo
docet Iothan annis 38, Patris loco regnū administrasse.

Ad hanc explanationem accedunt Talmudici, dum scribunt. *Hinc deinceps* (id est, à 27 Ieroboam) *Azarias regnavit regnum lepra infectum*. Kimhi paulò subtilius sumit ne muros pro cardinalibus non ordinalibus, quasi sit interpretandum. *Annis viginti septem* (reliquis scilicet) *Ieroboam regis Israel regnavit Azarias*, q.d. Non tantum 14 superiores Ieroboam regnavit, verum etiam 27. posteriores vt totum regni eius curriculum emensus sit. Regnum enim Ieroboam fuit 14 & 27, id est, 41.

R. Leui etiam subtilius de 27 annis, quibus adhuc domus Iehu erat regnatura, nempe vsque ad eadem Zachariae filij Ieroboam per Sellum factam, sicut prädixerat Dominus. Hæc quidem prolixius, sed eripienda fuit nouis Chronologis occasio certæ claræque maiorû Christi successione per impij & hæretici regni incertos obscuròsque calculos, inuoluendæ, cum contrà per claram ratamque pij & Catholici regni seriem, confusam impij oporteat euoluere.

Profana Rege Amasia.

Huius tempore collocatur Sardanapalus, cui occiso successerit Phul Belochus Græcis Tonosconcoleros, an. 20, sed quam rectè mox.

Sargon potius reperias, *Es. 20*, qui sub sequentibus regibus vaticinabatur. Nam ibi videtur primus Assyriorum terrorem sui nominis mortalibus incussisse. Et si Kimhi illic Senacherib intelligat.

Strato Tyri rex, præter quem serui reliqui omnes dominos suos interfecerant.

Sefoncharis, siue Sencoris Aegypti rex, cuius pater Si paris Deus habitus.

Sub hæc tempora cæpit regnum Macedonû per Carra-num decimum sextum ab Hercule, à quo postea magnus Alexander fuit septimus decimus. *Velleius lib. 1. Soli. cap. 15.*

Regnum hoc Macedonia vsque ad Machabæos durat annos circiter 600.

Caranus Caprarum sequens gregem Edissam capit & ab euentu Aegæam vocat, regni que Macedonum fundamenta iacit. *Iustin. lib. 7.*

Phidon Argius mensuras & pondera repetit, cum apud Latinos regnaret Procas Syluius.

AZARIAS in libris Regum, Ozias in Paralipomenis, clarum fuit pietatis exemplum.

Vrbes multas ædificauit. Turres item in solitudine & opera publica. *2. Par. 26.*

Zacharia Propheta plurimum vsus, cumque require-ret Dominum, fortunatus fuit in omnibus. Vicit Philisteos Arabas Ammonitas, Aegyptum, remotòque alios populos terrore sui nominis concussit.

Agriculturam coluit. Machinas bellicas ad iaculanda tela & saxa grandia è turribus aduersus hostes fecit.

Vbique fœlix, donec secundis rebus elatus illicita præsumpsit, incensum Domino quasi sacerdos offerès, et si ei resisteret Azarias sacerdos, non tamen summus sed hebdomadarius cum 80 aliis.

Postquam 27 annis regnasset, reliquis, id est, 25 ad vsq; mortè leprosus. Filio interim regni administratione demãdata, *Seder. ca. 19.* Kimhi tamen Ioathã putat Patris loco regnũ administrasse an. 38. *Par. 5.* quasi tadiu leprosus fuerit.

Eo anno, quo lepra percussus est *2. Paral. 26.* extitit terra motus prodigiosus, qui abiit in prouerbium *Zach. 14.*

Non modo quia Ozias temere & profanè munia pontificia vsurpauerat, sed & quoniam multa mirabilia sub

Anni
Diluvij

1670

Aegyptiorum Cheope, deinde Cephrene an. 56.

Latinorum Proca Syluio deinde Numitore & Amulio. an. 40.

12

OZIAS qui & AZARIAS an. 52.

Ioel summo sacerdote.

Osea, Amos, Esasa, Iona, Zacharia Prophetis.

Sargone primo in Scripturis celebrato, (Nabonnazare) mox Phul 37. ann. 48. Assyriorum Regg.

1722

3408

Anni
Diluvij

1673

Ieroboam filio Ioas, & per ordinem Zacharia mens. 6. Sellum mense vno. Menahem an. 10. & Phaceia an. 2. Israelitarum regibus.

Cephrene Aegyptiorum, & per ordinem Mycerino an. 6. Asychi an. 6. Sabacho an. 50.

Latinorum Amulio & Numitore.

Romulo Romanorum Rege primo an. 38.

1722

Anni
mundi.

3356

eo contigerunt primo exortus regnorum Assyriorum, Babyloniorum, Macedonum, Græcorum, Romanorum à quibus per ordinem mundus grauitè concussus est. 2. Aëræ Chaldaeorum, Aegyptiorum, Macedonum, Græcorum, Romanorum, quibus antiquorum sæculorum Chronica ratio memoriaque mutata est, funditusque periisset, nisi sacris literis fuisset conseruata. 3. Nouæ mundi superstitiones, vt impij ritus præsertim Græcorum & Romanorum, quibus antiquæ pietatis semina valde corrupta sunt:

Osea & Amos vaticinantur in decem tribus obiter, etiam, in duas tribus, id est, regnum Iuda. Vicinorum item regum futura excidia prædicunt.

Esaïas de Christo eiusque rebus gestis, de vocatione gentium, reliquisque mysteriis ita scribit, vt potius Euan-gelista, quam vates videatur, inserens multas vaticinationes de plurimis regnis & gentibus.

Illum Hebræi commemorant ortum regio sanguine, ac non tantum habuisse patruû Amaziam regem, sed & focerum fuisse regis Manassis, à quo sectus miserè dicitur. Tam clarus vates fuit, vt etiam Cyrum regem Persarum nominarit ducentis annis priusquam nasceretur & eius gesta describeret. *Es. 45.* & Vriam Sacerdotem centum ante annis. *Es. 8.*

Prophetæ scriptores hoc sæculo incipiunt. Ioel (non propheta, sed alter) summum pontificatum gerebat. In libris quidem Reg. & 2. Par. 26, Azarias sacerdos caput dicitur, qui & vivebat tempore Ezechia, 2. Par. 31, sed caput non illic significat summum sacerdotem, sed primum eorum qui allocuti sunt Oziam sacra tractantem.

Zacharias Propheta (non hic, quem occidit Ioas, neque ille, cuius extat Prophetia, sed alius.)

Externa rege Ozia.

Post Ocrasapem trigessimum quintum Assyriorum vel potius Niniue regem, nominant Sardanapalum. *Euseb. Es. 20.* Phul, 4. Reg. 15, qui fuit diebus Manahem. Tiglath Phalassar, qui diebus Romelia. *Ibid.* Salmanasar qui diebus Osea c. 17. Senacherib, c. 19. & apud Herod., qui diebus Ezechia Assaradon, id est, Sardanapalus. *Ibid.*

Adde legationem Ionæ propheta ad Niniuitas hoc loco narrari nempe sub Ozia & Ieroboam Ioas filio è 4. Reg. 14. In ea autem ira Dei in præsens placata, calamitatem illam extremam in aliud tēpus auertit, vt è Nahum apparet, qui eam imminere denuntiavit regnante Menasse, paulò ante Monarchiam Babylonicam.

Malo ergo pro 36 regibus numerare 41 & Sardanapalum in posteriora tempora reuocare. Errorem auxit Metastenes Annij & similes auctores ab Anno suppositi, qui Biblicos appellant reges Babylonicorum, cum Scriptura disertè vocet Assyriorum.

Et certè Niniue adhuc imperabat, vt quæ ad Ionæ prædicationem, qui hoc sæculo vigeat, cōuersa legatur. *Quint.* & adhuc stetit per annos ferè ducentos. Nempe vsque ad annum primum Nabugodonozoris, qui fuit quartus Ioa-chim Iechoniae patris. *Ierem. 25.* Idque iuxta prophetiam Nahum contra Niniuitas ad vomitum tēdeutes.

Phul Belocum regem fuisse Niniue, qui ad Ionæ concionem penitentiam egerit nonnulli probabiliter sentiunt. Sed malo Sargonem, cui aiunt Phul imperium & vitam eripuisse.

Venit in terrâ Israel, & dabat Menahem ipsi Phul mille

3408

ralen

talenta argenti, vt esset ei auxilio & firmaret regnum eius
4. Reg. 15.

Traiecto Euphrate primus Assyriorum tentauit Asiā.
Tiglath Phalassar in ea cepit multas regiones. Salma-
nazar persecutus est victorias, Senacherib perficere cona-
tus est, sed infelix fuit ex Herodoto. Sardanapalus om-
nia perdidit.

Initium Olimpiadum 405 annis post Troiæ captiuita-
tem Euseb. in Chron. qui tamen initium illarum statuit pri-
mo anno Ioathan Oziæ filij & successoris.

Secundo Aeschylj Atheniensium iudicis anno, autho-
re Iphito Elio, qui & mercatum & ludicrum certamen ad
excitandam corporis animique virtutem efficacissimum
Olympiorum constituit. Velleius lib. 1. A quo tempore hi-
storia Græca vera creditur lib. 1. Stromat. ex Sefbio.

Ex quo sæculum deinceps Historicum Varroni dice-
batur, vt superius Mythicum. Censor. de die Natali, cap. 21.

Lycurgus Iphiti, qui primam Olympiadem ordinauit.
æqualis. Paus. lib. 1. Eliac. & Plut. in eius vita ex Aristotel. Vix
trecentis ante Platonem annis. Plato in Minoc. aut ante fi-
nitum bellum Peloponnesiacum, Thucid. in Prolog. Septin-
gentis annis ante Ciceronem, vt par prope sit instituto-
rum Lycurgi & Romæ antiquitas. Cicero pro Flacco.

Olympias spatium quatuor annorum, quod labeatur
inter duos ludos Olympicos. Lycophronis interpres, quin-
quaginta menses (lunares) fuisse ait. Quaterannorum anno-
rum circuitum, item lustrum interpretatur Censor. de die
nat. cap. 15. desierunt celebrari Theodosij maioris ætate, In
dictionibus substituti, Cedrenus. vel vt alij, Constantino
Imperatore.

Nulla certa historia extat ante Olympiades. apud Græ-
cos, neque vllum scriptum vetus barbarorum & Græco-
rum gesta declarans, Iusti. Martyr. in parenetico.

Temporum illustrium initia (æras vocant Astrologi) in
hoc cadunt sæculum. Nam.

Anni Chaldæorum, Macedonum, Aegyptiorum, com-
mune ferè habent principium, scilicet à Nabonazaro,
quem Salmanazarem fuisse alij sentiunt, ego Phul vel
Sargonem Assyriorum regem, 60 annis Salmanazarem an-
tiquiorem. Ita perspicitur, quàm sit istorum recens Chrono-
logia.

Græcorum & Romanorum memoria in idem tempus
incidit, quod ad hunc modum conuincitur. A Nabonaza-
ro ad Augustum anni duntaxat colliguntur 718. Ptolom.
lib. 3. Almag. cap. 8. Ab vrbe condita ad eundem Augustum
ann. 710. A prima Olympiade ad eundem Augustum ann.
734. Olympias igitur prima duntaxat antecedit Nabon-
nazarem Ptolomei annis 16, & Nabonazares vrbs fun-
damenta an. 8.

Etsi Censorinus de die Natali cap. 21 Annos Nabona-
zari, quos Aegyptij nominant, à primo imperij eius anno
cepisse narrat septingentis tribus annis ante Iulianos, &
nongentis octoginta sex ante diem, quo scribebat. Nam
iuxta hunc calculum Nabonazaris anni inciperent annis
quinque post V. C. viginti octo post Olympiadas. Sed dif-
crimen est valde paruum.

Hic ego incipio primam adolescentiam monarchiæ Assy-
riorum, vsque adeo ab historicis decantate. Nam ante hoc
tempus, Euphratem minimè traiecisse probari potest cer-
tissimè, atque ita colligi esse fabulosa, quæcunque de ea
exteri scriptores prodiderunt. Sed & Regū nomina & series

Anni
Diluuij

1670

*Lacedæmoniorum Thaleco,
deinde Alcane, siue Alcame-
ne an. 37.*

*Corinthiorum Egemnone,
an 16. deinde Alexandro
an. 25.*

Phelosteno an. 12.

*Atheniensium Aripnone,
& per ordinem Thepeio,
an. 27. Agamnestore an. 20.*

*Macedonum Carano rege
primo an. 28. deinde Cano,
an. 12.*

1722

Anni
mundi.

3356

3408

quam

Anni
Diluuij.

1670

OZIÆ OLYMPIADVM, ET ROMÆ CONDITÆ SÆCVLO.

Anni
mundi.

3356

3408

quã à Nimo deducunt, atque hæc etiam nos ex illorū sen-
tentia inseruimus, sunt suspensissima.

Primo, quoniam eorum ne apiculus quidem in sacris
extat, vbi primæ antiquitatis res diligentissimè designan-
tur. Certè si tam potens & ampla fuisset ista Monarchia,
in tanto annorum spatio propter viciniam, illi commer-
cium aliquod aut res alia fuisset cum Indæis, cum Syris,
cum finitimis alijs populis, quorum bella & res solet scri-
ptura attingere.

2 Temporibus Abrahæ, Amraphel rex Sennar, siue Ba-
bylonis, Arioch rex Elasar, Chodorlaomer rex Elamitarū,
qui sunt Persæ, Thadar Rex gentium, vt sui iuris nomi-
nâtur, Genes. 14, qui in terra Chanaan contra reges Sodo-
morum & Gomorthæorum bella gererent. Istæ ergo na-
tiones non erant tunc sub iure Assyriorum. Tempestate
Mosis & Iosue, cum Hebræorum fama feratur ad longin-
quissimas quasque terras peruenisse, vt etiam è Mesopota-
mia Balaam vates fuerit excitatus, nihil de Assyriis, quos
tamen præcipuè cōmotos oportuit, & cū reliquis regibus
Orientis accurere ad reprimendam, retardadamque tam
numerosi populi inundationem, qui non sola Palestina
contentus fore videbatur.

3 Per sequentes deinceps Patriarchas, Reges, Prophetas,
Iudices succedentibus libris, Reges Syriæ, Mesopotamiæ,
Damasci, Moab, Arabiæ, Ægypti, Aethiopiæ, reliquarum
ferè regionum Orientis, præter quàm Assyriæ, perpetuo
occurrunt. Nam de illa altum silentium. Quin & David
Mesopotamiæ partem acquirit, nec vllus Assyriorum rex
se ei opponere narratur. Aut nulli ergo erant ante Sargo-
nem & Phul, qui primus nominantur & terrent regiones
cis Euphratem, aut non valde potentes. 4 Reg. 15.

4 Balaam in suo prædicto. Num. 24. de Assyriis loquitur,
vt valde infirmis, qui non possent regulos iuxta Euphra-
tem subigere, & vaticinatur de eorum sub tempora no-
uissima incremento. Cinee (inquit) robustum quidem nunc est
habitaculum tuū, at quādiu poteris permanere? Et postea, Heu,
quis victurus est, quando ista faciet Deus? Quasi multa adhuc
superessent sæcula.

5 Ionas propheta, qui vaticinabatur sub hoc Amaziæ &
Oziæ æuum, Niniuem quidem magnā urbem fuisse, & Re-
gem habuisse narrat, at eum describit vt potentem reg-
no non multum extra Assyriam diffuso, quare ne Regem
quidem Assyriorum eum nominat, sed Niniua.

6 Exteri scriptores qui nihil tribuerunt incertis rumo-
ribus & fabulis, Epochen siue principium Calculi figunt
in Nabonassare Assyriorum rege annis duntaxat ante A-
lexandri magni mortem 424, vt Ptolom. lib. 3. Almag. tan-
quam insigni aliquo principe, qui superiores certa virtute
& potentia superarit, ac meritò principium numerandi
securis ætatibus tribuere potuerit.

7 Hanc eandem Epochem statuit Scriptura. Nempe cir-
ca annum 27 Oziæ, quando terræ motus ille prodigiosus
vicissitudinum mundi prænuntius extitit, & Phul, qui for-
tasse Nabonazar hoc imperium cepit condere. Eo enim
respexisse videtur Esaias cap. 7. Adhuc 65 anni & Ephraim
desinet esse populus, id est, 65 anno imperij Assyriorum, qui
idem est sexagesimus quintus Terræmotus Oziani. E-
phraim à Salmanazare euertetur. Hos enim annos repe-
ries, vt & vidit Kimhi, à 27 Oziæ, ad sextum Ezechia.

8 Hic primum apud prophetas, Esaiam, Oseam, Amos,
& alios Assyrij nominis terror nationibus incutitur, virga
furoris Domini appellatur, &c.

9 Iosephus lib. 1. contra Appionem Berosum profert Græcos arguentem, vt multa atque adeo præcipua de hac monarchia fabulato s.

Anni ab vrbis condita.

Anni mundi.

10 In Assyria duntaxat regnatum est annis quingentis & viginti ante Arfacem Medum, qui Sardanapalum sustulit. Herod. lib. 3.

1464

3150

11 Semitamis, multo post Mosem, ex Porphy. lib. 4. contra Christum citante Eusebio de Præp. imò verò non nisi quinque generationibus Nitocrim præcessit, qui in Assyria regnabat Medorum tēporibus. proxime antè Cyrum. ibid. Herod. Atqui hoc tempus nō est eius dimidium, quod huic Monarchiæ affingitur, sed nec bellū Troianum transfreditur. Vnde neque eius meminit Homerus, &c. Imò verò si tres generationes, vt lib. 2. ipse ait, centum annos duntaxat conficiunt, ne dum quidem Semiramis exitit hoc Oziæ seculo. Sed Manassis, annis circiter 160 annum Cyrum.

Postremo hæc Hebræorum est traditio, de qua R. Abraham Leuita in Cabbala, pag. 3. ואז ארם בעולם מושל ער שבה נכבה נצר ומשל בהם ברכיב ועברו אחור כל הנשים

Atque hæc quidem aduersus vulgares historicos, qui nesciunt Assyriorum nomen, vt ut exortum dicatur è Nini remotissima radice, cœpisse duntaxat celebrari circa Oziæ & Olympiadum, & Romæ conditiæ sæculum.

Quoniam verò profanorū Chronographorum fundamentum in Nabonazare statuitur, audiamus quid de illo scribat Ptolem. lib. 3. Almag. cap. 8. Ab initio (ait) regni Nabonazaris præfatas obseruationes continuè ad hoc vsque tempus conseruatas habemus. Vnde ad illud locorum radices reducimus. Et post. A regno Nabonazaris vsque ad Alexandri mortem colliguntur anni 424. A morte Alexandri ad initium regni Augusti 294. & hinc ad decimum septimum Adriani 161. Hæc ille. Et vsque ad vltimum Cambyfis sunt ann. 225. lib. 5. cap. 14.

Ita Nabonazar non est Salmanazar, sed isto aliquis annis 60. antiquior, fortasse Sargon, quoniam à Salmanazare ad mortem Alexandri vix notari possunt, an. 360.

Tempore Oziæ, Amulius apud Latinos, Agamnestor vndecimus apud Athenienses regnabant. Hieronym. epist. 3. ad Damasum.

Romulus & Remus cum adoleuissent collecta latronum & pastorum manu interfecto apud Albam Amulio, auum suum Numitorem in regnum restituant.

Deinde Olympiadis 6, anno 3. Romam condunt. Post Troiæ excidium 394. Eutrop. Linius Virgil. 1. Aeneid. vel 432. Plut. in Camillo Solinus cap. 2. Halicarnas. lib. 1. Hinc, vt Florus annotauit in 2. Epitome, ad 20 Augusti, tempus fuit septingentorum propè annorum. Quos à 24. Oziæ reperies.

Iuxta Hebræos in Cabbala R. Abraham & historia eiusdem de rebus Romanis vsque ad principium regni Ismael, anno 6. Ezechia, quibus locis addunt Romulum & Remum anno Solari adiectis duos menses Maium & Iunium, cum antea Italorum annus octo mensibus perficeretur.

A prima Olympiade ad Romam conditam, nonnulli docent colligi an. 24. Clemens lib. 1. Strom. Post Troiam captam 437. Velleius lib. 1.

Romulus & Remus attigerant annum vitæ 18. cum Romam conderent. Dionys. Halic. lib. 1. Romulus post fratrem interfectū, è vicinis vrbibus attraxit plurimos. Ex iis senatores centū cōstituit, vt negotiis publicis præessent, quo-

1500

3186

OZIÆ OLYMPIADVM, ET VRBIS CONDITIÆ SÆCVLO.

Anni vrbis condita.

Anni mundi.

28

3408

28 4. Reg. 15. 44

13.

M IOATHAM AN. 16.

3408

3424

Ioatham eiusdem nominis pontifice.

Osea, Esaia, Amos, Ozia, Michea Morastite, Iona vrbibus.

Phul, deinde Tiglath-Phalassar 38. rege Assyriorum, an. 23.

Phacea, Israelitarum rege, an. 20.

44

3424

rum decem præcipuos, Patricios nominauit. q. populi patres 300 equites & ter mille pedites ad vrbis præsidium conscripsit reliquum populum in tribus quatuor diuisit Suidas.

Curionum sacra instituit. Publicè eosdè ferè Deos, quos Græci, asciuit: Saturnum, Iouem, Iunonem, Martem, Mineruam, Mercurium, Appollinem, Herculem. Itaque prima templa Ioui Feretrio & Statori in Capitolio dedicauit Neuos Deos & quasi Romanorum vernaculos, cōsecrauit vt Consum, & Tatiij sententia Cloacinam ex Arnobio. Cetera ab aliis accesserunt, de quibus seq. pag.

Antimachus Teius Lyricus. Plut. in vita Romuli. Phœnices septimo loco maris mediterranei potestatem adipiscuntur. Euseb.

Bebochorus Aegypti rex postea arripit. Mycerinus tamen ab Herodoto rex Aegypti hoc loco ponitur, qui summa pietate & clementia vixit, deinde Asychis, & Sabachos

Phul Belocho apud Assyrios regnante, Mediam occupauit Arfaces, Herod. lib. 1. Sic regnum Medorum vsque ad Cyrum annorum 300 fuisset. Itaque de eo postea verius sub Manasse.

Rhæcus in Samo plasticem comminiscitur. Trieris prima nauigauit Corinthum. Nang.

Lydorum regnum incipit rege Ardifo Haliattis filio. Ibid. Euseb. Ante dicebantur Mœonij. Eius frater Thyrrhenus in Italiam venit, & Tyrrenam terram à se nominauit Hoc regnum 230 annis stetit sub nouem Regibus, id est, vsque ad Cræsum, qui quia Chaldæis contra Persas auxilium tulerat, cæsus est à Cyro sub annum eius decimum. Quam summam reperies, à quinto regni Ioatham.

Lacedæmoniorum reges deficiunt, Nicander & Alcanas siue Alcamenes. Euseb. Post istos tamen Polydorum & alios deinceps nominat ad 15 generationes, postremum ponens Cleomenem Leonidis filium, qui capta ab Antigono patria in Aegyptum fugit, vbi tandem occisus est à Ptol. Philopatre Pausanias, eo ferè tempore quo Antigonus Demetrii filius Athenas oppugnauit, aut paulò post. Scilicet regnum potuit renouari.

Sabachos Aethiops pulso Asyche in Aegypto regnat an. 50. Hic in scriptura Sua vel So appellatur. 4. Reg. 17.

M SANCTISSIMVS fuit, prosperèq; regnum administrauit. Ammonitas stipendiū argenti, tritici & hordei prestare cōgēit, non solum pietate, sed etiam fortitudine excellēs.

Eius primo ferè figitur initium Olympiadum, de quonos in Oziæ Patre.

Michæas Morastites ex æquo stylum suum stringit in duas & decē tribus, vt titulus illius satis indicat. De Christo multa varicinat. Vidit Oseā, Esaia & Amos. Deinceps Prophetarū successio perennis. Pref. Maiemonim. Sub Ioathā prophetiā incipit, sub Achaz & Ezechia continuauit.

Porta speciosa & sublimis in tēplo à Rege construitur.

Razin rex Syriæ.

Tiglath-Phalassar anno septimo Ioatham imperiū adit, decimo vrbes multas Galileam, & vniuersam terrā Nephthalim cepit, & in Assyrios abduxit. 4. Reg. 15.

Cuius fortasse metu sub Ioatham filij Ruben, Gad & dimidia tribus Menassis ad quadraginta quatuor millia septingentos & sexaginta aggressi sunt Agarenos, Ietur, Naphis, Nodab, Ismaelis filios, quibus pulsis illic habitauerunt vsque ad captiuitatem, 1. Par. 5. (Babylonicam, alij vt Kimhi Assyriacam.)

Idem fecerat diebus filij Ioas. i. 40 an. antè sub Oziæ. Ibid.

Annus vigesimus Ioatham nominatur 4 Reg. 15 qui fuit quartus Achaz, nempe quoniam tunc indignabatur Scriptura, impium & profanum regem nominare, potius patrem mortuum nominat, qui non nisi alioqui regnavit. an 16.

Profana Rege Ioatham.

Peloponnesium & Atheniensium maximum bellum, vt velut victi inuicem se mutuo subtraherent. *Oros. lib. 1. cap. 24.*

Aeschylus archon 12 Atheniensium. qua ætate Ioatham regnabat in Hierusalem, *Euseb. chron. ex Africano. Ars sculpendi marmoris hoc tempore cœpit, Plinius lib. 36 cap. 5.* Aegyptij post Phœnicas octauo ordine maris ditionem inuadunt.

Numa Pompilius Romæ sacra & ceremonias atque pōrifices Mosaicis cōsimiles instituit, *Tertul. de Prescript.* quod in genere de omnibus Gentilium sacris prodit Iustinus Martyr. in Apolog. de cœna Domini verba faciens, siue Iudæorum imitatione: quorum tum florens erat nomen & & imperium: siue Sathanæ instinctu, qui Dei simius, sibi eadem apud gentes exhiberi exoptabat. quæ illic Deus. Et sanè in illis inducendis dicebat se cum dea Aegeria congressi. Quamquam hunc cum dea congressum videatur commentus, vt suum inuentum populo adhuc rudi & Martio melius instillaret, atque religionis metu sibi fidelius obstringeret. Erat enim alioqui insignis deorum contemptor & ceremonias, quas publicè colebat, priuatim libris ludificabatur qui post quingentos annos ex eius tumulo defossi iussu Senatus ea de causa in foro concremati sunt. Mirum autem cur Romani cum cunctarum Gentium deos reciperent, nunquam tamen Deo Iudæorum, quibus, vt dixi, magna ceremoniarum affinitate congruebant, locum apud se dare voluerint. Nec mihi satisfacit ratio, quæ Cicero pro Flaccō affert. Numen illud nimis abhorruisse à splendore imperij. Magis arridet quod Augustinus lib. 1. de de consensu Euangelistarum cap. 2 scribit non fuisse receptū quia ipse solus volebat coli, ac eius religio cæteras excluabat. Nam illo vno prætextu Senatus olim rogatus, Christum inter deos vrbs referre recusauit, vt est apud Tertulianum. Annum in 12 menses diuidens *Messala Corn. de progenie Aug.* Decem mensibus, quos in anno suo instituerat Romulus, duos Ianuarium & Februarium postposuit *Ouidius. 1. Fast.* sic enim legendum, non præposuit. Nam 2 Fast. & 3 fuisse postremos anni menses docet. Eius calendarium tanquam vndecim diebus mancum C. Cæsar postea restituit & perfecit.

Sacerdotes creauit, Vestales Virgines sacrauit Pontificem Max. primus declarauit, dies fastos nefastosque condidit. *Ibid. Messala.*

Pontifici sacra omnia exscripta exsignatæque attribuit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent. Nec cælestes modo ceremonias, sed iusta quoque funebria, placandisque manes eum edocuit. Vestam, Quirinum Terminum, Fidem consecrauit. Flamines tres Dialem, Martialem, Quirinalem & Vestales Virgines 4 cum Vestali maxima, Salios palatinos 12, qui Martis sacra curabant, Feciales 20 cum Patre patrato. Pontifices 4 cum Pont. Max. creauit, Rituales & Pontificiales commentarios scripsit. *E Liv. lib. 1. & Dion.*

Picum, Tiberinum, Pilumnum, Picumnum, Laurentium Floram, cæterosque Græcis ignotos Deos Romani aliis temporibus dedicarunt. Aesculapium serò populus ex Epi-

Anni
vrbs cō-
dita.

28

Sabacho Aegyptiorum.

*Romulo, deinde Numa
Pompilio 2. Romanorum
rege, an. 43.*

*Lacedæmoniorum Alcane
rege ultimo. Deinde post
regnum instauratum Poly-
doro eius f. an. 53.*

*Corinthiorum, Phelsteno,
& deniq; Automene, an. 1.*

*Atheniensium Agamnesto-
re, deinde AEschylo, an. 23.*

*Ardiso Lydorum rege pri-
mo, an. 36.*

44

dauro

Anni
mūdi.

3408

3424

Anni
vrbs cō-
dita.

44

*Macedonum Ceno, deinde
Tyrima an. 38.*

15.
n ABGAZ an. 16.

44
4. Reg. 16
60

*Vria in Aaronis cathedra
presidente.*

*Superioribus itémque Obed
prophetantibus.*

60

Anni
mundi.

3424

3424

3440

3440

& Cybelem è Phrygia victoriæ causa multo serius, quam uis Græcos Deos. Compitalia sacra in vrbe, Paganalia in agris Seruius Tullius edixit. Pauorem & Pallorem Hostilius indigetavit. Duos viros Sibyllinos Superbus instituit. Regem sacrorum Brutus post exactos reges. Tres viros epulones an. vrbs 558. Romitilus Tribunus.

Antiquissimi fuere Luperci, qui Panis sacra curabant, itémque Potitij, qui Herculis, iam inde ab Euandro, ante Aenæ in Italiam aduentum, ordinati. Proximi 12 fratres Aruales, & tres Augures, & 8 Aruspices & Curiones 30 à Romulo omnes illati. Sodales enim Titios T. Tatius Sabinorum rex Romuli socius dedit. Quæ ita perpetuo habuerunt, nisi quòd Augurum, Flaminum, Pontificum (qui sacris omnibus promiscuè præerant, cum alij vel singulorum Deorum sacra duntaxat curarent, vel de singulis rebus) Vestalium, trium virum & Epulorum numerus, procedente tempore auctus est, præsertim sub Sylla.

Post Numæ mortem an. 535 Cornelio & Bebio coff. eius libri effossi sunt 7 videlicet Latini de iure Pontificio & totidem Græci Pythagorici (id est, de illo genere Philosophiæ, quod postea secutus est Pythagoras. Nam post Numam vixit an. ducentis è Cic. 2. de Orat.) siue de disciplina sapientiæ, quibus euertebar non modo deos aliorum populorum, sed etiam Romanos cum ceremoniis à se constitutis, vt decreto Senatus publicè combusti sint. *Linus lib. 40. Val. lib. 1. Plin. lib. 13. cap. 13. Aug. de Cini. lib. 7. cap. 14. Laet. lib. 1.*

Post Phelstenum regnavit Automenes Corinthiorum rex vltimus, post quem deinceps annui Principes. *Nang.*

Sic Alcanas rex fuit Lacedæmoniorum vltimus, vt modo docui. Atque ita, vt duo hæc regna iisdem temporibus cœperant, ita & iisdem defecerunt, mox etiam Archontum Atheniensium principatus perpetuus in decennalem desinet.

Si Numæ Pompilij superstitiones reuoluamus, si sacerdotalia officia, insignia & priuilegia, si sacrificantiū ministeria & instrumenta & vasa ipsorum sacrificiorum & piaculorum & votorum curiositates consideremus, nonne manifestè illam Iudææ morositatem imitatus est. *Tertul. de Prescript.*

Ceremonias flaminibus imposuit Mosaicis congruentes, de quibus Gellius lib. 10, cap. 15.

Annum castigauit adiectis mensibus Ianuario & Februario. *Plut. in Numa,* vel potius Ianuarium primum anni esse voluit, secundum Februarium, *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 13.* Secundum Ouidium, vbi supra postremos.

Capitolium Romæ in monte Tarpeio extruitur.

Sibylla Samia insignis habetur Numæ temporibus.

Croton in Italia conditur à Myscelo quarto regni Numæ. *Dionysius. Halic. lib. 2.*

Ephori apud Lacedæmonios Theopompi regis consilio creantur. *Pausan.*

Anno 17 post mortem Alcamenis cum hætenus sub regibus fuissent an. 340, *Euseb. post Lycurgum an. 130. Plutarch. sub Polydoro Alcamenis f. & Theopompo Nicandri,* regibus, non ad tollendum regium Imperium, sicut Euf. existimauit, sed ad temperandum & coercendum.

Cynethon Lacedæmonius Theogoniam scribit. Cume- lus & Archinus Poætæ.

n DECENNIS genuit Ezechiã, anno enim 20 regnum consequitur, 16 post moritur, id est, ætatis trigesimo sexto. Suc-

cedente Ezechia annos 25 nato. 4. Reg. 16.
 Superiores reges impietate superauit, imitatus impietatem regum Israel, & insuper statuas fundens Baalim siue Belis.
 Finitimorum bellis petitus ad Gentilium Deorum opem confugit,
 Contra Razim regem Syriæ & Phaceem regem Israël à Deo opem poscere ab Esaia iussus (cap. 7.) abnuuit, sed ad auxilium Tiglath-Phalassar Assyrij regis se contulit.
 Ad eum inde, cum Damasci esset, profectus aræ maximæ Syrorum Deorum exemplar Hierusalem ad Vriam Pontificem misit, mandans vt similem fabricaret. Reuersus aram illam veneratus est & Diis Damasci sacrificium fecit, idemq; Vriæ Pontifici faciendum mandauit, 4. Reg. 16. In hoc nefariæ mentis piaculo diem functus. 2. Par. 23.
 Oded propheta milites arguit crudelitatis 2 Par. 28.
 Esaias Christum de Virgine, Micheas in Bethlehem nasciturum prædicunt.
 Apud Assyrios Tiglath Phalassar, 4. Reg. 15 & 16 Galileæ Damascum & Syriam capit, capto Razin rege, & populum transfert Cyrenem versus Aethiopiam. Medis quoque imperauit, vt ex 4 Regum 17 colligi potest. Cum eo amicitiam Achaz inuit, eique dona misit, vt auxilio ipsius à rege Syriæ liberari posset, 4. Reg. 16. Sic paulatim in populi Domini perniciem attractus est Assyrius ab ipsismet domesticis, de quo varias querimonias propheta instituunt,
 Vriæ pontifex inflectens se ad voluptatem apostatæ Achaz. Ecebolio similior, quàm Ambrosio, 4. Reg. 16. Esa. 8.
 Osee rex Israel permisit suis quotannis ter ascendere Hierosolymam ad adorandum Dominum, sustulitque præfidia à superioribus Regibus ad impediendum & ascendentes intercipiendum posita, Hebr. & anal.
 Cum Ioas permisisset quidem idolorum cultum, sed nõ ipse eum sequutus esset, 2 Par. 24, Achaz primus regum Iuda religionem palam eiurauit, & in Synagogas hæresim, peregrinorumque deorum cultum intulit. Quem è sequentibus regibus soli Ezechias & Iosias penitus repudiarunt. Adeo tenax est impietas, postquam semel in regna admiffa est. Vnde nec prius desit, quàm funditus populum Domini euerteteret, & in captiuitatem Babylonicam euomeret. Præcedentes aliqui reges, id est, Ioram, Ochozias, Athalia, mali huius origo, erant quidem deorum cultores. At Dei verum cultum publicè non infectabantur, sinentes quemque suo modo, viuere. Ioas cõtra 2. Par. 24 postquam obiit Ioiada pontifex, delinitus obsequiis principum Iuda, acquieuit eorum petitionibus, permisitque, vt dereliquerent templum Domini Dei patrum suorum, & seruirent lucis & sculptilibus, id est, cum ipse catholicam religionem profiteretur, impietatem permittebat.
Profana.
 Milesij impetium maris capeffunt.
 Athenis perpetui archontes esse desierunt, cum fuisset vltimus Alcmaon, cõperuntque in denos creari per annos 70, ac deinde Resp. annis commiffa est magistratibus. Ex iis, qui denis annis præfuerunt, primus fuit Charope, vltimus Erix: Ex annis primus Creon. Velleim.
 Primus Ephorus Elatus apud Lacedæmonios 130. annis post Lycurgum. Plutarch. in Lycurg.
 Eliseus Tyri rex à Salmanazare oppugnatur. Ioseph. lib. 9. Antiq. cap. 15.
 O P R A E C L A R I exempli & singularis pietatis princeps.

Anni urbis condita.

60

Tiglath Phalassare 39.
 Salmanazare an. 50, Assyriorum monarchi.

Anni mundi.

3440

Phacea, & ad extremum Osea an. 9. Israëlitarum regibus.

Sabacho Aegyptiorum.

Numa Pompilio 2. Romanorum rege.

Lacedæmoniorum rege post regnum instauratum Polydoro Alcamenis f. an. 53.

Atheniensium Archonte AEschylo, denique Alcmaone decimo tertio & vltimo an. 2.

Lydorum Ardiso.

Macedonum, Tyrima rege tertio.

89

3469

Anni urbis condita.

60

Ibid. 18.

89.

15

O EZECHIAS an. 29.

Neria pontifice.

Osea, Esaia, Amos, Michea patribus.

Salmanazare, Senacherib 40. annis ferè 7.

Filio eius Assar Adon. 41. id est, Sardanapalo an. 10. Assyriorum monarchis,

Merodac Babyloniorem rege primo an. 52. qui & Baladan.

Osea vltimo Israëlitarum rege.

Setone Aegyptiorum.

Numa Pompilio, deinde T. Hostilio 3. Romanorum rege an. 32.

Lacedæmoniorum Polydoro.

Atheniensium Carope AEschyli f. primo decenali principe, Aesimede 2. siue Aestinede.

Eli dico 3. per ordinem.

89

Anni mundi.

3440

3469

Rem diuinam & bellicam præclare gessit.
 Primum rei diuinæ opus fuit, primo regni mense oratio ad populum pro religione vetere instauranda & templo aperiendo. 2. Paral. 29.
 Secundum, legitima sacrificiorum instauratio. Ibid.
 Tertium, Paschatis relatio 4. Reg. 20. ad cuius solenne sacrum populos Israël siue decem tribuum aduocauit Nam nondum in Assyriam fuerant traducti. Eorum quidam uenerunt, præsertim ex Afer, Manasse, Zabulon, Ephraim, Issachar. Alij irriserunt.
 Rerum bellicarum prima fuit egregia victoria de Philisteis. 4. Reg. 18.
 Secunda, idque regni decimo quarto, de Senacherib rege Assyriorum qui iam post Salmanazar septimum imperabat. E cuius clade secuta est imperij illius euersio, sub initium Manassis. 4. Reg. 19. Esa. 37.
 29 annos cum tribus Assyriorum regibus egit. Cum Salmanazare, qui sexto eius post captam Samariam, vita cæssit. Cum Senacherib, qui eius 14. ab angelo profligatus est, cum Assar-Adon, quem per decem annos neque amicum, neque inimicum habuit, & eodem tempore cum Merodac rege Babyloniorem, quo amico vsus est.
 Ex quo apparet sub finem vitæ eius Assyriorum imperium fuisse à Medis & Babylonijs extinctum.
 Aenei serpentis abusum sustulit, Idolorum, lucorum, excellorum idololatriam aboleuit 4. Reg. 8.
 Merodac, siue Berodac filius Baladan rex Bab. Hier. 50. regi Iuda è morbo conualescenti munera destinauit. Es. 39. Mardocempadus fortasse Ptolemæo Almag. lib. 4. c. 6. & 8. Adductus ad id fuit miraculo, quod sol per decem lineas, quas tantum descenderat, ad Orientem regressus diem decem horis aliis auxisset, Es. 38. Huius admirandi Phænomeni meminit Herod. lib. 2. Circa regni eius decimū quintum, vnde primus Merodac & Assar-Adonis videtur concurrisse.
 Ezechias coluit bonas artes. Nam & studiosus fuit Mathematicarum, apud Chaldæos tunc vigentium. Vnde annum restituisse fertur, & leges posuisse de intercalando tertio quoque anno mense Nisan (hodie Iudæi mensem Adar, id est, Februarium intercalant, quod tamen in idem recidit, & duplicando, vt ille esset mensium 13, & menses lunares ad cursum solis accommodarentur. Elias in Tisbi è Talmudicis. Hinc fortasse signum Es. 38. de solis retrocessione ipsius ingenio accommodatum.
 Horologium Achaz celebratur, cum Græci & Latini trecentis annis ante Christum neque quadrantes, neque horologia neque horas haberent.
 Amici Regis Ezechia, mandato, autoritate, & suasionibus eius, libros Reipublicæ viles non tantum componebant, verum etiam veteres, quos ederent, perquirebant. Prouer. 25.
 Ezechia sexto anno, vrbe Samaria potitus est rex Assyr. Salmanazar. Ita durauit hoc regnū annos ducentos quinquaginta octo, menses septem. Qui transmigrarunt, non leguntur rediisse, quamuis credibile sit, eorum multos solum patrium repetiisse sub regibus Perfarum: è contrario, duæ tribus, quæ in exilium exigi cepere post an. 113, sub Ioachim (Dan. 1.) leguntur rediisse, & tamen earum plurimi in exilio hæserunt. Quo factum, vt B. Iacobus epistolam ad duodecim tribus dispersas scriberet.
 Cutthei siue Assyrij, in patria decem tribuum collocati nunc primum vocari cõcepti sunt Samaritæ, & vnus Dei

cultum vtrunque amplecti.

Tobias apud Niniuem captiuus, vt constat ex eius libro, quem & Hebraicè vulgavit ante paucos annos Germania qui tamen non hoc tempore scriptus est, sed post reditum de Babylonia ex antiquis monumentis vnde nec in primum Hebræorum canonem, qui mox post illum reditum conditus est, sed in secundum, è quo postea Ecclesia suo annumeravit cum opusculo Iudith; vt 24 veteris testamenti libri constituerentur. Hilar. prolog. in Psal. Aug. lib. 2. de doctrina c. 5. Conc. Cartag. 3. Gelasius in Con. 70. epist. Quare & eum citat tanquam scripturam canonicam Cyp. lib. 1. contra Iudæos & li. 3. c. 11. epist. 5. 2, 62, imò diuinam Scripturam vocat li de Orat. Dom. lib. de op. & Eleem. de bono Patient. & ad Fortun. c. 10, & 11, de mortal. Sic alij vt Iren. lib. 1. c. 14 Hilar. in Ps. 129. Amb. li. de Tobia, & lib. 6. Hex. c. 4. lib. de Elia c. 10. Chryf. ad pop. ho. 3. Isid. lib. 6. Etym. cap. 1. Hieronym. Præfat. in Ionam, & Præfatio in Tob.

Translatæ autem sunt 10. tribus ad Assyrios, 4. Reg. 17, vnde itinere anni cum dimidio, per angustias Euphratem transgressi, venerunt in Arfereth regionem hætenus inhabitatam ibi commoraturi, 4. Ezra 13. Colchidis partem aut regionem aliquam illi propinquam nonnulli esse suspicantur, quòd Colchi more Iudæorum, infantes circumciderent, teste Herod. lib. 2. Ego puto esse veterem Tartariam ad desertum Belgian in Orientis Septentrionalis angulo, è qua illi sub annum Christi 1200. Duce Cingis erumpentes, cum antea ignoti essent & loco nomine, imperium Cham Tartarorum, quod hodie memoratur, constituerunt. Nam in Hebræorum annalibus apud R. Selomonem in 27 Esaiæ, decem tribus in Oriente fuerunt perditæ. Facile amplexæ sunt Mahometismum, quòd iam ab æuo circumciderentur, & corrupta quadam Mosaicæ religionis specie tinctæ essent.

Palestini, ex quo ceciderunt regnante Ezechia, caruerunt deinceps gentili rege. Seder Olam cap. 20.

Merodac Baladan cum duodecim annis in Babylone regnasset omnem Assyriorum potentiam ad Chaldæos transtulit, occasione cladis Senacherib non modo regnum suum in libertatem asserens, sed & augens, indeque regnavit ann. 40. Quare Ierem. cap. 50, regnum Merodac vocat regnum Babylonis, quod is primus auctor huius regni post labefactatos Assyrios fuerit. Et cap. 1. Cecidit Merodac, id est, rex Babylonis vltimus Baltazar, quasi transfuderit nomen suum ad posteros, vt Ptolomæus, Cæsar, &c.

Almanazarem Assyriorum regem recentiores Chronologi putant esse Nabonazarem Ptolomæi lib. 3. cap. 8, & lib. 4. cap. 8 Almag. quod supra impugnavimus. Quicquid sit, apud eum nomina & sæcula regum Babylonicorum & Assyriorum videntur ficta aut corrupta, vt proinde ex eo nihil certo statui possit, nedum chronologia, vt isti faciunt describi, nisi forte imaginaria.

Senacherib Pelusium oppidum Aegypti obsedit, sed audiens Taracam regem Aethiopum regi Aegypti auxilio properare ac per desertum iter facere vt ex improviso agrum Assyriorum inuaderet, re infecta recessit Hierosolymam, vbi eius exercitus pestilentia deleretur. Ioseph.

Imò verò Angelus eius exercitum consumpsit, propter blasphemiam ipse autem in Deorum suorum fano Niniuæ sacrificans, à filiis interficitur.

Qua plaga res Assyriorum ita fuerunt afflictæ, vt nullum

Anni
urbis
condita.

60

*Lydorum Ardiso, & per
ordinem A liatte an. 14.
Mele an. 12.*

*Macedonum Tyrina rege
tertio deinde Perdica an. 51.
de quo Herod. lib. 8. & Soli
cap. 14.*

*Synodus quarta de restituenda
religione, templo, festis, & re diuina,
iuxta dispositionem & canones Da-
uid regis, Asaph. & Gad videtis, &
Nathan propheta. 2. Par. 29. & 30.*

89

3469

deinceps

Anni
urbis
condita.

60

Anni
mundi.

3440

EZECHIAE ET VRBIS CONDITAE SAECULO.

deinceps verum monarcham habuerint. Nam ex hac tanta clade, sequuta est imperij perturbatio, mox laceratio atque distractio ex variis filiorum dissidiis. Denique euerfio ac pernicius, Babylonio rerum summam liberis & propinquis Senacherib eripiente. Horum meminit Herodotus, & nomē *σαυαχάειβος* retinet, addens statuum eius in templo Aegyptiaco positam, cum hac inscriptione, *εἰς τοὺς 75 ἡμέρας ὁ δαὸν δὲ οὐβὴς ἔσω.* in me aliquis intruens pius sit.

Reuersus in assyriam Senacherib, iratus ob plagam Hierosolimæ acceptam per 45 dies multos filium Israel occidit. Tob. 1. paulò post in templo Nizra Niniuæ occisus. 4. Reg. 19.

Simeonitæ relictis suis sedibus, quas obtinuerunt partitione Iosue, quærunnt nouas sedes, & partim in Aethiopia cæsis Nomadibus migrant, partim in montem Seir. i. Idumeam, partim in Amalec (Arabia regionem) i. Para. 4. hoc videntur metu Assyriorum fecisse.

Apud Aegyptios Sethon sacerdos Vulcani & Rex, conflixit cum Senacherib rege Arabum & Assyriorum. Herod. lib. 2.

Huic Tiraca rex Aethiopum auxilium tulit. Ioseph. lib. 10. Antiq. cap. 1. & 2.

Tiraca rex Aethiopum potentissimus, in Senacherib Assyriorum monarcham oppugnantem Hierosolymam. Ita reges Aethiopiæ à temporibus Salomonis peculiarem curam terræ sanctæ gesserunt. Quod impensè, tanquam hereditarium, hodiè que facit potentissimus Aethiopum rex Preto-Ioannes. Vtinam Deus immortalis illi palmam hanc referuet, vt maiorum vestigia persequens terram illam è Turcica feritate tandem liberet, dum nostri principes neglecta religione & conditoris sui monumentis, ignauitæ, libidini vel ambitionibus turpiter seruiunt.

A primo rege Aegypti ad hunc Sethonem vltimum, decem annorum millia fluxisse fabulabantur Hierophantæ Herodoto, ac eo tractu solem quater sui ortus locum mutasse. lib. 2.

Regnat tandem filius Senacherib Afsaraddon (Phul cognomento Regum Assyriorum) id est Sardanapalus, si vestigijs litterarum aliquid tribuendum sit, 4. Reg. 19. Hunc Nabugdonozor exiit imperio, & ad incendium compulit, vel potius cum Arbaeto Medo Berodac Nabugdonozoris auus. Nam Nabugdonozoris auum Merodac sine Berodac (vtrouque enim vocabulo nominatur) fuisse, qui imperium Sardanapalo ademerit, ex eo perspicuum puto, quòd sub illa tempora iste imperium Orientis affectare cœperit. Esa. 30. & 4. Reg. 20. Quinimò R. Salomon è Talmudicis historiis in 3. caput Danielis narrat Nabugdonozorem vnum eorum decem fuisse, qui soli cum Senacherib euasere manum Angeli, missi diuinitus ad istius delendum exercitum.

Quamquam potius id de patre vel auo Merodac crediderim, quia Nabugd. nimis fuisset senex temporib. Babylonicæ captiuitatis: itè quia Iosephus & reliqui historiographi Orientis, quinque Reges faciunt huius Babylonicæ monarchiæ, quam tamè Nabugd. magnus ad summum apicem perduxerit. Reges Assyriorum præcedentes è libris Regum & Paralip. sursum versus ad prisca sæcula, quibus eorum imperiū floruit, facillè perdes. Hoc modo Afsar-addon, Senacherib, 4. Reg. 19. Salmanazar. Ibid. cap. 18. Teglat Phalassar, cap. 16. Phul. cap. 15.

Cum Salmanazar paucos adduxisset è diuersis regionibus

89

3469

bus colonos in Samariam, postea Assar-Adon. i. Sardanapalus, repleuit terram decem tribuum nouis habitatoribus, præsertim de Cutha regione Persarum, qui suscipientes circumcissionem per sacerdotes Israël è captiuitate euocaros, & legitima Dei, atque libros Mosis quinque, nihilominus deos suos patrios in excelsis colebant. Vnde florentibus Iudæis, eos suos vocabant propinquos. Aliàs cum illis perpetuas exercebant inimicitias, eorumque hostibus intestino quodam odio sese solebant adiungere. *Ioseph.*

Quod hæreticorum est contra catholicos ingenium & mos.

Multi interim ex 10 tribubus in regnum Iuda confugerunt, multi latitarunt, partim in speluncis, partim inter vicinas gentes, qui post reditum regis Assyriorum, redierunt ad sua, & habitauerunt cum Samaritanis. Ita desit regnum hæreticum post annos 258.

Eodem tempore ablata est gloria Moab (per Salmazarem scilicet) tribus videlicet annis post mortem Achaz *Esa. 14. & 16.*

Externa.

A clade Senacherib ad principium victoriarum Nabugdonozoris, computantur anni 107. Et sanè tot reperiuntur à 14 Ezechia (quo Senacherib illa clade est affectus) vsque ad tertium Ioachim, qui fuit primus Nabugdonozoris. *infra.*

Sardanapalus Tarsum & Anchialon vrbes Cilicię maritimas condidit vno die. *Stephan. de Vrribus.*

Domitis Assyriis, Merodac Babylonius tenuit monarchiam, cuius vt regis Babylonie iam potentis sub Ezechia, meminit *Esa. cap. 39.* Mardocempadus Ptolomæo.

Externi scriptores narrant, Phul Belochum (quem putant esse Belodac, 4 Reg. 20.) & Arsaem Medum bello aggressos fuisse Sardanapalum muliere corruptiorem, seque Sardanapalum incensa regia & familiam flammis Babylonii, consumpsisse, durasse autem incendium dies quindecim, annis post Abraham mille ducentis (regnante in Iudæa Ezechia) id est 1331 ab Abraham morte iuxta nostram supputationem.

Arsaces siue Arbaces, siue Arbaetus dominatus est Medis & Persis, vixque se eius posteritas tutata est montibus aduersus Babylonios, vsque ad Darium Medum, & Cyrum Persam.

Errant ergo Germani historici & chronologi, qui secus scribunt & Belochum accipiunt pro Phul rege Assyrii sæculo, quem & aiunt pulso Sardanapalo regnum Assyriorum & Babyloniorum occupasse, atque hinc cœpisse nouum Assyriorum regnum, vsque ad Nabugdonozorem. Nam noui istius regni apud Assyrios, nullus probatus auctor recordatur.

Melius *Ioseph. lib. 10. Antiq. cap. 3.* Tempore Ezechia, Assyriorum imperium à Medis euersum est. Addo ego, & à Babylonis, vt *supra.*

Mardocempadus cum 12 annis regnasset Babylone, magnâ accessione suo imperio fecit, vt iam monarcha appelleretur annis Aegyptiis 28 à regno Nabonazaris. *Ptol. lib. 4. cap. 6. & 8.*

Romæ Tullus Hostilius tertius rex, an. 32. qui primus fascibus & purpura vsus, Fidenates, Veientes, & Albanos vicit, & urbem Cælio monte amplificauit.

Hydromantia à Persis in Italiam affertur.

Anni
urbis cõ-
dita.

60

In ea etiam quarta Synodo de reliquis decem tribuum colligendis & ad Pascha & alia legis statuta conuocandis tractatum est. Ibid. Ibi & actum videtur de libris Prophetarum conquirendis, maxime Salomonis, Prover. 25.

EZECHIAE ET VRBIS CONDITAE SÆCVLO.

89

Archij

Anni
mũ di.

1440

1469

Anni
urbis cõ-
dita.

89

89
4. Reg. 22
144

144

Anni
mundi.

3469

3469

3524

3524

Archilochus Parius poeta Iambicus, què ob mordacitatem Lacedæmonij vrbe eiecerunt. *Cic. 1. Tuscul. regnante Tullo Hostillio, Cornel. nepos.*

Apud Aegyptios Pсамметicus regnat an. 54. 10. scilicet cum vndecim aliis solus 44, à quo res Aegyptiorum exponere incepit Herodot. lib. 2. post quem Nechao, de quo postea. Pueros Græcè docuit, Græcis locum, qui castra dicitur, ad inhabitandum concessit, *Herod. lib. 2. Diod.*

Aegyptij confusis rebus per bella ciuilia, 12. ex senioribus regno præficiunt, qui simul 15 annis Rempub. administrant. *Diod. Siculus lib. 2. cap. 2.* labyrinthum mirabilem ædificant. *Herodot. lib. 2.* Inter hos vnus Necephos, siue Necus pater Pсамметichi proximi regis sex annis regnauit. Quo à Sebaco Aethiopo rege occiso, eius locum subiit Pсамметicus filius. *Herod. lib. 2.*

Anni 2 Olympiadis 9 Polydoro & Theopompeo regibus Lacedæmonij Amphæam oppidum Messeniorum occuparunt, quo tempore Aestinedes Aeschili F. quintum iam annum Athenis præerat. *Paus. lib. 4.*

Bellum Lacedæmoniorum vicennale contra Messanos propter stupratos virgines, initium intestinorum bellorum Græciæ. *Oros. lib. 1. cap. 21.*

Messana tandem capitur, & per 80 annos subiicitur. *Pausan.*

Euphaes filius Antiochi rex Messen. sub tempore belli, quod anno 20 durauit. *Pausan.*

Syracusæ & Catina in Sicilia conduntur. *Nangiac.*

Mare obtinent Cares. *Ibid.* Item Lesbij.

Calchedon condita. *Nangiac.*

p ANNO 12 regnum est consecutus. Quantum pater colenda pietate laudis fuit consecutus, tantum iste in exercenda impietate amisit vsque adeò vt eius flagitia Deum ad excidium Iudæorum incenderint.

Fuit Iudæis, quod Achab olim Israëlitis. Nam excelsa erexit, quæ Pater destruxerat. Extruxit aras & Baal fecit lucos. Astra coluit.

Idcirco captus est ab exercitu regis Assyriorum vincitque ductus Babylonem. 2 *Par. 33.*

Sic appellat regem Chaldæorum siue Babyloniorum. Nam & Ibidem Babylonem non Niniuem adductum testatur, quasi proximis annis regnum Assyriorum, quod fuerat in Niniue collocatum, iam à Babylonis offet delatum ac Babylonem ad Euphratem translaturam.

Restitutus pacta Babylonis societate & fide, adhortatus est populum, vt relictis Idolis Dominum coleret Tumque simulachra & aras alienas euertit, & extra urbem omnia proiecit. 2 *Par. 33.*

Ozias propheta, siue Hozai, è cuius sermonibus extat precatio Menassis penitentiam agentis. 2. *Par. 33.*

Ioel de duabus tribubus, earumque per Christum restitutione. Nahum in Niniuitas, qui vastauerant decem tribus: Abacuc in Chaldæos & Nabugdonozor, qui duas, scribunt. *Hebrai in Seder Olam.*

Nahum tamen ponitur sub Ioatham rege, à Iosepho, lib. 9. cap. 11

Idque fortasse, quia illa Niniuseuersio, quam Deus primū nuntiarat per Ionam, deinde penitentia eius motus in aliud tempus distulerat, videtur facta à Merodac Baladan qui Assaradon, iam decimum annum imperatorem extinxit sub initium Menassis, vt rectè Olymp. & Suidas scripsere, vt inde appareat cur Rex Menasses, non Niniue sed Babylone

nem

nem traductus fuerit.
 Quo tempore & Arbaetus partem imperij Affirij ad se rapit & regnum Medorum condit quousque Nabugdonozor Niniuem & Medos ipsos in suam potestatem redigit, *Iudith. 1.*
 Niniuitarum subuersio, quam prædicebat, facta postea putatur à Nabugdonozore anno regni primo, *Heb. vel iuxta Eusebium & Herodotum lib. 1. à Medorum rege Cyaxare proauo Cyri circa tempora captiuitatis Babylonicæ, 150. annis post Ionam prophetam.*
 Nostri similiter Ioëlem *ὁ ἰσραηλ* Oseæ faciunt sub Ozia. Videre quidem potuit Oseam senem, sed non Oziam regem, quia omnino vixit sub Menasse, & scripsit. Non enim facit mentionem Israëli, quasi iam essent abductæ decem tribus in captiuitatem. Deinde de Iuda solum vaticinans, de reliquiis earum cum domo Dei delendis prædicit.
 Menasse rex 22. annis perseueravit in sua impietate, reliquis respicit. *Seder. cap. 24. Kimhi in 4. Ezech. 40. totos annos impiæ ipsius vitæ, 15. duntaxat respicientiæ tribuit.*
 Tractus fuit Babylonem captiuus ob scelera, & denuò suis ob pœnitentiam dimissus à Merodac, qui eo incipiebat transferre imperium, & viam Nabugdonozori nepoti præparare ad tantam imperij molem.
 Iuxta alios à Ben Merodac, qui circa regnum eius trigésimum sextum regnare cœpit.
 Serra Esaiam patruelem suum dissecuit, quod clamaret, Audite principes Sodomorum, &c. *Hiero. in 1. Esa. & Trad. Hebr. cum Ecclesiam suis vaticinationibus illustrasset annis circiter 90.*
Externa.
 Aegyptus post Sethonem Vulcani sacerdotem, duobus annis Rege caruit. Deinde 12. duces habuit, qui æquali potestate administrarunt annis 10, quorum vnus Psammeticus nomine, solus postea regnum occupauit. *Herod. & Diodor. lib. 1.*
 Athenis mutata Reip. forma, magistratus annui creantur. Tum ciuitati nullæ erant leges præter principum decreta. *Nangiac. Velleius lib. 1. Pausan.*
 Midas rex Phrygiæ, qui obliquam tibiam inuenit. *Plin. lib. 7. cap. 56. & barbarorum primus, donaria ad templum Delphicum misit. Herod. lib. 1.*
 Byzantium à Pausania Spartanorum rege in Thracia conditur.
 Nudipedalia primum Lacedæmone sunt acta.
 Archilochus adhuc viuus, cuius libros vrbe exterminarunt Lacedæmonij, quòd parum essent pudici. *Valer. Max.*
 Simonides & Aristoxenus musicus.
 Romæ Ancus Martius rex 4. an. 38. qui primus salinas instituit, Ostiam super mare condidit, Auentinum & Ianiculum vrbi addidit.
 Apud Medos, Cardiceas, Artecamis, Deioces de imperio dimicant, & simul regnant. *Diodo. Herod. post 13. annos solus obtinet Deioces siue Arbiones, qui Ecbatana condidit, & primus verus Medorum monarcha fuit.*
 Apud Macedones Argeus, apud Aegyptios Merres Aethiops.
 Bellum Lacedæmoniorum cū Messeniis per an. 17. *Paus.*
 Sibylla Samia ab aliquibus hic locatur.
 Post Sardanapalum Arbaces eius præfectus regnum Medorum condidit in annos 128. vsque ad Cyrum.

Anni orbis condita. 89.

Anni mundi. 3469

Atheniensium Hippomene quarto decennali principe, Locrate quinto. Absandro sexto. Erixia septimo & ultimo.

Sethone Aegyptiorum, deinde post interregnum ann. 12. Psammetico primo noui regni Aegyptiaci rege an. 44.

Mele tertio Lydorum rege, & per ordinem Cådale an. 17. Gige an. 36.

Macedonum, Perdica rege quarto, deinde Argeo an. 38.

MENASSIS.

144.

3524

Anni orbis condita. 144.

Anni mundi. 3524

144

3524

144 Reg. 2. 146

3524

3526

17
 q AMON an. 2

Sellum Pontifice.

Hozai propheta.

Deioce siue Cyaxare Medorum an. 53.

Ben Merodac Babyl. rege secundo.

Aegyptiorum Psammeticho

Tarquinio prisco quinto Romanorum rege.

Lacedæmoniorum Anaxandro.

Lydorum Gige rege quinto.

Macedonum Argeo rege quinto.

146

18

3526

22.

177

r IOSIAS an. 31.

3557

Helcia pontifice max.

Sophonia, Jeremia, Baruch uatibus & Holda prophetissa.

177

3557

Erixias vltimus Atticorum decennalis princeps, qui magistratibus durauit an. 70 à Caropis initio. Postea popularis status cœpit, & annui magistratus constituti sunt.
 Tarentum cõditum à Partheniis duce Phalanto. *Iustin. lib. 3. Luca à Lucio Thusco Cato de Orig.*
 Psammeticus vnus è duodecim ducibus Aegypti reru solus potitus, nouum regnum sub 25 Menassis illic fudat. Ab hoc certa putatur historia ex herodoto & Diodoro vsque ad Cambysem.
 Græci auspicantur suam historiam ab hoc Psammetico sub quo primi omnium exterorum in Aegypto confederunt. *Herod. lib. 2.*
 Giges capit Colophonem & Smyrnam, & Niletum op pugnat.
 Picturam in Aegypto docuit, *Plinius lib. 7. cap. 56*
 Cådale postremo ex Heraclidis interfecto, quintus Giges regius pastor, mulieris opera regnat. *Cic. 3. Offic. à quo suam historiam per Crœsum ipsius abnepotẽ, vsque ad Assueri & Persarum è Græcia fugam Herodotus nouem suis libris deduxit. Eum sub Menasse nobiscum collocat Greg. Turon. lib. 1. hist.*
 q AMON impius Rex à seruis suis interficitur. *4. Reg. 21.*
 Patris flagitia, non pœnitentiam imitatus, Idolis, quæ Menasses à se fabricata euerterat, immolauit, adoluit. baal Soli, Lunæ, 12 signis & omni militiæ cœli.
 Corrupte apud 70 duodecim anni ei assignatur. Ex quo aliqui perperam augurati sunt interregnum duodecenne inter hunc & patrem Menassem statuendum esse
Externa.
 Lapso Assyriorum imperio, multa regna emerferunt, Medorum, Persarum, Lydorum, &c, totaque Asia armis concussa est donec obtinuit Nabugdonozor.
 r Hic ille est Iosias iam pridem per prophetam ex nomine promissus ad expiandas Idololatriæ labes. Ezechiam in hoc laudis genere superauit, religionem abrogatis Idolomaniis restituit. *4. Reg. 23.*
 Helcia sacerdote vsus, qui erat ab Aaraone 25 secundum Iosephum, templum à superioribus duobus principibus profanatum & semirutum renouauit, arcamque recondidit. *(Seder Olam)*
 Vasa Idolis consecrata cremauit, sacerdotes eorum interfecit, ne quidem aliorum impiè mortuorum sepulchris & ossibus parcens, *3. Reg. 23.*
 Locum è 28 Deuteronomij exitia omnia iis, qui à lege recessissent interminantis audiẽs scidit vestimenta sua, & rogauit Helciam aliosque, vt orarent Deum pro se & reliquiis Israëli & Iuda.
 Regni duodecimo purificauit Iudam ab Idolis.
 Pro rege Babylonis pugnãs, siue is fuerit Ben Merodac, siue Nabulassar secundum alios, & prohibens transitum properanti Necaoni Regi Aegypti ad Euphratem contra Babylonios cecidit. *Herod. lib. 2. In Mageddo, 2. Paral. 35.*
 Nam erat Babylonis amicus & fœderatus iam à temporibus Ezechia & Menassis.
 Eius morte piis funesta regnum Aegyptio factum est tributariũ. Ex quo deinceps vsque ad Machabæos Iudæa externis obnoxia fuit, vt non sine causa Iosiam Ieremias tantopere deplorarit.
 Necaõ postea ad Euphratem à Nabugdonozore cæsus est anno quarto Ioakim, *Ierem. 46.*

bellum in se Babylonicum Nabugdonozoris conuertit.

Hic ergo incipiunt bella Nabugdonozoris contra Syriam, quae tota parebat Aegyptio, & Iudaeam, contra quam quatuor suscipiuntur bella. Duo sub rege Ioakim, tertium sub Iechonia, quartum sub Sedechia.

Tot inde clades. Prima quando regem Ioakim abduxit Babylonem cum Daniele & tribus pueris sociis. Secunda quando eius undecimo illum iam in regnum dimissum vrbe capta interfecit & Iechoniam filium substituit. Tertia cum vrbe iterum capta Iechoniam tertio mense abduxit cum matre. Ezechiel propheta & optimatibus. Quarta cum Sedechiam illius undecimo cum popularibus exportauit.

Sed quoniam historia istorum temporum satis confusa in Scripturis narrata est, & refert eum habere exploratam, propter Ieremiam & Prophetas, qui infra illius aetatem scripserunt, hic haerere paucis lubet. Ioakim sub finem anni tertij regni sui se obsessum tradidit Nabugdonozori, datis obsidibus, inter quos Daniel, Ananias, Azarias, Misael, & parte vasorum templi Domini. Dan. 1. Tributarius autem in regno suo adhuc relinquitur, donec grauissime seruitutis onere depressus, ad Aegyptiorum regem diuertens misso rursus de Babylone exercitu comprehensus & tractus priusquam ad urbem veniret, in campo Babylonis undecimo regni interficitur & caret honore sepulturae obiectus bestiis. 4 Reg. 24. vt Ieremias praedixerat 22 & 36. cap. Alij aiunt mortuum in ipsa vrbe Baby. Kimhi in 19 Ezech. Ita Ioachim bis fuit captus.

Interim autem dum haec agerentur, in eius locum, Ioachim filius, qui & Iechonias, a populo Rex constituitur, sed regni mense tertio, vbi reuersus Chaldeorum exercitus urbem obsidisset, monente Ieremia, ne ciuitas cremaretur, cum matre se dedit. Vnde cum vniuersa prosapia Babylonem ductus, initium praebuit captiuitati, seu transmigratiioni Babylonicae, quam 70 annos duraturam Ieremias praemonuerat. Ierem. 25. Quamquam illam Hebraei ordiuntur ab undecimo Sedechiae, vt videre est apud Abben-Ezram in primo & nono cap. Danielis, vel a quarto Ioakim, vnde historiam suam orditur Daniel, qui fuit primus Nabugdonozoris.

Vt Iechonias, deinde Sedechias regnarint ipso transmigratiioni Babylonicae tempore. Et certe tres huiusmodi fuere transmigratiiones.

Ceterum pro Iechonia in regnum a Chaldaeo successus, patruus Sedechias Iosia filius propter rebellionem, regni undecimo post quinquennium obsidionem superatur, & tam Hierusalem quam Templum solo aequatur, cunctis penes, qui e prima captiuitate supererant, in exilium deportatis. Ex quo perspicuum est urbem ter a Babyloniis captam, regnantibus videlicet per ordinem Ioakim, Iechonia, Sedechia.

Obsidio breuior colligitur Ierem. 39. & 4. Reg. 25. Nempe Nabugdonozor ipse praesens adfuit a nono Sedechiae ad undecimum per duos ferme annos. Reliqui tres anni pertinent ad ipsius duces, qui & eam soluerunt, vt Pharaoni occurrens. 4. Reg. Hinc obsidionem, quam hic dicimus quinquennem, triennem facit Ios. lib. 10. cap. 10. Na ait anno regni octauo Sedechiam Pharaone fretum rebellasse. Biennem Kimhi in 4. Ezech. a nono scilicet Sedechiae vsque ad undecimum. Octodecim mensium Ierem. 39. cui ipsemet Nabugd. praesesset. Tandiu enim adfuit, cum

Anni
urbis co-
dita.

178

Ieremia & Uria uatibus

Deioce sine Ciaxare Medorum.

Ben Merodac, deinde magno Nabugdonozore an. 45. Babyloniurum regibus.

Seruius Tullio Romanorum.

Nechao Aegyptiorum.

Ardi Lydorum rege sexto.

Macedonum Philoppo rege sexto.

Anaxandro Lacedemoniorum, deinde Eurycratide, an. 35.

189

3568

tamen

Anni
urbis co-
dita.

189

Anni
mundi.

3568

tamen antea vrbs fuisset a ducibus ipsius obsessa, qui propter occursum & superpetias Aegyptiorum eam coacti sunt aliquandiu interrumpere.

In prima captiuitate Nabugdonozor traxit in exilium e Iuda & Benjamin tria hominum millia & 23. id est, vniuersam ferè Hierosolymae nobilitatem. E reliquis vero tribubus septena millia. In secunda post septennium Iechoniam, totamque ipsius familiam, cum octodecim populi millibus. In tertia post annos 11. reliquos omnes penitus, exceptis sex populi millibus, quibus Godoliam praefecit.

Diuo tamen Hieronymo initio comm. in Ezech. Iechonia vocatur prima transmigratio, qui cum matre est ductus Babylonem, & cum Daniele tribusque pueris, & Ezechiele. Sedechiae autem secunda vel extrema captiuitas. Quod non puto verum, quoniam Hebraei constanter tres fuisse docent, vt dixi. Deinde Daniel & tres pueri ducti sunt in captiuitatem, non cum Iechonia, sed septem annis prius anno inchoante scilicet tertio Ioakim. Dan. 1. vertente & quarto e 25 Ieremiae.

In his cladibus sola Iechoniae posteritas ex ampla familia Dauidica permansit, qui & in captiuitate genuit Salathielem, Malchiram, Pedaiam & Gemariam. Seder Olam minor.

Nabuzardan princeps militiae Nabugdonozoris cremavit templum, exportatis columnis, mare aereo, basibus, quae omnia fecerat Salomon, cunctisque vasis templi & thesauris regis. Interfecta sunt nongenta & decem hominum millia, infiniti abducti sunt in captiuitatem. Nam vel ex Leuitis translata sunt 600 millia. Sub finem chronici de regibus Israel.

1 Vrias filius Samaiae propheta retractus ex Aegypto, a Ioakim, interficitur, eademque Ieremias, concionans. Iere. 26

Daniel anno 15 aetatis, ductus est Babylonem. tertio anno Ioakim, qui postea octo annos regnum tenuit, a quibus ad finem captiuitatis anni fuerunt. 70. Ita vixit 93 annos, antequam transferretur ad Medos, vbi tribus annis post decimi capitis visionem habuit. Erat igitur admodum senex, fortasse mortuus diebus Ester. neque ad eadem posteriorem cum aliis ascendit. Abben. Ezra in 1. Daniel.

Praedixit 12 capitibus futurum statum Ecclesiae a suo tempore ad extremum mundi, ac inter caetera docuit quinque regna sese per ordinem consecutura, quae per illud spatium populum Domini grauiter oppugnarent Babyloniurum, Persarum, Graecorum, Romanorum, Gog, & Magog. i. Saracenorum & Turcarum, quos per obscurum & ignobile cornu designauit. Consolatur autem sanctos in eo, quod dicit, In medio istorum regnorum persecuturam Ecclesiam, Christumque post 70 Hebdomadas reuelandum, regnaturum in medio inimicorum suorum, imò vero vniuersa illa imperia contriturum, & suis daturum regnum, quod in aeternum frangendum non sit Nempe quoniam regnum Christianorum deletis caeteris intercipietur a beata immortalitate.

Hinc veteres ferè dimensi sunt humani generis vitam, teste Aemilio Surade annis populi Romani. Nam a Syrii principes omnium gentium rerum potiti sunt. Deinde Medi (vel potius Babyloni) postea Persae, deinde Macedones. Exinde duobus regibus Philippo & Antiocho, qui a Macedonibus oriundi erant, haud multo post Carthaginem subactam, deuictis, summa imperij ad pop. Rom. peruenit. Inter hoc tempus, & initium Nini regis Assy-

190

3569

N

rriorum interfunt anni bis mille, quinque demptis. *Hac Velleius Patere. lib. 1.*
 Decem visiones in suum librum retulit, quarū tres vidit sub Nabugdonozore, tres sub Baltasare eius nepote. Septimam & octauam sub Darío, duas verò vltimas sub Cyro. Senio ergo confectus, in Ecbaranis Mediæ ciuitate sepelitur.
 In Græco & Latino aliqua è Theodotionis tralatione habentur, quæ defunt in Hebræo, vt maior pars capitū tertij, de rebus trium puerorum in camino ardenti, & duo postrema capita 13 & 14 de Susanna, de Belo, dracone & lacu leonum. Sed non desinunt esse canonica & sacra. Quia sumpta è Synagogæ certis canonicisque traditionibus, vel ex alio Daniëlis, aut alterius prophetæ opere, post primum canonem ab hominibus Synagogæ magnæ emissum, scripto, & in secundum canonem ab Eleazaro Pont. e iūsq̄ concilio editum relato.
 Ananias, Azarias, Misael, qui cum socio suo Daniele discunt Chaldæorū artes & linguam per triennium. Per hos apud Chaldæos & Persas latè propagata est Dei religio. Azarias pontifex. Abacuk alter. Phassur filius Emmer sacerdos conuicit Ieremiā in carcerem. *Iere. 20.* Ieremiæ sese opposuerunt pseudopphetæ aliquot, seorsum Sedechias filius Maasæ, & Achab filius Coliæ, qui vt suum ministerium honorarent, adulterabāt cum vxoribus sodalium suorum. *Kimbi è maiorum historiis in 14 Ezech. imò verò ipse Ieremias c. 29.* qui proinde Regem Babylonis eos frxisse tradit, &c. *Ibid.*
 Primus annus Nabuzdonozoris in principium quarti Ioakim incidit. *Ierem. 25.* quo Nechaonem Pharaonem Aegypti idem Nabugdonozor profligauit. *Ierem. 46.*
Externa.
 Nabugdonozor magnus, secundi Merodac filius, Medis, atque adeò Assyriis, Ninuē atque imperium eripuit, anno tertio huius Ioakim, siue quarto post mortē Iosæ. Astiagis regis Medorum, qui & Ciaxares Cyri proauus anno nono Iudæos captiuos Nabugdonozor abduxit. *Ioseph. lib. 1. contra Appionem.*
 Pšammis vel Pšammetiches post Necaonem rex Aegypti 6 annis, in Aethiopia bellum gessit. *Herod. lib. 2.*
 Huic successit Ephron, quem debellauit Nabugdonozor. *Ierem. 44.*
 Periäder Corinthiorū tyrānus Cypseli filius. *Hero. li. 1.*
 Phalaridis tyrannis destructa.
 TRIBVTARIVS regis Babylo. Dei & regis illius iram in se accendit. Dei, quia fecit malum in conspectu Domini iuxta omnia, quæ fecerat pater ipsius. Regis, quia suspicionē dedit, ne aliquando necem patris sui esset vturus.
 Sellū etiam appellatur, *Ierem. 22.* vbi & filius Iosæ dicitur, sunt & 1 *Par. 3.* Quoniam nepotes in filiorū numerū sæpè refert Scriptura vetus, cuius imitatione *Iosias genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratiōe Babylonis Mat. 1.* Joachim per *caph & nun,* cū pater Ioakim per *koph & mem.*
 Miserrima fuit conditiōe. Nam Babylone in carcere hæsit 37 annis continuis vsque ad Euilmerodach. *Iere. ult.* Decem & octo annorū erat quādo regnare, atq̄ adeo in exiliū trahi cœpit. *4. Reg. 24.* Imò verò octo dūtaxat. *2 Par. 36.*
 Vt proinde quidam eum genitum dicant in transmigratiōe Babylonis, è *Mat. 1.* cap. id est, quando Nabugdonozor patrem ipsius Ioakim cepit & Babylonem primum cum infinitis Iudæis abduxit.

Anni orbis condite. 189, 189, 190, 190

IOAKIMI ET VRBIS CONDITÆ SÆCVLO.

21

U IOACHIN IECHONIAS mensibus. 3568
 tribus diebus 10. 3569

Seraia Pontifice Max.

Ieremia propheta.

Deiōce, siue Cyaxare Medorum.

Nabugd. Babylon. Rege.

Anni mundi. 3568, 3568, 3569, 3569

Anni orbis condite. 189, 190

Seruo Tullio sexto Romanorum.

Ncahaone Aegyptior.

Ardi Lydorum rege sexto.

Macedonum Philippo rege sexto.

Eurycratide Lacedæmoniorum.

Anni mundi. 3568, 3568, 3169

Respondeo, Decem & octo erat annorum Iechonias, quando regnare cœpit, ætatis videlicet. Nam tot reuera erat natus. Octo verò captiuitatis, siue à captiuitate, siue à Nabugdonozore, cuius beneficio & permisso regnū inibat. Iam enim octauus Nabugdonozoris & transmigratiōnis sub patre Ioachim cœpse vertebatur. *4. Reg. 24. q. d. Re cole miseram sortem principum illius temporis. Tum regnare cœpit quando rerū poteretur Nabugdonozor iam annos octo: vt iam non sit quæstio de ineūdo regno more maiorū, sed precario & alteri obnoxio. Hinc numerat aliquando Scriptura annos à Nabugdonozore, siue ab illa prima transmigratiōe, vt Daniel.*
 Alij, Iechonias ætatis octauo regnauit cum Patre per decem annos. Postea cum artigisset decimum octauum solus regnauit mensibus tribus.
 Ezechiel adhuc puer iuxta *Ioseph. 25.* annorum, iuxta *Hieronym.* cum Iechonia rege in Babyloniam captiuus abducitur, ibiq̄ captiuus vaticinatur, librūque scribit tãtis mysteriis & difficultatibus refertum, vt Hebræi nō magis ad principij & finis ipsius, quàm ad trium primorum capitum Geneleos, & totius Cantici Canticoꝝ Salomonis lectiōnem, iuuenes admittant. Per principum Ezechielis intelligūt primum caput, per finem octo capita postrema. Mardochæus cum Iechonia in exiliū truditur. *Esther. 1.*
 Saraias pontifex interfectus à Nabugd. *4. Reg. 25.* qui habuisse successorem dicitur Iozedec fratrem Ezræ Scribæ, patrem Iesu siue Iosue, qui cum Zorababele exules reduxit. *Hebrai ex 1. Paral. 6. & Ezre 7.*
 Eadem expeditione Tyrus & Hierosolyma captæ. *Clement. lib. 1. Strom.*
 Vniuersa familia Dauidica, quæ iam abierat in 38. gentilitates & cognationes, siue ramos, planè cōsumpta est in hac captiuitate, præter Iechoniam, qui eam suscitauit, genitis quatuor filiis Salathiele, Malchira, Pedaiia, Gamaria, *Seder Olam.*
 Sed hæc traditio falsa est. Nam posteritas Natham filij Dauid ex Bethsabea. *1. Paral. 3.* permanit vsque ad Christū. Imò ipse Christus p̄ Virginē inde descēdit *Luc. 3.*
Externa.
 Seruius Tullius Rom. rex sextus an. 44. Ciceronis gentilis, omnium primus censum inter suos egit, fossas circum murum duxit, signauit æs.
 Haliates rex Lydorū eiicit Cimmetios ex Asia, *Herod. li. 4. & 5.* Obsedit Miletū cuius princeps Thrasylbulus. Gessit bellum cum Ciaxare Medorum rege. *Herod. lib. 1.* Periædri Tyranni Corinthiorum & Corcyræ amicus. *Idem lib. 3.* qui in septem sapientibus numeratur. Cætera infra in tabula Nabugdonozor. Nam sub eo propriè regnauit.
 Haliattis tempore Pittacus Mytileneus Melanchrum tyrannum sustulit. *Euseb.* Ciaxares contra Haliatrem bellum grauissimum gessit, cui causam præbuerant quidam Scythæ à se ad Heliattē deflecentes. Scythæ cū 28. annis Asiæ imperio potiti essent, à Ciaxare Medo expulsi sunt. *Herod. li. 1.*
 Battus primus Cyrenarū, rex, Zoan cōdidit, & regnauit an. 40. *Herod. li. 4.* cōdidit & Cyrenen oppidū anno post captam Troiam 586. *Solinus ca. 30.* vrbis an. 14. *3. Plin. li. 19. ca. 3.* Græcis habitatoribus & Thyreis repleuit. *Ibid.* Huic successit Arcefilaus f. an. 16. Battus 2. Arcefilaus secundus, quinto denique loco Battus tertius, quo regnate Demonax Mantineus Cyrenensis Remp. format. Cuius ordinario mutationis regni in Remp. causa fuit. Nā Arcefilaus ter-

tij Batti f. regno, quòd eam antiquare conaretur, pulsus est. *Herodot. lib. 4. regis Cyri temporibus.*

Antequam tamen Cyrenaicū regnum ad Persas transferretur totum iuxta Pythiæ respōsum, quartus fuit Batus & Arcefilaus quartus. Nam quatuor fuere Batti & totidem Arcefilai, qui octo hominum ætates, hoc est, ducentos annos ibi regnarunt.

Vaphres rex Ægypti. *Clemens lib. 1. Strom. siue Apries filius Pflammis, Herod. Jerem. 44. Annis 35. Ad eum reliquiæ Iudæorum captis Hierosolymis fugerunt.*

Panætius primus in Sicilia Tyrannidem exercet.
* His annis 420, si addas an. 40. Davidis, 4. Salomonis, & denique 11. Sedechiæ, reperies hoc familiæ Dauidicæ regnum sterisse annis 475. subductis paucis mēsis & diebus. E quibus templum Salomonicum vndecimo & vltimo Sedechiæ euersum, sterisse ab Hebræis notatur annis 410. Cum 25. quibus minimum regnavit Saul, totum Iudæorum regnum 500 annos explet.

In Sedechiæ captiuitate, desinit iniquitas populi Israël, quam Deus portandam imponit Ezechieli cap. 4. Durauit enim annos 390. vsque 20. Nabugdonozoris, in quo reliquiæ Israël & Iuda Babylonem abductæ sunt, *Jerem. 52.* Quod quidem tempus in eodem loco eidem Ezechieli reuelatur. Hòs 390 reperies à 30. Salomonis, quando Salomon à mulieribus alienigenis corruptus Idolomaniam & impietatem amplecti cœpit. ad Sedechiæ vndecimum siue Nabugdonozoris 20. Tanto tempore eorum impietatem Dominus sustinuit, nec antè iram contra ipsos conceptam totam effudit, grauitate supplicij, tarditatem compensaturus.



REGNUM istud cœpit statim post mortē Salomonis. Nam Scriptura cum alibi tum 3. Reg. 15. Roboam & Ieroboam facit æquales, & Roboam, qui regnum tenuit annis 17, scribit mortuū 18. anno Ieroboam.

In Schismaticis & hæreticis regibus sigillatim recensendis prophetas nominabo, qui sub illis in mediis hæreticorum urbibus floruerunt, vt piorum & Catholicorum successio appareat in medio hæretici populi. Tanta fuit Dei erga istum charitas, vt quia nō habuit legitimos sacerdotes, prophetas perenniter miserit, qui ad illos & in illos vaticinaretur, ne nō præmoniti periisse videantur.

Ita autem familia istorum regum nouies mutata est, quemadmodum impiorum & tyrannorum familia, non solet esse diuturna, vt regni tamen summa penes eandem triēniū Ephraim perpetuò remanserit. Quanquam enim nominatim non scribitur è quamam tribu isti omnes extiterint, præter primum Ieroboam, est tamen credendum eandem tribum omnibus ortum dedisse, & viam ad regnum parauisse. Primum quoniam nobilitas vniuersa in 10. tribuum nominatu ex Ephraim perinde emerfit, vt è tribu Iuda in duarum tribuum regno. Deinde quia Iacob hoc in suis benedictionibus, vel etiam prædictionibus significauit. *Genes. 48 & 49.*

Præterea quoniā Achab etiā de ea fuisse memoratur constanti Hebræorum traditione, *R. Selo in 11 Osee vers. 3* Denique & Ieroboam filius Ioas. *Abben. Exm in 13 Osee.*

Eorum cum Regibus Iuda collatio est fallacissima, nec caret difficultatibus. Neq; tamē propterea vlli anni quasi

Anni
urbis cō-
ditæ.

Anni
mundi.

3186

* Summa, anni 419, menses 6, dies 10. Atque hæc ætas est quinta. Nā cum Iechonias Babylonem abducere- tur, initium captiuitatis siue transmirationis Babylonice factum est, vt liquet è Matthei primo capite Ezechiel. 33. & 40. Hebræi tamen eam ordiuntur ab initio quarti Ioakim, qui fuit primus Nabugd. Aliqui etiam à Sedecia regis Iechoniae successoris vndecimo.



REGES ISRAEL.

a Hæc quinta ætate regnabat in Samaria post scissum Davidis regnum,

3186

3186

Anni
mundi.

3186

Regni heretici exemplar, in quo omnia sunt perturbata, & motuum plena donec pereat funditus.

3. Reg. 14.

b IEROBOAM filius nabat de tribu Ephraim annis 22.

3186

Vaticinantibus Ioam, Ido, Abia Silonite, Semaia.

3. Reg. 15.

Regnante in Iuda Roboam, Abia, vsque ad secundum Asa.

3208

duobus communes eximedi sunt de Regibus Iuda quod nonnulli faciunt, vt vnus de quadraginta vno Asæ ac si illo cum patre Abiā regnauerit: vnus de 25 Iosaphat, quasi eius primus in vltimum patris incurrat, quatuor de octo Ioram, quasi his socius patris in regno extiterit: tres de 29 Amaziæ, vnus è 16 Achaz, duo è 29 Ezechia, &c. Sed potius cogitanda in impio regno interregna multa, licet minimè explicata Nam certam & indubitam Deus voluit extare regni Catholici recensionem, incertam & difficultatibus plenam regni hæretici, quò doceremur in hæresi omnia esse confusa, perturbata, incerta, motuum plena, vt de iis historia liquida narrari non possit.

In scripta successione regum Iuda & Israël est discriminè 19 annorum.

Quod vt facilius concipiatur, ecce à Roboam rege Iuda vsque ad Iehu inuadentem regnum Israël. & necantem Ochoziā & Iorā vtriusque regni reges numeratur an. 95.

A Ieroboam (qui simul cum Roboam regnum est auspiciatus ad eundem Iehu an. 98.

Hic discriminè est annorum trium. Nam totidem regnum Iuda à regno Israel superari videtur, cum tamen vtrobiq; idem sit primum & extremum temporis punctū

Deinde à principio eiusdem Iehu vsque ad vltimum Osee nouissimi regis Israel anni 143. Atqui ab Athalia cuius primus annus concurret cū primo Iehu) vsque ad sextū Ezechia eiusdem Iuda regis (in quem vltimus Osee & regni Israel incidit) an. 165.

Iam hic regnum Israel à Iuda 22 superatur, à quibus, si detrahis tres, quibus ante Iehu regnum Israel redundabat, super sunt 19.

Respondeo in priore calculo, in quo est discriminè trium annorum, tres illos vt fractos esse absorbendos per integros regum Iuda. Anni enim Regum Iuda erant integri, regum Israel fracti, ita vt (Verbi causa) Ieroboam vigesimus secundus, sit quoque primus Nadab successoris id est, vtrique communis. *Vi è duabus anni partibus integer constituatur.* Atque ita deinceps in plerisque istorum regibus.

In posteriore, in quo discriminè cernitur viginti duum annorum, sparsa fuerè interregna in Israël ob factiones, bella ciuilia, crebras familiarum vicissitudines, &c.

Quare hæc successio debet ordinari & dirigi per regum Iudæ seriem & rationem, quasi per certam regulam, non contrā.

Quàm misera regna, quibus reges de religione securi vel hæretici præfuit. Quàm omnia illic sunt incerta, quàm confusa, &c.

Nec tamen desinemus vtramque conferre ac nodos exorientes, in curiosorum gratiam dissoluere. Si quis melius, hic vitulam consequatur, vel saltem diuidat.

Hic vt regnum suum, quod seditione post obitū Salomonis orta, consecutus fuerat, constitueret, prohibet populum suum adire Hierosolymam, vbi erat legitima sacerdotum successio, & altare contra alta e erigit, vitulofque duos vnum in Bethel, alterum in Dan duobus regni sui finibus religionis ergo collocat, ritu Ægyptiaco, vnde nuper redierat, atque ita decem tribus perenni impietate imbuat.

Bersabee antiquum terræ limitem à meridie prætermisit, quoniam in regis Iuda fide permanserat prope Idumæorum terram. Dan autem altero antiquo limite est positus, quoniam erat ad Septemtrionem ad fontes parui Iordanis.

Sacerdotes omiffa tribu Leui ex plebe instituit. Ita dua bus in rebus religionem corrupit, in Idolis afciscēdis, ite rum in tribu Leui à sacerdotio remouenda, quæ proinde fe in tribum Iuda contulit.

Sichem oppidum ædificat in monte Ephraim, ibique habitat. Deinde Phanuel. Crebra bella cum regibus Iuda gessit dubio euentu.

Deus à principio mandat, vt tabernaculum fieret, in quo sibi sacrificaretur. Hoc non ab omnibus obseruatum est. Nam multi iam inde sub iudicibus, patiente Deo, in excelsis sacrificarunt, ipse etiam Salomon 3. Reg. 3. Hoc obseruatum videtur à Catholicis in regno decem tribuū. Nam Elias sacrificasse in excelsis 3. Regum reperitur, nec eius sacrificium fuisse reprobatur. Nempe propter necessitatem tyrannidis Deus consuetudinem populi sui, qua præter eius tabernaculum, & templum, tamen non diis alienis offerebat, sed Domino Deo suo, sustinebat porius, quàm verbat, etiam sic exaudiens offerentes Aug. super Iudices lib. 7. cap. 7.

Vnde nec in isto regno Catholica Ecclesia desit. Nam etiam in Bethel collegium siue cœnobium prophetarum ad tempora vsque Elisei perdurauit, &c. 4 Reg. 2.

Alij, qui puræ religionis mutationem ferre non poterant, secedunt à Ieroboam & eius principibus, seque in nonas sedes trans Aethiopiam conferunt, fortasse allecti veteri Aethiopum & reginæ Sabæ cum suis maioribus fœdere & commercio. Vbi eos circumlui fluuio sabbarico, tanquam mœnibus narrat Eldad Danius Hebræus historicus. Multi etiã ad duas tribus sese receperunt, alij aliò.

Quam regnandi rationem sibi displicere satis ostendit Deus è crebra sceptri in alienam familiam translatione, sublatis de medio per coniurationem Regibus. Sceptrum enim nusquam vltra quartum gradum transit ad posteros in aliqua familia, præterquam in Iehu, cuius stirps potita est rerum ad quintam vsque sobolem.

Ad hanc stirpium mutationem designandam, tibi minusculis literis capita familiarum notauimus. Etenim regni huius sceptrum ab aliis in alios translaturum est, donec à primo Ieroboam ad vltimum Ofee, in nonam familiam migraret, non quidem legitima vocatione, sed proditiombus atque parricidiis, vno Amri patre Achab excepto, qui electione regno inauguratus est.

Septem duntaxat familias facit R. Selomo in 15 Jerem. quia non numerat pro nouis familiis Zamri, & Sellum, quòd mox de medio sublatis sint.

Ieroboam magis hæreticus & schismaticus, quàm apostata vel idololatra. Nam non eiurauit cunctos fidei articulos, sed eum duntaxat, qui est de Ecclesia, & Ecclesiæ sede atque communionem, dum noluit sacrificare Hierosolymis, & cum eis communicare, qui in Mosis & Prophetarum cathedra sedebant sed in Dan & Bethel, vbi templa noua construxit, & loco Cherubin vitulos dedicauit. Alioqui Circumcisionem, ritus sacrificiorum, ceremonias Legis, atque adeo totam legem Mosaicam retinuit, vt & consequenti Reges, vsque ad Achab, qui ad istam hæresim adiecit cultum Baalim, siue Belorum. Hinc & collegia siue cœnobium Prophetarum non extinxit. Filij enim Prophetarum in ipsius regno cateruarum habitasse pacificè leguntur in Bethel, in Iericho, in Samaria etiam, vbi erat sedes Elisei Prophetæ, &c. 4 Reg. 2. 4. &c.

Anni mundi.

3186

IEROBOAMI FILII NABAT SÆCVLO.

3208

| | 2 | Anni mundi. |
|-------------|---|-------------|
| 3. Reg. 15. | c N A B A D an. 2. | 3210 |
| | <i>Iisdem vaticinantibus.</i> | |
| | <i>Afa rege Iuda.</i> | |
| ibid. | 3 d B a s a de Tribu Isacharis an. 24. | 3234 |
| | <i>Ioram. Azaria filio Obed, Hanani vidente & Iehu filio Hanani vaticinantibus.</i> | |
| | <i>A tertio Afa regis vsque ad 26 incipientem.</i> | |
| ibid. 16. | 4 e E L A an. 2. | 3236 |
| | <i>Iisdem vaticibus.</i> | |
| | <i>A vigesimo sexto Afa regis Iuda vsque ad 27 finentem.</i> | |
| ibid. 16. | 5 f Z a m r i qui & Zamar, Iosepho lib. 8. cap. 6. & 7. diebus septem. | 3236 |
| | <i>Iisdem prophetis.</i> | |
| | <i>Eodem rege Iuda anno eius vigesimo septimo.</i> | |
| ibid. | 6 g A m r i an. 12. | 3247 |
| | <i>Iisdem vaticinantibus.</i> | |

c N A D A B videtur octo ann. regnasse. Quoniam Baza regnum suscepit anno decimo Afa & Ieroboam mortuus est secundo. Ita inter vtrunque fuerunt octo. Kimbi 2. Paral. 16. respondet sex annis certasse de regno, duobus extremis plenis regnasse, quos proinde tantum scriptura ei assignet. Alij malunt primum Basæ conuenire cum tertio Afa è 4. Reg. 15. Quod rectius.

Propter impietatem regno indignus, per insidias à Basa interfectus est, & genus Ieroboam totum extinctum. Nam vt in regibus Iudæ regnum semper mansit in eadem familia, ita in istis è contrario, vix permanuit ad filium, vel nepotem.

d H A E C secunda regum familia sedem in Tirsa posuit, vt prima in Sichem.

Vsq; ad vigesimum sextum Afa. Vnde viginti tres pleni duntaxat Basæ tribuendi sunt.

Basæ regi Israël familiæ internecionem Propheta à Domino nuntiat, quòd sequeretur impium Ieroboami cultum. 3. Reg. 16. hostis licet eius & Nabad.

Ædificat Rama in munitionem, ne quis è regno Iuda ad regnum Israël, & contra transire posset.

Eum bello adoritur Afa, auxilio à rege Syriæ petito ob quod à Propheta increpatur 2. Par. 16.

e B E L L A per duces gessit contra Palestinos. Post epulum à Zamri militum principe interficitur an. 27. Afa.

Huc vsque collatio regum Iuda & Israël caret difficultatibus.

f Z A M R I Elam & familiam Basæ funditus extinxit. Nam ne mingentem quidem ad parietem, id est canem reliquit. Mansit tamen in impio eorum instituto, & idola coluit. 3. Reg. 16.

Quòd audisset exercitum, qui obsidebat Gebbethon urbem Palestinorum audita Ela morte fecisse sibi regem vniuersi Israël Amri principem castrorum, seipsum incendio peremit, 3. Reg. 16, atque ita tertia familia desit.

Post cuius mortem scinditur populus. Pars sequebatur Tebni, pars Amri, Ibid.

Anni dissensionis, qui quatuor fuisse videntur adduntur ipsi Amri.

Hic incipit discrepantia regum Iuda & Israël.

g I N T E R R E G N V M quatuor annorum in Seder c. 17. ab anno scilicet 27. Afa vsque ad annum 31 eiusdem: sed postea notatur illos quatuor annos esse de numero 12. quibus iste Amri regnasse scribitur. Ergo interregnum illud prætereundum.

Et sanè interfecto Ela, Zamri tantum 7. diebus in Tirsa regnauit, & eodem die, quo audiit in castris populus necem Ela, constituit Amri regem super Israël, 3. Regum 16.

Difficultas oritur ex eo, quòd primus Amri incidisse dicatur in 31 Afa regis Iuda, Ibid.

Sed nulla est si præcedentia spectentur. Nam mortuo Amri diuisus est populus Israël in duas partes, vna sequebatur Tebni, vt constitueret eum regem per annos 4. aut 5. Mortuusque est Tebni & regnauit pacificè, securè, & sine æmulo Amri, sequentes annos septem. Ita regnauit Amri super Israël anno trigesimo primo Afa regis Israel. Totumque eius regni curriculum comprehensum est annis duodecim. Si quinque illi, quibus regnauit cum Tebni, connumerentur.

Ita vigesimo septimo Afa pugnat de regno cū Tebni per annos 4. vel 5. trigesimo primo finem contentioni ob æmuli mortè imponit, sicq; deinceps septē annos quiete,

firmiter & verè regnat. Cuius causa trigefimo primo Afa regnasse dicitur super Israël duodecim annis. Ita tamen vt duodecim illi incipiant ab Afa 27. quies & firmitas à 31.

Prodigosè aliqui ex his duodecim sex conflant, sexque posteriores abstrahunt, & cum viginti duob. Achaz confundunt idque (inquiunt) vt tempora Regum Israël cum Regum Iuda conuenienter conferantur. Quasi vero vt proximè, responsio non sit simplicior & rector collatio.

Amri migrat in Samariam, inter Iudeam & Galileam, vbi regnat annis 6. Sicque Samaria vrbs amplificatur, & fit regni metropolis, cum eum honorè haberet antea Tirsā. 3. Reg. 16. Idque postquā firmasset imperium, & Tebni regni æmulus sub Afa trigefimū primū fuisse mortuus.

Samaria condita (in vrbs scilicet formam, nam iam olim vicus erat) *Ibid.*

Ab ea condita, æra siue principium rationis decem tribuum deducta est, iuxta quam Israëlita numerabant à Samaria condita, vt Romani à sua vrbe. Nam illud 2. Par. 22. *Quadragesima duorum annorum erat Ochozias rex Iuda, cum regnare cepisset, & regnavit anno vno in Hierusalem, sic debet accipi. Quadragesima duorum annorum erat, siue quadragesimum secundum annum attigerat, à Samaria condita, & Amri in eam migratione: tot enim existit à sexto Amri, siue à Samaria condita, ad Ioram regis Israël duodecimum, qui erat Ochozie regis Iuda primus & vnicus. Alio qui 4. Reg. 8. vigesimo tertio ætatis Ochozias iste interit. Supra in regibus Iuda hanc difficultatem explicauimus, sed obscurius.*

Ex hac in hoc oppidum migratione regnum Samariæ nomē accepit. Eo autem transfuisse regni sedem videtur, quod Tirsenses fuissent Tebni æmuli sui partes secuti.

h ACHAB ducta Iezabel, idola gentium introduxit, fanum Baalim in Samaria ædificauit, altare Baal & lucum idolis dicauit, primus denique nouas superstitiones inuenit. Nam eo usque reges Israël simplici impietate Ieroboam filij Nabat contenti fuerant, quæ erat de vitulis. *Kimbi, 4. Reg. 21.*

Ipter reges Israël singulare impietatis & iniustitiæ exemplum, Iosaphati religioni & virtuti, cuius temporibus regnabat, oppositum, 3. Reg. 15.

Impiam duxit Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum. Ichobalum appellat Iosephus, quem regem fuisse Tyri Menander Ephesus tradidit, vt idem scribit contra Appionem.

Prophetas Domini interemit. 3. Reg. 18.

Ob quas impietates Deus eū primū fame trienni cælo pluuias denegante, deinde verbo per Eliam castigauit.

Benadad Regem Syriæ sibi arma duobus annis & semis inferentem, duobus & triginta regibus in societatem belli ascitis, bis victum incolumem dimisit, suo magno malo,

Nam tertio prælio est interfectus, 3. Reg. 22. ad Ramoth-Galaad iaculo traiectus inter eomissuras & loricā.

Anno eius quartō regnū adit Iosaphat in Hierusalem.

Benadad rex Syriæ cum 30. aliis regibus obsidet Samariam. Regnum ergo Syriæ illa tempestate præstans, nec monarchiam Assyriorum agnoscens.

Iezabel huius vxor feruens idololatria, prophetas Domini vbique persequitur. vt Elias solum se à sacrilegio immunem crediderit, donec Dominus responderit septem millia virorum adhuc esse, qui se idolis non dedissent.

Anni mundi.

3247

A 27. Afa regis Iuda, ad eiusdem 38.

7

h ACHAB an. 22.

3268

Prophetantibus Iehu, Abdia, Michea, Zaaziel, Eleazar, Elia.

Afa & Iosaphat Iudæ regibus. Ab Afa 38. vsque ad decimum septimū Iosaphat.

3268

Anni mundi.

3268

Elias se eius conatibus opponit. Sacerdotes Baal occidit. Cuius rei causa iram eius fugiens in desertum Beerfabeæ se contulit ibique diuinitus sustentatus.

Inde iussu Dei rediit Damascum, & Hazaëlem vnxit in regem Syriæ, Iehu in regem Israël, & Heliseum in Prophetam.

Ipsè & Elifeus inter decem tribus vaticinium exercuerunt, non inter duas.

Sic Michæas filius Iemla in vincula coniectus, quod Achabo exitiabilem fore pugnam denūtiasset, contra 4. o pseudoprophetarum sententiam Nam his non est Michæas Morastites, cuius extat propheta aduersus Israel, quippe qui vixerit sub Achaz & Ezechia rege Iuda & Phaceæ rege Israel.

Nepher Cherres rex Aegypti an. 4. Amenophis an. 9. BAAL quoque coluit. Punitus defectione Moabitarum & naufragio classis, quam in Tarsis Indiæ miserat, ac demum letali morbo absumptus sine virili prole Maximè quia ministros miserat, qui Beelzebud idolum Accaronensium pro salute sua consulerent.

Secundum eius annum aliqui duntaxat putat inchoatum, itaque integrum tribuunt Ioram successori. Quod similiter faciunt in Achab, dum viginti vnum annos pleños ei duntaxat relinquunt.

Anno secundo Ochoziæ translatus est Elias. & non apparebit, quousque veniat rex Christus. Tum apparebit & secundo occultabitur, nec postea apparebit, quousque veniat Gog & Magog. *Hæc Seder, c. 17.*

Sic supra in Iosaphat sub eius decimum octauum translationem istam contigisse è 4. Reg. 3. docuimus, qui cum hoc concurrat.

Atque hic incipit historia quarti regum.

Eius reliquiæ, id est, pallium Helisæo dimissum, miracula edunt, Iordanem bifariam secantes, vt Heliseus per siccum transiret, & filij prophetarum, qui morabantur in Hiericho, spiritum Eliæ duplicem super eum insedis agnoscerent. 4. Reg. 2.

Spiritus autem Eliæ erat duplex, prophetiæ scilicet & miraculorum. *Ibid.*

Nam non omnes prophetæ donum habere miraculorum Scio spiritum illum Eliæ duplicem aliter intelligi Sed hunc puto esse germanum sensum.

Ei post mortem Synagoga siue Sacellum in Carmelo monte, vulgato ipsius habitaculo dicatum est, in quo vigeat oraculum, de quo Sueton. in Vespas. c. 5. Apud Iudæam Carmeli Dei oraculum consulentem (Vespasianum) ita confirmare fortes. vt quicquid cogitaret pollicerentur,

Apparebat in circumcisionibus, & in illis præfens adesse putabatur *Himbi in Malach. & sapius alias in tract. Berachot, &c.* Vt cum misit literas ad Ioram regem Iuda septem annis post suam in translatione *Seder, c. 17. è 2. Par. 21.*

Diebus Achab ædificauit Ahiel de Bethel Hiericuntē. Iaciens fundamenta perdidit Abiram primogenitum suum ponens portas natu vltimum suum ex prædictione Iosue (cap. 6.) 3. Reg. 16.

k Hic est filius Achab, in quo eius familiam extinctum iri Deus denuntiat.

Vt filius Achab fecit malum coram Domino, sed non quantum pater suus & mater. Abstulit enim statuas Baal quas fecerant. Peccatis duntaxat Ieroboæ inhærens. 4. Reg. 3. Triumphauit de Mesa rege Moab, qui recubabat soluere

3282

Ibid.

8

i OCHOZIAS an. 2.

Iisdem prophetis.

Iosaphat Rege Iuda, sub eius decimum octauum.

9

k IORAM frater Ochoziæ an. 12.

Ibid.

Elia & Eliseo vaticinantibus.

Iosaphat, Ioram & Ochozia in Iuda regnantibus, à 21 Iosaphat vsque ad interitum Ochoziæ.

centum millia agnorum & totidem millia arietum cum suis velleribus,
 Adiutus armis regis Edom & Iosaphat regis Iuda, cuius causa Elifeus ad psaltis musicam de prospero belli eue tu vaticinatur. *ibid.*
 Illic Mesa primogenitum suum obtulit diis suis in holocaustum.
 In bello contra Hazaëlem regem Syriae vulnus accepit & curandi sui causa in Iezraël recessit, ubi à Iehu seruo suo & successore interficitur.
 Sub hoc fuit & altera fames. Nona è memorabilibus decem, quas Hebræi in Targhum Ruth numerant, vt superior sit Octava sub Achab Elia propheta viuente. *3 Reg. 17* Hæc nona Eliseo in Samaria. *4. Reg. 6.* post quam Decima, expectetur sub Messia, de qua fortasse noster Ioan. in Apoc.
 Dicitur an. 2 Ioram regis Iuda regnasse Ioram regem Israëli. *4. Reg. 1.* Decimo autem octauo Iosaphat, *4 Reg. 3.* Nempe, quia Ioram rex Iuda à patre designatus est anno regni ipsius 17 quando pater regi Achab auxilium ferebat contra regem Syriae. *2. Reg. 22.* Nam hic mos erat aduersus futuras seditiones, vt si quis Regum in bellum profecturus esset prius significaret, quem Regem post se esse vellet, si ipse fortassis in prælio caderet. Hanc legem sequebantur Persæ ex Herodoto, ex qua accidit, vt in eorum Regibus recensendis Hebræi à Græcis & Latinis plurimum discrepent, vt infra docebo. Hoc etiam sequebantur Romani, quando Imperatoribus dabant Cæsares.
 I E H V scriptis literis in Samariam omnem progeniem Achab deleuit, vxorem, filios & fratres Achab, & sacrificos omnes Baal, ex cuius templo latinas fecit, vt à Deo prædictum fuerat.
 Ioram Israëli & Ochoziam Iudæ reges trucidauit.
 Quo die vnctus est in Regem, eo die vnctus rex Damasci Hazaël hostis. *Seder cap. 28.*
 In Impietate multa piè fecit.
 Sub hæc tempora orditur Herodotus suam Aegyptiorum historiam, à Cheope, quæ regnasse ait apud eos an. 50. m IOACHAS cepit regnum an. 23 Ioas *4 Reg. 15* quando Ioas templum Domini instaurabat. *2 Paral. 24.*
 Inuisus Deo. quod secutus sit Idololatriam Ierobœ filij Nabath. ob quam regnum eius regibus Syrorum Hazaëli & Benadad prædæ fuit, donec ab ipso exoratus Deus depulsis hostibus pristinum statum ipsi dedit.
 n IOAS cum Amasia, qui eius secundo regnum inierat, bellum gessit & cepit adduxitque in Hierusalem, & interrupit murum eius. tulitque omne aurum & argentum & vala & obsides, reuersusque est in Samariam.
 Elifeus eius decimo moritur. Ita prophetiæ munere functus est plus 60, à 19 scilicet regis Iosaphat Duplicem Spiritum Eliæ consecutus est, *4 Reg. 2.*
 Eius corpus, mortuum hominem alium, à quo fortuito tangebatur, vitæ restituit. *4. Reg. 13.*
 Amazias rex Iuda regnum suscepit anno secundo huius Ioas.
 o IORAM in Paralipomenis dicitur. Accisum regnum in pristinum splendorem restituit. Antiochia capta, &c. Syros vicit. Regnare cepit an. 15 Amaziæ. Post eius mortem regnum Israëli à Tyrannis diuexatum est vsque ad finem sui.
 Regnum Assyriorum per Phul terrori esse cepit Syris & reliquis finitimis, quem ad concionem Ionæ poenitentia

Anni mundi.

3282

3310

IO

I Iehu an. 28.
 Ionadab filio Rechab Eli-seo & Zacharia filio Ioia-de, prophetantibus.

Athalia & Ioas in Iuda.

3327

II

m IOACHAS an 17.
 Zacharia filio Ioia-de propheta.
 Ioas rege Iuda, ab eius 23.

3343

12

n IOAS an. 17.
 Prophetis Amos patre Esaia & Osea.

Regib. Iuda Ioas & Amasia, à 37 Ioas ad Amazias

13

o IEROBOAM filius. Ioas 41.

3384

3. Reg. 15. Vaticinantibus Osea, Amos altero à patre Esaia, Esaia Iona.
 Amazia & Ozia regibus Iuda, ab Amazia 15 ad 27. Ozia.
1. Par. 5. Phul Assyriorum an. 48.
 p INTERREGNUM octo annorum.
 A 28 Ozia ad eius 37.
 14
 * ZACHARIA mens. 6. Iisdem vaticinantibus. Ozia rege.
 15
 q Sellum mese 1, vel dieb. 28.
 Prophetis iisdem. Ozia rege. Phul Assyriorum.
 16
ibid. r Menahem Tirfensis an. 10.
 Prophetis Iisdem. Ozia rege. Phul Assyriorum.
 17
ibid. f PHACEIAS Menahem an. 2.
 Iisdem vaticinantibus. Ozia rege, ab eius 50. Phul Assyriorum.
 18.
4. Reg. 15. t Phakeias Romeliæ an. 20.
 Vaticinantibus iisdem, itém que Osea, Michea Morastite & Oded.
 Regnantibus in Iudæa per ordinem Ozia, Ioathã, & Achaz, à 52 Ozia, usque ad 4. Achaz.
1. Par. 5. Assyriorum Tiglath-Phalassar. an. 25.

Anni mundi.

egisse ferunt. Cultum vnus Dei Oriens adhuc retinebat, nec tam erat corruptus in πολυθεία, quam Occidens.
 Ionas prædicit euersionem Niniuæ regi Assyriorum iam supra reliquos emergenti. Quare & huius Monarchiæ prima nunc mentio fit in Bibliorum historia.
 p QVI A 4 Reg. 14, Ieroboam auspicatus est regnum suum Amaziæ decimo quinto, & regnauit annis 41, qui incidunt in 27 Ozia. cum mox sequenti cap. 15. scriptum sit. Anno 38. Ozia regis Iuda regnauit Zacharias filius Ieroboam, octo annorum, vt minimum, interregnum debet constitui, etiam si fuerit in paternum regnum successio, quemadmodum sæpè videmus propter crebras & subitas familiarum vices hæreditates manere interruptas & certis possessoribus vacuas. Certè hic crebra & repentina familiarum mutatio absumpsit octo annos, & deinde nouè, de perpetuo & rato Regum Iuda numero.
 * ZACHARIAS impietatem patrum suorum secutus, non successit patri nisi post octennium, siue à Catholicis, siue ab aliis oppugnatus. Deinde sexto mense occisus. Nam Deus non sinit hæreticos tranquille succedere, vel diu successione frui.
 Post eum quidam interponunt interregnum 21. annorum, sed perperam. Falso enim nituntur fundamento hoc scilicet regnum viguisse annis 270, quot esse putant à morte Salomonis ad Sextum Ezechia. Atqui si rectè subdixissent, duntaxat reperissent 259.
 Satis ergo est octo vacuos inter Ieroboam & Zachariam intercalare. Nam 38 Ozia regis Iuda regnare cepit Zacharias. *4. Reg. 15,* cum Ieroboam mortuus esset eiusdè vigesimo septimo. *4. Reg. 14.*
 Deinde totidem vel potius nouem, inter penultimum & vltimum reges, vt illic ex apertis Scripturæ locis demonstrabimus.
 q SELLM interficit Zachariam, & vicissim facti sui exemplo à Menahem post mensem interficitur.
 Sexta familia.
 Roma conditur in Italia Sextæ Olympiadis an. 3.
 r PHUL contra terram Israëli bellum molitur, & regem Menahem tributarium facit. *4. Reg. 15.*
 Hic primus cum Israelitis negotium habuit, primus putatur regnasse inter Assyrios extincto Sardanapalo. Sed iam refutauimus.
 In Menahem septima familia incipit.
 f COEPIT regnum anno Ozia quinquagesimo. Patrem imitatus malum fecit coram Domino. Quare necatus simul vitam & imperium amisit.
 t PHAKEIAS Ieroboami impietatem imitatur. Iudæam sub rege Iudæ Ioatham excursionibus vexat. Inde assumpto Razi rege Syriae Achazum Ioathæ successorem armis aggreditur & facta ingenti cæde Hierosolymam obsidet. *Es. 7.*
 Achazo in auxilium sui regem Assyriorum Tiglath-Phalassar vocante Galilæam perdit, tribubus Galilææ Zabulon, & Nephtalim in Assyriam translatis.
 Atque hæc fuit prima transmigratio Israel. Quare in odium suorum adductus ab Osee inita coniuratione perimitur eodem scelere, quo imperium assumpserat.
 In eo fuit familia octaua.
 Ne mireris si Oseas, Amos & Esaia adhuc vaticinarentur. Nam floruerunt diutissimè, & quisque illorū quatuor reges Iuda sepelisse dicitur Oziam, Ioatham, Achaz & Ezechiam. *R. Selom. Of. 1. Kimb., Esa. 1.*

Tiglath-Phalassar Assyriorum, rex vrbes, Aron, Abel, Bethmecha, Ianocha Cades, Asor, Galaad & Galileam, & vniuersam terram Nephtali cepit, & in Assyrios abduxit. 4. Reg. 15. Hoc modo Iudæos Galilea potitos, eam primum inhabitare cœpisse quidam existimant.

U INTERREGNUM nouem annorum ex 4 Reg. 15, & 17. omnino hic statuendū Nam iste Phakeias regnare incipit an 12, & vltimo Oziæ, definit sub annum 20 Ioathã, qui erat quartus Achaz. à quo ad sextum Ezechia quando concidit istud regnum, supersunt anni 18. nempè 12. reliqui Achaz & sex Ezechia.

Vel regnauit Oseas vltimus Israelitarum rex annos 18. Nouem per tyrannidem ab anno vigesimo Ioatham, qui fuit quartus Achaz. 4. Reg. 15. Indignata enim Scriptura impium regem Achaz illic nominare, mortuum potius patrem nominat. Nouem alios per ius, dum anno 12 Achaz rex est confirmatus & receptus, 4. Reg. 17.

X OSEÆ minus impius, quàm reges superiores, 4. Reg. 17. perpetuam ramen genti captiuitatem importauit, quod peccatorum mensura iam ad summum peruenisset.

Duodecimo Achaz regnum consequitur post octennem vel nouennem de regno cum familia Phakeæ dimissionem. Vnde hic nona & vltima Regum Israel stirps.

Suo primo, à Salmanazare rege Assyriorum victus dare ei tributum coactus est. Septimo quod legatos ad suam regem Aegypti misisset, vt eius ope se à tributo imposito liberaret, in Samaria post triennium ferè à Salmanazare regresso obsessus est ac tandem captus & cum populo, id est, cum reliquis octo tribubus Israel in Assyriam translatus, & in vrbibus Hala & Habor iuxta fluiuium Gozan in ciuitatibus Medorum collocatus. 4. Reg. 17. & 18.

Hæc est clades extrema regum & decem tribuum, qua sexto Ezechia regis Iuda ultra montes Medorum & Persarum abductæ sunt, missis aliis in earum terram. Hæc Orienti & Septentrioni infusæ, Iudæorum clausorum fabulæ dedere causam: qua de re extat Eldad Danius à nobis versus.

Perditas in Oriente aiunt Hebræi. Interea facile assensum præbuerim iis, qui ex istis, ortos Tartaros opinantur, siue quia Tartari tenent oram Septentrionalem Orientis & Aquilonis, siue quia illorum præcipuum imperium Persico imminet, eoque terminatur à parte Assyriæ & Mediæ, siue quia latuerunt, & ignoti permanserunt. Nam eorum nomen tantum auditum circa annum Domini 1200. Adde, quod nomen Tatari (sic enim loquendum aiunt sine r) Hebraicè & Syriacè sonat derelictum, desertum. Præterea Hordas Tartariæ, in provinciis Septentrionalioribus aliquæ retinuerunt nomen Dan, aliæ Zabulon, aliæ Nephtali, inter regna aliqua nomen Tabor, alia alterius Hebraici monumenti, vt nec mirum sit Russiam, Sarmatiam, Lituaniam, Moscouiam & cæteras versus Tartariam regiones Iudæis abundare.

Denique quoniam Circumcisionem sunt perpetuò amplexi, antequam quicquid accepissent de infœlici Mahomete, cui & facile assenserunt quod in multis suæ legi & moribus congrueret.

In hanc cladem inciderunt, quoniam à cultu Dei, quem tradiderat Moses, defecerant, & nouam religionem ascuerant 4. Reg. 18.

In hoc bello Tobias in captiuitatem ductus est. Tob. 1.

1. Par. 5. Ibid.

Ann. mundi.

U INTERREGNUM annorum 9. 3434

A tertio Achaz ad eius duodecimum.

19 X OSEÆ filius Ela an. 9. 3443

Isdem vaticinantibus.

Achaz & Ezechia regibus Iuda.

A duodecimo Achaz ad sextum Ezechia.

Assyriorum Salmanazare an. 17.

Anni mundi.

3434

In hoc bello Tobias in captiuitatem ductus est. Tob. 1. Est etiam probabile earum patrem esse populos America siue Indiae occidentalis (quod miror à nullo animaduersum) Primo, quia traduntur perditæ in Oriente, R. Selom. Cant. Salom. 2. Secundo, quia in insulis S. Michaelis siue Efforis ad illam urbem pertinentibus sepulchra subterranea à nostris reperta sunt cum literis Hebraicis antiquissimis superne quidem מלך מלך (quid visitauit Deus) inferne autem מלך מלך בן מלך cum duobus apicibus, (Scalbin moruus est, scio Deum) Teuctus libro vigesimo tertio Cosmog. cap. 7.

Tertio, quia 4 Ezra 13. profectæ narrantur in ulteriore regionem, ubi nūquam inhabitauit genus humanum. Per introitus autem angustus fluminis Euphratem introierunt. Fecit enim eis Deus signa & stuit venas fluminis, quousque transfrent. Per eam enim regionem erat via multa iuineris, anni vnus & dimidij. Nam regio illa vocatur Afereth, אפרת quasi transito Euphrate venerint in Tartarica deserta, indeque in illam terram ignotam versus Groelandiam. Nam ab illa parte America dicitur aperta & sine mari cum alijs ex partibus sit mari clausa & peninsula. Quin & per angusta freta, maria etiam vastissima eò peruenire potuerunt, vt in regiones solo mari à Tartaria diremptas.

Quarto, quia Iudæos appellant clausos veteri traditione & Cabbala. Constat autem Americos clausos vndique mari, ac Americam vel esse magnam insulam, vel peninsulam. Nam adhuc dubitatur vtrum à partibus Septentrionis iuncta sit continenti Asia siue Tartariæ magnæ, vel ab ea freto duntaxat exclusa vt ab orbe antarctico, versus austrum, per fretum Magellanicum.

Cuthei in Samariam translati cum diis patriis sacra facerent deuorari à leonibus cœperunt. Quare vnum è sacerdotibus captiuum reuocarunt, qui eos iura regionis doceret & vnus Dei cultum. Quem tamen ita seruauerunt, vt quæque gentes fabricaret Deum suum quarti Regum decimo septimo.

Addit Iosephus eos recepisse quinque Mosis libros, sed malè interpretatos, neque Iudæos, neque Gentiles euasisse, cum Iudæi bene rem suam gererent, se Iudæos & Ioseph progeniem asseruisse, cum male, se Babylonios affirmasse (hæreticorum ingenium.)

Samaritanorum origo, quorum religionem semi-Iudæam, quàm planè paganam malle se Deus immittis leonibus declarauit. 4. Reg. 17. Cutheos eos Hebræi appellant quod post veteres colonos exactos à Salmanazare, venissent de Cutha & vicinis vrbibus & regionibus Assyriæ & Mediæ. Ibid.

E Iudaica religione, quinque libros Mosis duntaxat receperunt, secundum Sadduceos de resurrectione, animæ immortalitate & futurit regni statu sapiebant, gens Sicariorum, vnde Dositheus & Simon Magus hæresiarachæ. Orig. hom. 25. Num. & lib. 1 & 2. in Cels.

Secundum Ethnicos à Iouis & reliquorum deorum cultu non abhorrebant, se Medorum Persarumque colonos dicentes. Ioseph. lib. 12. cap. 7. De istis lege 1 Machab. 5. & 2 Machab. 5 & 6.

Decem tribuum tres captiuitates siue transmigrations, quot duarum fuisse suo loco notauimus. Primo ascendit Assar rex Assyriorum, qui & Tiglath-Phalassar, & traxit in exilium tribus Ruben, Gad, & dimidiam Menassis, quæ

3443

ASSYRIORVM ET OSEÆ REGIS SÆCVLO.

erant trans Iordanem, abstulitque vitulum aureum, quem primus Ieroboam in Dan dicauerat. Idque diebus Phakea filij Romeliae & Achaz regis Iuda. Deinde post aliquot annos initio regni Osee, ultimi regis, Salmanazar rex quoque Assyriorum abduxit tribus Afer, Isachar, Zabulon & Nephtali in Assyriam, Israelitis Galileam exhauriens, reliquos tributarios faciens, & alterum vitulum exportas. Postremo cum rebellasset Oseas anno regni sexto, ad sunt Assyrij rege eodem Salmanaz. tribumque Ephraim & dimidiam alteram Menasse terra expellunt, tumque Cutheos, Babylonios, Suseos, Elamitas, & ceteros Samaritas, qui ipsoform urbes incolerent, mittunt. Seder. cap. 22.

Salmanazari decem tribuum euerfori, successit Senacherib, qui ea passus est, quae Esaias & Herodotus scriptis mandarunt. Denique Sardanapalus filius, ut ex voce Asar-Adon. Hebraica coniectare licet, Asar-Adon Phul, Latine & Graece Sardanaphalus. Errant ergo Germanorum noui chronologi, qui somniant Sardanapali exuuias partitos esse inter se Phul Belochum, patrem Tiglath-Phalassar Babylonium, & Arbacem Medum, ac Sardanapalum vixisse Ozia tempore, dum apud Israelitas regnaret: Ieroboam filius Ioas, ut secundum & nouum nescio quod regnum Assyriorum circa illa tempora stabiliant, cum Scriptura de eo loquatur, ut vnico, & a Phul duntaxat continuatio vsque ad Nabugdonozoris, vel parentum eius saeculum.

Anni
urbis co-
dita.

Summa, anni 258, menses 6, dies septem, quemadmodum a morte Salomonis, quando istud regnum cepit, ad sextum Ezechiae, quando desit, fluxerunt anni 259.

Sine duobus interregnis Summa anni 241, menses 6, dies 7, sed illa fuerunt intercalanda ob superiores causas, ut utriusque regni tempora & aetates consonarent.

Anni
mundi.

3413

INTERIM HAC QVINQVE AETATE PROPTER TANTOPERE CORRVTVM AB HÆRETICIS RELIGIONIS

statum, doctrina Ecclesiae ad sequentem transmitti perenni serie non desinit. Quod sic demonstratur.



VINTA aetate superior doctrina, pietas & religio floret & illustratur per innumerabiles prophetas, Deum esse vnicum, Es. 43, 44, 45. Prater me non est Deus, &c. Et tamen trinum. In Hebraica veritate Ecclesiasticis 12. Memento creatorum tuorum in diebus iuuentutis tuae, Prou. 12. Qui scientiam sanctorum, Es. 6. In illa visione Seraphica, Quis ibit nobis (Patri, Filio, & Spiritui Sancto) prater nobile illud Trisagium, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, a Ioanne in Apocalypsi repetitum. 22. Non suspexitis ad eos, qui fecerunt eam (Hierusalem) 42, Creans coelos, & extendentes eos Dominus 44. Sic dicit Dominus factores tui, & iterum vers. 24. Dominus factores tui. 50. Mane erige aurem mihi, & audiam quasi magistros, 54. Quia dominabuntur tui, qui fecerunt te, Dominus exercituum nomen eius; Os. 11. Iuda adhuc descendit cum Deo, & cum sanctis fidei. Hier. 10. Dominus Deus verus est ipse deus viuentes, & Rex sempiternus. 23. Peruertistis verba Deorum viuentium, Domini exercituum Dei nostri. Quos Esaias vnico contextu exprefit nominatim c. 48. Ego primus & nouissimus, Non a principio in abscondito locutus sum. Ex tempore antequam fieret ego eram & nunc Dominus Deus misit me & Spiritus eius. Nam loqui illic Filium Dei, non Prophetam constat per literam precedentem. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est coelos. Filium Deum esse. Es. 7, 9, 10, 25, 35, 40, 45, 55, 58. Hier. 23, & 33. Os. 1. Baruc. 3. Ioel. 2. Mich. 2. & 5. Pro. 8 & 30. Spiritum quoque Sanctum, Es. 48, 59 & 63. Ipsi ad iracundiam pronocauerunt eum, & Spiritum Sanctum eius. 61 Spiritus Domini super me, 44. Effundam Spiritum meum super semen tuum. 32. Donec effundatur super nos Spiritus de Excelsis, Ioel 2, &c. In Christum fides, & eius expectatio, Es. 6. 7. 8. 33, 35, 40, 42, 45, 48, 50, 51, 53, 55, 57, 60, 61, 62, 63. Hier. 11. 23, 31, 33, Ioel 2, Abac. 3, Soph. 2 & 2. Mich. 5, Of. 6 & 11, denique quotquot Propheta & Sibylla illa tempestate scripserunt. Sacerdotium, Ministerium publicum, Sacerdos primus templi Pontifex & reliqui vsque ad Iosedec tempore captiuitatis per catalogum 1 Par. 6, Sacerdotes, Leuita & Propheta innumerabiles, in libris Regum & Paralip. quorum ordo & successio in Seder Olam. Sacrificia & Sacramenta, fidei signa, eadem quae prius per singulos libros Regum & ceteros huius aetatis historicos & scriptores. Quin & eorum per Christum perfectio, correctio, immutatio praedicatur. Es. 12, 55, 52, 61. Hier. 31, &c. Prou. 9. Poenitentia & eius partes, Illas urgent Propheta, & in eis neglectis totam malorum causam conferunt. Es. 1, &c. Ioel 1, &c. Doctrinam contrariam pseudopphetiam sive haeresim appellant. Lament. 2. Propheta tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem, tuam, ut te ad poenitentiam pronocarint. Hinc apud eos hostia pro peccato & delicto, & ieiuniorum, sacci, cilicij, luctus, spiritus contriti & tribulati mentio continua Confessio Exomologesis, ut quae iam esset instituta Leuit. 5. Qui peccauerit vel deliquerit agat poenitentiam pro peccato & offerat, & sic sapius illo capite, ubi Hebraice ubique, & co-

a

3150

ad

3569

fiatur

Anni
mundi.

a

3569

ad

4121

puteatur id in quo peccauit, ut Leuit. 13. leprosus adiens sacerdotem se esse leprosum clamabat, & Num. 5. Vir & mulier c. fecerint ex omnibus peccatis, quae solent hominibus accidere atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum. modum eorum confitendi vide apud Fagium in quintum & decimum sextum Leui. Vidui, appellabantur ex Elia in Tisbi, unde R. Isaac Leuit. 1. Qui agit Tesuba (.i. poenitentiam) ut faciat Vidui & confiteatur peccatum suum necesse est. Eucharistiae tanquam rei admirandae promissio, Prou. 9. Of. 14. Viuent tritico, &c. ubi R. Kimbi e. 777 semina transubstantiationis adducit. Festa ad septem Mosaica adduntur noua. Dedicatio templi Salomonis in mense Bethanim, i. Septembri 3. Reg. 8. ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ὅδῳ, tabularum fracturum mense Maio Ios. lib. 6. Bell. c. 8. & aliquot alia. Templum Salomonis incredibili sumptu extructum 2. Paralip. 3, 4, 5. domus orationis. Es. 56. Hierom. 7. Synagoga Hierosolymis a quadraginta & octoginta e. traditionibus Hebr. & innumerabiles aliae per vniversam terram Palestina nostris parocis respondentes. Imagines sacrae, Cherubi Salomonis forma iuuenili & opere statuario & solido praeter Mosaicos 2. Paralip. 3. ubi pictis aliis multis & calatis sculpturis omnes templi partes, etiam vestibuli exteriora asperguntur, & 3. Reg. 6, tam intrinsecus, quam extrinsecus pro templi etiam foribus & introitu unde Psalmus 73 queritur, quod Babylonij exciderint ianuas vel sculpturas, picturas, calaturas templi. Nam Pitubim illo loco ad hunc modum interpretantur Rabbini. Es. 19, alludens ad sua tempora, illa die (inquit) erat altare in medio terra Aegypti & titulus Domini (Maseba, statua proprie) iuxta terminum eius, Oseas cap. 3. sacris imaginibus, quas Teraphim appellat, priuandas decem tribus uaticinatur, propter sua peccata, quod essent euertere per Assyrios & in captiuitatem abducenda. E quo loco R. Iaphet cum veteribus Rabbini colligit, ut & indicat illic Abben Ezra, decalogo sacrarum imaginum usum non fuisse prohibitum, sed profanarum & Idololatricarum duntaxat. Serpens athenus hoc adhuc exo extabat in excelsis 4. Reg. 18. usque ad regem Ezechiam, qui eum euerit propter abusum, non quia imago, &c. Delectus ciborum, Es. 66. qui edunt carnem suillam & abominationem & murem, simul consumentur, dicit Dominus. Ieiunium 3. Reg. 21. 2. Paralip. 20. Tob. 12. Es. 58. Hierem. 36. Ioel 1. Quin & Elias hac aetate exemplum ieiunii quadragesime renouauit 3. Reg. 19. a multis olim inter Iudeos obseruati e. R. Beniamin in suo itinero. Alia multa ad Mosaica adiecta sunt, quarto mense, id est Iunio, quinto. i. Iulio septimo. i. Septembri, decimo. i. Decembri, quorum meminit Zacharias cap. 8. & Hebraei in suo Calendario. Religiosorum vita & vota & instituta varia. Filij prophetarum in Bethel, in Hierico, &c. 4. Regum 2, 4, 5, 6, 9. Elias vir pilosus, zona pellicea aecinctus & Eliseus hanc vitam illustrarunt 3. Reg. & quarto. Rechabite Hierem. 35. abstinentes ab uribus, vino, adibus, agris, possessionibus, speculo siue proprio, qui & vocatur Scribe siue doctores 1, Par. 2. vers. 37. Halda prophetissa q. abbatissa habitans in Millo, id est, collegio, vel domo doctrinae, ut habet Chaldaei 4. Reg. 22. Sancti & eorum preces, inuocatio, vis, cura. Elias curat res viuorum. Misit enim calitus literas ad Ioram regem Iuda filium Iosaphat, in quibus iram Dei contra ipsum explicabat, annis septem post suam translationem in caelum. In Seder Olam c. 17. Ioseph. lib. 9. Ant. ca. 2, quod aperte colligitur e. 2. Par. 21. & 4. Reg. 2. ubi intelligitur translatus ante decimum octauum regni Iosaphat, id est, septem annis ante Regnum istius Ioram. Es. 44, ille vocabit in nomine Iacob, ubi Chald. & ipsi יצחק. i. orabit in nomine, siue nomen Iacob. Esa. 62 super muros tuos Hierusalem constitui custodes. i. Angelos, Talmudici in tractatu Menahoth, item patriarchas, qui protegunt nos tanquam muros, R. Selomo e. R. Ionathan, qui sic Chaldaei vertit, Ecce opera patrum tuorum iustorum (o urbs Hierusalem) apiata sunt & seruata coram me tota die & tota nocte, nunquam cessant facere mentionem tui coram Domino. Baruc 3, audi nunc orationem mortuorum Israel & filiorum israhel, qui peccauerunt coram te. Hier. 31. Rachel plorat filios suos. i. intercedit pro filiis suis apud Deum, e. Midras Hagada & R. Selo. ossa Elisei mortui mortuum suscitant 4. Reg. 13. mortuum eius corpus prophetauit, Eccl. 48, id est diuina fecit. Nam apud Hebr. prophetare est non solum diuina dicere, verum etiam diuina facere. Vnde per יצחק. nov. mox sequitur. In vita sua fecit monstra & in morte mirabilia operatus est. Vi proinde Iosias eius sepulchrum, ossa & sanctos cineres, quemadmodum & alterius propheta, honorifice obseruauerit, 4. Reg. 23. Pallium Eliae translatis aquas Iordanis diuidit, 4. Reg. 2. Reliquiae Arcam & reliquias Mosaici tabernaculi in suum templum magna pompa inferi Salomon. in Arca tabulas testamenti concludit 2. Par. 5. Arcam autem aliam fecit, in quo conseruaretur Aaronis virga, Vas manna, oleum unctionis sacrum. In Misna tractatu de siclis cap. 6, 57 Thuribulum quoddam aureum seruabatur in Sancto Sanctorum, ad quod soli pontifices ingrediebantur, Heb. 9, Ios. lib. 2. contra Appionem. Preces & oblationes pro defunctis, Tob. 4. Panem tuum & vinum super. (id est propter. Nam est Hebraic.) sepulturam iusti constituere. Es. 26. Viuant mortui tui, interfecti mei resurgant, &c. (deprecarer e. R. Selo. & Rabbini, qui & hunc versum usurpant suis in precibus pro mortuis) & certe est precatio & canticum, ut patet e. principio capituli. 57 A facie malitiae collectus est iustus, veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua. Vnde & hunc quoque versum Hebraei in suum pro defunctis officium conferunt. Cant. 7 palatum tuum (id est oratio tua o Ecclesia) sicut vinum generosum loqui facit labia dormientium (id est, mortuorum. q. d. eos prorumpere facit in letitiam, exilire pra gaudio, & loqui, e. R. Selo. & veteribus Rabbini.) Et proinde honore sepultura infelicissimum putabat, Eccl. 6. Hier. 22. Purgatorium, Midras Ecclesiasticus 12 citato illo Esiae loco. veniat pax, quiescant in cubilibus suis, & i. Sam. 25. sit anima Domini mei ligata in fasciculo viuentium. Traditiones ad Ezram & viros Sinagoga magna delatae sunt, indeque in libros relatae. Vita aeterna. Iudicium postremum, nihil hoc dogmate crebrius in prophetis. Sic & reliqua doctrinae capita nostris plane consentanea abunde exhibent Salomon, propheta maiores et minores, qui intra huius aetatis curriculum scripto caelestes res copiosissime mandarunt. Ideo enim hic sum breuior, quoniam eos totos oporteret transcribere.



Continet hæc ætas sexta transportationē & seruitutem Babylonicam, vrbis templi & terræ Iudæa desolationem, reductionem in patriam, vrbis, templi, terræ restorationem desolationem & calamitatem sub regibus Syriæ præsertim Antiocho Epiphane, liberationem pro Hasmoneos siue Machabeos, regni reparationem, aduentum & res Christi, seditiones ac finem imperij.

a Hos 70 annos. Daniel & Ezechiel prophetæ captiui apud Babylonios Ieremias & Baruc in Iudæa solo relictī partim vaticinando, partim agendo illustrarunt.

Daniel cum sociis abstinere à cibis gentilium illegitimis, leguminibus contentus. Susannam absoluit, visiones regum ad res futuras pertinentes interpretatur. Deinde suas ipsius proprias alias. Honoribus afficitur à Nabugdonozore, Baltazare, Dario & Cyro regibus.

His etiam 70 continentur Ezechielis acta. Godolia reliquiis à Nabugdonozore præpositi absque vilo insigni regio aut imperij nomine, quia præesse paucis & calamitosis nulla dignitas erat, nec. *Ierem.* 39. mense septimo post abductum Sedechiam & excisam urbem, vigesimo Nabugdonozoris. *4. Reg. vii. Ierem. 41.*

Statua Nabugdonozoris cum periculo ætium puerorū. Regna Nabugd. Euilmerodaci & Baltazaris, cum rebus Babylonicis & Medicis.

Reliquiarum in Aegyptum ob Godoliam ab Ismaele interfectum migratio, duce Iohanan filio Chareæ. *Ierem.* 42. & 43, cum ipso Ieremia. Quas non est dubium anno captiuitatis 27, cum Syria & Aegypto fuisse à Nabugd. subactas è *Ierem.* 44. & 46. & *Ezech.* 29.

Vertente captiuitatis septuagesimo orare cœpit Daniel 9. c. Deum pro restauranda Hierosolyma & ab Angelo accepit ab exitu verbi de restituendis captiuis, deque reficienda vrbe vsque ad Christi ducis necem interfluxuras Hebdomadas 69, vel ad summum 70. vt aliqui exponunt.

Porro exitus illius verbi fiebat tunc ab Angelo illud de cælis deferente, & prolatum in cælo, dum ipse precaretur, denuntiante, vel (quod in idem recidit, nec annorum numerum auget paulo post factus est, anno scilicet primo Cyri, qui mox Dario, sub cuius vitæ extremum Danieli ista reuelata sunt successit. Illo enim captiui primū dimissi sunt, vt compleretur verbum quod dixerat Dominus ore Ieremiæ, &c. *1. Ezra* i. vide *Ierem.* 29.

In tres partes suas 70 Hebdomadas, id est, annos 490 distribuit Angelus, quod in earum singulis res notabiles essent euenturæ. In septem, in sexaginta duas, & vnā. In septem inquam, id est, in annos 7, quod tot septennia siue anni plus minus. (Nam scriptura sæpe negligit fractos) essent insumendi in perficienda totius vrbis, templi, terræ redintegratione, ob impedimenta hostium & calamitates temporum, vt inde sequeretur veluti annus quinquagesimus siue Iubilei, id est, perfectæ quietis terræ & populi. *Leuit.* 25. Eo enim alludit Angelus in septem Hebdomadibus separatim constituendis.

In sexaginta duas, verò, id est, annos 434, quod demum rep. Iudæorum constituta, & statu patriæ firmiter ordinato, tantum temporis spatium vsque ad excisionem Christi esset fluxurum.

In vnā denique, id est, in vltimum septennium, quod

20



SEXTA ÆTAS captiuitatis quæ est Et hinc Monarchiarū & ingētium imperiorum Mundi velut ranities.

a Tempus CAPTIVITATIS fuit annorum 70.

Vatibus Ieremia, Baruc, Habacuk, Seraia, Danièle Ezechiele.

Pōtificibus Iosedec & Iesu.

Sedechia, Iechonia, Salathielie exulum & captiuorum principibus.

Nabugd. & filius eius Babyloniiorum regibus.

Seruo Tullio annis 44, sexto Romanorum rege, deinde Tarquinio superbo annis 25, quibus successerunt consules.

20

3638

Anni mundi.
3569

illa post mortem Christi in Iudæa Apostoli sua predicatione essent abundè confirmaturi nouum testamētum, & ad illud Iudæorum reliquias siue electos copiose traducturi, donec transirent ad Gentes, seque per reliquum orbem dispergerent.

Vltimi illius septennij duas facit partes, quod in primis sexqui tribus annis Apostoli ita in Iudaico populo essent confirmaturi nouum pactum, vt conuersi possent intelligere sacrificia & cætera figuralia esse deinceps inutilia & infructuosa. Atque illud est. *Et dimidio Hebdomadis, deficiet hostia & sacrificium siue, vt Hebræa ad verbū sonat, Et dimidium Hebdomadis cessare faciet sacrificium & oblationem.* Quantum videlicet ad fructum & vtilitatem. Nam ei tra ad noxam & perniciem Legalia diutius, durarunt, lege currente cum Euangelio ad vrbis vsque excidium. Tunc enim plenè sepulta est Synagoga, indeque Mosis figuralia cœpère esse pernitiōsa.

Reliquis sexqui tribus annis Apostoli in Syria continuerunt Iudæos vel confirmare vel conuertere, maxime vt eis vterentur ad reliquum orbem Christo subigendum. Nam orbis primi doctores non tantum fuere Apostoli, sed & Apostolici, id est, alij Christi Discipuli, deinde Apostolorum Apostolicorumque conuersi ac æmuli, qui fere fuerunt Iudæi, & sacrarum literarum captarij.

Quod interponitur, *de populo ducis veniuri*, id est populo Romano eiusque principe Tito, non pertinet ad 70 Hebdomadas, sed per occasionem, quadam veluti parenthesi, inclusum est, vt doceremur fontem calamitatis Iudaicæ è Christi nece proficisci. Quare illic, *Et aduersatiua est particula de linguæ more Post Hebdomadas (inquit) sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius (populus, qui eū negaturus est & cæde sublaturus) Hoc enim rectè expressum est à nostro interprete, qui videbat Angelum propter necis Dominicæ indignitatem, & ob luctuosam Iudæorum reiectionem, per quædam sententiam non absoluisse, sed vsum Apoptose, non simplici Eclipsi, vt nostrates recentiores insipide & mysterijs incongruenter putant, duntaxat subaudientes Adiuor, siue vt Rabbinij, *vita, Et non erit illi (vita, Dominiū me, Et nō erit illi (Dominium vel Rex.) Et non erit illi (vrbi amplius rex.)**

Rectius igitur, per Apoptosin, *Et non erit eius populus, qui eum necaturus est.* (sic enim illic lego, non *negaturus*) *Et ciuitatem*, (id est, at, sed ciuitatem) *perdet populus Romanus cum duce venturo, Tito Vespasiani filio, non quidem statim, sed suo tēpore, 38 post annis, ira Dei ob hanc causam deinceps in istum populum stillante. Nam hoc verbo in Hebræo, id est, guttatim decidente & sensum ipsum labefactante.*

Sic quod vltimæ Hebdomadi subiicitur, *Et erit in ala abominatio desolationis & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio*, est totius prophetiæ coronis, clausulaque de stupenda vastitate & ruina tam Iudæorum, quam vrbis & patriæ, post illud septuaginta Hebdomadarum siue septenniorum spatium euentura. Nam vt docui, septuaginta Hebdomades præfinitè explētur Mortis Christi septimo.

Initium Hebdomadam (inquit Theodoretus) ab aliis in anno primo Cyri regis Persarū collocatur, cū Iudæi domū remissi sunt. Hoc nos sequimur & simplicitas oraculi aliud non patitur. Ab aliis in sexto Darij, cum templum perfectum est, ab alijs in vigesimo Artaxerxis, cū vrbs instaurata est. Finis verò aut in cruce Christi, aut in eius baptis-

3538

mo, aut in templi euerfione ftaturur, nempe fub Vefpafiano.

Seſe autem debent conſequi 70 an. captiuitatis & 70 hebdomades annorum. Nam illo 70 an. aut vno poſt pleno, nempe primo Cyri, fermo exiit, vt Hieruſalem reſtauraretur. Adde Danielem vel potius angelum in ſtatuendis his 70 hebdomadibus voluiſſe alludere ad 70 annos. q. d. tot ſuperſunt hebdomades annorum ad plenam liberationem & redemptionem populi, quot anni fuere captiuitatis.

Continent autem acta Zorobabelis, Ezræ Nehemiæ Pontificum Machabeorum, Chriſti, & primi ſeptennij Apoſtoli, id eſt. reſtitationem populi, vrbs, templi, regionis Iudææ, deſolationem alteram & ſeruitutem Iudæorum, præſertim ſub regibus Syriæ, liberationem per Machabæos regni renouationem, Chriſti hiftoriam, ſeditiones & finem regni.

Quantum ad profana, res Perſicas, Græcas Macedonicas, Aſiaticas, Aegyptias, Parthicas, Punicas, Romanas, quas omnes ſequenti libra deguſtabimus.

Sibylla Cumana nouem libros de fatiſ populi Romani Tarquinio Superbo emendos obrulit, quorum tres in ſacrarium conditi, Sibyllini dicti ſunt. Gellius lib. 1. cap. 19. Hanc nonnulli cum Cumæa confundunt, quæ & ipſa quidem Italicas, ſed tamen multò antiquior. Fuit enim mater Euandri, cum qua congreſſus eſt Aeneas. T. Linius lib. 1.

Eius libri ad Auguſtum vſque manſerunt incolumes ſub baſil Palatinis Apollinis, cum Martiorum vatium & Baſgoes Nymphæ carminibus conditi ſteterunt. Suetio.

Moabitæ à Nabugdonozore ſubacti, vt prædixerat Eſaias 16 cap.

Tarquinius Superbus rex ſeptimus & vltimus Romanorum, an. 25, qui ferias Latinas inſtituit, & armatos circa ſe ad corporis cuſtodiam primus habuit, & tamen turpiter exactus an. 244 ab vrbe condita, obſidens Ardeam ciuitatem nono ab vrbe milliario. Nam tunc Romæ principatus vix protendebatur ad 15 milliare. Nangiac.

Tuſculi per 13 an. cū vxore priuatus & exul conſenuit. Antequam paulò explerentur 70 anni captiuitatis, illic Reſpub. per conſules adminiſtrari cœpta.

HEBDOMAS vna continet annos 7. Leuit. 15. Neque enim Daniel loquitur de altero hebdomadū genere, quod ſeptem diebus abſoluitur. Leuit. 23. Id conſtat è 4 Ezræ c. 7. qui inquit CHRISTVM reuelandum eſſe, id eſt natiuitum, poſt quadringentos annos. Hic enim ſi addas 33 vitæ Chriſti ex hebdomadibus 69 tantū ſupererunt quinqueſaginta. Nempe fuit Ezras Danielis his annis poſterior.

Hebdomas ſeptuageſima, ſiue ſeptennium vltimum quod confirmat nouum fœdus, & finem imponit ceremoniis legalibus ſiue figurilibus, cadit in Apoſtolos, qui in Iudæa per ſeptem annorum ſpatium, antequam orbem ad Euangelizandum ſibi diuiderent, gratiam Chriſti Iudæis primùm obtulerunt, in hebdomadis dimidio ſynodo publica Act. 15. Moſis ſacrificia & cætera figuralia abrogantes, re Iudaica in deterius ad interitum vſque, qui à Romanis allatus eſt, deinceps abeunte.

Chriſtiana autè latius quotidie ſeſe diffundente. Quo ſi ſynodus illa celebrata eſt ſub annū Chriſti 17, vt aliquibus placere video, qui non animaduertunt paſſim in Scripturis, nihil tamen perit de vera Septuageſimæ intelligentia. Nam certum eſt non longè poſt Chriſtū.

Anni vrbs cō-dita.

272

Dan. 9.

755

A 70 illo CAPTIVITATIS anno ad CHRISTVM Hebdomades 69, id eſt, anni 483.

3638

4121

Pontificibus & principibus Iudæorum iis, quos ſequenti lib. ſubiiciemus.

Prophetis Daniele, Mardocheo, Zacharia, Haggæo, Malachia, Ezra, & per ſucceſſionis ſeriem, Scribis & Phariſæis, qui ideo ſedere ſuper cathedram Moſis memorantur Matth. 23.

Perſis, deinde Macedonicis, denique Romanis monarchiam obtinentibus, eo, qui altero libro ſequetur, modo ac ordine vſque ad Chriſtum Dominum.

755

4121

Anni mundi.

3638

4121

Petro reuelat am fuiſſe per viſum Gentium vocationem, atque deinceps libertatem ab hoſtiis, atque ad eò Lege prædicatam Act. 10.

Eſt etiam apta interpretatio, vt hebdomadas ſeptuageſima, cadat in Chriſti mortem hoc ſenſu. Poſt hebdomadas 7. & 72, occidetur Chriſtus Hebdom. ſcilicet ſeptuageſima. confirmabit autem pactum multis hebdomada vna illa poſtrema, vt eius medio. i. tribus extremis annis & ſemis procedat Chriſtus atque pactum de remiſſione peccatorum promulget, donec occidatur. Quibus conſectis, templi & vrbs expectanda veniat ruina. Diſtribuit autem 69. in duas partes. Nempe quia ſeptem ceſſerunt templo & vrbi adificanda. 62 variis Eccleſiæ iactationibus.

* Hos annos reperies ab octauo regni Nabugdonozoris, à quo incipiunt 70. an. captiuitatis, ad decimum octauum vſque Tyberij Caſaris, qui eſt perfeſſionis Domini annus. Nam monarchia Babylonica præterea manſit an. 70. Perſica 147. Ab Alexandro ad Cleopatram Antonij 276. atque hinc ad Tyberij decimum octauum 61. Summa 554. Nam quòd Macedonica à Chriſto tam retrò abſuerit, conſtat ex his M. Ciceronis in 2. de Diuinatione verbiſ. Demotheſenes ab hinc annos propè trecentos fuit.

Quæ membratim & per ſucceſſiones pontificum, & regum & monarchiarum peculiari libro, deinceps demonſtranda ſuſcepimus, ne quid confundereſmus, ſed inter ſacra & profana melius diſtingueremus. Nam deinceps maiore turba & copia res mundi ſeſe offerunt, dum vbi hiftoria ſacra deſinere incipit, illic profana propriè auſpicatur. Per tot annos ſcriptores gentium muti propemodum extiterunt. Ducat ergo mundus ſummo Dei & Eccleſiæ veteris beneficio & prouidentia, quòd aliquid certi de ſuo priſco ſtatu cognitum habet, atque Hebræiſ ſcriptoribus gratiam agat, quòd ſuperiorum ſæculorum certam aliquam memoriam, rationem, ordinem, originem tenet atque complectitur.

* Summa 553.

Ita ab orbe condito ad CHRISTVM ſunt anni 4121, menſes 6, dies 16.

RELIGIONIS ET DOCTRINÆ CONTINVTIO ET AD HANC VLTIMAM PATRVM VETERIS Teſtamenti ætatem tranſmiſſio.



EXTA ætate antiqua religio & doctrina retinetur, & ad Chriſtum inter captiuitatem & perfeſſionem multa diſcrimina perducitur, per Prophetarum reliquias, multos Scribas, Doctores, Rabbinos, externos Philoſophos & Poetas, quos in hanc omnes conſeremus, eſi plerique noſtrorum penè ſunt temporum, quod partim Prophetas ſunt ſeculi, partim ſua omnia è ſextæ huius ætatis Cabbala, traditionibus, & diſciplina quaſi per manum receperint. Deum eſſe vnicum, Malach. 1. Nunquid non Pater vnus omnium noſtrum, nunquid non Deus vnus creauit nos: Eccleſiaſt. 1. vnicus eſt Altiffimus. Sap. 12. Non eſt alius præter te. Machabei pro Dei vnitæ contra Græcos pugnant, Iudæi in libro Eſter & Danielis pro eius profeſſione inter Babylonios & Perſas periclitantur. Denique omnes pi, qui ſequuti ſunt Prophetas eandem doctrinam poſteritati contra Polytheiam omnia tunc occupantem relinquunt. Imò etiam impij & profani omnium ſæculorum paulo ſapientiores. Trimegiſtus in Poemandro cap. 2, 3, 4, 5, 6, 9, 10, 11, 12. In Aſclepio cap. 16, 7, 11. Pherecydes Syrus, Pythagoras, Philolaus, Architas, Empedocles, Parmenides, Meliſſus, Xenophantes, Timæus, Locrus, Zeno, Eleates, Acmon, Euclides, Anaxagoras, Plato, præſertim in Epiftolis, Timeo, Parmenide, Ariſtoteles in Metaphyſicis, lib. 8. Phyſ. & lib. de mundo ad Alexand. Theophrastus in Metaphyſicis, Zeno Stoicus, Epietetus apud Ariarum, Alconius de doctrina Plat. Aphrodiſanus lib. de Prouidentia, Plutarchus de Iſi & Oſyri, & aliis multis Opusculis, Damascius, Iamblichus de ſectâ Pythagor. & de Myſteriis Aegypti. Symplicius in 1. Phyſic. & in Epietetum Ariari Plotinus in Enneadibus paſſim. Fuſius Enn. 2. per totum lib. 9. Porphyrius de Abſtinentia, & alibi, Proclus in

Theologia Platonica, lib. de anima & demone, ubi affirmat πολυθεότητα esse ἀθεότητα, Latinis Seneca, Macrobius, Calcidius, Cicero de Natura Deorum, de Diuinatione, de Vniuersitate, de Somno Tusculan. & c. prater oracula Sibyllina, & Deorum ipsorum, siue Demonum poetarumque fragmenta à Iustino Martyre, Clemente Alexand. Lactantio, Arnobio aliisque innumeris producta. Trinitatis mysterium, Daniel ad id aliquoties pluraliter loquitur de Deo, cap. 2. Sacramentum hoc mihi reuelauit (Deus) ut interpretationem Regi manifestarem (pro manifestaret) 4. in sententia vigilum decretus est sermo Sanctorum (Dei Sancti) & petitio. 7. Regnum dabitur Sanctis Altissimorum (Dei Altissimi) & mox. Et suscipient Regnum Sancti Altissimorum. Et, Sanctos Altissimorum conteret. Et interficiet robustos, populumque Sanctorum (Dei Sancti) secundum voluntatem suam. Quod caput proprie est de Antichristo, quem iure Arianum, Diuinitate Christi, & Spiritus Sancti infestum ex alijs locis constat. Zach. 11. Pastores eorum (Deus Iudeorum Pastor) non parcat eis. Malach. 1 Si ego Domini sum (Dominus) ubi est timor meus? Quas personas unicum in versum inclusit Aggeus, & nominauit: Ego sum uobiscum, dicit Dominus exercituum, cum uerbo, quod promisi uobis, & Spiritus meus in medio uestri. Nolite timere. Hinc Zoar è Rabbi Ibbā ad illud Dent. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus unus est: per primum (1) intelligi Patrem: per secundum (Elohen) Filium: per Tertium (1) Spiritum Sanctum. Deinde citato Esaiæ Trisagio: Sanctus (inquit) Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus sanctitatis, quos alibi vocat tria specula, tria luminaria, tres supremos patres, principio sineque carentes, alij tres Middoth, Sephiroth, Elionoth, tres ipsius infinite (En Soph.) numerationes sublimes, Keter Coronam, Hocma Sapientiam, Bina Intelligentiam. Tres Iodin (1) nomen Tetragrammaton designantes. Cuiusmodi alia proferuntur è Midras Psalm. 50. Midras Ecclesiast. cap. 4. Rabb. Mose Haddarfan in cap. 42. Genes. R. Sheolā in Psal. 111. & 112. R. Azariel, tractat. de sanctitate, R. Abraham, libr. Ietsrā, R. Isaac lib. de creatione, R. Hamai tract. Habium, R. Nebemia Ben Haccana in epist. Hassodoth, de Sod. siue mysterio nominis Tetragrammati nunc per 12, nunc per 42 literas expressi. Cuius rei fama ad profanos peruenerat. Nam in Deorum sacrificiis ternario numero utebantur, Arist. lib. 1 de Cælo cap. 1, & isto numero Deus impare gaudet, Virg. Egl. 8, & εἰς τρεῖς ἀποσπῆσθαι καὶ τρεῖς τὰδε πῶντῶν φωνῶν, ad ter libo, & ter hac venerabilia clamo. Theocrius Idyllo 2. E veteribus Chaldeorum & Persarum λογίσι, ut Zoroastris, citante Gemisto Plethone Platonico, πάντῃ ἐξέτελεσεν πατὴρ, καὶ παρῶθεν δὲ δέτερον, & Procl. lib. 2 & 3 Comment. in Parmenidem Platonis ἐν ἀποσπῆσθαι ἀπὸ τοῦ ἀποσπῆσθαι τῶν ἀποσπῆσθαι. Item, ὅς πατὴρ, & c. Magorum de tribus principijs Oromase, Mitri & Arimine, qua Deum, mentem, & animam interpretantur. Egyptiorum veteri oraculo Serapidis ad Thulem Regem apud Suidam in Thulis, πῶντῶν θεῶν, μετεπειτα λόγος, καὶ πνῆμα σὺ ἀποσπῆσθαι, τὰ δὲ σύμφυτα, τὰ ὅσα καὶ εἰς ἐν ἰοντῶν τέτυκται. Et in Mercurij Trimegisti Poemandro cap. 1, 3, & 7. ὁ θεὸς ἀρρηνοδύλος, ὡν ζῶν καὶ πᾶσι ἀπεκρίσθη λόγος, ἕτερον γὰρ ἀποσπῆσθαι, cum alijs eiusdem apud Cyrillum contra Iulianum, & Suidam in Mercurio prolatis. Græcorum, ut Orphei in Argonauticis apud Clement. lib. 5 Strom. Pherecidis Syri apud Proclum qui ex eius documentis ait Pythagoram tres simul Deos celebrare, sicuti & Platonem. Parmenidis in Cosmogonia, & apud Platonē in Parmenide de tribus subsistentiis, ut interpretatur Plotinus Enn. 4. lib. 1 c. 8. Platonis ipsius Epist. ad Dionysium δὲ τὸν δέτερον καὶ τὰ δέτερον, καὶ τὸν δέτερον, & alibi, ut probat Origenes libr. 6, contra Celsum, Numenij libro de bono, quo eum Proclus celebrasse scribit tres Deos, Primum ut Patrem, secundum ut opificem, Tertium ut opus ab utroque procedens. Plotini peculiari opere καὶ τῶν δέτερον χιλιῶν ὑποσῶσεων, & libr. de Ideis, & libr. contra Gnosticos. Iamblichi de secta Pythagoreorum, & libr. de Mysterijs, Scorsum cap. 39. Porphyrij libr. 4. de historia Philosophica, ubi citante contra Iulianum Cyrillo, Essentiam Dei progredi usque ad tria docet. In ea enim esse Deum supremum, qui Bonum, secundum, qui vniuersi opifex, tertium qui anima mundi, & libr. de Patriarchis, è quo Proclus dogma καὶ τὸ εἶναι, καὶ ποσειδῶν καὶ αἰῶνος μέσῳ huic mysterio congruens profert. Amelij, qui eodem referente tres Reges, tresue intellectus constituebat, qui & Cyrillo Augustinoque narrantibus, initium Euangelij D. Ioannis laudabat, & literis auecis inscribendum asserbat, tanquam Platonica Philosophia consentaneum, Procli ipsius libr. de Theologia Platonica, & in Parmenidem Platonis. Latinorum ut Calcidij in Timeum, summus Deus Iubet, secundus ordinat, tertius intimat, Macrobij libr. 1 in Somn. cap. 14. Deus, qui prima causa, & est, & vocatur, vnus omnium Princeps, & origo superabundanti Materiatu fecunditate de se mentem creauit, hac mens vīs vocatur, qua Patrem inspicit, plenam similitudinem seruat authoris. Animam verò de se creat, posteriora respiciens. Deinde ut intelligatur, de qua anima istud accipi debeat, nempe diuina, mundi, siue vniuersi effectrice, non humana, paulo post, anima ergo (inquit) creans sibi condensque corpora (nam ideo ab anima natura incipit, quam sapientes de Deo & mente etiam vīs nominant) ex illo miro, & purissimo fonte mentis, quem nascendo de originis sua hauserat copia, corpora illa diuina vel supera, cali dico & siderum, que prima condebat, animauit, diuinisque mentes infudit, inferioribus verò & terrenis pro cuiusque ratione existendi, viuendi, crescendi, sentiendi, intelligendi naturam, quia caducum est corpus, inseruit. & mox. hoc & Virgilius expressit. Nam & mundo animam dedit, & ut puritati eius auerteretur, mentem vocauit, Cælum enim, ait, & terras, & maria, & sidera Spiritus intus alit, id est, anima, sicut alibi pro spiramento animam dixit. Quantum, inquit, animaque valent, & ut illius mundanæ anime assereret dignitatem, mentem esse testatur, Mens agit molem, necnon ut ostenderet ex ipsa anima constare & animari vniuersa que viuunt, addidit, Inde hominum pecudumque genus & cetera. & mox. Secundum hac ergo, ex summo Deo mens est, ex mente anima. Anima verò & condit & vita complet omnia, & c. In quibus quidem, ut Pythagorici, & Platonici nonnihil Arrianizent, at multum est in tanta obscuritate vidisse aliquid. Separatim au-

tem Filij mysterium. Dan. 9. Ostende faciem tuam super sanctuarium tuum propter Dominum siue Deum. Zach. 12. Deus inducitur loquens, Asspiciet ad me, que confixerunt 13. framea suscitare super pastorem meum & virum socium vel propinquum meum, אמיתי, dicit Dominus exercituum. 3. Dixit Dominus (Filius) ad Satan increpet te Dominus (Pater) Mala 4. Ecce ego mittam Angelū meū (Ioannē Baptistā) & preparabit viā ante faciē meā, & statim veniet ad templum suum dominator, que vos queritis. Eccl. 5. 1. Inuocauit Dominū Patrem Domini mei. Qui & cū sapientia elogio diuinissime describit capitibus 1, 4, 24. ut & eiusdē ætatis auctor Sap. 2. 7, 8, 10, 18. Quod secuti Iudæi deinceps diuinissima de Verbo Dei, sparsere, ut Philo multis locis, lib. de Agricultura pag. 5. lib. de his que post sex dies, lib. Quod insomnia sint à Deo, lib. Quod diuinitas sit immutabilis lib. 2. Allegoriarum, lib. Quis sit heres diuinarum legū. Zoar, Chaldei Paraphrastæ & Hierosolymitanus, de quibus proinde R. Menahem Rakanati in legis expositione ad illud. Exod. 16. vers. 8. Non contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum, transtulit (inquit) Onkelos, sed contra Verbum Domini, significans, כִּי הָיָה כְּנֹכַח נְקֻמַת כֶּךָ וְהָיָה הַחֹלֶב עִמָּךְ כְּמִרְכָּר יִמְכֹּר וְכָרִים רַבִּים בְּחֶרֶם, diuinitatem appellari Verbum Domini, nempe eam, que comitabatur eos in deserto. Atque hinc multa in translationibus Chaldaicis percipies, quod sequentibus exemplis postea illustrat. Numer. 21, Locutus est populus in Deum & Mosem, Chaldeus, Detonauit populus in verbum Dei. Deuter. 9. Ipse est qui transit ante te. Chald. Verbum Domini transit ante te, Genes. 9. vers. 12. Inter me, & inter vos. Chald. Inter Verbum meum & inter vos. vers. 15. Inter Deum, & inter omnem animam viuentem. Chald. Inter Verbum Domini. Genes. 3. 1. vers. 49. Videat Dominus. Chald. Asspiciat Verbum Domini. Genes. 2. 1. Iura mihi per Deum. Chald. per Verbum Dei. Exod. 19. vers. 17. Eduxit Moses populum in occursum Dei. Chald. In occursum Verbi Dei. Quibus addere possis illud Osee 1, vers. 7. Et saluabo eos in Domino Deo suo. Chald. Et redimam eos in verbo Domini Dei sui, & 2. vers. 2. Non ipsa est uxor mea, neque ego vir eius. Chald. Ipsa non se subicit cultui meo, neque verbum meum recipiet precem eius. Sic hac ætate Chaldei Paraphrastæ viam ad conuersionem aperiebant Orientalibus, ut Græci, siue 70. interpretes Occidentalibus. ὁ τῶν πάντων θεῶν ἀποσπῆσθαι ἀπὸ τοῦ ἀποσπῆσθαι ἀπὸ τοῦ ἀποσπῆσθαι, lib. de Repub. quem ut principem & causam vniuersi vnacum patre inuocat, epistola ad Heremiam, Erastrum & Coristum. Spiritus Sancti. Nebem. 6. Spirituum tuum bonum dedisti, qui doceret eos. Ezech. 36. Spiritum meum ponam in medio uestri, & faciam ut in preceptis meis ambuletis. Aggeus 2. Zach. 7. & 12. Sap. 1, 5, 7, 11, 12, 15, Eccles. 24, 39, 48. Quæ excipientes Iudæi deinceps diuinissima de illo prodiderunt, & Philosophis, præsertim Pythagoricis, Platonis, Stoicis, & Trimegisto hac memoria emergentibus copiosam segetem præbuerunt, ut de eo multa traderent, συνακμῶν εἶναι τῶν πάντων, omniā continentem, conseruantem, totam infusam per artus agitare molem, & pleno se corpori miscere, intus alere, per totum mundum peruadere, mundi esse spiritum, animam, mentem. Hinc Trimegistus in Asclepio, spiritu, ait, augetur & gubernatur omnis in orbe species, Spiritus implet omnia, mundus nutrit corpora, spiritus animas. Spiritu ministrantur omnia & vegetantur in mundo. Plato 10 de Leg. agitatur sanè anima omnia, que in Cælo existunt, terra, mari, iisdem motibus, qui nominantur, velle, considerare, curare siue providere, deliberare. Cicero de Natura Deorum. Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, & in Academicis Animum mundi, quem Deum appellant, & de Vniuersitate, Animum ut in mundi medio collocauit, ita per totum tetendit. Virg. 6. Aeneid. & 4. Georgic. Mens agit molem, & c. Macrobius ubi supra. Calcidius in Timeum Platonis Platoniam sententiam explicat. Materiam mouet spiritus & vigor ex æternitate rationaliter totam interdum, nunquam proportione. Nam spiritus motuum illorum non est natura, sed anima & quidem rationalis, qua uisificans sensibilem mundum eum exornauit ad hanc, qua nunc illustratur, uenustatem. Quo pertinet intellectus agens Alexandri Aphrodisi. Nam & si Aristoteles hoc minimè omnium instituat, ut cui intellectus agens & patibilis sint re vnū & idem, solaque notionē differant: tamen eo apparet alluisse Aphrodisium. Docet enim Intellectum agentem esse re separatam & extra hōmines positum, communem siue vniuersalem, & quendam Deum, qui in singulares hominum mentes agat ac operetur, ut sol in cunctas ciuitatis fenestras. Patibilem autem esse singulares hominum animos, qui huius agentis recipiant influxus, impressiones, illustrationes, ac per eum in actum intelligendi perducatur. Quam Alexandri sententiam dum non caperet Auerroes, profana quadam & monstruosa de intellectu communi commentatus est. Hac enim desumpserunt ab Hebræis, qui apud Eliam in Tisbi eum Ruab Hakkōdes appellabant, q. Spiritum sanctitatis, Ecclesia moderatorem, præfectumque, Sechina, q. habitationem, quod ipse cum ea, præsertim cum Prophetis maneat, ita ut Saducei, sub huius ætatis extremum in hæreticis numerati sint, quod eum negarint. De eo Zoar & ceteri Rabbini consulendi sunt. Nam & illi viam præmuniabant ad futuram de ipso per Christum & Apostolos manifestationem. Mundum esse creatum. Omnes profani, usque ad Aristotelem, qui primus Philosophorum mundi æternitatem ausus est stabilire. Nam Oracula Chaldæi, Aegyptij, Græci Poete, Orpheus, Homerus, Hesiodus, Phoclydes, Sophocles, & c. Virgilius, Ouidius, Lucretius, & c. imò & Philosophi, Pherecydes Pythagoras, Timeus Parmenides, Melissus, Anaxagoras, Empedocles, Heraclitus, Democritus, Plao, Leucippus, Epicetus, Plutarchus, Platonici, Epicurei, Stoici, auctore Varrone, Theophrastus ipse, & si Aristotelis discipulus & successor lib. de saporibus Deum creasse omnia non modo asserens, sed etiam de nihilo. Plotinus lib. de mundo, Proclus in Timeum, Cicero multis locis, Macrobius in Somn. & Satur. Seneca cap. 31. & 32. de vita beat. lib. 11. Nat. q. & in epistolis. Galenus lib. 3, 7, 11, 15, 17, de usu partium & lib. de formatione fetus, ut ut impius & planè profanus, Imò verò etiam ipse Aristoteles in metaphysicis, dum recensens veterum de principijs opiniones, eum, qui vīs εἶναι αἰῶνος τῆς φύσεως καὶ τῆς κόσμου docuit ceteris anteponeit, Et in lib. ad Alexandrum, quem senex conscripsit, Deum esse genitorem & conseruatorem rerum omniū, & lib. de mirabilibus, Mare

natura terram obrueret, Deum contraxisse, ut terra extaret, ad conseruationem & utilitatem hominis animantiumque. In Christum fides & expectatio. Hag. 2. Stante templo Zorobabelis venturum desiderium gentium, Zacharias cap. 3, 9, 11, 12, 13, 14. Dan. 2, 7, 9. intra 70 hebdomadas, id est, an. 490. 4 Ezra 7 & 13. reuelandum intra 400 annos. 1. Ezra 2. Nehem. 8. Ezechiel multis locis. Malach. 2. 3. 4. Sap. 2. & c. 1. Mach. 14. Iudaei & sacerdotes consentiunt, ut Simon Machabeus sit dux & Sacerdos in aeternum donec surgat Propheta fidelis, centum vix annis ante Domini Natiuitatem. Chaldaei paraphrasia, quorum vnus Ionathan 28. annis obiit ante Christum, eius promissionem quauis occasione urgent & breui perficiendam ostendunt. Gen. 49. Num. 24. 3. Reg. 4. Esa. 4. 9. 11, 14, 16, 20, 52, 53, 66. Hier. 23. & 33. Ose. 11. Mach. 4. & 5. Habac. 3. Hag. 2. Zach. 3, 4, 6, 10. Psal. 20, 44, 60, 71, 79. Cant. 1, 4, 7, 8. Ruth. 1. & 3. Lam. 2. & 4. Eccles. 1. & in Targhum Hierosolymitano Gen. 33, 49. tribus locis. Exod. 12. Nabum. 11, 24. Quae Oracula ab Elia in Merurghehan Rad non coaceruata hic indicare volui: ut ea intelligamus veterem Synagogam accepisse de Christo, quae Christiani de eodem exponimus, hostium etiam nostrorum confessione. Quare & eius aduentus est articulus duodecimus Symboli Iudaorum, de quo caput Helec in Talmud tractatu Sanedrin, & sectio integra Maiemonim R. Mose pag. 763. & mentio apud Rabbinos, tam veteres, quam recentes creberrima, & vetus epistola Secretorum R. Nehemia, in qua docebat se tantum distare 50 annis ab ipsius aduentu, velui expectans consolationem Israel cum Simeone coeuo suo Christi susceptore, qui Talmudici contextus sine Misna fundamenta iecisse fertur, a R. Hakkados post annos 160, perfecta, ad summumque perducta. Quod nec Gentiles latuit. Nam tunc percubuerat fama toto Oriente esse in fatis, ut Iudaeus rerum potiretur. Tacitus lib. 21, Sueton. in Vespasiano cap. 4. Sibyllarum Oracula de eo Romanos reddebant sollicitos Cic. 1. epistol. ad Lentulum. Regem enim aliquem esse apellandum, si salui esse vellemus. Idem 2. de Diuinatione, ubi & meminit Acrostichis, quae illius Regis nomen & elogium primis literis versuum continebat, nempe e libro 8 Oraculorum Sibyllinorum, Inōs Xeiōs deū vōs, σωτηρ, σωτὴρ. Sacerdotium publicum ministerium, Iosue filius Iosedec primus templi restaurati Pontifex & ceteri vsque ad Iaddum, Nehem. 13, qui Alexandro magno occurrit. Reliqui apud Iosephum vsque ad Phinaum Pontificem vlt. omnes a Iosue filio Iosedec 39 ad vsque Caipham. Sacerdotes alij & Leuite distincti in suos ordines, ut prius, Neh. 11. & 12, 3. v. vlt. Scribae & Pharisei sedent super Cathedram Mosis, & hi quidem a temporibus Machabeorum illi autem ab ipso Ezra, eorum auctore, paulo post rediunt e Babylonia. Sacrificia & Sacramenta, Vi prius apud Prophetas & auctores huius aetatis, seorsum Ezra 3, 8. Nehem. 10, ubi versu 8 sponso pro parvulis 3, Ezra 8 & 9 edificarunt altare, ut offerrent holocausta, sicut scriptum est in Lege Mosis, & c. Quin & in perfectius commutanda docentur Malach. 1. Oblatio munda per totum orbem. Zachar. 9, Frumentum electorum, & vinum germinans Virgines, & c. De quibus Rabini mira sparsim, quin & Transsubstantionis semina diserie tradunt, ut R. Mose Haddarsan in illud Psalm. 136, Qui dat panem omni carni, Rabbi Iohai in cap. 25. & 28 Exodi panem propositionis vocari Heb Lehhem Panem, id est, facierum duarum, quod sacrificium panis tempore Messia cunctis Mosaicis successurum, & illis cessantibus nunquam destitutum, habiturum esset duas facies, vnā corruptibilem, alteram incorruptibilem, substantia corruptibili in incorruptum Messiae corpus intrinsecus conuersa. Ionathan in sua Chaldea paraphrasia Psalmorum ad versum Psalmi 71, Erit Firmamentum panis in terra in capite montium Ecclesia, Placenta erit oblatio in capitibus sacerdotum, qui sunt in Ecclesia, & R. Selomo, hunc versum Rabini nostri exposuerunt De Cluscaoth, sine placentis dierum Messiae. R. David Kimhi ad illud Osee 14, Viuent tritico & c. Nonnulli (inquit) nostrorum exponunt, quod mutatio natura erit in tritico futuris redemptoris Christi temporibus, & post, Et sanè magistri nostri pia memoria meminerunt cuiusdam mutationis natura, quae futura sint in tritico locus Rabini meretur Hebraica, ut cum ubique vaneat, facilius isti consulant כחטה כעתי שיהיה טבע שדניו רזל וכרו וזכו. Vasa & ornamenta sacra, a Cyro restituantur. Ez. 1. & successoribus cap. 8. & 3. Ezra 8. & 2. Machab. 1. Pœnitentia & eius actus, Nehem. 9. Teshba vocant, de qua cap. 7. & 10. libri Haiasar R. Tam, & in Talmud, & Maiemonim tractatus peculiareres. Confessionem autem peccatorum vocant Viddui, cuius formulam more solenni & certis verbis conceptam reperias apud Fagium Leuit. 5. & Numer. 5. Scribunt enim Hebraei nihil profuisse sacrificia per se neque expiaste peccata, nisi praecessisset Teshba & Viddui, pœnitentia & confessio e cap. 5. Num. Benedictiones Sacerdotum, Eccles. 4. 5. de vs est tractatus in Talmud Bircath cohanim, Neh. 9. Ceremoniae, tunicae Sacerdotales, & c. ut prius Neh. 7. & 8. Purificationes & quasi baptismata, Neh. 4. v. vlt. Ieiunia crebra, in Calendario Heb. Est. 5. & 14. Dan. 9. Iudith 4. Zach. 8, quarti, quinti, septimi & decimi mensis. Quin & Quadragesima exemplum. 4. Ezra 4. ubi EZRAS per quadraginta dies scribit, noctibus autem panem manducat, id est, cibum capit. Ieiunium obsidionis Hierusalem a Nabugd. facta ieiunium Ester, & c. singulis annis ieiunia viginti sex in libello Taanith, & in Calend. Hebr. Quibus addiderunt magistri singuli Hebdomadibus ieiunia duo, id est, secundi diei sine Luna, & quinti sine Iouis. In libro Taanith, de quibus illud Euangeli. Ieiuno bis in Sabbatho. Delectus ciborum, Dan. 9. Iudith 12. Machabai malunt necari, quam vesci cibis vetitis, 1. Machab. 7. Daniel & socij nolunt pollui cibis gentium Dan. 1. ne quidem vino potus Nabugdonozoris. Ibid. Dan. quae tamen prohibito non erat Mosis, sed Synagoga, ut constat e Tisbi Elia in Rad. נאסא Religioforum vita & vota. Samaia reclusus. Neh. 6. v. 10. Pharisei apud Iosephum lib. 13. Ant. cap. 9. Hassidei 1. Machab. 7. qui Rabini חסידים q. pij, sancti, Iosepho lib. 2. belli cap. 12. & Plinio lib. 6. Esseni sine Essenii. quorum instituta monasticis nostris simillima Ioseph. ibid. Scriba ab Ezra instituti ex Hebraeis in suis traditionibus. Multi Eremita ex Iosepho in vita sua. Tempa, loca religiosa, עבודתא, Ioseph. in vita sua, q. oratoria, templum a Zorobabele inceptum, a Nehemia perfectum, 2. Machab. 1. & 2. locus

Anni mundi.
4 111

Quidam

quidam Nephtar appellatus q. Purificatio 2 Machab. 1, videtur probatica Piscina, Ioan. 5. Dedicatio muri Hierusalem Nehem. 12. Sacrae imagines, Et si non legamus restitutos Cherubim, & alias sacras imagines, picturas celaturaeve veteris tabernaculi Mosaici aut templi Salomonici. At iam docuimus Rabbinos praecipuum De non faciendo sculptili eis minime omnium opponere pag. Sacra non vernacule peragenda. Haec tenus lingua sancta & Hebraica in re diuina locum duntaxat habuit, non quod illa esset vernacula, sed quod sancta & prophetica. Vnde hac etiam sexta ista aetate & deinceps a Iudaeis continuatur & si illis tam minus sit vernacula & popularis, nec ab ullo eorum intelligatur, qui eam non didicerit, ut apud nos Latina & Graeca. Quare EZRAS & scriba formulam rei diuinae Hebraica populo ignota tradunt & instituunt, e Maiemonim parte 1, Tractatu Tephilla & Bircath cohanim (id est, de prece & benedictione Sacerdotum.) Indequē in suis Synagogis breuiarijs vtuntur Hebraica lingua scriptis, ut Mahzor, Siddur Tephilloth, quod R. Amram e Babylonia in Hispaniam misit circa annum Domini 900, Sefer, & c. Nefasq. putatur alia id facere, R. Abraham Abben Ezra Eccles. 5. v. 2, ubi & perstringit suae gentis nonnullos poetas Lyricos, quod hymnis suis immiscerent Medica, Persica Hispanica, & c. cum ne vsurpanda quidem doceat Syriaca & Arabica, quae tamen Hebraicis affinia sint. Quod obseruat Ecclesia, dum non vulgaribus & profanis linguis, sed quatuor duntaxat sanctioribus & magis Catholicis, item grammaticis, eruditis, ad mysteria & disciplinae accommodatioribus pro fouenda Sanctorum Communione, quam Idiomatum diuersitas distraxit, ad rem diuinam solenniter vtitur: vna a prima origine sancta, id est, Hebraea, & tribus alijs sanctificatis dedicatisque Crucis titulo Syra, Graeca, & Latina e Hieron. in epitaphijs Nepotiani & Paula. Ne titulus Crucis Iesum Nazarenum regem Iudaeorum predicans obliteretur. Scriptum quippe diuinitus in libro Psalmorum; Ne corrumpas Tituli inscriptionem (Psalm. 56, 57, 58, versib. primis) Nicolai Magni ad Michaellem Imp. Ob eamque causam Greg. 7. ante annos plus quingentos, Vladislao Boemorum Duci petenti, ut sibi populoque suo liceret diuinum officium Slaouonicè peragere, non assensit, quod id Christianis institutis minus congrueret, & mysterio istarum linguarum diuina Sacrorum celebrationi destinatarum consecratarumque decerneret, per quas sanctorum Communio per totum orbem conseruatur atque colligitur, quemadmodum aliarum innumerabilitate inducta est in mundum discordia atque confusio. Ipse lib. 7. Registri & Olaus Magnus lib. 16, cap. 39. Cetera infra pag. Festa, tam Mosaica, quam Prophetica in Ezra & Nehemia celebrata ut prius Alia pro natis occasionibus instituta, ut dedicatio Machabeorum sine Encenia 25. mensis Kisleu id est, Nouembris, 1 Machab. 4. quam sua praesentia probauit Christus Ioan. 10. Lumina siue luminarium festum Ioseph. lib. 12. Antiq. cap. 10. Dies ignis, qui datus est, quando Nehemias, edificato templo & altari obtulit sacrificia 2. Machab. 1. Dies Mardochei 2. Mac. vlt. Fortasse Sorium festum in Ester, quomodo appellant Fesum Iom tob, Gall. Vn bon Iour, e Tisbi Elia. Reliquiae, eas abscondit Ieremias ut Arcam, Tabernaculum, Altare incensi in monte 2. Machab. 2. ignis sacrificijs absconditus in puteo a sacerdotibus quo in loco aqua apparuit e qua Nehemias & sacerdotes purificarunt sacrificia, ubi Rex Persarum fecit templum siue sacrum edificium (videtur esse probatica Piscina Ioan. 5.) locum hunc appellauit Nephtar q. Purificatio 2. Machab. 1. Sancti, Onias item Ieremias Propheta Dei dudum mortui orant Deum mulum pro populo & vniuersa sancta Ciuitate, 2. Machab. 15. orat Angelus pro populo Iudaico. Zach. 1. Michael princeps Synagoga stat pro filiis Israe, Dan. 12. Angeli Persarum, Graecorum, Israelitarum procurant sibi commissorum negotia seque mutuo iuuant Dan. 10. Ioseph Ben Gorion belli Iudaici, cui ipse interfuit. cap. 21. Lamentationem super calamitatibus Hierusalem aspergit sanctorum inuocationibus, & quidem Dauide Cybero Argentinensi heretico interprete. Exurge nunc Mose, fili Amram & vide populum tuum, & c. Memor esto precationis, & c. Exurge nunc Aaron Sancte Sacerdos Dei, & c. Surge nunc Thinees, & c. Euigila nunc Iosue, & c. Tu vero Rex David dormis, Expergiscere & veni, & c. Elisee, & c. Iosephus lib. 3. bell. cap. 14. Latini exemplaris pura anima, quae exaudiunt inuocantes, Graeci cap. 25. pag. 785. Rabbi Selomo in illud 4. Eccles. Laudo mortuos qui iam dudum functi sunt, Patriarcharum ope & ministerio Israelitas duntaxat exaudiri docet, R. Akiba in lib. Otioth de litera Samec, cum scribitur Hierusalem montes in circuitu eius, montes Hierusalem cingentes sunt patres, colles, qui circum eam, sunt matres, Sara Rachel, & c. R. Isaac in 49. Gen. & 1. Exod. Sanctos non esse appellandos mortuos e vetustissimis Rabbinis & R. Hakkados Kimhi in Malachiam ex eorundem traditione, Eliam praesse celebratibus circumcisionem, & actu & efficaciter adesse. Iudaei in officio mortuorum libri Mahzor inuocant patres dormientes in Hebron, & angelos tam horti, quam defuncti custodes, & in libro anonymo cuiusdam, qui pro nostra religione ante multos annos scripsit, Fagio heretico interprete, implorant Dei memoriam merito patrum Abraham, Isaac & Iacob, & merito reliquorum iustorum & sanctorum, ut eorum meritum adsit siue applicetur nobis. implorant inquam bis quotidie, mane & vesperi ad illum modum orantes, & c. Et post, Iacob pater noster cum sepeliit Rachel in via secundum illud (Gen. 35) & sepulta est in via, quae ducit Euphratam, totum istud factum est, ut R. Salomon ait, quod oraret Rachel pro filiis suis, ea ora, qua illos patriis sedibus expelleret Nabuzardan in Babyloniam, sicut scriptum est, Vox in Rama audita est, Rachel plorans filios suos, & c. Haec quidem non reperi in R. Salomone ad Genesim, sed ad Ieremia caput 31, idque ex Midras Hagada vetustissimo scripto. Denique id apparet ex precationibus de ea re, quas e Breuiario Hebraeorum conuertimus anno 1569. R. Abraham in Fasciculo Myrribe, Gen 22. In principio anni nos canimus, Et ligationem Isaac hodie semini eius recorderis quemadmodum ipse est ligatus & vinculus, sic vincias & liges omnia genera proprietatum iudicij. Deinde subijci, hic esse mysterium Isaac positi in medio, quoniam illum interponere solent inter se & Deum in suis precibus quasi intercessorem.

Anni mundi.

2

3569

ad

4 111

Preces pro defunctis, *Hascaba* appellant. Quin & exstat utraque lingua integrum officium mortuorum, e libro *Mahzor* siue *Breuiario Iudeorum* a nobis publicatum an. 1569, *Requiescat anima ipsius in cubili suo, Iaceat in pace, dormiat in pace, Et mox: Angeli pacis egredimini in occursum ipsius & cetera, que & heretici Munsterus & Fagius proferunt in annotat. ad decimum quartum Deuteronom. R. Isaac Toletanus in l. b. Beth Joseph. siue Iore Deba, de ultimo legis precepto, Annis singulis anniversario die mortis parentum ieiunandum est, & preces, que incipiunt *Kadis, Sanctus, fundenda*, iuxta illud, quod solemus dicere, *Iudicum* *Israeliarum in Gehenna est mensium duodecim, & post ea ascendunt. Hebraea sic habent.* ויש להענות ולומר קדיש ככל שנה ביום שכתב אביו כראמרינו ומשפט רשעו וישראל כנהנים יב חודש ואחר כך עולים.*

Purgatorium ab Hebraeis assertum alibi docuimus, sed & anno superiore Patavii de ea re certissimas & eruditione plenissimas probationes amicus noster B. Valuerdus Gandia Hispanus Hebraice Latineque emisit. E *Zoar* in 18. *Genes.* 47. *Exod.* 23. *Rakanati. Genes.* 37. *Leuitic.* 6. 21. pagin. 154. Column. 4. R. Menahem Tsoni, *Genes.* 16. *Abdia Sephorni* pagin. 91. *Alphesi tractatu Ros hassanim cap. 1. pag. 216.* *Rabbenu Nisim eius scholiaste, e libro Takus. Rabbi Meir libr. Habodath Hakkodes parte 2. cap. 31. & libro Iesod Sirim e Midras Eccles. cap. 12. e libr. 2. R. Manabem Tbeda Laddarec, e libr. Alcat Rochel pagin. 19, & parte secunda, libro secundo e Kabueraki, e Midras arcana, e R. Joseph Albone libr. de articulis Fidei 4. cap. 34. e tractatu Ros hassana, e Menorath Hammaor, R. Isaac. cap. 2. partis secunda, e Tephillath Mosis, e tractatu Hagbiga in Talmud Hierosolym. e tractatu Baba Batra, & eius scholiis siue Tosaphat, e tractat. Nedarim & Helec, e R. Rabbai Deuteronom. trigesimo quarto, e lib. Sem Teb concione quinta, de poenitentia, e hakidath Isaac *Genes.* 23. & *Leuitic.* 21, adde librum *Iasar R. Tam. cap. 12, & pene Rabbinos omnes quorumcunque tandem sint temporum.**

Traditiones earum scriptor Ezras & sequentes scribe, Deinde Talmud captus a Simone iusto & finitus ab Hakkados anno Christi 188. Nam non modo conseruatur lex ore tradita & per manus accepta, verum etiam iam nomine Cabbala scripto mandatur, ne propter exilia veniret in obliuionem, ut 70 libris Ezra 4, Ezra 14, quos se habuisse prodidit Picus Mirandula, ut utroque Talmud Babylonico & Hierosolymitano, ut libris Mizuoth, id est, de preceptis legis, & cetera. Quo pertinere ait R. David Kimhi, illud 1. Paralipom. quarto, Hec autem verba vetera, nempe ad Cabbalam, id est, receptionem siue Massoram, id est, traditionem maiorum, & R. Abraham Testimonia Psalm. 118. Nempe ad precepta ea, que testimonium habent a Patribus tanquam testibus oculatis, vel auritis, non a scriptura, suntque Lex per traditionem accepta sine scripto.

Vita aeterna, iudicium postremum, Daniel, Ezechiel, & ceteri huius memorie Propheta & auctores nihil habent crebrius usque ad Christum. Sicque perfecta est cohortatio Dei, Malach. 4, Memento legis Mosis serui mei, quam mandavi ei in Oreb ad omnem Israel, preceptorum & iudiciorum, quousque veniet dies Domini magnus & admirabilis. Nam & reliqua omnia abunde demonstrant auctores huius etatis partim propheta, partim prophetarum successores & hypopheta. Sic Religionis veteris doctrina ad nouum populum perrenniter transmissa est. Imo & Dei colendi ritus atque forma. Nam Christus sola sustulit siue figurata, ut loquitur August. lib. 10. de Ciuit. cap. 19. & 20, siue sacramenta praenuntiativa, ut idem lib. 19, contra Faustum & epist. 49. ad Deo gratias, siue umbratica, ut Paulus ad Hebraeos, qualia fuere sacrificia, Circuncisio, Propitiatorium, Tabernaculum Mosis, & qua in tabernaculo reclusa, cibi & potus Iudaici, Partes dici Festi, Neomenia & Sabbatorum, umbram futurorum habentes. Col. 2. Hebr. 9. & 10, Gal. 2. & 3. Non uem simpliciter ceremonias ad & & & rei diuina, ut habet Iosephus 3. Antiquit. cap. 7. pag. 74, vel & & & ut Dionys. de Eccl. Hier. pertinentes. Et sane ratio, templorum, Verbi gratia, adorationum, genuflexionum, stationum, religiosarum vestium, vasorum sacrorum, benedictionum, aspersioinum, festorum, lustrationum, cantuum & similium rituum, qua olim fuit, hodie quoque permanet, nempe ut Deus rite, solennius sanctius, decentius colatur. Deinde in Apostolicis quoque literis id obiter indicatur dum Christus suo aduentu nihil in hac parte mutat, nihilque contra disserit. Denique dum Apostoli horum rituum spargunt semina in suis partim scriptis, partim traditionibus apud veteres extantibus, ut lib. 3. docebimus. Hinc Tertul. initio libri de Oratione. Quicquid retro fuerat (in Mosis Lege) aut demutatum est, ut circuncisio, aut suppletum, ut reliqua lex, aut impletum, ut prophetia, aut perfectum ut fides ipsa. Et Leo Magnus D. Augustini discipulus apertius initio sermonis sexti de Ieiunio decimi mensis, tractans illum locum: Non veni soluere legem, sed implere. Quaedam de mandato veteri ad nouam obseruantiam transferuntur. Et post: Cessantibus enim significationibus, quibus Saluatoris nostri nunciabatur aduentus, & peractis figuris, quas abstulit ipsa praesentia veritatis, ea, que vel ad regulas moris, vel ad simplicem Dei cultum, ratio pietatis instituit, in eadem apud nos forma, in qua sunt condita, perseverant, & que utriusque testamento erant congrua, nulla sunt commutatione variata Ex iis autem est etiam decimi mensis solenne ieiunium, &c. Quod etiam docet initio Serm. 7 de Ieiunio septimi mensis. Apostolica institutio ita veteris Testamenti sacramenta distinxit, ut quadam ex eis, sicuti erant condita, Evangelica eruditioni profutura decerneret, & qua dudum fuerant consuetudinis Iudaicae, fierent obseruantia, Christiana? Et eo vetustior celebriorque Nazianzenus Orat. 44. Pentecostes Diem Hebraeorum more colimus, quem admodum & alios nonnullos eorum ritus obseruamus, qui apud illos quidem typice celebrantur, apud nos vero mystice & vere, ut addit Nicetas.

Quare recte monent Iuris Orientalis auctores, pag. 214. Iudaicos ritus demum esse prohibitos, si sint sacramentales, siue figurales. Sin simpliciter ceremoniales atque ad sacram theoriam, pietatemque conferentes non item, ut qui sint pietatis retinacula, conferantque ad sacrorum solennitatem, decorum, virtutem. Nam

-Ani mundi.

a

3569

ad


4121

vetera


3569 vetera Christus aduentu suo partim recensuit, partim retulit, partim perfecit, & illustrauit, ut eodem ipse cum Patre & Sancto Spiritu pie inuiolateque in seculorum secula colatur. Atque hac quidem prolixius, verum id, quia inde ad Ecclesie, qua secutura est, continuitatem apertior via transitusque, inter tot seculorum et rerum discrimina patet.

LIBRI PRIMI CHRONOGRAPHIÆ
GENEBRARDINAE FINIS.





CHRONOGRAPHIÆ
LIBER SECVNDVS AVCTORE
GILBERTO GENEBRARDO.



I BRVM alterum à captiuitate Babylonica mihi rectè ordiri videor, quando circa eum cœpit noua veteris Ecclesiæ conditio, & facies, qua populus Domini ita depressus, ita afflictus iacuit, vt vsque ad Christum, nunquam pristinum regni, status & potentia splendorum recuperare potuerit. Sed & circa eam gentium præcipua fama, magnitudo, celebritas, vicissitudo, historia sumpsit initium, vltra quàm nihil planè certi ex libris & scriptoribus profanis & exteris assequimur, vt verè possit dici, vbi historia sacra desinit, ibi profanam incipere. Quin & Monarchiæ Babylonicæ, & quæ mox successit, Persicæ occasione Disciplinæ, leges, humanitas ipsa ab Asia profecta sunt in Europam & reliquas nationes barbaras atque agrestes. Tanta fuit Dei bonitas erga illa populos, vt bellicis motibus vteretur ad illuminandos Occidentalium & Septemtrionalium oculos, eisque sapientiam, artes, & disciplinas fundendas.

*Iudæa capta se. um victorem cepit, & artes,
Scireque Chaldæo primùm deuexit agresti.
Inde Medis, Persis, Indis, exque ordinè Græcis*

à quibus ad Romanos humanitas ipsa peruenit, vt Cicero ad Quintum fratrem, qui tum Asiæ minori, quæ Græca est, præerat, scribit. Id apparet è Bardis, Druydis, Euagibus, cæterisque eorum sapientibus, philosophis, sacerdotibus, quos constat ex Ammiano Marcellino & Strabone extortos è Teiis & Phocensibus Græciæ Asiaticæ populis, ab Harpago Cyri præfecto fuis fugatisque in Thraciam, Corsicam, Italiam, Massiliæ agrum, vbi vrbes edificarunt, & nostris hominibus paulatim excultis studia liberalium doctrinarum inchoarunt per Bardos & Euages & Tectosages, vt stultum sit eos ab Isaaci & Iacobi Patriarcharum sæculis repetere, & Bardi regis cuiusdam Musicæ studiosissimi cum suppositio Beroso, nomen tam vetus fingere.

De cæteris fidem faciet Aulus Gellius diligentissimus rerû priscarum scrutator, qui quamuis conspectum quendam ætatum antiquissimorum virorum,

*Amm.
lib. 5.
Strabo
lib. 4.*

*Gellius
lib. 17.
cap. ult.*

item illustriam, qui in illis ætatibus nati fuissent, atque ex libris, qui Chronici appellantur, exceptiones variis, diuersisq; in locis factas de temporibus, quibus floruisse Græci simul atque Romani viri ingenio & imperio nobiles, promississet, non ducit tamen altius principium, quàm à Solone, quem leges scripsisse Atheniensibus non dubitatur, captiuitatis æuo sub Cyri, qui Cæsum Solonis amicum Lydorum regem vicit, sæculum.

Censor. de
die Nat.
cap. 21.

M. Varro vetustatis peruestigator inter externos præcipuus, fatetur se non nisi à prima Olympiade quatuor aut quinque sæculis post bellum Troianum historiæ veritatem posse deducere. Quod de eo referens Censorinus, Varro, inquit, tria temporum discrimina esse tradit: Primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem (id est, Ogygium) quod propter ignorantiam vocatur ἀδελον, secundum à cataclysmo priore ad Olympiadem primam, quod quia in illo multa (& penè omnia) fabulosa referuntur Mythicon nominatur. Tertium à prima Olympiade ad nos, quod iam dicitur historicon, quia res ab eo gestæ veris historiis continentur.

Varro lib.
5. de re
Rust. c. 1.

Quæ sanè verba in prologo tertij de re Rustica ipse Varro cõfirmat. Nam à Thebis, quæ ante cataclysmum Ogygis Bæotia regis condita dicuntur, ad sua tempora numerari quidem annos circiter bis mille & centum; at quid illis acciderit, nihil plane esse certum profiteretur. Cùm interim artes omnes in Græcia non nisi intra mille annorum spatium repertas dicat, siue à bello Troiano ad suam ætatem.

Nec verò longius, quàm ab Olympiadibus antiquitatem ipsum repetere potuisse ex Cicerone eius familiari quòque perspicitur; is enim idcirco in Oratore Attici laborem extollit, quòd annorum septingentorum memoriam vno libro colligere potuerit. Nam remotius colligere non potuit, quoniam ante Olimpiades nihil planè definitum esse eodem loco Varro ostendit, itémque è Græcis Eusebius, qui idcirco probat ante eas, quemque ut ei visum fuit, diuersas sententias de iisdem rebus in Græcia gestis protulisse, & ipse Cicero, quicquid de Romulo & Romanis aliis regibus literis est proditum, non satis constitutum indicat, quando primo de legibus, & alibi de eis loquitur interposita parenthesi, *ut aiunt*, quæ profecto abundat, quando res cõstat ac liquet.

Diod. lib.
3.

Trogus Pompeius se suam orsum historiam è profundo memoriæ, tradit. Atqui orditur à Nino, qui primus (inquit Diodorus) nactus est scriptores. Ipse autem Diodorus, conatur suam historiam retexere à Mundi principio. Atqui Bellum Troianum pro principio statuit suamque historiam in Præfatione ait minimè 1138 annos excedere, terminari verò principatu Iulij Cæsaris, quando in Galliam missus est. Lucretius quid?

*Prætereà si nulla fuit genitalis origo
Terrarum & cali, sempèrque aeterna fuère,
Cur supra bellum Thebanum & funera Troia
Non alias alij quondam cecinere poeta?*

Plutarchus in Theseo ultra Theseum omnes terras fuisse arenosas prætexit, vel inaccessas, littora glaciata, vel regiones exustas, cuiusmodi pinguntur in ta-

bellarum

bellarum Geographicarum extremitatibus, nempe fabulæ, aut ignorantis & incitæ & umbra atque vestigia.

Accedit Macrobius, qui de antiquitate profanis auctoribus cognita hæc suis commentariis inseruit. Quis facile mundum semper fuisse consentiat, cùm & ipsa historiæ fides multarum rerum cultum emendationemque, vel ipsam inuentionem recentem esse fateatur! Cùmque rudes primum homines meminerit vel fabuletur antiquitas glande prius & baccis alitos, serò sperasse de sulcis alimoniam! sed & quis non existimet, non longam retro eius esse ætatem, cùm ab hinc ultra duo retro annorum millia, de excellenti rerum gestarum memoria, ne Græca quidem extet historia? Nam supra Ninum, à quo Semiramis secundum quosdam creditur procreata, nihil præclarum in libro relatum est. Et multarum rerum experientia ad aliquas gentes recenti ætate peruenit. Vt ecce Galli vitem vel cultum Oleæ, Roma iam adulescente, didicerunt. Aliæ verò gentes adhuc multa nesciunt, quæ nobis inuenta placuerunt. Atque hæc quidem illi, sed nimis longè.

Lib. 2.
c. 10. in
Som.

Nam propriè ultra Cyrum, id est, Septuagesimam Olympiadem, & vrbs ducentessimam sexagesimum omnia istorum ex eo deprehenduntur auguriis potius, quàm historiis similia, quòd rerum multarum faciunt mentionem, multorū regnorum, vt Assyriorū, Medorum, Ægyptiorum, Æthiopum, quæ longius ab ipsorum notitia & terris aberant, rerum verò Babylonicarū & monarchiæ Nabugdonosoris, per quam perueniebant ad Assyrios & Medos, nō meminerunt, quæ in ipsorum erat foribus, & sui magnitudine totam penè Asiam, magnam Africae partem, Europæ aliquam occupauit, & totum orbem terruit è libris Regum, Paralip. Daniele, Ieremia oculatis testibus: quæ Persicam quantumuis ipsorum scriptis amplificatam amplitudine & excellentia superauit, *Dan. 2.* quæ tam recens, vt Cyrum, Solonem, & Græcorum scriptores primos attigerit: quæ denique à prophetis & scriptoribus sacris vbique insonat. Ignorantibus hæc recentissima, & suos oculos perstringentia, quæ fides accommodanda est, quando remotiora & antiquiora commemorare & describere suscipiunt?

Adde in historia Græca ante octogesimam Olymp. id est, ante regnum Darij (opinor, Longimani) nihil esse certum cum in illa non possit constanter notari verum tempus neque belli Medici, neque Peloponnesiaci, quemadmodum Censorinus conqueritur.

Facit etiam, vt me eorum vanitatis miserat, quòd Arbaces quendam Medum constanter aiunt Sardanapalum sustulisse, & prætereunt Merodac Chaldaeorum Regem, qui ipsis vt vicinior, ita notior esse debuit, qui & Assyriorum Imperio euerso ingentis illius Monarchiæ fundamenta iecit, à nepote magno illo Nabugdonozore superstruenda atque absoluenda. Mendacium remotissimos testes allegat, proximos refugit. Arbaces iste fortasse nunquam extitit, nedum Assyriis imperium eripuit. Prætereà Medorum imperium, quod ab ipso aiunt conditum Assyriaci pernicie, angustissimum ante Cyrum necessario fuit, quia nimis Babyloni tum rerum potenti vicinum &

P 2

Medos

Medos Nabugdonozoris vectigales & tributarios propheta nobis describunt. Quare hoc totum videtur ab adulatoribus confictum in Cyri gratiam, qui eius antiqua esse stemmata docere conabantur ex atavis Medorum regibus, regulos & vectigales praefectos in reges magnos transformantes, ut qui olim Caesaris Augusti non valde nobilis, quippe cuius pater fuerit Romae argentarius, progeniem ab Iulo Aeneae deducere studuerunt.

Huiusmodi adulationibus corruptae sunt omnes Graecorum historiae magna impudentia. Nam poterant redargui facile e recenti memoria & monumentis vix dum perfectis. Hoc admirati Aristoteles & Cicero eluiones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse sit, causam suae nescientiae praetenderunt, ac propter eas pronuntiarunt non modo non aeternam, sed ne diuturnam quidem rerum memoriam relinqui posse. Quin & quarto Physico eorum alter laudat Paronem Pythagoricum, quod tempus dixerit ἀμαθέστατον, id est, inscientissimum siue ignorantiae omnis magistrum, quia temporis successu, obliuione & situ praecedentia, penè omnia, deleta animaduertisset,

*Essetque tempus edax rerum, inuidiaque senectam
Perdere praeteritum, vitiatamque dentibus aui
Omnia paulatim lenta consumere morte.*

Nempe ante hanc captiuitatem scriptoribus Graeciae contigerat, quod est apud Platonem in Critia, Graeci semper estis pueri, quia nuper versati in historia & ignari literarum, disciplinae rerum denique tam apud vos quam apud reliquos gestarum. Nescire enim quid antea, quam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. Tantum incerta & mixta fabulis de bello Thebano & Troiano, quae fortassis nunquam extiterunt, cantabant ex dispersis & male confutis Homeri, & paucorum aliorum carminibus, nondumque ab Aristarcho digestis, proindeque obscuris ac incertis.

Ante hanc etiam Romana historia est valde exilis, tenuis, & frigida, nec hic solum res Graecorum debent incipere, sed multo magis etiam Romanorum, qui se Graecis omnia legum, doctrinae, dignitatis & virtutis insignia debere non inuiti contententur. Nam paulo ante Cyri principatum, expulso Tarquinio Superbo Roma primum cepit administrari per Coss. adeoque erat tenuis, humilis & angusta, ut duodecim miliaria suo Imperio minimè excederet. Verum & tam angustis finibus conclusa fuit, usque ad Alexandrum Magnum, cuius tempestate in orbe ne nominabatur, quidem. Quocirca eius mentio nulla apud Graecos illius temporis Italiae non modo finitimos, sed & eius magnae partis vel colonos vel dominos.

Quantum autem ad literas & artes, eas non attigerant Romani ante Urbis suae quingentesimum.

*Gracia capta ferum victorem cepit & artes
Intulit agresti Latio. Sic horridus ille,
Defluxit numerus Saturnius, & graue virus
Munditia pepulerunt.*

vel potius ante Urbis sexcentiesimum post bella Punica, sexaginta vix annis ante Cicero nem.

*Serus enim Graecis admouit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus querere cepit,
Quid Sophocles, & Thespis, & Aeschylus utile ferrent,
Romanus, &c.*

Et quod magis mireris, à Graecis ad Latinos humanitas ipsa peruenit. Haec enim iam fuisse docuimus Ciceronis verba ad Quintum Fratrem.

Denique ante hanc Babylonicam captiuitatem res gentium ferè omnium iacent in obscuritate & tenebris. Chaldaica natio, ut sapientiae palmam videatur illa aetate ceteris praeripuisse, nihil posteris scripto reliquit dignum tanta laude & gloria. Superiora tempora Magi, Persae, Aegyptij, & ceteri populi literarum existimatione laudati, vel penitus ignorarunt, vel posteris inuiderunt, vel praefantia, literis proderi nesciuerunt. Nisi Deus de sacris Codicibus mundo prouidisset, & literaturae sacrae in certo populo, id est, Hebraico reposuisset, illorum notitiam sempiterna obliuione inducta hodie haberemus, aut de illis cum Diodoro Siculo historiam fabulosam ab aliis acciperemus, & aliis traderemus. Sic haec ergo saeculorum infantia.

Nam deinceps hominum facultas, eloquendi, sapiendi, Philosophandi vis, artes ac disciplinae humanae apud gentes, maxime Graecas sese explicarunt. Tum primum conati sunt homines maiorum inertiam & incuriam artibus & studiis depellere. Tum primum didicere scriptis praesentem obliuionem restaurare. Tum primum sua fari, & memoriae tradere diligenter studuerunt. Hinc prima Philosophiae iucunabula. Hinc Rhetoricae origo, Hinc mathematicarum ab Aegyptiis ad Graecos emigratio. Hinc Historiarum descriptio. Nam etsi Persae, ut ex Esterae historia percipi potest, annales & chronica excolerent, quod de aliis nationibus sentiri possit eodem modo, at ea lege id faciebant, quae hodie instrumenta publica in curiis, archiuis & tabulariis communibus recondi in futurum cernimus. Non passim & publice, non populariter ac in promptu extabant. Non priuati homines eiusmodi scribendis & vulgandis dabant operam. Non tanta scripturitione ducebantur, quanta plurimorum mentes ab ea tempestate occupauit, ut scribant indocti, doctique poemata passim, & insanabile, ut non sine stomacho cecinit Satyricus, scribendi cacoethes penè omnibus insideat.

Nescio id ne tribuere debeamus hominum incuriae, quod de posteritatis memoria non valde essent solliciti, an imperitiae & ignorantiae eorum, qui per se rem tantam aggredi non auderent, siue in exercitationis vitio, siue explorum, quae imitarentur, penuria, an potius necessitatibus, quando adhuc destituebantur commodis membranis, papyro, similibus rebus ac artibus, sine quibus non modo non recte scribitur, sed etiam, quod scribitur, non potest esse prolixum, non diuturnum, non distractioni opportunum, sine quibus denique rerum ante actarum recordatio diu conseruari non potest.

Nam recurrere ad diluua conflagrationesque Vniuersi cum Peripateticis,

vel introducere Phaëtonas, Americanasve calamitates, quibus antiqua omnia, monumenta penitus deleta sint, non tam est diuinare, quam delirare, nec tantum sine probato, & illustri teste loqui, qui tamen est maximè necessarius, quando de Historia antiquitatis, & fide rerum ante lapsarum agitur verùm etiam apertam iniuriam veritati inferre, quæ per sacras paginas aliud omnino affirmat, cõinentemque ac perennem mundi cursum digito ostendit, atque ad nos perpetuata serie, omnium retro sæculorum narrationem transmittit.

Hæc & alia huiusmodi me, opinor, merito adduxerunt, hinc vt librũ secundum ordire, quò esset interuallum inter superiorem testimonium è sacris literis consequentem, nullum verò è profanis, nisi suspectum & dubium: & hũc qui profanarum paginis munitur, sacrarum verò auctoritate caret, nisi quantum & quàm paucorum annorum licet è Daniele, Ezra, Nehemia, libris Machabæorum paucisque aliis colligere atque augurari. Vale, & fruire,



Anni
urbis cõ-
dita.



SEXTA ÆTAS.

CAPTIVITATIS

Ecclesiæ, quam Monarchiarũ & ingentiũ imperiorũ Ethnici possint inscribere.

Quæ incipit anno mundi 369.

218

Ierem. 25.
288

a T E M P V S captiuitatis fuit annorum 70.

Dan. 9.

b A 70. illo captiuitatis anno ad Christum patientem.

771

c H E B D O M A D E S 69. i. anni. 483.

Pontificibus & principibus iis, quos mox subiiciemus.

Vatibus verò Daniele, Mardocheo, Zacharia, Haggeo, Malachia, Ezra, & per ordinem cathedræ Mosaicæ Scribis & Phariseis vsque ad Christum.

Summa 553.

Ita ab orbe cõdito ad Christum fuere anni 4121. menses 6. dies 16.

d Sexta istius ætatis numerus sic membratim ostendi potest.

Anni
mundi.



SEXTA ÆTAS.

VND E C I M primi anni huius captiuitatis siue transmigrations Babylonice, transfacti sunt sub Sedechia, cuius septimo Ezechiel propheta incipit, *Ezech. 1.* Vndecimo templum cum Hierusalem funditus eueritur, vt regnatum sit in Iuda à Dauide 470.

Hæc ætas demonstratur non tantum successione Ecclesiæ, sed etiam mundi; non tantum historiis Ecclesiasticis, sed etiam profanis. Nam illa est propriè motuum & bellorum mundi ætas. Adhuc modicum, inquit apud Haggeũ Deus, & commouebo cælum & terram, & postea veniet desideratus Gentibus, & Daniel. 2. Sit benedictum nomen Domini à sæculo, & vsque in sæculum, quia sapientia & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora & ætates, transfert regna atque constituit. Hinc sub annum ante Christũ quingentesimum, res & Monarchia Chaldeorum.

Sub an. 400 res & Monarchia Persarum.

Sub an. 300 res, potentia, & Monarchia Græcorum.

Sub annum 200 res & potentia Parthorum & Carthaginiensium.

Sub an. 100 res potentia, & principatus Romanorum, quousque desit in Monarchiam.

Nam mox Christus nascitur, mundum rector in virga ferrea: illisque imperiis deiectis, nouum Ecclesiæ regnum conditurus, de quo libr. 3 & 4.

b H E B R A E I sic ferè hebdomas septuaginta numerant. Septuaginta sunt anni captiuitatis, quos incipiunt ab vndecimo Sedechiæ, & terminant secundo anni Darij Longimani.

Deinde 420 templi. Summa 490. Sed suprâ auspicandas docuimus paulò inferius, nempe ilico post finitam captiuitatem, siue ab extremo septuaginta annorum captiuitatis, quando exiit sermo à Cyro, vt reedificaretur vrbs Hierosolyma. *Ezra 1 & 2. Par. vii.* Vnde etiam hallucinatur, qui eas incipiunt à Sedechiæ quarto, & qui vel à secundo, vel à tertio, vel à vigesimo Artaxerxis Longimani.

Exitus à captiuitate non ita fuit liber, quin perpetuo vectigales & obæratu fuerint Persarum & Græcorum, vsque ad Machabæorum principatum.

c H E B D O M A D E S incipiunt ab ipso statim primo reditu de Babylonica transmigatione, Nam vt tres fuerunt captiuitates Babylonicæ, ita & tres reditus. Primum enim ascenderunt anno Cyri secundo, duce Zorobabele. Rursum anno Assueri .14. Denique Darij anno secundo, post quem quatuor annis templum ædificauerunt: anno autem septimo, Ezra ascendit de Babylone, vigesimo verò Nehemias. Cætera infra in Dario Longimano.

d Æ T A S sexta pluribus modis potest demonstrari, quàm superiores, nimirum successione monarchiarum, quæ iam suos habuerunt historicos, nedum Iudaicorum pontificum & ducum perpetuato ordine. Quot modis eam & nos illustramus.

Haggæus & Zacharias adhortantur Iudæos, vt restaurēt antiquum Reipub. statũ. *i. Ezra 5.* Haggæus libro suo vrger. templum, Zacharias urbem magis. Addunt præterea

Oracula de breui hostilium gentium clade, quam attulit Alexander magnus, & de restitutione earundem per Christum.

Malachias Respub. mores constituit, fuitque præcedentibus paulò posterior, prophetarumque vltimus. A Talmudicis putatur esse Ezras scriba, & sanè eadem reprehendit in sua prophetia, quæ Ezras 9 & 10 capitibus sui libri copiosè inuehens in vitam corruptam populi, præsertim sacerdotum, qui post instauratum templum rursus ad pristinas fœditates reuersi, oblationes, ac diuina sacrificia contaminatis animis & corporibus offerre cœperant. Continet insignes locos de Christo, Ioanne Bapista Elia, Gentium vocatione.

Prophetis succedit synagoga magna, cuius principes Ezras, Nehemias, Mardocheus, Zorobabel, Iosue. Hi præfuerunt concilio, quod centum viginti homines, quorum alij nobiles, alij plebeij erant, de emendandis libris sacris, eorumq; constituendo canone iuxta præscriptum Cabbale, inierunt. vbi & sanxerunt Iosueam ita fuisse edoctum è Mo- se, à Iosua Seniores, à Senioribus Prophetas. Cõcilij notarius siue scriba (sic enim vocatur Ezræ 7.) fuit Ezras, cui etiam interfuisse aut potius præfuisse tradunt Danielelem, Ananiam, Azariam, Misaelè, Aggæum, Zachariam & Malachiam, Elia præfat. 3. Majorib; Hammasoreib; R. Mose præfat. in Sepher Mizuoib; & in Talmud. tract. de votis.

Daniel interim non legitur rediisse de Babylonia in Hierusalem, sed potius sepultus illie esse, quasi remanserit ad consolationem Iudæorum remanentium & propagationem religionis. Magna enim fuit auctoritate apud Reges. Quare & tertio anno Cyri (cum prima restitutio, eius primo contingerit) ipsi contigit decima ac vltima visio, Dan. 1. Lyranus in 1. c. Ezræ.

Itaque fortasse concilium istud in Babylonia initu fuit, paulò antequam se reditui committerent. vel ad indictum in terram sanctam cõcilium desiderio, etiam visendæ antiquæ patriæ se contulit, postea in Babyloniã reuersurus.

Nam & eodem rediẽre Zorobabel, Iosue pontifex, Nehemias & plerique alij, vt apud reges Persarum Iudæorũ rebus melius consulerent.

Ezras propheta & scriba, Cabbalam apud Hebræos collegit, & 72 libris mandat. Eius consilio & opera præsertim libri sacri collati sunt, & emendati: vnde Tikkun Sopherim, i. correctio Scribarum appellatur Tikkun Ezra, siue correctio Ezræ. vt in Masora. Num. 12. quasi Ezra Scribarum fuerit princeps.

Septuaginta duobus libris proximè commemoratis collegit septuaginta duorum seniorum doctrinam, è quorũ numero est quartus Ezræ, lege cap. 14. eiusdem 4. Hos habuisse scribit Picus Mirandulæ comes.

Athanasius in Synopsi tradit, Ezram scripsisse ducentos quatuor libros.

Primus è quatuor qui supersunt describit duos Iudæorum reditus. Primum quidem sub Zorobabele imperante Cyro. Secundum verò post 18 annos secundũ Rabinos, secundum alios, post quinquaginta sub ipsomet Ezra, imperante Dario (Longimano.) Eius enim septimo ascendit, &c. c. 7.

Secundus explicat tertium reditum è captiuitate sub Nehemia, anno post secundum decimo tertio. Nam eiusdem Darij vige simo ascendit Nehemias, &c. c. 2.

Tertius repetit ea omnia, quæ primo & secundo narrabatur, & præterea, quæ gesta sunt ante res Ezræ & Nehe-

Anni vrbis condita.

288

Primò per pontificum Synagoga & successionem.

Secundò per Monarchiarum quatuor seriem & ordinem.

Per Sacerdotes quidem.

1 A captiuitate ad Iosue filium Iosedec sacerdotis, an. 70.

2 A Iosue F. Iosedec ad Machabæos, an. 283.

3 A Machabæis ad Christum nascentem, an. 167.

4 Hinc ad Patientem, an. 33.

288

Anni mundi.

3638

3638

Anni vrbis condita.

288

Summa 553.

Per Monarchias verò.

1 Monarchia Babylonica ab initio captiuitatis, an. 70.

2 Persica, an. 147.

3 Macedonica ab Alexandro Magno ad Cleopatram Antonij, an. 276.

4 Romana ab Antonij Cleopatra siue Augusti duodecimo vsque ad Christum nascentem, an. 29.

Patientem 61.

288

Anni mundi.

3638

3638

mia. vt Iosie regis pascha, vt proinde primus sit ordine apud Græcos.

Quartus complectitur visiones & nocturna præsertim somnia ipsius Ezræ, vt proinde fortassis D. Hieronymus, quæ in eis narratur, somnia vocet & inter apocrypha numeret vtriusque modi. Aliquando enim apocryphum dicitur, cuius auctor est obscurus, aliquando cuius ambigua & incerta auctoritas.

Atqui hi duo postremi, quamuis non sint de priore canone Hebræorum, quia nondum erant editi, quando Canon iste sancitus est in hac magna Synodo, cuius fuit Ezras scriba, & cuius meminere solenniter omnes Hebræi. At non desinunt esse sacri & canonici, quoniã hæc Synodus non obligabat cõsecutos auctores sacros, nec spiritus sancti afflatu extinguebat, vel contrahebat, propter quos editus est alter Canõ multo amplior, vt significat Ioseph. lib. 2. contra Appionem, quando citat verbum de Ecclesiastici libro, tanquam de Scriptura facta.

Quare tertius Ezræ vt canonicus censetur ab Origene sub finè hom. 9 in Iosue, Athanasio lib. 3. contra Arianos, Aug. lib. 18. de Ciuitate. c. 3. Cypr. epist. ad Pompeianũ. Et apud Græcos non modò est canonicus, sed etiã Ezræ primus, quoniã continet ea, quæ gesta sunt ante Ezræ & Nehemias præcedentes libros. Quartus autem vt sacer citatur ab Ambr. 2. in Lucam comment. & epist. 21. ad Honoratianum, & cap. 10 de bono mortis. Et Cyprianus aduersus Demetrianũ ex eo multa sumpsit de mundo senescente.

Et certè negari nõ potest quã vterq; ex Hebræo versus sit, vt qui Hebraïsmis scateat. et si neuter ea lingua extet. quẽadmodum multorũ aliorũ apud eos iactura contigit.

Scripsit librũ suum & genealogias libri Paralipomenõ, vsque ad eum locum, in quo suam genealogiam ostendit. Cætera absoluit Nehemias. cap. 1. Babu Bab. a in Talm.

Alij malunt Ezram integrum opus Paralipomenon cõdidisse, proinde ac illud, quod eius & Nehemias inscriptionem præfert.

Quibus pro tertio addunt Malachiã prophetam. Nam Malachiã se appellauisse q. nũcium siue Angelũ Dei, quod vltimi nũtij & tanquã Angeli officio apud populum fungeretur, vsque ad futurum Christi aduentum. Kim. Mal. 1.

Scripturas à Babyloniis, principe militiæ Nabuzardã, incensas restituit, & in hũc ordinẽ, quẽ hodie Hebræi magna ex parte seruãt, reduxit. De eo sic scribit Rabanus Maurus de instit. Cleric. c. 54. Omnes libros sacros veteres dũ Iudæi ingressi fuissent in Hierusalẽ, diuino afflatus spiritu reparauit, cunctaque prophetarũ volumina, quæ fuerãt à gentibus corrupta, correxit, totumque vetus Testamentum in duos & viginti libros cõstituit, vt tot libri esset in Legge, quot habentur & literæ. Alioqui nõ fuit in postetate Nabugdonozoris omnia exẽplaria perdere, præsertim cũ decẽ tribus essent iam in Oriente, extra ipsius ditionem.)

Quidam eum auctorem faciunt punctorum & accentuum, quibus afficiuntur hodie Biblia Hebraica. sed illi errant, cum constet ex libris beati Hieronymi ipsius tempore nulla extitisse. Sunt autem adinuenta paulò post tempora Honorij Imperatoris, anno ab euerso templo 436. qui est à Christo passò 476 in Tyberiadẽ vrbe Galilię. Huius muneris principes fuere Aarõ Aferis, & Iacobus Nephtalis filij, qui dum de nonnullarum vocum punctis inter se dissentiant, Iudæos in duas partes diuidit. Orientales enim, quæ Babyloniã incolunt ad fluuiũ Neardã, posterioris, Occidentales prioris lectionem cõsecrantur.

Quadragesimo vno annis prius è veterum Magistrorum scriptis à R. Hinà & R. Ase collectum Talmud Babylonicum seu doctrinale incipitur. & post à R. Meir, & R. Ase filio perficitur. Continet autem Iudæorum ius Canonicum, quod ætate Christi pleno scripto nondum mandatum erat, sed partim ex fragmentis, partim ex oris traditionibus seruabatur. Cœperat autem conscribi à R. Hakados temporibus Antonini Imperat. breuiori ea forma, quæ Misna appellatur. Atque id de Talmud Babylonicum. Nam Hierosolymitanum scriptum est anno Christi 300. Babylonicum sub centesimo post.

Anni
bis con-
dita.

Summa 554.

Anni
mundi.

288

Quod sic membratim doce-
tur.

3638

Hac enim Sexta Aetate
per hos administrata est
Resp. siue Synagoga Iudaï-
ca.

Sacerdotes & Duces.

**IOSEDEC TEM-
pore captiuitatis an. 70.**

Iechonia, Salathiele, Peda-
ia Iudæorum principibus.

a I E S V S filius Iosedec.
an. 28.

Zorobabele filio Salathielis
Iechoniae filij Iudæorum du-
ce.

Cyro imperante.

288

3638



Post captiuitatem Babyl. vsq; ad Herodem, sub quo natus est Dominus, præcipua & primaria Iudæorum dignitas & authoritas exterior fuit penes pōtifices. Vnde & eorum constans, certa & illustris est successio, non item principū, tam apud Ezram, quā Hebræos alios scriptores. Quare iam in hac sexta ætate præpono pontifices principibus. Hinc discant principes Ecclesiam per se stare, nec pendere ex ipsorum statu & salute. Ecclesia anteceffit Reges, sine illis iam olim viguit, illis pereuntibus, & accisis non perit ipsa, sed floret, & suam in Dei populum excellentiam seruat. Propter captiuitatē Babylon. non perit Pontificum ordo & status, sed potius in Dei populo acquisiuit maiorem principatū. Nā deinceps prælatus est Regio, à quo antea indignè habebatur. Turcica rabies extinxit Constantinopolitanos Imper. At non potuit Patriarchas & Hierarchiam Ecclesiæ euertere. Hęc dicto, quoniā adulatorum aulici stolidis principibus persuadent, vt se Ecclesiæ dominos gerant, ac putent Ecclesiā ipsorum potētia, salute & principatu niti, quæ iis verius perditur & inclinatur ad Turcæ iugū & captiuitatē.

Duces (vel Principes, Aug. lib. 18. de Ciuit. c. 36) appellati hi fuerunt, quod regio diodemate vti illis minus liceret per Persas & Macedonas vsque ad Aristobulum Ioannis Hyrcani f. non Ionathæ, vt mendosè legitur in Eusebio) qui iugo gentium de cernicibus armis patrum suorum iam excusso, se Regem appellauit.

Salathiel Iechoniae fegis filius in captiuitate mortuus paulò ante Babylonis expugnationem.

Quinquaginta ferè millia exulū sub Zorobabele redierunt. Reliqui manserunt in Babylonia, & reliquo Oriente, amore possessionum & liberorum, illicque formam Reip. à Persarum regibus redemerunt, sibi præfecto è familia Dauidica principe, quem principem Aechmalotarcham, siue caput exulum vocarunt, siue Patriarcham. Orig. initio lib. 4. depr. incipit.

Nec tantum de tribu Iuda, Benjamin & Leui redierunt, Inhabitaruntque Hierusalem, sed etiam de tribu Ephraim & Manasse, 1 Par. 9. Ex quo intelligitur licuisse Cyri edicto cunctis tribubus redire in patriam, etsi eius præcipue studiosi fuerint tribules Iuda, Leui & Benjamin.

Hic est Zorobabel, qui ponitur in Christi genealogia, Mat. 1. Alter ab eo qui memoratur in eiusdem genealogia, Luca 3. Nempe quia hic numerantur maiores Virginis, illic patres Iosephi Virginis, viri.

Dicitur in Haggeo, Zacharia, Ezra filius Salathielis cū duntaxat fuerit nepos, nempe filius Padaia filij Salathielis 1 Par. 3, quoniam nepotes habentur pro filiis. Kimbi illic.

Secundum

ZOROBABELIS ET CYRI SÆCVLO.

Anni
mundi.

Secundum templum à Zorobabele ædificatum, omnes partes primi consecutum est. Montem adis, atria multiplicia, profanum siue gentium, sceminarum, Israëlites siue virorum, denique sacerdotum. Præterea sanctum, sanctum sanctorum, & reliqua, sed omnia minore sumptu, opere, situ, mensuratum ac totius operis ratione à Cyro præscripta. In tractatu Para. cap. 3.

De templo secundo tractatus Middoth, siue de mensuris apud Heb. extat.

Præter primum siue Salomonium iuxta magnam portam. i. Orientalem habebat Exedram, in qua Medorū metropolis Susæ exemplum depictum erat, & mensurarum omnium exemplaria perscripta. Illic etiam locus erat in quo legis doctores ad populum concionabantur. In tract. Kilaim de seminibus mixtis in Talmud.

Zorobabel à soluta captiuitate rexit populum, an. 58. Philo Anny. Rediisse Babyloniem, anno 2 Darij Longimani, postquam venisset Ezras, illicque esse mortuum testatur Heb. in Annalibus. ac ex eo tempore successores, qui primarum illic inter exules tenuerunt, Rese Galuta principes exulum, siue Aechmalotarchæ appellati, & iuxta Origenem Patriarchæ. initio lib. 4. de principiis.

Cum Zorobabele & Iosue profectus est Nehemias Ather-satha, Ezr. 2. Collocarunt hi Dei altare super bases suas deterrentibus per circuitum populis, offerentes primo die mensis septimi, nondum fundato templo Ibid. cap. 3. Vigesima quarta die separarunt à se filij Israel vxores alienigenas. Nehem. 9.

Anno secundo aduentus sui mense secundo, cœperunt Zorobabel & Iosue cum cæteris ædificare templum. Ezra 3. & 5.

Tum etiam agros colere. Neque enim præcedente poterant, nondum comparatis & distributis agris.

Denique templi fundamenta iacta sunt, anno 2. Darij Longimani, templum verò perfectum anno 2. Darij Longimani.

b EZRAS & viri Synagogæ siue Synodi magnæ afflati diuino Spiritu Scripturas in Pefukim. i. versus distinxerunt. Vnde & codices Iudæorum per sententias, mēbra, & versus diuisi, & interuallis quibusdam distincti fuerunt, qui antea veluti vnicus erant versus. Hinc Hiero. præfatione Paral. & Esaię asserit se ad vtilitatem legentium easdem commaton incisiones & interuallorum distantias, quas in Hebræis codicibus repererat, in translatione sua seruasse. Elias in præf. Masoreth, quando scribit vniuersam legem fuisse vnum pasuk siue versum vnum & quasi sententiam, in qua omnia cohærebant sine vlla versuum distinctione, præter nomen Dei tetagrammatum, vsque ad 436 annum à Romano vrbis excidio, loquitur de notulis hodiernis versuum & accentuum distinguendum, non de interuallis & spatiis, vel incisionibus.

Elementa quibus iam olim, hodięque Iudęi vtuntur, sunt Assyriorum, non veterum Hebræorum, auctore Ezra, qui ideo literas (Idque opinor, huius Synodi consilio & auctoritate) mutauit, quod has Samaritani post exilium callerent, vel quia etiam veterum Hebræorum, quàm Assyriorum operosior erat scriptura. In Talmud, tract. Sanhedrin cap. 2. pag. 21.

Non mutauit tamen figuram antiquam literæ Tau, vt quæ gereret formam Crucis. Nam hæc post captiuitatem Romanam, vel à Masoretis immutata est, vel à Rabbis odio crucis, vt ex Hieronymo & Origene colligi potest, qui suo tempore crucem expressisse narrant.

sub anni
mundi.

3710

b Synodus magna (Quinta) in qua aditus canon Hebræorum de sacris scripturis, cuius scriba asseritur Ezras in tractatu de votis, qui eius auctoritate in ordinem hodiernum veteris testamenti libros reduxerit. Elias præfat. 3. Masoreth.

Interfuisse affirmantur Nehemias, Mardocheus, Zorobabel, Iosue, Daniel, Ananias, Azarias, Misael, Haggeus, Zacharias & Malachias, Ibid.

Hæc

Hæc Synodus distribuit libros sacros in tres partes, **LEGEM** (i. quinque libros Moſis) **PROPHETAS** octo, nempe quatuor priores, ſuſe, Iudices, Samuel, & Reges, & quatuor poſteriores. Eſaiam, Ieremiam, Ezechielem, & duodecim minores. Nam illorum vnus appellatur liber) & **HAGIOGRAPHIA** nouem, Pſalmos, Prouerbia, Canticum, Eccleſiaſtem, Iob, Daniele, Ezram, Paralipomenon, Eſter, (Nam Ruth ſubiiciunt veluti appendicem libro Iudicum, & Ieremiæ Lamentationes.)

In eadem non tantum lex videtur diſtributa in quinque libros, verum etiam in Parſioth & Sedarim. (i. ſectiones & ordines) 54 pro numero hebdomadarum anni *Embolici* expreſſos tribus maiuſculis **א** vel **ב**. Item in Sittoh ſiue paragraphos repræſentatos minuſculis **א** & **ב**. Denique in verſus, designatos interuallis, vel virgulis, vel duobus punctis. Nam 70 hoc ſecuti ſunt. Deinde Elias in Tiſbi Rad. **אב**, cum Antiochus (inquit) prohibuiſſet legem publicè legi. Iſraëlitæ acceperunt ſectionem vnã ex Prophetis, quæ conſonaret ſententiæ eius, quod in ſectione Sabbati currentis legebatur. Exempli gratia, in Sabbato *Bereshith* (Gen. .) legerunt fragmentum Eſaiæ (42) Sic dicit Dominus Deus creans cælos, & loco ſectionis Noe, (Gen. 6) ſegmentum Ef. (54) Quia aque Noe, &c. Sic enim aperte indicat iam ante Antiochum legem fuiſſe in ſectiones diſtinctam. Præterea Talmudici in tractatu de voris de verſu octauo capitis octauo Nehemiæ, *legerunt in libro legis explicatè*, id eſt, cum interpretatione *Ponendo intelligentiam*, id eſt, diſtinctiones, & *intellegerunt lectionem*. i. ſecundum ſententiam pauſas fecerunt. Denique, vbi ſupra Hierony. præf. Paralip. & Eſaiæ de commatum incisionibus & interuallorum diſtantiis mentionem facit.

Libri qui apud nos ſuperſunt, v. Iudith, Machab, &c. poſt hanc Synodum conſcripti ſunt, & ſupererant etiam apud Iudæos. Nam Iosephus non longè à principio lib. 1. contra Appionem, vbi apud ſuos 22 libros eſſe ſacros commemorauit, ab Artaxerſe (inquit) uſque ad noſtra tempora ſingula deſcripta quidem ſunt, verum non pari fide digna cenſentur apud nos, quod non fuerit prophetarum exacta ſucceſſio.

Nec ſatis, vt eorum fidei & auctoritati derogetur, Tobias, Iudith, & ſimilium historias nominatim non fuiſſe à Iosepho commemoratas. Nam is etiam alia, & quidem momenti maioris ſilentio præteriit. Vt memorabilem Iobi historiam, quàm tamen eſſe authenticam, canonicam & ſacram nemo vnquam dubitauit. Vt eadem infantium à bimatu & infra ab Herode factam, cognitam alioqui Paganis, ſicuti Macrobio lib. 2. Satur. c. 4. Vt Probatice piſcinæ ingens miraculum, Ioan. quinto expreſſum & in itinerrario R. Benjamin, pag. 43.

Hic Scribæ ſumpſerunt originem. Ideo autem videntur ab Ezra primo ſcriba inſtituti, vt ſui inſtar legem ad literam interpretarentur, Legis difficultates explicarent, librosque eius intactos conſeruarent, ne denuo corrumperentur. Vnde & 18 locos emendarunt, qui aliter legebantur, & à Maſoretis numerantur, Num. 1. cap. & à Galatino, quos appellant Tikkun Sopherim, i. correctionem ſcribarum. Legisperiti alio nomine in Euangelio appellantur, Iurisperiti &c.

Huic correctioni præuiſſe videtur Ezras, Nã Maſoreticæ Num. 12 eam appellant Tikkun Ezræ. R. Selom. initio cõment. in Malach. quindecim diſtiones tãtum à Scri-

Anni mundi.

3638

EZRÆ ET CYRI SÆCVLO.

3638

Anni mundi.

3638

bis, atque aded Scribarum principe Ezra emédatas notat, cum alij 18 recenſeant. Cæterum hoc ei tribui puto, quod fuit totius Synodi, quoniam eius erat ſcriba & notarius, in qua actum de emendandis libris ſacris, & inſtituendis Scribis, qui deinceps viderent, ne quid corruptelæ in libros ſacros irreperet.

Post destructum templum, à prophetis ſublata fuit prophetia, & data legisperitis. *In Talmud. tractat. Baba Bavra cap. 1.*

Cum Malachia, Ezra & Nehemia ceſſauit prophetia, 40. annis poſt exitum ab exilio. *Auctor libri Cozra.*

Septuaginta duobus libris fertur Ezras collegiſſe doctrinam 72 Seniorum, ac ex eorum numero eſſe quartum noſtrū Ezræ. Hos ſe habere prodidit Picus Miradulanus.

Tradita eſt lex caractere Hebræo. idioma verò ſancto, ſed Ezræ temporibus in Arameum (Syriacum) idioma, & Aſſyrios mutata eſt characteres. At paulò poſt, characteres Aſſyrios retinentes, ſanctum elegerunt ſibi idioma, Hebræum characterem & Arameum idioma idiotis relinquentes. *Mar Sutra in tractat. Sanedrin.*

Per idiotas intelligit Samaritanos Rab. Hiſta. Ribbi verò affirmat à principio, iſdem, quibus nunc ſcribitur, characteribus datam Legem, mutata quidem aliquando, ſeu reſtitutam: At R. Simon, nullo, inquit, tempore nec ſcribendi nec loquendi modus mutatus eſt. *Ibid.*

Nehem. 3.

3

c Ioachim an. 42.

Mefulam Zorobabelis filio Iudæorum duce.

Aſſuero Perſis imperante, deinde Dario Longimano.

PONTIFICATVM ſuſcipit & adminiſtrat ſeceſſione Patris & Zorobabelis in Babyloniam, fortassis propter Synagogæ neceſſitates, qui tamen poſtea reuerſi, Darij ſecundò templi ſtructuram repetunt.

Librum Iudith conſcribit, *Philo.* cuius historia aui ſui temporibus contigerat. Nec verò relata eſt in ſuperioris concilij canonem, quoniam eo poſterius edita fuit.

Mardocheus ſcribit historiam Eſter neptis ſuæ. Diutiſſimè vixit. Tum ſcribebat in Theſſalia Hippocrates medicus. *R. Abraham in Cabbala historica.*

Duces hoc ordine habentur in Chronicis Hebræorum & in Cabbala R. Abra. Sacerdotes verò numerantur ex Iosepho: quanquam ſex primi ad ipſum Iaddum uſque, quem Alexander ſumma veneratione proſecutus eſt, nominati extant, Nehem. 12. Ex quo intelligimus, quod etiam notatur in Seder Olam, Haggæum, Zachariam, Malachiam, Ezram, Nehemiam attigiſſe ſæculum 3. Monarchiæ. Nec verò magni faciendi Duces, quoniam vt Iosephus ait lib. 11. Antiq. à reditu de captiuitate, ad Machabæos uſque, Reſp. adminiſtrabatur Aſtocraticè, ita vt ſumma potestas in pontificibus verſaretur. Machabæi etiã ſacerdotium adminiſtrarunt, & in eo ſummam rei repoſuerunt ad uſque Herodem.

Deinde hi duces de domo Dauid, magis viguere inter exules in Babylonia, quàm in Iudæa, vbi ſummam rei adminiſtrabant Duces, quaſi prætores, à Perſarum rege miſſi, *Nehem. 5.* quibus tandem Nehemias ipſe ſucceſſerit, non grauans populum, vt ſuperiores, qui exigebant quotidie panem vinum & quadraginta ſiclos, præter miniſtrorum annonas, *Ibid.*

Quæ autè deinceps uſque ad Machabæos deſiderantur in noſtris Bibliis, peti debet ex Iosephi Antiquitatibus Iudaicis, à cap. 7. lib. 11. Antiquit. ad cap. 7. lib. 12. Sic quæ poſt Machabæos geſta ſunt uſque ad Chriſtum, apud eundem explicantur à cap. 15. lib. 13. ad uſque cap. 5. lib. 18. vbi inſigne testimonium Iosephi de Chriſto, Alioqui Machabæorum libri deſinunt in Ioanne Simeonis filio.

3638

Templum edificare cœperunt anno secundo Cyri. 1. Ezræ 2. annis quadraginta sex absoluitur, Ioan. 2. Præter quod Hierosolymis pedetentim Synagogæ. i. domus orationis & prædicationis, ad quas singuli *παροισι* statis temporibus conueniebant, ædificatæ sunt ad quadringentas & octogintas R. Menabem. Hierosolyma enim erat vrbum Orientis clarissima & amplissima, *Plin. lib. 5. & Tacitus in Augustalibus.* nempe capiebat 24 plateas: quarum quæque haberet 24 ingressus, singuli autem ingressus 24 vicos. *Hebraei in Echa Rabba.*

Templum autem, qui solus erat locus sacificationis, etsi diutius, quàm prius Salomonicum, steterit nempe 521. (errat enim Kimhi, qui in 2. Haggæi tantum 420 numerat, & R. Leui in Daniele. qui 437. & dimidiu) tamen in multis fuit inferius. Quinque enim rebus carebat quæ prius mirum in modum præbebant augustum & venerabile, in tractatu *Ioma cap. 1. Kimhi in Psalm. 84. & Hagg.* Primo diuina præsentia, quæ ad propitiatorium, responsa oraculæque edebat. Secundo spiritu, siue afflatu sancto, qui Prophetas olim corripiebat: Nam à Malachia ad Ioanem Christi Baptistam nulli Prophetæ extitère. Tertio igne sacro, cuius custodiã tam anxie Moses Leuit. 6. præceperat: nunquam enim comparuit ex quo in puteum à sacerdotibus, ne in impiorum manus caderet, merfus est, 2. *Machab. 1.* Quarto Vrim & Thummim qui erant lapides in pectorali Pontificis, quorum conspectu, sacerdotes occulta intelligebant, & populo denuntiabant, dum plus solito radiarent lapides. Nam si retinerent naturalem speciem & colorem, nihil esse mutandum docebatur. Superius itaque oraculum vocale erat, istud mutum, vt quod nutu & signis constaret. Quinto Arca, ipsiusque tegmine. i. propitiatorio, & duobus Cherubim Arce hærentibus, in quibus Deus sedere dicebatur, propter sui copiam, quam illic Pontificibus faciebat. Arce autem nomine vtranque intelligo, vnam à Mose constructam, sacrorum monumentorum & reliquiarum receptatricem, alteram à Salomone. Tum verò loco eius lapidem posuerunt è terra prominentem tres digitos, & supra habentem thuribulum. *R. Iacob è Talmud 1. parte pag. 106.* Nec propterea Deus populum suum reliquerat. Nam vt ad Christum perduceretur, sæpe edebantur oracula per Bath-kol. i. exilem quandam vocem coelitus demissam in aures collectæ multitudinis: aliæque signa continuabantur in populo, quæ recensentur à Talmudicis in tractatu Auoth. Qualis vox fuit in Euangelio, quæ delapsa est à Patre ad Filium glorificandum. 2. *Pet. 1.*

Cum autem Malachiam nouissimum fuisse prophetarum constanter asserunt, est intelligendum, quod Prophetarum successio non deinceps certa & accurata extiterit. Sic enim explicat Iosephus contra Appionem, pag. 919 exemplaris Græci.

Mesullam an. 66. rexit, *Philo Annij.* Sed hoc mihi suspectum est. Nam quandiu quisque pontificum vel ducum magistratum suum gesserit ante Machabæos, nihil certi neque ex nostris, neque ex Hebræis reperio.

Zorobabel præter Mesullã alios habuit filios, vt Abiud. *Mat. 1.* Sed truncum, non ramos principum Dauidicorum studuimus persequi, quos Hebræi in suis Chronicis sic numerant. Zorobabel, Mesulam, Hananias, Barachias, Hafadas, Esaias, Abdias, Sechanias, Samaias, Naadias, Ezechias Hillelis frater, centum annis ante templi secundi excidium. Quoniam autem hos omnes principatum

exercuisse

Anni mundi.

3640

EZRÆ ET ASSVERI ET NEHEMIÆ SÆCVLO

Nehem. 3 & 13.

4
d ELIASIB, an. 21.

Mesullam duce vel potius Nehemia.

Dario Longimano imperante Persis,

5
c IOIADA, an. 24.

Nehem. 12.

Hanania duce Iudæorum, vel potius Nehemia.

Imperante Dario Longimano, deinde Dario Artaxerxe tertio.

Nehem. 12.

6
f IONATHAN, an. 24.

Machatia duce Iudæorum, vel potius Nehemia.

Anni mundi.

3650

3666

3690

3730

exercuisse in Iudæos fatentur, non in Iudæa, sed in Babilonia (Eo enim remigrasse Zorobabelem rebus in Iudæa constitutis, & rerum summa pontificibus relicta) D. Matthæus alios Zorobabelis & filios & successores recensuit, nempe eos, qui stas fedes in Iudæa posuerant, futuri maiores Christi. Zorobabel. Abiud, Eliachim, Azor, Sadoc, Achim, Eliud, Eleazar, Mathan, Iacob, Ioseph Virginis coniux.

Non est credendum Philoni Annij, qui vt Iesum siue Iosuem pontificem facit vsque ad annum vigesimum Dario Longimani, ita Ioachim post Iesum patrem pontificatu functum ait ann. 48. vsque ad 26. magni Artaxerxis.

Cœpit enim Eliasib eodem anno sacerdotium administrare quo Nehemias Hierosolymam venit. *Nehem. 3.* d ELIASIB pontifex ann. 21. videlicet vsque ad 33. annum magni Artaxerxis. *Philo Annij,* nam viuebat extremis diebus Artaxerxis. *Nehem. 13. vers. 6.* Cœpit autem fungi sacerdotio, eo anno quo Nehemias venit Hierosolymam. *Nehem. 3. Ioseph. lib. 11. cap. 5.*

Et videbat anno præfecturæ ipsius decimo tertio. *Nehem. 13.* vbi culpatur, quod cum Tobia Ammonita non modo affinitatem cõtraxisset, verum etiam ei ædes intra templi septa construxisset.

Post reparatam vrbum à Nehemia multa vsque ad Seleucum regem Syriæ in Bibliis desiderantur, vbi narratio Machabæorum incipit, & Ioanne Hyrcano concluditur.

APVD omnes historicos in corrupte mansit pontificum successio ab ipsa captiuitate, non item Ducum. Vnde à Mesullam, & deinceps alij nominantur à Philone Annij, alij ab aliis, nempe Ecclesiastica successio, perire non potest. Regia, & secularis caduca est & fluxa, Nos hîc sequimur Seder Hebræorum, & Cabbalam R. Abraham, nisi quod ipse Matthatiam patrem Barachia, Abdiam appellat. Deinde Hasmonim, id est, Machabæi occasione temporum, quibus principum autoritas minima, pontificum maior, viam posteris apparuerunt ad principatum, quem & velut hæreditarium retinuerunt, vsque ad Herodem.

Ioiada 44. annis gessit pontificatum. *Philo Annij,* Sed iam dixi quid de isto auctore sentiendum. corrupte ab aliquibus dicitur, Iuda, vt & sequens Ioannes pro Ionathan. f NEHEMIAS Artaxerxis pincerna tempora Alexandri Magni prope attigit, vt constat è catalogo pontificum, quem cap. 12. sui libri instituit. Nam peruenit ad Iaddum. Inuenit ignem, quo sacrificia accedi solebant, à sacerdotibus olim absconditum, & in aquam concretum. 2. *Mach. 1.*

Duodecim annis in Iudæa mansit, ad eam eiusque vrbes reparandas, & restituendum vrbibus & possessionibus suis vnquam exulum, antequam Hierosolymam veniret.

Deinde rediit ad Darium, à quo rursus est ad procurandam Iudæam dimissus. Sed quandiu postea eam administrarit est incertum, nisi quod à viuete Dario, cui erat charissimus, non videtur præfectura abdicatus, neque recepisse successorem per reliquos annos octo.

Quin & sub Artaxerse penultimo continuatus videtur. Nam, vt docui, etiam meminit sacerdotum summorum, qui post Ioiadam sederunt vsque ad Iaddum.

Erat de domo Dauid, vt Zorobabel. *R. Abraham in Caabal.*

Libri, qui eius nomine apparet, scriptor videtur esse Ezras, quoniam sub libro Ezræ eum Hebræi comprehen-

dendum

dunt, nec separatim recensent. Nostri secundum Ezræ in scribunt.

Tertius & quartus, qui sequuntur, etsi non sint de primo Hebræorum canone, at sunt de secundo. Quare Athanas. libr. 3. contra Arianos testimonium Zorobabe lis è tertio tanquam de scriptura affert. Alterum Aug. lib. 18. de Ciuit. aliud Cyp. epistola ad Pompeianum. Apud Græcos verò non modo est canonicus, sed etiam Ezræ primus. quòd contineat gesta ante Ezram & Nehemiã, duo postrema capita secundi Paralipomenon, & totum librum primum Ezræ repetens.

Quartum priuatim se habuisse Hebraicè manu scriptum inter 72. quos de occulta doctrina septuaginta duum seniorum reliquit Ezras eiusdem libri cap. 14. P. icus Mirandula in Apologia profertur. Publicè nec Græcè. nec Hebraicè habetur, neque tamen definit esse canonicus. Nam ab Ecclesia in solennibus sacris feriæ ter tiæ Pentecostes, itémque in solennitatibus Martyrum è secundo capite profertur, quo loco alibi ipsa Scripturæ oraculis vitur. Præterea Ambrosius eius capite septimo, feriò vitur libri de bono mortis decimo cap. & se cundo in Lucam comment. Quin & epistola ad Horon tianum ad eius lectionem sedulo hortatur. Hoc ante si gnificauerat Martyr Cyprianus libro ad Demetrianum, verba quinti capitis ad suum institutum vsurpans. Sed de iis etiam superius.

g H V N C Simonem iustum appellatum scribit R. A. braham. in Cabbal. qui hinc secundam Synagogæ magnæ ætatem incipit.

Frater autem dicitur Simonis Prisci. Apparatu pontifi cio, hyacynthina veste, cui aurum erat inter textu, & ci dari in capite, in qua inscriptum Dei nomen, comitatus suis sacerdotibus vestes sacras indutis, patètib; portis obuiam fit Alexandro. Alexander autem, qui alio qui eo animo venerat, vt urbè excinderet, de equo desiliit & pe dibus pontificis prostratus, urbem multis muneribus & priuilegiis donauit, præfatus in pòtifice se agnouisse Deu, qui & sibi in Macedonia aparuerat, & cuius ope vinceret.

Ad eius primum à primo Iosue filij Iosedec sunt anni 145. Ita quando destructa est Perfaru Monarchia, iam biè nium in Pontificatu sedebat.

Tempore, quo Alexander Macedo Hierosolymam adiit, moriuntur Ezras, Zacharias, Hageus, & Malachius pror phetæ omnium postremi. Ibid. R. Abraham.

Annus ille Alexandri à Iudeis celebratur, tanquã suæ ab Aegypto egressionis millesimus. Ibid. Sed aliquanto maior est numerus. Pactus dicitur Alex. cum Iudæis, vt ab eo anno publica & priuata instrumenta deinceps ob signarent. Ibid.

Alexander magnus ad matrem suam epistolam insignè scripsit, sibi à sacerdote quodam reuelatum, deos gentiu homines fuisse. Cyp. de Idolorum vanitate. Puto sacerdotè fuisse Iaddum, qui cum contulit Alexander, ex Iosaph.

In terra Israël Cuttheos multos reperit (.i. Samarita nos) à diebus Senacherib, quibus cum affinitatem contra xerant nonnulli Israelitæ, etiam è posteris Iosue filij Io sedec. R. Abrah. in Cabb.

Iaddi frater Menaffes, inhians pontificatui, vxorè du xit filiam Samballa Samaritanoru principis præfecti re gis Perfaru, ædificatq; replum Garizim Hierosolymitano simile, ad quem ibi pòtificatu nouo fungentem, reru no uarum cupidi sese transtulerunt. Ioseph. lib. 11. de Anti. c. 8.

Nem. 12.

Artaxerse penultimo Persa rum rege, deinde Dario, Codomani ultimo. 3749

7 g I A D D V S, qui oc currit Alexandro ma gno an. 10. 3760

Cuius tempore templum in Garizim ædificatum, Ma nasse primo Samaritano rum pontifice.

ALEXANDRI MAGNIS SECVLO.

3770

Ioui

Anni mundi.

3797

8 h O N I A S Priscus Iad di fr. an. 27. 3797

Seleuco & Antiocho Sote re Syria regibus.

Ptolomao Lagi Aegypti reg.

Ecl. 50.

9 i S I M O N Priscus Iad di nepos, an. 13. 3830

Antiocho Sotere Syria.

Ptol. Lagi Aegypti rege. 3843

3843

Ioui hospitali postea dedicatur sub Antiocho Epipha ne, in eius gratiam. Tale enim est hæreticoru ingenium. Hinc principium acerbissimi odij & hæresis, quæ du raut ad tempus vsque Christi: imò verò ad vbis vsque extremum excidium dum alij cum Manasse, eiusque tẽ plo & doctrina communicarent, alij cum Iaddo sine Si mone Iusto, temploque Hierosolymitano & prophético. Fomitẽ præbuerunt aliquãto pòst Saddoc & Baierhos (de quibus suo loco) R. Abrah. in Cabbala.

Generum Samballat Horonitis Samaritanorum prin cipis, de genere Eliã sib pontificis, ob alienigenam vxorẽ à se fugat Nehemias (.i. Menassem fratrem Iaddi. Nam hic solus de Eliã sib genere, filiam Samballat duxit in vxorẽ) cap. 13. attigit ergo Nehemias Alexandri Macedonis in Asiam aduentum. Vixitque plus minus 130. an. vt eius li ber ostendit, à Cyro scilicet ad sextum vel septimum Alexandri.

h S V B Onia Prisco, Ptolemæus Lagi multos Iudæos in Aegyptum captiuos duxit. Sed hos filius Philadel phus, fauore Septuaginta interpretum, in patriam remi sit cum multis muneribus.

i H I C ab Ecclesiastico celebratur cap. 50. Iusti cogno men retulit.

Iesus filius Syrac Hierosolymitanus Ecclesiasticum Hebraicè scribit, quod exemplar vidit D. Hieron. in pro log. super libros Salom.

E septuaginta duobus interpretibus fuisse perhibe tur. Infra.

In eo inchoat, sua præcepta iuxta seriẽ decalogi à Græ cis dicitur *πρωτόπτος* ab omni virtute, quæ in eo cõtinetur.

Non tantum inter libros sacros recipitur à Iosephò Græco lib. 2. contra Appion. sed & à nostris, Cyp. Marty re epistola ad Rogatianu, & Epist. ad Corneliu citãs illud c. 16. Sicut locutus est (inquit) per Prophetam, fili ne iu cunderis in filiis impiis, si multiplicentur, &c. Et sub fi nem illud c. 28. Sepi aures tuas spinis & noli audire lin guam nequam. Aug. lib. 2. de doct. & lib. 17. c. 20. de Ci uit. concil. 3. Carthag. Can. 43. Græcis, vt Athanasio, Epi phan. Chrysostom. quando cap. 1. & 24. aduersus Arianos citant & interpretantur. Idque sub nomine Salomonis, Quoquo modo sit intelligendum, docet Aug. lib. 2. de do ctina Christ. cap. 8. Duo, inquit libri, quorum vnus Sa pientia & alius Ecclesiasticus inscribitur, de quãdam Simi litudine Salomonis esse dicuntur. i. propter similitudinem argumenti & instituti.

Post annos esse iter 38. temporibus Ptol. Euergetis in Græcum à nepote, qui & ipse Iesus Syrac nominabatur, conuertitur. è prolog.

Eodem tempore nomine Salomonis produsse videtur Sapientia lib. Sed auctore anonymo & incerto, nisi quòd nonnulli scriptorum veterum affirmant illum esse Iu dæi cuiusdã Philonis alij ipsiusmet Iesu filij Syrac. Aug. lib. 2. Retract. c. 4. Eum hodie Iudæi pro Canonico non ha bent. fortasse quia Hebraicè non fuit scriptus, item quo niam eorum improbitatem contra filium Dei detegit, &c. præsertim 2. At Christiani habent Aug. tribus superio ribus locis, Ambros. in Psal. 118. Laet. lib. 4. Instit. c. 16. Cõ cil. Carthag. 3. Conc. Lateran. & ex Græcis Dionys. Areo pag. 4. c. de diuinis Nom. illud ex 8. cap. citans, *Amator fa ctus sum forme illius*. Egesippus apud Euseb. lib. 2. c. 23. vbi illud cap. 2. *Circumueniamus ergo instum, quoniam inutilis est nobis, &c.* allegat tanquam ex Efaia.

Videtur fuisse vpus e 70 interpretibus, qui vt omnes prophetæ fuerunt, ita eorum duo Philo auctor Sapietia & Iesus ben Sirac Ecclesiastici scriptor sacros duos illos libros reliquerunt, vt Spiritu Sancto dictante Epitome Bibliorum Græcè Græcis exhiberēt. Neque enim necesse fuit vt libri sacri Hebraicè conderentur, postquam Ecclesia sub paganis viuere cœpit. Hinc Ezras & Daniel Chaldaicè etiā scripserunt. Hinc Septuaginta & Apostoli Græcè. Hinc Marcus Latinè & Græcè.

Si quis contendat eius auctorem fuisse Iudæum Philonem, quod ex D. Hier. nonnulli scriptorum veterum hoc affirmant, non is erit Philo, qui tempore Caij & Claudij Caesarum pro Iudæis legationem obiit, sed alius Nam par est libris veteris testamenti, tempore Synagoga & ante exordium Evangelicæ lucis fuisse compositos. Deinde citatur vt sacer ab illius equalibus. Denique Hier. & Sophron. in catalogo & Euseb. Hist. Eccles. lib. 2. cap. 8. librum Sapietia inter istius Philonis libros non enumerant.

S V B Eleazarō sacra Biblia in græcum translata à 70. interpretibus Ptolomei Philad. rogatu & sumptibus. *Ios. lib. 12. cap. 2.*

Ante Alexandrū tamen sacras literas Græcè extitisse. Platonēque & Pythagorā in his esse versatos, testantem laudat Aristobulum *Clemens Alex. lib. 1. Strom.*

Fortasse sub Menasse rege Iuda, temporibus Psammeticæ Aegyptiorum regis, qui Græcos coluisse, & locum eis dedisse in Aegypto ad inhabitandum dicitur apud *Herod. li. 2.* Vel Amasis, Solonis & Cyri ætate, qui hos quoque ad se multis beneficiis allexit. *Ibid.* Alioqui linguam Græcam propriè in Asiam maiorem & Africam cum imperio intulit Alexander, & Pythagoræ ætate Græci nullius erāt apud eos pretij, vt è Critia Platonis intelligitur.

Nec interim superflua fuit Septuaginta interpretum conuersio. Nam non modò rectius verterunt, sed & aliqua prophetico spiritu afflati, inseruerūt, de Messia & ad Messiam pertinētia, explicationis gratia, vt & Ionathā Chaldaus Paraphrastes. Nam illi ad sensum potius, quàm ad verbum verterunt. *Hierony.*

I M E N A S S E S Seleuco Callinico amicus. Simonis Iusti patruus.

Post hunc Iosephus Oniam Simonis Prisci filium, & sequentis Simonis Iusti Patrem commemorat.

M B A R A C H I A S iste extitit an. 140. Græcorum. *Seder Olam minor.*

Simon hic iustus Synagoga magnæ successit. & eius collegium, cuius institutum suscepit Antigonus Socheus ipsius discipulus, doctor ipsius Baïethos, à quo heretici Baïethosini, & Sadoc, à quo Sadducei. *R. Jacob præfat. libri En. & auctor Cozvi.*

Ab Antiocho magno honoratus est. Inter hunc & superiorem pontificē Menassem, Oniam avarissimum sacerdotem collocat. *Ioseph. li. 12. cap. 3. & 4. Ant.*

Simonis Prisci filium & huius patrē, qui vectigal, quod Patres eius pro populo dabant, scilicet viginti talenta, Ptolomæo non reddidit. Cui rei occurrerit Iosephus Sororis eius filius de patre Tobia.

I N libris Machabæorum pietatis & sanctitatis nomine clarissimus. *2. Mach. 3.* vir bonus, benignus, verendus visu, modestus moribus, & eloquio decorus, à puero in virtutibus exercitatus, cum quo primū Simon Beniamites,

deinde

10
K E L E A Z A R V S, Simonis frater, an. 20. Anni mundi. 3860

Antiocho Theo. Syria, & Seleuco Callinico.

Ptol. Philadelpho Aegypti rege.

Synodus Hierosoly. Sexta de vertendis in Græcum scripturis, & mittendis in Aegyptum 72. interpretibus. Aristens. Iosippus, in qua videtur editus secundus Hebræorum canon, nam præter viginti duos libros sacros, alij in Aegyptum delati sunt, vt Tobia, &c. Epiph. lib. de Mensuris & pond.

Et Ecclesiasticus inter libros legis (i. sacros) reponitur à Iosepho Græco lib. 2. contra Appionem, vt alibi doceremus.

11
I M E N A S S E S, Eleazari patruus, an. 17. 3880

Seleuco Callinico Syria, & Antiocho magno.

Ptol. Evergete Aegypti rege.

12
M S I M O N Iustus, an. 28. 3890

Barrachia familia Davidica principe.

Antiocho Magno Syria rege.

Ptol. Evergete Aegypti.

13
N O N I A S secundus Simonis Iusti f. an. 30. 3920

Anni mundi. 3920
573
Hasadia familia Davidica principe,

Ant. Magno, Seleuco & Antiocho Epiphane fratribus per ordinem Syria regibus.

Ptol. Evergete & Philopatore Aegypti.

14
O S I M O N filius Oniæ.

Isdem regnantibus.

Hactenus autem sacerdotum successio Græcorum etiā principatu conseruata. Iam posterior atas pontifices à Syria tyrannis constitutos habuit hac serie:

15
P O N I A S superioris Simonis filius Tyranni metu in Aegyptū profugit, & impetrata regione Heliopoleos ibi templum Hierosolymitano simile in Hieropolitarum agro extruxit. 3922

580

deinde Iason frater ipsius Oniæ contendit de possessione Pontificatus sub Antiocho Epiphane. *Ibid. c. 15.* vbi & post mortem temporibus Iudæ Machabæi apparet manibus expansis orans pro populo Domini cum Ieremia propheta. Simon templi præpositus Seleuco Regi nuntiat ararium templi pecuniis superfluis esse plenum, sine, quibus sacrificia perinde constarent. Ad eas ergo auferendas Heliodorus cum satellitio mittitur. Sed is, cum non pareret Oniæ docenti pecunias illas esse sacras & dicatas, nec nisi in usum pauperum, viduarum, pupillorum, & ministrorum Dei conferendas, populo & clero ad precandum Deum contra Sacilegum confugiente, ab equite terribili diuinitus in terrā elisus, à duobus iuuenibus lethaliter flagellatus, vixque vitæ precibus & sacrificio Pontificis redditus, re infecta redire coactus est, & ad regem dicere. Si quem habes hostem aut regni insidiatorem, mitte illum & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit. *2. Mach. 3.* Apollonius appellatur à Iosepho, *cap. 4. lib. del Machab.*

Sub hoc Hasadia Regum Syria persecutiones & tyrannicæ cœperunt. Posteritate regia ab illis, defectionis metu, valde afflicta & in plebeium ordinem redacta, *Seder Olam minorem.* Quem postea aiunt à Machabæis interfectum.

Onias prius pontifex à fratre Iasone pulsus est. Et postea alterius fratris Menelai studio ab Andronico Antiochiæ præfecto interfectus. *2. Mach. 3, 4 & 15.*

O Post Oniam, qui tempore Antiochi magni, & Seleuci eius filij pontificatum administrabat, propter persecutiones perturbata est sacerdotum successio; nam Simon eius filius tres liberos reliquit turbulentissimos, Oniam, Iesum siue Iasonem, Ananiam siue Menelaum, qui de summo sacerdotio contententes, causam præbuerunt. *(2. Mach. 14.)* vt Epiphanes venale illud proponeret. Quod & æmulati sunt successores. Hinc enim factum vt Demetrius Soter. *1. Mach. 7.* per vim Alcimum hominem impium & ritu gentilitio contaminatum, qui alienus erat à linea sacerdotali Pontificem crearet.

Tumque sacerdotium deuolutum est ad Machabæos, qui ad illud iuris habebant aliquid. Sic ergo habet trium fratrum istorum ordo. Post Oniam, Iason, qui & Iesus. Huic Antiochus Epiph. sacerdotium abstulit, & Menelaus, qui Ananias dicebatur, contulit. Vnde seditio grauis propter Iasonem & Menelaum, post Menelaum, Alcimus qui non erat de tribu Sacerdotali à Lyfia summus Sacerdos constituitur. Hinc Machabæi.

P A T Q V E is est vltimus Onias, ad quē Areus rex Spartarum siue Lacedæmoniorum legatos & epistolas misit, Olymp. 144. pro incunda cum Iudæis societate, dicens Iudæos & Lacedæmonios ex vno genere Abrahamæ descendisse. *1. Mach. 12.*

Etsi enim illic scribatur Darius, tamen legendum ex *Ios. lib. 12. Ant. cap. 5.* Arius, vel potius Areus. Nam is est Areus Lacedæmoniorum rex, de quo Pausan. in Laonicis & Plutarc. in vita Pyrrhi.

Areus rex Spartanorem opem fert Atheniensibus contra Antigonum. Defendit Spartam aduersus Pyrrhum, regem Epirotarum, & multa alia gerit sceleriter. *Ibid. Paus. & Plutarch.*

Onias, profectus in Aegyptum, obtinuit à Ptolomæo Philometore, vt apud Heliopolim construeret templum Hierosolymitano simile, illicque Pontificatu fungeretur. *Egesip. lib. c. 13. abutebatur loco Esaiæ 19. cap.*

Q 4

Quod vsque ad tempus Vespasiani permansit. Ipsa autem vrbs, quae vocabatur Onia dimicantibus postea Iudaeis aduersus Romanos solo cum templo aequata est. Occisione igitur Oniae infiniti Iudaei in Aegyptum profugerunt.

Oniam enim Ant. Epiphanes sacerdotio mouit, & contulit Iasoni, quem postea iratus expulit, minimum istorum fratrem Ananiam siue Menelaum promouens.

Et quanquam insolitum, neque ante permissum cuiquam erat non perpetuo fungi sacerdotio, tamen rex avaritia praeualente e perpetuo temporarium fecit *Sulpitius*.

Ioseph Tobiae & filiae Oniae sacerdotis filius princeps populi de domo Dauid placuit Ptolom. Euergetae. *Ios. lib. 1. An. cap. 4.* Is reponitur inter maiores Christi. *Luc. 3.*

Iannes, quem Iosephus Ioanne Hyrcanum vocat, vltimus princeps de domo Iechoniae, sub initium regni Antiochi Epiph. se interemit, non ferens a Syriae regibus oppressam suae familiae libertatem. Attingit Machabaeorum tempora, & recensetur inter Christi maiores *Luc. 3.* Istius opes sibi addixit Epiphanes. *Ioseph. lib. 12. An. cap. 5.* Atque hinc familiae Christi paupertas.

ANTI OCHVS Epiphanes Oniam depellit sacerdotio, Iasonem eius fratrem sustituit, singulis annis paciscentem talentorum tria millia sexcenta sexaginta. *Ioseph. li. de Mach. c. 4.*

Ita Iason Oniae frater pontificatum muneribus & pecunia consequutus ab Epiphane *2. Mach. 4.* Primum Gymnasium, in quo Graecae literae & religiones tradebantur Hierosolym. constituit. Denique a Menelao fratre pulsus, exul La cedamone perit. *2. Mac. 5.* Prima corruptae religionis labe.

Eius multiplex fuit iniuria, quod pecunia, ambiuit non virtute, quod a Rege, non a clero & populo, quod fratrem depulit, nec mortem eius expectauit, quod denique pontificatum perpetuum temporarium fecit.

Lysimachus ad summum sacerdotium quoque grandi pecunia aspirabat, *2. Mach. 4.* templi spoliator. *Ibid.* ab aliquibus frater Menelaei censetur.

Hic est Menelaus alter Pontifex, qui pecunia honorem a rege, emittit morte prioris non expectata, iisdem artibus, quibus Iason prius.

Iosepho est Iasonis frater. At Machabaeorum historiae Simonis cuiusdam Benjaminitae praepositi templi. Atque ita Iason vltimus fuerit Pontifex de posteris Eleazari.

Inde inter Iasonem & Menelaum cruenta certamina, *2. Mach. 5.*

Epiphanem in urbem aecerit. Ab Ant. Eupatore Epiphane filio interfectus est. *2. Mach. 13.*

Cum non persolueret promissas pecunias a rege eictus est Sacerdotio, quod tamen postea Lysimacho (cui datum fuerat) a Iudaeis propter sacrilegium occiso recepit.

Ei ab Ant. Eupatore Epiphane f. Lysiae suasu occiso, Alcimus quidam alienigena successit. Et hoc diuinitus percusso, deficientibus hereditariis successoribus, omnium voluntate Iudas Machabeus suscepit Pontificatum,

HASSIDEOS (id est, Essetos q. Sanctos *חסידי* Heb.) sexaginta occidit Alcimus *1. Mat. 7.* Erant ergo ante Machabeos & Phariseos Esseni, de quibus *Plin. lib. 5.*

Precepit muros sanctuarij interioris dirui, & opera Prophetarum destrui. Post paralyti atrociter cruciatus interiit.

ITA interuallum turbatae successionis inter Oniam Simonis Iusti filium, & Iudam Machabeum fuit annorum circiter vndecim, Quod ex serie regum Syriacorum doceri etiam potest.

Anni
urbis ed-
dita.

563

16

q IESVS, qui suum in Iasonis nomen transfor mauit, an. 3.

2. Mach.
3. & 4.

3911

Esaia & Hasmoni Iudaeorum principibus.

17

r MENELAVS, qui antea Ananias post Iasonem fratrem expulsus, an. 12.

Ibid.

18

f C V I V S tempore pseudo pontifex AL C I M V S aliquandiu sedit.

19

t MENELAI an. 7 Iudas Hasmoneus Sacerdotium & Remp. cepit administrare, 1 Machab. 2 & 3.

1. Mach.
2. & 3.

Rege Syria Antiocho Epiphane.

Aegypti Ptol. Eupatore.

Sub his omnibus lapsi sunt annus plus minus 280. Nam ab Alexandro ad Machab. fuerunt anni circiter 140. ut Rabbi Iose annotauit.

580

3922

Anni
urbis con-
dita.

580

Sacerdotes simul ac duces Machabaei.

a MATTATIA filius Iohanan, an. 1.

Anni
mundi.

3922

IVDAEI, ut notat Kimhi in Haggaram arbitrantur Machabaeos non fuisse de tribu Iuda, sed Leui, ac eo nomine adeptos esse sacerdotium. In qua sententia video Nostros, qui tamen addunt genere materno fuisse de regia sobole, ac eam ob rem cum sacerdotio delatam illis fuisse Reip. summam, persecutionis Antiochorum, qui tota ferè nobilitate, extinxerant, & temporibus non sine insigni Dei prouidentia, qui impletam cupiebat praedictione Iacob, Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat Silo. *Gen. 48.* Sic Iair filius Manasse 1 Paral. 2. vers. 21 & 22 ex parte matris de tribu Iuda fuisse dicitur. Sic & Elihu Buzites apud Abben Ezra, *Iob. 32.* Ego vero lubens contrarium crediderim, genere paterno fuisse de tribu Regia, materno Leuina, ut duae tribus sese solebant matrimonio colligare. Sic enim praedictio Iacob cum euenitu melius congruet, Lege Cyrilli lib. 3. contra Iulianum Apostat. qui regnum Davidis garriebat cessasse in Sedechia.

Mathatias contra Antiochi Epiphane duces, primus arma cepit, & filios hortatur, ut Ecclesiae reliquias defendant, & expellant Tyranni exercitum, sicut Daniel praedixerat cap. 11. Subleuabuntur auxilio paruulo, &c. Publice Idolis sacrificatem Hebraum in ore omnium iugulauit. Tum demum oppido egressus multis ad eum confluentibus speciem iusti exercitus effecit, ac cum filiis egregiam in conseruanda religionis libertate operam ac fortitudinem praestitit, atque hinc deinceps principatum in sua familia reliquit, primum principis, deinde regis nomine vsque ad Herodem.

Sub his autem principibus templum angustius fabricatum, adeo ut externarum gentium amicitias mererentur, Romanorum, Lacedaemoniorum, Atheniensium.

Temporibus Machabaeorum Romani imperij magnitudo, decus & terror cepit. Machabaei 30 annis bella gesserunt cum Antiocho Epiphane & successoribus. Qui quauis sanctissimi principes, & longe ante praedicti a Daniele c. 11. infeliciter tamen omnes occubuerunt. Nam Iudas in acie cecidit. Jonathan a Triphone proditorie interficitur. Simeon per insidias a genero Ptolomeo de medio tollitur. Pij suo sanguine sepe imperia conseruat & erigunt, ut discant non sperare in hoc mundo, sed in Deo, cui operam tam egregiam nauant, & cuius causa ponunt animam suam in manibus suis *Psalm. 118.* Sic Christus sua morte sibi & suis peperit Ecclesiae regnum.

Deinceps eorum posteritas regnasse traditur ab Hebraeis annis 103 totis quot etiam notant Herodianos tyrannidem tenuisse vsque ad cladem Romanam. Et certe ducentos & sex praefinitè reperias ab initio Ioannis Hyrcani vsque ad illam cladem. Nempe ab illo ad Herodem magnum an. 102, ab Herode ad 38 Christi passi, 104.

Machabaeorum autem nomen inde fluxit, quod Mathathiae filius Iudas militibus suis belli tesseram dedisset Moysi hanc sententiam, *Exod. 15.* *מי ספר כאלים* quis sicut tu in diis, vel fortibus, Domine. Nam cum eam singulis ordinum vexillis, tanquam certae victoriae omne, per quatuor has literas *מנשה* inscribi iussisset, populo breuitatis causa legitè Machabaei paulatim obtinuit, ut huius tesserae auctor Iudas, fratres, eorum posterum Machabaei dicerentur. *R. Isaac ben Sholal.* Eorum strenua gesta pro patria & pietate praedi-

3923

581

xerat Daniël, ducentis vt minimum annis ante, cap. II.
b IVDAS Machabæus belli sacri commentarios scripsit, quod Matthathias pater aduersus Asiæ reges pro libertate & diuinis legibus gessit. 2. Mach. 2.
 Nam è tribus captiuitatibus hæc fuit grauissima, In Aegyptiaca enim & Babylonica religionis vsu non prohibebantur, in hac patria libertate simul ac religione multabantur. A qua, historia libri primi Machabæorum oritur.
 Primus princeps Iudæorum. Eius autem imperium cepit vndecimo Epiphanis post annum regni Græcorum 147.
 Cum templi Garizim honorem Samaritani Aegyptij templo Hierosolymitano aali essent opponere, Andronico Iudæo huius maiestatem, sanctitatem, veritatem, per continuas pontificum successiones vsque ad sua tempora perpetuatam, deinde per orbis communionem, denique per scripturas demonstrante, rex Ptol. Philometor Hierosolymitanum esse ex sententia Mosis conditum pronuntiavit. Ioseph. lib. 13. cap. 6. Antiq.
 In his sacris bellis duo Machabæorum fratres, Ioannes & Eleazarus ante receptum principatum occubuerunt.
 Iudas nonies cum hostibus confligit per se, per fratres sapius. Primò Apollonium ducem Samariæ vicit & occidit. Deinde Saronem inferioris Syriæ, mox Ptolomæum Dorymnis filium, Gorgiam & Nicanorem exercituum duces cum 40. millibus peditum & leptem equitum, militibus suis ad virtutem nauandam accensis, deinde ope Dei quæsit, quem ieiunio & precatone propitiavit.
 Quarta expeditione Lysiam tribunum militum cum 60. peditum millib. & quinqu. equitum profligat. post quam purgare & restituere templum animum intedit. muroque circumdare & constituere, qui perpetuum præsidium armati agerent, tribus annis & sex mensibus postquam abolita ab Antiocho religio fuerat. Quòd etiam prædictum à Daniele fuit c. 8 & 12, cum dixit fore vt post dies mille trecentos mundaretur Sanctuarium.
 Deinceps Idumæos, Timotheum ducem filiorum Ammon, denique gentes, quæ confederent in Galaad. Quæ cum gereret Antioch. Epiph. in Babylonia miserè periit. Eodem tempore per fratrem Simeonem in Galilea profligat Tyrios, Sidonios, & Palestinos.
 Sexidò obsedit arcem Sion, deinde Eupatorem urbem cingentem, vt Græcis in atce obsessis succurreret cum peditum centum millibus, & viginti millibus equitum, elephantisque triginta duobus, fudit, & Lysia ipso auctore ad pacem compulit. Septimò post mortem Antiochorum sub Demetrio Bacchidem eius ducem, & Alcimum pseudopontificum vicit, altero prælio Nicanorem alterum Demetrii ducem & castris & vita ad Bethoron exiit. Atque inde pacem & amicitiam cum Romanis contraxit, 1. Mach. 7. Ioseph. 12. In nouissimo conflictu contra Bacchidem iterum & Alcimum fortiter pugnans, ante muros Hierusalem occubuit.
 Regibus Syriæ & Aegypti cum Romanis ad Macedonicum bellum profectis Hierusalem ingreditur, templum pollutum expiat, diem Enceniorum 25 die Decembris instituit, qui temporibus Christi adhuc celebrabatur.
 Collatione multi argenti facta, sacrificium iussit offerri pro peccatis mortuorum militum. 2. Machab. 12. Nam hic erat ritus Ecclesiæ veteris Testamēti, vt docuimus libro à nobis verso, qui inscribitur Precationes Iudæorū pro defunctis elibro Mahzor. Sed & Fagius & Münsterus heretici

Anni
urbis cō-
ditæ

2

Anni
mundi.

b IVDAS MACHABÆVS dominatum suscepit an. vndecimo Epiphanis, quem administravit annis 4.

3926

1. Mach.
3. 4. 5. 6.
7. 8. 9.
585

Antiocho Epiph. Antiocho Eupatore & Demetrio Syriæ.

Ptol. Epiphane deinde Ptol. Philometore Aegypti regib.

Alcimo Pseudopontifice.

Hic incipiunt Hebræi Monarchiam Romanam.

585

in anno

Anni
urbis cō-
ditæ.Anni
mundi.

Synodus septima Alexandriae de vera Ecclesia presente Ptol. Philometore contra Samaritanos, in qua Andronicus Sanctitatem, auctoritatem & religionē Cathedra Hierosolymitana docuit è testimoniis Scripturæ, continua successione summorum pontificum, et omnium gentium præsertim Asianarum communionē. Ioseph. lib. 13. cap. 6 pag. Græci exemplaris 387.

3926

585
1. Mach.
9. ad 12.
603

3
c IONATHAN an. 18.

3944

Demetrio & Alexandro Syriæ regibus.

Ptol. Philometore Aegypti.

Alcimo pseudo pontifice.

603
1. Mach.
13. ad 16.
612

4
d SIMEON an. 8.

3952

Alexandro, Demetrio, & Antiocho Sedete Pio Syriæ.

Ptol. Philometore, deinde Evergete 2. Aegypti.

in annotat. ad 14 Deut. ex libris Iudiciorum, precis particulam recitant, quæ pro illis fiebat in antiquo testamento, *Requiescat anima eius, & sedes eius sit in pace, Requiescat & veniat in pace donec adsu. C. n. solator annuuians pacem, &c.* Integram offendes in meo, vbi supra quemadmodum & breuiorem, quam hascabâ nominant q. orationem pro requie siue cubitu. Quod officium solis sui interfecto-ribus fuisse denegarum ostendit Iosephus Hebraicus de bello Iudaico à Dauide Kybero hæretico conuersus. Atque hæc propter Munsterum, qui sui immemor, vel potius religionis odio cæcatus, vt eiusmodi hominibus contingere solet. in 19 cap. libri 3 Iosephi Hebraici à se translato asserit, orate pro defunctis Hebræis nunquam fuisse vlitatum. Nam contrâ, nunquam fuit non vlitatum. De quo aliàs.

Diebus his sub Iuda Machabæo Monarchia quarta post tertiam, nempe Imperium Romanorum, quod excitatum est contra Imperium Græcorum, dum creuit nomen Romanorum super vniuersa regna. Ipsa est bestia quarta, quam vidit Daniel (c. 7) quæ deuorabat & comminebat, & cætera pedibus proculcabat. Ioseph ben Gorion hist. Heb. c. 13, & historici omnes Hebræi.

c PHARISÆORVM ordo sub hoc oritur. Ioseph. lib. 13. Antiq. cap. 9. 18. & lib. 18. cap. 2. & lib. 2. de bello, cap. 7.

Sic & Sadduceorum secta. Esseni valdè augentur, affines Pythagoreis. Ioseph. lib. 10. cap. 13. & religiosi nostris. lib. 2. de bello cap. 12.

Quatuor menses totos post mortem Iudæ, Græci duce Alcimo pseudo pontifice occuparunt Hierusalē, & populum Domini acerbe afflixerunt. Sed tandem eam recuperavit Ionathan. Iosippus.

Bacchidem ducem Demetrii vicit, data pace, si perfugas, captiuosque omniâque bello rapta redderet.

Post aliquot annos Appollonium ducem alium Demetrii, qui decertabat cum Alexandro.

Exorto bello inter Demetrium & Alexandrum, qui se filium Antiochi Epiphanis assererat, partes Alexandri secutus est, à quo & Pontificiam vestem, & coronam adeptus est. Ita deinceps Pontificatus ad Machabæorum familiam translatus est.

Victò Demetrio, quoad Alexander regnauit, res Iudæorum tranquillæ fuerunt, & Ionathan summis ab eo honoribus affectus.

A Tryphone, qui partium fuerat Alexandri, à Demetrio interfecti, receptus in amicitiam pace simulata, inuitatusque Ptolomaidem interficitur. Sed & Antiochus Alexandri filius ab eodem captus necatur, vt succederet.

Ionathan scædus renouat cum Areo Spartanorum rege & cum Romanis, Mach. 12.

Anno nono sui principatus declaratur à populo Pontifex. Est autem nouū, quòd Iosephus ipse dominatum quatuor annis definiat. lib. 13. Antiq. cap. 11.

R. Abraham in Cab. historica eandem annorum summam tribuit Machabeis, sed sic inuertit, Matathias an. 1. Iudas 6. Ionathan 6. Simeon 18. an.

d REX Demetrius Simeoni principatum & summum sacerdotium cōfirmavit in æternum, donec surgeret propheta fidelis. i. Christus, de cuius proximo aduentu celeberrima erat fama. 1. Mach. 14.

Antiochus Sedetes eū etiâ ornauit donis & honoribus, & ducē constituit à Tyri terminis ad fines vsq; Aegypti.

Signan

Signandi pecuniam ius concedit, & superiorum omnium regum donationes confirmat.
 Inde Romani ad omnes reges populósque scripserunt, ne Simoni in aliqua re molesti essent.
 Mausoleum habens 7 pyramides cum familia insignibus parentibus & fratribus construit Simeon.
 Hæc autem consuetudo Pyramidum in sepulchris ponendarum ex Aegypto manauit. *Diodorus.*
 Eius rogatu Demetrius 2 ab omni tributo Iudæos absoluit. Quæ fuit vltima immunitas à Regibus Syris data Iudæis vectigalium & tributorum omnium, anno 170 regni Græcorum. *1 Mach. 13.*
 Tunc ergo Iudæi externorum dominatu plenè liberati sunt, eiectione ex arce Macedonibus. Ea autem mundata, magnum ducem & principem Iudæorum Simeonem appellarunt & inscripserunt. Si quidem in actis scribebant. *Anno primo sub Simone pontifice & principe Iudæorum. Ibid.*
 Dilatat fines suos constructo in Ioppe portu. Cùm Lacedæmoniis & Romanis pacem renouat. Gazam capit, eique Ioannem filium præficit, camque mundauit simulachris euerfis.
 Eum Ptolomæus quidam gener per insidias cum duobus filiis Iuda & Ionathan interemit. Vnde bellum luctuosum.
 Nam Ioannes superstes filius, qui patri successit, diu obsidet oppidum Argon, vbi se clauserat Ptolomæus, donec natis eius & fratribus aliis, virgis scilicet, per muros tempore obsidionis cæsis, spectante Ioanne, & demum occisis, confugit ad Zenonem Totitam Philadelphix tyrannum.
 e IOANNES, qui & à deuicto quodam Hyrcano Hyrcanus, diruit sanctuarium, quod Samaritani in monte Garzim extruxerant ante annos circiter ducentos: & hæreticos mactauit, qui extra templum offerebant. Sub finem regni propter cuiusdam Eliezeris procacitatem, factus est Saduceus. *In Seder Olam.* Proindeque magistros, siue doctores partim trucidauit, partim fugauit. *In Tract. Sederin 2 cap. Helec & in Tract. de sponsalibus.*
 In eo finitur historia primi Machabæorum.
 Ptolomæum affinem patris interfectorem bello est persecutus.
 Obsidione Antiochi Pij tandem est liberatus, illo in Perside mortuo. *2. Mach. 1.*
 Antiocho verò mortuo Syriam inuasit, vrbes quasdam prius Iudæis ereptas recepit Antiochum Cyzicenum profligauit.
 Diadema capiti suo imposuit cùm regnum ei non deberetur post captiuitatem, sed ei cui repositum erat, & qui erat expectatio gentium. *Hieron. in 21. Ezech.*
 Mirè aucto imperio, Samariam post integrum oppugnationis annum, torrentibus in ruinas immisissis, solo æquauit quam suo tempore Herodes instaurans Sebasten in honorem Augusti vocauit. Templum Samaritanorum in Garizin diruit, Galileam subiecit. Idumeos ad iudaismum & circuncisionem adiecit, atque ita religionis studiosos reddidit, vt omnium pertinacissimè, Neronis principatu, arma caperent duce Simone ad urbem sanctam contra Romanos tuendam. *Chronica Heb. regum Israel secundi templi.*
 Muros Hierosolymitanos vetustate collapsos restaurauit; principatu, sacerdotio, & prophetiæ dono clarus. *Ibid. & 4. Machab.*

Anni
vrbi con
di 14.

Ann
mundi

3952.

613.
1. Mach.
16.
Iof. lib. 13
Ant. c. 17
644.

e IOANNES HYRCANVS Simeonis filius, an.

3983.

Antiocho Pio, Demetrio Soteris filio, Antio. Gryppo, Antio Cyzieno Syria regibus.

Ptol. Evergete, deinde Ptol. Physcone denique Pto. Alexandro Aegypti.

3983.

Amici

Anni
vrbi con
di 14.

Anni
mundi.

613

3952

Amicitiam cum Romanis renouauit: à Phariseis domi contemptus, illorum institutis abrogatis ad Sadducæos se contulit, atque inde diem suum obiit. *Ioseph.*
 In senatum summum Septuaginta vnus viri Sadducæos conscripsit, deiectione gradu omnibus Catholicis, Vnum Simeonem Satæ filium retinuit, quod sibi esset, & vxori Salomæ affinitate iunctus. *In lib. Taanith. cap. 10.* quæ quidem Salome Catholica erat & Catholicorum faulrix. *Ibid. cap. 11.*
 Huius gesta & vnus ac triginta annorum historiam continet Machabæorum apud Græcos quartus, & decimus tertius Antiq. Iosephi.
 Primus omnium Iudæorum ducum externum militem conduxit. Triaque millia talentorum è Dauidis sepulchro effodit, è quorum parte, vt sacrilegij inuidiam declinaret, Xenodochium instituit ad peregrinos pauperes excipiendos. *Egef. lib. 1.*
 Iudæi, qui erant Hierosolymis, secundum Machabæorum librum in formam epistolæ scribunt ad Iudæos, qui erant in Aegypto. *2. Mach. 1. vers. 10.*
 Duæ nobiles familiae seu collegia Sammai, & Hillel, ex quibus orti sunt (vel potius incrementa acceperunt) Scribæ & Pharisei, quorum suscepit scholam Rabbi Akibas, quem magistrum Aquilæ Profelyti nonnulli putant. Et post Akibam Meir, cui successit Iohanan filius Zacchai, & post eum Eliezer, ac per ordinem Delphon, & rursus Ioseph Galilæus, denique vsque ad captiuitatem Hierusalem Iosue. *Hieronymus è Naz. areis in 8 cap. Esaiæ.* Aquilam autem hunc verius existimarem esse Onkelos interpretem Chaldaicum Mosaici Pentateuchi, quam eum, qui vixit Adriano Imperatore.
 Antignus Sochæus, cuius discipuli Sadoc & Baiethos, boni præceptoris mali discipuli, sectam Saducæorum, (Et Baiethusæorum, *R. Iuda Lenita in Alcosder.* Et tandem coaluisse in vnum videntur (quæ etiamnum hodie Constantinopoli & alibi perseuerat), introducunt, negantes legem ore traditam, nec fidem habentes vlli rei, quæ non esset quinque libris Mosaicis consignata. Vnde Karaim q. Bibliici siue Legistæ dicti sunt. Nam *Mikra* Scriptura. *R. Nathan in vitis Patr. Elias in Tisbi,* & negatores legis ore traditæ. *Abben Ezra lib. 1. fahot.*
 Reiciebant Masoreth & omne Perus. i. traditiones Patrum & omnem legis expositionem. *Ioseph ben Gorion lib. 4. hist. cap. 29.*
 Quare neque Prophetas & Hagiographos recipiebant, neque Spiritus Sancti aut Angelorum subsistentiam, vt nec mortuorum resurrectionem, credebant. *Act. 23.* denique in Iudæa id erant ferè, quod Samaritani in Samaria. Propter istorum hæresim, inter Phariseos siue Catholicos & Saducæos, in gubernatione varij tumultus exorti sunt, qui tandem Iudæam perdidērunt.
 Saducæi ergo de nomine auctoris sui Sadoc. *R. Nathan in Haruc.* Non à Iustitia, quasi iustitiarum aut iusti, vt nonnulli putant, etsi hæretici speciosa nomina sibi soleant tribuere.
 Nata dicitur ista heresis à quodam dicto Antigni aliter accepto, quam ipse intellexerat. Ne sitis sicut serui, qui seruiunt Domino pro pretio & mercede, sed sicut serui, qui seruiunt gratis, citra spem vllius mercedis. Sitque timor cæli super os. *R. Nathan in Haruc, & in Pirke Aboth,*

Synodus sapientum septima de probandis Phariseis, quorum duces Sammei, deinde Hillel: damnandisque Sadoc & Baiethos Saducæorum conditoribus, qui proinde ad Samaritanos transfugerunt. Vbi confirmati libri Iudith, Tobie, &c. Vbi & libri Machabæorum videntur inter sacros primum relati. Et tertius Hebræorum canon conditus.

644

3983

R

Quasi inde sequeretur à Deo nihil præmij esse expectandum.

Hæc hæresis excepit Samaritanam, excitatam à quodam Manasse sub Alexandro magno, de quo supra. Multos deinde habuit sectatores vsque ad Romanam captiuitatem: quo tempore ita debilitata est, vt non nisi 700 post annos efferre sese cœperit, auctore quodam Anan & Saule eius filio Sareis, qui eam in Iudæorum populo quantumuis disperso & exiliis afflicto, dicuntur renouasse, quod Anan non potuisset consequi gradum Talmudici doctoratus, id est, esse Gaon. Vnde & fabulam esse docuit multis libris, quicquid Talmudici dicerent, multo fabulosius doctores suas traditiones & ritus deduxisse per ordinem à prophetis & sanctis viris: suos esse puros & à verbo Dei, Magistratibus non esse obtemperandum, &c. R. Abraham in Cabbala historica.

Extare hodie in Africa Ioan. Leo testatur in eius descriptione pag. 57, & 89.

Samaritani in quatuor sectas contra legem Mosi, scinduntur. In hoc conueniebant præcipue, quod Prophetas minimè reciperent.

Pharisæorum & Essenorum sectæ Orthodoxæ, nisi quòd seruore altercationis contra Sadducæos. Samaritas & Baïethoseos (hæ enim tres hæreses iam in vnam familiam conspirauerant, & pariter cupiditatibus & impietati fræna laxauerant) superstitionibus quibusdam tenerentur, de quibus Ioseph. in Antiq. & de bello.

Nam Pharisæis attribuit Epiphanius quòd fato multa tribuerent, & Astrologiæ operam darent.

Ben Gorion tamen Hist. Iudaic. lib. 4. cap. 25. Hacamin siue sapientes cognominat, & Hieronym. ad Algafiam q. 10. σοφῶς cognominatos tradit.

Docebant autem traditiones religiose seruandas contra Sadducæos. Ibid. Ben Gorion, vbi & addit Pharisæis adhæsisse plebem, Sadducæis autem ditiores & potentiores.

Septem autem erant Pharisæorum sectæ siue ordines. in tract. Sota cap. 2.

Philastrius meminit cuiusdam Dosithei præceptoris Saddoc, sed puto Dositheum, esse Hebræorum, Baïethos cæterorum hæreticorum nomina, quos ante Christum numer. 28. percenset, in Hebræorum scriptis non reperio.

Nisi is sit, à quo in Ghemara cap. Silluah Hakken vocantur דורסיתא Dorosithitæ.

Dositheus Samaritarum Hæresiarcha pseudochristus. Orig. hom. 25. in Luc.

Ab Antigono Cabbalam edocti sunt Rabbi Ios. filius Ioasar, & Iose filius Iohanan. Ab iis deinde Iudas filius Tabæi & Natheus Arbelites.

Simeon Ben Sara & Iosue filius Prahaia. Posterioris discipulum fuisse Iesum conseruatore nostrum addita fabula ioculari mentiuntur in Talmud, & Seder Olam. Addunt fuisse suspensum ann. 51 regni Machabæorum & ætatis 36. Ad cuius confutationem temporum ratio satis est. Nam inter vtrumque est interuallum 100 annorum Hoc autem aiunt vt indicat Rabbi Abraham in sua Cabbala. ne ipsorum excidium & perpetua calamitas morti Christi tam vicina inde videatur causam trahere. Fabulas eorum de Christo habes Tractatu de Sabbatho cap. 12. & tract. Herubin cap. 2.

Simon Ben Sara Pharisæus frater vxoris Hyrcani ab exilio restitutus Hyrcanum placauit Pharisæis vnde reuo-

Anni
urbis con
dite.

613

Anni
mundi.

3952

IOHANNIS HYRCANI MACHABÆI SÆCVLO.

644

3983

Anni
urbis con
dite.

645
Ios. lib. 13.
Ant. c. 12.
672

9
f ARISTOVLVS
primus post captiuitatē
Rex, an. 7.

Postremis in Syria & AEGYPTO regnantibus.

3983

Anni
mudi.

3984

4011

catus R. Iosua Ben Prahaia, qui Alexandria quoque exulabat. cap. Helec.

Scribæ summæ authoritatis viri hac præcipue arte florent, etsi dudum ab Ezra instituti eorum munus erat, vt de lege consulti ex sanctis libris & prophetarum oraculis responderent, sicut apud Rom. in rebus dubiis, ex Sibyllarum voluminibus Aruspices. In Euangelio videntur etiam appellati Legisperiti. Et certe, vt Pharisæi Theologis respondebant, qui penitus mysteria scripturarum scrutantur: ita hi Canonistis, quia leges ciuiles & Mosaicæ secundum legis corticem curabant. Epiph. lib. 1. Panarij refert fuisse interpretes diuinarum scripturarum, indeque Scribarum nomen fuisse sortitos. Consueui se autem scripturas exponere quatuor modis, quorum primus Mosi prophete diceretur, alter Akibæ, tertius Ammani siue Idæ, quartus Hasmoneorum. Erant & ipsi Catholici, vnde Mat. 23. vna cum Pharisæis sedisse dicuntur super Mosi cathedram, vt qui eam vacuum inuasissent, dum sacerdotes diuitiis Ecclesiasticis abutentes desererent suum officium. Alioqui neque ipsi neque Pharisæi erant necessario de genere Sacerdotum, quorum proprium erat sedere super illam cathedram. Nam Scribæ ferè erant de paupere Simeonis tribu. Rab. Selò. & Chald. in 49. Gen. Pharisæi, quibus hodie successerunt Rabbi ni, de qualibet Coxi & Cab. historica.

Libri Machabæorum his temporibus scribuntur. Nescitur auctor. Qui licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias. Hieron. Prolog. 2. in eos libros.

Quod ei tamen non simpliciter concesserim. Nam vt non sint de primo Hebræorum canone tempore Ezræ edito, at sunt de secundo, vel potius tertio. Vnde Iosephus alicubi Eleazari & septem fratrum & matris eorum Hannæ martyria, apud Hebræos inter sacras literas haberi affirmat.

Postea Synagoge iudicium secuta Ecclesia pro sacris & Canonicis habuit. Nam vt Græcos omittam, Origenem, Chrysoft. homilia de Machabæis, Damascenum, &c. Canones Apostolorum, tertio etiam qui Græcè extat recepto, Gyprianus ad Cornelium citans illud, 1 Machab. 2, tanquam è diuina Scriptura: Verba viri peccatoris ne timueritis, &c. Et ad Fortun. cap. 5, 11, 15, 53. Item epist. 55. Scripturam diuinam vocans. Tertul. aduersus Iudæos Amb. lib. 2, de Iacob & vita beata cap. 10, 11, 12. lib. 2. Offic. c. 40, & 41, & 3. Offic. Innocentius I. tempore Augustini epist. ad Exuperium Tolosanum cap. 7. August. lib. 18. de Ciuit. cap. 36. lib. 2. contra 2 epistolam Gaudentij. cap. 37. lib. 2. de doctrin. Christ. cap. 8. lib. de cura pro mortuis cap. 1. & Conc. Carthag. tertium, cui idem August. subscripsit. Hieronym. vbi supra, id abundè docent. Denique Gelasius in Concilio 10. Episcop. qui mensè Octobris eos legi in Ecclesia voluit.

Vnde Bellator Presbyter, & Rabanus Maurus præter Glossularios ordinarios eos sunt commentati.

Nec obest, quòd scriptor ad calcem libri secundi veniam precatur, si quid minus digne scripserit. Nam hoc debet de Verbo, non de re intelligi. Qd. Si non tam eleganter scripserim atque decuit, concedendum mihi est. Vt Paulus, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia.

f ARISTOVLVS primus post captiuitatem, regem Iudeorum suscepto diademate se appellauit. Quod libertati

deorum suscepto diademate se appellauit. Quod libertati plenè recuperatæ deesset insigne, noménque regium, quod habuerant antiquitus. *Ios. lib. 20,*

Mam à tempore restituti tēpli apud Iudæos nō reges, sed principes fuerunt vsque ad Aristobulum. *Aug. lib. 18 de Ciuit. c. 3* Ioannis (non Ionathæ, vt mendosè illic ex Eusebio habet Viues) filium.

Itureos bello domitos ad circumcisionem adegit eoque ad Idumæos adiunxit. *Ios. lib. 20.*

Matrem in carcere fame enecauit, vix a nno tyrannidis exacto miserè mortuus. *Idem.*

Antigonum fratrem occidit, tres alios in vinculis habuit.

Antea dicebantur summi sacerdotes, vel principes. Sed quia Sadduceus erat sacerdotis nomén habuit pro abiecto & pudendo; adeò vt eius functionem obire nunquam voluerit. *De rebus regum Israel secundi templi, & Iosippus.*

H V I C frater Alexander succedit beneficio Salomes quæ & Alexandra Aristobuli vidua. eam enim cum regno in vxorem accepit, pace cum Cleopatra Aegypti, quæ Ptolomæum filium suum maiorem bello persequebatur, facta.

Hæreticus fuit, siue Sadduceus. Quare & crudelis, quemadmodum hæreticis insita esse solet barbaries, Catholicorum Iudæorum sex millia occidit septingentos Pharisæos crucifixit, cæteros in fugam conuertit. Insignis denique insectator, sapientum, qui vocabantur Pharisæi. *Verba libri de rebus regum Israel secundi templi.* Non potuit tamen efficere, quin plebs esset Catholica & Pharisæorum cathedram sequeretur. *Iosippus.*

Inde Cilices & Pisdas corporis custodes sibi asciuit. *Iosippus.*

Sub eo tristissima clades accepta est, in qua Ptol. Lathyrus 3000 Iudæorum trucidauit, & captiuos, interfectorum carnibus vesci coegit.

Graui morbo affectus per tres annos, in supplicium religionis exagitatus, tandem in castris cum vicinis pugnans foetidum exhalauit spiritum. *Ibid. de rebus regum Israel secundi templi.* Ter Aretham regem Arabum vicit.

Cælosyriam & Phœnicem tentauit, atque ex iis vrbes aliquot abstulit, *Iosippus.*

Moabitas & Galaaditas victos vectigales fecit, donec aduersus eum concitato Demetrio à Pharisæis, cedere compellus est. *Idem.*

Demetrio inde domum ob Iudæorum transfugia reuerso, Bethomæ Catholicorum principes circumfedit, atque vrbe expugnata in deditonem accepit. Deinde Hierosolymam reuersus ex eis octingentos cum liberis & vxoribus trucidauit. Quare à Iudæis Crucifxor est appellatus. *Idem.*

Fratrem interfecit, alterum Abfalom nomine, priuatum viuere coegit. Secundam contra Catholicos & Pharisæos persecutionem mouit, subruta Betsemes ciuitate, in quam illi confugerant. *Iosippus.*

Demum in obsidione Gerasenorum est mortuus. *Idem.*

Hillelis doctoris insignis 80 discipuli. Clariores Ionathan filius Vziel, cuius paraphrasis Chaldaica in vetus Testamentum magna ex parte extat, & Simeon Iustus, qui Christum vnus excepit.

Is est Simeon, in quo spiritū Synagogæ magnæ, qui erat prophético minor, communi maior, defecisse authores sunt Talmudici in *Tract. Pirke Auoth*. Rabbi Mose Aegy-

Anni
urbis cō
ditæ.

Anni
mundi.

645

7

3984

Ios. lib. 13
Ant. c. 22.
672

**ALEXANDER
IANNES
an. 27.**

4011

Antio. Cyziceno. Syria.

Ptol. Alexandro cum matre
Cleopatra, deinde Ptol. Lathyro
AEgypti reg.

Anni
urbis con
ditæ.

Anni
mundi.

672
Ios. lib. 13
Ant. cap.
vlt. Egef.
lib. 2. c. 13.
681

**ALEXANDRA
Alexandri vidua an. 9.**

4020

Pontificatū exercente Hyrcano filio ipsius primogenito

Antioch. Cyziceno Syria.

Ptol. Lathyro & Ptol. Aulete
Ægypti reg.

681
Ios. lib. 10
Ant. c. 8.
715

**HYRCANVS Rex
& Pontifex, an. 34.**

4054

Aristobulo fratre, Antigono nepote de regno cum ipso
contententibus.

Ptol. Aulete & Ptol. Dionysio
Ægypti.

Philippo, deinde Tigrane
Armenia & Syria rege.

Gn. Pompeio & Crasso in
Syria res gerentibus, Iulio
Cesare, deinde Antonio &
Augusto Impp.

707

Gamalielisque (ad cuius pedes legem Paulus didicit. præceptorem, inò verò & patrem. *In præfat. Maierorum.*

In More autem parte i. c. 62. & in Thalmu. tract. Iomac Tereph, inter Sacerdotes eum numerat, sub quo & aiunt desuisse benedictiones in Dei nomine. Tetragrammato, ita vt deinceps illa factæ sint per Sem Hamephoras duodecim literarum. Hoc videntur sentire Nostri, vt qui illum Deo Patri Christum infantulum præsentasse, & Virginem purificasse, & alia sacerdotalia munera obiuisse censeant.

Hillel, qui 120 annis vixit, pater Simeonis Iusti, Simeo Gamalielis, Gamaliel Simeonis iunioris magni facti, quod essent doctissimi, simul nobilissimi, de familia Dauidica. Vnde ex eorum consilio Synagoga administratur centum totis annis vsque ad Romanam captiuitatem. *R. Abraham in Cabala historica, Cozri.*

TESTAMENTO mariti regnum tenuit, Pontificatum Hyrcano maiori natu attribuit. Alexandro marito paruit, qui moriens ei consuluit, vt omnem potestatem Pharisæis, quos multis modis ipse cruciauerat, daret, sicque tranquillè regnaret. Multa enim apud populum isti poterant.

Alexandra ergo Pharisæis studuit, quos superiores reges à Ioanne Hyrcano insectari fuerant, ita tamen vt etià Sadduceos toleraret. Nobilitas erat Sadducea, plebs catholica sine Pharisæa. *Iosippus.* Sub ea afflicti hæretici, Dogro & aliis multis necaris. Quare exulare coacti sunt, quod omnia pro Pharisæorum voluntate administrare videretur. *Ibid.*

Leges à Ioanne Hyrcano abrogatas retulit, atque Pharisæos in amicos Alexandri, qui crudelitatis eius auctores fuisse dicerentur, scuire permisit. Ab illo tempore Pharisei pristinas opes recuperarunt.

Tigranè regè Armenia in Syriam, quã etiã occupauit, inuectū pecunia oblata auertit & paulò post moritur. *Ioseph.*

Tum Lucullus proconsul cum Mithridate Ponti & Tigrane Armenia res gerebat.

Regnum perturbatum filiis reliquit. Nam hi, teste etiã Strabo. *lib. 16,* de imperio disceptantes ansam præbuerunt, vt sic Regnum à Romanis occupatū, per varias clades ad Herodem alienigenam tandem deuolueretur.

Aristobulus fauebat Sadduceis, Hyrcanus Pharisæis, vnde ciuilia bella, & tandem Romanum iugum. Pompeio ambas partes multante. *Iosippus.*

Sadducei Reginam monebant, vt caueret à Phariseis, ne Arethæ regi Arabum proderetur. *Idem.*

Consul Romanus Curio Dardanos in Macedonia vicit, & vsque ad Danubium penetrauit.

Seruilus alter consul, Cilicia, Lycia, & Isauria subactis, primus omnium Romanorum in Taurum montem iter fecit. Vnde Isauricus appellatus est.

M. Lucullus de Persis triumphat, capta Chaldaea, cæteriisque vicinis vrbus.

MATRIS testamento & primogenitute iure regnū accepit, quod tamen tres tantum menses tenuit, ab Aristobulo fratre minore in annos sex pulsus. *Ioseph.*

Nā post mortē Alexandræ bellū ciuile, quod inter fratres viua ea coeperat, exarsit. Aristobulus iunior sibi adiūgit Sallustiu Sadduceorum principē Hyrcanus rex catholicus, principe militiæ Antipatro, cōmittit iuxta Iordanem Hiericantis prælium, vincunt Sadducei, & ad muros Hyrcanum compellant. Postea pax non diu duratura) for

niatur, ut quisque sua in sententia, vitat, Aristobulus regnū teneat, Hyrcanus summum sacerdotium. Sadducei hāc legem diu seruare non potuerunt, molientes Hyrcano exitium, qui proinde suā Antipatri, ad Aretam regem Arabum (cui tamen per Antipatrum eundem in regnum Hyrcanum reducenti acriter Aristobulus obstitit) deinde ad Pompeium euasit, qui tum Mithridatico bello confecto, paratāque Armenia & Ponto, victor omnium gentium, quas adierat, vltrosum pergere, & vicina quaque Romano imperio adiungere cupiebat.

Hinc ditionem Iudaeam labi, Anno vr̄bis 685 Q. Metello Cretico, Q. Hortensio Coff.

Nam anno ante Christi ortum 61 Iudaea in potestatem Romanorum venit captis a Pompeio, vbi res in Armenia gessisset, ipso Pascatis die post Trimestrem obsidionē Hierosolymis, & muris solo æquatis, eo ipso anno, quo Cicero Consul a Catilinæ coniuratione Rempub. liberavit.

Relictæ tamen sunt Iudæis suæ leges & ritus, ac Hyrcano secundo pronepoti Si meonis Machabæi summum sacerdotium confirmatum est. Abducto Romam captiuo Aristobulo, & eius filiis Alexandro & Antigono, imposito genti tributo, cui colligendo præfectus est primus omnium Securus Roman. de rebus Regum Israël secundi templi.

Pontus & Bithynia vna prouincia facta, Syria altera, eaque Prætori mandata, Iudæa neque omnino a Syria separata est, neque prorsus ei attributa. Nam Pompeius Hyrcanum ut regem ei præesse voluit, Antipatrum, verò Ascalonitam, Iudææ procuratorem reliquit: ita tamen ut Prætori aut Proconsuli obediret. Tributum item Iudææ imposuit.

Post Pompeium, Syriæ, cuius pars Iudæa, administratio, Scauro, deinde Gabino, mox Crasso commissa est.

Eodem anno natus est Ioachim Mariæ parens. In Philonem Annus. Qui & Eli Luc. 3. Hæc enim duo nomina eidem tribui solebant. Sic Ioachim rex Iuda Eliachim, & contracte more Syriaco Eli, 4. Reg. 23. & 2 Paral. 36. Quod obseruo, ut Lucam veram genealogiam Christi descripsisse è Virgine perspicias, Matthæum verò legatam & adoptiuam è Ioseph: atque ita Christum ex utroque parente, vero & adoptiuo sui ortus stemma ad Dauidem referre, esseque singularem illum Regem, qui iuxta promissiones antiquis factas, accepturus erat sedem David Patris sui, & regnurus in æternum in domo Iacob, Ecclesia sua ex utroque populo Iudæorum & Gentilium, conflata, & habente fundamenta in montibus Sion. Quod regnum in cælo per se administrat, in terris per Christianos Pontifices & Reges, Epiph. hæres. 29.

Pompeius capta vrbe mense tertio obsidionis, ieiuniorum tempore, C. Antonio, M. Cicerone Coff. eodem tempore, quo post ann. 27. iterum expugnata est ab Herode, Hyrcano sacerdotium confirmat. Antipatrum Idumæum procuratorem Iudææ facit, & Aristobulum captiuum cum filiis Romam abducit. Egesp. libr. 2. cap. 13. Ioseph. Antiquit. 14. cap. 8. Scaurum inferioris Syriæ præsidem ab Euphrate vsque ad Aegyptum relinquit. Iosephus Antiquitat. 14. cap. 1. Et si autem templum non diriperit, in quo alioqui erant duo talentorum millia, mensa aurea, candelabra, & libatoria non pauca, quia tamen dehortante pontifice in Sanctum sanctorum ingressus, deinceps infelix fuit. Hinc decimo quinto post anno verbo ad ipsam Hierosolymam vultu, in acie Pharsalica ipsius exercitus cecidit.

Pompeium victorem pecunias Templi contrectare no-

Anni vr̄bis cōdita.

672

715

Anni mundi.

4020

4054

HYRCANI ET POMPEII SECVLO.

Anni vr̄bis cōdita.

672

715

Anni mundi.

4020

4054

HYRCANI ET POMPEII SECVLO.

luisse, & vrbes suis habitatoribus reddidisse demptis Gadaris, quas restauratas Demetrio liberto suo donauit, author est Ioseph. lib. 14. Antiq. cap. 8.

Non ea religione fuit M. Crassus: is enim nouem post annis contra Parthos proficiscens, Templum spoliat, ablati 60 auri modis. Nempe duo talentorum, millia omnia templi vasa, summa octo millium talentorum trabem aureā versatilem 300 minas pendentem diripuit. Sed ideo statim a Parthis cum filio & vniuerso exercitu trucidatur, ac liquato in os auro sui sacrilegij pœnas exoluit. Plur. in Crasso & Pompeio.

Crasso in Syriam misso Gabinius principatum tradit, & Romam reuertitur.

Apud Hyrcanum in magna autoritate & potentia fuit Antipater, Idumæus, Herodis magni pater. Veneno autem sublati est a Malco Iudæo, quod regnum administrari a peregrino, otiantate principe & voluptuante, Iudæi ægrè fetrent.

Hic iuuuit Gabinium in restitutione Ptolomæi Auletæ, & proinde ipsi & Hyrcano concessum, ut. muros Hierosolymorum restaurarent.

Occasione belli Ciuili inter Cæsarem & Pompeium Herodes ad regnum peruenit: nam quia Antipater in bello Alexandrino Cæsarem iuuerat, tutor Iudææ a Cæsare constitutus, Herodem filium Galileæ præfecit.

Quadragesimo secundo anno ante natum Christum, Cæsar interfectus est a Coniuratis, ex quibus C. Cassius in Syriam veniens, quatuor auri modios a Iudæis exegit.

Aristobulus & filij eius Antigonus & Alexander Sadducei, Sadduceorum Persarumque armis freti, sapius pugnarunt cum Hyrcano, quater que eum de regno expulerunt, donec ter restitutum, Pompeij, Gabinij, Romanorumque viribus, per Pacorum regis Parthorum filium vltimo ceperint & auribus mutilarint, Phaselum Herodis fratrem mortem sibi consciscere coegerint, denique Antigonum regem constituerint. Nec verò hæretica propago ante cohiberi potuit, quam tolleretur partim veneno, partim laqueo, partim securi. De rebus regum Israël templi secundi.

In his motibus Aristobulo fratri Hyrcanus tribus annis & semestri cessit. Antigonus autem potitus est Hierosolyma tribus annis, ita ut Herodes in ea non nisi 34 an. regnauerit.

Honi Magalites confoditur gladiis militum Hyrcani obsidentis Hierosolimam, & Aristobulum, quod publicè precaretur, ut neq; Hircanei neque Aristobulei vincerent, quod vtrique essent serui Dei, & fœdere Deo obligati, sed inter eos amicitia & fraternitas coiret. Ibid.

In numero Diuorum ponitur in Hebræorum breuariis. At si Aristobulei erant Sadducei, ut Iosippus docet. nō hoc erat sancti votum & precatio, sed. potius. execrabilis politici, qui binas religiones in eodem Dei populo conseruatas cupiebat. Exitus probauit hanc duorum coitionem fuisse regno exitiosam. Nam in idem ius admissi Sadducei cum Catholicis, summam rei ad Herodem externum, indeque in sempiternam captiuitatem perduxerunt.

Aristobulus bis in vincula coniectus, & Romam deportatus, a Cæsare liberatus est. Sed a Pompeianis veneno sublati. Melitæ interiit.

Antigonus è custodia patre Aristobulo iam defuncto elapsus ad Parthos cōfugit, atque eos in Iudæam adduxit.

Hierosolyma per obsidionem capta Hyrcanum auribus mutilauit, ne quando recipiendo Pontificatui per legem idoneus in posterum esset, & in Parthiam transmisit.

Aduersus Herodem regnum per tres annos tenuit, anno Urbis 14 Domitio Caluino & C. Asinio Pollione Coss. post vigesimum quartum a consolatū Ciceronis.

Romanorum primus Pompeius Iudæos domuit, templumque iure victoriæ ingressus, sacra templi adyta inspicxit. Inde vulgatum, nulla intus Deum effigie vacuam sedem, & inania arcana Tacit. li. 21. Ex illo fano nihil attingit, non per religionem, sed pudorem. Cicero pro Flacco.

Iulius Cæsar finito bello Aegyptio per Syriam in Armeniam proficiscens, Hyrcano sacerdotium confirmat, quamuis stetit a Pompeij partibus, Antipatrum Romanam ciuitate & immunitate donat, quod Mithridatem in Aegypto pro se militantem strenue iuuissent. Antipatrum præterea tutorem totius Iudææ constituit, atque ita viam iterum ad futuram Herodis tyrannidem, Iosep. Ant. lib. 14. cap. 16. & 19.

Cum Iudæam appulisset rebus Syriæ compositis, muros Hierusalem a Pompeio dirutos refecit, & Herodem quintum & decimum annum agentem tutorem Galilææ creauit. Ibid. cap. 18.

Urbis septingentesimo decimo occisus est. A quo anno multi imperium Augusti incipiunt.

Herodes ergo primum tutor Galilææ a Cæsare, deinde Iudææ tetrarcha, ab Antonio. denique ubi Romam venisset. ab Triumuiris Rex constituitur. Sicque sensim familia Regia extincta est.

Ex parte Palestinus Ascalonita, ex matre Idumeus. Theodor. lib. 1. Polymph.

Annis ante natum Dominum 38 Aera Augusti appellata. Nam ab eo tempore plerique, Hispani præsertim annos suos signare cæperunt, quando Hispania, Italia, & reliquæ occidentis circa Ionium mare regiones in solius Augusti potestatem concessere, ut reliquus orbis ad Orientem, Antonio permissus est, Africa Lepido, circa annum Urbis conditæ 714. Aera autem. q. A. er. a. id est. Annus erat Augusti primus, 2. & c. Sepulveda lib. de correctione anni.

Orodus regis Parthorum qui Crassum obruncavit, Pacorus filius in Romani belli reliquias, magnas res in Syria gessit, donec eo absente, exercitus Parthorum illic relictus, Cassio Crassi successore cum vniuersis ducibus traditus est. Justin. lib. 42.

Post Cassium, Sextum Cæsarem Iulius Cæsar Syriæ præfecit, cui se insinuans Herodes princeps militiæ ipsius factus est.

Regresso Romam Antonio, contra Sextum Pompeium Pacorus Orodus filius, Asiam & Syriam vastat. Quo anno Cicero interfectus est. Iudæam inuadit, Phaselum & Hyrcanum cepit. Antigonum in regnum reducit, tandem a Venditio Syriæ præside cum toto exercitu occiditur.

k HERODES ab Antonio Triumviro Tetrarcha Iudææ constituitur, anno sequenti, quo Cicero interfectus est, & Brutus Philippius victus.

Paulo post Parthis in Iudæam reducuntibus Antigonum Hyrcani regis nepotem, in Aegyptum ad Cleopatram fugit. Deinde Romam pergens, ab Augusto & Antonio rex Iudææ creatur, & ab his adiutus, Hierosolymam expugnauit, quarto anno postquam Rex fuisset declaratus, id est, anno 33 ante ortum Domini.

Hunc primum Iudæi alienigenam regem habuerunt, ne quid secundum vaticinia prophetarum, suis iam principibus excussi Christum expectarent.

Anni
urbis
cō.
ditæ.

Anni
mundi.

4091

Sub Machabeorum posteritate lapsi sunt anni 103, quot sub Herodianis ab Herode magno ad ultimum Herodem Agrippam tempore Vespasiani.

715

IO

k HERODES Ascalonita an. 37.

4054

10f. Ant.
lib. 17. c.
10.

752

Antigono duobus primis annis Hierosolymam tenente.

4091

Pontificibus, Aristobulo, Annaele, Iesu, Simone, Matthia, Iosepho, Iozar, Eleazare, sub quo mortuus.

Anni
urbis
con
ditæ.

715

Cleopatra Aegypti regina.

Varo Syria præside.

Augusto Casare.

HYRCANI ET POMPEII SÆCVLO.

Anni
mundi.

4014

Discipulorum Hillelis, Iohanan Ben Zacchei minimus fuit eruditione, quem tamen vniuersum Cabbalæ & Scripturarum corpus, cunctas etiam Philosophiæ partes exactissime tenuisse, ac scholæ Scribarum & Phariseorum magna cum laude præfuisse asseuerant.

Jonathan ben Vziel maximus, qui Syriacè totum vetus testamentum reddidit, & Christi mysteria reuelauit, quâuis eius duxat in prophetas translatio hodie extet. Nam Pentateuchum interpretem habet Onkelos. Hagiographa partim R. Akiba, partim R. Ioseph cæcum.

Obiit an. 28 ante Christi natiuitatem. Paraphrastes quidem Chaldaicus appellatur, at eius interpretatio non se extra verba diffundit, nisi ubi oratio est pressior, & aliquid de Christo siue Messia est explicandum. Eius meminit Iustinus Martyr. q. 63. ad Orthod. sub translationis Syriacæ nomine.

In monte Sion septem erant collegia, in quibus diuinæ literæ præcipue legebantur. Optat. lib. 3.

Aristobulus nepos Hyrcani ex filia ab Herode, impulsu vxoris pontifex creatur, paulo post, eius dolo in Iordane submergitur. Iosep. ad eodè Hyrcanus octogenarius è Parthia, quò captiuus fuerat abductus, reuocatur, & paulo post occiditur.

Ab Augusto ubi victus fuisset Antonius ad Actium, regnum Herodi quamuis sequuto partes hostiles autum est.

Herodes ludos Scenicos & gladiatorum lanienas Hierosolymis instituit. Sanedrin. i. ordinarios Indices de domo Dauid, quem senatū nominabat septuaginta duorum Seniorum, an. 30. regni occidit, & alios ex profelytis legisperitos substituit. Philo & Talmud.

Populum auarè impotenterque tractauit. Ab Augusto confirmatus Theatrum & Amphitheatrum extruxit, eaque Augusti trophæis ac titulis exornauit, & in honorem eius Agonem quinquenalem celebrauit. Vrbes nouas condidit, alias veteres communiuit.

Aquilam auream insigne Romani Imperij in honorem Augusti ad templi superliminare erexit.

Eam templi profanationem non ferentes 40 Scholasticos nobiles cum ipsorum præceptoribus Iuda & Matthia viuos crudelissime cremauit.

Pontificiam dignitatem, quæ secundum generis propinquitatem & auitam successionem in perpetuum deferri solebat, noua quadam ratione madauit. Neque enim pontifices in perpetuum, aut in multos annos, sed in annu, aut certe ad breue tempus commisit, neque potestatiis familiis, sed sæpe abiectis quibusdam, & alienis hominibus detulit. Quem morem deinde filius eius Archelaus, & post Archelaum Romani tenuerunt.

Primum autem pontificem creauit Ananem Leuitan ignobilem de Babylonia accersitum, cum non esset de sacerdotali genere anto Urbis 717, qui propriè fuit eius regni primus, quo captis Hierosolymis, C. Sosio Syriæ proconsole adiuuante. Antigonum in potestatem adductum vira spoliavit. Etsi ab appellatione Romanorum duobus aut tribus annis ante exorsus simus.

Quin etiam sacra Pontificatus vestem apud se custodiuit, neque amplius Pontificibus asseruandam permisit.

Secundus post Antiochum Epipha. vanae sacerdotiu reddidit, & ante obitu viuos viuis potestibus subrogauit. Vnu hoc illi laudi tribuitur, quod Phariseos sapientesque coluerit. Iosippus. Quare neq; a Phariseis, neque ab Esenis

752

4091

exigit sacramentum. *Ioseph. lib. 1.5. cap. 13.*
 Hyrcanum Regem & Socerum. falsis criminationibus oppressum, a quo olim fuerat e capitis supplicio liberatus reclamante supremo 71. virum Senatu, securi percutit. Mariamem vxorem Alexandrum Socrum, Alexandrum & Aristobulum e Mariamma filios calumniis obrutos, necat. Ita tota Machabæorum posteritas propter hæresim Ioannis Hyrcani & filiorum eius, etiam in infantes omnes posteros redundauit. *Ioseph. & liber de rebus Regum Israel. 2. temp. 1.*
 Regni trigesimo Synedrium siue concilium Iudæorū e 71. senioribus de domo David constans ex illa familia remouit. *Philo de temporibus.* Senioribus illis omnibus, vno excepto, peremptis. *Talmud.*
 In tanta impietate haberi voluit pius. Quare regni decimo octauo templum Domini a fundamentis intaurauit, ac magnificentius reddidit.
 Extra Salomonis vestibulum nouam contra veterem archetypum ex Ezechielis forma accessionem adiunxit, omnium generum politis stratum lapidibus, marmoreis etiam columnis, spatiosisque porticibus. necno biforibus portis & excelsis pinnis, vsque ad eo sumptuosam, vt totius orbis miraculū videretur. Cuius ambitus versus singula Occidentis. Meridiei, Septentrionis latera cōplectebatur in longitudinem centum quinquaginta cubitos, in latitudinem 100 cubit. Ab Oriente autem 720 cubitis, ad torrentem vsque Cedron extendebatur. Hæc autem accessio dicta est atrium siue aula Gentium. Nam eo ingredi licebat incircumcisus. *Ioseph. R. Abraham. &c.*
 Templo veteri integro manente & ineluso, defossis, quæ superfuerant de templo Salomonis, fundamentis, noua excitauit. & ad illius magnitudinem & dignitatem exterius erexit, gemmatis spatiis inclusit, immensoque ædificandi sumptu per annos octo, anno ante Christi ortum decimo vix absoluit *Egesi. lib. 1. Iose. lib. Ant. 15. cap. 14.* Sacerdotes deinde anno vno & mensibus quinque interiorum cultum addiderunt. *Chron. Hebr.*
 Maria Virgo concipitur. ex Anna & Ioachim secundū promissionem per Angelum vtrique factam. *Epiph. hæres. 78. contra Antidicomarianos. & hæres. 79. contra Collyridianos.* Intra templi septa cum aliis virginibus educanda relinquuntur, vbi Deo dicat & consecrat suam virginitatem. *Nyssen. de Christi natiuitate. Hierony. tom. 4. de ortu Virginis.*
 Pater eius Eli etiam dicebatur, vt Luc. 3. per apocopem a captiuitatis Baby. tempore vsurpatum (Elias in Tisbi) Nam obseruandum eos, qui Ioachim vocabantur, indifferenter quoque Eliachim fuisse, ob significationis ταυτοτητα appellatos. Exemplum præbet rex Ioachim, qui & Eliachim 4. Reg. 23. Et sacerdos libri Iudith. qui cap. 4. Eliachim, cap. autem 15. Ioachim. Atque hæc quidem ad illustrandam Virginis genealogiam, & ab illa Iosephi *Mat. 1. 1.* distinguendam. In qua Iacob est verus Iosephi viri Mariæ pater, cum in illa Lucæ Ioseph dicatur fuisse Eli, *supple.* filius gener.
 Istius 33 anno natus est Christus, nempe post Hirtium & Pansam extremos Consules, an. 42. id est, Augusti Cæsaris, qui iam templum Iani clauserat, & orbem pacarat, quadragesimo primo. *Ireneus lib. 3. cap. 25.*
 Maria anno ætatis decimo quarto Filium Dei concipit, Martij die 25. *August. lib. 4. de Trinit. cap. 5.* Decimo autem quinto, 25 die mensis Decēbris parit, vt in medio lapidicinæ foueæ ostēditur octauo Calēdas Ianuarius, *Oros. l. 7.*

Annus Christi
3

Summa 170.
 Hinc Christus an. 30.
 ARISTOBVLVS.
 Cuius filij tres, Herodes rex Chalchidis.
 Herodes Agrippa *Ios. lib. 19. cap. 21. post Philippū Tetrarcha a C. Caligula factus, deinde rex totius Iudæe a Claudio creatus, quem corroserunt vermes Claudio Imp. Act. 12. Iacobum maiorem interfecit post Christum crucifixum an. 16. Istius filius erat Agrippa Iunior, qui tempore captiuitatis rex Iudæorum dicebatur Act. 24. & 25. filia autem Beronice, de qua in Actis similiter.*
 Herodias vxor Philippi, concubina Antipa. *Mur. 6.*
 ANTIPTAS, qui & Herodes Tetrarcha Galilee. *Luc. 3. Baptistā interfecit, & Christum cōprehensum ioculariter traiecit, anno regni sui vicesimo. Vulpes a Christo dictus, Luc 13. Vna cum Herodiade Lugdunū exulatum missus a Caligula anno 10. post interfectum Ioan. Baptistam. Cui successit Herodes Agrippa, anno 2. eiusdem. C. Caligula quem Iacobum securi percussisse diximus.*
 ARCHELAUS, qui regnavit in Iudæa. *Matth. 3. annis decem. Hoc in exilium Viennā ablegato. Iudæa in formā prouincia redacta est, & adiuncta Syria, eò missis pratoribus, vt Coponico: vt P. itmo &c.*
 PHILIPPVS (Tetrarcha Iudæa & Trachonitidis, *Luca 3.*

HERODIAS matris filij.

Lysaniam aliqui addunt e Luc 3. Abyline tetrarcham.

Annus mundi.
4054

4091

Annus Christi.
3

Qui omnes cum tota posteritate intra centum annos consumpti sunt.

HERODE REGE.

Annus mundi.
4091

cap. 7. Ang. lib. contra Iudæos, Paganos & Ariam. cap. 5. Niceph. lib. 1. cap. 12. Chrysost. in 1. cap. Luc. & hom. de natali Domini. & reliqui Ecclesiastici. Paradoxum est ergo, quod Matth. Beroaldus docere conatur, Non in solstitium hybernū, sed autumnale æquinoctium, i. medium Septembris, natale Domini esse conferendum, lib. 4. Chron. cap. 2. quod inde Aegyptiæ & Græcæ Ecclesiæ suos annos, & Latine suas Indictiones auspicentur. Hæc enim ratio nihil ad istud pertinet. Nam illæ propterea non desinunt Domini natale nobiscum celebrare 8 Calend. Ianuarij, vt ex ipsarum fastis & Calendariis, quæ nuper edidimus, apparet.
 Est æquè Paradoxum aut etiam magis, quod aliqui affirmant Christum natum, Circuncisū, Baptizatum, & Passum Paschæ tempore, non mense Decembri, quod Isaac mense Nisan sit natus, vt figuræ consonet veritas. Nā falsum est Isaac eo mense fuisse natum, aut saltem indemonstrabile.
 Deinde vt hoc demonstraretur veritas & figura nō sibi per omnia perperuo respondent, iuxta illud, Similia claudicant vno pede. Denique constans est hæc Ecclesiarum historia & traditio.
 Quod addunt Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromatum notare quosdam dixisse Christum natum 24 aut 25 Pharmuthi. Pharmuthi autem apud Aegyptios esse nostrum Aprilem, interiicere debuerunt, Hæreticos Basilidianos sectatores. Nam illud est quod Clemens notat, Basilidianorum videlicet aliquos inter noua sua figmenta, istud posuisse contra receptam Piorum & aliorum sententiam.
 Deinceps annos ferè 33 peragit cū filio, & post eius crucem in domo Ioannis, alios implet vndecim, vt cuncti ætatis eius anni sint quinquaginta nouem. *Niceph. lib. 2. cap. 3. ex Euodio Apostolorum successore. Aut. 62. ex Eusebij & Sacerdotum Chronicis, quasi Domino annis quindecim superstes exiterit. Circa annum (inquit) Domini nati, 48 Maria virgo ad Iesum Filium suum in cœlū assumitur, vt quidam sibi fuisse reuelatum scribunt.*
 Obdormisse eam quidem veteres tradiderunt, sed iidē, vt Athan. in Euang. de Deipara, in sepulchro mox resurrexisset, sicque corpore simul & anima in cœlum supra Angelorum ordines assumptam addiderunt. *Michael Syngeles auctor Græcus.*
 Sepulchrum eius ostenditur in Oliueti mōtis pede editiore loco, quàm sit vallis Iosaphat, vna cum Ecclesia circum sepulchrum structa subterranea. *Brocardus an. 1283.*
 Ad eius dormitionem apostoli & discipuli rapti conuenerunt. *Diony. de diuinis nominibus cap. 3. Quindecim annis post Christum passum id factum creditur, qui fuit annus sextus Claudij Cæsaris.*
 Herodis 35 Magi adoraturi Christum e Perside, quæ est in Oriente terræ Israel, venere. *Epiph. hæres. 51. duobus post horrendo morbo interit. Ioseph. Aetatis anno 71. lib. de regibus Israel 2. templi, Sepelitur Herodij, quæ vrbs Hierosolymis aberat iter duum dierum & semis. Ibid.*
 Probabilius illud Ammonij Alexandrini, Magi tertio decimo die (nati Christi, Hierosolimam noua quadam stella duce venientes, regem Iudæorum prædicant natum. in Hermonia. Vnde & Ecclesia eo die Epiphania celebrat. Vt videlicet e Perside venerint, vel alio potius Orientis loco, quo mox, anno regni istius trigesimo tertio, quatuor ante eius interitum
 Stella apparuit Regibus. *Verba D. Cypriani statim initio sermonis*

sermonis de Baptifmo. Nam Magos fuisse Reges & toparchas
vetus est Ecclesie traditio. Tertul. lib. contra Iudæos. & 3.
in Marcionem. Hieron. in Pfal. 71. August. lib. 3. de mirabi-
libus Script. cap. 4. & ad fratres in Eremito serm. 43. Hila-
rius lib. 4. de Trin. Idacius Clarius ad Varimundum Aria-
num. vt Græcos taceam Athanas. q. 2. Variarum quæstio-
num ad Antiochum principem, quas Reuclinus vertit,
alias ab iis quæ in eius tomis vulgo extant. Festum Epi-
phanie diem (inquit) trium regnum appellamus. Canta-
cuzenum Apol. 1. &c.

Nec verò solum reges fuerunt, verum etiam funda-
menta posuerunt amplissimi illius regni Christiani in In-
dia (inde enim venerant ex eius prouincia, quæ Tarsis ap-
pellabatur & hodie Tarstian. *H. 1110.*) quod qui tenuit per
mille ducetos annos Presbyter Ioannes vocabatur, vtra-
que videlicet autoritate Ecclesiastica & sæculari pollēs,
donec sub annum 1200, annis Tartarorum succumberet,
indēque Magni Cham imperium Mahometicum exoriret.
Marcus Venetus in sua peregrinat. Petro Ioannis titulo
ad magnum illum Abyssinorum siue Aethiopum impē-
ratorem Christianum translato. *Orosius in rebus Emma-
nuelis R. Lusitania.*

Nec necesse est, vt magni Reges fuerint, cum Deus sæ-
pius eligat infirmi ora mundi, vt fortiora quæque pudore
afficiat. Reges autem appellabantur omnes more Orien-
tis, qui sceptro & diademate ex dignitate vti poterant, si-
ue suæ essent spontis, siue alterius iuri subessent: & sic à
ducibus distinguebantur, vt Kimhi sæpe notat. Quod ho-
die Tartari, Perlæ, Aethiopes, & reliqui Orientales obser-
uant. Neque enim tam anxij sunt & solliciti in distinguen-
do Rege & principe. Sic Catharina Alexandrina Costis
regis. i. principis erat filia. Sic in Euāgelio cuiusdā Reguli
filium sanat Dominus. Sic in veteri Testamento 30. Reges
terræ Chanaæ, quæ alioqui est perexigua, nec iustū regnū
conficit, vna acie peremit Iosue. Atque hæc cōtra Caluini
Christo visitationem principum inuidens nequitiam.

Quatuordecim innocentium millibus in Bethlehem ab
Herode interfectis, (*in Liturgia Aethiopum & Calendario
Græcorum.*) Virgo fugit in Aegyptum, in locum, vbi hodie
hortus balsamo nobilis, & templum & crypta, in qua la-
ruit ad Memphim siue Cairum. *Ionius.* Aiunt interea san-
ctam Elizabeth cum Ioanne Baptista fugientem trans Ior-
danem in spelunca montis latuisse.

Penes Herodis familiam regnum Iudææ fuit an 103. *R.
Iose.* Intra illud tempus, omnes eius filij & nepotes mise-
rè mortui. *Ioseph. lib. 18. Ant. cap. 7.*

Et si autem Magi decimo tertio die post Christi ortum
venerint, non tamē Herodes statim infanticidium aggres-
sus est, cum Virgo se iuxta legem purificavit, & Christū in
templo representavit die post partū quadragesimo. *Luc. 2.*

Distulit ergo in aliquot dies, vel menses, vel etiam an-
nos duos, vt videntur significare Euangelistæ & Macro-
bius Paganus. *Occidit pueros à bimatu & infra, secundum tem-
pus, quod exquiserat à Magis.*

Primum quia sperabat quotidie Magos ad se reditu-
ros, vt videbantur polliciti. Deinde, quoniam præsentibus
Romanis principibus, vt Cyrino, & Varo, qui in Iudæa e-
rant ad descriptionem perficiendam, tantum scelus mini-
mè audebat aggredi, in quibus etiam fouen dis & prenfan
dis erat occupatus.

Tertio hoc maioris erat momēti, quàm vt impleri statim
posset, siue quia Alexāder & Aristobulus ipsius è Mariāna

Anni
Christi.

3

Anni
mundi.

4091

HERODIS SÆCVLO.

flij

4091

Anni
Christi.

3

Anni
mundi.

4901

HERODIS SÆCVLO.

Concilium Hieros. octauū
de loco in quo Christus na-
sceretur. *Mat. 2. & Ioseph,
lib. 17. cap. 3.*

flij nouas res & occasiones captabant ad capienda arma
pro imperio sibi maiorum ratione debito, & à plebe dela-
to, siue quoniam Augustum metuebant illis fauentem, &
fortasse interpretaturum tantam eadem factam sui causa
vt descriptio pauciora capita complecteretur, sicque mi-
nus colligeret è Iudæa.

Vtut sit non est adortus tantum facinus ante 40 diem
Nam tum contigit Christi præsentatio cum matris purifi-
catione, & Simeonis occurſu, post quæ euasit in Aegy-
ptum.

Sic falsi sunt Herodiani hæretici, qui Herodem Chri-
stum lege promissum esse dicebant, & posteris eius regni
Iudaici perpetuitatem pollicebantur. *Tertul. de præscript.
Epiph. in Panario. Hieron. in Matth.*

Horum autem fit mentio in Baal Aruc. Herodes (in-
quit) rex adduxit Græcos ex deserto, & educavit eos in
loco culto, & fecerunt sectam, vocatique sunt de nomine
ipsius. *הרודיוטא* Herodifiotæ: Quasi hi gente non fuerint
Hebræi, sed Græci. Vt sint fortasse hi, quos Iustinus cum
Tryphone vocat *ἐλληνας* q. Græcanicos.

Herodes moriens reliquit regnum Archelao, & Anti-
pæ Herodi Tetrarchiam. Sed Augustus regni dimidiam
partem tantum Archelao assignauit, alteram dimidiam
Antipæ & Philippo attribuit.

Turrim Antoniam Agrippinam, Phaselium. Herodio-
nem, in quo sepultus fuit. Samariam, olim iam in cineri-
bus iacentem, Sebastæ nomine. Cæsaream Palestinæ, quæ
& turris Stratonis, Antidoniam, & Antipatridam condi-
dit: innumera etiā opera in singulis Syriæ vrbibus, quas
regebat, magnificentissimè ædificauit.

Theudas se prophetam prædicat, cui consentit nume-
rus virorum circiter quadringentorum, qui & tandem oc-
ciscus est. *Act. 5.* Quinquaginta annis, vt minimum,
inferiorem eum facit Iosephus, *lib. 20. Ant. cap. 1.* Sed falsus
est vt in descriptionis lustro, vel duo fuerunt Theudæ, de
quo post.

Augustus templum Iani, pace terra, marique parata,
tertio post urbem conditam clausit. *Dion. Suet. in Au-
gust. cap. 22.*

Prouincias imperij describit anno nati Christi, regni
autem Herodis 33) per capita & familias, pro censu Iu-
dæis viritim binas drachmas singulis annis indixit. Quod
tributum postea illos eisdem Vespasianus vbicunque ter-
rarum tandem degerent, in capitolium inferre iussit. *Iose-
phus: lib. 7. de bello in Vespasiani triumpho, & Bud. de Ass. lib. 5.*

Est fortasse illud didragma exactum. *Mat. 7.*
Qua occasione Iudas Galilæus, cætera Pharisæus, auer-
tit populū, *Act. 5. Ios. lib. 18. Ant. c. 1. & 8.* Nisi quòd Iose-
phus eum sub Archelao ponit, de quo mox.

Ab eo deinceps secta Galilæorum quæ & Zelotarum,
& Sicariorum, Romanos semotim reptos trucidantium
Ioseph. de bello.

Hanc descriptionem repetiuit Augustus Archelao exa-
cto post an. 14. *Ios. lib. 8. Ant. c.* Nam vel falsus est Iosephus
annis 14, dum Cyrini descriptionem non sub Herode, sed
sub Archelao locat, vel præterita prima descriptione Se-
cundam duntaxat memorauit, quòd in ea tributum exi-
gi cœperit.

Anno vrbis 752 cunctis gentibus ad pacem composi-
tis (Nam etiam Parthi, Inde, Scythæ, Armenij legatos de
pace miserant) Iani portas tertio ipse clausit, quas æuo
per 12 ferè annos quietissimo semper obseruatas, otio etiā

4901

3

ipfa rubigo signauit, nec prius vnquam nisi extrema se-
nectute ipsius, Atheniensium seditione, & Dacorum
commotione patuerunt. Eoque anno (id est. 752 vrbis) na-
tus est Christus pacis auctor, &c. *Oros. lib. 6. cap. vlt. e Sueton. & Tacito.*

Nicolaus Damascenus historiam Phoenicum scribit. In
Herodis gratiam precio veluti conductus sacra historiae
multis mendacijs temeravit.

I PATRIS testamento regnum Iudææ consequitur. He-
rodes autem Antipas annis 34 Tetrarchiam Galileæ, Phi-
lippus Gaulonitidem, Trachonitidem, Bathaneam & Pa-
niada, (quam Cæsaream Philippi appellauit.) Tetrarchiæ
etiam iure, quibus Ituream Augustus postea adiecit, Ly-
sania Abylinam (Luc. 3.) sub Libano.

Nam Lysanias quoque Herodis filius rectius è libro
20. Antiq. Iosephi c. 8. quam Ptolomæi Mennæi. qui obri-
nebat principatum Calcædis, sub Libano apud eundem
lib. 8. Ant. c. 8. & lib. 1. Belli, c. 11. & 15. Nam iste Ptolomæus
viuebat ante Herodis Magni regnum.

Archelaüs rex Eleazarum pontificem fecit, qui ei
deinde successores more à patre instituto Sacerdotium,
dedit.

Sub Christi quatuordecimum, nempe regni sui deci-
mo Romæ accusatus fuit. apud Augustum tyrannidis &
crudelitatis, quòd tria millia Iudæorum, qui in templum
confugerant, in Paschate trucidasset, summumque sacer-
dotium traderet & eriperet quibus veller. Quare tractus
Viennam Galliæ, bonis publicatis, causam dedit, vt re-
gnum Iudææ desineret, ac prouinciæ Syriæ adiungeretur,
ex eo factis partim præfecturis partim, toparchiis. *Ioseph.
lib. 17. Ant. cap. vlt. & lib. 18. cap. 1.*

Sic Augustus Iudæam iterum prouinciam facit, & Iu-
risdictioni Syriæ attribuit, procuratore C. Coponio ei ad
ius dicendum imposito.

Pontificatum verò Iudæis, sed ad tempus, permittit.
Duobus post annis moritur, cum ferè imperasset an.
56, vel iuxta Ios. 18 Ant. cap. 57. menses 6. dies 2.

Anna filia Phauel Prophetissa, & Simeon egressi an.
100. reliquæ erant sanctorum, qui Machabæorum tempo-
ra attigerant.

Zacharias Baptistæ parens, sacerdos & propheta.
Ioannes Christi Baptista & præcursor, qui R. Iohanan
sacerdos magnus appellatur *in Chron. Hebr. de rebus re-
gum Israel 2 templi.*

Iohanan filius Zacchæi Hillelis discipulus, qui 120 an-
nos vixit & excidio Romano interfuit. *Cozri.*

Christus puer. cum ageret annum duodecimum, cum
Ioseph & Virgine è Galilæa Hierosolymam ad festum
Paschatis progressus, in templo cum sapientibus de lege
Dei subtiliter disputat. *Luc. 2.*

Neque posthac vsque ad annum trigesimum vlla il-
lius mentio in Euangeliis celebratur.

Archelaüs scelerum conuictus, Viennam in exilium re-
legatur, ipsius tetrarchia in prouinciam redacta, & fratri-
bus in suis Tetrarchiis manentibus. quorum Philippus
Cæsaream Herodes Tyberiadem iuxta fontes Iordanis
vt gratiam Cæsaris inirent, ædificant.

Philippus Tetrarcha Paneadem auxit, & Cæsaream
Philippi appellauit, ad radices Libani montis, vbi Iorda-
nis fluuius exoritur.

Ann.
Christi.

3
Ios. lib.
17. Ant.
c. 10.
13

13

II
I ARCHELAVS, AN. 10.

Pontificibus Eleazaro, Iesu
filio See.

Preside siue proconsule Sy-
ria Cyrino, vel Quirino.

Augusto Cæsare.

Ann.
mundi.

4101

4101

Ann.
Christi.

13
Ios. Ant.
lib. 18. c. 3.

14
Ibid.

Ibid.


15

15
Ibid.

26

26

Ann.
mundi.



Pratores Romani Iudææ
Præsides post Ar-
chelaum.

I
a COPONIVS AN. I.

Iesu pontifice.

Augusto Cæsare.

2
b M. AMBIVIVS AN. I.

Eodem Pontifice.

Augusto Cæsare.

3
c ANNIVS RVFFVS AN. I.

Eodem Iesu Pontifice.

Aug. Cæs. qui eo anno mor-
tuus est.

4
d VALERIVS GRA-
TVS à Cæsare Tyberio
missus AN. II.

Pontificibus Anna, Ismaële
Eleazaro, Anna filio, Simeo-
ne Camithi.

a **P**ROCVRATOR primus Iudææ ab Au-
gusto missus.

Eo anno rediens Cyrinus præfectus
Syriæ cum Coponio duce totius eque-
stris ordinis & rectore Iudææ reperit des-
criptionem, & censum didragmatis exigit, vt solebat in
Syria, cui Palestina iam annexa erat. *Ioseph. Antiq. libr.
18. cap. 1.*

Nam Augustus iterum misit per prouincias, qui æ-
dium ciuitatumque numerum describerent, anno sui im-
perij penultimo. *Dion. lib. 55.*

Hinc Iudas Galilæus, cætera Pharisæus, arripuit occa-
sionem persuadendi Iudæis, ne se recenseri paterentur,
tuendam esse libertatem, neque cuiquam mortalium esse
cõcedendum, vt se principem aut dominum appellaret.
Hoc enim soli Deo tribuendum. *Act. 5. Ioseph. lib. 18. Ant.
c. 5. & 7 de bello cap. 28.* Conditor Sicariorum & Zelota-
rum, qui gladio & sica tuebantur hanc sententiam & re-
pugnantes mactabant. *lib. 7. de bello cap. 30.* Nec vllis sup-
plicijs reuocabantur ab ea opinione. *Ibid. cap. 37.* adeò vt &
pueri illa sententia imbuti, pertinaci tormentorum pa-
tientia spectatores percellerent. *Ibid.*

Sed iam docuimus hunc esse in Herodis Magni Iustra
conferendum.

Philistion mimographus.

M. Portius Cato duplicis quartanæ tædio semetipsum
interemit.

b E T hic in procuratorem Iudææ ab Augusto, mittitur,
sic & sequens.

Iudas alius à superiore filius Ezechia Sicariorum dux,
denique pastor quidam Athrongos auertit populum post
se docens tuendam libertatem. *Ios. lib. 20. c. 2. & 6.*

c AVGVSTVS AN. 56 imperij mense 6. completo an. 15.
Christi moritur.

Tyberium generum testamento instituit, qui sequenti
anno, qui fuit Christi decimus sextus. M. Valerium Gra-
tum procuratorem Iudææ dedit.

d HOC sæculo cum pontificatus non esset perpetuus,
sed annuus, atque arbitrio Cæsaris & prætorum deferretur,
Exedra constructa fuit in templo, in quam sese reci-
piebant summi pontifices, postquam suo pontificatu fuis-
sent defuncti. *In tract. Iomæ cap. 1.*

Gratus palam vendebat sacerdotij primatum, disce-
dens Caiapham pontificem constituit an. Christi 26.

Quadraginta annis ante bellum Iudaicum, Sanedrini.
70 iudices de consistorio Gazith (locus erat Hierosolymis
vbi capitales causæ disceptabantur) à Romanis sublatis
sunt, vniuersa Iudæorum potestate ad Romanos præto-
res translata. *In Aboda Zara cap. 1.*

Mathematici Magique ex Italia lege pelluntur. *Tacit.
Thia insula enascitur, Plin. lib. 2. cap. 87.*

Cappadocia in prouinciam redigitur.
Cum Germanis bellum multorum annorum: de quo
Tacitus: de iis Germanicus triumphat.

Germanicus Zenonem Armeniis regem dat. Cum Ar-
tabano & Parthis fœdus pangit.

Decius Tactarinam Numidarum regem ad Pagidam
vincit. *Tacitus.* P. Dolobella post 4. annos occidit. *Idem.*

Histriones Italia pelluntur. *Oros. lib. 7. cap. 4.*
 e PROCVRATOR Iudæa à Tyberio missus, anno Christi 26
 Eius tertio, id est, decimo quinto Tyberij, quem iniisse dicitur 14. Calend. Seprembris Silano & Nerua Coss. cum annum Christus ageret 29. Ioannes Baptista penitentiam prædicare, & ad Iordanem profectus, baptizare cœpit. *Luc. 3.*
 Sequenti verò Christus, cum iam inciperet trigessimum id est, cum vigesimum nonum & tredecim dies trigessimi transisset 8 Idus Ianuarias, venit ad Iordanem, & à Ioanne baptizatus est *ibid.* Nempe mensibus quatuor & diebus nouemdecim post Ioannis manifestationem.
 Inde (id est, post Baptismum) plenus Spiritu Sancto regressus est à Iordane, & actus est à Spiritu in desertum diebus 40. *Matth. 4. Luc. 4. Marc. 1.* Vbi obseruandum Quod dragessimam eodem tempore fuisse à Christo peractam quo Christi Ecclesia eius æmulatione obseruat, nempe paulò ante vernum tempus.
 Reliquum anni transiit magis in exhibenda sui notitia quam prædicando Euangelio.
 Ita vix ingressus trigessimum primum prædicare cœpit anno 16 Tyberij Cæs. Pilati quinto in biennium integrum & aliquot menses. Nam dicitur passus 25 die Martij, quinto verò Maij ascendisse in Cœlum, & decimo quinto effudisse Spiritum Sanctum, anno 8 eiusdem Tyber. *Augustin. lib. 4. de Trinit. cap. 5.* Antea velut otiosus vixit communi vita, declarans se verum esse hominem, aliis prorsus similem. *Theodo. lib. 2. Polymorphi e dogmatica orat. Chrysost.* Fabrilis opera dum esset in humanis, vt aratra, vt iuga faciebat, ex his & iustitiæ signa docens & vitam negotiosam (Illic enim lego ἐνεργῆν non ἀσπῆν otiosam) *Iustin. Martyr in Trypho.* Hinc Nazareni Christum τὸν τοῦ τεχνίτου fabrum appellant. *Marc. 6.* fortasse, quia artem fabrilem exercebat. *Lycranus.* Vt vitam operariam & actuosam commendaret, otijum verò taxaret.
 Anno ergo trigesimo ineunte, nihil concionatus, sed tantum baptizatus est, ieiunauit, sacrorum locorum & conuentuum frequentationi incubuit, testimoniis multis Ioannis illustratus est, sui notitiam exhibuit, & societatem primis discipulis vt Andræ, Petro, Philippo, Nathanaëli. Sic enim illum annum transiit, *Mat. 3. & 4. Marc. 1. Luc. 3. Ioan. 1.*
 Inde 31 ineunte 8 Idus Ianuarias ad nuptias Canam Galilææ adiit. Inde Hierosolymam ad Pascha, vbi flagris è templo profanos desiecit. Deinde in Iudæa morans baptizauit per discipulos, Ioanne nondum misso in carcerem. Nam adhuc ille baptizabat in Enon iuxta Salim. *Ioan. 3. & 4.* E qua digressus per Samariam transit, Samaritana conuersa in Galilæa reuersus filium reguli sanat, & sic secundum signum in Galilæa fecit. *Ioan. 4.* Imminente autem Pentecoste redit Hierosolymam vsque ad Tabernaculorum festum *cap. 7.* Et cætera perficit partim in Iudæa, partim in Galilæa vsque ad caput 11. Nã & interfuit mense Nouembri Encæniis Machabeorù. *Ioan. 10.*
 Anno post hæc 31 inchoante ibidem Paschatis (secundi) tempus traducit. Et quia seniores populi sæpe consilium de illius nece habuissent Hierosolyma ferè abstinet, & per Galilæam & trans Iordanem concionatur. Deinde relicta ciuitate Nazareth, cum audisset Ioannem carceri traditum, habitauit in Capharnahum in finibus Zabulon & Nephtalim. Sic ferè annum illum transiens. Atque hic incipiunt Euangelistæ tres Matthæus c. 4, Marcus 1. Lucas 4. Nam non nisi ptopriè res Christi vnus anni describunt.

Anni Christi. 26
 36
 Anno

5
 e PONTIVS PILA-
 TVS, AN. IO.
 4114
 Qui anno sexto Christum crucifixit.
 Pontificibus Anna & Cai-
 pha.
 Tyberio Cesare.
 PILATI PRÆFECTVRA
 4124

Anni Christi. 26
 36
 4124
 4124
 P
 I
 L
 A
 T
 I
 P
 R
 Æ
 F
 E
 C
 T
 V
 R
 A.

Anno denique 33 & ultimo ætatis ineunte licet Principum animos haberet cognitos, Hierosolymam ad Pascha tertium (ex instituto contendit, atque honorificè à plebe obuiam corrente receptus, ad sui persecutionem eos conuertit. Vnde secuta est Mors, Resurrectio, Ascensio. & Mar. 20 ad finem vsque, Ioan. 11 & seqq. Quod tempus fuit mensium circiter quatuor.
 Communis tamen sententia veteris Ecclesiæ est potior, Christum à baptismo ad crucem prædicasse tres annos & semis consule *Euseb. lib. 1. hist. ca. 10. & lib. 8 de Præpar. cap. 2. Nicep. lib. 1. ca. 29. Orig. lib. 2. in Iob. Bedam lib. de natura rerum cap. 47.* Nempe vt trigessimus ætatis ipsius annus primus sit ministerij ipsius: Trigessimus primus sit secundus, trigessimus secundus dicatur tertius: deinde sequantur aliquot menses ad perficiendum dimidium annum dimidiæ vltimæ hebdomadis Danielis. Vt sit, constat ipsum orsum esse manifestationem sui Tiberij 15. anno. *Luc. 3.* decimo autem octauo pro nobis mortuum. Nempe quoniam D. Ioannes ita tempora prædicationis ipsius distinxerit, vt videatur per tria paschata, & paulò diutius prædicasse à baptismo scilicet ad crucem. *Ioan. 2. 5. 6. 13. Orig. lib. 2. in Iob.*
 Primum enim Pascha, Ioan. 2. quando primum eiecit profanos è templo, id est, Pascha anni trigessimi Christi.
 Secundum Ioannis, sexto, quando multiplicationis Panum & Piscium miraculum edidit, indeque Eucharistiam promisit, id est, Pascha anni trigessimi secundi.
 Tertium & vltimum Ioannis 11, 12, 13, & deinceps, quando post suscitatum Lazarum quæsitus est ad necem. Id est, Pascha anni trigessimi tertij.
 Cuius Paschatis duntaxat mentio à tribus prioribus Euangelistis mentio celebrata est, vt qui vnici ferè anni, in quo passus est, post carcerem Baptistæ, historiam texant, cum Ioannes Euang. prætermisso magna ex parte anno illo, cuius acta à tribus exposita fuerant. Superioris temporis, antequam Baptista in carcerem clauderetur, gesta narrarit. *Hieron. in Catalogo.*
 Summa quæstionis in eo hæret, Christusne primo illo anno qui erat decimus quintus Tyberij & trigessimus ipsius prædicauerit, an potius Baptismo contentus ieiunio, testimoniis Ioannis, studio pietatis, & manifestatione, sui, à concionandi munere abstinuerit, seq̄ue ad illud duntaxat sequenti anno subeundum præparauerit. Constant enim cætera.
 Quare temeraria est, nouationisq; plena Gerardi Mercatoris assertio Christum quatuor annos prædicasse & menses aliquot, per quinque paschata. Nam aduersatur contextui & filo Euangeliorum tria paschata duntaxat memorantium. Primum, vt docui, Ioan. 2. secundum 6, 3, & vltimum 11. & sequentibus capp. Deinde constantes Ecclesiæ & patrum traditiones atque historias labefactat. Sed & vanissima ratione fulcitur, quod videlicet Marcellinus notet Valentinianum Imp. inchoasse imperium postridie diei intercalaris. Vnde (inquit) constat initium eius, nec sursum nec deorsum moueri posse, prima intercalatione in anno quarti consulatus Cæsaris fixa. Nam sic eluditur. Primum Marcellinus in sua illa temporis designatione errare potuit. Secundò, est incertum, an illa intercalatio illo quarto anno Cæsaris fixa sit, & non potius tertio, vt communis fert sententia. Tertio, illa intercalatio Cæsariana correctæ est ab Augusto apud Macrobi. *Satur. lib. 1. cap. 14.* & fortasse etiam ab aliis siue Imp. siue

pontificibus, siue mathematicis, præsertim Alexandrinis, quibus cura ista solebat demandari, ut constat ex historijs Eccl. Quarto, ut annus addi debeat communi calculo, à Iulio Cæsare ad Valentinianum, quemadmodum iste contendit, cur obsecro, Christi vitæ potius ille additur, quam Iulij vel Augusti, vel Alterius. An quia veriores & certiores sunt profanæ historiæ quàm ecclesiasticæ?

Ignorantia consulatus, quo natus est Dominus, vel quo passus, nonnullos coëgit errare, ut putarint 46 annorum ætate passum esse Dominum, *Aug. lib. 2. de doctr. Christ. perstringens. Tertul. Ireneum, & qui postea vixit. Cassiodorum.*

Patitur autem Christus anno vrbis 784, Olymp. 202 desinente, mundi. 4121 mense Nisan, die Veneris, festo ipso Paschæ, Luna Soli opposita, siue decima quinta Luna. i. die decimo quinto Martij, si modo Nisan Martio exactè respondebat.

Alioquin quia mensis est lunaris ferè cadens in Martium, & Aprilem communis sententia est passum 25 Martij. Siquidem ut mensis apud veteres constanter sit definitus, at non satis mortis ille dies, Nam Theophilus Cæsariensis epistola aduersus Quartodecimanos, Apostolorum vicinus eum contigisse scribit 11 Calen. Aprilis. i. 22. Martij Epiph. 14. Cal. April. i. decimo nono Martij. Beda 10 Cal. April. i. Martij vigesimo tertio. Nicetas & Ecclesiæ Orientales 10 Cal. Apr. i. 23 Martij Lactantius, 9 Cal. April. siue 24 Martij. Ter. lib. 1. cõtra Iud. Chryf. Ser. de Ioan. Baptista. Aug. lib. 8. de Ciuit. cap. vlt. & lib. 4. de Trinit. cap. 5. Cyrillus epist. ad Synodum Carthag. 8. Calend. April. siue 25 Martij, qui tunc in decimam quintam Lunam primi mensis Hebræorum incidebat, quam certiore esse sententiam diximus, etsi Paulus Forofempronienfis 3. Calend. April. i. 10 Martij malit, Prætereo eos, qui ut refert Aug. Nonis Martij. i. septimo.

Sed ab ea longius recentiores nescio qua temeritate cedunt, mensẽ Martiũ, quo constanter veteres affirmant passum ac mortuum Dominum, in Aprilem commutantes.

Nonnulli quidem, ut Mercator in 4 Non. Apr. i. secundum diem anni quarti 202 Olympiadis, Alij ut Lucidus Samotheus & Rogerus Daccho in 3 Non. siue 3. Aprilis eiusdem Olympiadis. Alij ut Ioan. de Monte Regio in 11 eiusdem Apr. Hijs omnes, quod alibi se non reperire dicant Plenilunium illius temporis, reuolutis cœlorum gyris pro suo capite.

Sed his respondeo. Plenilunium quidem iuxta ipsorum calculos, non potuisse tum incidere in 25 Martij, siue per aureum numerum Fastorum Romanorum, siue per Cyclum Cæsaris. (Quantquam non est dubium, quin delirant, alioqui inter se conuenirent) at potuit per Hebræorum Calendaria, quæ istorum tabulas non sequuntur.

Præterea per Nouilunium intelligi potest Luna duobus aut tribus diebus post apparitura. Nam sic Hebræi nonnunquam suas notant Neomenias, ut Lunæ cursus commodius cum Solis motu comparetur.

Denique Fasti Romani poterunt esse falsi. Quorsum enim sæpius correcti sunt? Eadem ratio de Tabulis istorum Astronomicis. Quorsum enim aliæ apud alios vsque ad eò discrepant, ut & ipsi diuersum diem & mensẽ colligant.

Agnus Paschalem edit diei Iouis vespera, qua decimus quartus Nisã terminari, & decimus quintus incipere iuxta legem debebat. Ita Romano more, pridie quàm pateretur Cœnam instituit, die, scilicet Iouis. Hebræo autẽ, ipsa nocte qua tradebatur, siue ipso die, quo passus est, nẽpe die Veneris, qui ab ea vespera, Iudaico ritu, inchoabat.

Anni
Christi.

26

36

Anni
mundi.

4114

4124

PILATI PRÆFECTVRA

Agnus

Anni
Christi.

26

36

Anni
mundi.

4114

4124

PILATI PRÆFECTVRA

Agnus debuit immolari decima quarta luna id est, verbi gratia, die Iouis inter duas vesperas, vesperam scilicet Iouis obeuntis, & vesperam Veneris ineuntis. Nam à vespera & nocte diem naturalem Hebræi incipiunt.

Comedi autem decima quinta. i. mox post illam vesperinam immolationem, die Iouis cadente, & nocte Veneris ineunte.

Quia tamen nostri vesperam, in qua vetus Pascha mandatum & nouum institutum est, partem faciunt diei Iouis non Veneris, sic dicendum.

Si Dominus decima tertia primi mensis cœnauit, passus est decima quarta, ut Græci sentiunt. Si vero cœnauit decima quarta, ut nos, passus est decima quinta. Cũ iuxta Hebræos cœnauit & passus sit eadem die, id est, decima quinta,

Nam Græci recentiores errant perspicuè. dum diem Iouis putant fuisse decimam tertiam lunam, quadam conuiuij Paschalis anticipatione, ut non in die Paschæ, sed potius ante eum ipsum diem cœnam Christus fecerit. Impingunt enim illud trium, Matt. 26, Mar. 14, Luc. 22. *Prima autem die Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi Pascha?* quo loco addit Lucas, *quando necesse erat immolari Pascha.*

Interim quocunque die comederetur pascha, absque Azymis comedi non poterat, Exod. 12, Deut. 16. In quo etiam ipsi falluntur.

In cœnaculo autem magno, ἐσθωμένω, Stromatibus ornato Luc. 22. veste profana, ut hæretici putant, neque veterem cœnam celebravit, neque nouam instituit, sed ritu Iudæorum, apud quos pater familias (*Baal. Habbaiib*) vel qui solennitati præest perficiens ea, quæ in templo ritè inchoata sunt, (Inde enim agnum, prius sacrificatum à sacerdotibus, accipiebant, & in locum sacro conuiuii destinatum cum ceremoniis & ritibus certis exportabant) primo se zona præcingit ad id parata & dedicata, calceos certos induit, baculum tanquam pedum pastorale manu tenet, Exod. 12. Deinde frontem coronamento quodam circũuoluit Exod. 13. quod Moses *Totaphoi* appellat, Euangelista *Phylacterium* (capitis) Noster interpres appensus quid supra oculos, Recentiores Frontale, ut apud Paganos flamines q. filamines, Iudæi hodie *Thephillath Sel Kes*, q. oratorium capitis, quod eo Iudæi in precibus & orationibus quotidie vtantur miro artificio. Tertio Manipulum in brachio sinistro. Erit, inquit ibid. Moses quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos, eo quod eduxit vos de terra Aegypti. In Euangelio Phylacterium (brachij,) Iudæi hodie *Tephilat Sel Iad* (oratorium manus.)

Quarto tunicam siue vestem quadrangulam, manicarum expertem, quæ reliquis omnibus indumentis superimposita è quatuor angulis siue extremitatibus emittit fila retorra siue simbrias, Num. 15, vbi hoc vestis genus in precibus & solennitatibus imperatur. Moses *Tjisti* appellat, Iudæi hodie *Talith* q. inuolucrum siue indusum, nõ admodum differens ab Ephod lineo, quo aliquando Dauid usus est. Et *Arba Canphoth* q. quatuor anguli siue extremitates, Vide Eliam in *Tisbi*, & librum *Arba Turim* tractat. *Orech Chasm* c. 11. Nam eum his sacris ornamentis celebrabatur nõ tantum cœna paschalis, sed & Aphicomim siue מצפ. i. cœnula Hebræorum, quã idem pater familias vel conuiuij princeps tenebatur perficere cum precationibus, benedictionibus & ceremoniis expressis à Fagio, Deut. 8. & Cassandro in Liturg.

cis c.1. Eos enim ritus Christū in sua cœna, præsertim vt à D. Luca describitur. obseruasse docet, vel potius illam cœnulam in suam commutasse iisdem penè ritibus & forma.

Lingua Hebræa, nō vulgari Syriaca cōsecraste, suamq; cœnam celebraſſe videtur, quia Syriacā nondū sibi suisque mysteriis cōsecrauerat. Item quoniam tota actio Paschalis solennitatis, lingua purè sancta peragebatur. (quam habes apud Fagium, Deut. 8.) vt & reliqua Iudæorum sacra.

Linguam deinde Hebraicam, id est, Chaldaicam siue Syriacam, qua tum Hebræi loquebantur, Græcam & Latinam Crucis titulo dedicauit, Hiero. in Nepotiani Epit. Ex quo deinceps quatuor has linguas Ecclesia ad sua mysteria & sacra tranſtulit. Hebræam, quæ iam antiquitus sancta erat apud Nazaræos, aliosque Hebræos, Indos, & plerisque Orientis populos. Syriacam, apud Syros, Maronitas, Mesopotamios, Assyrios, Nestorianos in Perside, Armenios, (nisi quod eorum plerique iam lingua sua Armenica celebrat qui proinde à Græcis male audiunt) Arabas, Aegyptios, (qui tamen olim Græcè id faciebant) Iacobitas siue Nubianos, Abyſſinos (nam lingua Tangica, qua eorum Liturgia scripta est. non eorum est vulgaris, sed Chaldaicæ veteris dialectus) & reliquos Asiæ maioris ac Africæ prope Aegyptum populos. Græcam apud Græcos, Insulanos maris Mediterranei ad vsque Siciliam, Cilicas, Pamphylios, Lycios, cæterosque minoris Asiæ, Georgianos, Colchos, Moscouitas & alios Asiaticos Septentrionales, Antiochenos, &c. Latinā in his orbis Occidentalis regionibus & Moxarabea, i. Occidua Africa, in qua se Christianis Arabes siue Saraceni infuderunt. Hinc Hiero. in Epitaphio Paulæ. ad sepulturā Paulæ peregrini, qui ex cunctis linguis cōuenerant. Hebræo dūtaxat, Græco, Latino, Syroque sermone, Psalms triduo personarūt, quousque in Specum Domini conderetur. Hæc contra Calvinolatras, qui linguis aliis, barbaris & profanis barbariem in sacra solennia inducere. Sanctorum per totum orbem cōmunionem, quatuor his linguis comprehensam dissoluere, & titulum Crucis corrumpere conantur, quamuis scriptū sit in libris Psalmorum, Ne corrupas tituli inscriptionem (Psal. 56. &c.) Nicolaus Pap. ad Michaëlem Imper.

Qui putant Iudæos iuxta constitutiones Rabbinicas, diem decimum quartum Nisan, i. diem Iouis, in diem decimum quintum i. Veneris tranſtulisse, & Pascha in Sabbathum, quasi Christus crucifixus non sit ipso Paschæ festo, sed per uigilio, errant. Nam Iudæi perpetuo fuerunt tenaces cūm omnium. tum illius Moſaicæ legis Exod. 12. vers. 6, 18. Leuit. 23. vers. 5. Num. 9. vers. 2, 3.

Imponunt autē impudenter Rabbinis Paulus Brugenſis & Mūsterus in Calēdario. & in 26. Mar. quādo eos fingunt docere Pascha esse transferendū in Sabbathum, si in diem Veneris labitur, ne duo festa coniungantur, tumque Pascha esse immolandum 15 luna, nō 14. Nam Abben Ezra in 23. c. Lenitici nominatim docet maiores suos numquā tranſtulisse Pascha, quādo occurebat 14. i. feriis 2, 4, 6, siue diebus Lunæ. Mercurij, Veneris. Itaque & Christus & Iudæi pariter vero die celebrarunt pascha. Nempe sub finem diei Iouis, inchoante die Veneris, quo quidem passus est Dominus, tanquam vero & solenni Paschæ festo.

Nec eis fauet, quōd dies ille Veneris Ioan. 19. Parascœue nominatur, & expressius in quibusdā exemplaribus, sed corruptis opinor, Parascœue Paschæ. Nam illis erat sciendum, quemlibet diē Veneris ab Hebræis nominari Parascœuen, siue vt loquuntur ערב Etub, quōd illo præparent, quæ-

Anni Christi.

26

Anni mundi.

4114

PILATI PRÆFECTVRA.

4131

36

4124

Anni Christi.

36

Anni mundi.

4124

PILATI PRÆFECTVRA.



Sequuntur principes à Christo passo ad captiuitatem, quandiu sepulta Synagoga.

36

Ios. Ant. lib. 18. c. 6

39

VITELLIVS præfes Syriæ & Iudææ an. 3.

4124

4127

cumque sunt necessaria die Sabbati ad vescendum sedendum, aliquid aliud faciendum. Ita dies ille erat Parascœue, nō quidem consecuturi Paschatis, sed Sabbathi, vel si probas illā alterā sectionem, erat Parascœue Paschæ, i. dies Veneris Paschæ. Sumitur enim hic relatum pro absoluto.

Phlegon Adriani Cæsaris libertus lib. 1; Chronogra. Eclypsis factæ, dum Dominus de cruce penderet, meminit ad 103 Olympiadem.

Dionysius Areopagita, tum agens annum ferè 25 in Aegypto philosophatur. vixit an. 90 ad vsque Domitiani tempora.

Apollonius Sophista & Astrologus Areopagitæ amicus, Heliopoli Aegypti, quæ hodie Damiatra.

Christo paulò ante mortuo, Pilatus noctu imagines Cæsaris in templo statuit. Quod primæ seditionis & turbarum Iudææ seminarium fuit, vt qui pacis principem de medio sustulerant, in dissensionis & belli præsidis Satanæ inciderent potestatem.

Acta Apostolorum Lucæ exordiantur à die, quo Christus ascendit in cælum vsque ad Neronis annum tertium quo Paulus sub militari custodia Romam ductus est, id est, à Christi, 33 ad 58 qui numerus est annorū viginti sex.

Anno secundo à morte Christi, id est, vigesimo Tyberij, Pilatus sacrum thesaurum, quem Corbonam vocabant in Hierosolymorum aquæ ductum expendens, secundæ seditionis præbuit semina.

Eodem Paulus conuertitur

Moriuntur Philippus Tetrarcha Ituræ & Traconitidis regionis frater Herodis Antipæ Tetrarchæ, & Lyſanias Abilinæ Tetrarcha Prolomæi Mennei filius, qui & obtinuerat principatum Calcidis, sub Libano, i. Abilinæ. Ioseph. de bello cap. 11.

Quare Herodes Agrippa Herodiadis frater, ad alterā istarum Tetrarchiarum aspirans, Romam ad Tyberium venit. Sed frustra. In patriam rediens, in turri se inclusit, vt illic se ære alieno obstrictum fame necaret. Hoc cognito Herodes Antipas Herodiadis pellicis fauore, ei necessaria subministravit.

Deinde Romam rediit, & à Caio Caligula vtramque Tetrarchiam est consecutus accepto Regis titulo, Ant. 12.

Ingratus postea, Antipam apud Caium accusauit, & eius Tetrarchiam obtinuit, vt sic tribus potiretur.

Armeniam à Parthis occupari, Mesiam à Dacis & Sarmatis, Gallias à Germanis vastari Tyberius negligit. Suet.

Apitius helluonum prodigiosissimus, de quo Suidas. Nouellius Mediolanensis tres vini congios vno hauſtu sine respiratione ebibebat.



ANNIS quatuor post Dominum crucifixum, Vitellius Iosippū Caipham deponit, & Ionathan Annæ filiū substituit. Ioseph. lib. 18. Ant. cap. 6.

A quo Caipha ad captiuitatem vsque pontifices fuere vndecim.

Pilatum ad Tyberium vt se de multis criminibus purgaret, eodem tempore tranſmisit, qui non multo post, C. Caligula Imperatore, ærumnis succubens, se tua manu peremit. Enſeb. lib. 2. histor. cap. 7. Oros. lib. 7. cap. 3. E Gentilium

scriptis paulo aliter Soidas in Nerone. Successorem Pilati à Tyberio missum his annis tribus, quos Vitellio Syriæ præfidi assignamus, aliqui Marcellum faciunt.

Christi 38, Tyberio Imperatori Caius successit. Qui statim Agrippam Herodem Aristobuli filium Herodis magni nepotem regem appellauit, atque ei Terrarchias Philippi & Lyfaniæ concessit annis 4.

Anno vero 41 Herode Terrarcha Lugdunum relegato, Galileam quoque adiecit.

De Gamaliele multa hinc Hebræi narrant, Eum contra hæreticos (nos Christianos intelligunt condidisse benedictionem, quæ in solennibus precationibus recitaretur, cum aliis octodecim iam à temporibus Ezræ vsurpatis. in Talmud cap. Tephilla: b. H. Assabar. Hanc hodie in suis Synagogis canunt, ter nobis sub Nazazarorum nomine imprecantes. Addunt eum peruenisse ad captiuitatis tempus, & in suo Iudaismo sensuisse. Vitam à Tito obrinuisse precibus R. Iohanan Ben Zachai, cuius magna esset apud ipsum authoritas, Iosippus. Sed mentiuntur. Nam Christianum fuisse Clemens in recog. testis est oculatus. Samaria, Phœnicia, Syria Euangelium recipiunt.

Barnabas primus Romæ Christi fidem prædicauit, viuo adhuc Tyberio, & paulò post in Iudæam rediit. Clemens lib. 1. historiarum, & Dositheus in Synopsi.

Clemens Romanus ab eo commotus, & desiderio fidei accensus, paucis diebus ad res suas componendas sumptis, breui post eius discessum in Iudæam nauigauit, & à Barnaba Cæsareæ reperto, ad Petrû ductus, & ab eo plenè conuersus, factus est comes peregrinationum illius. Multa scripsit, inter cætera libros historiarum. Sic enim vocat Beda libro de Temporibus c. 3. quos de actis & disputationibus Petri cum Simone Mago scripsit, & Rufinus in Latinum conuertit.

Hinc deinceps vsque ad Neronem qui anno Christi 55, id est, vigesimo tertio Claudio Imper. successit, Apostoli & Discipuli toto terrarum orbe dispersi. Christianorum nomen latè in omnes Prouincias propagarunt.

Candace regina Æthiopum, Phraartes Parthorum, Iuba Maurorum quondam regis F. doctissimus, Abagarus Mesopotamiæ, Bardesanes Babyloniæ reges.

PETRONIVS Iudææ præfectus Caij imaginem inferre in templum tetauit, non sine multorum Iudæorum renitentium tumultu. Quare irritatus Caius Caligula, vi Iouis idolum inferre decreuit in Templi aditu, nõ suscepta Philonis legatione. Ioseph. lib. 18. Antiq. cap. 11.

Quod etiam ausus est Adrianus Imperator. Vbi quondam (inquit Hieronymus in 2. Esaiæ) erat templum & religio Dei, ibi Adriani statua, & Iouis idolum collocatum est, Quæ sanè implebant vaticinationem Danielis, qui scripserat, in propinquo fore ruinam Iudæorum, cum in loco sancto posita esset desolationis abominatio. Sic enim Hebræi idola & impios cultus nominant.

Ab eo ergo tempore cuncta Iudæis peruersè cedere cœperunt, vt præmonuerat Christus prophetarum numen. Math. 24. & Mar. 13.

Caligula diuinos sibi honores exhiberi mandauit, C. Flaccus prætor Aegypti, Iudæos valde torquet in Aegypto. Philo in Flaccum

Philo Romam legatus venit, vt C. Caligulam suæ genti placaret, Sed nihil obtinuit, imò est periclitatus. Hier. incatal.

Anni Christi. 39

Anni mundi. 4127

Pontifice Jonathan. Anna filio.

Tyberio, deinde C. Caligula an. 4. Casaribus.

Agrippa Herode Aristobuli F. Iudæorum rege.

PETRONIVS missus à Caio Caligula an. 4

Anni Christi. 43

Anni mundi. 4131

Theophilo fratre Anani pontifice.

Caio Caligula Casare.

Agrippa Herode Iudæa rege.

Anni Christi. 43

Anni mundi. 4131

Anni Christi. 43

Anni mundi. 4131

Quanta Caij principis imperio Iudæis mala acciderint, multis libris explicauit, in quibus est liber de sua legatione ad Caium,

Appion Grammaticus, contra Philonem & Iudæos ad Caium mittitur. Ioseph. lib. 18. Antiq. Contra Iudæos in omnibus vrbibus seditio, sicque pœnas suis sceleribus dignas luere incipiunt.

Herodes Antipas ab Herode Agrippa accusatus apud Caium, quòd amicitiam firmasset cum Parthis, Lugdunum in exilium cum Herodiade mittitur. Illic vtrèque miserabiliter & in summa egestate moritur, pœnas luens interfecti Ioannis Baptistæ, & irrisi Christi.

Tetrarchia Agrippæ datur. Iudæa, Samaria, & Cæsarea deinde adiciuntur.

Cædes ingentes Iudæorum factæ Babyloni, &c. Ios. cap. ultim.

Adminocius Bellini Barrauorum regis filius in ditionem acceptus. S. et. O. of. lib. 7. cap. 5.

Exacto septennio post mortem Christi, duodecim Apostoli ascenderunt Hierosolymam. Clemens lib. 1. histo.

Nam Iacobus Ioannis frater adhuc erat in vitiis. Quippe non tertio anno à morte Christi occisus, sed vt minimum, decimo. sub Claudio aliqui rectè.

HERODES Aristobuli F. cognominatus à Iosepho lib. 19. cap. 11. Agrippa iam rex Iudææ à Caio factus, à Claudio rex Iudææ & Samariæ appellatur annis 3.

Hic S. Iacobum occidit, & D. Petrum in carcerem coniecit. Ita reges Iudæorum tertium. Nam postea sub Romanis iterum, siue Regibus.

Consumptus à vermibus, expirauit. aliquanto post interfectum Iacobum Ioannis fratrem, anno regni septimo, id est, Claudij Imper. tertio.

Post quam ab ipso quartam Tetrarchiam i. Iudæam, obtinisset cui Romæ nauauerat operam, vt consequeretur imperium. Regnum eius prouincia facta. Cuspini.

Hierosolymis catenam auream, quam ei Caius dederat, suspendit. Inde theatrum more Romano construxit, & amphitheatrum & alia plurima monumenta.

Habuit fratrem Herodem regem Calchidis. Reliquit Agrippam filium annos 17 habentem, & tres filias, Beronicen, Mariam, & Drusillam.

Eius filius Agrippa iunior, rex primùm Calchidis, deinde Thraconitidis, vsque ab quintum annum ab excidio Patrii in integrum non successit, sed in Tetrarchia trans Iordanem. Vsque ad excidium perstitit in Romanorum amicitia. Itaque in eius prouincia, bello Iudaico excedentes Christiani, tutò vixerunt. Paulum audiuit. Act. 15.

Christi 44 Petrus Romam primùm venit, atque ibi se pontifici em gessit.

Iudæa miserè à Magis & latronibus affligitur. Ioseph. lib. 20. Ant. cap. 10. Tacit. lib. 12.

Helena Adiabenorum regina & Izates rex pietate clari. Ioseph. lib. 20. cap. 2. 3. 5. Tacit. lib. 12.

Gotarze Parthus bellum gerit. Tacit. ibid. Abbarus Arabum rex, ibid.

Bellum Britannicum, Britannia subacta. Orchades insulæ imperio adiectæ.

Petrus Romæ Euangelium prædicat à Claudij ann. 2. quo primùm Romam venit ad Cathedram Apostolicam illic figendâ, vbi sedes Idololatriæ erat præcipua, vsque ad

Anni Christi. 46

Anni mundi. 4134

3 C. MARSVS an. 3.

Eodem pontifice.

Claudio Casare.

Agrippa Herode Aristobuli filio Iudæorum rege.

Anni Christi. 46

Anni mundi. 4134

annum 6. eiusdem. Tunc enim ad tempus discessit. Sicque illam tum præfens, tum absens, vt necessitas tulit, vsque ad vltimum Neronis, per annos 25. administravit. Hiero. addit ad expugnandum Simonem Magum eò venisset. d. M r s v s Iudææ procurator à Claudio post mortem Agrippæ regis. Ita Iudæa iterum sub Romanis, & Syriæ prouinciæ attributa.

Agrippa secundus, Herodes, id est, primi Agrippæ interfectoris. D. Iacobi frater Calcidicæ in monte Libano Rex creatus, inde potestate pontifices instituendi accepta, sub Claudio moritur.

Theudas Magus, qui se prophetam dicebat, viris quadringentis contra Romanos eductis, captus occiditur. *Act. 5. Ioseph. lib. 20. Ant. cap. 2.*

Hic enim eum locat, sub Cuspio Fado, qui non nisi adiit præturam post Passionis duodecimum. i. tertio Claudij exacto, vt ipse ait, lib. 19. Ant. cap. vlt.

Quod si in Prætorio non fallitur, D. Lucas historiæ ordinem non est sequutus, sed per hystorologiam capite Actorum quinto narravit, quæ erant commemoranda post nonum, id est, post Pauli conuersionem.

Sed simplicius Iosephum fuisse hallucinatum, idque annis quinquaginta vt minimum, quemadmodum & quatuordecim in Descriptione, quam collocat sub Archelao filio, quæ constituenda fuerat sub Herode patre, de quo supra.

Philo secundo venit ad Claudium pro Iudæis. Tum Romæ locutus fertur cum Petro Apostolo, eiusque habuisse amicitias, ideòque Ecclesiam Marci discipuli Petri ornasse laudibus Hieron. in Catalogo.

Claudius Iudæos tumultuantes impulsore Christo. (id est, propter Christum) Roma expulit. *Suet. in Claudio.* Vbi fortasse Iudæos Christianos vocat. Nam Pagani primos Christianos eo vocabant nomine, quòd ex Iudæa duxissent originem. libris Iudaicis. i. prophetis niteretur, Christus esset Iudæus, Apostoli, &c. vt Rutil, Gal. lib. 1. Itinerarij, *Tacit. lib. 21.*

Anno 16. post Christum crucifixum, cum antea diceremur discipuli, fratres, Galilei, Iessei Nazarei, *ixérai*, Therapeutæ, & à Paganis Iudæi, Christianorum nomen sumus Antiochiæ consequuti, *Suidas Act. 11.*

Hoc anno mater Domini corpore in cælum assumitur. *Euseb. Chron. &c. circa 48. scilicet ætatis, Passionis filij decimum quintum.*

Fames totum orbem occupat, maximè Iudæam, quam Agabus prophetauerat. *Act. 11.*

Helena Adiabenorum regina veniens Hierosolymam, adorandi causa, multis pecuniis comparatum frumentum ex Ægypto, pauperioribus distribuit. Eius sepulchrum pro portis Hierusalem nobile construitur.

Simon Magus à Claudio honoratur statua propter Magiam. *Iren. lib. 1. cap. 19. Justin. Martyr ad Antoninum.*

Hic erat frater Philonis Iudæi. *Ioseph. lib. 18. Ant. cap. 8. & 10.* procurator Iudææ à Claudio factus.

Inter Consulares Vespasiani, amicos statuam habuit, ex Iuuenale.

Herodes Calcidicæ rex moritur.

Inde Agrippa iunior primi Agrippæ filius Rex Calcidicæ à Claudio appellatur an. 8. imperij. Nam hic Agrippa fuit huius nominis tertius.

Inter Therasiam, & Theram, orta est insula triginta duum stadiorum.

Anni Christi.

46

Ioseph. li. 20. Ant. cap. 1.

49

49

Ibid.

51

4137

d C V S P I V S F a d u s an. 3.

Eodem Pontifice.

Agrippa Herode Iudæorum Rege.

Cassio Long: Preside Syriæ.

Claudio Cesare.

e T I B E R I V S A L E X A N D E R A l a b a r c h a an. 2.

Iisdem Sacerdotium & imperium administrantibus.

4139

Anni Christi.

51

Ibid.

54

Ibid. c. 5. de quo Act. 24.

57

57

Lib. 20. Ant. c. 7. Act. 25. & 26.

60

60

Ibid. c. 8.

63

4142

4145

4148

4151

6

f V E N T I D I V S C V M A N V S an. 3.

Pontificibus Simone Boëthi filio, Ionatha Anna filio, Matthia.

Agrippa iuniore Iudæorum rege.

Quadrato Syriæ prefecto.

Claudio Cesare.

7

g A N T O N I V S F O E L I X an. 3.

Pontifice Matthia, deinde Elinao.

Agrippa iuniore Iudæorum rege.

Claudij Cesaris duodecimo.

8

h P O R T I V S F E S T V S missus à Nerone an. 3.

Pontifice Iosepho Cama filio, deinde Anano Anna filio.

Agrippa iuniore Iudæorum rege.

9

i A L B I N V S an. 3.

Pontifice eodem & Iesu Gamalielis filio.

Agrippa iuniore Iudæorum rege.

Nerone Cesare.

Anni mundi.

4142

4145

4148

4151

4154

4157

4160

4163

4166

4169

4172

4175

4178

4181

4184

4187

4190

4193

4196

4199

4202

4205

4208

Magna Asia pars per Paulum ad Christum conuersa. *Act. 16: 17. 18.*

sub Festo Pascha Hierosolymis orta est seditio inter pontifices & principes populi. Ad portarum limen populo accurrente, triginta millia Iudæorum perierunt, inter quos Ionathas pontifex. *Ios. lib. 20. Ant. c. 4, & 2. de bell. c. 11.*

Cumanus exilio damnatur. *Ios. lib. 20. Ant. c. 4, & 2. de bell. c. 11.*

Bellum Parthorum inter Gotarzin & Bardané. Oocifo Bardane, Gotarzin regnum obrinet. *Tacit. lib. 11.*

Iacobus frater Domini. Liturgia sua missam promulgat, quæ Græcè habetur. *In 6. Synodo Constan. can. 32.* Unde ab Apostolis primus constitutus fuisse dicitur Episcopus & *λεττοργος*. *Egesippus apud Euseb. de martyris. i. sacrorum solennium administrator, officarius, missarius.* Hinc Missam Græci vocant *λεττοργια*.

g A P V D hunc Paulus accusatus seipsum defendit. Agrippa tertio regnante, cum anno proximo 55, Verbo Dei in Asia, Macedonia, Græcia prædicato, Hierosolymis à Iudæis fuisset captus & Felici traditus, à quo per biennium in custodia habetur.

h Seditio inter Iudæos & Gentiles in Casarea Palestina.

Vespasianus missus à Claudio in Germaniam, deinde in Britanniam trigesies & bis cum hoste confligit, viginti oppida cepit & Vectam insulam.

h Ægyptiis quidam impostor plurimos Iudæorum seducens à Felici per se opprimitur. *Act. 21. Ios. lib. 20. c. 12.*

h Felici à Iudæis accusato successit Festus, à Nerone missus.

Is Paulum, cum Casarem appellasset, Romam postero die misit Iulio Centurioni traditum, vbi per biennium mansit, omnes, qui ad se adibant recipiens, regnum prædicans, & liberè ac sine impedimento docens. *Act. vlt.*

Ad Festum visitandum Agrippa rex (Calcidicæ. f.) venit. *Ibid.*

Ananus Paulum pugnis percuti iussit. *Act. 25.*

Is erat Sadduceus, vt è Iosepho & Egesippo Nicephorus docet *lib. 2. c. 38.*

Bellum Parthicum ob Armeniam. Corbulo Syriæ proconsul Tyridatem Armeniæ regem fugat, Artaxata regni metropolim comburit. *Tacit.*

Aziazo Emeleorum rege mortuo frater successit, & minoris Armeniæ principatus Aristobulo Herodis Calcidensis filio à Nerone conceditur. *Ios. lib. 20.*

i F E S T I morte audita à Nerone missus. *Ios. 20. Ant. c. 8.*

Interim Anani pontificis iussu Iacobus frater Domini, de templo præcipitatur, ob cuius necem, populus credidit consequutari fuisse Romanam calamitatem. *Ios. lib. 20. Ant. c. 8.*

10 Rexit Hierosolymitanam ecclesiam annis 30 vsque ad Neronis septimum, qui septimus erat antequam Romæ D. Petrus crucifigeretur.

11 Iraque epistola Clementis ad Iacobum fratrem Domini Hierosolymitanum episcopum, non ad hunc scripta est, qui & Apostolus fuit & Iacobus Alphæi, sed ad successorem alium, de quo in Liturgia Æthiopica & apud Epiphanium contra Antidicomaritas, & eundem Clementem in lib. Recognitionum quibus locis celebratur mentio trium Iacoborum, quorum duo Apostoli, tertius simpliciter frater Domini episcopus Hierosolymitanus appellatur.

12 In episcopatu successit Simon frater. *Egesippus.*

13 Miserunt Iudæi nuntios Romam aduersus Paulum &

4211

4214

4217

4220

4223

4226

4229

4232

4235

4238

4241

4244

4247

4250

4253

4256

4259

4262

4265

4268

4271

4274

4277

4280

4283

4286

4289

4292

4295

4298

4301

4304

4307

4310

4313

4316

4319

4322

4325

4328

4331

4334

4337

4340

4343

4346

4349

4352

4355

4358

4361

4364

4367

4370

4373

4376

4379

4382

4385

4388

4391

4394

4397

4400

4403

4406

4409

4412

4415

4418

4421

4424

4427

4430

4433

4436

4439

4442

4445

4448

4451

4454

4457

4460

4463

4466

4469

4472

4475

4478

4481

4484

4487

4490

4493

4496

4499

4502

4505

4508

4511

4514

4517

4520

4523

4526

4529

4532

4535

4538

4541

4544

4547

4550

4553

4556

4559

4562

4565

4568

4571

4574

4577

4580

4583

4586

4589

4592

4595

4598

4601

4604

4607

4610

4613

4616

4619

4622

4625

Agrippam regem. Paulus vinctus an. 2. Neronis, Marcellino & Aniola cofs. Cassiod. Anno Neronis 4 Romam peruenit. Mansit autem biennio toto in aedibus a se conductis, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, predicans regnum Dei nemine prohibente. Act. vlt.

Circa autem finem biennij coram Nerone causam dixit, liberatus ex ore leonis. 2. Tim. 4.

Sequenti octennio ad ecclesias Syriae, Asiae & Macedoniae rediit Phil. 1 in Italia, Hispaniis, Rom. 15. Gallia, & aliis occidentis regionibus docuit. Euseb. lib. 2. cap. 22. Epiph. Hier.

Postea cum secundo Romam rediisset, a Nerone capite truncatus est die 29. Iunij.

Ascenderat Hierosolymam post annos 17 a sua conversione, qui erat Christi passus 18. Quo tempore concilium illud Hierosoly. Act. 15. vulgo ponitur.

Paulus & Seneca amici se mutuis literis saepius salutant, quarum meminit Hier. in catal. & Aug. epist. 53, & 54.

Accepta a Nerone facultate abeundi, quo vellet, transiit in Hispaniam per Arelatem & Viennam vrbes Galliae in quibus Trophimum & Crescentem reliquit. Epiph. haeres. 1. & Sophron.

D. Lucas mandato Pauli primum praedicat in Gallia, deinde in Dalmatia, Italia, Macedonia. Epiph. Ibid.

Philippus Apostolus Gallis praedicauit Christum, & Gallias ad praedicandum accepit. Freculphus in chronicis post Isidorum cap. 75.

Agrippa Caesarem Philippi amplio rem reddens, Neroniam appellat. Ios. lib. 20. Antiq. cap. 16.

A Nerone missus Matthia Theophili filio pontifice, vel iuxta Hebraeos, Anano, bellum contra Romanos Iudaei (Flori tyrannidem non ferentes) susceperunt, quod postea in eorum perniciem terminatum est, Phinaeo pontifice, qui in chronicis Hebraeorum Pherut filius Phenielis alienigena, & forte factus pontifex dicitur, deposito Anano Annae (qui Dominum damnauit) filio.

Florus praesente Berenice regis Agrippae sorore pro Tribunali die solenni principes Iudaeorum flagris verberat, & crucibus suffigit, Ioseph. lib. 2. de bello cap. 25. Hinc rebellio, ad quam opprimendam Vespasianus destinatur.

Plena impostorum & Magorum omnia (pena reiecti Christi) Ioseph. lib. 20. Antiq. cap. 6.

Plena prodigiorum omnia octo praecipue horrenda, futuram Iudaeorum cladem portendunt. Iosiph. Ioseph.

Eleazar Anani filius rebellionis primus auctor. Simeon ben Giora Idumeos, Ioannes quidam zelatores ad urbem contra Romanos tuendam introducit. Duobus istis tyrannis omnia in hoc bello sunt gesta, qui & poenas dederunt. Nam a Tito capti & in triumphum ducti, caesi sunt duriter, & deinde crucifisci.

Anno Christi 65, prima per Imperatores Christianorum persecutio incepit, saeuit vsque ad Neronis mortem id est, Christi 69, per quatuor videlicet annos.

Trophimus Pauli discipulus, apud Arelatenses praedicat, de cuius fonte omnes Galliae riuuli acceperunt. Irenaeus Lugduni, Crescens Viennae, Visinus Biturigis, Paulus Narbonae, Satorninus Tholose, Austremonius Aruernis, Martialius Lemouicis, Burdegalenibus, Pictauis, Fronto Perragoriis, Eutropius Xanctoniis, Garianus Turonis, Iulianus Cenomanis, Parisiis Dionysius, Senonis, Saurianus & Potentianus, Beluaci Lucianus. Heduae Ando-

Anni Christi.

63

63

Ibid. c. 9.

66

66

Ioseph. li. 20. Ant. cap. 9.

66

66

Anni mundi.

4151

4154

4154

k GESSIVS FLO-
RVS an. 3.

Mathia Theophili filio
pontifice, deinde Phinao siue
Phinele.

Agrippa iuniore Iudaeorum
rege.

Nerone Casare, cuius duo-
decimo bellum Iudaicum cae-
pit, Caesio Syriae praeside.

Nero hinc imperat annos
duos.

Anni Christi.

66

69

II
I VESPASIANVS,
proconsul qui postea a-
deptus est imperium an. 3.

Phinao pontifice.

Agrippa iuniore Iudaeorum
rege.

Nerone Casare ultimos.
duos annos explente.

Ottone, Galba, Vitellio an-
num unum de imperio con-
tendentibus & se mutuo in-
terficientibus.

69

69

Anni mundi.

4157

4157

chius, Lingoni Benignus. Caetera nationes suos primos Apostolos designent. Mihi nostros Gallicos annotasse fat est. Alioqui non dubito, quin eodem hoc tempore vbique terrarum alij, apud alias gentes praedicationis munere fungerentur, quando intra viginti aut triginta annos a Domini morte. Euangelij doctrina vbique ferè audita, & recepta inuenitur. Chryso. hom. 10. in Matth.

Quod significat D. Paulus, dum Rom. 1. Romanorum fidem annunciari per totum orbem scribit. Roman. 1. iam vulgatum fuisse Euangelium vbique. Colof. 1. Euangelium praedicatum esse apud omnem creaturam, quae sub caelo est.

Tecla prima ex mulieribus virgo & martyr, apud Iconium, Pauli discipula.

PROCONSULARI imperio a Nerone (regni eius duodecimo) missus Vespasianus contra Iudaeos, qui praesidi Festi Flori iniurias non ferentes rebellare ceperant, Galilaeam totam, cuius dux erat Iosephus, partim vi, partim deditione occupauit.

Mox transito Iordane, Gadaram primo imperu cepit, & aduersus eos, qui Gadaris fugerant, equitatum immittens tota regione trans Iordanem potitus est vsque ad Macherunta.

Alio deinde praelio Hiericuntem cepit, & coegit intra muros Hierosolymae Iudaeos. confugere. Deinde ad Hierosolymam excindendam Titum filium reliquit, Sulpit. lib. 2.

Titus autem, ubi pater per Alexandriam ad imperium capessendum profectus fuisset, anno post secundo (qui erat Domini 71) in Paschate, quo die Christum in crucem ante quadraginta prope annos egerant, urbem expugnauit, sexcentis hominum millibus gladio & fame consumptis, & centum aliis millibus publice in mancipia venundatis. Ioseph. de bello Iudaico lib. 3, cap. 6. Tacitus & Sueton. In sacerdotes praecipue saeuit. Nam eos cum misericordiam peterent, iussit occidi, dicens, decere sacerdotes cum templo interire. Ioseph. lib. 7. belli cap. 10.

Rabbinos decem necauit, quos recolunt pro sanctis Martyribus. R. Simeon ben Gamaliel. R. Ismael ben Elisai, R. Hanina ben Tedarion, R. Husiphith, R. Eleazar ben Samaa, R. Iuda ben Dama, R. Isbak scribam, R. Iuda ben Hachinas, R. Iuda ben Baba. Decimum R. Akiba Barcozba armigerum extinxit Adrianus. Hebr. in suo breuiario.

Discipulos sapientum, i. Scribas & Phariseos crudeliter occidit, Kimhi in 2. Ioelis.

Inuero & retinente Tito templum a militibus incensum, ita ut ignis humana industria non potuerit extingui. Die Augusti decimo, quo etiam a Babyloniorum rege olim fuerat concrematum. Iosiphon.

Nam negat Titus se tanti operis templum incensurum in Deos & muros inanimatos saeuire videretur. Ioseph.

Reliquos, qui dace Barcozba (is vnus fuit e quinque, qui se Iudaeis Christum in Lege promissum persuaserunt, magno ipsorum detrimento) arma ceperant, aggressos templum restaurare, Adrianus funditus perdidit. Barcozbam minime fuisse caesum ab Adriano asserunt Hebraei, sed eius nepotem. Nam eum regnum reliquisse filio Romano aiunt, quod ipse sub Domitiano vsurpauerat, & contra Romanos defenderat. Et certe etiam Traianus bellum gessit contra Iudaeos in Aegypto, qui opportunitate loci euerterat templum, & sepulchrum Pompeij prope montem Cassium. Appian. lib. 2. de bellis civil. cap. 13.

Bar-cozba an.2,& semis regnum tenuit. cap. Helec in Samedra. cōpellebat exquisitis suppliciis Christianos negare Iesum esse Christum, eumque blasphemare. Iust. Mar. i. y. Apolog. 2.

Ter templum restaurare conati sunt, sub Adriano, sub Constan. Magno, sub Iuliano Apostata, qui hostis Christi etiam pecunias contulit, & artifices vndique euocauit furens, vt Domini sententiam euerteret, qui non patitur templum Salomonicum deinceps instaurari. Vnde vbi aperuissent fundamenta. & manum ædificationi admo- uissent, ignis è fundamento emicans multos exussit. Sed & Imperator flammam cum plerisque aliis vix euasit. Cantacuzenus Oratiōe secunda, contra Mahometem. Ammianus Marcellinus, Paganus alioqui lib. 23. Ruffinus sub finem histor. 10. Chrysostom. homil. 2. & 3. contra Iudeos. Ambros. epist. 29. ad Theod.

Illustribus his testimoniis docuit statum Iudaicum ad nos minimè pertinere quia eum deleuit funditus, nec vnquam instaurari passus est.

Quam sint à Deo alieni et si vocetacente, excitu consistentur. Dispersi & palabundi vagantur, Soli & cœli sui profugi, per hospitia aliena iactantur. Cyp. de adolorum uanitate.

Prouidens Deus infirmitati nostræ & volens multiplicari suam Ecclesiam, omnia illa subuertifecit & penitus tolli, vt sine illa cunctatione illis cessantibus, hæc vera esse, pro quib. in illis typus præcesserat, crederemus. Erat prius Hierusalem vrbs magna, regalis, vbi in templum Dei Christus venit, qui cœlestis Hierusalem cœpit aperire mysteria, deleta est illa terrena, & in templo non remansit lapis super lapidem. Erat prius pontifex sanguine taurorum & hircorum purificans populum, sed ex quo verus apparuit pontifex, qui credentes suo purificaret sanguine, nusquam est ille pontifex prior, nec vllus ei locus relictus. Altare fuit prius & sacrificia celebrabantur, sed vbi venit verus Agnus, qui seipsum hostiam obtulit Deo, cuncta illa velut in tempus posita cessauerunt. Orig. hom. 10. in Leuit.

Vt Vespasianus multos Iudæos ad publicas operas ad Neronem miserat, ita Titus 16 millia Romanos ad patrem misit in triumphum. Ioseph. ben. Gorion.

Rab. Simeon Cabballicorum princeps, cuius Cabbala legalium rerum arcana, spiritalium allegoricamque intelligentiam continens, Patrum tantum temporibus per Mirandulanum principem in lucem exiit.

Iosephus Galilææ præfectus tandem à Romanis capitur. Hebræi eum vocant Ben Gorion: At ipse se dicit filium Marthiæ, & se distinguit à Iosepho filio Gorionis lib. 2. de bello Iud.

Decepti sunt Iudei post Iosippus Iosephi nomine. Item quod vterque esset sacerdos, doctus, nobilis, &c. quod vterque idem de Antiquitatibus Iudaicis & de bello argumentum tractant, vnus tamen Hebræice, alter Græcè.

Statuam auream inter Imp. Romæ est. consequutus. Suidas.

R. Iohanan ben Zacchai in principem à Tito relinquitur Iudæis post ditutam Hierusalem in Iabna, Bither, Osa, & earum viculis. Iosippus. Quinque insignes habuit discipulos, R. Eliezer filium Hyrcani; R. Iosue filium Hananiae; R. Ioseph sacerdotem, R. Simeon ben Nathanael, R. Eleazar ben Aruch. Pirke Aboob.

Titus crudeliter etiam occidit eos, qui erant de regia

Herodis

Anni Christi.

69

Anni mundi.

4157

12
m TITVS Vespasiani filius, annis duobus qui annus erat secundus Imperij patris.

Pontifice nouissimo Phineo.

Agrippa rege.

71

4160

Anni Christi.

71

Anni mundi.

4160

Vespasiano Casare, cuius secundo capta est Hierusalem. Ita bellum Iudaicum quinque annis confectum est.

Summa ab Archelao siue ab Herodis Magni morte vsque ad vrbs Hierusalem expugnationem 69 qui annus erat à Christo nato 72. à Pascho 39 vel. 40.

rodus familia, ob suspicionem affectati imperij Iuda. inter quos & Hebræi tradunt, Agrippam regem, qui alioqui proluxa oratione rebellionem dissuaserat, cum filio suo Munabaz obruncatur fuisse, sicque intra 100 annos omnes miserè periisse, vt supra ex Iosepho retulimus. Nostri Agrippam annis 5 post obiisse narrant, è Iosepho in sua vita.

Simonem Gioræ filium, qui principatum tenebat, triumpho iugulandum cum aliis multis seruauit, Ioanne, in perpetuos carceres damnato. Ioseph belli lib. 7. cap. 46. & Xiphilinus in Vespasiano. Nisi quod eum Barforam nominat, sed mendosi pro Bar Gioræ.

Vbi aliqui Gioram appellatiuè accipiunt pro profelyto. Nam etiam profelythi siue Iudæis impixti alienigenæ Gioræ vocabantur. ex Euf. li. 1. hist. c. 7. & Iust. cum Triph. Syriacæ Theodo. in Exod. q. 24. Hebraicè גֵּוֹרָא gher.

Vrbis captiuitatem anteuertit Christianorum Ecclesia illic congregata, Nam se Dei monitu Pallam urbem Agrippæ regis, qui pro Romanis stabat trans-Iordanem, recepit. Egef. lib. 5. cap. 2.

Ex omnibus, quæ Romano imperio parent, solam Hierusalem contigit ad summum infelicitatis gradum procedere. Hanc sub Sedechia rege, propter hæreses & peccata, Nabugdonozor penitus euertit, sed post 70 an. Cyrus restaurari iussit. Deinde sub Onia pontifice ab Epiphane capta est, templumque profanatum, at mox à Iuda Machabeo recepta. Orta dissentione inter Hyrcanum & Aristobulum ob summam principatum Pompeius Romano subegit imperio, &c. Ioseph.

Totus decor & fertilitas terræ sanctæ vnà cum templo & gente concidit Ios. de bello Iudaico. Vnde Balsamum vni Iudææ concessum, ex Plinij lib. 12. c. 26. nec alibi vnquam visum, quàm in Iericho, in Ægyptum translatum est. Ios. ben Gorion lib. 4. c. 22. Vbi crescere dicitur rigatum fonte, qui virgini & filio eius scaturit, non aquæ alterius irrigatione, diligenti Ægyptiorum custodia. Iouis.

Vrbs capta & funditus deleta triennio post mortem Pauli, decennio post mortem Iacobi iusti.

In excidio vigeant R. Iohanan ben Zachia, de quo supra, & eius discipulus R. Eliezer filius Hyrcani, qui librum Pirké scripsit, de dispositione & affectionib. sphaerarum terræ, & omnium in Astronomia mirabilium. Eius discipulus R. Ismaël sacerdos magnus. R. Iosua, R. Gamaliel, & eius filius R. Simeon, qui fuit pater R. Indæ Hakkadus Cozzi, & in tractatu Berochoth cap. vlt.

Post excidium R. Tarphon, R. Akiba. Hinc post Adrianum Imperatorem R. Meir, R. Iehuda, R. Iosé, R. Simeon ben Azai, R. Hanama. Sub Antonino. Ribbi. R. Hakkadus, siue R. Iuda, R. Nathan, R. Iosua ben Gorha. Mox Tannaim auctores Misna, siue contextus Talmudici, denique Amoriam auctores Ghemara, siue Talmud.

Titus Septizonius, quod oppidum est Italiæ, non Idumæus (vt Iudæi mentiuntur, quò oracula Scripturæ contra Idumæos ad imperium Romanum torqueant) vastata tota Iudæa, & in miserandam speciem redacta, aliquos reliquit in Labna (oppido maritimo inter Iapho & Ascalonem) Bither, Osa (prope Ascalonem) & earum viculis, præficitur eis R. Iohanan ben Zachai, qui se Vespasiano patri dederat. Iosippus. Boniam sacerdotem fratrem Iosephi sacerdotis minorem omnibus Iudæis, qui relinquebantur Hierosolymis, præficit, in Iosephi gratiam. Ioseph Ben Gorion sub finem

71

4160

belli Iudaici. Iosephus tamen ipse scribit Titum omnia illic destruxisse, præter tres turres.

Vastata Hierusalem Romani Emauntem ædificiis exornarunt, & ex euentu victoriæ Nicopolim nuncupauerunt. *Tripart. hist. lib. 6. cap. 42. Plin. lib. 5.*

In earum vna, nempe Bither, Barcozbas sedem regni statuit Domitiano principe per 30 annos & sex menses deinde filius eius & nepos sub Nerua, Traiano, Adriano, qui huic Tyrannidi finem imposuit. *Hist. Heb. de rebus Roman. & in tract. Sanedrin. cap. Col. Israel.*

Quid post Romæ exilium Iudæi egerint, Talmud, Ghemara, Derasim, Gheonim, &c. utque se gesserint, ad annū vsque 1108, ab eodem excidio, quo Maïemonim scribebat R. Mose ben Maïemon, qui est Christi 1148, consule eius libri præfat. & Cabbalicam historiam R. Abraham Leuitis. Atque hæc quidem de veteri populo.



DE HIS QUAE AD CHRISTVM SPECTANT externorum testimonia.

IOSEPHVS lib. 18 Antiquitatum cap. 4, ubi Iesu veram doctrinam & resurrectionem confessus fuisset, inquit: Christus hic erat, &c.

Romani ex Sibyllinis oraculis sibi cauebant, ne quis suorum, regem Ægypti reduceret. Esse enim in fati, ut statim vniuersi monarcha nasceretur. Hoc oraculum attingit Cicero prima Epistolarum Familiarium ad Lentulum, qui id negotij petebat. Ac sanè ubi Ptolemæus à Gabinio reductus esset, rebus diu in Senatu agitatis. Christus non ita multò post natus est. Vide finem libri secundi Oraculorum Sybillinorum, quæ Græcè extat.

Sibyllæ versus obseruamus aliquem appellandum esse Regem si salui esse velimus. Cicero secundo de Diuinatione, ubi & meminit Acrostichidis, quæ Regis illius nomen primis literis versus exprimebat. Locus autem est in 8, Oraculorum Sibyllinorum, in quo Acrostichis est hæc *Ἰησοῦς Χριστός, Θεοῦ υἱός, σωτήρ, σωπὸς* Iesus Christus Dei Filius seruator, crux.

De hoc Rege Sibyllinum librum vertisse Ciceronem narrat. Constantinus Imperat. oratione ad Senatum.

Integra est Virgilij Eclog. 4. de Christo. ut à Cumæa Sibylla descriptus fuerat, cuius versibus consideratis, Secundianus Decij præfectus, Verianus pictor, & Marcellinus orator Christiani effecti sunt. *Vincem. lib. 11. cap. 50.*

Fama erat: esse in fati, ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur, *Suetonius in Vespasiano cap. 4. Ioseph. lib. 6. de bello cap. 31.*

Herodes pueros in Syria, inter quos & filium suum necat. *Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 4.*

Maximus terræ memoria mortaliū extitit motus, Tyberij Cæsaris principatu, duodecim vrbibus Asiæ vna nocte prostratis. *Plinius lib. 2, Natur. historie cap. 86.* Is est quem Matth. 28, Angelus die resurrectionis Christi excitat.

Ante euersum à Romanis templum, aperuerunt se sponte templi portæ, quæ vix à 30 hominibus aperiri poterat. *Talmudici Tract. Jomâ, initio cap. 4. Kimhi in II. Zach.* Attingitur, quòd in Passione Christi dicitur, apertum templum, velum scissum, &c.

Anni Christi.

71

Anni mundi.

4160

VE SPASIANORVM CÆSARVM SÆCVLO.

71

4160

Anni mundi.

4160

In insulis maris Mediterranei vox hæc, Imp. Tyberio, audita est: Magnus Pan hodie mortuus est. *Plutarchus inter rationes libri, cur oracula defecerint.* Quod aliqui de Christo mortuo, alij de Satana per Christum occiso intelligunt.

Sic M. Seruilio, C. Sexto Cofs. (anno vno ante passum Dominum) funus Corui celebribus exequiis, nouo & inusitato facinore à populo Rom. curatum. *Plin. lib. 10, cap. 43.* significante Spiritu sancto, Coruum. i. arum illum Satanam mox extinctum iri, Romæ, vbi præcipua eius erat sedes & garritus.

Concionantibus Apostolis idola obmutuisse docet *Theodoret. lib. 10. Græc. affectio.*

Cessant oracula Delphis. *Iuuenal. Sat. 6.*

Sed siluit, postquam Reges timuere futura.

Et superos vetuere loqui. *Lucanus.*

Excelsere omnes adytis, arisque relictis.

Dij, quibus imperium hoc steterat.

Hodie profecto summa in mendicitate. Delphicum oraculum. *Strabo lib. 9.*

Duas præcipuè causas affert Plutarchus libro de hac re edito. Vnam omnium rerum esse vicissitudinem. Dæmones ipsos siue deos oraculis præpositos senescere & mori, exhausta cælestis spiritus vi. Alteram abundare suam ætatem philosophis & sapientibus, quorum responsa defectum oraculorum supplerent. Sed vera causa est, quod Christus apparuit, ut dissoluat opera diaboli. *1. Ican. 3. Zach. 13.* Quam reddidit etiam ipse Apollo Augusto Cæsari, *πᾶσι Ἰσραῆλ ἡλετάρι με Θεὸς ματαρίων ἀναζών,* &c. Me puer Hebræus cogit Deus atque Deum rex, &c. *Nicéph. lib. 1. cap. 17. Suidas in Augusto.*

Augustus Sibyllinos libros, habito delectu condidit duobus forulis auratis, sub Palatini Apollinis basi, *Suetonius in Augustum capit. 31.* Non sine Dei Ecclesiæ suæ de Sibyllinis oraculis prouidentis numine, ea ut Constantinus postea publicaret. *Eusebius libro ultimo de vita Constant.* In diebus ipsius, fons olei largissimus de taberna meritoria, Romæ per totum diem fluxit, *Orosius lib. 6. cap. 19.*

Cur verò profani tam pauca narrarint de Iudæis & Christianis docet Budæus sub finem lib. 4. de Assè.

Quæ libris tribus vltimis de Antiq. septem de bello, & in vita sua Iosephus, Philo Iudæus in Flaccum, de legatione, & alibi Græcè scripserunt, Ioseph ben Gorion, Iosippus & Talmudici de excidio Hieros. Hebraycè Singularem Dei iram in populum Iudaicum ostendunt, & Christi religionem mirè confirmant. Verbi gratia, qua mensura mensi sunt Christo, eadem est eis repensum. In monte Oliueti Christum comprehenderrant, in eodem primùm Titus castra fixit, ut Hierusalem caperet. *Ioseph. lib. 5. de bello cap. 8.* Secundo Paschate conclusi intra muros. *lib. 6. cap. 25, & 45.* Tertio in Cedron cæsi, *lib. 5. cap. 10.* Quarto à Simone ad Ioannem, ut à Caipha ad Pilatum, qui Hierosolymis tyrannidem occupauerant, remittebantur, torquebantur, &c. *Ibidem cap. 17.* Quinto pro tribunali cæsi, clausi à militibus ira & ocio abductis, & in ludibrium crucifigebantur. *libro 5. cap. 28.* Erant autem (inquit) infiniti cum 500, aut etiam plures singulis diebus caperentur. Aded ut ob multitudinè locus non sufficeret crucibus & cruce corporibus. Quo supplicij genere affici cœperant sub Floro prætorè ante

4160

7. annos. Nam Iudæ orum nobiles ante eius tribunal virgisi cæsi, deinde crucifixi, lib. 2. de bello cap.

25. Sexto, vt Christum gentibus tradiderunt, extra urbem traxerunt cum probro, vt crucifigetur. &c. ita è patriis loci eieci. toto orbe signum diuini in se iudicij circunferunt, instar Cain vagi, profugi, exules, vbique, præter quàm apud se, consistentes, gentibus venundati, sine Regibus, sacerdotibus, sacrificiis, &c. iisdem libris.

Septimo Alexandria & aliis locis, eadem & multò plura passi sunt, vix dum septimo anno à Christi morte exacto. Philo in Flaccum prætozem Aegypti.

Carabæ Iudæi infani, in loco superiore, vt spectari possent ab omnibus, capiti diadema imponunt papyraceum, pro paludamento corpori stoream, manui pro sceptro frustrum arundinis. Sic ornatum regis insignibus & in Regem transformatum, more histrionico, adolentes periticas in humeris gestantes, pro satellitio stipabant. Tum alij salutatum accedebant magna voce, Regem Iudæorum salutantes, Syra voce Mari, alij sibi iura reddi petebant, alij eum consulebant de re publica. Et paulo post, Iudæi in Alexandria sub Caio, prætoze hoc Flacco tractati, vt etiam, qui dolerent ipsorum vicem confestim pœnas darent, arreptique flagris cædebantur, & post omnia tormenta, quæ poterant excipere corporibus, tandem in crucem agebantur. Et post, Flaccus è Senatu nostro quem Augustus nobis instituerat, 38 comprehensos in suis priuatis ædibus, confestim vinciri iussit, traductos egregia pompa per medium forum, fenes reductis in terga manibus, induxit in theatrum, statutosque coram inimicis nudos flagellauit, vt concisi verberibus, aliquot mox, vt inde sunt, exhalant animam, reliqui deplorata salute, cum diuturno morbo confictati sint.

Et post, Mos est in neminem damnatum animaduertere, donec solennes celebritates, natalitiâque Augustorum festa prætereant. At iste (Flaccus per eos ipsos dies iniustis pœnis affligebat homines innoxios. An non poterat postea, si voluisset, easdem ab illis exigere? poterat è Philo, sed vos noluisistis differre Christi crucem, donec Pascha celebratas præteriret. Sed procurabat, vrgebaturque negotium, vt turbis aduersariorum gratificaretur, cum debuisset habere temporis rationem atque reuerentiam, & differre multationem in aliud. Et post, Manè vsque ad horam tertiam, quartamve Iudæi flagellabantur, suspendebantur, rotis alligabantur, damnabantur per mediam orchestram, dacebantur ad supplicium.

An non sic illa impia vox, Sanguis eius sit super nos & super filios nostros, incipiebat vobis redire per ingulum. Sed multos plures quar imonia apud Talmudicos & Rabbinos, qui istis vigeant temporibus.

CHRISTI numen ne quidem.

Ethnicis fuit ignotum, qui eius cultores sunt persecuti. Tyberius eum referte voluit inter Deos, Tertul. in Apol. Orig. lib. 2. contra Celsum. Euseb. lib. 2. hist. c. 2.

Traianus temperauit persecutionem à Plinio 2. monitus. Ipse lib. 10. epist. Plinij. Adrianus pro Christianis rescriptum misit ad Minutium Fundanum Proconsul. Inscr. Martyr 2. Apol. Niceph. lib. 3. cap. 27. Hierosolymam habitandam eis dedit, eieciis Iudæis, Euseb. lib. 4. cap. 5. Dion Casius in Adr.

Anto. Pius pro iisdem literas dedit ad Asiæ populos, in qua ipsos fatetur colere Deum immortalem. Ibid. Iustinus. Et alias, in quibus legionem Christianum vocabat καρανοβόλον, fulminis iactatrix, &c. Ibid. Christianis æquus. Xiphilinus in epitome Dionys.

Marcus Ant. neminem, quòd Christianis esset in ius vocari voluit, vt ex ipsius rescriptis constat.

Alexander Mammeæ Christi imaginem in suo larario habuit, eique vt Deo templum cõsecrare statuit, & Vipiani eiusdemque farinae Iurisconsultorum furores contra eius cultores cohibuit. Lampridius.

Galienus claro Dei iudicio de patre Valeriano à Sapore capto territus pacè eis dedit & publico edicto persecutionem amouit. Euseb. lib. 7. cap. 20.

Aurelianus fulmine subito territus persecutionem non est executus. Uopiscus, Eutrop.

Maximinus Galerius pro Christianis edictum tulit, Ruffinus. Licinius itidem, idem. Iulianus Apostata incerto icctu ad mortem fauciat, virtutem Christi confessus est, Galilæe vicisti. In hist. Eccles.

Maxentius persecutionem prohibuit. Optat. lib. 1.

Reges Persarum etiam pro Christianis multa edicta tulerunt.

Mahometes in suo Alcorano, Turcæ, Saraceni, Tartari magnificè de Christo sentiunt & prædicauit. Ex ipsorum libris, & nostrorum peregrinationibus.

4160

4160

MEDORVM regnum post destructam Sardanapali monarchiam vsque ad

Cyrum Pertam, semper perpetuis Regibus administratum est Diod. Siculum lib. 3. ex Cresia. Gnidio.

b ARBACES siue Arbaetus corruptè pro Arphaxat, quod nomen ad posteros transit, vt Cæsaris apud Romanos, vnde Iudith 1 Arphaxat rex Medorum à Nabugd. victus, videtur esse Ciaxares.

Post Arbacem, quidam interponunt Sosarmum, Medidum, & Cardiceam, & non Reges sed præfectos Medorum appellant, vt Herodotus. Eorum autem res gestas breuiter è Cresia narrat Diod. lib. 3.

c DEIOCES, qui & Ciaxares, primus se Regem appellauit, Herodotus. Ad eum fugientes Scythæ, deinde ad Haliatrem Lydorum regem, causa fuerunt belli grauissimi. Ibid. lib. 1. Ab eo vsque ad captiuitatem Astyagis Medicam historiam describit Herodotus. lib. 1.

Horum temporum meminit Iosephus contra Appionem.

Ecbatanam condidit. Herodotus. lib. 1.

Hoc tribuitur Arphaxati. Ciaxati, Iudith 1.

d PHAROOTES cum omnibus suis copiis ab Assyriis, id est, Babylonis cæsus est. Herodotus. lib. 1.

Persas suo imperio subiecit. Deinde Asiam. Ibid.

Obsidens Niniem moritur, Ibid. em.

e H c bellum gessit contra Haliatrem regem Lydorum, Nabugodonozore occupato contra Moabitas, Ammonitas, Arabas & Syros.

Lydos vicit, & Asiam transfluum Halim subdidit. Herodotus. lib. 1.

Scythas, qui ipso deniccto 28 an. Asiam tenebant, & placati à Plammetico rege Aegypti, Agypto abstinerant, astu trucidauit. Niniem cœpit du-

Ann. vrbis condita. HAC SEXTA

ÆTATE, Quæ incipit anno mundi 3568, Monarchia fuit per ordinem penes Chaldæos, Persas & Græcos.

Ecclesia captiua & multa pariente floret mundus.

Dilacerato Assyriorum Imperio & ad ignem cõpulsò Sardanapalo apud

a MEDOS. BABY-

b Arbaetus, qui & Arbaces, an. 28. Merodac qui & Baladâ, an. 52.

c Diocles, vel Deioces, an. 53. Ezechia & Manasse Iudæ Reg.

d Phaores, an. 22. b Ben Merodac an. 45.

e Ciaxares, an. 40, qui videtur dici Arphaxat. Iudith. 1. Menasse, Amos, Iosia, Ioachaz, Ioakim, per ordinem Iudæorum regibus.

HOC rerum successu deinceps Dei iudicio regna mundi præcipua extiterunt.

ASSYRII subegere ceteros populos, & transfudere Israël.

BABYLONII & CHALDAEI deleuere Assyrios, subegere Aegyptum, & Syriam, & transfudere Iudæos.

MEDI & PERSAE deleuere Babylonios.

MACEDONES & GRÆCI, Persas & Medos.

ROMANI, Macedonas & Græcos.

BARBARI, Romanos & eorum imperio multa regna condiderunt, præsertim Turcæ.

Hic Danielis est ordo & summa.

Triginta reges à Nino ad Sardanapalum. Diodor. Siculus. Imò triginta sex, spatio mille ducentorum quadraginta annorum, Euseb. lib. 10. cap. 1. iam docti hanc monarchiam ante Nabonazarè, siue Phul, valde esse suspectam, ac Græcos antiquitatis ignorationem fabulis compensasse.

Vti populus Dei captiuitate atterebatur, ita à contrario populus Satanae rebus prosperis crescebat. Nam Babyloniorum & Græcorum, qui maximi idololatriæ fuerunt auctores, res incipiebant clarescere.

Paulò ante captiuitatem Archilocus lambicorum versuum ingentor, quibus Lycabem ad restim cõpulsit, Phocylides, Epimenides Cretensis, qui 57 an. dormisse traditur, & ignoto Deo altare construxit Athenis, potè. Therpander musicus, qui cytharæ septem chordas addidit, quæ edita carmina primus etiam cõposuit. Plinius. lib. 7. cap. 56.

Inchoante captiuitate, Symonides Lyricus artis, memorie inuentor, qui & octauam chordam cytharæ adiecit, vt nonam postea Timotheus. Ibid. Plin. Stesichorus poeta Sicu-

3560

lus

lus, Alceus primus tragicus, Sappho musa Græcis decima. Lesbia, quæ Elegias, Iambos, Monodias, lyricorū carminum libros nouem, epigrammata scripsit, & prima plectrum excogitauit.

a MERODAC Baladan cum 12. ann. in Babylone regnasset magnam Assyriorum potentiam ad Chaldæos transfudit, post regnauit annis 40. Ab eo Babylonia dicitur Merodac. *Ierem. 1. & 50.*

eo amico vsus est Ezechias, quare ab ipso accepit munera & fœdus cum eo iunxit, quod Solem decem lineis retrō egisset. *Esaï. 39. 4. Reg. 21.* huius miraculi meminit Herod. *lib. 2.*

Merdocēpadus Ptolomæo, vt Nabugdonozor Nabopolassar, centum viginti quinque annis post Nabonazarem (id est, Salmanazarē vel potius Phul) *lib. 5. Almagesti cap. 14.*

b VIDETUR etiam dictus Berodac, & rex Assyriorum, 4. *Reg. 21.* Atque is esse, qui Menasselem regem captiuum cepit, deinde restituit. *Ibid.* confirmata amicitia & societate, quam cum ipsius Patre Merodac Ezechias inierat.

Pro eo Iosias rex Iudæ pugnavit contra Neco regem Aegypti, & in prælio cecidit.

Inter hunc & sequentem aliqui interponunt, vt Metasthenes, Nabugdonozorem primū Magni Nabugdonozoris Patrem, contra quem ascenderit Pharaon Neco, 4. *Reg. 23.*

Quem Nabulazar à Beroso, apud Iosephum contra Appionem vocatum aiunt, qui septimo Iosifæ regnum inierit.

c EIVS octauo cœpit sexta ætas, id est, annus mundi 3568. proindeque prima è quatuor Daniëlis monarchia.

Init enim regnū quarto anno Ioaachim regis Iudæ. Victo Neco Aegypti Rege, Ioaachim Regem tributarium fecit. Iterum urbem ingressus ipsam cepit & interfecit.

Græci huius temporis historiam, quantumuis recentem, nondum nouerant. Quare Berosus Chaldæus (vt Iosephus narrat *lib. 1.* contra Apionem) arguit Græcos scriptores, quod de Assyriaca monarchia multa fabulati sint, seorsum Babylonis structuram, & ea, quæ posterius sunt admirati, Babylonica ædificia ad Semiramidem retulerint, cum, vt è Chaldæorum non ita vetustis monumentis docet, ad Nabugdonozorem sint referenda. Et vt de condita Babylone mentiti sunt, ita & de ea victa quando vado Euphra-

Anni
urbis condita.

c Nabugdonozor an. 45.

f Astyages Cyri an. 35.

g Darius filius Assueri de semine Medorum.

Summa 178.

h Euilmerodac an. 23.

Cyrus qui utriusque imperium coniunxit, victis Chaldæis.

d Baltazar an. 10.

Summa 173.

Anni mundi.

3464

centis annis post Ionam Prophetam, *Ibid.* & *Enseb.* quam postea recuperavit Nabugdonozor isto victo. *Iudith. 1.*

Nitocris secunda fœmina quæ Assyriorum (id est, Babyloniiorum) imperium administravit, quinto post Semiramidem sæculo, Euphratem in varios mæandros deduxit, aduersus Medorum incursiones, qui Niniuem euertent. Ponte mirabili utramque urbem iunxit, cum antea limbis transiretur. *Herodot. lib. 4.*

f ASTYAGES sororius Creffi Lydorum regis, & auus Cyri maternus, qui & Cyrum infantem exposuit, Harpago filium proposuit edendum, &c. *Herodot. lib. 1. Iust. 1.*

Appositus est ad Patres suos & suscepit Cyrus. Perseus regnū eius, *Dan. 13.*

g HUNC Darium Medorū regem putant esse Cyaxarem Astyagis hæredem, cuius filiam Cyrus uxorem habuerit. Ex *Xenophante.*

Hunc vere Astyagem esse, qui Assuerus dicitur *Dan. 9.* Hydaspes à Profanis, vt quidem censo.

Baltazarem regem Babyloniiorum deleuit, & regnum eorum sibi asciuit. Quot annos tenuerit non constat inter scriptores, qui minimum vno anno, qui plurimum, vt Sulpitius, octodecim.

Sed probabilior ex Daniële deducta Hebræorum sententia, vt anno vno, vel ad summum duobus.

Victo Baltazare adiunxit regno Medorum regna Babyloniiorum & Assyriorum, quæ tria regna postea suo Persico adiunxit Cyrus.

Labinitus vltimus Babyl. rex (Baltazarem scriptura nominat) Nitocris filius à Cyro interficatur. *Herod. lib. 1.*

3560

tis siccato immixtis militibus captam ferunt. (Vnde & ista aliter narrat Daniël oculus testis.)

Babylon Chaldaicorum gentium caput, diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ, Assyriæque Babylonia est appellata. Sexaginta millia passuum muris amplexa, ducentos pedes altis, quinquagenos latis. In singulos pedes ternis digitis, mensura ampliore, quam nostra, interfluo Euphrate, mirabili opere utroque. *Plin. lib. 6. cap. 26.*

d ANTE Baltazarem quidam post Comestorē in historia Scholastica & Metasthenem duos eius fratres locant, Regassar annis 3, Labassardac nouem.

Sed hoc non patitur temporum analogia, neque Scripturæ veritas, tam apud Heremiam, quam Daniëlem.

Iosephus quidem contra Appionem Neregalassar nominat, fratrem uxoris Euilmerodac, eique 4 annos regni tribuit. Verum illi fortasse currunt, cum annis Baltazaris tutorio veluti nomine.

Anni
urbis condita.

181

Altero modo per Monarchiarum seriem, huius sextæ ætatis summam mēbratim probemus atque ostendamus.

a Monarchia Chaldæorum pertinuit ab Oriente extremo ad Gades, indeque Gallias, Iosephus. quæ aurea *Dan. 2.* Huius meminerunt Berosus apud Ioseph. & Alex. Polyhist. apud Eus. *li. 5. præp. cap. ult.*

Incapit an. mundi 3160, octo annis scilicet ante quintam ætatem expletam.

191
Ierem. 52
236

b NABUGDONOZOR filius merodac annos. 45.

Neco Aegyptiorum rege & per ordinem Spamintho an. 6. Ophre an. 35. Amasii an. 44.

Anni mundi.

3560



N DANIELE Monarchiæ ita sunt ordine posita, vt non melius in tabula, pingi possint. Quare Porphyrius cum assererat vixisse sub Romana tempora, teste Hieron. in Daniëlem.

Sub his Ecclesia fuit semper deteriore conditione donec Christus adfuit, qui suo felici aduentu sub suis pedibus eas contriuit, orbemque conuertit. *Dan. 2.*

Chaldæorum Monarchia 78 annos continuauit, tres tantum habuit reges. *Ierem. 27.* Incepit octo annis ante captiuitatem Babylonicam: nam primus Nabugdonozoris incidit in fine tertij Ioaachim. *Dan. 1.* hoc est fuit quartus Ioaachim. *Ierem. 25.*

Assyriorum a Iosepho appellatur, quoniam Babyloni ad se Niniuitarum potentiam rapuerant & Babyloni Assyriæ erat pars.

b NABUGDONOZOR Astyagis Medorum Regis anno nono Iudæos captiuos abduxit. *Ioseph. contra Appionem.* Cyaxaris potius dicerem. Nam circa idem tempus uterque regnum cepit. Fortitudine & magnitudine Herculem superauit, Heroicisque virtutibus. *Metasthenes, Philostratus,* vique ad columnas Herculis exercitum admouit. *Strabo lib. 15.*

E regnō ob insaniam pulsus, cum feris an. 7 in agro egit: postea ad se reuersus, Deūque agnoscens, in regnum reducitur. *Dan. 4.* Mutauit mentem, non formam corporis. *Hieron. illic.* vt Lycanthropi, qui sibi videntur lupi, proindeque conantur lupinos mores & gestus exprimere, contra tamen Iosephus.

Ad hanc rabiem perductum ob captam Hierosolimam & vexatos Iudæos reuoluit Methathenes ex Aphao.

Tempus, quo statuat sibi posuit, videtur conferendum in extrema eius tempora, post Iudæam, Aegyptum, Syriam, & alias Prouincias subiectas. Nam Daniël c. 3 viros appellat Ananiam, Azariam, Misaclem, quos primum pueros dixerat, vt intelligeremus hoc facinus sero admodum, id est, illis iam ætate prouectis contigisse.

Post hæc eius insania & fuitas c. 4.

3605

Sub eo contigerunt, quæ tractantur Daniel. 1, 2, 3, 4, 13, & 14.

Primo regni anno Niniuem subuertit, & Assyriorum imperio, qui mille trecentis ferè annis Regnum amplissimum in Asia possederant (Hieron. in 7. Esaiæ) potitur, Ioachimque regem Iuda tributarium reddit. Rabbi Sadaias in 1. Danielis e maiorum traditione. Pharaonem Necaonem eodem percussit. Jere. 46.

Anno videlicet quarto Ioakim, qui eius erat primus Ierem. 25. venit ad Euphratem bellum illaturus Necaoni Rege Ægypti, cui parebat tota Syria, illicque Necaonem sibi occurrentem vicit. Hinc traiecto plenè Euphrate (Ierem. 46.) omnia subegit vsque ad Pelusium, præter Iudæam Ægypto alioqui tributariam (4. Reg. 23.)

Inde exercitu in Iudæos reducto Ioakim Regem cepit, eumque Babylonem abductum coëgit sibi tributum dare. Quod & per tres annos ab eo in regnum dimisso exegit, donec denegantem tandem cepit atque occisum abiecit. 4. Reg. 23. Ierem. 22. & 36.

Duodecimo pugnavit contra Arphaxat Regem Medorum. Egbatanz mro opere conditorem, & vicit in campo magno Ragau circa Euphratem & Tigrim. Iudith. 1. vbi vocatur rex Assyriorum, ob Niniuem subactam & Medis exemptam.

Hic Arphaxat videtur fuisse Astyages. Nam Arphaxat erat cognomentum regum illorum, post sublatum Sardanapalum.

Anno 13 misit Holophernem contra Cilices, Syros, Iudæos & cætera regna Occidentis vsque in Æthiopiam. Iud. 2. qui à Niniue exiens debellavit omnia inter Ciliciam & Iaphet, in deditioem accipiens vtramque Syriam, Mesopotamiam, Lybiam (Lydiam fortasse legendum) Ciliciam, cap. 3. donec ei Iudith caput præscinderet, cap. 13. Decimus autem tertius Nabugdonozor erat sextus Sedechia, qui fretus amicitia Ægyptiorum & aliorum rebellionè, meditabatur libertatem & defectionem. Eliachim tunc inter summos Sacerdotes, cap. 4. alius ab eo, quem pontificatu functum constat post captiuitatem, Nepem. 12. Nam ille Nehemianus Eliasib, iste Eliachim nominabatur, & alio nomine, cap. 5. Ioachim, ne mendum putetur. Nam qui Eliachim nominabatur, solebant etiam dici Ioachim, & contra, vt rex Ioachim, vt pater Virginis, qui proinde Eli dicitur, Luc. 3. per apocopen.

Propter hanc Holofernis cladem, contra Sedechiam, cuius nutu facta videbatur, celerius mouit Nabugdonozor præmissis in Holofernis locum Nabuzardan.

Decimo nono anno, urbem iam tertio rebellantem expugnat, filios Sedechia regis necat. Sedechiam excæcat, & Babylonem in perperum carcerem trahit. Principes Iuda excruciatos interficit. Tribus integris diebus diripiendam Hierosolymam militibus tradit, solo deinde æquat. Mare, bases, columnas & cætera templi instrumenta in sua Idolia transfert. Templum incendit, ita habitatoribus terram sanctam orbat, vt 52. annis nullus per eam transferret. R. Iose. (nisi vt per desertum) Iosedech Seraia pontificis à se interfecti filium in exilium ducit. Kimbi 21. Ezech.

Eos qui fuerant in Iudæa relictæ, quoniam per fraudem Chaldæorum præsidia occiderant, Nabuzardan prefectus copiarum anno 23. ad septingentos quadragintaquinque Babylonem transfudit. Ierem. 52. Quæ postrema fuit populi Iudaici manus eo abducta.

Anni urbis condite.

181

Ciaxare sine Arphaxat, Medorum, deinde Astyage an. 35.

Ioachim, Iechonia in vinculis, & Sedechia Iudæorum.

Seraia, deinde Iosedec pontificibus.

Ieremia, Baruc, Daniele, Ezechiele prophetantibus.

Seruius Tullio Romanorum sexto rege, deinde Tarquinio Superbo, an. 25.

226

Anni mundi.

3560

3605

Anni urbis condite.

181

Ardi Lydorum Rege sexto, & per ordinem Sedaete an. 15. Haliatte an. 49.

Macedonum Philippo rege sexto, & per ord. Europo 26. Alceta an. 29.

Lacedæmoniorum Eurycratide, an. 35. Mox Leonte, an. 36.

Batto primo Cyrenarum rege an. 40. deinde Arcesilao an. 16.

226

Anni mundi.

3560

3605

Ita propter perfidiam Sedechia in Nabugdonozorem, quæ fretus Ægyptij regis auxilio defecerat, urbs vltimum capta, & templum incensum, & vltima captiuitas in ducta. Ierem. 34. & 52. Ezech. 18. 3. Ezre. 1.

Sicque effossis oculis Babylonem Sedechia translatus est, vt Ezechiel præsignificauerat cap. 12. Adducam eum in Babylonem & ipsam non videbit, & ibi morietur. Cui nec contradixit Ieremias cap. 34, inquit. Et oculi tui oculos regis Babylonis videbunt. Nam de rege, non vrbe loquebatur.

Eodem anno 23. Tyrum & reliquas regiones maritimas subigit.

Regnum Ægyptiorum, quod multis sæculis Pharaones potentissimum obtinuerant prorsus cœpit, imperij an. 24. quinque aut sex annis post Sedechiam expugnatum, Ioseph. lib. 10. vel anno imperij 27. R. Seloma in 44. Ierem. & Seder Olam cap. 26. pugnae locus Magdal. Herodot. lib. 2. Ierem. 44.

Quod multo probabilius est, Quoniam Ezechiele teste cap. 29. anno captiuitatis vigesimo septimo Syriam & Ægyptum subegit, etsi Theodoritus in Daniele, id in decimum octauum eius coniciat.

Ea clade ita accisi sunt Ægyptij, vt deinceps nullum regem ex sua gente habuerint, sed nec ditionem in reliquas gentes tenuerint ante Ptolomæos. Nam Amasis, qui Ophra successit, erat Nabugdonozoris seruus.

Hinc primum Monarchia titulum consequutus est. Nam etsi iam à prisca seculis, nempe à Nimrod conditore, Imperium Babylonicum in orbe, vixit: tamen quia cum Assyrio, cuius fundator Assur, & Ægyptio, quod erexit Osiris Pharaonum primus, Abrahæ temporibus, æquo Marte Orientem & Lybiam per vices possidebat, non prius monarchia nomen receptum est, quam hæc simul fuere addita. Tum enim primo præstantior & maior diuisionis pars vni parere didicit.

Aliam rationem assignat, Suidas in voce Ασπίος ex comparatione Græcorum principatum. Athenienses enim (inquit) solius regionis maritimæ dominarum tenuerunt annis duodecesseptuaginta. Lacedæmonij triginta. Thebani, &c.

Babylonem ad eam magnitudinem perduxit, vt eius muri fuerint relati inter 7 orbis miracula. Berof. apud Iosephum, quale significatur Dan. 4.

Eius primus, fuit quartus regni Ioachim filij Iosia. Ierem. 22. 5. 11.

Id est octauus ante transmigrationem Babylonis, Regnavit an. 45. Qui numerus facile è sacris colligitur. Nam anno quarto Ioachim regnum eius occupit. Ierem. 25. & 46.

Post annos octo abduxit Iechoniam. Anno autem trigesimo septimo transmigrationis Iechonia, subleuauit Euilmerodac (filius & successor) Rex Babylonis, anno, quo regnare cœpit, caput Iechonia de carcere. 4. Regum 25. 20. 10. 17. 11.

Ergo ante abductionem Iechonia regnauerat annos octo, post vsque ad Euilmerodac filium 37. Summe 45.

Nabuzardan cum libris legis multos alios sacros combussit, vt tria millia parabolarum Salomonis, quinque millia Canticorum, Physiologiam eiusdem, &c.

In terra pauperes & rusticos duntaxat reliquit, deua-

statis vrbibus & ciuibus in captiuitatem exactis, Ieremiam hostili misericordia carcere exemit. Ierem. trigesimo no. o. quem vinxerat Sedechias, capit. 37, 38, 39, &c.

Quod addunt aliqui legem à Babyloniis incensam & deinde ab Ezra restitutam: non est ita accipiendum, quasi omnia legis exempla sint exusta, & deinceps vsque ad Ezram Iudæi vixerint sine sacro codice. Nam hoc fieri non potuit, nedum factum est. Iudæi enim iam antea erant dispersi cum suis codicibus per totum Orientem & Septentrionem à temporibus Assyriacis, vbi & legitima sua seruabant, vt è Tobie libro liquet, nec omnes erant sub iure & imperio eiusdem. Præterea libri tanti momenti non solent ita extinguï à Tyrannis, quin alicubi permaneant, maxime quando de religione agitur.

Ergo primo impetu Chaldæi omnia consumentes, etiam absumpserunt libros sacros, Hierosolymis scilicet inuentos, qui erant correctissimi & emendatissimi, atque in publico Gazophylacio & sacra bibliotheca asseruabantur, iuxta quorum regulam, vel ex memoria, vel diuino potius afflatu, cæteros minus correctos postea emendauit Ezras, aut etiam Synodus illa magna, cuius scribâ fuit Ezras.

Quo die Nabugdonozor ingressus est templum, eo die natus Darius à quo pœnam tanto dignam crimine susciperet. Euertit enim Darius ipsius imperiû anno 62 ætatis Seder Olam cap. 31 è Dan. 5.

Mathematica & Philosophia in Chaldæa florent. Dan. 1.

Ieremias in Iudæa vaticinationis munere functus annos 41, à 19 Iosæ vsque ad Sedechiæ vndecimum, irahitur à suis in Ægyptum iram Nabugdonozoris fugientibus. Ibi antequam lapidaretur, philosophiæ incunabula posuit secretiore sapientia Hierophantas imbuens, cuius fama excitati Græci peregrinationes, vel potius navigationes multas in Ægyptum susceperunt, & philosophiam ad se post 70 ferme annos deriuarunt.

Qui historiam Iudith non ad hæc tempora Nabugd. sed Cambisis, vel Assueri, vel Artaxerxis 3 ponunt, sub nomine Nabugdonozoris, primò doceant reges Persarum Nabugdonozoris vocabulo fuisse vsquam cognominatos. Deinde frigida nituntur coniectura, quod Achior cap. 5. narrans Holoferni flagella & exilia, quæ Deus Israëlitis infligerat, eos deinde in propria, quasi postliminio reuertisse tradit: hoc enim male interpretantur de exilio Babylónico, & reductione per Cyrum. Nam non diceret: Plurimi eorum captiui abducti sunt in terram suam, nunc autem reuersi sunt, &c. sed, omnes. Omnes enim Iudæos in exilium traxerat Nabugd. Relinquamus, ergo scripturam, in sua simplicitate, vt fuerit idem Nabugdonozor, qui misit Holofernem in Samariam & Iudæam anno regni 13, & qui reliquias Iudæorum anno 19 Babylonem transtulit. Quod autem dicitur illic de dispersione, pertinet ad Salmanazarem & Senacherib, sub quibus dispersi sunt Iudæi, ita vt Hierusalem, siue filia Sion relicta, esset, sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Esa. 1.

Donec eo casu se in sua certatim reciperent. Præterea nihil prohibuit Iudæos primis Nabugdonozoris victoriis dispersos, vbi intellexissent Sedechiam regnare, ad sua reuertisse. Sed nec necesse est Achior alienigenam, nõdumque religionis iniciatum, res Iudæorum perfectè re-

Anni vrbis cõditæ.

181

226

Anni mundi.

3560

3605

Ab hac monarchia sic cõstituta aliquando annos numerat Daniel. Solum enim, quod 2 cap. explicatur, non accidit secundo regni Nabugd. cum Daniel eius sit interpres, qui iã triennio, postquam venerat Babylone, cum sociis relatus fuerat in numerum sapientum regionum cap. 1. erat ergo secundus à cõstituta Babylonica monarchia.

Anni vrbis cõditæ.

181

Anni mundi.

3560

3605

NABUGDONOZORIS MAGNI CHALDÆORVM REGIS SÆCVTI

nuisse, aut fideliter recitasse. Non officit etiam, quod sub finem libri scribitur, In omni spatio vita eius non fuit, qui perurbaret Israël, & post mortem eius annis multis Nam annis multis dictum est pro diebus multis. Sed & Scriptura sic aliquando loquitur de annis quatuor aut quinque, vt sæpius in libris Regum. Simile supra pag. 87. è 2 & 3. cap. Iudicum attribuitur. Quæ qui non deprehenderunt Tragicomædiam esse dixerunt de historia Ester.

Liber Iudith à Ioachim sacerdote cõscriptus Philo. Quare rectè libro Ester ab Ecclesia præponitur. Nam eum temporis ordine antecedit.

Est sacer & canonicus. Nam eum Nicena Synodus in numero sacrarum Sacripturarum computauit. Hieron. in prologo, vbi & sermone Chaldæo cõscriptum asserit. & Epistola ad Saluinam. Hilarius Prolog. in Psalmos. Similiter Carthaginensis 3. Synodus, cui Augustinus interfuit. Augustinus ipse multis locis, Innocentius I. eodem tempore, mox Gelasius cum 70 Episcopis, concilium Florentinum, &c.

Quare eum citant tanquam Scripturam Canonicam Origenes in caput vltim. libro. Iudicum, Chrysostom. homill. 10. de variis locis Marth. Ambros. libro 3. Offic. capite 3. epistol. 83. de Virgil. libro 2. De Institution. Virgil. capite secundo, & lib. de Viduis eum non exigua sui parte exponit. Cyrillus libro. 7. in Ioannem caput 20. Fulgentius epist. 2. de statu viduarum. Bellator presbyter. Isidorus Hispalensis & Rabanus, qui in illum sunt commentati.

Draco leges Athenis scribit sanguine sub finem Tarquinij Prisci Rom. regis quinti, post reges Athenis exautoratos & institutam nouam Reipub. formam Olymp. 39. Huius legibus antiquatis, præter eas, quæ morte plebæbant, mitiora iura paulò post Solon 10 tabulis comprehendit.

Pherecydes Syrus Pythagoræ præceptor, qui primus profaicam orationem condidit tempore Cyri regis. Plin. lib. 7. c. 56. primus apud Græcos dixit animos hominum, immortales, & de diis scripsit Cic. 2. Tusc. Ex Arcanis Phœnicum, (id est Hebræorum) libris philosophiam & Theologiam ad eos deduxit, septem sapientum temporibus sub quinquagesimam Olympiadem Suidas.

Solon & Pisistratus Seruio Tullio Romæ regnante vixerunt. Cicero in Bruto.

Solon Areopagitas constituit. Idem Offic. 1.

Ante Solonis ætatem de nullo, vt diserto, memoria proditum est. Cic. in Bruto, vnde ab eo suum illustrium virorum Chronicon exditur Gellius libro. 17. cap. 21.

Decem tabulas eburneas, ad imitationem duarum Hebraicarum Atheniensibus dedit. Peregrinatus est in Ægyptum, Cyprum, Lydiam ad Cræsam. Eius sacerdos Ægypti dixit Græcos semper esse pueros ob ignorantiam rerum antiquitus gestarum. Platinus Critica.

Septem ergo sapientum, & Cyri tempore velut Orientis apud Græcos philosophiæ incunabula fuerunt. Budæus lib. 4. de Assæ. Aut sub Cyri temporibus.

Septem sapientes, Thales, Solon, Chilon, Periander, Cleobulus, Bias, Pittacus, cuius auditor fuit Pherecydes Cyrus Pythagoræ præceptor.

226

Periander Corinthius sapientes epulo excipit.
 Pisistratus sublatis annuis magistratibus tyrannidem
 Athenis occupat. Pulsus in Italiam fugit.
 Primus libros Athenis disciplinarum liberalium pu-
 blicè legendos posuit. *Gellius lib. 6. cap. vlt.*
 Eius iussu Aristarchus Homeri rapsodiam recensuit, &
 in 24 partes pro numero elementorum distribuit.
 Haliattes Lydorum rex septem sapientum ætate cum
 Milesiis bellum gerit. *Herod. lib. 1.*
 Tunc Cyrenorum regnū per Battum incipit, vide sup.
 pag. 149. in annos circiter ducentos.
 Epimenides diutissimè vixit, nempe vsque ad Solo-
 nem.
 Thales Mileti Philosophiæ Ionicæ primus auctor, sa-
 piens, physicus, & Astrologus, Græcis Geometriam & A-
 strologiam, ex Ægypto primus tradit. *Laertius.* Aliqui sub
 Anco Martio. Nam diutissimè vixit, ad 58. vsque Olym-
 piadem.
 Primus in Græcia æquinoctia & solstitia. obseruauit.
 Primus solis eclipsim prædixit. Audis, quoad pueri fue-
 rint Græci, qui tamdiu ignorabant, quod omnibus erat
 perspectum.
 Alcmeon Perinthis filius Crotoniates medicus, qui de
 rerum natura primus scripsit.
 Anaximander Milesius Thaletis successor, qui horolo-
 gium, Gnomonem, spheram reperit. *Plin. lib. 7. cap. 56. &*
obliquitatem Zodiaci. lib. 2. cap. 8. Et maris & terræ circui-
tum. Laertius.
 Pythagoras Pherecydis Syri discipulus alterius philo-
 sophiæ Italicæ auctor, in illa Italiæ ora, quæ olim magna
 Græcia. Nam vetustissimæ philosophiæ fuerunt Ionica &
 Italica. reliquæ recentiores.
 In Ægyptum nauigauit, vt eius sapientiam disceret, &
 pro sua apud Græcos venditaret. Arithmeticam &
 Geometriam præcipuè excoluit, & Matheses solas
 appellauit, ex Anatolio. Peregrinatus est. in Persidem,
 atque Magos conuenit. *Cicer. 5. Tuscul.* Potuit ergo
 incidere in Daniëlem, cuius fama ea tempestate cele-
 bris.
 Eius tempore Arcades per longos & breues calamos
 cantum excogitauerunt. *Laertius.*
 Musicæ p̄ncipia primus ad artem reduxit. Ponde-
 ra & mensuras inuenit. Italis apud Crotonem leges
 dedit.
 Anaxagoras alter Pherecydis Syri discipulus vbi suam
 in Ægyptum peregrinationem confecisset, eorumque
 mysteria hausisset, libro quodam, quem Socrates citat
 apud Platonem, physiologiam ita tractauit, vt à Deo inci-
 peret, & in Deum desineret. Quem quia sub Mentis vo-
 cabulo in nobilioribus naturæ effectibus, vt res instituen-
 tem & moderantem semper considerare iubebat, Mens
 cognominatus est. Hanc regulam ferè Plato in Timæo te-
 nuit, &c.
 Anacreon poeta regis Sycioniorum Polycratis fami-
 liaris, potoinsignis.
 Phalaris, sub quo Perillus proprio inuento periit. *Suid.*
 Primus fuit post Theseum Tyrannus Agrigenti. *Plin.*
lib. 7. cap. 56.
 Bellouasus post Ambigatum Gallorum rex.
 Arion musicus à Delphino è mari in Tenarum por-
 tum defertur incolumis.

Ani
vrbis con-
dita.

181

Ani
mundi.

3560

NABUGDONOZORIS MAGNI CHALDÆORVM REGIS SÆCVIO

226

3605

Ani
vrbis con-
dita.

181

Ani
mundi.

3605

226
Jerem. 52
249

I
C EVILMERODAC,
an. 23.

3628

Rege Iechonia, deinde Sa-
lathiele duce.

Iosedec pontifice.

Prophetis Daniele & Eze-
chiele.

Inuenit Dithyramborum cantum. *Herod. lib. 1*
 Isthmia & Pythia primum aguntur in Græcia.
 Aprius (Ephre Ierem. 44.) vltimus Pharao à nemine
 deorum vel hominum sibi regnum posse eripi dicitur.
 At paulo post ab Amasi præfecto strangulatus est, re-
 gnūque Nabugdonozori traditum. *Herod.*
 Ad eum reliquiæ Iudæorum captis Hierosolymis fu-
 gerunt.
 Adrican Pœnorum rex se suosque Apriæ dedit.
 quod à Græcis, qui magna multitudine in Cyreneam con-
 cesserant, nimis fatigaretur. *Herod. lib. 4.*
 Aprius in Cyrenos ducit exercitum, sed funditur.
Ibidem.
 Arcesilaus Barti f. secundus Cyrenarum rex Apriin vi-
 cit. *Herod. lib. 4.*
 Huius fratres in aliam Lybiæ partem concesserunt
 & Barcam oppidum, in quo regnarent, condiderunt.
Ibid.
 Medi duce Artabano siue Astibara contra Scythas, qui
 iam 28 an. regnabant in Asia.
 Pisistratus secundo fugatus cessit in Eretriam, vnde
 anno post vndecimo reuersus est, Conno Athenis Ar-
 chonte, regnauit an. 28 senio confectus.
 I ECHONIAM è carcere liberauit: eique regium
 honorem & victum attribuit, anno transmigrationis ip-
 sius trigesimo septimo. *4 Reg. 25. Ierem. vlt.*
 Sedechia in vinculis statim post Nabugdonozoris obi-
 tum mortuo. *Kimbi in 34. Ierem. è Tabnud.*
 Inter Euilmerodac & Baltazarem duos reges, vt solet
 fieri in ciuilibus motibus, & dum imperiorum pernici-
 es imminet, locat Berofus apud Iosephum contra Appio.
 Nempe (inquit) Niriglissoroor occiso Euilmerodacho
 vxoris suæ fratri fit rex Babylonis an. 4. Hinc filius eius
 Labossardac mens. 9. Denique Nebrindus an. 17, de quo
 Alexand. Polyhist. & Alphæus apud Euf. præp. lib. 9. cap.
 4. Quem Iosephus Baltazarem fuisse narrat libro decimo
 cap. 13.
 Quia autem, vt supra probatum est, Nabugdonozor
 imperauit annis 45, quorum octo primi non pertinent
 ad Babylonicam transmigrationem 70 annorum, eius po-
 steris duntaxat relinquuntur triginta tres. Nam trigesimo
 septimo transmigrationis Euilmerodac regnare cœpit. *4.*
Reg. 25. Hos autem sic ferè partiuntur Hebræi, vt 23 Euil-
 merodaco attribuāt, reliquos decem Baltazari Babyloni-
 corum regum vltimo.
 Mortuo enim Nabugdonozore non modo non creuit
 Menarchia, sed & minui valde cœpit, vt Heroum filij so-
 lent esse inertes.
 Vnde multi motus in Asia, & regnorum varia nomina
 Lydorum, Medorum, Persarum, Tyriorum, &c.
 Sub eo finit Romanorum regnum post vrbem condi-
 tam an. 244. Quare sequentur cons. & tribuni militum.
Linus.
 Annum vnum detrahunt Ruffus, Eutropius, Iordanes
 Solinus. Hinc ab expulsis regibus ad Hirtium & Pansam
 nouissimos Consules an. 467. Summa 710.
 Qui nec hoc satis constitutum. Nam in annis vrbis nu-
 merandis & digerendis apud antiquos maxima dissentio,
 vt & Cicero in Bruto tradit.
 Vnde Messala Coruinus de progenie Augusti Cons. à Iu-
 nio Bruto & Publicola in Pansam & Hirtium per annos
 444. Nam sub Cons. tamdiu Roma fuit, nisi quod annis

49. Consules defuerunt sub Decéviris anno vrbis condite trecentesimo quarto, duobus, sub tribunis militum annis quadraginta, septuagesimo nono post exactos reges. Non tamen continenter. Nam consules interdum intercalati sunt ab anno v. 322, vsque ad 399. Sub Dictatoribus annis tribus. Sine Magistratibus annis quatuor, vrbis scilicet trecentesimo septuagesimo nono. Hos omnes reperias à septimo Euilmerodac ad ipsum Augustum.

Coff. omnia iura omniáque regum insignia habuerunt, id modo cautum est, vt alter alteri per singulos menses fasces ac securas concederet, ne si ambo fasces haberent, duplicatus terror, duóque reges pro vno accepti esse viderentur. *Onuph. de Roma. Princip.*

Tarquinio Superbo nondum eiecto libri tres in sacrum conditi Sibyllini appellati sunt. Ad eos quasi ad oraculum quindecim viri adeunt, cum Dij immortales publicè consulendi sunt. *Gellius libro primo cap. 19.*

L. Iunio Bruto in bello cæso suffectus est Spurius Lucretius, & huic P. Valerius Publicola. Sic alteri Consuli L. Tarquinio Collatino M. Horatius Puluillus successit.

Scythæ vsque ad Palestinam latrocinando penetrant.

Ostia ciuitas ad Tyberim & Sinope conduntur. Galli pulsus Thufcis vtramque Padis ripam occupant.

Sibylla Cumana, quæ & Amalthea & Deiphobe.

Danius regnum in Oceano Septemtrionali auspiciatur, si credendum Germanis de more mentientibus, cui Humblus & Lutherus filij deinde succedunt.

Dipoënus & Scylles primi scalpendo marmore clarent in Sicyonia.

Zeno Eleates Dialecticæ & Dialogorum inuentor.

Pythagoram vidit. Prometheo tamen dialecticæ inuentionem tribuit Plato.

Hipparchus Pisistrati filius, Hippix Tyranni frater Athenis occiditur, & sic Respub. liberatur. *Gell. lib. 17. cap. vlt.*

Altyages Medus Lydicum bellum conficit anno 604 post captum Ilium. *Soli. cap. 20.*

Amasis rex Ægypti, *Herod. Diod.* Hinc fortasse Plinius vocat Semneferreum, quo regnante ait Pythagoram in Ægypto fuisse. *lib. 36. cap. 9.*

Iromus cœpit regnare in Phœnicia 14 annis ante Cyrum regnauit autem annis 20. *Ioseph. contra Appionem.* Iam ergo monarchia Babylonis dissipabatur.

ROMÆ, capitolium perfectum. Bellum Sabinum. Pestis grassario. Sabini victi pacem rogant. Dictatura primum instituta.

Coniuratio de reducendo Tarquinio detecta. Ædes Saturno dedicata. Saturnalibus institutis. Virginus Tricostus ad Regillum Latinos paulò ante vicerat.

Tribus 31 instituta Tarquinio Cumis moriente. Secessio populi in sacrum montem.

Tarquinus Superbus sub finem Monarchiæ Chaldæorum, vt antea indicatum est, Tusculi moritur post 13 annum exilij anno vrbis 257. Augustin. paulò post, sub Dario scilicet & Cyro Persarum regibus *lib. 18. Ciu. c. 26.*

^{Anni}
^{urbis cõ-}
^{ditæ.} Tarquinio Superbo Ultimo Romanorum Rege an. 25. ^{Anni}
^{mundi.} deinde Coss. per annos 79, 3638
²⁴³ usque ad Tribunos militũ.

Aegyptiorum Ophre siue Aphrye, deinde Amasi an.

44. Haliatte Lydorum.

Alceta rege 8 Macedonum, deinde Amynta an. 50.

Leonte Lacedæmoniorum, deinde Anaxãdride an. 45.

Arcesilao Cyrenarum rege secundo, deinde Batto 2.

Romæ Coss.

²⁴⁴ L. Iunio Bruto, L. Tarquinio Collatino.

²⁴⁵ P. alerio Publicola, L. Lucretio Tricipitino.

²⁴⁶ P. Valerio Publicola. M. Horatio Puluillo.

²⁴⁷ Sp. Largio Ruffo, T. Herminio Aquilino.

²⁴⁸ M. Valerio Voleso, P. Posthumio Tuberte.

²⁴⁹ P. Valerio Publicola, T. Lucretio Tricipitino.

²⁵⁰ P. Posthumio Tuberto, Agrippa Menonio Lanato.

²⁵¹ Sp. Cassio Viscellino, Opitro Virginio Tricofto.

²⁵² Posthumio Cominio Arunco, T. Largio Flauio.

²⁵³ S. Sulpitio Camerario, M. Manlio Tullio Longo.

²⁵⁴ P. Veturio Gemino, T. Ebutio Helua.

²⁵⁵ T. Largio Flauio 2. Qu. Caelio Siculo.

²⁵⁶ A. Sempronio Atratino M. Minutio Augurino.

²⁵⁷ A. Posthumio Regillensi, T. Virginio Tricofto.

²⁵⁸ Appio Claudio Sabino, P. Seruilio Prisco.

²⁵⁹ A. Virginio Cœlimontano, T. Veturio Gemino.

²⁶⁰ Sp. Cassio Viscellino 2. Posthumio Cominio Arunco II.

²⁶¹ T. Geganio Macerino. P. Minutio Augurino.

^{Anni}
^{urbis cõ-}
^{ditæ.} 3
d BALTAZAR AN. 10. ^{Anni}
^{mundi.} 3638

Hunc Darius & Cyrus viuo somnoque sepultum oppresserunt, Monarchiamque ad suos transfulerunt. Quod futurum, multo ante denuntiarat Esaias cap. 13, 21. 47 Ierem. cap. 50. & pluribus aliis locis, P salmographeus, &c.

Iosedec pontifice.

Salathiele duce Iudæorum. Daniele & Ezechiele vatribus.

Amasi Aegyptiorum Pharaone.

Haliatte Lydorum rege octauo, denique Cræso an. 14.

Amynta nono rege Macedonum

Lacedæmoniorũ Anaxand. deinde Cleomene an. 25.

Batto 2 Cyrenarum rege, tertio, deinde Arcesilao 2.

Summa 78.

Coss. Romæ.

²⁶² A. Sempronio Atratino 2. M. Minutio Augurino 2.

²⁶³ Qu. Sulpitio Camerino, Sp. Largio Ruffo 2.

²⁶⁴ C. Iulio Tullo, P. Pinario Ruffo.

²⁶⁵ Sp. Nantio Rutilio, Sext. Furio Philone.

²⁶⁶ C. Aquilo Tusco, T. Sicinio Sabino.

²⁶⁷ Proculo Verginio Rutilio, Sp. Cassio Viscellino 3.

²⁶⁸ P. Fabio Vibulano, Ser. Cornelio Maluginensi.

²⁶⁹ L. Acmylio Mamerco. Cæso Fabio Vibulano.

²⁷⁰ M. Fabio Vibulano, Ser. Valerio Potitio.

²⁷¹ Qu. Fab. Vibulano 2, C. Iulio Tullo C.F.

Tribus annis post Tribunitia potestas instituitur, qui annus primus videtur esse Baltazaris.

Anno ab vrbe condita 500, eius ditio vix 14 milliaria, id est, 7 leucas Gallicas patebat. E tam tenui initio cresceret quidem, sed post Alexandrum Macedonem, id est, abhinc annos 250, siue post annum vrbis 500.

d S v b hoc impletum est illud Ierem. 50, Ecce ego visita bo regem Babylonis & terram eius, sicut visitauit regem Assur, & reducam Israel ad habitaculum suum.

Salathiel filius Iechomix tertio anno Baltazaris Babylone mortuus est, stetitque post eum Zorobabel filius, qui primo anno Cyri perrexerat cum exulibus Hierosolymam, & restarato templo Babylonem rediit, vbi & mortuus est. *Seder Olam.*

Iosephus quinque reges Babylonis post Nabugd. facit, sed repugnat Ieremias cap. 27.

Hebræi tantum tribuunt huic Monarchiæ 70 annos, quoniam Baltazarem tertio regni anno captum & extinctum putant.

Conueniunt in reliquis. Nam Nabugdono zori quoque annos 45 attribuunt, Euilmerodac 23. *In Seder c. 28.*

Baltazarem Labinitum Labiniti & Nitocris f. à Cyro interfectum videtur appellare *Herod. lib. 1.*

Quem quidem à Cræso adiutum, quòd Gobriæ filium occidisset, & in multos alios crudelitatem exercuisset, Cyrus Babylone obsedit & cepit. *Ibid. Herod.*

Eius primo Danieli capite 7 visio obiecta est, de 4 bestiis, læna, alata, vrfso, pardo, & quarta bestia cornua decé habente, qua sequentium sæculorum monarchicum ordinem reuelauit.

Tertio altera de Ariete duorum cornuum & hirco vnius, deinde quatuor, qui deuicit arietem, id est, rege Persarum, & Alexandro Macedo. cap. octauo. Tertia de perniciæ regis, id est, imperij, Babylonica cap 5.

Adhuc erat in viuis Pythagoras. Nam venit in Italiam regnante Tarquinio Superbo, 200 annis post Numam Pompilium. *Cic. 2. de Orat. se philosophũ appellauit, vt septem sapientum, quorum erat æqualis, gloriosam inscriptionem illuderet. Idem.*

A Danièle Dei notitia tincti sunt quinque Monarche, Nabugdonozor, Euilmerodac, Baltazar, Darius, Medus & Cyrus Persa.

Amasis penultimus Aegyptiorum rex, ad quem venit Solon qui adhuc viuebat, Græcos amauit, & Naucratem urbem eis habitandam dedit.

E Cyrene Græcam Batti regis filiam, iuxta alios Arcesilai, vxorem duxit. Primus cepit Cyrum & tributariam reddidit. Policratis familiaris. *Herod. lib. 2.*

ROMÆ Corilanus exilio damnatus. Prodigia multa visa & audita Lex Agraria.

Æmylius Aequos & Volscos vincit.

Oppia Vestalis ob incestum viua defoditur.

Anni
vrbis
con-
dita.

272

NON omnino fictum est, quod Antiqui de Assyriorum regno memorarunt, quando ei proximè Persicum successisse ferunt. Primum quoniam Nabugdonozor à quo prima Scripturæ Monarchia incipit, vetus Assyriorum imperium subdens, Assyriorum potius rex appellatus est, quàm Babyloniorum, vel Chaldæorum, propter veterem imperij sedem, quòdque Assyrij regem duntaxat mutasse, non regnum perdidisse viderentur. Quare quem prophetæ Babylonis regem vocant, liber Iudith, Herodotus, Ctesias, Iosephus ipse Assyriorum appellant.

Deinde Babylon imperij noui sedes pars erat Assyriæ, ex Plinio libro sexto, cap. 26. Strabo, libro decimo sexto. Hinc Herodotus, Cyrus Assyriis bellum intulit. Assyriæ autem cum alia multa sunt magna oppida, tum verò celeberrimi nominis est Babylon, vbi post euerfam Ninum erat regia.

Denique quia primariam Assyriorum vrbem, id est, Ninum siue Niniem occupabant.

In ordine Regum Persarum exteri scriptores à sacris variant. Cyrum enim præponunt Dario, tanquam focerum genero, cum contra Darius vel focer fuerit Cyri, vt Hebræi arbitrantur, vel auunculus, vt Lyranus in 5. caput Danielis & Zonaras annotant. Vnde & apud Danielelem Darius nominatur ante Cyrum.

Quòd autem hic fuerit Darius, quem nostri vocant filium Hydaspis, Daniel verò Assueri ex genere Medorum, ex eo liquere puto, quòd elementa Hebrayca monstrant, Assuerum tertium post Regem esse, quem Græci appellant Xersem, qui apud vtrosque fuit è primis Persarum regibus, vt Iustin. libro secundo, fidem facit, quique contra Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea per quinquennium gessit, quæ Græcorum narrant historiæ.

Succendit enim Athenas sub principe Mardonio, & bellum iniit apud Thermopylas, & apud Salaminam nauale certamen, quando Themistocles ad Persas fugit, & Sophocles atque Euripides clari habebantur.

Nec assentiri possum Lyrano & cæteris, quibus Assuerus est Darius Hydaspis filius, quoniam qui Assuero successit, est Darius Longimanus, cuius præcessorem fuisse Xersem cuncti fatentur. Deinde, quis horum sex diceretur Xerxes, cuius bellum in Græcos apud vniuersos tantopere decantatum est? Cætera infra in Assuero notabimus.

b DARIUS Medus interfecit Baltazarem regem Chaldæum, & successit in regnum annos natus 62. *Daniel 5.*

Babylon à Medis & Persis capta est, cum Baltazar magna securitate agitaret conuiuium. *Xenophon. libr. 7. de Institutione.*

Denique hunc Darium cepisse Babel opera Zopyri, etiam aiunt externi scriptores, vt perspicias hunc esse filium Hydaspis, quantumuis Cyro præponatur.

Historiæ, quæ expugnationem Babylonis vni Cyro tribuunt, fallunt. Nam ex Scriptura apparet, in euertenda Babylone Medos fuisse principes, qui Persas socios & adiutores ascuerint. *Es. 13. Ierem. 50. Daniel. 5.*

Vnde res constituuntur de sententia Darij Medi, & super regnum Satrapæ centum viginti præficiuntur, &

super

Anni
mundi.

3638

I

a Monarchia secunda, id est, Persarum, patuit ab India usque in Aethiopiæ per centum 27. provincias. *Esther 1. quæ Argentea. Dan. 2.*

Incipit an. mundi 3638.

2

q DARIUS filius Hydaspis siue Assueri de genere Medorum Daniel 9 Medus, focer Cyri, an. 2.

3640

Iesu filio Iosedec pontifice.

3640

Anni
vrbis
con-
dita.Anni
mundi.

3638

Amasi Ægyptiorum Pharaone.

Lydorum Cræso.

Amynta nono Macedonum rege.

Lacedemoniorum Cleomene.

Syracusanorum Cleandro Patareo regni conditore an. 7.

Arcesilao secundo, deinde **Batto** tertio Cyrenarum rege quinto.

Romæ coss.

272 **Casone** Fabio Vibulano 2. *Spu. Furio Mediullino.*

273 **M. Fabio** Vibulano 2. *Gn. Manlio Cincinnato.*

274 **Casone** Fabio Vibulano 3. *T. Verginio Rutilio.*

super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat, vt Satrapæ redderent illis rationem, & Rex non sustineret molestiam. *Dan. 6. Quare & hoc regnum in Græca historia & Medicum & Persicum nominatur.*

Eius primo absoluti sunt septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ à Ieremia 25 & 29 cap. prædicti, *Dan. 9.* Quauis Rabbini tam veteres, quàm recentiores putent illum septuagesimum annum incidisse in secundum Darij Longimani; magna impudentia affirmantes Daniëlem in sua supputatione fuisse lapsum. *Abben Ezra in 9. Dan.*

Esse autem videtur hic Darius, qui ducibus Dati & Arbazo Medis (Medus enim Medos exercitibus præficebat, contra eos, qui Darium Persam faciunt) Asiam, Macedoniæque aggressus est, & Ionès superauit: fugatus interim à Miltiade Atheniensis in Marathonis campis, vnde Græci scriptores bellum apud Marathonem gestum Medicum dicunt. Quod gessisse videtur, Cyro a libi res gerente. Ita vt quidem Darius plusquam 2 an. regnauerit, sed eius alij 20, aut circiter, Cyro attribuantur, quòd cum eo concurrerint. Nam Hebræi Dario Cyrum duntaxat annis tribus faciunt superstitem, & Themistocles inter Marathoniam pugnam & transitum Xerxis in Græciam annos tantum decem constituit.

Græciam primus tentauit. bellum describit *Herod. lib. 6.*

Bellum infeliciter aduersus Scythas suscepit, cui expeditioni etiam Miltiades interfuit.

Eius primo reuelatio facta Daniëli de septuaginta Hebdomadibus, id est, annis 490, post quorum sexagesimam nonam occidendus erat Christus, & pactum confirmaturus *cap. 9.* item liberatio è lacu leonum *cap. 6.*

Circa ducentessimum sexagesimum annum ab vrbe condita victi ab Atheniensibus Persæ pugna Marathonica duce Miltiade & comite Themistocle. *Gell. lib. 17. cap. 4. M. Macerino & Augurino Coss. Sulpitius.* Annis 20 post eiectum Pisistrati filium Hippiam & decem ante Xerxis expeditionem Salaminiam *Herod. lib. 6. Gellius ibid. Vbis annus non quadrat.*

Commanus post Senanum Segoregiorum Galliarum rex.

Marmore sculpendo primi omnium inclaruerunt Dipenus & Scillis in Græca insula geniti, Medis imperantibus, priusquam Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est, Olympiade circiter 50. *Plin. lib. 36. cap. 4.*

Cræsus barbarorum siue Asianorum primus, Græcos, Ionès, Aeoles, Dores Asiæ tributarios, Lacedæmonios amicos fecit, Exceptis Cilicibus & Lycis, omnes cis Halim fluium Medos à Lydia separantem, & ab Atmenia monte in Ciliciam labentem subiecit, videlicet Lydos, Phrygas, Mariandinos, Meios, Chalibes, Paphlagonès, Thraces, Ethinos, Byrthinos, Cares, Ionès, Dores, Aeoles & Pamphylios. *Herod. lib. 1.* quo victo cessere Cyro omnia.

In urbem Sardes è Græcia doctos omnes traxit. *Ibid.* Solon ad eum & ad Amasim regem Ægypti peregrinatur. *Ibid.*

Lydi in Hetruriam veniunt, ibique sedes perpetuas statuunt. *Ibid.*

Fabius vicit Veientes & Hetruscos. Triumphum tamen agere reculauit propter cæsorum Romanorum

nume

numerum.

CYRVS Astyagis Regis Medorum nepos ex filia, de quo pag. 125, secundum Græcos Astyagem regno expulit, secundum Hebræos eius regnum hæreditate est sine vi consecutus, vt innuit Daniel cap. 13. *Et rex Astyages appositus est ad Patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.* Sed id non proximè, verum post Darium Astyagis hæredem, de quo ead. pag. 125. Quo prætermisso Daniel ad Cyrum transfiliit, quoniam agebat de captiuitate Babylonica, à qua significabat se populùmque suum liberatum iri per Cyrum ac Deum iam parturire Israëlitis sub Nabugodonozore liberatorem.

Eius tertio Danièli factæ sunt reuelationes capitum 10, 11, & 12. Res autem capitum 13, & 14, sub Nabugodonozore. Nam errat Sulpitius, qui Daniele Babylonicæ virtutem suam ostendisse dicat coram Cyro sacerdotibus Beli falsi conuictis, cum Beli simulachrum cibis vesci assererent. Daniel enim sub Cyro erat senex, atqui cap. 13, dicitur fuisse iuuenis. Deinde Cyrus non colebat Deos Babylonicorum, sed Persarum. Denique non in Babylonia commorabatur, sed in Perside.

Publicè edictis dat potestatem Iudæis redeundi & cætera perficiendi, quæ describuntur primis capitibus Ezræ.

Restituisse templum Hierosolymitanum etiam scripto prodidit Alex. Polyhistor. & Hecataeus Abderitanus apud Iosephum lib. 8. cap. 4.

Persico regno adiunxit Babylonicum, quia mortuo Dario socero illud obtinuit, atque ita tria regna, Medorum, Persarum, Babylonicorum coniunxit.

Scythis bellum inferens cum ducentis millibus Persarum in prælio cecidit. Anno decimo quinto, postquam Tarquinius Superbus Romæ regnare cœperat. *Sulpitius*, Atqui Tarquinius iam sub finem Monarchiæ Babylonicæ obierat. Sed illud discrimen non est multorum annorum.

Vulgo tamen Romæ consules institutos exactis regibus putant sub Cyro. Nam in eius tempora fere omnia sua memorabilia conferunt Græci & Latini, quia non nisi vmbra superiorum Monarchiarum & sæculorum perciperunt, vt è sequentibus patebit.

Sub Cyro philosophia auctoritatem & nomen obtinere cœpit. Hinc multi deinceps Astrologi, Physici, Medici, Poætæ. Quare & hinc suum chronicon de Græcis Romanisque illustribus exorditur *Gellius lib. 17. cap. 21. & vltim.*

Sibylla Chaldæa siue Persica, Alexandri Macedonis gesta perinde atque Daniel prædixit. Eius sunt, magna ex parte, quæ supersunt Græcè Oracula Sibyllina. Non rectè confunditur cum Erythræa. Nam illa vixit belli Troiani tempore, ac prædixit Græcis Ilium petentibus perituram Troiam, & Homerum mendacia scripturum. Vide quæ de rebus Sibyllarum adiecimus ad librum Perionij de vitis Sanctarum mulierum.

Cræsus Lydorum rex. Æsopus fabulator. Anacharsis & Scyle Scythiæ, quos populares interfecerunt, quia peregrinos mores & Græca sacra in patriam inferebant. *Herod. lib. 4.*

Parmenides in montis Caucafi vertice logicam excoGITat, physica scribit carmine.

Heraclitus flens hominum stultitiam & vanitatem,

Anni v. bis con- dita.

274

Ezr. 1. & 2.

304

288

3
a CYRVS gener Darij, rex Persarum succedit Medo, vnumque è duobus imperium successione & Victoriarum iure facit ann. 30.

esu filio Iosedec pontifice.

Salathiele & Zorobabele ducibus Iuda.

Propheta Daniele.

Amynta nono rege Macedonum, deinde Alexandro an. 43.

Amasi Aegyptiorum Pharaone. denique Psammenito mens. 7.

Lydorum rege Cræso.

Lacedæmoniorum Cleomene, deinde Leotichide Menaris f. an. 22.

Cyrenarum Battò tertio rege quinto, deinde Arcesilao tertio.

Anni mundi.

3640

3670

Anni orbis condita.

Anni mundi.

3670

3670

cuius ad Datium Hydaspis filium extat epistola. Empedocles hos secutus Heroico versu de rerum natura philosophatur. Xeusis & Parrhasius pingedi arte excellunt.

Babyloniis dilabi finentibus suum imperium, Amasis in Aegypto regnum recipit, Cræsus autem affectat Asiã. Vnde & Ephesum & vicinas vrbes; totãque Ioniam subiicit, & cum Astyage sorotio confligit, sed iuxta oraculum Delphicum, Cræsus Halim superas, magnam peruertet opum vim. Tandem in Cappadocia post 15 regni annum à Cyro vincitur, & Sardibus capitur.

Cræsus primus barbarorum, Græcos partim tributarios, partim & socios foederatos reddidit. Antea enim omnes Græci liberi. *Suidas in Cræso.* adhuc viuere Solon & alii de septem sapientibus.

Cyrus Mazarem Medum & Harpagum mittit, vt Ioniam, Cariam, Lyciam occupent. Harpagus Phocenses in Corsicam, Rhegium, Veliã, & agrum Massilię eiicit. Teios in Traciam, vbi Abderam condunt. Xanthios in Lycia ad incendium compellit.

Massilia à Phocensibus tunc condita, quæ proinde Græcè loquebatur, & Græcas literas in Galliam propagauit, pro Bardos, Euages, Tectosages. *Marcellinus li. 5. Strabon lib. 4.*

Cyri victorias & fauorem erga populum Domini in Chaldæa captiuum, eo etiam nominato, prædixit Esaiã annis 200 antè. *cap. 4. & 45.*

A Cyro facta est omnibus, qui vellent, redeundi in Iudæam potestas. Itaque multi, pij præsertim ac tenues ad 50 ferme millia duce Zorobabele, & pontifice Iesu filio Iosedec reuersi sunt, & Hierusalem ædibus constructis redintegrare cœperunt. *Ezræ 1. & 2.*

Fundamenta quoque templi iecerunt anno secundo sui reditus, *Ezræ 3.* ædificato altari, in quo sacrificarent, sed ab accolis Samaritanis interturbata est ædificatio ad secundum Darij. *Idem 3 c. Ioseph. lib. 1. contra Apionem.* Hinc Ioan. 2. Quinquaginta annis extructum templum. Quot reperias à secundo Cyri, ad 2. Darij Longimani.

Quod R. Selomo & alij scribunt è 4 Ezræ, Cyrum inductum per Rahum & alios consiliarios, edictum suum reuocasse, ædificationemque vrbis & tēplī impediuisse, nõ potest consistere. Quoniam Cyrus perpetuò favit Iudæis, ac de eo insignia habet testimonia Es. 45, eo etiam nominato 200 annis, antequam nasceretur, & alibi apud Ezram passim & prophetas.

Quod ergo Ezrã cap. 4 scribit Iudæos duobus accusationibus in odium regnum Persarum incurrisse, atque ita in ædificatione templi impeditos fuisse, & priorem accusationem in Assueri, posteriorem in Artaxerxis tempora collocat, per Artaxersem intellige eundem Assuerum, vt ante nos R. Abraham Abben Ezra tradidit, quasi vtraque reuocatio ab eodem facta sit. Quin & fortassis duę illæ, quæ dicuntur, accusationes sunt vnica, vt posterius more Hebraico sit posterioris explicatio.

Vt tres fuere captiuitates, ita tres reditus. Primus duce Zorobabele (sub Cyro) secundus post 18 annos sub Dario Longimano (sed hic numerus non satis conuenit. Nam septimus Darij Longimani abest à Cyri vltimo 28 annis) duce Ezra, qui tumultuariè ædificauit murum vrbis, & adaptauit templum redeunte Zorobabele Ba-

Syracusarum Cleandro regni conditore an. 7 deinde Hippocrate Gela an. aliis 7.

Romæ Coss.

275 *L. Aegypcio Mamerco 2. C. Seruilio Prisco.*

276 *C. Horatio Puluillo, T. Menenio Lanato.*

277 *A. Virginio, Sp. Seruilio.*

278 *C. Nantio Rutilio, P. Valerio Publicola.*

279 *L. Furio Medullino, A. Manlio, Volsone.*

280 *L. AEmilio Mamerco, Opitue Virginio, siue Vopisco Iulio Tullo.*

281 *L. Pinario Ruffo, P. Furio Medullino.*

282 *Ap. Claudio Sabino, Ap. F. Quintio Capiolino Barbato.*

283 *L. Valerio Potito, T. AEmilio Mamerco.*

bylonem, vbi & moritur. Tertius (sub eodem Dario post secundum annis 13) duce Nehemia. *Seder Minor.* Tres annos tantum. Hebraei tribuunt Cyro & Assuero 14. *Ibid.*

In primo reditu ascendunt cum magnis opibus, auro, & argento, rebus aliis pretiosis, ad 42 millia, trecentos sexaginta, e quibus seliores erat equorum, mulorum, asinorum, camelorum ad octo millia, centum triginta sex praeter profelytos, seruos, ancillas, & ducentos psaltes & psalterias, *Ezr. 1. & 2.*

Nempe triginta millia e tribubus Iuda, Benjamin & Levi, ex aliis tribubus millia alia tredecim. *Ibid. R. Selomo & Seder. Olam.*

Ezras cap. 2. plebeios, oriundos praesertim e Hierosolymis, Bethleem & caeteris oppidis Iuda & Benjamin reuocat ad 38 millia, Clericos autem, id est, sacerdotes, Leuitas, cantores, Ostiarios, Nathineos, seruos templi ad quinque millia, viginti duos.

Caeteri per Orientis regiones partim dispersi remanserunt, partim sibi ipsis aedificauerunt vrbes, pagos, Synagogas, Academias, quae & de Principum licentia sibi principem constituerunt, & Res Galuta (caput exilij, Patriarcamque nominarunt, quam dignitatem Hircano regio temporibus Herodis capta & in Parthiam tracto vltro detulerunt, etsi eam alioqui ab illorum locorum regibus redimerent, & magno pretio conferuerent, vt de sua gente, praesertim Dauidis familia haberent magistratus, ac in exilio in sua Repub. & suis Legibus viuere viderentur. *Seder Minor, R. Abraham in Cabbal.*

Hellespontia Sibylla, Solonis & Cyri temporibus, vt scripsit Heraclides Ponticus. Iisdem ferè temporibus Persica, Lybica, Italica & Graecae plures. Theognis poeta.

His annis absente Cyro in bello Scythico, regnat filius Cambyfes, impedit executionem edicti a patre in gratiam Iudaeorum sanciti. Aegyptum regno Persico adiecit: sed infelicem suscepit expeditionem in Aethiopiā. *Herodot.* Eodem ferè tempore moritur, quo pater. Quare in serie Regum ab histor. Hebr. non reponitur.

Iniquior fuit Iudaeis, quia bellum Aegyptiis illaturus metuobat, ne illi Aegyptiis se immiserent, praesertim cum dicerentur a calumniatoribus aulicis Aegyptia orti stirpe.

Eum Cyrus pater Regem creat, cum Regem non liceret extra regnum, cum exercitu proficisci, nisi prius domi Rege creato. *Herod. libro septimo, Ideoque Cambyfes anni, quibus regnauit absente patre, Cyro tribuuntur.*

Ex qua Herodoti regula duo reges erant: Persarum vno tempore. Vnus domi, alter foris, id est, vnus qui foras progrediretur ad bella, alter, qui domi interea remaneret. (q. vnus Augustus, alter Caesar.) Quare Angelus Dan. 10. se dicit relictum fuisse apud Reges Persarum diebus 21, cum tamen videatur tunc fuisse rex vnus, nempe Cyrus. Eius enim tertio hoc dicebatur ex eodem capite. Sed Cambyfes erat rex Domesticus Cyro absente.

Cambyfes quem domi, regni vicarium pater reliquerat Sisami iniusto iudici pellem detraxit. *Herod. lib. 5.*

Etiā in Metasthene omittuntur Cambyfes & Darius, quem Hydaspis filium dicunt. Ille quia regnauit viuente patre, & bellum gerente contra Scythas, tāquam

Anni
vrbis cō-
dita.

Anni
mundi.

3640

284 T. Numicio Prisco, A. Virginio Calimontano.

285 T. Quintio Capitolino, P. Sernilio Prisco.

286 T. Emilio Mamercio, Qu. Fabio Vibulano.

287 Qu. Seruilio Prisco, Sp. Postumio Albo Regillensi.

288 Qu. Fabio Vib. 2, T. Quintio Capitolino 3.

289 A. Posthumio Albo, Sp. Furio Esso Medullino.

290 L. Aebutio Helua, P. Sernilio Prisco

291 L. Lucretio Tricipitino, T. Veturio Gemino.

292 P. Volumnio Auentino, Ser. Sulpicio Camerino.

293 C. Claudio Ap. F. Sabino, P. Valerio Poplicola cui interfecto successit L. Quintus Cincinnatus.

3670

vicarius

Anni
vrbis cō-
dita.

Anni
mundi.

3640

294 Qu. Fabio Vibulano 3, L. Cornelio Maluginensi.

295 L. Minuio Carbeto, C. Nauio Rutilio 2.

296 Qu. Minucio Augurino, C. Horatio Puluillo.

297 M. Valerio Max. Sp. Virginio Calimontano.

298 T. Romilio Vaticano, Sp. Veturio Ficurino.

299 Sp. Tarpeio Capitolino, A. Aterino Fontinali.

300 P. Horatio Tergemino, Sex. Quintilio Vao, cui peste mortuo sufficitur, Sp. Furius.

301 T. Menenio Lanato, P. Sestio Capitolino.

302 Ap. Claudio, T. Genucio.

Decemviris consularibus creatis.

303 Appio Claudio, Sp. Postumio Albo, T. Genucio, Ser. Sulpicio, P. Sestio, T. Romilio, Sp. Veturio, P. Curatio, C. Iulio, A. Manlio. (Lex 10 Tabularum scripta.)

3670

vicarius, quod non liceret Regem extra regnum proficisci cum exercitu, nisi domi prius creato Rege ad vitanda bella inrestina.

Darius autem quia vel praecessit Cyrum, vel per eandem legem, eo discedente, domi regnauit. Assuerus. Ita anni septem, quibus Cambyfes regnasse dicitur, & prohibuisse inchoatam aedificationem templi ob calumnias Samaritanorum, attribuuntur Cyro Is patre contra Scythas pugnante, Amasi moriente, Aegyptum cepit. *Diud. lib. 2. Herod. lib. 3.*

Cyri bellum aduersus Thomirim Massagetarum, reginam 630 annis post bellum Troianum: *Ex Trogo.*

Ibidem Cyrus occumbit. De hoc tamen Herodotus dubitat, cum inquit, Hæc de Cyri vitæ exitu dicta sufficiant, de quo cum multa referantur, is qui mihi maxime verisimilis videtur, a me commemoratus est. Et Xenophon cum placide mortuum esse in complexu suorum narrat.

Eius anno primo Danielis hebdomades inchoant, quem fuisse captiuitatis septuagesimum docet Ioseph. lib. 11. Ant. cap. 1. anno post captam Babylonem vno, vt supra declaratum.

Milciades post Marathoniā victoriā damnatus ab Atheniensibus in publicis victoriis interit.

Clisthenes Athenis exulans, Sicyoniorum tyran. efficitur.

Oracula in Græcia & Africa Dodoneum, Delphicum, Hammonium, Amphiarai celeberrima. *Principio Herod.* responsa partim erant dubia, partim a prophetis sumpta, qui multo antegentium & populorum varios casus & vices praenuntiauerant, vt Assyriorum Esaias, Babyloniorum Ieremias, Macedonum *Es. 23. & Dan. 8.* Romanorum Balaam *Nu. 24.* & Daniel sepius. Nabugdonozoris *Es. 14. & Ier. 23. & c.* Cyri, eo etiam nominato *Es. 45.* Alexandri Magni & successorum *Dan. 8. & 10.* Facile enim erat daemionibus ingenio & scientia pollentibus iam dicta dicere, demere, vel addere, alia lingua interpretari, &c.

Psammenitus patri Amasi in Aegypto successit. A Persis rege Cambyse subigitur, atque ita Aegyptus Persarum iuris fit, *Herod. lib. 3.*

Cyreni, Lybes, Barcei se dant Cambysi, Cræso adhuc viuo *Ibid.*

Corax & Tifias primi rhetoricam excitant. Anaximenes Anaximandri successor primus horologium sciotericum. i. solare Lacedaemone ostendit. Eo die obiit, quo Sardis capta est. *Laert.*

Sub Cyro 55. Olympias, quando Sardis & Cræsus capti sunt. *Suidas in Anacreontes & Anaximandro.* Hoc sequuntur Plinius, Solinus, Diodorus, Thallus, Castor, Polybius & Phlegeton, quos citat Euf. præp. 10. cap. 3. Alij Cyrum capisse imperare Olymp. 70; sub vrbis 260. alij Olymp. 80, sub vrbis 290.

Cyrus Xenophontis aliquot annis post, non ad historiae veritatem, sed ad iusti & legitimi imperij imaginem scriptus. *Cicer.* Etsi alioqui optimus & piensissimus fuerit princeps. *Esa. 44. & 45. 2 Paral. vlt. Ezra 1.* Nam Dei Ecclesiam ab Assyriis primum, deinde a Chaldaeis misere afflictam recreauit. *Ibid. & Ierem. 50.*

Quo tempore Cræsus viuus captus est Sardis, pugna trecentorum Lacedaemoniorum cum totidem Argiuis de agro Thyrea, extitit, ex quibus duo Argiui & vnus

ad. 10. *Thucid. in Proem.*

Marathonia pugna 16 annis posterior fuit Bruti, primi Rom. Cofs. funere. *Halicarn.*

Tantis classibus in Græciam transit, vt Hellefpono iuncto Athone monte perfosso maria ambularit, terramque nauigarit, maria pedibus peragrans, classibus montes *Cic. 2. de Finibus.*

Integrum quadriennium in apparatu belli consumit, collecto exercitu 528.3220 hominum, *Herod. lib. 7.* Annum egit in Europa.

Bellum à Dario patre, vt exteri statuunt, auo, vt ego, post Hebræos, susceptum aduersus Græciam per quinquennium gessit. Bis in terra victus, tertio, sed frustra, nauale prælium instruit.

Omnem librorum copiam, Athenarum vrbe præter arcem incensa asportauit in Persas. Quos multis post tempestatibus, Seleucus Nicanor referendos Athenas curauit. *Gell. lib. 6. cap. ult.*

Græci similitates belli huius metu deponunt, & Syncretismo facto petunt auxilium à Siracusano Gelone, Cretensibus & Corcyreis.

Prælium ad Thermopylas memorabile. Nam 300 Lacedæmonij duce Leonida, circiter vicies mille Persas trucidant. Simile narrat Gellius *libro tertio capite septimo.*

Artabani expeditionem illam Xerxis contra Græcos dissuadentis, oratio elegans apud Herodotum libro septimo vbi mentio vnus Dei ostendit Persas à Iudæis fuisse instructos.

Xerxis bellum describit Herod. lib. 8. & 9.

Mardonius Assuëri dux Alexandum Macedoniæ regem ad Athenienses legat de pace, quam illi recusarunt. Cyrillum in Salamine suadentem recipi conditiones seruitutis à Mardonio oblatas, lapidibus Atheniensium viri obruerunt, vxorem ipsius & libros fœminæ. *Demoth. de Corona.*

Sarobazanes & Sifinnius à Mardonio Syriæ & Palestinæ præficiuntur.

Gelon Syrac. Hieronis frater, ad quem multæ odæ Pindari, Hamilcarem cum 30 millibus trucidat. eo die, quo ad Thermopylas, vel ad Salaminam duce Themistocle, dimicatum est. *Diod. lib. 11.*

Syraculis tyrannidem inuasit annos 85 ante Dionysium Seniore. *Dionysius Halicarnasens.* Huic successit Hieron, deinde post annos 12, Thrasibulus frater, *Diodorus.*

Pausanias Lacedæm. suspectus de Xerxis amicitia supplicio afficitur. Accusatus fuit ab Aristide Atheniensi belli socio.

Demaratus rex Lacedæmoniorum, apud Xersem exulat. Leonida in eius locum successit, qui in angustiis Thermopylarum Persis restitit tribus continuis diebus & quarto vicit.

Aristides summa integritate censum de tota Græcia agens & tributum singulis imponens, quo Græci quotannis ad sumptus bellicos aduersus Persas conferrent 460 talenta, iusti cognomen est adeptus. *Thucydides lib. 1. & Plat. in eius vita.*

Post fugam Persarum, Græci ad mutua dissidia redeunt. Hinc serpet bellum Peloponnesiacum.

Ostanes primus de Magia commentatus, Xersem

Anni
vrbi cõ-
dita.

316

*T. Quinctio Capitolino 6: Agrippa
Menenio Lanato.*

**Trib. Mil. Conf.
Potestate.**

317

*Mar. Aemilio: L. Quintio Cincin-
nato F. L. Iulio.*

Coff.

318

*M. Geganio Macerino 3; L. Ser-
gio Fidenate.*

319

*M. Cornelio Maluginensi: L. Pa-
pirio Crasso.*

320

C. Iulio 2: L. Virginio.

321

*C. Iulio 3, vel M. Manlio, L. Vir-
ginio 2, vel Q. Sulpicio.*

Anni
mundi.

3670

3690

contra

Anni
vr bis cõ-
dita.

322

Trib. Mil.
*M. Fabio Vibulano, L. Sergio
Fidenate, M. Fosio.*

323

*L. Pinario Mamerco, L. Furio Me-
dullino, Sp. Postumio Albo.*

224

Coff.
*T. Quintio L. F. Cincinnato, Penno,
C. Iulio Mentone.*

325

L. Papirio Crasso, L. Iulio.

325

**e DARIVS Longima-
nus Artaxerxes 2 Pius,
annis 40. Cuius annus
32 Nehem. 13 memora-
tur.**

355

0871

Anni
mundi.

3680

3690

3730

contra Græcos comitatus, semina artis portentosa as-
perfit, *Plin. lib. 30. ca. 1.*

Imarus rex Lybiæ Aegyptum Persis ademit cæso Ache-
mene Assuëri fratre. *Thucid. lib. 1.*

Literæ Græcæ Malsiliæ vigent, vsque eo, vt Galli illo-
rum exemplo illarum studio caperentur. & iam pacta &
conuenta Græcè scriberent. *Strabo lib. 4.*

Philolaus Corinthius legem proletariam Thebanis
fert.

Scythis in Media belligerantibus, domi seruile bellum
exurgit.

Romani, qui proximè decem viros consilio Hermoti-
mi Ephesij in Græciam & Athenas tunc florentes mise-
rant, vt Solonis leges decem Tabulis comprehensas de-
scriberent, his duas adiecerunt, paulò ante bellum Pe-
loponesiæ an. 60 ab exactis regibus. *Cic. 2. de Finib. sub
300 an. post urbem conditam. Gellius lib. 20 c. 1. Sol. cap.
2. Halic. cap. 2.* Earum fragmenta habes, 2 de Legibus
Cic.

Heracliti Ephesij amicus Hermodorus Ephesius, le-
gum Romanarum interpret. ac perit auctor. *Pompo. Iuris-
con. de Origine iuris. Plin. lib. 3 4, cap. 5.*

Inde ROMÆ lex de connubio Patrum & Plebeiorum
lata. Tribuni militum consulari potestate creati, A. Sem-
pronius Atratinus, T. Cloelius. L. Atilius, quibus mense
tertio post magistratum abdicantibus facti sunt Coff.
Lucius Papyrius & Lucius Sempronius, vbi ferè desinit
Diony. Halicarnasens. Cenfores creantur. Fames maxi-
ma, qua coacti multi se in Tiberim præcipitarunt.
Sp. Melius ob seditionem à C. Seruilio Hala obruncan-
tur.

Tolumnius Veientium rex Romanorum legatos in-
terficit. Anno sequente ab A. Cornelio Cossio interfici-
tur. Pestis & terræmotus. Fidenæ captæ.

Urbis 322, septuagesimo nono post exactos reges Tri-
buni militum subeunt locum Consulium per annos 43,
sed non continenter. Nam Coff. intercalati sunt vsque
ad an. 339.

Volsci victi & venundati.

e TEMPLVM anno huius Artaxerxis sexto perfectum est.
Ezra 5. annis scilicet quatuor. Nam cæpit ædificari, anno 2
Seder cap. 29.

Quod colligi etiam potest ex Haggæo, & Zacharia.
Quare verba 5 capitis tertij Ezræ, *Structuram templi pro-
tractam esse per biennium vsque ad Darij regnum, quod gentes
vicina impedirent, ne consumaretur adificium omnis tempore vita
Cyri, sic sunt restituenda. Et protraxerunt structuram vsque
ad secundum annum Darij Regis.*

Huius autem impedimenti interuallum fuisse plus
minus 46 annorum rectè velut rem vulgo tritam Iudæi
aiunt anno secundo. Nam tot existunt à Cyro ad secun-
dum huius Darij, & Daniel 9 cap. septem hebdomadas
huic rei assignat.

Septimo eiusdem Ezras venit Hierosolymam cum
multis Iudæorum millibus. *Ezra 7.*

Tamen Hebræi supponunt Ezram ascendisse Darij
secundo, ob captatam fortasse tum à Zorobabele huius
rei facultatem.

Nam Darij secundo, iterum Zorobabel reditum pro-
curat hac occasione captans facultat em, quæ per Assuë-
rum adempta fuerat. Tres adolefcentes regij corporis
custodes, oblectandi eius causa, quæstionem posuerunt,

quam res maioribus polleret viribus. Cum vnus dixisset, vinum, alter Regem, Zorobabel tertius, Mulierem, sed supra omnia virtutem: & huius sapientiam Rex probasset, iussit, vt ille peteret: quicquid veller. Ille autem copiam restituendæ ædis & vrbis poposcit. 3. Ezr. 3 & 4. Ben Gorion lib. 1. cap. 12

Vbi qui historiam tertij Ezræ improbant obiiciunt non rectè Zorobabelem adolescentem dici regnante hoc Dario qui minimum septuagesimum annum ageret, si quidem is fuit, qui primo Cyri ad reducendos Israëlitas dimissus est. Sed respondeo, satis esse per Synthesim, vt è tribus adolescentibus, duo tales fuerint. Addo. *בבב* Babbur Hebr. non tam significare adolescentem ætate, quam vigore, id est, virum ætatis viridis & florentis, quam quis sibi deligeret, q. electum. Accedit illud R. Selomonis, 1 Paralipom. 22. vers. 5. Etiam filius 42 annorum vocatur *בבב* puer. Exod. 33, ver. 11 Constat enim tum Iosue fuisse 42 annorum, vel 56 iuxta Thalmudicos. Cum ergo Pueri nomen tribuatur tam proeecto, Iuuentus & adolescentia huiusmodi pueritiæ incidet in sexagesimum & septuagesimum multo magis. Quemadmodum apud Virgilium magni anni magnos oportet procedere menses.

Mœnibus cingitur à Nehemia Hierusalem, Darij huius vigesimo. *Nehem. 5 & 6.*

Eo enim tertius reditus è captiuitate in Hierusalem cœpit, Nehemia ductore, qui ascenderat quidem cum Zorobabele. *Ezr. 1.* sed quia eius ductu non factus fuerat primus ille reditus, tertius duntaxat ei tribuitur.

Anno autem trigesimo secundo tota exædificata est. *Nehem. 5.*

Nehemias eodem anno constructis muris redit ad hunc Artaxersem regem, à quo postea reditum impetrat in Hierusalem. *Nehem. 13.*

Nam hunc esse putant Hebræi, cuius septimo Ezras, & vigesimo Nehemias ascenderunt, in quorum libris Artaxerxes passim nominatur. Est autem hoc nomen regis Persarum dignitatis. *Seder c. 29.* id est, non Proprium sed Commune.

Rex Assur vocatur. *Ezra 6.* Xerxis filius, *Thucydides*, id est, Assueri. Nam ex eo Ester genitum Hebræi constanter tradunt.

Cuius & secundum fuisse putant Septuagesimum captiuitatis contra sententiam Danielis cap. 9, qui eam confert in primum Darij Medi, do quo illic. Quamquam captiuitatem intelligunt non transmigrationem simpliciter, sed & euersionem templi factam sub Sedechia. Nam etiam illud interuallum est contractius.

Vfus est Zorobabele consiliario & custodum regij sui corporis principe loco Danielis. *Ioseph. ben Gorion libr. 1. cap. 11.*

Apud Profanos primus est Artaxerxes. Nam duos tantum faciunt Longimanum & Memnonem. Atqui Ezras Assuerum etiam siue Xersem Artaxersem vocat.

Artabani scelus, qui victum tertio prælio Xersem trucidarat Patti succedens vlcisitur.

Aliqui Nehemiam à consequente Artaxerse missum Hierosolymam putant, vt illa ageret, quæ eius libro continentur. Sed perperam. Nam aperte erat pincerna illius, qui Assuero successit.

Anni
vrbis cõ-
dita.
325

Anni
mundi.
3690

Iesu filio Iosedec, Iochim & Eliasib per ordinem pontificibus.

Mesulam duce Iuda.

Hageo & Zacharia prophetis.

Alexandro Amyntæ filio rege Macedonia, deinde Perdica an. 28.

Lacedæmoniorum Agi Archidami F. an. 27. deinde Agesilao Agidis fratre an. 29.

365

3730

Anni
vrbis cõ-
dita.

Anni
mundi.
3690

Syracusanorum Hierone, deinde Trasibulo an. 1, sub quo Syracuse se per annos fere 60 in libertatem vindicarunt, donec Dionysius senior Remp. inuasit.

Rom. Coss.

L. Sergio Fidenate 2. Hostio Lucretio Tricipitino.

326

A. Cornelio Coss, T. Qu. Cincinato Penno 2.

327

C. Seruilio Hala, L. Papirio Murgillano.

328

Trib. Mil.

T. Quintia Penno, C. Furio, M. Postumo, A. Cornelio Coss.

329

Angelus precatur pro Hierusalem & Iuda, quibus (inquit) Domine iratus es his 70 annis iam dudum exactis. *Zach. 1.* Sic enim locus debet intelligi. Nam septuaginta captiuitatis anni iam pridem finierant, nempe sub imperij Cyri principium.

Tum Zorobabel filius Salathiel, & Iosue, filius Iosedec, cœperunt ædificare templum Dei, & cum eis prophetæ, maximè Haggæus & Zacharias. *Ezra 2.* id est, secundo Darij, *Hag. 1. Zach. 1.* cum antea sub Cyro vix altare perfecissent. *Ez. 3.*

Ezras ab exilio reuersus, academiam Hierosolymis instituit, omni disciplinarum genere refertam, ex qua multi insignes viri, seorsum Scribæ & Legisperiti prodierunt, qui iidem in Euangelio videntur.

Quin & auctor fuit primò versuum, siue periodorum, & paularum Scripturæ. 2 Diuisionis librorum factorum, vt Legis in quinque, Prophetarum in octo, Hagiographorum in nouem, 3 Parsiorth & Sedarim, id est, sectionum Legis pro numero Sabbatorum anni. 4 Paragraphorum per minuscula & expressorum, in quos illas sectiones subdividunt pro reliquorum dierum, nempe operariorum, lectione. 5 Characterum hodiernorum, quòd veteres à Samaritanis hæreticis, & plerisque aliis Orientis profanis populis vsurparentur.

Arcam priori similem in templo à se ædificato Iudæi dedicarunt. Nam prior à Mose ædificata ita fuit abscondita à Ieremia, vt nunquam reperta sit, *Epiphani. & irad. Hebr.*

Darius omnibus modis Iudæis fauet, fortasse quòd filius esset Esther, & certe eius annis Regina Esther vidua mater videtur multum potuisse, & liber Ezræ & Nehemiæ Mardocheum nominat.

A Græcis etiam, vt Suida, dicitur Artaxerxes, ad quem Themisthocles fugit, (*Thucydides lib. 1. Et si Diodorus, Cic. et Valerius Max. ad Xersem dicant.*) quamuis patrem Xersem antea turpiter profligasset. Mirum est Hebræos ferè, hunc esse opinari, qui victus sit ab Alexandro.

Iubet Iudæos repetere ædificationem & vrbis & templi. *Ezra 6.* collatis muneribus & priuilegiis amplissimis. Hinc à fluuio Babylonis Ahana Hierosolymam Ezras scriba cum multis aliis conscendit, & ædificauit murum ciuitatis. *Ezra 7. & seq.*

Deinde à Suis castro siue vrbe munitissima & post annos 13. Nehemias regius pincerna, Eliasib pontifice. *Nehem. 2. & sequentib.* vsque ad 12. ad cingendam mœnibus & portis urbem, quæ ad hoc tempus pagi instar remanserat.

Nam anno Longimani vigesimo mittitur Hierosolymam, vt eius instaurationem iuuet. Reperit ignem, quo sacrificia incendi solebant. 2. *Machabeorum 1.* In Nephthar, vbi fuerat per sacerdotes sub Nabugdonozore conditus.

Cumque sua legatione fuisset perfunctus, ad regem reuertitur, donec an. eius 32. rediret ad corrigenda quædam peccata & corruptelas absente se subortas, *Ipsæ cap. 13. siue vlt.*

Nec verò cuncti rediere. Etenim exulum multitudo, vt *Ioseph. Ant. lib. 18. c. 12. & Talmud. narrant,* urbem ad Euphratis ripam condidere, quam Chaldaica voce (paulatim enim Iudæi Babylonem abducti, ibique 70. an. exilio & seruitute pressi, linguam Hebraycam dediderant, senibus vita defunctis, & pueris linguam peregrinam imbibe-

3730

ribus) Neardæa. q. fluuium scientiæ appellarunt. Synagogis atque Academiis constructis, quæ in multa sæcula omni scientiarum genere floruerunt.

Vnde longo post tempore sub annum Christi 470. Talmud Babylonicum multa rerum cognitione plenum ediderunt. Ad quorum imitationem & cæteri, quos in Iudæam Zorobabel, Ezras & Nehemias reducerunt, Hierosolymis gymnasia multa literarum instituerunt, Talmudque Hierosolymitanum altero quatuor partibus minus tandem euulgarunt. per R. Iohanan ceterum annis, antequam R. Ase vulgaret Babylonicum, cuius contextus Misna appellatus, extabat beneficio R. Akibæ. sub Antoninis. R. Mose in præfat. *Maieomonim*.

Diebus Mesallam ducis Iuda cœpit imperium Græcorum innotescere.

Hippocrates Pythagoræ discipulus, medicinam, quæ quingentis annis post Æsculapij mortem latuerat. in lucem reuocat. Mardochei & Ester contemporaneus. R. *Abr. in Cabbala hist.*

Vigésimus fuisse traditur per lineam pater ab Æsculapio, per maternam decimus octauus ab Hercule. Ergo Æsculapius & Hercules non tam sunt antiqui quàm vulgò existimantur.

Libros eius publicarunt duo filij Draco & Thestalus quos æquales habere potuit Socrates.

Democritus ridens hominum vanitatem. Babilides.

Græcia ab extremis bellis quiescens in duas partes scissa propter Pisistratidas bellis intestinis feruet, de quibus Thucydides. Hinc bellum Peloponnesiacum sub an. vrbs Romæ trecentésimum. *Plinius lib. 30. cap. 1.* Hunc vero habuit exitum vt tandem anno post varios casus 27. Athenæ à Lyfandro captæ muris nudarentur, & victi Athenienses Lacedæmoniis succumberent.

Bellum Samium cui vt & Peloponnesiaco Aspasia Periclis amasia, & tandem vxor, quæ Rhetoricam Athenis docuit, præbuit causam.

Pericles bellum illud Pelopon. mouit, ne daret pœnas 50. talentorum, quæ depeculatus fuerat. præpositus sumptibus Eburnæ & Mineruæ, quam Phidias cōficiēbat. *Suid. in Phidia.*

Simonides Melicerta, Cambyfis Dariique regnum & Xerxis naualem pugnam describit.

Protagoras, cuius, discipulus Ecataus Milesius, Græcorum primus prosa oratione historiam vulgavit. *Suidas.*

Eum æmulati paulò post Herodorus, Thucydides, Helianicus, sub Amynta rege Macedonum. *Suidas, Gellius lib. 15. cap. 23.*

Lyfis Pythagoræ familiaris, Epaminondæ præceptor.

Anaxagoræ discipulus Archelaus Milesius, qui ex Ionnia primus physiologiam Athenas & in Græciam detulit, præceptor Socratis. *Suidas.*

Peloponnesiæ belli tempore, Metho Astronomus vixit, & stultitia euasit tempestatem in quam prænderat casuros Athenienses.

Ab eo Methonis annus, quem cæsse aureum numerum docet *Diod. lib. 2.*

Cyclum decemnouennalem vocant Astronomi, quoniam annis 19. luna cunctas suas varietates absoluit, &

Anni
vrbs cō-
dita.

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

A. Sempronio Atratino, L. Furio Medullino, L. Quintio Cincinnato, L. Horatio Barbato,

A. Claudio Crasso decemviri fr. L. Sergio Fidenate Sp. Nautio Rutilo, Sex. Iulio Iulo.

Romæ Coss.

C. Sempronio Atratino, Qu. Fabio Vibulano.

Trib. Mil.

L. Manlio Capitolino, L. Papirio Mugillano, Qu. Antonio Merenda, L. Seruilio Structo.

Coss.

T. Quintio Capitolino N. Fabio Vibulano.

Interregno anni unius.

Trib. Mil.

L. Quintio Cincinnato 3. L. Furio Medullino 2. M. Manlio Capitolino, A. Sempronio Atratino.

Agrippa Menenio Lanato, P. Lucretio Tricipitino, Sp. Nautio C. Seruilio.

L. Sergio Fidenate, M. Papirio Mugillano, C. Seruilio Priscif.

Agrippa Menenio Lanato, P. Lucretio Tricipitino, L. Seruilio Structo 2, Sp. Veurius Crasso.

Anni
mundi.

3690

3730

ad sua

Anni
vrbs cō-
dita.

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

A. Sempronio Atratino 3, M. Papirio Mugillano 2, Sp. Nautio Rutilo 2, Q. Fabio Vibulano.

P. Cornelio Cossio, Quintio Cincinnato, C. Valerio Potito, N. Fabio Vibulano.

Cn. Cornelio Cossio, L. Valerio Potito, Q. Fabio Vibulano 2, P. Postumio Regillensi.

Romæ Coss.

A. Cornelio Cossio, L. Furio Medullino.

Q. Fabio Ambusto, C. Furio Pacillo.

M. Papirio, C. Nautio Rutilo.

M. Aemilio, C. Valerio.

Cn. Cornelio Cossio, L. Furio, Medullino 2.

Trib. Mil.

C. Iulio Iulo, P. Cornelio Cossio, C. Seruilio Hala.

L. Furio Medullino 2, C. Valerio Potito 2, N. Fabio Vibulano 2, C. Seruilio Hala 2.

P. Cornelio Cossio 2, N. Fabio Ambusto, Cn. Cornelio Cossio 3, L. Valerio Potito 2.

T. Quintio Capitolino, A. Manlio, T. Quintio Cincinnato, L. Furio Medullino 3, C. Iulio Iulo 2, M. Aemilio Mamertino.

C. Valerio Potito 3, M. Sergio Fidenate, C. Fabio Ambusto, P. Cornelio Maluginesi, Sp. Nautio Rutilo 2, Cn. Cornelio Cossio.

Anni
mundi.

3790

3730

ad sua principia reuertitur. In eo descripti erant ortus omnes & occasus, item prognostica tempestatum, serenitatum, & status totius illius temporis.

A discessu Xerxis ad initium belli Peloponnesiæc anni 50 intra quos Græci imperium suum in magnam potentiam prouexerunt. *Thucid. lib. 1.* à Pisistrati tyrannide an. 150 è *Iust.*

Milo Crotoniates.

Alcibiades, Lyfander, Thrasibulus, Conon.

Architas Tarentinus, qui primus Geometriam cum Mathematica coniuxit.

Eudoxus exemplo Architæ Mathematicus mechanicus, primus factos & certam temporum & motuum celestium rationem ab Ægyptiis acceptam, Græcis tradidit.

Cinon, Empedocles, Pericles Themistoclis successor, Gorgias Rhetoricæ inuentor aut certè illustrator. Aeschilus, Sophocles, Euripides tragici.

Sophocles annis 17 Socrate senior, moritur post Euripidem annis sex.

Pindarus Empedoclis discipulus.

Themistocles ad Artaxersem Xerxis filium nuper regnare incipientem exul confugit *Thucid. lib. 1.*

Superiori Darij bello militis officio functus, contra Xersem dux fuit. Quæ externi duobus Persarum regibus Dario 1, & Xerxi, Hebræi vni Assuero tribuunt, non improbabiler. Nam hæc bella, vt audis, sese ferè attigerunt.

Herodotus pater historiæ Ciceroni primo de leg. quia è primis Græcorum historicis. Quem tamen non historiam sed Mythihistoriam, id est, historiam fabulosam scripsisse censet Strabo *libro ultimo.* tam paulò ante Cyrum incepit. Meminit Apryis, cuius mentio Ierem. quinquagesimo quarto & prælij inter Neco & Assyrios in quo Iosias interfectus. 4 *Reg. 23.* Peruenit ad octauum Assueri & quinquagesimum ante bellum Peloponnesiacum.

Thucydides se sub Longmano viuere scripsit. Summarim initio delineat historiam annorum 50 ab Assuero siue Xerse, vsque ad initium belli Peloponnesiæc. Eius postea narrationem prolixè octo libris persequitur vsque ad annum belli vigésimum.

Atheas fundator regni Pontici, post Artabazes à septem Persis oriundus. *Florus lib. 3. cap. 5.*

Socrates Ethicæ, nouæ tunc Philosophiæ, magister è statuatio & lapidum sculptore, in carcere cicuta necatus, auditor Anaxagoræ, Damonis, denique Archelai.

Euclides, Phocion, Dionisius tyrannus Syracusanorum.

Aristophanes tetrametri & octometri carminis inuentor. *Suidas in Octometro.*

Bellum inter Thraces & Perdicam Alexandri F. Macedonia Regem.

Sicilia à populo regitur. Post restituitur Dionysius. Hinc Dion. &c.

ROMÆ paulò post Tribunos & ediles primum per seditionem à plebe creatos, constituuntur ab eadem Censores, & præfecti annonæ. *Gellius lib. 1. cap. vlt.*

Siccitas & fames. Romani à Veientibus fusi, Bellum contra Volcos. Seditio seruorum. Coloni Lauicos missi. Volæ captæ Postumius Regillensis propter arrogantiam à militibus

à militibus

à militibus damnatus.

Ferentum captum, Pestilentia, Fames. Caruentana ab Æquis recuperata. Quæstores ex plebe creati. Dictator de Æquis & Volscis triumphat.

Anxur captum, Stipendium primum è publico datum. Equites primum equis merere incipiunt. Tributum tribuni Mil. ann. 355 dare prohibent. Furio Camillo se Falisci dedunt.

Celtiberi Prætozem Romanum cum exercitu trucidant.

Tribunis militaribus pro Coss. Romæ regentibus ad annum ferè conditæ vrbs 347 triginta tyranni Atheniensibus præpositi sunt, & in Sicilia Dionysius superior tyrannidem tenuit, *lib. 17 Gellius*.

Euhemerus ex ciuitate Messana res gestas Iouis & cæterorum deorum historiam texit, è titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Iouis Triphilij. Quam historiam interpretatus est Ennius. *Cic. 1. de Nat. Deorum*. Ab Euhemero & mortis & sepulturæ demonstrantur deorum in sacra historia, *Sextus Empyricus lib. 4. Pyrrhonio. & lib. 8 contra Mathematicos*.

Ex Aetna monte primum ignis erupit.

Hoc tempore literæ & artes, etiam mechanicæ, quæ sub præcedentibus sapientibus & philosophis Italicis & Ionicis fuerant hæctenus infantes, incrementum penè virile adipiscuntur. Mox ita perficiuntur, vt Socrates meritò diceret. Si Bias vnus è Septem, aut Dædalus Atheniensium stupor ad nos rediret, irrideretur.

Bryso Heracleotes, cum Euclide Megarensi, contentiosam Dialecticam introducit. *Suidas in Socrate*.

Pyrrho istorum discipulus hinc ausam arripuit dubitandi de rebus omnibus. Hinc Pyrrhonorum secta. Nempe nimium altercando veritas amittitur, acquiriturque inscitia.

Carthaginenses cum Syracusanis bellum gerunt. Re infeliciter gesta bellum in Sardiniam transferunt, duce Mateo. Cui Mago succedit, qui primus omnium ordinata militari disciplina Pœnorum imperium, non minus bellandi arte, quàm virtute amplificauit. *Iustinus*.

Dionysius senior fugatis Carthaginensibus Sicilia totius occupauit imperium. Deinde copias in Italiam traiecit contra Græcos. Locros pacta amicitia cum Gallis, qui Romam vastauerant, expugnauit.

Amilcaris Magonis filij tempore legati à Dario veniunt, afferentes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare & canina carne vesci prohibebantur, iubebanturque corpora potius cremare, quàm terra condere, petentes simul auxilia contra Græciam. *Iustinus libro 19*.

Agide Archidami F. regnante primum pecunia influxit in Spartam, per Lylandrum ducem, qui implens opulentia cupiditate & luxu patriam, deportanque ex præda aurum & argentum, Lycurgi conuulsi leges. *Plutarch. in Lycurgo*.

Quo anno mortuus est Darius relictis duobus filiis, Artaxerse & Cyro, Athenis Lacedæmonij rectores 30 præferunt, Lylandròque Rempublicam formandam tradiderunt. Siculi autem Dionysium in exilium pepulerunt.

Mortuus tamen dicitur circa finem anni septimi belli Pelopon

| Anni vr bis condita. | Anni mundi. |
|----------------------|-------------|
| 353 | 3690. |
| 354 | |
| 355 | |
| 356 | |
| 357 | |
| 358 | |
| 359 | |
| | 3730 |

| Anni vr bis condita. | Anni mundi. | |
|----------------------|-------------|--|
| | 3730 | Peloponnesiaci, quo Lacedæmonij ab Atheniensibus ad Pylum ita cætractati sunt, vt pacis condiciones petierunt à <i>Thucyd. libro quarto</i> quasi illud bellum adhuc annos viginti durauerit. Vix enim confici potuit annis 27. |
| | | Mortuo Longimano multi motus in Perside. Inde confusa est successio apud historicos. Nam mox Xersem & Sogdianum regnasse Eusebius asserit. Darium Thucydides. |
| 360 | | Ægyptus defecit. |
| | | f QUIDAM (minus rectè) non superiorem, sed hunc putant esse Artaxersem, sub quo à Nehemia vrbs mœnibus cincta est, & templum ornamenta sua obtinuit. <i>Nehem. 2. & seq.</i> |
| 361 | | Et Ezras venit in Iudæam cum mandatis ad res populi componendas, <i>cap. 7</i> annis ante Nehemiam tredecim. |
| | | Vt vt sit, Nehemias redit ad Regem anno trigésimo secundo imperij eius. Nam per annos 12 rexit populum. <i>Nehem. 5.</i> Et rursum in fine dierum (i.e. extremo imperij Artaxerxis) permittente Rege reuersus est Hierusalem. <i>Nehem. 13.</i> vbi & diu post hunc suum reditum, mortuo Artaxerse, siue hoc sine superiore vixit. Facit enim mentionem Darij regis Persarum (nouissimi) <i>cap. 12. vers. 22.</i> |
| 362 | | Bibliothecam insignem Hierosolymis instruit, ac libros, tam sacros quàm profanos in ea reponit. <i>2 Machabeorum. 2.</i> |
| 363 | 3730 | In loco ignis sacri olim à Sacerdotibus recondiri reperit aquam crassam, qua vsus est ad sacrificia purificanda. Ibi ob ædita miracula ædificauit templum Rex Persarum. Locum vocauit Nehemias Nephtar & Nephi. i. Purificatio. <i>2 Marc. 1.</i> Videtur pottea fuisse probatica Piscina. <i>Ioan. 5.</i> |
| 412 | 3779 | Huius tempore vigiisse Iudith (etsi ferè locetur sub Cambyse vel Dario Hidaspis, quem Assuerum vocant) in cuius historia nominetur Nabugdonozor, idque ex Bagua spadone, qui fuit in castris Holofernis deprehendi: cuius quoque meminere sub hæc tempora externi scriptores, putat Seuerus Sulpitius lib. 2. hist. Sed iam retinendam historiae simplicitatem in Nabugdonozore docuimus. |
| | | Aristoteles præceptor Alexandri, Demosthenes, Digenes, Aeschines. |
| | | Darius Nothus res Memnonis adhuc pueri regio penè titulo administrat annis 19. Vnde profanis ei præponitur quasi post Longimanum confusa sit Persicorum regum successio. |
| | | Vt autè ante hunc profani historici statuunt Darium Nothum, ita post eum Ochum an. 23. Arsamem 3. Deniq; Darium, quem Alexander Macedo deleuit, vt decem sint Persarum reges. |
| | | Sed ignorant historiam Persicam, quæ sic habuit. Artaxerse tertio, quem & Darium Persam nominari <i>Nehem. 12.</i> plerique putant, puero admodum à Longimano siue patre siue auo relicto, Sarraparum ambitione variis casibus iactatum est imperium, vt nescias penes quos rerum summa foret. Nam primum Darius Nothus gubernacula inuasit se pro tutore gerens, quod maritus esset Sororis Longimani. |
| | | Hinc fratribus in se inuicem armatis, Ochus, Arsamis, donec Bagoas Eunuchus Ocho & Arsamis interfe- |
| | | Archelao an. 4, rege Macedonum, & per ordinem Pausania an. 1. Amynta an. 19. Perdica an. 6, Philippo Amynta an. 20. |
| | | Lacedæmoniorum Agesilao Agidis fratre deinde Archidamo eius fratre an. 23. Agi Iuniore an. 9. |
| | | Syracusanos post regnum Dionysio Seniore an. 38, deinde Iuniore an. 22. Dione an. 12. |

Ætis. Artaxersem iam virum omni tyrannorum metu liberaret. Hinc Philo nec Darij Nothi, nec Arsamis meminuit.

Quin & isti titulo regio innotuerunt Græcis, quod foris bella gererent, velut Proreges, dum intus imperaret Artaxerxes iuxta legem Persicam, cuius recordatur Herodotus.

Addè fuisse reges ratione administrationis, non iuris. Sic r. Faralip. 5. interprete Kimhi. Ioatham dicitur regnasse temporibus Ieroboam filij Ioas, cum tamen Ieroboam 38. annis mortuus sit, priusquam Ioatham fieret Rex. Nempe erat rex viuente Patre Ozia ratione administrationis, quasi prorex, quod ea esset Pater exclusus propter lepram. Non autem iuris quod non nisi obtinuit post Patris obitum.

Cyri iunioris huius tertij Artaxerxis fratris avastar, quam describit Xenophon Philosophus & Historicus.

Græcorum alij se adiungunt Cyro, vt ipse Xenophon, consulto super hoc Socrate, alij Memnoni Artaxerxi.

Cyrus iunior propter insidiarum suspicionem in carcerem à fratre coniectus, post liberationem, aulicos sibi conciliabat, copias clam cogebat, literas interim ad fratrem blanditiarum & assentationum plenas mittebat, quibus vel poscebat aliquid, vel Tissaphernem accusabat, carcerem suum refricans, redire in aulam sibi esseturum negabat, studio matris ad id iuuabatur, quæ Regi omnes suspensiones eripiebat, ita vt Rex sibi, strui insidias non ante animaduertit, quam se numerosissimo exercitu obrui vidit. Hinc cruenta illa prælia à Xenophonte in Exped. & Plutarcho in Artaxerxe explicata, in quorum ultimo, nisi Cyrus occubisset Rex perierat.

Xenophon, Herodotus & Thucydidem sequutus, in Hellenicis historiam bellorum Græcorum Thucydidis morte interruptam narrat, vsque ad prælium ad Mantineam. Bellum quoque Ciuile Memnonis Artaxerxis & Cyri iunioris. Cyri partes sequutus institutionem Cyri maioris veluti recentem descripsit.

Philosophorum primus historiam scripsit, & exercitum duxit, atque aded incolumem ex ultimis Babylonie finibus reduxit, asperrimis itineribus, & per barbaras gentes atque Græcis infestissimas.

Cresias medicus caprus in bello Cyri minoris ab Artaxerxe, & in gratiam receptus, scribit de rebus Persicis, certius, vt ipse ait, quam Herodotus & alij.

Aristippus, Isocrates, Polybius, Praxiteles sculptor, qui primus omnium speculum fecit. Metasthenes.

Plato apud artica, Mosi æmulus, siue Moses atticus, ex Numenio Pythagorico, qui tertius Philosophorum post Anaxagoram & Pythagoram in Aegyptum descendit, vt philosophiam, ex qua diuini cognomentum est consecutus, disceret.

Tredecim annis fuit Heliopoli cum sacerdotibus. Annos 20 habitauit cum Socrate, natus post initia belli Peloponnesiaci.

E Lyceo scholam in Academiam inter sylvas transtulit. Suid.

Mausolus Carie rex, cui ab Artemisia vxore Mausoleum extructum est, obiit, an. 2. Olympiadis 100. *Plin. lib. 36 cap. 5.*

Annus
bis con-
dita.

Roma Tribunifini- litum.

Annus
mundi.

363

L. Lucretio Flano, S. Sulpitio Camerino.

3730.

364

L. Valerio Posito, M. Manlio Capuolimo.

Trib. Mil.

365

L. Lucretio, L. Furio Medullino 7. S. Sulpitio, Agrippa Furio, M. Aemilio, C. Aemilio 2.

366

Q. Fabio Ambusto, Q. Sulpitio Longo duobus fratribus Qu. Fabij Ambustis, Q. Seruilio 4, S. Cornelio Maluginensi,

367

M. Furio Camillo Dictatore.

368

L. Valerio Publicolaz, A. Manlio, L. Virginitio, L. Aemilio, P. Cornelio, L. Postumio.

369

T. Quintio Cincinnato, L. Aquilio Corao, Q. Seruilio Fidenate 5. L. Lucretio Tricipitino, L. Iulio Iulo, S. Sulpitio Ruf.

370

L. Papyrio, C. Sergio, L. Aemilio 2. C. Cornelio, L. Menenio, L. Valerio Poplicola 3.

371

M. Curio Camillo, L. Hortatio Puluillo, Ser. Cornelio Maluginensi, L. Quintio Cincinnato: Qu. Seruilio. Fidenate 6, P. Valerio.

372

A. Manlio, L. Quintio Capitolino. P. Cornelio, L. Papyrio Cursore 2, T. Quintio Capitolino, C. Sergio 2.

373

Ser. Cornelio Malugin. 3, P. Valerio Potito 2, M. Curio Camillo 5, C. Sulpitio Ruso 2, C. Papyrio Crasco, T. Quintio Cincinnato 2.

3779

Annus
vrbis co-
dita.

Annus
mundi.

3730

374

C. Valerio 4. L. Lucretio, A. Manlio 3. L. Aemilio, S. Sulpitio 3, M. Trebonio.

375

Sp. Papyrio, Q. Seruilio, L. Papyrio, C. Sulpitio, S. Cornelio 4, L. Aemilio 4.

376

M. Furio Camillo 6, L. Furio, A. Posthumio Regillensi, L. Lucretio, L. Posthumio Regillensi, M. Fabio Ambusto.

377

L. Valerio 5, L. Menenio 2, P. Valerio 3, P. Papyrio, C. Sergio, 3. Ser. Cornelio Maluginensi.

378

P. Manlio, C. Sextilio, C. Manlio, M. Albinio, L. Iulio, L. Antistio.

379

Sp. Furio, P. Clælio, Qu. Seruilio 2, M. Horatio, C. Licinio, L. Gegano.

380

L. Aemilio, S. Sulpitio, P. Valerio, 4, L. Quintio Cincinnato, C. Veturio, C. Quintio Cincinnato.

381

C. Licinio Stolone, L. Sextio, Tribunis Plebis, per annos quinque.

Trib. Mil.

382

L. Furio, A. Manlio, Ser. Cornelio, P. Valerio, Ser. Sulpitio, C. Valerio.

383

Q. Seruilio, M. Cornelio, C. Veturio, Q. Quintio, A. Cornelio, M. Fabio.

3779

Aristoteles præceptor Alexandri Magni, naturæ genius 400 volumina conscribit *Suidas*. 20 annis audiuit Platonem. *Laertius*.

Decem oratores, quorum principes Æschines & Demosthenes, qui sic Thucydidem est admiratus, vt eum totum sua manu octies descripserit. *Lucianus*.

Lacedæmonij ab Atheniensibus apud Corinthum, duce Phormione, superati, Imperium Græciæ summum post bellum Peloponnesiacum vix tenuere. ann. 12. *Polybius lib. 1.*

Thebani Lacedæmonios duce Epaminonda apud Leuctra superauerunt. Pugna Leuctrica è seminario belli Peloponnesiaci. *Gellius lib. 17. cap. ult.*

Ab ea ad Philippi mortem an. 35.

Agefilas rex Lacedæmoniorum in Asia contra Persas.

Circa annum vrbis 400 Philippus Amyntæ filius Macedoniæ regnum adipiscitur, simul & Alexandrum gignit. *Gellius lib. 17. cap. ult.* Paucis inde annis post, Plato in Siciliam proficiscitur. *Ibid.*

Apud Cheroneam memorabili prælio Athenienses vincit, de quo mox. *Ibid.*

Anno regni eius sexto, bellum sacrum siue Phocense decennale exoritur inter Phocenses & Thebanos, ob templum Delphicum à Phocensibus spoliatum. *Diodorus Pausan.*

Dionysius iunior Syracusanorum tyrannus ad quem Plato aliquantisper vixit, cædibus urbem replerat, vt vinctis pater. Quare in exilium pulsus, Corinthi ludi magistrum egit, & patris sacrilegia pœnis luit. Huic Agathocles figulustandem successit annis 7, post Alexandri Magni mortem.

Dion Platonis amicus, post 12. annos, Dionysio in exilium Corinthi eiecto, Syracusas occupat. Sed paulò post interficitur.

His aiunt temporibus Sicambros siue Francos, armis Gothorum & Suecorum pulsos ab ostiis Danubij in Germaniam inuasisse.

Anaximenes Rhetor alter Alexandri Magni præceptor.

Demosthenes superstes fuit Alexandro, vsque ad Antipatrum, qui ipsi in regno Macedoniæ successit. *Suidas in Antipatro.*

Antisthenes Socratis discipulus, Cynicæ philosophiæ auctor. Diogenes istius successor. *Suidas*.

Græcæ ciuitates dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdidit, & Philippi iugum subiierunt.

Ochus Sidonem subuertit, Aegyptum recepit, Nectenabo Rege fugiente in Aethiopiam cum multa pecunia, de quo Plutarch. in vita Agefilai. Foris bella gerens titulo regio innotescit, cum interim domi regnaret Artaxerxes.

Prorex scilicet eius foris erat. Cuius crudelitas celebratur apud Iustinum, Aelianum, Plutarchum in Artaxerxe.

In Nectenabo Aegyptiorum regnum destructum est, quod à Nabugdonozore subactum ad Cyrum peruenet. Inde defectione inita regem ascuerunt. *Eu seb.*

Bagoas Spado eius, natione Aegzptius Ochum interfecit ob irrisum Apim & contemptam Aegyptiorum religionem. *Aelian. lib. 6. variar. hist.* Anno principatus eius 23

Post transactum in Aegypto diuturnum bellum, plurimos Iudeorum in Hircaniam ad Caspium mare transfert, quos ibi vsque hodie amplissimis generis sui incrementis constat consistere, atque exinde quandoque erupturos opinio est. *Orat. lib. 3. cap. 7.*

Carthaginenses cum eorum regnum floreret, Oceanum Atlanticum dimensi sunt, terrasque aperuerunt in quibus erant arbores pulcherrimae, & caelum saluberrimum. Quare cum multi eo nauigarent, & capti amantate loci non reuerterentur in patriam: eius ob bella & asperitatem perterriti, praena capitis cautum est, ne quis deinceps in eas terras nauigaret, nempe ne Africa habitatoribus exhauriretur. Atque ita huiusmodi nauigatio desit. *Aristot. de mirabilibus auditionibus.* Ea est America & Brasilia, quod Afrotum colonias peruenisse ex situ dubitandum non est. Hanc autem iterum auorum aetate Lusitani & Castilij an Christi 1497 reppererunt.

ROMAE M. Furius Camillus dictator Faliscos & Veios capit. Aclusus cum Gallis pugnatum Non multo post Romanis ad Alliam Brenno duce caesis, Galli Romam cepere Capitolium obsessum per sex menses, auri mille pondo pacti obsessis vendidere, & penetrata Graecia & Asia, gentibus quae cis Taurum incolunt, imperitarunt. Trochini quidem, Helleponti orae, Tolistobigi Aoliae atque Ioniae, Tectosagi vero mediterraneae Asiae. Sedem autem ipsi circa Halim fluium posuere *Linus lib. 48.* Has laudes impudenter Germanis quidam tribuunt, & Senones Gallos in Germanos transformant.

Galli tum Senas & Mediolanum vrbes aedificant, & expulsi veteribus Thuscis, multarum aliarum urbium Italiae fundamenta iecerunt. *Iustinus*, vt Papiam, siue Ticini *Paulus Diaco.*

Cum Dionysio Syracusano pacem faciunt. *Iust. lib. 20.* A Bythiniae rege in auxilium euocati, regnum cum eo parta victoria diuiserunt, eamque regionem Gallo-Graeciam & Galliam nominarunt. *Iustin. Ibid.*

Regnante Athenis Anaxicrate Galli duce Brenno aduersus Graecos expeditionem susceperunt. *Pausan.*

Roma restaurata, M. Furius Camillo dictaturam continuante, paulo post coepit intra Italiam crescere, Tribun. Mil pro Coss. creatis. Hinc Camillus Volscos cepit, &c.

Capitolium in saxo quadrato constructum. Manlius ob regnum affectatum e saxo Tarpeio praecipitatur.

Pranestini vineuntur sub vrbis 380 Quinquennio Roma sine magistratibus fuit, plebe renouante duos Tribunos Plebis Licinium, Stolonem, L. Sextium Lateranum, qui Comitija Tribunorum militum perpetua intercessione sustulerunt, & tres leges, patribus alioqui acriter resistebatibus, promulgarunt, nempe de aere alieno minuendo: De modo agrorum finiendo: De communicando consularu cum Plebe.

390 Emilio Mamerco & L. Sextio Laterano qui primus ex Plebe Consulatum est adeptus, duos honores sibi Patritij quaesuerunt, pro coeesso Plebi altero Consulatu. Preturam & curulem aedilitatem, sublato Tribunorum militum annuo dominio.

Ita deinceps vsq; ad Iulium Caesarem sub Coss. Roma fuit Pestis Horrenda. M. Curtius se deuouet pro Republ. T. Manlius Torquati nomen e singulari cu Gallo certamine consequitur. Brutiorum origo an. vrbis 396, e Diod. Tarquinienfes 307 Romanos milites immolarunt. post

| Anni vrbs co- dita. | | Anni mundi. |
|---------------------------|--|----------------|
| 388 | L. Quinctio, Ser. Cornelio, Ser. Sulpicio, Sp. Seruilio, L. Papirio, L. Veturio. | 3730 |
| 389 | A. Cornelio 2, M. Cornelio 2, L. Octurio M. G. G. G. P. Manlio, P. Valerio 6. | |
| | Coss. | |
| 390 | L. Sextio Laterano, primo ex Plebe consule, L. Emilio Mamerco. | |
| 391 | L. Genucio, Qu. Seruilio Hala. | |
| 392 | C. Sulpicio Petito, C. Licinio Stolone. | |
| 393 | L. Emilio Mamerco 2, Cn. Genucio. | |
| 394 | Qu. Seruilio Hala, T. Genucio 2. | |
| 395 | C. Sulpicio, C. Licinio Caluo. | |
| 396 | C. Patelio Libone, M. Fabio Ambusto. | |
| 397 | M. Popilio Lenate, Cn. Manlio. | |
| 398 | C. Fabio, C. Plautio. | |
| 399 | C. Marcio, Cn. Manlio. | |
| 400 | M. Fabio Ambusto 2, M. Popilio Lenate 2. | |
| 401 | C. Sulpicio Petito 3, M. Valerio Poplicola 3. | |
| 402 | M. Fabio Ambusto 3, T. Quinctio. M. Popilio. | |
| 403 | C. Sulpicio Petico 4, M. Valerio Poplicola 3. | |
| 404 | P. Valerio Poplicola, C. Marcio Rutilo. | |
| 405 | C. Sulpicio Petico, T. Quinctio Penno. | |
| 406 | M. Popilio Lenate, L. Cornelio Scipione. | |
| 407 | L. Furius Camillo, P. Claudio Crasso. | |
| 408 | M. Valerio Coruo, M. Popilio Lenate 4. | |
| 409 | T. Manlio Torquato, C. Plautio. | |
| 410 | M. Valerio Coruo 2, C. Patelio. | |
| 411 | M. Fabio Dorfone, S. Sulpicio Camerino. | |
| 421 | C. Marcio Rutilo 3, T. Manlio Torquato 2. | 3779 |

quatuor

| Anni vrbs co- dita. | | Anni mundi. |
|---------------------------|--|----------------|
| 413 | g DARIUS CODOMANVS Arsami filius, quem vicit Alexander Macedo, annis 6. | 3779 |
| | Pontifice Iaddo. | |
| | Duce Hanania. | |
| | Alexandro Macedonum regis an. 12. | |
| | Agri Iunioris Lacedaemoniorum. | |
| | Dione, deinde Timoleonte Syracusanorum an. 22. | |
| | | 3785 |

quatuor an. victi ad 348 virgis caesi securi percipiuntur.

Anno sequenti, qui Vrbs erat 402, Ceritibus in 100 annos pax datur. 404 Faliscis & Tarquinienfibus in quadraginta 411 Bellum Anuruncum.

g Hrvus regis meminit Dan. 8. cap. sub nomine Arietis confligentis cum hirco, id est, Alexandro.

Ante hanc post Memnonem, Ochum & Arsem regnasse historici profani ferunt, ideoque fere duos illos isti anteponunt.

Iam satis refutauimus eos, qui sexto hoc loco, siue post Cyrum quinto, statuunt Xersem Graeciae terrorem.

Nam iuxta sacros libros Reges Persarum non excesserunt numerum senarium. Etsi iuxta Profanos multo plures fuerint. Nemp decem per an. 230. 1 Cyrus. 2 Cambyses. 3 Darius Hydaspis. 4 Xerxes. 5 Artaxerxes Longimanus. 6 Darius Ochus Nothus. 7 Artaxerxes Memnon. 8 Ochus. 9 Arses siue Arsamis. 10 Denique Darius.

Quin & aliqui interponunt post Cambysem Magos per septem menses. Post Xersem Artabanum per dies septem. Post Longimanum Xersem secundum duobus mensibus. Deinde Sogdianum mensibus septem, vt sint Reges quatuordecim. Sed hi sedecim menses & dies 7 parum ad hanc summam afferunt.

Eorum historiam explicauit Diodorus, Iustinus, Eusebius, Metasthenes, &c.

Philippus rex Maced. 20 an. post victos Paeonas, Illyrium, Atheniensium, Amphipolim, Potidaeam, Pydnam, Olynthum, Chalcidiam: 2 vrbes Olynthiis subditas Thesaliam, Elateam. Athenienses denique & Thebanos, qui se Amphissensibus ab ipso punitis, quod campum quendam Templo Delphico consecratum occupassent, coniunxerant, ad Cheroneam. Imperator Graecorum contra Persas deligitur Corinthi, sed initio anni seq. a Paulania satellite interficitur.

Illa ad Cheroneam pugna ingentes omnibus Graecis importauit calamitates. Omnes enim Graecos simul in feruitutem redegit aut ipse aut filius. *Pausan. lib. 1.*

Perinthum atque Byzantium obsedit, ad cuius oppugnationem Cumaeus Ephorus suam historiam finit.

Decimo post anno, quam templum Delphicum spoliatum esset a Phocensibus, bello huic, quod sacrum & Phocense appellatum est, finem imposuit.

Ante hunc nihil certi de temporibus habent Graeci. unde vix duos apud eos reperias qui in idem tempus Cyrum, Pythagoram, &c. conferant.

Successit Alexander filius, eodem anno, quo Darius Arsami, qui primo regni anno Illyrios, Triballos, Sirmum, Getarum regem vicit, Thebas obiectum Macedonum praesidium solo equauit. Secundo anno exercitum in Asiam traduxit, & Persicas copias ad Granicum profugavit. Tertio expugnatu Sardibus, Mileto, Halicarnasso ad Issam in Cilicia matrem vxore & filiam Darij memorabili praelio cepit. Quarto post septimum mensem obsidionis, Tyrum subiugavit indeque vicinas vrbes, immunitate Hierosolymitanis tributa. Quinto Aegyptum occupauit, & Alexandriam condidit. Sexto ad Arbela Darium ultimo praelio plane vicit. Sex reliquis Monarchia fruitur.

Alter autem Alexander Molossus Epirotatum rex, in Italiam venit bellum populo Rom. factururus. Iam enim

fama virtutis felicitatisq; Rom. apud exterarum nationes enitescere incipiebat. *Gell. lib. 17. c. ult.* in Italia occiditur. Thrasymachus sophista primus colon & periodum in oratione monstravit.

Hermophilus cæcus Theopompum Geometriam sine radio docet.

Calippus Siculum regnum occupat.

Caramundus Galliarum regulus Massiliam bello premit. Phileni fratres pro dilatando Carthagenensium imperio se viuos terra obrui à Cyrenensibus passi sunt.

Timotheus Lyricus tempore Philippi Macedonis, chordam decimam & vndecimam adiecit, & veterem musicam ad molliores & effœminatioremodos traduxit.

Nectanabus rex Aegypti, quem Ochus in Aethiopiã expulerat Astrologus & Magus Olympiadi Alexandri matri charus, de quo multa fabulosa.

Post Xenophontem Theopompus historias scribit, sed innumerabiles admiscet fabulas, *Cic. 1. de leg.* Percussus à Deo cæcitate, quia eis inferere tentavit sacram historiam. *Ios. contra Appionem.*

Ephorus Isocratis auditor epitomen historiarum Herodoti, item quæ bello Peloponnesiaco gesta sunt scribit. Pyrrhonis auditor Theodorus Athenis *αδιαφορίαν* introduxit, & de suo nomine Theodoriã sectam reliquit. *Suidas.* Athei facile sunt adiaphoristæ, sublato rerum delectu atque discrimine.

Euagoras rex Cypri in furorem versus.

Leuco Bosphori & Ponti rex an. 40, cui successit Spartanus filius, deinde Parisades. *Diodorus.*

Hanno Carthagenensis affectata tyrannidis pœnas luit.

ROMAE Bellum Samniticum, Manlius filium Victorem securi percussit. Decius se pro milite Romano deuouit.

HERBÆI tamen tradunt Persarum Monarchiam tantum durasse annis 52. Nostri numerant 230. nempe quoniam multo plures, videlicet 14 reges faciunt. Sed perspicue non plures quatuor post Dariũ (aut certe Cyrum iuxta R. Mosẽ) imperaturi affirmantur, Daniẽlis 11, nec plures in Scriptura nominantur. Illic lege Rabbi Abraham, quem in his nominandis, numerandisque, suffragatorem habeo, nisi quod ex dicto R. Mose addo pro sexto & ultimo Dariũ Arsamis filium. Hoc Plato significat, dum scribit post Xersem à Græcis victum nullum fuisse regem Persarum magnum, nisi nomine.

Accedit Alexandrum non ita multo post reditum Iudeorum ab exilio res suas gessisse, vt author libri Machabæorum indicat, & Aggæus extremo suæ prophetiæ: Adhuc modicum, inquit, & commouebo cælum & terram, & regna subuertam, &c.

Nam Nehemias qui fuit, è reuocibus, peruenit ad pontificem Iaddum, Nehem. 13, quem indubitatum est occurrisse Alexandro, eique de Dariõ promississe victoriã, demonstrato oraculo, quod Daniel c. 8 tradiderat. Vnde quidam verisimile putant Nehemiam & Ezram huiuscemodi ingressui Alexandri in Hierosolymam interfuisse.

Præterea idem Ezras vidit duo Monarchiæ Persicæ extrema, nempe Cyrum Babylonicæ euersorem & Iaddum, sub quo vltimus Darius & Alexander Persicæ labefactor. 2. *Ezr. 13.* Fuit igitur Persarum monarchia

| <i>Anni vsque bis condisa.</i> | <i>Anni mundi.</i> |
|--------------------------------|---|
| | 3779 |
| | Rom. Coss. |
| 413 | <i>M. Valerio Coruo 3. A. Cornelio Cesse.</i> |
| 414 | <i>C. Martio Rutilio 4. Qu. Sernilio Halæ.</i> |
| 415 | <i>C. Plautio 2. L. Emilio Mamercino.</i> |
| 416 | <i>T. Manlio, Torquato 4. P. Decio Mure.</i> |
| 417 | <i>T. Aemilio Mamercino, Qu. Pubilio Philone.</i> |
| 418 | <i>L. Furio Camillo, C. Manio Nepote.</i> |
| | <i>Summa 147.</i> |
| | 3785 |

contra

MONARCHIAE PERSICAE SECVLO.

contractior. Nam non est probabile, eundem ducentos annos excessisse.

Sed & lex Persica eos fefellit, de qua Herodorus sepe seorsum libri 7 initio, non licuisse extra regnum proficisci Regem cum exercitu, nisi domi relicto vicario, cum Regis titulo & insignibus, ad vitanda bella ciuilia & intestina. Quin etiam vt Romana, ita & Persica Monarchia, eodem tempore plures potuit habere Imperatores. Denique Scriptura non plures attingit, Chronica Hebræorum qui cum eis versabatur, vt domesticis, non plures numerat. Metasthenes Persa & Philo eo alludunt. Daniel non plures significat, Ezras, Nehemias, Mardocheus, qui res gerebant sub Cyro, Assuero, Dario Longimano & Artaxerse tertio, peruenerunt ad sæculum Iaddi & Alexandri Magni, atque hæc omnia factis codicibus indicant, quæ qui conciliare voluerunt cum profanis, vt Philo, Lylo, Lyranus, coacti sunt dicere, Mardocheum 38 an. superasse ætatem Isaac, ducentimum attingisse. Alexandri tempore recentissima erat Miltiadis, Temistoclis, Periclis, Socratis, Herodoti, & cæterorum Græciæ illustrium mors. Quin ipse Demosthenes discipulus Socratis & Thucydidis, quos sub Longimano vixisse docuimus, non modo vidit Alexandrum, sed & post eum & quidem non admodum senex, mortuus est. Vt hæc ergo vitemus incommoda, ita de hac Monarchia constitutum esto.

Nam vt hæc contrahamus in pauca, cogimur non plures agnoscere, primum ob Daniẽlem, c. 11.

- Ob Ezram, qui vidit Cyrum, & attingit aduentum Alexandri Macedonis.
- Ob Nehemiam, qui & ipse interfuit reuersioni sub Cyro (*Ezra 2* & vidit Iaddum (c. 3 sui libri) quo pontifice res suas gessit Alexander.
- Ob Haggeum, & Zachariam, qui ita loquuntur de motibus Orientis, & Monarchiæ Persicæ casu, vt de re iam iam instante & præsentente,
- Ob traditiones Hebræorum constantes, quibus plus est fidendum, quàm Græcis, quod Monarchiæ illius maxima fuerint pars & laudatissima.
- Ob ipsosmet externos, in numero Regum Persicorum constituendo inter se planè discrepantes. Nam Metasthenes Persa ad nostrum numerum addit duntaxat Dariũ Nothum, Ochum & Arsamis, quos Philo nobiscum expungit, nulla Nothi & Arsamis facta mentione. Zonaras Nothum nescit, &c.

Monarchia Persarum destructa mansit sub Græcis vsque ad Arfacem Parthum, per annos centum, cuius posterii dicti sunt Arfacidæ. Hinc sub Parthis, &c.

Berosus Chaldæus, Sacerdos & historicus. Huius filiam Sibyllam Babylonicam fuisse ait Iustinus Martyr in Parænetico. Seriem regum Assyriæ, & aliorum à diluuiio ferè vsque ad Iosue, item gentium origines Græcis explicauit. Chaldaicam suam historiam libris tribus comprehensam dicauit Antiocho Seleuci Nicanoris filio & successori. *Tatianus orat. contra Græcos*, scripsit, & de posteris Noe, quos ad Nabulassarum Babylonicorum regem Nabugd. patrem perduxit, *Ioseph. lib. 1. contra Appionem.* Libri, eius hodie minimè extant, vt apparet è fragmentis ipsius apud veteres repertis. Quare ij, quos Annius eius nomine produxit, sunt adulterini.

4783



SVb hac Persarum Monarchia, præcipue post celebrem illam Græcorum de Persis victoriam per centum quinquaginta annos deinceps cadētibus sensim Persicis Græciæ res mire augetur. Quin & artes florent atque adeo ad summum perueniunt, vsque ad Alexandri tempora. *In disciplinis Mathematicis* excelluerunt Eudoxus, Euclides, Nicomachus Aristotelis f. *Philosophi* Ionici & Italici vsque ad Socratem multi, qui primus philosophiam à rerum cælestium & naturalium contemplatione ad vitam & mores reuocauit. Hinc Plato, Aristoteles, Theophrastus, Xenocrates, Polemon, Crantor, &c. *Medici*, Hippocrates, Theſſalus eius f. *Oratores* Pericles, Gorgias, Trasmachus, Hippius, Protagoras, Isocrates, Lysias, Demosthenes, Æschines, Antiphon, Antocides, Hiperides, Dinarchus, Iseas, Demades, Demetrius Phalereus.

Poeta tragici, Æschylus, Sophocles, Euripides. *Comici*, Cratinus, Aristophanes, Eupolus, Diphilus, Philemon, Menander. *Historici*, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Philistus, Ephorus, Theopompus, Timæus, Callistenes.

In mechanicis statuarij, Lysippus, Cares, Phidias, Polycleus, Praxiteles, Ctesias, Dinomenes, Cymon Myrois, imò verò tunc pictura & statuariæ artes in Græcia cœperunt. *Plin. lib. 36. cap. 5.*

Plasta, Lysistratus, Dibutades.

Pictores Appelles, Protogenes, Polygnotus, Parrhasius, Aristides Thebanus, Paralus, Xeusis qui ymbas inuenit, ex Quintiliano.

Architecti, Dinocrates, qui Alexandriam Ægypti construxit, Ctesiphon Gnosius qui templum Dianæ Ephesiæ. Philo, qui Pyreum Atheniensium.

Sculptores, Alcamenes, Agoracrites, Scopas, Bryaxis, Timotheus, Leochares, Pythis.

Musici, Aristoxenus, Timotheus, Anaxarchus, Damon.

In re militari, Epaminondas, & Pelopidas Thebani, Timotheus, Chabrias, Iphicrates Athenienses. Et paulò antè Pausanias, Lysander, Agesilaus Lacedemonij, Timoleon, Corinthius, vt bellis Persicis aliquanto prius Themistocles, Aristides, Cymon, Miltiades, Conon, Myronides, Pericles, Gelon Siculus Diomedis filius, & aliorum alij.

Athenienses paulò ante mortem Socratis 24 literis vt cœperunt, cum antea duntaxat sedecim vsurparent.

Nangiæ.



MONARCHIÆ PERSARVM PER ANNOS CENTVM QVINQVAGINTA SECVLO

Anni mundi. 3779

3783

Anni mundi. 3785



Monarchia Macedonum patuit à mari Adriatico in Indicum vsque, trans-Gangem ad Emodios montes.

Hieron. in 7. cap. Dan. quæ ærea Daniel. 2.

Incepit an. mundi 3785.

413

a ALEXANDER MAGNVS annis sex post confectum DARIVM. Alioqui imperauit an. 12. i. Mach. i.

s. Mach. i.

425

Iaddo Pontifice.

Prophetis in Malachia cessantibus.

Lacedæmoniorum Agi Iunior. Denique Eudamida rege ultimo vsque ad obitum Alexandri.

Sicilia Timoleante vsque ad obitum Alexandri an. 22.

3791

Anni mundi.



RATOSTRATVS, vt nobilitaretur aliquo facinore, incendit templum Dianæ Ephesiæ, qua nocte natus est Alexander. Vnde vates augurati sunt illa nocte natam pestem Asiæ. *Cicero 2. de Nat. V.*

Alexander Illyricis, Thracibusque superatis victa Græcia, Thebisque subuerſis, traiecit in Asiam, & fugatis Darij ducibus, urbem Sardis cœpit: posteaque capta India, & vrbe Alexandria condita, cum triginta duos haberet ætatis annos, & duodecimum Imperij, in Babylone veneno periit. *Hieron. in Daniel. 11.*

Id vniam ei ex animi sententia non cessit, quòd Miantem (montem opinor in Isthmo Corinthiaco) fodere non potuit. *Pausan. lib. 2.*

Vt oim Hebræis mare rubrum, Alexandro mare Pamphylum cessit, aliam viam non habenti, cum eius opera Dens vt ad destruendum Persarum imperium decreuisset. *Ioseph. lib. 2. Antiq. cap. vlt.*

3785

Cum perexigua manu, id est, cum 32. millibus duntaxat peditum, quatuor millibus & quingentis equitibus, 180. nauibus orbem terrarum vtrum vicisse an aggredi ausum fuisse sit mirabilius rectè dubitatur. Tribus præliis, quindecies centena millia equitum peditumque Persarum consumpsit. *Oros. lib. 1. cap. 17.* Milites, quorum ope orbem subiecit, Argyraspides nominantur.

3791

Regni septimo Monarchiæ Græcorum locum dedit Eo enim occupata est Babylonia, & Persopolis Persarum regia, Dariusque interfectus à Bello. Octauo se dat luxuriæ & amicis peremit. Nono petram Aornon cepit & Taxilem Indorum regem. Decimo Porum regem quoque Indorum vicit. Duobus reliquis legationes omnium ferme gentium audit & moritur.

Vsque ad Hispalim in Orientem & ad Iaxartem fluium Septemtrionem versus arma tulit, de cuius gestis omnibus Arianus & Curtius.

Concessit Manassi fratri Simeonis Iusti, vt in monte Garizim templum Hierosolymitano simile apud Samaritanos extrueret. Atque inde Schismatis implacabile seminarium.

Æra Alexandri Magni dicitur principium imperij eius, siue primus annus principatus eius, à quo ducta est plerisque scriptoribus annorum notatio.

Sic Syri & cæteri Orientales annos suos numerant, vt Moses Mardenus Mafro retulit. Sic Hebræi sæpe. *Seder Olam & Cabbala histor.* Eumque fuisse notant ante Christi natiuitatem 328.

ROMANI iam in centesimo & tricesimo milliario fere ab vrbe, contra Samnites bellum gerebant.

Minutia Vestalis ob incestum viua defossa. Bellum Ausonum. Cales colonia deducta.

170 Venetia deprehensa damnata sunt, Priuernates ciuitate donati sunt.

172 Urbis 422 Holander in Chronologia Consulum interregnum vnus anni sine Consulibus statuit. Atqui neque apud Liuium, neque apud quenquam alium veterum vlla eius mentio fit.

Quin & maior summa officit collationi historiæ Romanæ cum historiis aliarum gentium, vt ante quingente-

simam vrbs multa consulum & magistratum nomina perperam videantur addita, &c. Lege Brutum Cicero- nis. Nisi statuas decem annos, minimum integros ab- sumptos esse à fractis regum Persicorum & Babylo- nicorum.

Papyrius consul Samnites cum armis argenteis con- gressu vincit. Cum Alexander instituere diceretur transi- tum ab Oriente in Africam, deinde Italiam, hunc ei oppo- nere præcipuè Romani meditantur.

Et certe si octogesima tertia Olympias attingit tre- centesimum Urbis, vt vult Plinius libro tricesimo quar- to. capite septimo, centesima decima quarta, qua Ale- xandrum floruisse idem ibidem ait, ad quadringentesi- mum vigesimum vrbs perueniet, quando florebat Pa- pyrius. Quod congruit Gellij Chronico libro decimo se- ptimo, capite vltimo, quando Philippum patrem regnare cœpisse ait circa vrbs quadringentesimum, moxque Alexandrum genuisse. Nam non nisi Philippus regnavit annis viginti.

Dum Orientem Alexander subigeret, Italiam, præ- fertim Samnites Romana inquietudo fatigabat. Agis Spartanorum rex cum rebellante Græcia Antipatri for- tissimas copias, Alexander rex Epiri Lucaniam & Bru- tiam, Zopyrion Alex. præfectus Scythiam. Oros. libr. 3. cap. 17.

Carthaginenses bella cum Siculis gerebant, quæ & continuarunt; donec post mortem Agatoclis in Siciliam à Pyrrho Epiri rege ab Italia accersito terrestri naualique certamine sæpe victi, nouissime ad Romana bella con- uerfi sunt. Idem lib. 4. cap. 6.

Tum consules aut dictatores erant bellicis laudibus clari M. Valerius Coruus, C. Marcius Rutilius &c. Linus lib. 9.

Aristoteles & eius discipulus Theodectes, ad quos Grammaticæ principia referuntur.

Aristoteles primus Philosophiam à figuris & nume- ris vindicauit, quibus eam Platonici & Pythagorici ve- rius velabant, quam docebant ita instituta & in artem reducta logica, vt ad disciplinas clarius & aptius esset or- ganum. Vnde Physica, Metaphysica & cætera Aristote- lico more tractata figurarum & numerorum subtiliore cognitione non amplius indigent.

Metaphysica separauit à Physicis. Antea enim omnia confusè tractabantur, adeo vt Physica Metaphysicam in se quedam modo contineret.

Ante hunc insignis Geographiæ inscitia, quæ postea expeditionum Alexandri in vltimam Asiam beneficio e- mendata est. Vnde & ipse in Meteorologicis, & alibi de terrarum regionibus, locis, fluuiis &c. loquitur, vt cæ- cus de coloribus.

Minothea siue Thalifaridis Amazonum regina. Canistius & Philonides vno die mille ducenta stadia cucurrerunt. (i. 75. leucas) Theophrastus.

Non longe post Alexandri mortem Aristoteles Phi- losophus, & deinde Demosthenes orator vita functi sunt.

Bardi apud Gallos melodiarum poetæ ad lyram & organa cantant de hominum virtutibus & vitiis. Diod. lib. 6.

Disciplinas nefas esse existimant literis mandari, in reliquis fere rebus publicis priuatisque rationibus, Gre-

Anni vr- bis con- dita.

Romæ Coss.

- 419 C. Sulpicio Longo, P. Alio Pato.
- 420 L. Papirio Crasso, C. Duilio.
- 421 M. Valerio Coruo, 4. M. Atilio Regulo.
- 422 T. Veturio, Spu. Posthumio Albino.
- 423 A. Cornelio 2. Cn. Domitio.
- 424 M. Claudio Marcello. C. Valerio Flacco.
- 425 L. Papirio Crasso, L. Plantio Ven- none.

Reliqua Consulum suc- cesso in serie Regū Æ- gypti, qui soli è succes- soribus Alexādi ad Ro- manam monarchiā, si- ue Augustini imperium peruenerunt.

426 Sex annis totis pugnatum de summa rei post Alexan- dri mortem.

431

Anni mundi.

3791

3797

Anni vr- bis cō- dita.

Anni mundi.

cis vtuntur literis. Caesar lib. 6. de bello Gall. Eas puto in Gal- liam delatas à Phocensibus, qui tempore Cyri profuge- rant in has partes, & Massiliam condiderant. Atque hinc Semnotheorum, Saronidatum, Druydum, Bardorum, apud nos stulta disciplina. Disciplinarum capaces, cum non essent Germani ab octingentis annis duntaxat, id est, à Carolo nostro Magno, vt ipsimet affirmant, suam linguam literis cœperunt exscribere, & cum Christiana religione musas excipere, vt non sit quærendum qui- bus hoc tempore tum illi literis vterentur. Literarum secreta (inquit Tacitus) viri & fœminæ pariter illic igno- rant.

Angli & Scoti absurdè Druydas suos faciunt, contra omnium historicorum fidem.

De Magia Hostanes tempore Alex. Magni scribit. Ma- giæ plures species constituit. Vnam, quæ umbrarum in- ferorumque colloquia promittit, alteram, quæ ex aqua, speris, aëre, stellis, pelui, lucernis, securibus multisque aliis modis diuinare docet. Plinius.

Apelles pictor, Lyfippus statuarius, à quibus solis pin- gi & fingi volebat Alex.



a REGES GRÆ- CIÆ ET MACE- doniæ.

3797

431 b PHILIPPVS ARI- DÆVS frater Alex. Ma- gnus nothus an. 7.

2 CASSANDER an. 18.

3 ANTIPATER & ALEX. an. 4.

4 DEMETRIVS Anti- goni an. 6.

5 PYRRHVS menses 6.

6 LYSIMACHVS rex Thraciæ an. 6.

3823

a **T**STORVM successiones perfunctoriè duntaxat memoramus, quia eorum enu- meratio nihil confert ad Scripturæ histo- rias. Secus habet de Syriæ regibus & Æ- gypti, propter gesta Machabæorum & vaticinationes Daniëlis.

Satis autem est nosse Monarchiam hanc in aliquibus posteris Alexandri durasse vsque ad Iulium & Augustum Cæsares, sub quibus quarta cœpit, per annos ferme tre- centos.

Tum enim primum cum reliqui orbis præstantiori parte, Alexandri vniuersa posteritas imperio Romano subiugata est. Nam pridem L. P. Æmilius Perseum vlti- mum Macedoniæ Regem vicerat: Scipio Asiam: Lucius Sylla, Græciam: Pompeius, vt cæterorum præteream vi- ctorias, Pontum, Armeniam, Albaniam, Colchidem, He- mochiam, Caspios, Iberos, Parthos, Arabas atque Indeos, cum magno sui terrore cœperat.

Ab Augusto etiam Ægyptus, & ceteræ imperij sub- actæ regiones in formam prouinciarum redactæ sunt, vt iuxta oraculum Esaiæ 11 & 19 Apostolis Christi liberum iter sterneretur ad prædicandum in omnes gentes Euan- gelium.

Romæ sub mortem Alexandri magni bellum Samni- ticum infeliciter à T. Veturio & Sp. Posthumio confes- tum.

b ALEXANDRO mortuo, Arideus septem an. imperi- um Macedoniæ tenuit verbo, cum administratio esset penes Antipatrum. Perdica enim occiso, Antipater & Craterus se reges Macedoniæ gesserunt. Quibus mor- tuis, Cassander Macedoniam occupauit interfecta Olym- piadè Alex. Matre, Roxane vxore cum Hercule Alex. filio capta. Cassandri filius mortuis, posteritas Antigoni Mace- doniam obtinuit, nempe Antigonus 2, Demetrius 2, Phi- lippus, Perseus captus à Romanis.

Antigonus 1, Philippus Nothus minorem Asiam & vi- cinas regiones vsque ad Syriam tenuit.

Phocion iniusto iudicio Athenensium Cassandro regi

Macedoniæ gratificantium veneno sublatuſ eſt, *Plutarch.* Decimo quarto anno poſt Alex. mortem Caſſander funditus tollit ſtirpem regiam, & Seleucus Nicanor Aſia quiete potitur.

Decimo ſeptimo apud Ptol. Lagi Demetrius Phale-reus Theophraſti diſc. agit, vt Democratia reddatur A-thenienſibus.

Cum Macedones mortuo Alexandro Arideo regnum detuliſſent (commiſſa tamen Antipatro regni admini-ſtratione, vnde Antipatrum Alexandro ſucceſſiſſe ſcri-bit Suidas, *ſn Antig.*) Græci non ferentes diutius ſuas res à Macedonibus teneri, ſtatim arma ceperunt, & poſt diſ-crimina multa præliorum, dominatu tyrannorum libera-ti ſunt. *Pauſan. lib. 1.*

C A T H E N I E N S I B V S Democratia reddita eſt ab An-tigono Gonata. Nam poſt mortem Alex. potètioreſ Græ-cia ciuitateſ deſecerunt. Primi Athenienſeſ adiunctiſ Sycioniſ, Argiſ & Corinthiſ. *Oroſ. lib. 3. c. 21.* Huiuſ au-tem nepoteſ regnum Macedoniæ tenuerunt, donec ad Romanos tranſlatum eſt.

Poſt Delphicam pugnam Galli iterum Macedoniam inuadunt.

Zeno Cittieus Stoicorum auctor.

Cleantheſ eiſ diſcipuluſ & ſucceſſor, præceptor Chryſippi & Antigoni regis.

Epicuruſ Athenienſiſ, de quo æqualium aliquiſ, Cum porci loquentur eadem cum Epicuro dicent.

Neocleſ Epicuri frater, qui & ſectam fratris ſimilem introduxit.

Strato Lampſacenuſ Theophraſti ſucceſſor tertiuſ ab Ariſtotele Epicuro cum ſiſ aſperis, inſectilibuſ, leuibuſ & hamatiſ corpuſculiſ reſiſtit, docenſ omnia naturæ mo-deratione ferri.

Duoſ autem erroreſ inter ſe contrariuſ conſtituerunt Epicuruſ & Zeno, quo tempore ferme Romani bellum cum Pyrrho Epirotaruſ R. ſumpſerunt, annis 36. poſt Alex. mortem ſub Olymp. 126.

Vnuſ enim in corpore, alter in animo ſummum bo-num poſtulerunt, quod in Deo ſolo eſt.

Hac de cauſa Arceſilaſ primuſ occultata ſentètia ſua nihil aliud iſtoſ, quàm reſellere ſtatuit, nouorum Aca-de-micorum auctor factuſ, à Platone quartuſ, cui Xenocra-teſ ſucceſſerat, deinde Palemon, denique Arceſilauſ, *Aug. Epiſt. 56.*

Neleuſ Sceptiuſ Ariſtoteleſ Theophraſti que biblio-thecæ ſucceſſor, vtriuſque philoſophi libroſ Sceptiſm cõ-portauit. Hi deinde inſoſſi terræ, metu Attali, qui tum vnde cunq; , comparatiſ libroſ bibliothecam Pergami inſtituebat, negligenter que diu habituſ, tandem ab Apel-licone Teio emuntur, ſed carie ſitù que exeſi, ab eo que male correkti ad vſque Syllam Atheniſ delituerunt, do-nec eoſ à Sylla Romam tranſlatuſ Tyrannion Gramma-ticuſ & Andronicuſ Rhodiſ tabuliſ etiam editiſ euul-garunt. *Plutarchiuſ in Sylla.*

d L Y R A N V S in Danieleſ, & initio commentar. in Machabæoſ ſecundam Alexandri ſucceſſionem, Aſiæ minoriſ Reges (non Thraciæ & Ponti) facit. Ego quia eoſdem reperio fuiſſe Aſiæ & Syriæ reges, & Scipionem dictuſ fuiſſe Aſiaticuſ, quod Antiochuſ Magnum ſu-pe raſſet, omnino cenſeo quaternariuſ Danieliſ replere reges Ponti.

Anni
urbis cõ-
ditæ.

473

7
P T O L O M Æ V S Cerau-
nuſ. menſ. 3.

8
A N T I P A T E R an. 1.

9
S O S T H E N E S menſ. 7.

10
C A N T I G O N V S G O-
N A T A S. an. 36.

11
D E M E T R I V S, 2. an. 10.

12
A N T I G O N V S D O S O N.
an. 12.

13
P H I L I P P V S an. 42.

14
P E R S E V S vltimuſ an.
10.

Q U E M L V C I V S P. Æ-
M I L I V S biennio ante
principatuſ I V D A Ma-
chabæi vicit.

Summa an. 147. menſeſ 6.

431
R E G E S T H R A-
C I Æ E T P O N T I

d L Y S I M A C H V S vſ-
que ad M Y T H R I D A-
T E M, quem P O M P E I V S
M A G N V S domuit.

1. Mac. 8

585

431

Secunda

Alexan.
ſucceſſo.

Anni
mundi.

3951

3797

Habuit

Anni
mundi.



a R E G E S S Y R I Æ,
B A B Y L O N I Æ,
& A ſ i æ.

3797

De quibuſ omnibuſ Appianuſ in Sy-riaciſ.

Quorum poſtremo Pompeiuſ re-gnum ademuit. *Iuſtin. lib. 40.*

Tertia
Alexan-
dri ſuc-
ceſſio.

431

Habuit quidem multoſ alioſ ſucceſſoreſ, nempe 12. ſe-cundum Diodoruſ. inter ſe monarchiam partienteſ. Ale-xander, qui orbem ſibi in multoſ toparchiaſ diuiferunt, *Iuſtin. hiſt. li. 13.* ſed tantuſ quatuor, poſt 4. an. à morte A-lexandri obtinuerunt & peruenerunt ad iſtuſ regni ti-tuluſ, reliquiſ mutuiſ cõdiſuſ conſumptiſ, *Diodor. lib. 18. 19. & 20.*

Lysi-machus à rege Getico victuſ & captuſ liberaliter dimittitur, & viciffim concedit, vt ad Iſtruſ Getæ popu-li Aſiaticæ ſedeſ haberent, regi ſilia ſua in vxorem data, *Pauſan.* Tumque ad Iſtruſ regionem Byzantio vicinam occuparunt, & Græciſ noti fuerunt.

Lysimachiam in Thracia condit.



a D VAE autem ſucceſſioneſ extremaſ tantuſ attingunt Scripturaſ, quoniam Iudæa Syriam ab Aquilone, & Ægyptuſ ab Auſtro habent, nunc ab huiuſ, nunc ab illiuſ Regibuſ tenebatur. & Scripturaſ propoſituſ eſt non externorum, ſed populi Domini hitoriam texere.

Quare ſub hiſ Iudæi multa mala tolerarunt. Nam cū perenniter Reges Aquiloniſ. i. Syriæ, & Auſtri. i. Ægypti (*Dan. 11.*) inter ſe pugnarent, Iudæi in medio poſti vtriſque vincentibuſ, ſimileſ erant nauuſ turbatæ & ſteinpeſtati-buſ fluctuantiſ.

Daniel vndecimo capiteſ reſ deſcribit Reguſ Aſiæ ſiue Syriæ, & Ægypti, à Seleuco Nica. & Ptolomæo Lagi per ordinem vſque ad Demetriuſ Soterem, & Ptolomæuſ Euergetem Secunduſ. De Ant. Epiphane duoſ viſioneſ 8. & 11. cap. habet. Reges aquiloniſ vocat reges Aſiaticoſ. Auſtri Ægyptioſ ratione ſituſ Iudæa,

Tentatuſ eſt de ſumma reruſ ſeptem anniſ poſt A-lexandri mortem. Tandem poſt obtinuit Seleucuſ cum ſua poſteritate, & Demetrio rege Aſiæ ſuperato vnuſ fecit imperiuſ Aſiæ & Syriæ. *Polyb. lib. 2.*

Secundum alioſ, mortuo Alexandro præſecti eiſ im-perij totiuſ prouinciæ inter ſe diſtribuerunt, eãſque no-mine aliquandiu Regiſ Aridæi adminiſtrarunt. Inde ſe re-ges appellarunt.

Indi poſt mortem Alex. Sandanotto duce, Macedonuſ præſectiſ iugulatiſ iug excutiunt. Cum eo Seleu. Ni-canor pacem firmavit. *Oroſ. lib. 3. cap. 21.*

Sic Græci præſertim Athenienſeſ & Actoli.

Græcoruſ regnuſ à 12 anno poſt mortem Alexan-dri, quo Seleucuſ Aſiæ diadema capiti ſuo impoſuit, nu-merare incipit Machabæoruſ hitoria. Quod in contra-ctibuſ ſepe ſecuti ſunt Iudæi. Hinc etiam Ptol. annoſ ſecundum Chaldæoſ numerat. Sunt ergo anni Seleuci-daruſ potiuſ quàm Alexandri magni. Ita ferè Chrono-logi.

Verum an hoc veruſ ſit dubito. primum quoniam Hebræi conſtanter affirmant ſe Aeram Græcoruſ fixiſſe in eo anno, quo Iodduſ Pontifex poſt victuſ Dariuſ occurrit Alexandro (*vide Cabbalam hiſt. R. Abrabe* Deinde quia annoſ Græcoruſ appellant. Quo nomine A-lexandruſ ſolent potiuſ intelligere quàm eiſ ſucceſſoreſ

Denique

Denique quia etſi Seleucus Nicanor non ſtatim à morte Alexandri pacificum regnum Syriæ ſit conſecutus, at ſtatim de eo dimicauit maiore eius parte occu-
pata.

Cum inter ſucceſſores, Orientis regna diuiderentur, nullo Macedonũ dignante Parthorum imperium, Sata-
genori externo ſocio traditum eſt, qui deinde à Seleuco Nicanore & ſucceſſoribus eius poſſeſſi ſunt uſque ad Seleucum Seleuci pronepotem. Nam tum defecerunt au-
ctore quodam Arface, & formidabile Romanis imperium condiderunt. *Onuph. in ſuo Rom. imperio.*

A morte Alexandri Ediſſen; & multi Orientales ſua tem-
pora numerant. *Nangiacus.*

Acra, quam Ptolomæus lib. 11. c. 7. Alm. vocat ſecun-
dum Chaldæos, cum Regno Seleuci, non Alexandri incipit.

PRIMVS in Syria poſt Alexandrum rex fuit, ſubie-
cta eidem Parthia, Babylonia & Perſide. Iudæa interim paruit Ptolomæis Ægyptiis uſque ad Antiochum Ma-
gnum, qui primus eis illam eripuit.

Ab hoc Seleuco liber Machabæorum incipit annos,
regni Græcorum. *Eufeb.*

Terræ ſpatium inter Meotim & Hyrcanum mare fru-
ſtra tentat perfodere. Vrbes 38 condidit, è quibus in Sy-
ria quinque Seleuciam, Pieriam, Laodiciam, Antiochiam
& Apameam, dictas ideo ſoroſes. In eas, itémque Edeſ-
ſam, Beroeam, Pellam Iudæos transfert ius eis ciuium &
municipalem ordinem cum Græcis æquali honore con-
cedens. *Joſeph. contra App. & lib. 12. An. cap. 3.*

Tanto fuit robore, ut Taurum furentem, qui ſacrifi-
cium effugerat cornibus prehenſum tenuerit, & proin-
de pro inſigni cornua habuerit. Stratonice ſuam vxo-
rem filio Ant. in matrimonium ſtultus pater tradidit,
quòd eius amore Eraſiſtratus medicus ipſum deprehen-
diſſet ægrotare. *Suidas.*

Papyrius Romæ primum ſolare horologium fabri-
cat,

Romani Samnites, Marſos, Umbros & Pelignos ſupe-
rant.

Tonſores primum è Sicilia P. Ticinius Romam ad-
duxit.

Bactriani & Indi à Syriis debellantur.

Mago Carthagenenſium dux pater Haſdrubalis.
Agatocles in Sicilia regnum occupat annis 20 poſt
Alexandrum, ſiue anno 7 poſt ipſius mortem. *Diod. Pref.
lib. 18. cum victo Dione à Timoleonte libertati reſtituta
floriſſet an. 22.*

Callias ad eius gratiam ſcripſit, ſacram hiftoricæ li-
bertatis veritatem primus omnium prodens. *Suidas in
Callia.*

Timæus Andromachi filius contra, Agatoclem mul-
tis criminibus onerauit. *Idem in Timæo.*

In hoc regum Syriæ catalogo Eccleſiaſtica ferè com-
memorabimus. In regibus autem Ægypti profana.

Hieron rex Syracuſ. poſt Agatoclem. *Pauſan.*
Timochares Mathematicus Alex. quem citare ſolet
Ptolomæus.

Galli Senones vocati à Samnitibus an. vrbs 463. Cæ-
cilium prætoſem, ſeptem tribunos militum, multos no-
biles, & 13 millia militum trucidant. Ita quotieſcumque
Galli exarſerunt, totis opibus ſuis Roma detrita eſt.
Qroſ. lib. 3. c. 20.

Anni vr-
bis con-
dita.

Anni
mundi.

431
2. Mac. 3.
463

I
B SELEVCVS NI-
CANOR AN. 32.

*Iaddo pontifice, deinde Si-
meone Priſco.*

Ptol. Lagi Ægypti rege.

*Macedonia Arideo, Caſſan-
dro, Antipatro Alexandro,
Demetrio, Pyrrho, Lyſima-
cho per ordinem regibus.*

3797

3829

Ani
vrbs co-
dita.

Ani
mundi.

463

2

C ANTIOCHVS SO-
ther, an. 19.

Eleazaro pontifice.

*Ptol. Philadelpho Ægypti
rege.*

*Ptol. Cerauno, Antipatro,
Soſthene, denique Antigono
Gonata Macedonia regi-
bus.*

482

3

D ANTIOCH. Theus
an. 15.

Menaffe Pontif.

*Arface primo rege Partho-
rum, an. 28.*

*Philadelpho Ægypti dein-
de Energete.*

*Antigono Gonata Mace-
donia.*

Bello primo Punico.

497

3829

3848

3848

3863

Appius Claudius conſul Romanorum primus ob mo-
tus Tarentinorum, Carthagenſibus bellum & intulit
& vicit.

Pyrrhus ex Italia in Siciliam traicit, quam Carthagi-
nenſes infeſtabant. Rebus compoſitis, Heleno filio, quem
ex Agatoclis filia ſuſceperat, regnum Siciliae velut ani-
tum tradit. Sed paulò poſt Hieron rex contra Carthagi-
nenſes creatur. Bellauit cum Romanis an. 4. ſub annum
vrbs con 470.

Macedoniam ſubegit eiecto rege Antigono. Indè que
Græciæ & Aſiæ regna meditatatur, donec ſaxo de muro cu
iudam vrbs occiditur.

Eo mortuo varij motus bellorum in Aſia, Græcia,
Italia.

Gallogræci in Macedonia res magnas gerunt,
Eraſiſtratus Seleuci medicus.

C B E R O S V M ad hunc ſuam Chaldaicam hiftoriam tri-
bus libris comprehenſam ſcripſiſſe iam ex Tatiano docui-
mus.

Bellum Tarentinum Pyrrhi ductu geſtum, In eo P. Va-
lerius Leuinus, Conſ. victus, exercitu ipſius noua Elephan-
torum acie conſternato.

Nomen Romanorum poſt Pyrrhum clarum eſſe cœ-
pit, cui cum extra Italiam nondum arma mouiſſent, contra
Aſios bellum primum ſuſcipiunt Appio Claudio Q. Ful-
uio Coſ. In Sicilia contra eos pugnant, Appio de Aſtis &
Hierone rege Siciliae triumphante.

Turrenus Tuſciæ rex ſub annum vrbs 470. vrbs He-
truria Romanis dedit, & ſic regnum Tuſciæ finitum eſt.
*Caio de Orig. Vbi & Hetruſcos ait literas Latinas noluiſſe
recipere.*

H I C aduerſus Philadelphum plurima geſſit bella to-
tis & Babylonis & Orientis viribus.

Parthi ab eius interim imperio recedunt, Arface prin-
cipe, à quo reges Parthorum deinceps Arfacidæ, de qui-
bus *Iuſt. lib. 41. & 42.* Ergo circa an. 80 Alexandri Maced.
(vulgo 100, 200 vitioſus habet Nicephorus) primus Parthiſ
libertatem reſtituit Arfaces, cuius deinceps poſteri Ori-
entis imperium tenuerunt annis amplius 470 uſque ad
Artabanum. Quem an. Domini 226. Alexandro Seuero
imperatore Artaxerſes Perſa vicit, Perſis imperij gloriam
in Oriente reſtituens, quam annis 400 uſque ad Cozrøem
regem ab Heraclio deuictum ſeruarunt, imo Hormiſdam
quem poſtea Saraceni in Oriente &c.

Deſiciunt Parthi primo bello Punico ſiniente C. Atilio
Regulo, Manlio Vulſone Longo Coſ. ſub vrbs 506.
Cuius defectionis impunitatem Antiochi Thei & Seleu-
ci Callinici diſcordia dedit.

Nam Arfaces latrociniiſ clarus Parthiam patriam
ſuam ingreſſus præfectum eorum Andragoram oppreſ-
ſit. Mox Hireanorum regnum occupauit. Cum Theodo-
to mille vrbum Bactrianorum rege fœdus ac pacem fe-
cit. Seleucum regem contra defeſtores venientem prælio
vicit & fugauit. *Onuphr. in ſuo Romano imperio.*

Romani Philadelpho auxilia offerunt.

Bos Romæ locutus eſt.

Ingens ille Rhodiorum coloffus concidit.

Spartiatæ à Macedonibus bello premuntur.

M. Gerineus Achæorum dux primus. *Polyb. lib. 2.* dein-
de Aratus Sycionius, qui Corinthum tyrannide libera-
uit & Megaram ad Achæorum ſocietatem compulſit.

Ibid.

Flora meretrix heredem populum Roman. nominat. Vnde Floralia festa, vt omnia bene deflorescerent. *Plin. lib. 18 cap. 29.*
 Antigonus Atheniensibus reddit libertatem.
 e ARSACES Datum siue Claram oppidum munitissimum in monte Tabroteno condit. Persiam, Mediam & cætera Orientis regna occupat. cuius posterius multa cum Romanis bella gesserunt vsque ad annu Domini. 220. circa quem Artaxerxes Persa victo Artabano postremo ex Arfacidarum familia Parthorum rege Persis veterem imperij gloriam & nomen reddidit.
 Eodem fere tempore res & potentia Parthorum, Carthaginensium & Romanorum incipit.
 Eumenes Bithyniæ rex Asiam inuadit.
 Lisidas Megalopolitanorum dux.
 Viridomarius Galliæ rex.
 Hero Siciliæ, Orgiagones Galatiæ.
 f MACHABÆORVM historia hoc rege apud Hebræos incipit.
 Inter Euergetem Aegypti & Seleucum, & Antiochum Magnum eius fratrem Gallogræcis fretum & Eumenei Bithyniæ regem varia fuere bella.
 Rex Capadociæ Artamenes.
 g CÆPIT Iudæam, vel potius Philopatori subduxit. Nam vbi Samariam expugnasset & ciuitates Syriæ, quas Scopas dux Pto. Epiphani tenuerat. Iudæi sponte ad eum venientes, omnem ipsius exercitum in ciuitate receperunt, & beneuolè auxilium præbuerunt. Vnde & ipse eis multa beneficia contulit, quæ Iosephus perceret. *An. lib. 12 cap. 3.*
 Quæ omnia contigerunt fraudibus & prodicione eorum, qui Oniæ pontificum eripere conabantur. Atque hinc prima Iudæorum, sub Alexandri magni successoribus calamitas. Inde enim deinceps ad Machabeorum extrema, fuerunt sub tyrannide Regum Syriæ, cum antea vel socij vel clientes fuissent Aegyptiorum.
 Aegyptum armis inuasit. Asiam cum Syria tenuit. Ob plurimorum cædes Hierax dictus.
 Initia seruitutis Iudaicæ posuit, eis tamen modeste vsus, dum ab eis nulla tributa aliquandiu exegit, sed veluti suarum contra Aegyptios, Romanos, Græcos, Parthos expeditionum socios habuit. *Dan. 11.*
 Inde collocata Pto. Epiphani in matrimonium filia Cleopatra, partem tributorum Iudææ, dotis nomine, illi attribuit, partem sibi retinuit, cum totius regionis dominio & potestate. *Ioseph.*
 Cum generi sui Epiphani regnum obtinere non posset, vertit se in Asiam, & nauali certamine obtinuit Rhodum, Samum & alias multas insulas. Transit in Europam contra Romanos, sub vrbe 550, excitatus partim à Thoa Aetoliæ principe, partim ab Annibale.
 Intulit hoc bellum nimia opum suarum fiducia adductus, specie Lysimachicæ repetendæ, quam à maioribus suis in Thracia conditam Romani possidebant, statim Græcia ac insulis occupatis.
 Durauit tres annos bellum. Vbi ipse in Eubœa luxuria elanguisset hospitis sui Calcidentis filia virgine ducta, à M. Glabrione col. quem iuuabat Philippus Macedonum rex, primo belli anno apud Thermopylas vincit inde virtute M. Catonis tribuni militum eiectus in Asiam refugit.
 Tum Aetoli He raclea capta fracti pacem petierunt.

| Anni vrbis cō- dita. | Anni mundi. |
|----------------------------|----------------|
| | 4 |
| 497 | 3863 |
| 517 | 383 |
| | 5 |
| 517 | 3883 |
| 520 | 3886 |
| | 6 |
| 520 | 3886 |
| 556 | 3922 |

e SELEVCVS CAL-
LINICVS, AN IO.

Simone Iusto pontif.
Arface primo rege Parthorum.

Euergete Aegypti.
Antigono Gonata, Demetrio, & Antigono Dosone Macedonia.

f SELEVCVS CERAUNUS. AN. 3.

Simone Iusto pontif.
Arface, deinde Mithridate qui & Arfaces 2, rege Parthorum, an. 36.

Euergete Aegypti.
Antigono Dosone Macedonia.

g ANTIOCHVS MAGNVS frater, an. 36.

Onia pontifice.
Euergete, Philopatore & Epiphane Aegypti reg.

| Anni vrbis cō- dita. | Anni mundi. |
|----------------------------|----------------|
| 520 | 3886 |
| 556 | 3922 |

Mithridate Arface rege Parthorum secundo, deinde Pampatio siue Phraarte, 12. an. Pharnace. an. 17.

Antigono Dosone. deinde Philippo Macedonia.

Bello Punico secundo.

Liuius Appianus.
 Altero in ipsa Asia superatur à L. Scipione, Eumene Pergami rege adiuuante, apud Sipylum montem ad Magnesium.
 Huic Romani victo ad Thermopylas stipendium imponunt, qui fauentibus Aetolis cum 60. millibus Græciam ingressus fuerat, & omnem cis Taurum Asiam detrahunt, per Scipionem fratrem Africani, qui propterea Asiaticus cognominatus est.
 Euphorion præfectus bibliothecæ ab hoc Ant. instructus, *Sudas.*
 Rabbenu Haccados Antiocho charissimus, vt scribit Rabbi Leui Daniel 9. nisi mendose nomen Antiochi pro Antonini irreperit. Nam fuit hoc nomine charus Seuro & Antonino imperatorib. qui Iudæos plurimum dilexerunt, vt scribit Hieronymus in Danielis 11. cap. cuius liber à Rabbi Mose Haddarsan in Bereschit Babba ad octauum cap. Geneseos citatur: vbi ille per modum Dialogi Antonino imperatori multa legis sacramenta pandit Quod etiam innuit Rabbi Mose de Kotis præfatione in Sepher Mizuoth. Deus, inquit, dedit gratiam magistro Haccados apud Antoninum imperatorem. Ideoque collegit vniuersos terrarum sapientes, & constituit sex ordines Misna (contextus Talmudici) iuxta præscriptum Cabbalæ, &c.
 Arfaces Arfacis Parthici imperij conditoris filius aduersus Antiochum centum millibus peditum & 20. millibus equitum instructum mira virtute pugnavit. Ad postremum in societatem eius assumptus est. *Onuph. in suo Romano imperio.*
 Philopomenes Achæorum præfectus Lacedæmonis muros diruit, Lycurgus leges antiquat, quæ 600. annis steterant, Spartanos ad Achæorum mores traduxit. *Plut. in Lycurgo & Philop.*
 Annibal (iunior) à Romanis victus ad Ant. Magnum sese in Asiam proripuit, ex Italia decessit post sextum decimum annum sub vrbe 547. *Liui. lib. 30.*
 Deinde in Cretam. Mox ad Prusiam Bithiniæ regem fugit, apud quem veneno periit ætatis 70. Quo anno duo alij insignes Imperatores in exilio mortui sunt Philopomenes Græcorum & Scipio Africanus Romanorum *Io. uis lib. 1. viro. illust.*
 Prusias eius commento iniectis in naues hostiles fictilibus serpentum plenis Eumenem regem Asiæ vincit.
 Diophanes Achæorum imperator Lacedæmonios infestat.
 Romani subacta vniuersa Iberia Græcis libertatem donant.
 Galatas siue Gallogræcos imperatore Manlio in Asia suæ subdunt potestati, quod Antiocho Magno suppetias tulissent.
 Duobus regibus Philippo & Antiocho victis haud multo post Carthaginem subactam, summa imperij, quæ fuerat per ordinem penes Assyrios, Babylonios, Persas, Macedonas, ad pop. Rom. peruenit. *Velleius lib. 1.*
 Aetoli Antiocho fauentes libertatem amiserunt, quam illibatam aduersus dominationem Atheniensium & Spartanorum inter tot Græcia ciuitates retinuerant.
 Græcia bellis scinditur, quæ eam perdidit & Romanis subiecerunt.
 Gemmarum luxuria primum deuicta Asia Romam

| | Anni vrbu cō- dite. | | Anni mundi. |
|---|------------------------------|---|----------------|
| infertur. Prusias Bithyniæ, Acheus Tauri, & eius frater Attalus Asiæ reges. Bellum sociale inter Achæos & Aetolos. <i>Polyb. lib. 4.</i> Bellum Syriacum inter Antioch. & Ptol. <i>Polyb. lib. 5. Iust. 30.</i> Quo anno terra quinquagies septies mota. <i>Plin. lib. 2. cap. 84.</i> Antiochus Scopam Aetolorum prætorem ad Iordanem fluuium vincit. <i>Liu. lib. 4. dec. 3.</i> Lysimachiam dirutam restaurat. <i>Appian.</i> Masinissa à Siphacæ regno pellitur. Syphax cum Afrubale à Scipione deletur, & Romam captus mittitur. Masinissa paterno regno restituitur. Eumenes Attali regis frater Eumeniam condit. h P A T R I successit non testamento aut iure (nam erat minor natu) sed occasione absentiae fratris Antiochi, quem pater Romam obsidem miserat. Hic est Seleucus, sub quo primum Resp. Iudaica seditionibus agitari cœpta per Simonem, ob Pontificatus cupiditatem. Quæ non modo externa regum imperia inuexerunt, sed & temp. & religionem funditus euerterunt. Tum enim cœpta sunt Iudæis tributa grauiâ imponi, quorum initia fuerant sub patre Antiocho Magno. Quare hic Dan. 11, dicitur transire faciens exactorem) ad colligenda scilicet tributa) ubi nos <i>vilissimus & indignus.</i> De redditibus suis præstabat omnes sumptus ad ministerium factorum pertinentes, 2. <i>Mach. 3.</i> Sacrificium Tyrannorum de alieno. Cum Onias esset pontifex, Heliodorum ad spoliandum ærarium sacrum Hierosolymam misit. Nec attendit ad patrem, qui dum misso exercitu templum Didimei Iouis ad diripiendum aggressus esset, concursu incolarum cum omni militia interfectus fuerat. Simon auctor turbarum Oniæ insidias ad mortem parans &c. 2. <i>Mach. 3.</i> Eum enim accusauit. Quin & apud Seleucum agens, pecunias sacras abditas indicauit, <i>Ibid.</i> Inde sub Antiocho successore Iason frater Oniæ, Menelaus, Lysimachus &c. grandiore stipendio promisso. 2. <i>Mach. 4.</i> Pharnaces Parthorum rex quartus Mardos validam gentem domuit. Inde Mithridates frater rex quintus eius testamento relictus Medos. & Elimos subegit, imperium Parthorum à monte Caucaſo multis populis in ditionem reductis vsque ad Euphratem proferens. <i>Onuph. in Romano imperio.</i> Eucratides Bactrianorum rex, de quo <i>Iust. lib. 41.</i> Mithridates quintus Parthorum rex fratri Pharnaci successit. Res magnas gessit <i>Ibid.</i> i A N T I O C H V S Nobilis siue Epiphanes traditus fuit à Magno, Romanis obses. Audita autem patris morte & inertia Seleuci fratris clam in Syriam venit, & ab aliquibus ciuitatibus receptus tandem regnum obtinuit, Vnde inter posteros eius & fratris longa fuit de regno contentio successioque vicissitudinaria. Post bellum Macedonicum Elimaidin in Perside profectus est, ut templum Dianæ expoliaret, in quo velamina aurea & loricas & scuta Alexandrum reliquisset rumor erat. Sed ab Elamitis fugatus, in furorem versus agitari curram in Hierusalem præcepit. In itinere hor- | 556 | 7 h SELEVCVS PHILOPATOR, qui & Soter an. 12. | 3922 |
| | 58 | Onia pontifice, Pharnace, an. 12, deinde Mithridate 2, an. 32. Parthorum regib. Epiphane Aegypti. Philippo Macedonia, deinde Perseo. | 3934 |
| | 568 | 8 i ANTIOCHVS illustris siue, EPIPHANES, Seleuci frater, non filius sicut Suidas putat. an. 11. | 3934 |
| | 580 | Mathatia, deinde Iuda Pontif. & duce. | 3945 |

rendo

| Anni vrbis condite. | Anni mundi. | |
|---------------------|-------------|---|
| 568 | 3934 | rendo morbo, qualis imminet impiis Ecclesiæ hostibus perit. Seditione apud Iudæos propter Pontificatum orta, in qua Onias pontifex, superior fuit, Tobia liberi vrbe expulsi, Epiphanem aduersus vrbe duxere, iampridem consilia agitantem, ut eorum vrbe potiretur. Tumque Onias & Ananias eius frater ad Ptolomæum Philometorem, qui tum ab Antiocho diffidebat, profugit & in Hieropolitarum agro vrbe aliam & templum condit, structura omni, ad eam quæ Hierosolymis erat, conformata <i>Niceph. lib. 1. cap. 6. Ioseph. Antiq. lib. 12. capit. 6. & 7. de bell. capit. penult.</i> Veniens Hierosolymam Iasonem in exilium mittit, & Menelaum in pontificatum subiicit. Non multo post Menelaus amoto Lysimachum fratrem eius pont. creat. Andronico Iudæam regendam commisit, quem postea ob Oniam pontificem interfectum occidit. Iterum veniens Hierosolymam, expoliavit templum, collocato in arce præsidio Macedonum. Et quoniam aliqui ciuium Philometori fauebant, intra triduum fere octoginta millia interfecit, & quindecim millia vinxit. Paulò post misit qui tributa exigent & auferrent cultum Dei, in templo collocantes Iouis Olympij simulachrum & suas statuas sublatis sacris vasis, altarique aeneo. Istius persecutiones & tyrannis narrantur 1. Machab. ad caput vsque 6. in quo interiit. Sed quam miserè cap. 9. lib. 2. Hebræi in Tractatu de Diuortii, aiunt periisse Mufca, quæ in eius nares inuolarat, & maximo cruciatu eius interiora sensum depascebatur. Idolum à se erectum Iudæos colere iussit propositis pœnis, libros sacros in publicum rogum ferre, Mosis lectione, Circumcisione, omnis religionis vsu abstinere, sese ad Gentium ritus plane componere, vesci cibis lege vetitis, &c. In Iudæa Philippum ducem, in cæteris sui regni prouinciis alios præfectos reliquit, qui rem vrgerent, & delatoribus præmia ampla persoluerent. <i>Iosippon. & auctor libri de regibus Israel.</i> Veteris testamenti Antichristus. <i>Dan. 11.</i> propter insolentiam à Græcis dictus est Epimanes. i. furiosus. In templo Domini, Iouis Olympij simulachrum statuit. In Samaritano Iouis Hospitalis. Primus sacerdotium summum vendidit, & contra morem viuos viuis in eo substituit. Primus libertatem Iudæorum oppressit. Nam etsi, post Alexandrum Maced. Aegypti regibus primum, deinde Syriæ tributum pensarent, at erant liberi, quia leges & magistratus suos habebant, non externos, obtemperabantque pontificibus suis, penes quos tum erat cura sacrorum simul & Reip. Templum ingressus expilat altare aureum, argentum, aurum, vasa pretiosa, & thesauros occultos diripit, iisque onustus abit in terram suam 1. <i>Machab.</i> Mille & octingentis ablatis de templo talentis velociter Antiochiam regressus est. 2. <i>Machab. 5.</i> Toto triduo octoginta millia Iudæorum interfecit, quadraginta millia vinxit, non pauciora vnunderit. <i>Ibid.</i> Per Græcas quoque vrbes repertos Iudæos sacrificare cogebat, in auditisque cruciatibus reluctantes afflicebat. Tum plurimos puduit esse Iudæos. Vnde edificabant |
| | 3954 | |

580

Z. 3

Gymnasia Hierosolymis, in quibus profana Theologia & literæ docerentur. Inducebant sibi præputia herbis medicamentis, aliisque artibus, ne circumcisio appareret.

Samaritæ, qui se antea cognatos Iudæorum fatebantur templum suum Garizim Dei esse negauerunt.

Mathathias & quinque filij hic incipiunt pro aris & religione arma capere, aras idolorum euertere, immolantes interficere, pueros nondum circumcisos circumcidere, & regnum Iudæorum exuscitare.

Eleazarus senex, septem fratres & mater Anna martyrio accensarum sartaginum, aliorumque squissimorum tormentorum coronantur, diis libare, suillam edere, patriam legem deserere recusantes. Horum exempla multi sunt secuti, vide à 1. ca. lib. 2. Mach. vsque ad 10. Nam etiam illo libro res istius describuntur.

Ita Iudæi libertate & religione priuati coacti sunt arma capere contra Syros, & vtramque sibi asserere, hinc igitur principium rerum à Machabæis gestarum.

Vbi obseruandum duos libros Machabæorum à diuersis esse scriptos de eadem ferè re. Superest etiã in bibliis Græcis tertius, sed is primo loco, vt primus tertio collocandus erat. Nã describit quæ præcesserunt Machabæorum tempora, annis circiter 50. sub Antiocho Magno, dum Ptol. Philopator apud Ægyptios rerum potiretur. Secundus autem ideo primum præcedere debuit, & vt indicat Euf. in Chronicis, quoniam tractat propriè gesta Seleuci Philopatoris & Antiochi Epiph. Cùm primus persecutionibus tantum eorum delibatis, iam à 6. cap. ad 16 ad describendas res sex aut septem successorum Ant. Epiphanus progrediatur.

Quartus est vmbatica & Philosophica cuiusdam Iosippi commentatio de martyrio matris anpæ & 7 fratrum &c. Eusebius autem in Chronico videtur significare se in tres primos tantum incidisse. Vbi sine iudicio quidam Germani notarunt Eusebium de nostris non locutum.

Athanasius in Synopsi hunc quartum legit, & inter Apocryphos recensuit.

Est alius quartus, qui continet historiam 31 annorum. i. Iohannis Machabæi, qui Hyrcanus cognominatus est, eiusdem argumenti, ac decimus tertius Antiquitarum Iosèphi.

Tertij, vt Canonici meminit Athanasius in Synopsi, Eusebius in Chronicis & Clemens Apost. cano. 84.

Antiochus impius vetuit legem Mosis publicè legi. Nempe antea lex pro numero ferè Hebdomadam anni, distributa in 53. sectiones, siue parashot (quarum singulæ constant 136. versibus (singulis Sabbathis legebatur (Act. 13. & 15. & Iosèph. lib. 2. contra. Appionem) Ceterum tunc earum loco, decerptæ sunt è Prophetiis libris totidem sectiones, quæ antiquæ diei lectioni sensu congruerent. Quare etiamnum hodie quamuis deserit Antiochi tyrannicum edictum, inter Iudæos mos perseuerat, vt Sabbathis post diei legalem sectionem, canant Propheticam, quam vocant haphrata, q. missam siue missionem. Ea enim absoluta plebem dimittunt. Elias in Tisbi.

Paulus Æmilius triumphat de Perseo & Macedonibus.

Popilius à Romanis mittitur in Ægyptum, qui Epiphanem iubeat Ægypto & Asia excedere.

Macedonibus capto Perseo rege & illyriis Romani

Anni
urbis cõ-
dita.

569

Anni
mundi.

3934

580

3945

leges

Anni
urbis cõ-
dita.

580

1. Mac. 6.

582

582

1. Mac. 7.

& 2. Ma.

14.

591

Anni
mundi.

3945

3947

3947

3956

9
K ANTI OCHVS Eu-
pator, an. 2.

Iuda Machabæo pontifice
& duce.

Philometore rege Ægypti.

Mithridate 2 Parthorum.

10
I. DEMETRIVS Se-
leuci Soter, an. 9.

Iuda & Ionatha pontifici-
bus & ducibus.

Mithridate Parthorum re-
ge, qui Arsaces, 1. Mach. 15.

Philometore Ægypti.

leges dederunt, vt liberi essent & dimidium tantum tributorum, quæ regibus suis soluisent, sibi præstarent. K E V P A T O R I S in Iudæos gesta. 1 Mach. 1, 6, & seq. & 2 Machab. 10, &c. Hi enim duo sunt Antiochi, qui infestissimo animo Dei religionem, quod etiam Daniel præ-nunciarat, oppugnarunt.

In hoc adhuc puero perfidiam contra Iudæos, patri- que impietate Deus vltus est. Nam eum Demetrius pa- trus Roma in regnum regressus necauit. Iustinus & Li- uius 46. in epitomis.

Istorum temporibus regnabat apud Ægyptios Ptolomæus Philometor 2 Mac. 5. cuius regni anno decimo Iudas Machabæus templum, quod Gentes sub Antiocho contaminauerant, repurgauit, altari nouo nouis è lapidi- bus instaurato.

Deinde eius magna lætitia celebravit & à posteris annuatim celebrari imperauit, 1 Machab. 4. Quod æuo Christi adhuc Iudæi multa cum religione ser- uabant. Ioan. 10.

A tempore purgati per Machabæum templi, Iudæi nunquam deinceps leguntur idola coluisse. Itaque exi- lium, quod miserè hodie perferunt, non suæ Idololatriæ, sed Christi impiè crucifixi peccato ascribant necesse est. Vide Osee 3 cap.

Eupator pacem cum Iudæis agitare coactus est. I SE Q V E N T E S reges Syriæ ita bella gessere cum Iudæis, vt ad legis repudium non cogerent. Lege septimum cap. 1. lib. Machab. ad finem vsque.

Demetrius occiso Antiocho Eupatore nepote suo & Lysia eius nutritio rex euasit.

Bellum gessit cum Iuda. Nam cum Alcium Iudæum, qui ad se transfugerat, pontificem constituisset, in spem victoriæ ductus, bellum Iudæis intulit, atque ei socium Bacchidem adiunxit.

Tum Iudæi primum cum populo Romano amicitiam fœdusque pepigere, auctore Iuda Machabæo, vt Romani Iudæos, Iudæi Romanos aduersus hostes suos conserua- rent. Ita indictum Regi Demetrio, ne Iudæos vexaret. 1 Mac. 8. Ios. lib. 12.

Rex Prusias cum filio Nicomede Romam venit anno urbis 588.

Anno sequenti rex Eumenes. Inde lex lata, ne cuiquam rei gRomam venire liceret. Flor. lib. 45.

Prusias rex Bithyniæ à filio Nicomede interficitur.

Ieremias & Onias Iustus dudum vita functi apparent in somniis Machabæo, orantes pro populo, 2 Mach. 15.

Alcimus alienus à genere sacerdotali pontifex à Dem. Sotere, contra Iudam Machabæum constituitur.

Bacchides à Ionatha ad Iordanem vincitur, & post tres annos ad firmandam pacem compellitur.

Romani contra Hispanos Celtiberos, duce Scipione Nasica. Contra Lusitanos Sergio Galba prætore.

Pseudophilippus regnans in Macedonia à Metello consule interficitur. Sic Macedonia de regno tributa- ria fit.

ANTIOCHENSES adiuuantibus Pto. Philometore Ægypti, Artalo Asiæ, Ariarato Cappadociæ regibus Alexandrum Antiochi superioris supposititium filium regem suspiciunt, & in acie Demetrium obtruncant.

Alexander purpuram & coronam auream, ad Iona-

chan misit. Addidit postea fibulam auream, confanguineorum regis insigne.

Bellum contra Demetrium successorem ope Philometoris instructum gessit *1 Mac. 19.*

In eo vincitur, & paulò post à Zabdièle Arabe interficitur. In eo etiam cecidit Philometor, & tertia die mortuus est. *Ibid. & Linius lib. 52.*

Hic bello in Orientem ad Tryphonem expugnandum translato, multas vrbes & regiones cepit. Tandem fraude circumuentus à Mithridate Parthorum rege in Media capitur. *Iust. lib. 58* Sed ab eo postea dimissus, iterum regnat annis 4.

Alexandro Rege ope Philometoris subuerso regnum sibi asciuit.

Jonathan Machabeum eius partes secutum benigne habuit. Quin & vestigialium immunitate in perpetuum donauit. *1 Machab. 11.*

Simoni Ionathæ successori propter grauiam belli detrimenta, quòd illius causa Iudæi cum Triphone gesserant, immunitatem vestigialium & tributorum omnium concessit. Quæ fuit vltima Iudæis à Regibus Syriæ data, ob quam se in libertatem vindicantes, regnum, vt antiquorum tempore fuerat condiderunt.

Mithridates Arsaces dicitur, *1 Mach. 15.*

ANTHE hunc Thryphon regnasse ponitur tribus annis à Iosepho lib. 13 Antiq. cap. 12. Sed illis etiam regnabat in locum capti fratris Ant. Pius, qui & Tryphonem dolo antiochia & militibus per luxuriam Demetrii dispersis potitum oppressit.

Iudæam, Samariam, Ioppen, Galilæam, & confinia eius vexauit.

Frangens fœdera maiorum suorum cum Simone & Iudæis Achenobium, deinde Cendebeu duces aduersus eos mittit. Sed ij à Simonis filiis Iuda & Ioanne, qui patri successit, ad sua redire coacti sunt. *1 Mach. 16.*

Arx Sion à Simone recepta & mundata. Qui inde cum Romanis fœdus renouat, eisque clypeum mille minarum mittit.

Obsedit Ioannem Hyrcanum Hierosolymis, Tempore autem obsidionis dono misit in sacrificium taurum præstantem, cornibus auro ductili obiectis, cinctum bdeliis & omni preciosorum lapidum genere, purpureo panno & ornamenti sumptuosissimis opertum, cum vasis aureis & argenteis plenis aromatum. Qua pietate ab Hyrcano, & Iudæis pace agitata obtinuit, quod armis & potentia minime potuisset. *Iosippon & auctor lib. de rebus regum Israel secundi templi. Accepta pecunia dicebat. Ios. lib. 13, cap. 5.*

Atque illud est, quod Iustinus scripsit lib. 36, Antiochus Iudæos, qui à Macedonico imperio sub Demetrio Patre armis se in libertatem vindicauerant, subegit.

Mortuo Mithridate Rege Parthorum bellum mouet contra successorem Phraartem ad recuperandum fratrem. Cum eo congressus in ipsa pugna interiit. *Ioseph. lib. 13, cap. 16.*

Postquam tribus præliis vicisset occupata Babylone, & omnibus præter Parthos populis per deditionem receptis.

Antiocho ingenti exercitu dimicanti hirundines in tabernaculo nidum fecerunt, quo prodigio neglecto prælium commisit, & à Parthis occisus est; *Obsequens.*

Circa hæc tempora Mithridates Rex Ponti moritur

Anni
vrbs cō-
dita.

591

1 Mac. 9.

10.

601

601

Ibid.

cap. 11.

604

604

Ibid. &

cap. 13.

613

Anni
mundi.

11

M ALEXANDER Ba-
les, an. 10.

3956

3966

Ionatha pontifice & duce.

*Mithridate 2, Parthorum
rege.*

Philometore, Aegypti.

Bello punico tertio.

12

M DEMETRIVS D.
Soteris filius Nicanor,
an 3.

3966

3969

*Ionatha, deinde Simone
pontifice & duce.*

*Mithridate 2, Parthorum
rege.*

Euergete 2, Aegypti.

13

M ANTIOCHVS Se-
detes Pius Soter, an. 9.

3969

3978

*Simone pontifice & duce,
deinde Ioan. Hyrcano.*

*Mithridate 2, deinde
Phraarte 2, Parthorum rege
an. 28.*

Euergete 2, Aegypti.

Anni vr
bis con-
dita.

613

617

617

627

627

645

Anni
mundi.

14

P DEMETRIVS ite-
rum secundus, an. 4.

3978

3982

Phraarte rege Parthorū 6.

Euergete 2, Aegypti.

15

Q ANTIOCHVS
Gryppus, an. 10.

3982

3992

*Phraarte 2, Parthorū rege,
deinde Artabano an. 1. Mi-
thridate 3, an. 24.*

*Euergete, deinde Physcone
Aegypti regibus.*

16

M ANTIOCHVS Cy-
zicenus, an. 18.

3992

4010

*Mithridate 3, Parthorum
rege octauo.*

*Physcone & Alexandro
Aegypti.*

relictio filio Mithridate, cui ex rebus gestis Magni cognomentum fuit. *Iust. lib. 37 & 38.*

In hoc Antio. Pio definit sacra historia. Cætera, quæ secuta sunt ad Christum repete à Iosephi lib. 13. Antiq. cap. 16, & libris septem sequentibus.

Romæ puer ex ancilla natus quadrupes, quadrimanus, quatuor item habens oculos, & aures, & duplicem masculinum sexum.

Aetna mons Siciliae copiosos ignes vomuit in Boniensi agro, Fruges in arboribus natae sunt. Hinc secutum in Sicilia bellum seruile, quo fere septuaginta millia seruorum prætores profligauerunt, qui tandem obsidionis necessitate compulsi erant ad cadauerum esum.

Bituitus Rex Aruernorum deducens contra Romanos 180 millia armatorum in Rhodani transitu superatur, & Romam in triumphum ducitur. *Oros. lib. 5, cap. 13.*

P SECVNDO regnat, Imperium enim amissum, captiuitate Parthica elabens, recuperauit. Sed post quatuor annos bello intestino per Euergetem conciliato ab vxore filiisque desertus interficitur. Et filius Anthiochi Pij, cui à Nasti magnitudine Gryppi cognomen fuit, matris factione succedit, ita vt nomen regis penes filium, ius omnis imperij penes matrem esset.

Post hunc tamen Alexandrum locat Iosephus, lib. 13. *Ant. Cap. 17.*

At is statim oppressus Gryppo concessit.

Q REGNUM Gryppi in 29 ann. extendit Iosephus lib. 13 Antiq. cap. 29. Nempe quia simul cum Cyziceno regnauit. Insidiis Herodiani tandem moritur.

Bella ciuilia hanc confusionem pepererunt, & regnum perdidit. Philometorem hunc sapius vocat Ioseph.

Ad Scipionem minorem in Hispania ad Numantiam res gerentem munera misit amplissima.

Alexandrum quendam ab Euergete Aegyptio excitatum adoptionis titulo regnum appetentem post multa prælia secundo anno regni cepit & interfecit. Matrem poculum veneni, quod ipsa obrulerat, bibere compellit.

Phraartes Parthorum rex sextus, primus Regum illorum amicitiam Romanam per legatos à L. Sylla Felice Proconsule tum bellum Mithridaticum in Asia gerente petiit & impetrauit. Cui in bello cum Scythis gesto occiso patruus Artabanus successit, an. 1. *Onuphrius in Romano Imperio.*

Cyzicenus Syriam innadit.

M ANT. Cyzicenum Ioan. Hyrcanus bello victum fugauit.

Ex hoc tempore Syria crebris motibus agitata est, donec in Romanorum potestatem venit.

Mithridates Artabani filius 8 fuit Arsaces siue Parthorum rex. Ex rebus strenuè gestis cognomentum magni meruit. *Iustin. lib. 42.*

Multos enim populos regno Addidit, cum Scythis aliquoties prosperè dimicauit, vltorque parentum iniuriæ fuit.

Bellum Armenis Intulit. Inde propter crudelitatem à Senatu Parthico pulsus fratrem Orodem successorem habuit.

Hic est ille Orodus, qui primus bella cum Romanis gessit. Crassumque cum filio & omni ferè Romano exercitu deleuit, & Pacorum filium misit ad reliquias belli Rom. persequendas, donec is magnis reb. in Syria gestis in patriam Patri suspectus reuocaretur, eoque absente

exercitus

relictio

exercitus Parthorum in Syria relictus à C. Cassio quaestore Crassi, cum cunctis ducibus caderetur.

Cætera Parthica historiae infra in bellis civilibus Pompeij, & extremis Ægyptiorum regibus, & in Augusto. Nam hi bellis civilibus Pompeio contra Cæsarem, Bruto & Cassio contra Augustum & Antonium misere auxilia.

SELEVCVS Gryppi f. cum Patruo Cyziceno de Syriaco imperio dimicauit victumque acie interfecit. Sed nec propterea regnum est consecutus. Nam à Patruële pulsus est, & à subditis in palatio concrematus.

Frater Seleuci collecta manu Cyziceni filium regno exiit, & in parte Syriae regnat. Simili ratione Philippus Gryppi minimus f. in alia Syriae parte regnat, donec postremo à Gabinio caperetur.

Syri principum discordia pertæsi vltro se Tigrani Armeniae regi dederunt. *Iust. lib. 40.*

ATIGRANE per Pompeium capto ad Iulium Cæsarem anni fuerunt ferè sedecim.

Ira à Seleuco Nicanore Regni Syriaci conditore ad Cæsarem anni 250.

Syriam tenuerunt posteri Seleuci Nicanoris vsque ad Antiochi Pij filios. Tum enim Pompeius prouinciam illam sub potestate imperij redegit, relicto illic Prætorè Scauro. *Plutarc. in Ant.* deinde Gabinio, mox M. Crasso, qui contra Parthos periit.

Reliquam Syriaci regni partem Parthi ad se transtulerunt, & sic diuisione veluti orbis cum Romanis facta, Orientis imperium tenuere, quo tempore Romani toto Occidente potiebantur, & cum his de summa rerum decertarunt.

Tigranes Armeniae rex petentibus Syris ob fratrum regum discordiam rex fit Syriae annis 18, *Iustin. hist. lib. 40.*

Perfas saepe vicit, Mesopotamiam occupauit, Syriam & magnam Phœniciaem partem Philippo vltimo Syriae regi profligato ademit, donec post annos 19 in Romanorum venit potestatem.

Ita imperia post mortem Alexandri Magni in mundo præcipue sex orta sunt & concurrerunt, quæ in sequenti quarta eius successione percensebimus, Ægyptium, Syriacum, Macedonicum, Romanum, Carthaginense, parthicum.

Præter Parthicum istorum omnium recentissimum, cætera intra ducentos quinquaginta annos à Romano omnium minimo & contemptissimo absumpta sunt.



| Annus vrbis cō- dita. | Annus mundi. |
|---|-----------------|
| 545 | 4010 |
| 647 | 4012 |
| 17 | |
| f PHILIPPVS an. 2. | |
| <i>Mithridate 3 Parthorum rege octauo.</i> | |
| <i>Lathyro Aegypti.</i> | |
| <i>Summa an. 216.</i> | |
| 647 | |
| 18 | |
| t TIGRANES Rex Armeniae an. 18, quo ca- pto Syria Romanorum prouincia facta est. | |
| 665 | 4030 |
| <i>Mithridate 3, Parthorum rege octauo, deinde Orode, an. 18.</i> | |
| <i>Lathyro Aegypti, denique Aulete.</i> | |

| Annian- se Chri- stum na- tum. | Annus vrbis con- dita. | Annus mundi. |
|---|--|-----------------|
| 303 | Quarta vrbis ma Ale- xandri suc- cessio. | |
| REGES ÆGY- PTI. | | |
| 426 | | 3791 |
| 466 | | 3830 |
| a PTOLOMÆVS LA- GI Soter, an. 40. | | |
| <i>Pontifice Onia Iaddi filio, deinde Simeone Prisco, mox Eleazare.</i> | | |
| <i>Nicanore Asia & Syria rege, an. 32.</i> | | |
| 466 | | 3830 |
| <i>Arideo an. 7, Cassandro an. 18, Antipatro & Alex. an. 4, Demetrio an. 6. Pyr- rho mens. 6. Lysimacho an. 6, Macedonia Regibus.</i> | | |



Magnus Alexander nauem actuariam 12 ordinum condidisset, hic Ptol. Soter ad quindecim instituit primus. Demetrius Antigonius ad 30. Ptol. Philadelphus ad 40. Ptol. Philopator ad 50. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

In Ægypto coluit literas apud se habens Stilponem philosophum Megaricæ sectæ æmulum. Syriam regno suo adiecit, in Iudæam ascendens pretextu sacrificandi Sabbato Hierosolymam occupauit. Deinde multos de Iudæa & Garizim captiuos traxit in Ægyptum & vendidit. *Ioseph.*

Quos tamen postea benigne tractauit. *Idem.* Ita Iudæa post Alexandrum Magnum primum paruit Ptolomæo Lagi illam armis occupanti *Euseb. Ioseph.*

Inde Philadelpho, tum Euergeti, ad extremum Ptolempatori. Quo tempore vnus post alterum regnarunt in Syria Seleucus Nicanor, Antiochus Soter, Ant. Theus, Seleucus Callinicus, Seleucus Callinici F. & Antiochus, Magnus, qui primus Ptolempatori Iudæam ademit.

Quæ partim erat tributaria, partim libera. Tributaria, quia regibus Ægypti primum, deinde Syriae, stipendium pensabat. Libera, quia leges ac magistratus suos habebat, non externos, suis parens Pontificibus.

Pyrhum regem Epirotarum depulsum sub extremum regni sui tempus restituit.

Sex annis ante Nicanorem Regem Syriae & cæteros Macedonas regnasse quietè in Ægypto & sine æmulis ab aliquibus traditur. Mox scilicet post Alexandri mortem. Ab aliis non nisi sex post Alexand. mortuum, quod inter eius successores tandiu de rerum summa dimicatum sit, donec quisquis potuit sibi imperij partem rapuit, quod totum obtinere non posset. Priorem sententiam esse rectiorem docet collatio historiae Ægyptiacæ cum cæteris.

Mercurius Trismegistus Ægyptius, cuius hodie extant dialogi duo, Pœmander & Asclepius. Mihi enim videntur errare, qui eum propinquum Mosi, eundemque cum Deo Mercurio faciunt, vt Suidas, qui eum Pharaone antiquorem prodit. Nam Ægyptus Græcum idioma vix ante Alexandrum Magnum audiuerat, vt Græcè multa de Verbo Dei congruentia oraculis diuinis scribere ante Græcorum cum Hebræis congressum potuerit. Deinde citatur duntaxat à recentioribus. Sed & in chartis è papyrocentum & decem millibus sua de rebus diuinis & naturalibus conscripsisse à Iamblichio memoratur, Papyri autem vsus ad hanc refertur etatem. Præterea ipse Pœmandri Dialogus Sibyllarum meminit, quæ multis post Mosem sæculis extiterunt. Denique Æsculapius siue Asclepius is, ad quem iste scribit, Phidicæ, qui Periclis etate vixit, recordatur.

adde quod in Afclepio inter Heroas antiquos nominat Vranum, Saturnum, & Mercurium, quos constat extitisse paulo ante bellum Troianum.

Dies à Planetis nominavit, ordinavitque. Philastrum. Hinc Diei Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, &c. in antiquioribus authoribus nusquam apparent vestigia. Vt rectè Dion Niceus & Xiphilinus in Pompeio recentem dierum appellationem scribant. Ex stellis erraticis dies primum disposuerunt Ægyptij. Deinde ad reliquas gentes id emanavit, nec olim quidem, sed prope ista (Pompeij) tempora, &c.

Infaniam poeti cam de diis Gentium non abhorruit. Augustin. libr. octavo, de Civitat. Dei cap. 28. Lactan. libro quarto, capit. 18. Celtas, ad quos perrexit, Solem adorandum docuit. Philastrum lib. de heres.

Horas primus observasse dicitur ex vrina animalis Serapi dicati quod duodecies diei & noctis vnus spatium vrinam emittit. Polyd. Virg. de Inveni. rerum lib. 2, cap. 5. Et certè nondum Græcis & Romanis his temporibus horarum ratio nota erat & visitata. Nam post reperta solaria apud eos observari cœpit. Vnde nec duodecim tabulis vsquam horas nominatas inuenies. nec Varro horarum in diei partitione meminit. Censor. de die Natali, cap. 19. Hebræis contra & Chaldæis earum vsus antiquissimus, vt ex horologio Achaz, & Ezechia historia liquet. Esa. 38. 4. Reg. 20.

Thebæis anni & temporum rationem dedit. Diod. Sicul. Strab. lib. 16.

Docuit deos Gentilium fuisse homines mortuos. Aug. lib. 8. de Civit.

Softratus Pharam Alexandria secundum septem mundi miraculis construxit.

Theophrastus, Zeno Citticus Stoicæ sectæ princeps. Epicurus Epicureorum auctor. Menander.

Euclides iunior Megarenis (alius à Megarico Socratis discipulo) auctor elementorum Geometricorum, & aliorum operum Mathematicorum sub hoc primo Ptolomæo vixit. Proclus.

Gallos ex Europa in Asiam transgressos Syri expellunt.

Agathocles Sicilia tyrannus & Hamilcar Pœnorum dux Gisconis f. inter se pugnant. Ille etiam in Italiam pugnaturus traiecit. Tenuis scilicet adhuc Romanorum erat potentia & nomen.

ROMÆ Volsci, qui bellum cum Romanis sub Tarquinio Superbo inchoatum per ducentos propè annos continuarunt postremo Priuerno capto à Coss. L. Aemylio Mamercino, & C. Plautio domantur. Linius.

Publius Philo tribus annis post, Valæpoli capta Opicos subigit, vbi Cumæ, Baiæ, Puteoli, Neapolis. Idem.

Hernicos Anagnia capta Q. Martius Tremulus Coss. debellavit Urbis 447. Hinc C. Iunius Brutus dictator. Quatuor annis post, Aequos, qui adiunctis Volscis multa bella post exactos reges gesserant. Idem.

464 M. Curius

| Anni re Chr sum na sum. | Anni pr bis con dita. | Romæ Coss. | Anni mundi. |
|--|-----------------------------------|--|----------------|
| 303 | 416 | L. Aemilio Mamercino 2, C. Plautio Deciano. | 3197 |
| | 417 | P. Plautio Procule, P. Cornelio Scapula. | |
| | 428 | L. Cornelio Lentulo, Qu. Publilio Philone 2. | |
| | 429 | L. Papyrio Mugillano Cursore, C. Pœtelio. | |
| | 430 | L. Furio Camillo 2, Iunio Bruto Scana. | |
| | 431 | C. Sulpitio Longo 2, Qu. Aemilio, Au. Cerretano. | |
| | 432 | Q. Fabio, L. Fulvio. | |
| | 433 | T. Veturio Calvino, Sp. Postumio. | |
| | 434 | L. Papyrio Cursore 2, Q. Publilio Philone. | |
| | 435 | L. Papyrio Cursore, Q. Au. Cerretano 2. | |
| | 436 | M. Fosio Flaccinatore, L. Plautio Vennone, | |
| | 437 | C. Iunio Bubulco, Qu. Aemilio Barbula. | |
| | 438 | Sp. Nautio, M. Popillio. | |
| | 439 | L. Papyrio Cursore 4, Qu. Publilio Philone 4. | |
| | 440 | M. Pœtelio, C. Sulpitio. | |

| An. ante Christum natum. | Anni vr bis con dita. | Anni mundi. |
|--------------------------------|-----------------------------------|----------------|
| 303 | 441 | 3791 |
| | 442 | |
| | 443 | |
| | 444 | |
| | 445 | |
| | 446 | |
| | 447 | |
| | 448 | |
| | 449 | |
| | 450 | |
| | 451 | |
| | 452 | |
| | 453 | |
| | 454 | |
| | 455 | |
| | 456 | |
| | 457 | |
| | 458 | |
| | 459 | |
| | 460 | |
| | 461 | |
| | 462 | |
| | 463 | |
| | 464 | |
| | 465 | |
| 263 | 2 | 3830 |
| | 466 | |
| | 505 | 3867 |

464 M. Curius Dentatus de Samnitibus, Sabinis, Lucanis triumphavit. Orofius, Frontinus, Valerius, de Pyrrho, sed paulo post. Apuleius Apol. 1, sic dictus quod cum dentibus natus esset. Plu. 7. lib.

Pyrrhus Epirotarum rex, qui paulo post in Italiam contra Romanos venit quem aiunt primum docuisse aciei rectè instruendæ artem, annis 36 post mortem Alexandri Magni. Nam primum totum exercitum sub eodem vallo continere instituit. Quæ ordinatione notata Romani paulatim ad hanc vsque metationem perueniunt. Front. lib. 4.

b ALEXANDRIÆ bibliothecam 54 millium & Octingentorum librorum Philadelphus instruit. Gellius tamen lib. 6, cap. vlt. ad millia ferme voluminum septingenta, tantum habet ac ea omnia bello priore Alexandrino à militibus Cesaris fortè auxiliariis incensa esse.

Iudæos ad centum viginti millia libertati restituit, & dona votiva Hierosolymam misit.

Lectos decem cum argenteis pedibus & congruentem eis supellectilem, calicem talentorum 30, purpuram, coronam decoram, stolas decem, lineas de bysso centum, Pateras, Trullam, libatoria aurea, Crateras aureos duos, &c.

Bellum gessit contra Antiochum Theum, quod vt finiret, filiam suam Beronicem ei dedit, cum iam de Laodice priore vxore duos haberet filios Seleucum Callinicum, & alterum Antiochum.

Sed inde Laodice veneno Antiochum sustulit, & Beronicem cum filio, quem ex Antiocho genuerat, occidendum tradidit, quæ prædixerat Dan. c. 11.

Pyrrhi cladibus & Romanorum incrementis cognitis Romam misit munera, & cum eis amicitiam societatemque iunxit. Zonaras, Eutrop. Valerius, qui legatos ad hunc vicissim regem Roma missos nominat Q. Fabium Gurgitem, Fabium pictorem & Q. Ogulinum.

Præceptorum habuit Stratonem Lampfacenum, quo tempore Silphon philosophus clarebat.

Vetus testamentum ex Hebræo in linguam Græcam per 72 interpretes à Pon. Eleazaro impetratos conuerti iussit, trecentis plus minus ante Christum annis.

Mirum autem est Talmudicos scribere septuaginta interpretes quinque dūtaxat legis Mosaicæ libros conuertisse, & duobus tantum in locis, vel iuxta Iosippum initio suæ historiae tredecim, idque consulto, à veritate Hebraica discessisse, ne Lex gentilium opiniones videretur respicere. Sic Aristæas, sic Iosephus in præfat. Antiq. & lib. 12, c. 2, & omnis Hebræorū schola, Hier. in 5. Ezech.

Sed videntur confudisse Septuaginta interpretum visionem cum quadam alia vetustiore quas sic distingui oportuit, vt Aristobulus Iudæus, apud Eulebium lib. 13. Præp. cap. 7. & lib. 9. c. 3, indicat.

Totam Scripturā Philadelphus iussu fuisse conuersam, cum ante eū, atq; adeo ante Alexandrū

b Ptolomæus PHILADELPHVS an. 38.

Perfarumque imperium, quinque lib. Mosis in Græcum conuersi duntaxat extarent (incerto tamen interpret.

Aristeas autem & Iosephus fortassis Legis vocabulo comprehendere vniuersam Scripturam veterem, vt Christus, Ioan. 10. & 15. Nam etiã Ioseph sic interdum vsurpat. vt lib. 2. cõtra Appion

Vel significant in usu Philadelphi Legem duntaxat conuertisse, reliqua verò per se & sua sponte antequam discederent.

Nam cætera transtulisse ex eo constat, quòd cum nullus præter eos nominetur interpret vsq; ad Aquilam temporibus Adriani Cæsaris, Apostoli & Apostolici Adriano superiores Prophetas, Psalms, & alios Scripturæ libros citant, tanquam è Græca versione.

Quod si verum est, illorum interpretationem oportet vetustate esse corruptã, vt omnino crediderim. Non enim probabile est tot tantisque viros tam alienè multis in locis 22. librorum deerrasse ab Hebraicis voluminibus, & plerumque à vero literæ sensu. Psalms perpetuo excipio, qui vt etiam hodie extant, sententiam Hebraicã optimè omnium referunt, & plerisque locis redunt illustriorem, vt aliquando docebimus.

Nobis assentitur Macaritus Logothetes, in libro Metaphrasis, his verbis. Diuinus igitur Lucianus, conspicatus sacros libros multis corruptelis infectos partim temporis longinquitate, partim continua ex aliis transpositione, & quidem nonnullis sceleratissimis qui Græca literatura excellebant, ipsorum sententiam peruertere tentantibus, & multas labe inferentibus, ipse eos omnes assumens ex Hebraica lingua, quam perfectè callebat, renouauit, in emendatione magnum perferens laborem. Suidas in voce *ῥοδῆ-ναι* & in *Luciani vita*.

Imò & ipse Hieronym. præfat. in lib. Paralip. Septuaginta (inquit) interpretes vitiatos, tres emendarunt, Lucianus, Hesychius, Origenes. Luciani emendationem sequuti sunt Christiani ab Antiochia vsque ad Constantinopolim, Hesychij Ægyptus & Alexandria, Origenis mediæ inter Antiochiam & Ægyptum prouinciæ.

Hanc autem emendationem interpretor mixtionem ex aliis. Miscuerunt enim cum illa reliquas interpretationes Græcas, vt iam Græca, quæ habetur, non sit pura illa à Septuaginta illis senioribus primum facta Dum autem miscuerunt, sæpe vt fit, cuiusque interpretis errorem se qui potuerunt, &c.

Hieronymus in quadam epist. ad August. quæ est inter ipsius Aug. epistolas vndecima, narrat Origenem eos, dum emendare optaret, corrupisse, & alibi, ante Origenem, quot essent codices, tantam fuisse diuersitatem exemplarium, quæ non modò ad sua vsq; tempora perduravit, sed & sua incude eguerit, asteriscis & virgulis prænotatis.

Vnde factum, vt multi alij quondã de integro vertedi laborẽ susceperint, aquila Iudæus tẽpore Adriani Cæsaris, deinde Theodorion Ephesinus Iudaicæ religionis profelyta Imp. Commodò, tũ

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | Anni mundi. |
|--------------------------|--|--|
| 263 | | 3830 |
| | <i>Eleazaro pontifice, deinde Manasse.</i> | |
| | <i>Antiocho Sotere an. 19. deinde. Anti. Theo. an. 15. Syria regib.</i> | |
| | <i>Lysimacho an. 6. Ptol. Cerauno mens. 3, Antipatro an. 1. Sosthene mens. 7, Antig. Gonata an. 36. Macedonia regibus.</i> | |
| | Romæ Coss. | |
| 466 | | <i>M. Valerio Potito, C. Aelio Patro.</i> |
| 467 | | <i>C. Claudio Canina, M. Aemilio Lepido.</i> |
| 223 | | 3867 |

| Anni ante Christum natum. | Anni urbis condita. | Anni mundi. |
|---------------------------|--|--|
| 263 | | 3830 |
| 468 | | <i>C. Seruilio Tucca, L. Cecilio.</i> |
| | Bellum Gallicum Senonicum. | |
| 469 | | <i>P. Cornelio Dolabella, Cn. Domitio Caluino.</i> |
| 470 | | <i>C. Fabricio Luscinio, Q. Emilio Pappo.</i> |
| 471 | | <i>L. Emilio Barbula, Q. Marcio Philippo.</i> |
| | Bellum Tarentinum & Regis Pyrrhi. | |
| 472 | | <i>P. Valerio Leuino, T. Coruncanio.</i> |
| 473 | | <i>P. Sulpicio Sauiione, P. Decio Mure.</i> |
| 223 | | 3867 |

Symmachus sub Seuero, postea sub Caracalla 5. editionis Hierosolymis inuentæ. demum sexta & septimæ auctores incerti. Nisi quod septimam aliqui tribuant Luciano Martyri.

Ex quibus omnibus sua Hexapla conflauit Origenes. Ea enim sic appellauit, quæ sextuplicia propter 6 interpretationes in vnum volumen coactas, non à numero columnarum, quas octo fuisse constat vt duæ caperent contextum Hebræum, Hebræis & Græcis characteribus, instar octapli Psalterij Episc. Nubiensis. Præterea correxit, id est corrupit, vt Hieron. interpretatur, versionem 70, quæ deinde sola videtur obtruisse in Græca Ecclesia. Epiphani. hæresi 64. contra Origenianos.

Vt sit, non sine Dei erga Gentes, quas in suam Ecclesiam colligere paulo post cupiebat, mirabili prouidentia, qualiscunque seruata est, cum reliqua Bibliotheca bello Alexandrino, quod Iulius Cæsar gessit contra Ptolomeum, vt Cleopatram ab ipso pulsam restitueret, flammis concremata sit.

Sed nec dubito eis spiritum propheticum astitisse, dum verterent, quoniam diuinissimè oracula de Christo obscuriora transtulerunt, ab Apostolis autoritatè acceperunt, ab Hebræis maxima laudis testimonia consecuti sunt, ab ecclesiæ columnis, vt Prophetæ, commendati sunt Tertul. in Apol. 6. 18. & 19. Iust. Mart. Orat. 1. ad Gentes. Epiph. de mens. & pond. Iren. lib. 3. cap. 25. Aug. lib. 8. de Ciu. c. 11. & lib. 18. c. 38, & quæst. super Gen. 169.

Quare & eorum memoriam colebant Iudæi Alexandrini anniuersario festo. Philo de vita Mosi, 8. Decembris scilicet. in ipsorum Calend.

Denique verterunt, prout expediebat Græcis ad fidem suo tempore conuertendis, nonnullis de industria Deo afflante immutatis.

Propheticæ & Sp. Sancti inspiratione nõ tantum quædam mutauerunt, verum etiam addiderunt ex opinione veterum, etsi id confutet Hieron. præfatione in Psalms.

Nec minore erga suos beneuolentia Deus de Hieronymo postea ecclesiæ prouidit. Is enim non modo veteres editiones, vt potuit, emendauit, sed etiam septimam, quæ mox à Sophronio Græco sermone donata est, vt pleræque alia tanti viri opera, de ipso Hebraico multò incorruptius transtulit.

Ea est, qua nunc studio Damasi & sequentiũ Pontificum vtimur in Ecclesia, quàmque editionem vulgatam nominamus, vt probat Eububin. præf. in suos ad Mosem commentar. vbi rectè excipit interpretationem Psal. quæ nõ potuit recipi, quod iam Veteris cantus in templis critus esset. Hieronymiana vtunque superest inter eius opera. Hebræi quoque, inter quos R. Ioseph Albo, R. Selomo, R. David, Elias Leuita, nostræ vulgatæ editionis interpretem Hieron. agnoscunt, & frequenter non sine honoris titulo & præfat. citant, vt alibi docuimus.

Eleazarus Iudæorũ Põtifex. Berachia Dux.

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | An. mundi. |
|--------------------------|---------------------|------------|
| 263 | 474 | 3830 |
| | | |
| | 475 | |
| | 476 | |
| | 477 | |
| | 478 | |
| | 479 | |
| | 480 | |
| | | 3867 |

Antiochus Theus Rex Syriae Antiochiam condit.

Præter viginti duos libr. sacros, alij septuaginta duo apocryphi in Ægyptum delati sunt, auctore Epiphano in libro de mensuris & ponderibus, scripturæ. Vnde fortassis libri Tobie, Baruch, Judith, & similes, qui in nostris Bibliis Græcis & Latinis hodie reperiuntur, ad nos peruenerunt. Alioqui enim apud recentes Hebræos aut non extant, aut certe non sunt Authentici Quoniam eorum primus canon iam erat cõditus ab illa magna Synodo, cuius Scriba fuit Ezras, vt supra docui, & præterea docet Hebr. *Tract. de uois in Ital. & R. Mosè de Kois pref. in Seph. Mizuob. Sed est aliter canon, de quo etiam supra.*

Iesus, filius Syrach auctor Ecclesiastici, qui panaretos dicitur, id est, de omni virtute liber. Fuisse fertur vnus de septuaginta duob. interpretibus. De stirpe Iesu sacerdotis, cuius Zachar. meminit. Eius librum fuisse canonicum & sacrum Iosephus indicat lib. 2. contra Appionem pag. 948 Græci exempli, capitis 42 sententiam citans.

Ieremiæ Prophetæ nepos creditur. Ben Sirá Hebræis dicitur, cuius nomine feruntur sententiæ Chaldaico sermone, citatæ à Tanhuma pag. 81, col. 2; vetustissimo Rabbino in Pentateuchu.

Aristobulus Agathobuli discipulus vnus fuit è 70 interpretibus. *Anatolius Laodicenus apud Euseb. hist. 7. cap. penult.*

Philo Iudæus senior, fortasse & ipse è 70 interpret. quem aliqui faciunt sapientiæ Salomonis concionatorẽ (Nam alter iunior vixit Caij Imp. temporibus.) Fuit & alius iisdem temporibus, magni apud ethnicos nominis, de quo *Ioseph. lib. 1. contra Appionem.*

Fortasse qui Byblius dicitur, & ex lingua Phœnicum transtulit historiam Sanchuniathonis auctoris antiquissimi.

Aristeas Philadelphi cubicularius scribit historiam de 72 interpretibus.

Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus regius Bibliothecarius. Leotiũ docta meretrix.

Chrysippus Stoicus, qui plura scripsit quàm cæteri possent legere. Carneades Academ, qui nihil proponebat, quod non probaret, nihil improbat, quod non expugnaret. Ecateus Abderides philof. qui & librum edidit de vita Abrahamæ. (*Ios. lib. 1. Ant. c. 7.*) Lycophron, è cuius tragœdiis vnica extat Cassandra, Philadelpho charus. non tam propter poësim, quàm ob Anagrammatismos.

Timochares Astronomus, Aristophanes Grammaticus, Zoilus Amphipolita Homeromastix Alexandriae degunt, vbi musæ posthabitis Athenis suum domicilium collocarant.

Post Phalereum Bibliothecæ præfuit Callimachus. Octingentos libros scripsisse fertur. Soli autem hymni supersunt.

Coetaneos sex alios poëtas habuit, qui omnes à Pleiadũ numero Pleiades dicebantur: Lycophronem, Aratum, Theocritum, Nicandrum,

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | An. mundi. |
|--------------------------|---------------------|------------|
| 203 | 481 | 3830 |
| | 482 | |
| | 483 | |
| | 484 | |
| | 485 | |
| | 486 | |
| | 487 | |
| | 488 | |
| | 489 | |
| | 490 | |
| | 491 | |
| | 492 | |
| | 493 | |
| | 494 | 3867 |

Philicum, Homerum Iunioem. Vide Tzerzem Lycophronis interpretem.

Abhinc serio Ægyptus Philosophari Græcè, & Græcas scholas institueret; quin etiam per totum Orientem Græcus sermo vigere cœpit. *Hieronymus in proœmio lib. 2. commentariorum ad Galatas.* Metasthenes Perfa historiam scribit.

Imo verò per Occidentem, ita vt cum Græcorum imperio, eorum quoque disciplina, leges & sermo in mundo, vt fit, propagata sint, sicuti attingit Cicero pro Archia. Nam etiam nostri Galli linguam Græcam coluerunt, Druidis & Semnotheis (voces sunt Græcæ originis) apud se institutis, qui rebus diuinis præessent, sacra priuata & publica procurarent, religiones interpretarentur, iuuentutem erudirent, de cõtrouersis publicis priuatisque responderent, præmiis pœnisisque impositis. *Cesar lib. 6. de bello Gallico.*

Arcefilaus auctor nouorum Academicorum, qui spem omnis scientiæ eripuit. *Seneca.*

Zenone Stoico succedit Cleantes.

Eidylia Theocritus, Aratus Antigoni Macedonum regis medicus scribit Phænomena, Nicander Theriaca & Alexipharmaca. Athenodorus Arati frater primus Zoilo pro Homero contradixit.

Aratus ignarus Astrologiæ ornatissimis atque optimis versibus de cœlo stellisque dixit, atque conscripsit.

Vfus papiri, qua abundant Nilus & mare Ægyptium rubrum, siue chartæ iuncæ, inuentus est cum ab Attalo rege primo Pergami & Galatiæ mēbranas Philadelphus obtinere, ad parandam librorum tantam suspectilem, non potuisset. Antea scribebatur in libris sine corticib. arboru.

Huius autem æmulatione Attalus insignem quidem, sed tamen multò inferiorem bibliothecam parat, viris doctis, quales plurimos istud æuum ferebat, è Græcia conquisitis.

Sic & reges Asiæ, quorum Bibliothecæ Euphorion ab Antiocho magno fuit præpositus. *Suidas in Euphorione.*

Attalus rex aurum intexere in Asia primus docuit. Vnde textum Attalicum.

Consynges Nicomedis regis Bithyniæ vxor à canibus propter lasciuiores cum viro iocos laceratur.

Nicomedes Nicomediam condit.

ROMANAE sub Philadelpho proprie incipiunt, ab an. Urbis 466 ad 505, nam ante hoc tempus parui fuerunt momenti & nominis. Ideo ea nunc seorsim, non vt antea promiscue, degustabimus.

ROMANAE Plebs propter æs alienum post graues & lōgas seditiones, ad vltimũ secessit in Ianiculum. Vnde à Q. Hortensio deducta est, qui in ipso magistratu decessit. *Flor. Zonar. Aug. 3. de Cim.*

Plebiscita hinc lege Hortensia non minus, quàm leges, valere cœperunt. *Gell. lib. 15. c. 27.* Quæ lex antè latè lata fuerat Q. Publilio dictatore 414, sed fortè non obseruata.

Bellum Gallicum Senonicum, in quo L. Cæci-

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|---|-------------|
| | | lius Cos. cæsus est, sequenti anno à Dolabella confectum, cunctis Gallorum reliquiis in Hæturia ad Varronis lacum deletis, ne quis extaret in ea gente, qui incensam à se Romam gloriaretur. <i>Florus.</i> | 3830 |
| 263 | 466 | Cæteris gallis tertio ante Pyrrhi in Italiam aduentum anno pax data. <i>Polybius.</i> | |
| | 495 | Sicque ab Aesi fluuio quondam Italiae termino vsque ad Rubiconem Italiae fines producti sunt. | |
| | 496 | Nondum Hetrusco bello confecto, cum Tarentinis & rege Pyrrho per biennium bellatum est. <i>Jornandes, Plutar. in Pyrrho.</i> | |
| | 497 | Res contra Lucanos, Samnites, Bruttios prosperè gestæ. Vnde Tarentini & Samnites, Pyrrhū ex Sicilia reuocarunt, qui sic imperium Siciliae tam citò amisit, quam facillè quæsiuerat. | |
| | 498 | Sed nec in Italia fortuna meliore tertium pugnant vsus in Epirum regreditur anno, postquam in Italiam primum venisset quarto. <i>Iustinus</i> | |
| | 499 | Bis castris exutus, bis sauciatus & victus. <i>Florus</i> | |
| | 500 | Ad hunc vsque annum Roma scandulis tecta fuit. <i>Plinius lib. 16, cap. 11.</i> | |
| | 505 | Et Italia primum vidit Elephantos. <i>Idem lib. 8, cap. 6.</i> | 3867 |
| | | Tarentini mortuo Pyrrho Carthaginenses in auxilium vocant. | |
| | | Demum Urbis 480 bellum Samniticum & Tarentinum confectum per Caruilium & Papirium. Victis pax & libertas data. | |
| | | De Samnitibus, vigesimus quartus triumphus actus <i>Florus,</i> | |
| | | Qua victoria magna pars Italiae in potestatem Romanorū redacta est, victis præsertim Tarentinis, Samnitibus, Lucanis, & paulò ante Hetruscis | |
| | | Urbis 483 ante Sempronium & Appium Claudium. Eutropius Q. Ogulinum & C. Fabium Pictorem collocat. Sic Plinius & Velleius. | |
| | | 484 Argento signato 4 aut 5 annis ante primum Punicum Romani uti incipiunt. <i>Plin. lib. 33, c. 3. Florus,</i> id est, denariis argenteis, <i>Zonaras.</i> | |
| | | Conduntur à Romanis Ariminum in Gallia, Beneuentum in Samnio. <i>Velleius lib. 1.</i> | |
| | | Picentini, Salentini, Brūdusini portu commodo instructi ad traiciendū in Illyricum & Græciam, vincuntur M. Atilio duce. <i>Florus. Zonaras.</i> | |
| | | Sassinates, sive Umbri, Messapici, & Vulfinij. <i>Idem.</i> | |
| | | An. 486 ante Appium Claudium & M. Fuluiū Facti Siculi Q. Fabium Max. L. Mamiliū Vitulum Coss. ponunt. Sic Zonaras & Cuspinianus. | |
| | | Anno sequenti bellum Punicum primum susceptum est Appio Claud. Coss. quod Pœni Tarentinis aduersus Romanos auxilio venissent, & Romani vicissim cum Syracusano Hierone Pœnorum hoste amicitiam iniissent. Solinus confert in Urbis 489. | |
| | | Tam quidem clarum Rom. nom. nomen erat, at arma nondum extra Italiam mota fuerant. | |
| | | <i>Bellum Punicum.</i> | |
| | | Primo foris à Romanis gestum Appio Claudio Cæci fratris, M. Fulvio Flacco Coss. post Romam | |

conditam

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|---------------------------------------|-------------|
| 263 | 466 | | 3830 |
| | 501 | P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo. | |
| | 502 | P. Seruilio Gemino C. Aurelio Cotta. | |
| | 503 | L. Cæcilio Metello, N. Fabio Buteone. | |
| | 504 | M. Fabio Licino, M. Otacilio Crasso. | |
| | 505 | M. Fabio Buteone, C. Atilio Bulbo. | 3867 |

conditam annis ferme 490. *Gell. lib. 17, cap. 21.* Vingt post bellum cum Pyrrho sumptum, *Ibid. 60* post Alex. mortuum. 251, ante Christum. Nam antea annis prope quingentis domi luctati tantum fuerant, ad domandam subigendamque Italiam, *Florus lib. 2. Epitomes.* per annos 23 confectum *Oros. lib. 4, cap. 9.*

Iam hic ergo Romanorum externa bella incipiunt per 200, annos gesta, quibus Africam, Europam, Asiam magnis victoriis peragrarunt.

Carthaginensibus opem tulerunt Lacedæmonij duce Xantippo, Hispani & Gallogræci.

Carthaginensium duces duo Annones. Annibal senior, qui ob victam suam classem à militibus suis in crucem actus est. Duo Asdrubales, Amilcar, Barca, Bostris.

Censu hominum Romæ habito inuenta sunt ducenta septuaginta millia.

M. Regulus, L. Manlius Coss. Amilcarem in Hispania vincunt. Metellus deinde Afros in Sicilia.

Romani obtinent Apuliam, Calabriam & Messanam.

Cum Hierone pax facta. Afri in Sicilia victi.

M. Valerius Messana, Catina in Sicilia capta primum horologium in publico statuit, secundum rostra in columna. *Plin. lib. 7. è Varrone.*

Hic enim cum collega Otacilio tum in Sicilia res magnas gessit. *Eutrop.*

Anno Carthaginensis nauali prælio victus à Duillio, Manibus ferreis ab ipso excogitatis, quos cornos nominauit. *Polib. Front. lib. 2, c. 3.*

Hoc primum tempore Romani classem belli gerendi causa habuerunt. Vnde Duillius primus naualis victoriae duxit triumphum, honore habito, ut reuertenti à cœna, tibicine canente funale præferretur, quasi quotidie triumpharet. *Cic. in Catone, Plin. lib. 34.*

Is etiam Iano templū apud forum olitorium struxit. *Tacit. lib. 2.*

Scipio Corsicam & Sardiniam capit.

L. Cæcilius Metellus Asdrubalem in Sicilia vicit, 132 Elephantos cepit, hostium 20 millia apud Panormum occidit. Elephantos centum viginti, *Florus,* centū triginta, *Eutropius,* pompa maxima Romam primus in triumpho duxit, urbis 502. *Plin. lib. 8, cap. 6.*

Ei, ut quoties in Senatum iret, curru veheretur ad curiam concessum est, quod antea nulli contigerat. *Plin. lib. 7.*

E duobus Coss. Pulcher Cæci nepos contra auspitia pugnant naues 170 amisit, cæsi 8 m. hominum & 20 m. captis & 20 nauibus Alter L. Iunius Pullus naufragium passus est. *Florus.*

C. Aquilium & L. Cornelium prætermittit Eutropius, quos hic an. 491 posuimus.

L. autem is Cornelius Scipio de Pœnis, Sardis, Corsis triumphauit. *Eutrop.* Pœnos ita terra marique expugnauit, ut iam victoria nihil nisi Africa ipsa restaret. *Florus.*

L. autem is Cornelius Scipio de Pœnis, Sardis, Coris triumphauit. *Eutrop.* Pœnos ita terramque expugnauit, ut iam victoriæ nihil nisi Africa ipsa restaret. *Florus.*

Post M. Atilium Regulum, L. Manilium Coff. Africa nullas copias Romanas vidit, nisi post annos ferè quinquaginta, cum P. Spicio traiecit, *Linus lib. 39.*

Tum enim Atilius victis nauali prælio Pœnis in Africam traiecerat: Vbi serpentem miræ magnitudinis, qui milites ad fluuium Bagradam aquatum descendentes deuorabat, cum maxima exercitus clade, interfecit, & eius corium 120. pedes longum Romanis misit. *Florus. Gellius lib. 9. cap. 3. Valerius de miraculis.*

Pœni à Lacedæmoniis auxilium petentes Duce eorum Xantippo 30 Romanorum millia occiderunt, & Atilium Regulum ceperunt, Elephantorum maximè causa. *Polybius.* Nam in his Bellis Elephantis sæpius pugnatum.

T. Coruncanus primus è plebe pontifex Max. factus est.

SYRIAM vastat debellato Callinico, Iudæam Siliciam, aliaque multa obtinuit. Regnauit Epiphania an. 24, aliis 26. Sororem in uxorem duxit.

Berenicis reginæ coma in cœlum à Conone Mathematico telata.

Sapientia Salomonis sub hoc tempus videtur aut condita, aut in Græcum versâ.

Simon Iustus Iudeorum Pontifex.

Onias eius nominis secundus, qui Menassi successit, 11 Hebræorum pontifex Euergeti negauit tributa. Vnde consecutæ magnæ calamitates. Iosephus dux Iuda regem placauit, & præfecturam Iudææ & finitimarum regionum retulit. Cuius filius Hyrcanus fuit princeps familiæ Dauidicæ vltimus. *Ioseph. lib. 12. cap. 4.* Erat è Christi maioribus. *Luc. 3.*

Iesus Syrach Nepos superioris Ecclesiasticum, quem librum Hebraicè sub titulo prouerbiorum, Misle, auus cõscripserat, in Græcū vertit. an. ætatis 38 sub Ptolomæo Euergete, sic enim debet intelligi, quod ipsemet in prologo Ecclesiasticæ narrat, non ut indoctè Geneuenses transtulerunt, an. tricesimo octauo Euergetæ regis. Nam Euergetes annos duntaxat 24 regnauit. Possit etiam significare se descendisse in Ægyptum 38 anno, postquam auus ipse suam sapientiam siue Ecclesiasticum Hebraicè conscripserat, quem nunc ex reperto exemplari emendatissimo Græcum faceret.

Eratosthenes Grammaticus post Callimachum Bibliothecæ præpositus.

Cosmographus orbis terrarum & Plato minor dictus, Primus Astronomiam veterem correxit, & post eum Hipparchus annis circiter quinquaginta, nisi quod Eratosthenes ad 81 peruenisse dicitur, ut eum Hipparchus videre potuerit.

Apollonius Rhodius, qui scripsit Argonautica, Eratosthenis discipulus. Post præceptorè præfectus fuit Bibliothecæ, in qua habuit Incessio-

An. ante
Christū
natum.

Anni
urbis cõ-
ditæ.

Anni
mundi.

225

506

3

C PTOL. EVERGETES, an. 24.

3866

In pro-
log. Ec-
clesia.

Simone iusto, deinde Onia Pontificib.

530

Antiocho Theo, mox Seleuco Callinico, an. 20. Seleu.

3890

Cerauno, an. 3. Ant. Magno an. 36. Syriæ reg.

Antig. Gonata, Demetrio 2 an. 10, Antig. Dosone ann. 12, Macedonia.

Arsace primo Parthorum rege, an. 28.

Romæ Coff.

506

A. Manlio Torquato Attico, C. Sempronio Blaeso 2.

507

C. Fundanio Tundulo, C. Sulpicio Gallo.

508

C. Lutatio Catulo, A. Posthumio Albino.

509

Q. Lutatio Cercone, A. Manlio Torquato Attico 2.

510

C. Claudio Centone Cæci F. M. Sempronio Tuditano. (Cic. in præf. Tuscul.

511

C. Mamilio Turrino, Q. Valerio Falto.

512

T. Sempronio Graccho, P. Valerio Falto.

513

L. Cornelio Lentulo Caudino, Q. Fulvio Flacco.

514

C. Licinio Varo, P. Cornelio Lentulo Caudino.

rem

An. ante
Christū
natum.

Anni
urbis cõ-
ditæ.

Anni
mundi.

515

T. Manlio Torquato, C. Atilio bulbo.

3866

516

L. Postumio Albino, Sp. Caruilio Ruga.

Gallicum Bellum.

517

Q. Fabio Max. Verucoso, M. Pomponio Mathone.

518

M. Aemilio Lepido, M. Poblilio Mallo.

519

C. Papirio Masone, M. Pomponio Mathone.

520

M. Aemilio Barbula, M. Iunio Pera.

3890

521

L. Postumio Albino, Gn. Fulvio Centumalo.

rem Aristonymum comicum sub Philopatore mox, in quem, ut ingratum discipulum, poema Ibis inscriptum Callimachus condidit. *Surd.*

Cum tempore Aristotelis dubitaretur, num Africa Ambiretur mari, quidam Eudoxus iram Ptol. Euergetis fugiens à mari rubro peruenit nauigatione ad fretum Gaditanum, *Mela, Strabo.* Quod & temporibus Iosæ & Necaoni Pharaonis contigerat.

Cleomenes rex Lacedæmoniorum re male gesta, & Lacedæmone amissa, cum Antigono rege Macedonum ad Euergetem confugit.

Lycurgus Lacedæmoniorum rex creatur. *Polyb.*

Arsaces Parthorum regnum secundo Euergetis anno condit.

Bellum Carthaginensium contra Numidas, *Polyb. lib. 1.*

Amilcar cum exercitu in Hispaniam missus Carthaginensium imperium amplificauit. *Polyb. lib. 2.*

Hieron Sicilia rex Roman veniens populum frumento donat. *Eutrop.*

Romana tempora Euergetis ab urbis 506. ad 530.

A. posthumum Cof. quoniam & idem Flamen Dialis erat, Cæcilius Metellus pontifex Max. cum ad bellum gerendum proficisci vellet, in vrbe tenuit, nec passus est à sacris recedere.

Rebus aduersus Pœnos. à pluribus ducibus prospere gestis, summam victoriæ C. Lutatius consul victa ad Ægates insulam classe Pœnorum, finem bello primo Punico imposuit (vrbis 508) *Linus lib. 22.* Nam pax inde pœnis data. *Idem lib. 30.* Amilcaris scripta manu, qui erat belli vigesimus terrius, *lib. 26.*

Iis legibus, ut Pœni Sicilia & omnibus insulis, quæ essent inter Italiam & Africam excederent, duo millia & ducenta talenta in viginti annos penderent, in præsens mille. Captiuos Romanos sine pretio redderent &c. *Polybius.*

Tum Sicilia prima prouincia Populi Rom. facta est, regno Hieronis Syracusani excepto. *Cic. in Verrem.* Nam non nisi bello Punico secundo captis Syracusis, tota deinde venit in populi Rom. potestatem.

Idem Lutatius consul de Faliscis triumphauit, qui rebellarant. *Valer. lib. 6.*

Vrbis 509. L. Metellus pontifex Max. cū templum Vestæ arderet, sacra ex incendio rapuit. *Val. lib. 6.* Velina & Quirina tribus adiectæ. Spoletum colonia deducta. Floralia instituta ex libris Sibyllæ, ut omnia bene deflorescerent. *Plin. li. 18.*

Liuius Andronicus, primus poetarum latinorum, mox post pacem cum Pœnis factam, post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè centum & sexaginta, post Menandri circiter quinquaginta duobus, fabulam publicauit, anno vno ante natum Ennium, qui Plauto & Nauius fuit senior. *Cicero in Bruto, Gell. lib. 17. c. vlt.* id est, urbis quingentesimo decimo. Cl. Centone Appij Cæcili filio, M. Sempronio Tuditano Coff. *Cicero in præf. Tuscul.* Vbi perperam quidam corrigunt 514.

Nam

Nam verè & iuxta nostram Liuianamque supputationem & vt illic legitur, Consularis Centonis & Tuditani incidit in annu Vrbis 510. Tam serò Poeticam Latini acceperunt.

511 Colonia Valentiam deducta, Natus Ennius. *Gell. lib. 17. c. vlt.*

512 Bellum Gallicum contra Cisalpinos, qui cum post priores clades, 45 annos quieuisent, rursus arma mouerant, Transalpinis clam accersitis. *Polyb. lib. 2.*

Ligusti cum contra Ligures, & Insubres latrocinantes in imis Alpium iugis, contra quos iam annis 80 fuerat bellatum. *Sirabo lib. 4.*

Q. Maximus eo confecto templum Honori dedicauit. *Cic. de nat. Deo.*

Sardoum. Tum enim Sardinia venit in Romanorum potestatem cedentibus Pœnis. Sardi autem mox rebellantes iisdem Pœnis auctoribus mox triumphati sunt. Atque ita Sardinia inter primum & secundum Punicum ductu Manlij Cos. certum accepit imperium, & secunda Romani imperij Prouincia facta est. *Velleius.*

Corficum. Quo confecto Papirius Masso primus in môte Albano non procul ab vrbe triumphandi initium fecit, quod triumphum à Senatu in Vrbe non impetrasset, & cæteris postea exemplum præbuit, vt M. Marcello victis Syracusanis, Myrtea Corona aurea vsus. *Val. lib. 3. Festus.*

Sic pax omnibus locis facta Vrbis 515, iuxta alios 518, ita vt Romani nullu haberent bellum, Iani gemini porta clausa, quod semel tatum antea contigerat, Numa regnante. *Oros. lib. 4. cap. 10 & 11.*

Et id quidem anno vnico. Nam Iani templum eodem anno clausum & patefactu, dum sequenti bellum Gallicum exarsit. *Ibid. & Varro lib. 4. de ling.*

Bellum Illyricum confectum à Fulvio Centumalo Cos. propter vnum ex legatis à Thoa rege occisum; Inde à Corinthiis in societatem Isthmorum ludorum vocati sunt Romani. Tum capta est Corcyra. *Epitoma Liuij.*

Sp. Caruilius Rugo primus diuortium cum vxore fecit anno vrbis conditæ 523 Pub. Valerio & M. Atilio Cos. *Gell. lib. 4. cap. 3.* non sine populi odio. *Dion. lib. 2.* Quæ Liuiana est & nostra supputatio, cum alij eorum consularum conferant in 526.

Anno quarto ante intium secundi Punicisæ cunda Gallorum in Italiam expeditio, Ariouisto & Britomaro ducibus, quos M. Marcellus vicit. *Polyb. lib. 2.*

Confectum est hoc bellum à L. Aemilio Pappo cum trecentis millibus armatorum Latini nominis, citra externa vlla auxilia. Nam pro Romanis tota consenserat Italia contra ingentes Gallorum copias quæ Alpes transferant. *Entrop. Plin. lib. 3.*

Et se non prius soluturas baltea iurauerant, quam capitolium ascendissent. Factum est. Victas enim Aemilius in Capitolio discinxit. *Florus.*

An. ante
Christū
natum.

Anni
urbis cō-
dita.

Anni
mundi.

225

3867

Illyricum.

Q. Fabio Max. 2. Sp. Caruilio,
Max. Ruga.

522

Sardoum. Tum enim Sardinia venit in Romanorum potestatem cedentibus Pœnis. Sardi autem mox rebellantes iisdem Pœnis auctoribus mox triumphati sunt. Atque ita Sardinia inter primum & secundum Punicum ductu Manlij Cos. certum accepit imperium, & secunda Romani imperij Prouincia facta est. *Velleius.*

Corficum. Quo confecto Papirius Masso primus in môte Albano non procul ab vrbe triumphandi initium fecit, quod triumphum à Senatu in Vrbe non impetrasset, & cæteris postea exemplum præbuit, vt M. Marcello victis Syracusanis, Myrtea Corona aurea vsus. *Val. lib. 3. Festus.*

Sic pax omnibus locis facta Vrbis 515, iuxta alios 518, ita vt Romani nullu haberent bellum, Iani gemini porta clausa, quod semel tatum antea contigerat, Numa regnante. *Oros. lib. 4. cap. 10 & 11.*

Et id quidem anno vnico. Nam Iani templum eodem anno clausum & patefactu, dum sequenti bellum Gallicum exarsit. *Ibid. & Varro lib. 4. de ling.*

Bellum Illyricum confectum à Fulvio Centumalo Cos. propter vnum ex legatis à Thoa rege occisum; Inde à Corinthiis in societatem Isthmorum ludorum vocati sunt Romani. Tum capta est Corcyra. *Epitoma Liuij.*

Sp. Caruilius Rugo primus diuortium cum vxore fecit anno vrbis conditæ 523 Pub. Valerio & M. Atilio Cos. *Gell. lib. 4. cap. 3.* non sine populi odio. *Dion. lib. 2.* Quæ Liuiana est & nostra supputatio, cum alij eorum consularum conferant in 526.

Anno quarto ante intium secundi Punicisæ cunda Gallorum in Italiam expeditio, Ariouisto & Britomaro ducibus, quos M. Marcellus vicit. *Polyb. lib. 2.*

Confectum est hoc bellum à L. Aemilio Pappo cum trecentis millibus armatorum Latini nominis, citra externa vlla auxilia. Nam pro Romanis tota consenserat Italia contra ingentes Gallorum copias quæ Alpes transferant. *Entrop. Plin. lib. 3.*

Et se non prius soluturas baltea iurauerant, quam capitolium ascendissent. Factum est. Victas enim Aemilius in Capitolio discinxit. *Florus.*

523

P. Valerio Flacco, M. Atilio Regulo,
Gell. lib. 4. c. 3.

524

L. Apustio Fallone, M. Valerio
Messala.

525

C. Atilio Regulo, L. Aemilio
Pappo.

200

526

T. Manlio Torquato 2. Q. Ful-
uio Flacco 2.

3890

Tum

An. ante
christum
natum.

Anni vr-
bis con-
dita.

Anni
mundi.

527

C. Flamini, P. Furio Philo.

Gallicum alterum,

528

M. Claudio Marcello, Cn. Cornelio
Scipione Caluo.

529

P. Cornelio Scipione Asina, M. Mi-
nucio Ruso.

Istricum.

199

530

Mac. 3. li.

183

545

d Ptol. Philopa-
tor, an. 16.

Onia Pontifice max.

Seleuco Cerauno, inde An-
tiocho Magno an. 36 Syria
rege.Antigono Dosone, deinde
Philippo an. 42. Mace-
donia.Mithridate siue Arsace Par-
thorum secundo rege. 36.
an.

3890

3905

Tum primum exercitus Romani trans Padum ducti & Galli Insubres fusi. *Orosius.*

De iis triumphauit Flaminius, qui contemptis auspiciis, quibus pugnare contra eos prohibebatur, confixit & vicit *Oros. lib. 4. cap. 12. Plut. in Marcello.* & de torquibus Gallorum aureum trophæum Ioui erexit. *Florus.*

M. Claudius Marcellus, qui post quinque consul fuit & C. Cornelius Scipio, qui postea in Hispania ab Asdrubale Pœno cum Fratre P. Scipione occisus est, primi inierunt consularum Idibus Martiis. Qui dies deinde solennis ei ineundo mansit, vsque ad Vrbis sexcentisimū. Antea ab Idibus Decembris, deinde Calendis Octobris. *Signonius com. in Fastos Cos.*

Hic est Marcellus, qui sua manu occidit Insubrium regem (imo & Germanorum, qui Gestata Polybio) Viridumarum, & tertia post Romulum Feretrio Ioui arma suspendit. *Florus. Virg. 6. Aeneid.* Tunc Mediolanum Insubrum caput & Comum cum tota Insubria Romanis celsit.

Bellum Istricum multo Romanorum sanguine à Cornelio Minucioque Cos. confectum. *Oros. d. CONTRA* hunc Sel. Ceraunus deinde Antiochus Magnus Syriam recuperarunt. sed cum Philopator certamen reparasset iuxta oppidum Raphan in finibus Ægypti, Antiochus omnem amisit exercitum, & per deserta fugies penè captus est. Hinc cum Syria decessisset, ad extremum pactionibus quibusdam pugna finita est.

Indigna multa commisit in religionem. 3. *Mach.*

In hippodromo Alexandriae Iudæos efferatis elephantis proterèdos exposuit, cuius historia summam perstringit Ioseph. li. 2. contra Appionem, annis ferè 50 ante Machabæos.

Iudæam fraude subactam amisit, Antiocho Magno Iudæis fauente, qui multas vrbes ei eripuit, Ægyptum etiam aggressus.

Patrem, matrem, sororem, coniugemque extinxit. Trypho à luxu & deliciis cognominatus est. Nauem actuariam 50 ordinum primus condidit. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Ab hoc regum Ægypti & Syriæ bella varia Daniel sub nomine Regis Aufri & Aquilonis prædixit. Nam Iudæa Aquilonaris est Syria, Australis Ægyptus.

Primus è Medicis venit Romam Peloponensis Archagatus Lyfaniæ f. L. Aemilio. M. Liuius Cos. an. vrbis 535. Tandiu enim Roma medicis caruit, & nunquam melius habuit. *Plin. lib. 29. cap. 1.* centum annis amplius post Alexand. Magnum.

Strabo quispiam peruidebat aliquid è 130 millibus passuum. Vt è Lilybæo Siciliae promontorio exeuntem classem Carthaginis portu, indicat etiam nauium numero. *Plin.*

Cremona in Italia conditur. *Tacit. lib. 19.* Philopomenes dux Achæorum à Messaniis captus, occisus est in Sicilia.

Leges

Leges Lycurgi abrogauit sexcentis circiter annis postquam latae fuissent, odio Lacedaemoniorum compellens patriam disciplinam cum Achaica commutare. Sed aliquanto post illi, beneficio populi Romani, relictis institutis Achaicis pristina sua repetuerunt. *Pluta. in Philopomeni.*

Achaei duce Philopomene cum Nabide Lacedaemoniorum tyranno bellum gerunt. Arius rex Lacedaemoniorum, de quo in lib. Mach.

ROMANA tempore Ptol. Philopatoris ab urbis 530 ad 545.

L. VETVRIVS, C. Lutatius Coss. in Istros profecti cum exercitu vsque ad Alpes, citra pugnam multos sibi adiungunt. *Zonaras lib. 8.*

L. Aemilius Paulus, Pauli illius, qui Paeonem debellauit pater, de Illyriis triumphauit. Belli causa fuit Demetrius Pharus rex, qui Macedonum rege cossus Illyrica oppida Romanis subiecta repetebat. *Polyb. 7. l. 29.*

M. Liuium Salinatorem triumpho, & victoriae participem faciunt Zonaras & Frontinus lib. 4.

Demetrius ad Philippum Macedonum regem cofugit. Ptolemaeus rex stipendium dare coactus est. *Ephor. lib. 20.*

BELLVM PYNICVM SECVNDVM pro Mamertinis primum sociis, deinde pro Saguntinis, auctore Annibale filio Amilcaris, qui priore bello ad Aegates insulam victus fuerat, C. Lutatio Coss. Nam is a pueritia Romano odio imbutus, ubi primum per atatem potuit, animum ad reuocandum bellum, & viciscendum patrem adiecit.

Gestum est annis 17 (Tamdiu enim Annibal in Italia cum valido exercitu mansit) & finitum est sub urbis 550, id est, quinquagesimum sextum post primum inchoatum. Cui Macedonicum successit.

Annibal a Poenis in demortui Asdrubalis locum in Hispaniam missus, in Olcadum fines irrupit. Altheiam expugnauit. Sequenti anno in Vaccaros ducens Helmandicam & Arbocalam vrbes cepit Carpentanos ad ditionem adduxit. Saguntum intra octo menses cepit.

Deinde traiecto Ibero Fl. Ilorgetes, Bargusios, Ansetanos, & caeteros Hispaniae populos vsque ad Pyreneos montes subegit, ac per Galliam ad Alpes in Italiam transfessus est.

Ita secundo belli anno P. Cornelium Coss. se ei ex Alpibus descendenti opponentem, ad Ticinum, T. Sempronium iam ex Sicilia reuersum ad Trebiam acie fudit. *Polybius paulo secus ac Liuius.*

Tertio C. Flaminium, qui se ipsi primo vere a Gallia Cisalpina in Hetruriam transfresso, post Appenninum superatum, oculum etiam frigidibus amissum, ad lacum Trasimenum obtulerat, cum toto exercitu occidit. Ad quam cladem, cum paucis post diebus, 4 equitum millium duce C. Centio

An. ante Christum natum. 199

Anni urbis condita. 530

Romae Coss. 3890

530

L. Veturio Philone, C. Lutatio Catulo.

531

M. Liuius Salinator, L. Aemilio Paulo.

532

P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo.

Secundum Bellum Punicum, pro Mamertinis, & Saguntinis.

533

Cn. Seruilio Gemino, C. Flaminio 2. eoque occiso M. Atilio.

534

T. Terentio Varrone, L. Aemilio Paulo 2.

183

3905

An. ante Christum natum. 199

Anni urbis condita. 530

Romae Coss. 3890

530

L. Veturio Philone, C. Lutatio Catulo.

531

M. Liuius Salinator, L. Aemilio Paulo.

532

P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo, quando susceptum est Secundum bellum Punicum, pro Mamertinis & Saguntinis.

533

Cn. Seruilio Gemino, C. Flaminio 2. eoque occiso M. Atilio.

534

T. Terentio Varrone, S. Aemilio Paulo 2.

183

tenio clades accessisset, magno terrore Vrbs ad dictatorem dicendum confugit. Nempe Qu. Fabium Max. qui haud procul Apulia castra facit. Eo enim iam Annibal ex Hetruria per Umbriam, & Picenum, Marsis inde ac Pelignis vastatis concesserat.

Inde in Samnium mouit, atque aliquot oppidis captis, spe Capuae recipiendae oblata, Casilinum venit. Agrum sociorum in conspectu Fabij, qui per ingra montis Massici eum persequebatur, exuffit. Fabij exercitum sarmentis ad cornua bouum alligatis incensisque, & bubus per noctem immixtis perturbauit, per Calliculae iugum agmen traduxit, atque in Pelignos populabundus rediit.

Inde retrò Apuliam vsque ad Gerunium, donec a Cn. Seruilio & M. Atilio Regulo exemplo Fabij cunctante cibi inopia pressus est, ad quam depellendam ad loca Apuliae calidiora & maturiora mensibus mouit.

Vbi prope Cannas quarto belli anno L. Paulum Coss. cum Romanorum 40 millibus, senatoribus 80, consularibus, praetoriis & aeditiis plurimis occidit. Terentio Varrone altero Coss. cum 50. tantum equitibus Venusiam profugiente, caeteros cepit, ut iam propter desperationem de relinquenda Italia multi nobiles consilium inirent, nisi P. Scipio Tribunus Mil. Stricto super capita deliberantium ferro, se pro hoste habiturum eum, qui id sentiret, iurasset. *Polybius, Liuius, Florus.*

Post hanc Cannensem cladem defectione accepit Attellanos, Calatinos, Hirpinos, Apulorum partem, & Samnitum, Brutios omnes, Lucanos, Surrentinos, Graecorum omnem ferme oram, Tarentinos, Metapontinos, Crotonienses, Locros, Cisalpinosque omnes Gallos.

Inde ex Apulia in Samnium profectus Coss. fam deditioe cofequitur. Post Neapoli frustra tentata, Capuae receptus est. Deinde in agrum Nolanum exercitum traduxit. Post Nuceriam se ob famem deditioem incendit. Ad Nolam reuersus, quam Marcellus tenebat, tum primum a Romanis fugatus est. Itaque spe poriundae, Nolae adempta, Acerras contendit, direptisque cremauit. Tentato Casilino in hiberna Capuam concessit, mitescente hyeme Casilinum expugnauit.

Quinto an. a Philippo Macedonum rege legatos de iungenda belli societate excepit. Deinde ad oppugnandas Cumas tendit, Inde Nolam, ubi duobus praeliis a Marcello victus, fugatus est ad Apuliam hyberna circa Arpos. Hierone Syracusano in Sicilia mortuo, cum Hieronymo eius nepote foedus facit.

6. Pugnata varia victoria cum Marcello & Fabio Coss. Tum Marcellus Syracusas oppugnauit a Ro. amicitia alienatas & cum tota Sicilia ad Paeonos inclinat. Ne eas caperet vnus Archimedis industria prohibuit. Tertio anno tamen post cepit. Qua victoria Sicilia tota in potestate pop. Rom. venit atque prouincia facta est. *Velleius.*

3905

7. In agro Tarentino æstatem consumpsit spe potiundæ Tarëtinorum vrbis per prodicionem. Nam præter arcem Tarentini iuuenes, qui se noctu venatum ire simularât, eam prodiderunt.

8. Ad Capuam à Romanis oppugnatam æquo Marte pugnat. cõtra Pulchrum & Flaccum Cõss. M. Centenium Penulam delet. Fuluium Flacci fratrem fugat & castris exiit.

Nono, cum Romanos allicere ad pugna, nec per castra eorũ perirũpere ad Capuã posse sensit caput belli Romam petendi consilium cepit, atque ad tertium ab Vrbe lapidem super Anienem castra posuit. Et cũ per triduum exercitus vtrinq̃ue aciem direxissent, certamen tempestas diremit. Nam cum ad castra rediissent serenitas erat. Itaque in Lucanos, atque inde Rhegiũ contendit.

Decimo Fuluium Centumaliũ proconsulem in Apulia cecidit. Sed Marcellus cum eodem ad Numistronem bene pugnavit, etsi præliis magis tumultuosus, quàm magnis.

Vndecimo ad Canusium priore prælio Marcellum superavit, posteriore inferior fuit. Itaque in Brutios abiit. Tumque Tarentum Q. Fabius Cof. arte punica recepit.

Duodecimo Marcellũ in fidiis circumuentum in campania occidit. Quinctium alterum Cof. faucium fudit, qui postea ex vulnere mortuus est.

Tum Galba procõsul aduersus Philippum & Achæos rem regebat. *Liuius.*

Nam eodem tempore per Romanos in 4. locis pugnabatur, in Italia contra Annibalem, vbi variæ hæ vices, donec Annibal anno 17. rediit, postquam venerat. In Macedonia contra Philippum. In Sardinia contra Sardos & Asdrubalem Carthaginensium ducem, vbi vicit Mallius, captiuus & Asdrubale Romam abductis. In Hispania contra alterum Asdrubalem Annibalis fratrem, qui tandem à Romanis victus totam Hispaniam perdidit.

Tredecimo in extremum Italiæ angulũ Brutios recessit, dolore percussus ex nece Asdrubalis fratris, quem Cl. Nero & M. Salinator properantem ad se cum maximis copiis ex Hispania ad Senam oppidum deleuerant, capite eius ante hostium stationes proiecto. Adde paulò post Romanum terra marique victorem fuisse.

Quarto decimo nece fratris mœstus quieuit, sed neque à Romanis Cof. laceffitus est.

Quindecimo à Scipione Cof. fugatus est, amissis Locris. Tum Carmine in libris Sibyllinis inuento pelli Italia hostem alienigenam posse, si mater Idæa deportata Romã esset, legati, qui eam deportarent, in Phrygiã missi sunt. *Liui. App.* In sequenti anno eis tradita est per Attalum regem Asiæ. Lapis erat, quem matrem Deũm incolæ vocabant. Ludi Megalenses ei instituti.

Decimo sexto Scipione in Africã cum exercitu translato, P. Sempronium Cof. die primo repulit, postero fufus fugatũsque est, amissis quatuor armatorum millibus.

Decimo

| An. ante Christũ natum. | Anni vrbis cõdita. | Anni mundi. |
|-------------------------|--------------------|--|
| 199 | | 3890 |
| | 535 | L. Postumio Albino 3, eoque occiso M. Claudio Marcello 2, cui post abdicationem successit. Q. Fabius Max. 3, T. Sempronio Graccho. |
| | 536 | Q. Fabio Max. 4, M. Claudio Marcello 3. |
| | 537 | Q. Fabio Max. Verrucosi F. T. Sempronio Graccho 2. |
| | 538 | Appio Claudio Pulchro, Q. Fulvio Flacco 3. |
| | 539 | P. Sulpicio Galba, Cn. Fulvio Centumalo. |
| 183 | | 3905 |

| An. ante Christum natum. | Anni vrbis cõdita. | Anni mundi. |
|--------------------------|--------------------|---|
| 199 | | 3890 |
| | 540 | M. Valerio Lanino 2. M. Claudio Marcello 4. |
| | 541 | Qu. Fabio Max. 5. Qu. Flauio Flacco 4. |
| | 542 | M. Claudio Marcello, 5. T. Quintilio Crispino, Duodecimo anno belli Punici ab Annibale occisis. |
| | 543 | C. Claudio Nerone, M. Lulio Salinatore 2. |
| | 544 | Qu. Cæcilio Metello, L. Veturio Philone. |
| | 485 | P. Cornelio Scipione, qui postea Africanus dictus est, P. Licinio Crasso Dinite. |
| 185 | | 3905 |

Decimo septimo reuocatur in Africam, quod Scipio Syphacis Numidarum regis castra, qui accepta in matrimonium Asdrubalis filia amicitia Scipionis re nunciarat incendisset, eaque cum Asdrubalis castris vna die deleuisset, cæsis aut haustis flamma 40 hominum millibus, captis sex. Eos iterum in magnis campis reparato exercitu fudisset, indeque ciuitates circa omnes partim vi, partim metu subigeret, à Massinissa adiutus. Sicque Annibal gemens dolensque in Africam reuertit.

Decimo octauo tentata per colloquium cum Scipione pace, nec impetrata, prælio extremo ab eo in Africa victus est. Post etiam Vermina Syphacis filius. Petentibus denique pacem Carthaginensibus. Scipio condiciones dixit, ac Romam eorum legatos ad Senatum misit. *Polyb. Liui. App.*

Anno sequenti Cornelio Lentulo, P. Aelio Peto Cof. pax data.

Annibal tandem apud Prusiam Bithiniae regem, cum à Romanis repõsceretur veneno se necauit.

Post hoc Punicum Romani intra 53 annos terra marique potentissimi euaserunt, multis regnis prouinciisque incredibili fœlicitate subactis. Nam vnico conflictu Philippus pulsus fuit à Macedonia. Vnica Antiochus Mag. Asia cessit. Vnica clade Carthaginenses Lybiam amiserunt *Polyb.*

Q. Fabius Max. quinquies Consul fuit. Primo consulatu Ligures quorum caput Genua, subegit. Tertio & quarto Annibalẽ mora fregit, exercitui Minutiano ab Annibale profligato subuenit, Pater inde appellatus. Quinto Tarentum cepit ac triumphauit.

Interea res in Hispania contra Pænos prospere à Scipionibus gesta, tandemque Syphax Numidarum rex ad amicitiam popul. Rom. traductus est. Nisi quod anno octauo quàm in Hispaniam venissent, ab Asdrubale propè cum toto exercitu cæsi sunt, amissa ferè Hispania.

Cumque deinceps post duos occisos Scipiones, omnes imperium recusarent, Pub. Scipio filius accepturum se dixit. Itaque eò extra ordinẽ pro Consule missus est. Vbi & noua Carthagine vna die expugnata rem bene gessit.

Deinde per M. Silanum, Annonem in locum Asdrubalis missum, viuum cepit. Magonem fugauit. Cum Syphace Massylorum rege fœdus firmavit. Cum Massinissa Mafesulorum rege & Gaditanis societatem iniit. Quibus victoriis Hispania prima continentis prouincia facta est, *Liuius lib. 28. Rufus.*

Archimedes mortalium ingeniosissimus machinis arte Geometrica excogitatis Syracusas contra Romanos defendit. Collectis multorum obseruationibus, qui Astronomiæ diuersas partes & rationes notauerant, Sphæram composuit.

Tunc Vulcani insula, quæ ante non fuerat, repente mari edita, cum miraculo omnium vsque hodie manet, *Oros. lib. 4. c. 19.*

Bb 2

Sic luxuriam Asiaticam Romam in triumpho duxit. *Plin. & Livius.*
 Hoc bello leges quædam regulis Gallorum dictæ, quibus pacem cum Eumene rege seruant, & vt agrorum suorum finibus se contineant, *Livius.*
 Populus Rom. stipem spargere cœpit Sp. Postumo. Q. Marcio Coss. Tanta abundantia pecuniæ erat, vt eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. *Plin. lib. 33. cap. 10.*
 Iisdem Coss. clandestinæ coniurationes, in sacris Bacchanalibus factæ, deteguntur, & supplicium de earum sociis sumitur.
 566 Cato censor erat. Tunc mortuus est Plautus, anno vno post Scipionem Africanum maiorem. *Cic. in Bruto.*
 Anno sequenti Annibal.
 M. Marcellus Coss. Gallos Transalpinos, qui in Italiam transgressi oppidum in Aquileiensi agro ædificabant provincia exegit, & Istriæ bellum moliri cœpit.
 PHILOMETOR sub tutela populi Romani contra impium Antiochum Epiphanem, auunculum, qui eius regno prætextu consanguinitatis (erat enim ex matre auunculus) insidiabatur.
 Post biennium rursus contra eum Ant. Epiphanes exercitum congregauit & venit Alexandria, sed iussu Senatus Populiq; Romani recedere coactus est. C. Popilio legato virga eum circumscribente, ac subito responsum, quod differabat, extorquente.
 Matrem suam interfecit, quare per antiphra- sim Philometor. i. amator matris. Præ gaudio in victoria expirauit.
 Aristarcho Grammatico tradidit suum filium Euergetem 2. instituendum. *Suidas.*
 Eo præsentè insignis quæstio tractata de vera Ecclesia inter Iudæos & Samaritanos. *Ioseph. lib. 13. cap. 6.*
 Fuit Iudæis contra Anti. Epiphanem, contra quem de multis Syriæ locis decertabat, Onia Iudæorum pontifice. Fuit & literatis.
 Huic charus erat Hyrcanus Iosephi Iudææ ducis f. Quod æmulati fratres eius seditione mota, magnarum calamitatum toti genti causa extiterunt.
 Philometoris hortatu Aristobulus insignis Hebræorum philosophus in Mosem commentarios edit. Ad eundem, librū de membris Dei scripsit, Fuit regis præceptor. Ad quem extat Senatus Hierosolymitani epistola. 2. *Mach. 1.*
 Historia Machabæorum hoc tempore. Nam regno Macedonum deficiente, caput regnum Iudæorum.
 Erasistratus medicus. Leptinus Mathematicus.
 Crates, non ille Thebanus, sed Stoicus Polemonis successor, qui Homericus dictus est, quod more Philosophorum illius qui occuparetur eirca Grammatica & poetica Homeri.
 Contra Perseum Philippi filium Cephisodorus Atheniensis à Romanis auxilia impe-

An. ante
Christum
natum.

199

Anni
urbis cō-
ditæ.

565

566

567

570

595

134

526

Appio Claudio Pulchro, M. Sempronio Tuditano.

P. Claudio Pulchro, L. Porcio Li-
sino.Qu. Fabio Labæone, M. Claudio
Marcello.

Bellum Istricum.

568 L. Aemilio Paulo, Cn. Babio Tam-
philo.569 P. Cornelio Cethego, M. Babio
Tamphilo.

6

f PTOL. PHILOME-
TOR, an. 25.Onia, Iasone, Menelao,
Lysimacho, Iuda & Iona-
tha Machabæis Pontifici-
bus.Seleuco Philopatore, Ant.
Epiphane, Ant. Eupatore
Demet. Sotere. Syriæ regi.Philippo, deinde Perseo, an.
10, ultimis Macedonia re-
gibus.Pharnace, denique Mithri-
date 2, an. 32, Parthorum
regibusAnni
mundi.

3924

3924

3948

3948

petrauit

An. ante
Christum
natum.

199

Anni
urbis cō-
ditæ.

570

571

572

573

574

575

Romæ Coss.

A. Postumio Albino, C. Calpurnio
Pisone, eoque mortuo, Q. Fulvio
Flacco.L. Manlio Acidino, Qu. Fulvio
Flacco.

M. Iunio Bruto, A. Mælio Vulsone.

C. Claudio Pulchro, T. Sempronio
Graccho.Cn. Cornelio Scipione Hispano, Qu.
Petilino Spurino, C. Valerio La-
uino in eius demortui locum sus-
fecto.P. Mucio Scævola, M. Aemilio
Lepido 2.Anni
mundi.

3939

3964

petrauit, cum parua suorum manu in Italiã trahi-
ciens. Romani autem exercitu & imperatore
misso Macedonum vires adeo fregerunt, vt non
multo post Perseum Philippi f. captiui etiam
Romam pertraxerint. *Pausan. lib. 1.*

R. Iodan, R. Ibba, R. Iohai, quorum fragmenta
etiam nunc extant.

Erant tunc in Hierusalem filij Belial intro-
ducentes ritus gentium. &c. 1. *Mach. 1.*

Gens Basternarum Istrum transire volens, fri-
gore glaciæ, submersa est paucis euadenti-
bus. *Eutrop. lib. 4.*

Arianates rex Thracum amicitiam Romano-
rum consequitur.

Mansinissa 92 anno ætatis Chartaginenses
vincit. *Flor. lib. 48.*

Moriens Scipioni minori Africæ curam filio-
rum commisit (qui proinde inter filios eius re-
gnum diuisit,) Africæ interiora, itenque Numi-
diam adhuc incultã, fructibus frugibusque ina-
nem, cultura fructuosissimam reddit, paulo an-
tè bellum 3. Punicum, *Suidas.*

ROMANA rege Ptol. Philometore ab urbis
570 ad 595

SÆPIVS triumphatum per varios ex Hispa-
niis. Nam Celtiberi quauis occasione, bellum
renouabant: Item Vaccæ & Lusitani.

Gracchuris oppidum illic ædificatum in mo-
numentum Victoriæ Sempronij Gracchi.

Claud. Pulcher Coss. vno anno duas pacat pro-
uincias Istriam & Liguriam. Vnde de duabus si-
mul gentibus triumphauit.

Sardos, qui defecerant Semp. Gracchus sub-
egit, atque inde tantum captiuorum abduxit, vt
longa venditione res in prouerbium abierit, Sar-
di vanales.

Vrbes 573 Numæ libri reperti exusti sunt.
Censor Fuluius ex Iunonis Lacinia templo
marmoreas tegulas cum abstulisset, ad regen-
dam Fortunæ equestris ædem & mente captus
est, & amissis duobus filiis in Illyrico militan-
tibus summo animi mœrore consumptus est.
Livius. lib. 42.

L. Postumio, M. Lanate Coss. Floralia institu-
ta. *Ouid. Fast. 5.*

Huc vsque plebeij Consules cum patricijs.
Sequēti anno primum ex plebe ambo facti sunt
C. Popilius Lænas, P. Aelius Ligur.

Itaque posthac Patricij Consules ambo nun-
quam erunt, Plebeij ambo sæpe, Plebeius & Pa-
tricius sæpissimè.

Cicereius ex Corsica in monte Albano, sine
publica authoritate triumphat.

Perseus Philippi Macedonum Regis ex con-
cubina filius ciuitates Græciæ aduersus Ro-
manos sollicitat. Abrupolim regno expel-
lit. Artetarum interficit. Auxilium Byzan-
thiis aduersus sædus fert. Dolopia bellum fa-
cit. Thessaliam & Doridem peruadit. Legatos
Romanos ad res repetendas & renunciandam
ipsi amicitiam triduo regni sui finibus excedere
iubet.

Hinc bellum Persicum, siue Macedonicum secundum à P. Licinio Crasso cœptum, quarto post anno à L. Aemilio Paulo, apud Pidnam confectum.

Tum enim Rex ab amicis desertus, postea apud templum Samothracum à Gn. Octauiο classis præfecto captus est, & in triumphum feruatus.

Macedonia sic in populi Romani prouinciam vertitur.

Palma bis enata in Capitolio bello Persei victoriam triumphosque portendit. *Plin. lib. 17. Zonaras.*

Paulus Aemilius totam Græciam circumiuit. Græcos & Macedonas liberos esse iussit, habentes vrbes easdem, agrosque, vtentes Legibus suis, creantes magistratus, tributum dimidium eius, quod pepedissent regibus, populo Romano pendentes. Leges Macedoniae dans, vt non hostibus victis sed fociis bene meritis dare videretur.

Triumphat per triduum. Primo enim die signa tabulæque, secundo arma pecuniæque, tertio captiui ipsæque rex ante eius curram cum Alexandro & Philippo filiis transfuecti.

Tanta vis pecuniæ à Paulo illata est, vt ciues vsque ad Hircium & Pansam Coss. tributum nulum contulerint. *Plutar. in Paulo.*

Cuius tanta abstinentia fuit, vt cum ex Macedonia & Hispania maximas opes retulisset, vix ex auctione bonorum eius redactum sit, vnde Dos vxori eius redderetur. *Epit. Liuy 46.*

Perseus rex cum Alexandro filio Albam in custodiam ducitur. Gentius autem Illyriorum rex, de quo, L. Auitus Gallus eodem tempore triumphauit, cum coniuge & liberis Spoletum.

Cæteri captiui in carcerem coniecti. *Appianus in Illyrica.*

Illyrium in prouinciæ formam redactum. *Tornandes.*

In Annalibus inuenimus P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss. Cassini puerum factum ex virgine sub parentibus. *Gell. lib. 9. c. 4. Plin. li. 7.*

Biennio post obiit Ennius, Q. Marcio Philippo, Gn. Seruilio Cæpione Coss. *Cic. in Bruto, & in Catone.*

Stattius Cæcilius Comædiarum scriptor natione Gallus, anno post mortem Ennij iuxta Ianiculum sepelitur.

M. Marcello, C. Sulpitio Coss. (de quibus in Titulo Andriæ Terentianæ) Eumenes rex Romam venit qui quia in Persei bello se medium egerat, ne aut hostis indicatus videretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur, lex lata, ne cui regi Romam venire liceret. *Epit. Liuy 46.*

Ex hoc loco historia Liuiana tota desideratur. Itaque recurrendum ad Flori Epitomam.

Gn. Octauiο & Manlio Torquato Coss. pestilentia famæque ita laboratum, vt ex Sibyllinis populus circa compita facellæque operaturus fuderit. *Obsequens.*

Anni ante Christum natum.

159.

Anni urbis condita.

576

Sp. Postumio Albino, Qu. Mucio Scauola.

577

L. Postumio Albino, M. Popillio Lenate.

578

C. Popillio Lenate, P. Aelio Ligure.

Bellum Macedonicum secundum.

579

P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino.

580

A. Hostilio Mæcino, A. Atilio Seruano.

581

Qu. Marcio Philippo 2. Cn. Seruilio Cæpione.

582

L. Aemilio Paulo 2, C. Licinio Crasso.

134

Anni mundi:

3924

3948

An. ante Christum natum.

199

Anni urbis condita.

583

Qu. Aelio Pato, M. Iunio Penno.

584

M. Claud. Marcello, C. Sulpitio Gallo.

585

Cn. Octauiο, T. Manlio Torquato.

586

A. Manlio Torquato, Qu. Cassio Longo.

587

T. Sempronio, Graccho M. Inuentio Thalna.

588

P. Cornelio Scipione Nasica Cornulo, C. Marcio Figulo.

Anni mundi.

3939

3964

Hic est Gn. Octauius qui nouus homo primus in eam familiam postea viris fortissimis refertam attulit consulatum. Statuam habuit in rostris, domum in palatio præclaram que vulgo viseretur, edificauit. *Cic. 1. Off. & 9. Philip.*

Legatus in Syria ad animos regum perspicientes, liberorumque populorum, maximeque vt nepotem Antiochi Magni classem habere, clephantos alere prohiberet, per Lysiam tutorem Antiochi pueri in Gymnasio occisus est. *Obsequens, vel à Leptine. Lysia eum postea sepeliente. Appianus in Syriaca.*

Huc vsque paruerunt Valerij Messalæ horologio, è Sicilia Catina capta deportato, annis vndecentum donec Q. Marcius censor diligentius ordinatum iuxta posuit. *Plin. lib. 7.* cum alterum à climate Siciliae descriptum ad horas Romæ non conueniret. *Censorinus.*

Signum etiam concordie fecit, idque in publico collocauit. *Cic. pro Domo.*

Eodem censore primus in Italia Carbunculus vniuit. *Plin. lib. 26.*

Cæcilius, Accius, & eorum obrectator Lucilius poetæ, *Gell. lib. 17. c. vlt.*

C. Fannio, Valerio Messala Coss. M. Pomponio prætori commissum, vt curaret, si è rep. fidem suam videretur, ne Rhetores & Philosophi Romæ essent. *Gell. lib. 15. Suetonius de claris Rhetoribus.*

Lex Faunia lata de sumptibus conuiuiorum, de qua Gell. lib. 2. Macr. lib. 3. Athen. lib. 6.

Post vndecim annos bellum tertium Punicum *Plin. lib. 10. cap. 5.* per quos cum Luguibus, Corsis, Lusitanis vario euentu pugnatum *Epit. Liuy 46.*

Terentius Carthaginensis, quem Afranius omnibus Comicus præfert, cum tamen ei Volcatius inter Comicos non nisi sextum locum tribuat, Postponaturque Cæcilio, Plauto, Næuio, Licinio, Attilio. Mortuus Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio Coss. Urbis 591.

Scipio Nasica censor tum primus aqua diuisit horas æque noctium ac dierum, idque horologium sub tecto dicauit. Tandiu populi Rom. lux indiscreta fuit. *Plin. 7. cap. 60.*

Antea autem diem diuidebant vespera, conticinium, intempto, Gallicinio, Lucifero, die, mane, ortu, occasu, meridie, crepusculo, crepero, *Seruius. Censorin. de die Natali, cap. 19.*

Porticus in Capitolio fecit. *Velleius.*

Sequentibus Coss. tandem bellum Ligusticum, octogesimum post annum confectum à Fuluio Proconsul. vt iis qui publice iter facerent, via ad stadia 12 lata pateret. Nam antea Ligures iter in Hispaniam impediabant, ac terra marique latrocinia latissime exercebant. Post autem paulo alio bello in prouinciam redacti sunt. *Florus & Strabo lib. 4. nempe à Qu. Opimio Coss. nam in posterum videntur quieuisse.*

Auri in ærario Pop. Ro. septem ante bellum tertium Punicum pondo 27. argenti nonaginta duo millia, & extra numerum 375 millia. *Plin. li. 33.*

P. Scipione M. Marcello Coss. Carneades & Stoicus Diogenes ad Senatum publici negotij causa venerunt. *Cic. in Lucullo.* Critolaum Peripateticum addunt alij.

Ante ætatem Lælij & Scipionis nulli apud Romanos nominantur sapientes, cum Diogenes Stoicus & Carneades academicus Romam legati ab Atheniensibus missi sunt. *Idem 4. Tusculan.*

Sero ergo admodum, nec nisi sub Urbis 600 Roma literas & disciplinas siue sapientiam attingit.

Scipio hic Nasica Cof. Dalmatas domuit, *Epit. 46.* & illyrios, urbibus captis & captiuis venditis. *Zonaras.*

g EVERGETES filiis & ciuibus Alexandrinis interfectis omnia luctu complet.

Quis tum Romanæ Reipub. status esset, egregiè describitur, 1. *Machab. 8.*

L. Cæcilio Metello, T. Q. Flaminio Coss. Carthago iussu senatus reparata est, 22. annis post euerfionem & ciuium Romanorum familiis repleta. *Oros. lib. 6. cap. 11.* Vnde & deinceps illic Latine locuti sunt, donec sub annum Christi 700 à Saracenis & Arabibus caperetur.

Daphnis Grammaticus seruis tribus millibus & septingentis sestertiis venditur à Gn. Pisaurense.

Pacuius Bródusius Ennij ex filia nepos tragicus, Aristarchus grāmaticus (alter ab Homericō) huius regis præceptor.

Hippareus Astrologus & Mathem. annis 265 Ptolomæo antiquior. *Ptol. Septima Almagesti.*

Veterum Astronomiam, post Eratosthenem, quem videre ipse potuit, correxit, & eius adita multa reserauit, excogitatis multis instrumentis.

Hic primum apud probatos historicos abhorrentes à Germanorum fabulis Bituitum reperio Aruernotum Reg. qui anno urbis 627 à Domitio & Fabio victus triumphatusque fuit.

Aruernorum enim principatus primus quondam Gallis fuit (*Cæsar. lib. 1. bell. Gall.*) Vnde & cum extendit Strabo (*libr. 4.*) ad Narbonensium Masiliensiumque fines, Pyreneos montes, Oceanum & Rhenum. Id ostendunt Bituiti eorum regis cruenta duo prælia, de quibus ibidem Strabo & Liuius lib. 61. Alterum contra Domitium ad Sulgæ & Rhodani, alterum contra Fabium ad Tisaræ confluentem. Postea exactis Aruernorum regibus ciuitas & Resp. libera ad Cæsaris tempora permansit, & Plinij adhuc ætate inter liberas Celtarum ciuitates constituitur. Quam omnium temporum gloriam & dignitatem supra vniuersam Galliam retinuisse ad sexcentimum Christi annum Gregorij Turonensis & Sidonij Apollinaris scripta demonstrant.

ROMANA Evergete 2. Rege ab Urbis 596. ad 616.

Galli Inalpinij & Lusitani Romanos per arma vexant. *Obsequens.*

| An. ante Christū natum. | Anni urbis cōdita. | | Anni mundi. |
|-------------------------|--------------------|--|-------------|
| 159 | 589 | M. Valerio Messala, C. Fannio Strabone. | 3924 |
| | 590 | L. Anicio Gallo, M. Cornelio Cethego. | |
| | 591 | Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore. | |
| | 592 | M. Aemilio Lepido, C. Popillio Lanate. | |
| | 593 | Sex. Iulio Cæsare, L. Aurelio Oreste. | |
| | 594 | L. Cornelio Lentulo Lupo, C. Marcio Figulo 2. | |
| | 595 | P. Corn. Scipione Nasica, M. Claudio Marcello 2. | |
| 134 | 596 | | 3948 |
| 114 | 616 | g PTOL. EVERGETES secundus an. 20. | 3968 |
| | | Ionatha pontif. Iudaorum. | |

| An. ante Christum natum. | Anni urbis cōdita. | | Anni mundi. |
|--------------------------|--------------------|---|-------------|
| 199 | | Alexandro, Demetrio Ant. Sedete & iterum Demetrio per ord. Syria reg. | 3948 |
| | | Mithridate 2. Parthorum rege quinto. | |
| | | Romæ Coss. | |
| 596 | | L. Postumio Albino, Qu. Opimio. | |
| 597 | | Q. Fulvio Nobiliore, T. Annio Lusco (Epit. Liuij 47) | |
| | | Celtibericum, & Lusitanicum. | |
| 598 | | M. Claudio Marcello, L. Valerio Flacco. | |

Theatra à Massala & Cassio Censoribus excogitata sunt. *Valer. de Instituis,* in quibus populus Romanus sedens spectaret ludos. *August. lib. 1. de Ciuit.*

Lapideum autem construxerunt (*Orosius*) à Lupercali in palatium versus, quod P. Nasica auctore tāquam inutile & nociturum publicis moribus ex S. C. destructum est populūque aliquādiu stans ludos spectauit. *Epit. Liuij 48 App. lib. 1. Velleius lib. 1.*

Palma tempestatibus prostrata, eodem loco ficus enata est, M. Messalæ & C. Cassij lustro, à quo tempore pudicitiam subuersam Piso tradidit. *Plin. lib. 17.*

Bellum Celtibericum per annos 20 gestum, Numantiæ excidio per P. Africanum minorem finitur. *Strabo. lib. 3.*

Nam cum illis bellum gerebatur vter esset, non vter imperaret. *Cic. 1. Offic.*

Hoc anno quingentesimo nonagesimo septimo V. C. Consules Cal. Ian. inire cœperunt, cum 528 ad hunc vsque Idibus Martiis inuisent, propter subitum Celteribiæ motum. *Epitom. 47.* Quæ nostra est & Liuiana supputatio, cum alij Q. Fuluij & T. Annij Cōsulatum conferant in V. sexcentimum.

Hic dies deinde solennis ineundo consulatui Rep. stante in perpetuum mansit.

Lusitanicum, quod Viriatus auxit. Vnde Viriatinum post appellatum per annos quatuordecim gestum, cæde Viriati per Q. Seruiliū Cæpionem proditoriè procurata terminatur.

Eius causa extitit S. Galba prætor ob 30 Lusitanorum millia per perfidiam trucidata. *Suet. in Galba. Val. c. de Perfidia.*

598 V. C. turbinis vi in campo columna ante Iouis ædem decussa cura signo aurato, responderunt aruspices magistratum & Sacerdotum interitum fore, Tum omnes magistratus se protinus abdicarunt. *Obsequens.*

Albinus qui cum Lucullo Consul fuit, Græcè scripsit historiam. *Cic. in Bruto.*

M. Marcellus pacatis Celtiberiæ populis & tributo eis imposito 600 talentum, Cordubam oppidum condidit. *Strabo lib. 3.*

L. Lucullus Consul successor Vaccæos, Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes subegit.

Initio belli tertio Punici, post mortem Ennij vigesimo, Prusias rex Bithiniæ à Nicomede filio, adiuuante Attalo Rege Pergami, occisus est.

Ad quos conciliandos, cum legati Romani inuisent, quorum vnus caput multis cicatricibus refertum haberet, alter pedibus æger esset, tertius ingenio socors, Cato dixit illam legationem nec caput, nec cor, nec pedes habere. *Appian. Epit. 50.*

TERTIVM BELLVM PVNICVM ANNO V. 600., nempe annis plus minus 50 post finitum secundum. Durauit an. 4, *Oros. lib. 4. c. 21. & 22.*

| Tūc Romanus Serus iam Græcis admonit acumi- na Chartis. Et post punica bella quietus, quarere cepit. Quid Sophocles, & Theſpis & Aſchilus uile ferrēt &c. Horat. epist. 1. Sic Sero admodum disciplinas & literas Græcas Romani attigerunt. Hoc bello exciſa eſt Carthago penitus, cum ſteriffet, annis ſeptingentis, & ita vniuerſa excel- ſiſſet Africæ, vt etiam in Siciliam cæterasque adiacentes inſulas & in Hiſpaniam regni termi- nos terendiſſet. Oroſ. Pref. lib. 7. Per decem & ſeptem dies aſit. Idem. Inde Romanum imperium augeri plurimum cepit per ſequentes annos centum, vſque ad Cæſarem. Ita per annos 150 aut bellum inter Romanos & Carthagenſes, aut belli præparatio & infida pax fuit. Velleius lib. 1. Aſdrubal à Carthaginēſibus in hoc bello con- tra Rom. præficitur. Qui non ferrea ſolū & ænea arma, ſed etiam deſinente alia materia, aurea at- que argentea faciunt. Scipio à Romanis contra Pænos, qui Pauli Æmylij quidem fuit filius, ſed adoptatus fuerat à L. Cornelio Scipione Africani maioris filio. Vnde & ipſe Africanus minor Æmilius appella- tus eſt. Crudelis fuit, vt è bello etiam Numantino, quod confecit, liquet. Vnde & in Carthagenſes atq; adeo ſaxa eorum, barbarè ſæuiit, fugiti- uos beſtiis dilaniandos obiecit, &c. Africam prouinciam conſtituit: vt quotannis prætor eo mitteretur Senatus decreto. Ei tribu- tum impoſuit. In triumpho Argenti quatuor millia quadrin- genta & ſeptuaginta millia pondo præ ſe tulit. Plin. lib. 33. Bellum Macedonicum tertium mox exoritur cum Andriſco, qui Philippi nomine ſe Perſei re- gis Maced. filium mentiebatur, & totam Macedo- niam aut voluntate incoletium, aut armis occuparat, Thracibus ſibi adiunctis. Tandem à Byzæ regulo Thrace Pſeudophilippus proditus pœnas dedit. Nam à Q. Cæcilio Metello (qui proinde Macedonicus) victus cap- tūſque eſt recepta Macedonia. Epiro. 49, Velleius lib. 1. Entrop. Cato maior Vrbs 605 obiit. Plin. lib. 19. c. 1. Cum ſeptem annis poſtquam Galli urbem ce- piſſent, Romani deducere colonias incæpiſſent, per totam Italiam intra annos 60 vſque ad A- quileiam & Granifcum, nunc primum extra Ita- liam Carthagem in Africa primam coloniam, deinde Narbonem in Gallia, &c. cōdunt. Velleius lib. 1. M. Portio Catone, Q. Mario Coſſ. Narbonem Colonia deduſta eſt. quo anno de Dalmatia triumphatum. Bellum Achaicum ob legatos Coriathi, Cri- tolao Achæorū dūce dubium an manu, oratione certè violatos, Flor. Epit. 51, confectū à L. Mūmio, | Anni ante Chri- ſtum na- tum. | Anni urbis cō- diæ. | Anni mundi. |
|--|--|---------------------------|---|
| | 134 | | 3948 |
| | | 599 | L. Licinio Lucullo, A. Poſtumo Al- bino. |
| | | 600 | T. Quintio Flaminio, M. Acilio Manio. Tertium Punicum. |
| | | 601 | L. Marcio Censorino, M. Ma- nilio. |
| | | 602 | Sp. Poſtumo Albino Magno, L. Pi- ſone Caſonino. |
| | | 603 | P. Africano Minore Æmiliano, C. Lini Druſo. Bellum Achaicum |
| | | 604 | Cn. Cornelio Lentulo, L. Memmio. |
| | 114 | | 3968 |

qui

| An. ante Chriſtum natum. | Anni ur- bis con- diæ. | Anni mundi. | qui proinde Achaicus. Plutarch. in Mario, Velleius. Achaiaque in deditonem accepta Corinthū vbi legati violati fuerant, item Thebas & Calci- dem, quæ auxilio fuerant diruit. Achæorum duces Critolaus, eo mortuo Diæus & Alcarnes hic Corinthij cum Ætolis con- ſpirantes exitium ſibi pepererunt. Hinc æris Co- rinthij origo, cum incenſa Corintho varia me- talla liquefacta confluerent. Juſt. lib. 34. Florus. Græciæ tributum conſtitutum. Concilia eius ſublata. Decretum vt quotannis eo prætor mit- teretur, qui non Græciæ, ſed Achæiæ præfectus appellatus eſt. Hoc etiam bello Epirotæ cum Achiuis, Theſ- ſalis & Macedonibus in prouinciæ formam re- ducti. Iornandes Ruſſus. Viriatuſ ex paſtore venator ex venatore la- tro, mox quoque iuſti exercitus dux factus vni- uerſam Luſitaniam occupauit. Multis præliis Romanos exercitus fudit, ducibus Vetilio, C. Plaucio, Cl. Vnimano, Nigidio, &c. Oroſ. Per annos 14 ſuorum libertatem contra Rom. defendit. Florus. Sublatus à Qu. Cæpione Coſſ. Nā legatos ad ſe miſſos pecunia corrupit, vt eū occiderent. Quæ victoria, quia emptæ erat, à Senatu probata non eſt. Plin. de Viris Illuſtrib. Scipio minor cum L. Metello Macedonico & Sp. Mummiſ in Aegyptum, Syriam, Aſiam Græ- ciamque ad regum ciuitatum & gentium ani- mos perſpiciendos miſſus eſt. Quam legatio- nem Panætio præceptore comite obiit. Cic. in Lucullo. Polybius Megalopolites conſiliarius & præ- ceptor Scipionis huius, Romanam hiftoriam 40 libris complectitur à fuga Cleomenis & Philippi Perſei ſ. Succeſſioni Macedonum Romana at- texēs, & à primo bello punico hiftoriam Achæo- rum & Romanorum tractans. Alter Pſeudophilippus in Macedonia à L. Trebello quæſtore cum exercitu cæſus eſt. Epi- tom. 53. Conſulem anni 611 non Cn. Piſonem, ſed L. Calphurnium Valerius lib. 1 nominat, quo tem- pore C. Cornelius Hiſpalus prætor peregrinus Chaldæos citra decimum diem abire ex Vrbe atque Italia iuſſit. Viriatuſ interfecto, vltiore Hiſpania pacata, bellum tamen in Celtiberia non omnino ſubla- tum eſt. Nam cum Numantinis renouatum eſt, cum quibus pacem fecerat Q. Pompe- ius, ſed ſine iuſſu Senatus. Sic poſtea C. Man- cinus, qui ab eis caſtris fuerat exutus, 30 Romanorum millibus cæſis, quem proinde L. Furiuſ vincitum, nudūque eis reddidit. Cic. Off. 3, Epi. 56. Bellum Numantinum ſiue Hiſpanicum pau- lò poſt à Scipione minore magna crudelitate perfectum. D. Brutum & P. Scipionem Naſicam Coſſ. C. Curatiuſ Tribunuſ pl. in vincula coniecit, quod |
|--------------------------------|------------------------------|----------------|---|
| d127 | | 3948 | |
| | 605 | | Qu. Fabio Æmiliano Maximo, L. Hoſtilio Mancino. |
| | 606 | | Ser. Sulpicio Galba, L. Aurelio. Cotta. |
| | 607 | | Apio Claudio Pulchro, Qu. Cæcilio Metello. |
| | 608 | | L. Cæcilio Metello, Qu. Fabio Ma- ximo Seruiliano. |
| | 609 | | Cn. Seruilio Capione, Qu. Pompeio Anfidio, ſiue Aulo. |
| | 610 | | Qu. Seruilio Capione, C. Lælio Sa- piente. |
| | 611 | | Cn. Piſone, M. Popilio Lenate Ca- pitulino. |
| | 612 | | P. Scipione Naſica Corculo, D. Iu- nio Bruto Gallaco. |
| | 613 | | M. Æmilio Lepido, C. Hoſtilio Mancino. |
| | 614 | | P. Furio Philo, Sex. Atilio Serrano. |
| | 615 | | S. Fulvio Flacco, C. Calpurnio Pi- ſone. Bellum Seruile prius. |
| | 616 | 3958 | P. Africano minore, C. Fulvio Flacco. |

Cc

ante factum non erat. Cic. 3. de Leg. quia Tribuni-
pl. non impetrarant, ut sibi denos, quos vellent,
milites eximere liceret à supplicio.

D. Brutus Proc. latrones palantes atque dif-
perfos exemplo Viriati, captis eorum oppidis
oppressit. Primus Romanorum Lethen, Fl. dein-
de Bætin victor traiecit. Lusitaniam vrbium ex-
pugnationibus vsque ad Oceanum & Gades per-
domuit. *Epi. 55. & 56.*

Ful. Flaccus Consul Vardæos in Illyrico (quod
cum Perse victum ad hæc tempora pacatum
fuerat) subegit. *Epi. 56.*

M. Cosconius Prætor in Thracia cum Scor-
discis prosperè pugnavit. *Ibid.*

Bellum in Sicilia ortum ab Enno seruo natio-
ne Syro. qui contracta agrestium feruorum ma-
nu & solutis ergastulis iusti exercitus numerum
impleuit. Cleo quoque alter seruus ad 70 millia
feruorum contraxit, & copiis iunctis contra
Rom. bellum sæpe gesserunt. *Epi. 57.*

Tandem Perpenna imperatore supplicium
de eis sumptum.

h IN exilium tandem agitur. A ventris abdo-
mine Physcon cognominatus est.

Attalus regnum Asiæ minoris ab Eumene
patruo susceptum cædibus & venenis fœdat.
Testamento imperium Asiæ pop. Romano reli-
quit, quod tamen fuisse supposititium & simu-
latum tradit in epistola Mithridates apud Sa-
lustium.

Hinc bella Aristonici cum Romanis & regi-
bus Nicomede Bithyniæ, Mithridate Ponti &
Armeniæ, Ariarathæ Cappadociæ, Philome-
ne Paphlagoniæ, anno ab vrbe 622, *Oros. lib. 3,
cap. 8.*

Aristonicus Eumenis nothus regnum inua-
sit, & P. Crassum Cos. interemit. Regno potitur
donec à Perpenna consule in Romanorum po-
testatem reductus est. *Florus in Epi. lib. 59, & ius-
ta Senatus in carcere strangulatus.*

Sic Asia Romanorum facta, cum opibus suis
vitia quoque in urbem transmisit. *Plin. lib. 33.*

Antea quidem L. Scipio Africani frater eam
eripuerat Antiocho, sed beneficio S. P. Q. R.
mox ad hoc tempus ab Attalis possessa fuit re-
gibus. *Velleius.*

Eius belli occasione Lydia sedes antiqua re-
gnorum, Caria, Ionia, Myfia, Hellepontus ac
Phrygiæ pars in populi Rom. potestatem dedi-
tione venit. *Ruffus, & Iornandes.*

Phrygiæ reliqua Mithridati patri regi Ponti-
co, Lycaonia & Cilicia Ariarathis Capadociæ
regis filiis data. *Iust. lib. 37.*

Iason Cyrenæus quinque libros scribit de re-
bus Machab. quorum Epitome est noster secun-
dus, 2. *Mach. 2.*

Laudotia regina Parthos debellat.

An. ante
Christum
natum.

Ann.
vrbis cõ-
dita.

Anni
mundi.

107

8
h Prol. Physcon.
an. 17.

3967

3984

Simone Pontifice, deinde
Ioh. Hyrcano,

Demetrio, Ant. Gryppo,
& Ant. Cyziceno Syriæ
regibus.

Mithridate 2, inde Phra-
arte 2, an. 28 rege Parthorũ.

Romæ Coss.

617

P. Mutio Scauola, L. Calpurnio
Pisone Frugi.

618

P. Popillio Lenate, P. Rupilio.

619

P. Licinio Crasso Muciano, L. Va-
lerio Flacco.

Bell. Aristonici Asia-
ticum.

620

C. Claudio, M. Perpenna,

An. ante
Christum
natum.

Anni vr-
bis con-
dita.

Anni
mundi.

107

3968

621

C. Sempronio Tuditano, M. Aquil-
io.

622

Cn. Octauio, T. Annio Ruffo.

623

L. Cassio Longino, L. Cinna.

624

M. Aemilio Lepido, L. Aurelio
Oreste.

625

M. Plautio Hypseo, M. Fulvio Flac-
co.

Bellum Allobrogicum.

626

C. Cassio Longino, C. Sexto Domitio
Caluino,

627

Qu. Cecilio Metello, T. Quinctio
Flaminio.

628

Cn. Domitio Abenobarbo, C. Fânio.

629

L. Opinio, Qu. Fabio Maximo.

630

P. Manlio, C. Papirio Carbone.

ROMANA Rege Physcone ab Vrbs 617. ad 635.
Tib. Gracchus Trib. Pleb. legem Agrariam tu-
lit ne quis plus 500. agri iugera haberet, item vt
Attali paulò antè mortui hæreditas & pecunia
populo diuideretur. *Epi. 58.*

A Scipione Nasica in Capitolio occisus & à
Lucretio ædili in Tiberim missus, (qui proinde
Vispillo dictus est) primus fuit, qui tumultu in-
testino perit. Nam ab initio regni Romuli, vs-
que ad an. 620. nullæ in vrbe factæ sunt ciuium
mutuæ cædes. *Halic. lib. 3.*

Lex hæc Agraria seminarium fuit omnium
ciuium bellorum in annos propè 50 vsque ad
Syllam, deinde in alios 50 vsque ad Cæsarem.
App. de Bellis Ciuilibus.

Bellum Seruile in Sicilia ortum multas infe-
cit prouincias & vrbes, Atticam, Delon, Mintur-
nas, Sinuessam, &c. *Oros. lib. 5. cap. 7.*

In Italia multa millia seruorum, quæ coniu-
rauerant, ægrè comprehensa & supplicio con-
sumpta. *Obsequens.*

Tum Scipio prorogato imperio in Hispania
Numantium belli eius caput secundo anno ex-
cudit. *Idem, Cæteras, quæ defecerant, partim vi,
partim deditioe in suam potestatem redegit:
De his triumphum egit, 14 anno, postquam
priorem de Africa & Afrubale egerat. En-
trop. Oros.*

P. Rupilius ex publicano factus consul, postea
10 legatorum sententia leges Siculis, quos bello
prædonum & fugitiuorum liberauerat, conscri-
psit. *Padianus in 4. Verrina.*

Crasso Consuli cõtra Aristonicum affuit Ni-
comedes Bithyniæ, Mithridates Ponti, Ariara-
thes Cappadociæ, Pylemenes Paphlagoniæ re-
ges. Nec desit vinci & interfici. *Val. lib. 8, cap. 6.
Gell. lib. 13, cap. 13.*

Vbi eum ditissimum, nobilissimum, eloquen-
tissimum, Iuriconsul. Pontificè Max. fuisse tradit.

Sol geminatus est, Tuditano & Aquilio Coss.
quo quidem anno P. Africanus Sol alter extin-
ctus est. *Cic. de nat. Deor.*

Tum seditiones à Triumuiris Fuluio Flacco,
C. Graccho, & C. Carbone de agro diuidendo
creatis excitatæ. Defuncto Africano triumuiras
les seditiones acrius exarserunt. *Epi. 59.*

Angues duo nigri in cella Mineruæ allapfi
ciuilem cædem portenderunt. *Obsequens.*

Aristonicum bellum confecit M. Perpenna,
qui consul fuit priusquam ciuis. *Valerius de iis qui
humili loco nati clari euaserunt.* Regem enim Ari-
stonicum cepit, & Crassianæ stragis punitor ex-
titit. Attalicæque Gazas hæreditarias populi Ro-
mâni, nauibus impostas Romam deportauit.
Iustin.

Aquilius Asiatici belli reliquias confecit,
mixtis veneno fontibus, ad deditioem quarun-
dam vrbium, quæ res vt maturam, ita infamem
contulit victoriam. *Florus.*

Tuditanus domuit Iapudas in Istria, ab Aquil-
leia ad Titum flumen. *Appian. Plin. lib. 3.*

M. Plautio, M. Fulvio Coss. locustarũ ingenti

3984

agmine à vento in mare deiecto fluctibusque eiecto odore intolerabili Cyrenis mortifero hominum 800 millia peste consumpta sunt. Obsequens.

Bellum Fregellanum, quod confecit L. Optimus Prator Fregellis captis & excisis. Quo pacto visus est ceteros quibusque Latini nominis socios male animatos repressisse. Coniurandi causam fortasse attulit M. Fulvius Cos. qui Italicos populos primus in spem Romanæ civitatis erexit. Appian. Sic. 2 Agrar. Velleius.

Prima trans Alpes arma Romanorum senserunt Saluij, cum de incursionibus eorum Massilia quereretur. Allobroges deinde & Aruerni, cum aduersus eos similes Æduorum querelæ opem & auxilium ipsorum flagitarent. Florus.

Gallorum regiones, præcipuè Italicis confines primo tentatæ per Fulvium Cos. quassatæ per Sextum ad vltimum per Fabium Max. domitæ. Marcell. lib. 15.

C. Sextius victa Saluorum Gallorum gente Coloniam Aquas Sextias condidit ob aquarum copiam à calidis & frigidis fontibus atque à nomine suo ita appellatas, Epi. 61. non longe à Massilia. Strabo lib. 4.

Aduersus Baleares à Q. Metello Cos. res prosperè geritur, qui proinde Balearici cognomen tulit. Epi. 90. Florus. Piraticis infestationibus, quæ ab iisdem tunc exercebantur, plurima incolarum cæde compressis. Orosius.

Domitius Ahenobarbus cum Aruernis & Allobrogibus rem feliciter gerit, Sueton. in Nerone, Velleius, maximè quia Elephantorum noua forma equos hostium, hostesque terruit. Oros.

Et Fabius Max. succedens Biturii Aruernorum regis infinitam multitudinem ad millia centum viginti iuxta Rhodanum. fl. interfecit, & Allobrogici cognomen ex victoria sibi peperit. Ruthenos addit Cæsar lib. 1 Gall. Bituitus in Triumphum reservatus & Albam custodiæ causa relegatus. Ita bellum Allobrogicum à M. Fulvio ceptum à Q. Fabio Max. perfectum est.

Hoc bello Narbonensis Gallia in prouinciam redacta est, quorannis Prætoribus in eam missis, iure & legibus commutatis. Critognatus Aruernus in sua Oratione apud Cæsarem, lib. 7.

Seditio C. Gracchi Tribunitij, in qua Grachus ipse cù Fulvio Flacco consulari occisus est, quod Agrarios concitaret Flacci domus euerfa & publicata est, in qua porticum post Q. catulus de manubijs Cimbricis fecit. Cic. pro domo.

L. Cæcilius Metellus Diadematus à Plut. de Fortuna Romanorum dictus, quod vlcis causa diu frontem Diademate obligauerit: à Dalmatis victis Dalmaticus appellatur. Ædem Castoris de manibus extruxit. Padianus in Verr.

Q. Marcius, Sarnos, Gallos, Alpinos expugnavit, Epi. 62, sibi regem statuentes, qui occisis coniugibus ac liberis in flamas se proiecerunt. Oros.

Nullus vel paruulus superfuit, qui non mallet mori, quàm seruire. Colonia Narbonè Marcium

deducta

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|------------------------------------|
| 96 | | 3983 |
| | 631 | L. Cæcilio, L. Aurelio Costa. |
| | 632 | M. Catone, Q. Marcio Rege. |
| | 633 | L. Cæcilio, Q. Mucio Scauola. |
| | 634 | C. Licinio Geta, Q. Maximo Eburno. |
| | | 3993 |

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|--|
| 107 | 635 | 3983 |
| | 646 | 3993 |
| | | 9 |
| | | i P T O L. Alexander cum matre Cleopatra, an. 10. |
| | | Ioanne Hyrcano Pontifice. |
| | | Antiocho Grippo & Ant. Cyziceno Syria reg. |
| | | Phraarte 2 Parthorum rege sexto, deinde Artabano. an. 1. |
| | | Romæ Coss. |

deducta ab ipso conditore appellata.

P. Rutilius primus gladiatoribus leges dimicandi tradit.

i PHYSCONE in exilium acto Cleopatra mater regnum inuadit, matrem thoro expellit, duas filias viduas alterno fratrum matrimonio facit. Alexandro alteri filio eripere regnum machinatur, donec ab eo occupata interficitur.

Alexander à populo in exilium actus, regni Cyrenarum, quod ei pater testamento reliquerat, hærede pop. Rom. instituto decedit. Pto. autem Physcò reuocatur. Cui mortuo mox succedit Lathyrus.

Scythæ Medos & Parthos grauissimè infestant.

Thraces à Romanis vincuntur.

Numulifantis filia Diogiridis Thraciæ regis crudelitate nobilis.

Cimbri victo Carbone Cos. arma aduersus Gallos eos, qui imperio Rom. non erant subiecti, atque inde aduersus Hispanos transferunt. Galli in oppida compulsi ac inopia subacti, eorum corporibus qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam tolerauerunt, neque se hostibus tradiderunt. Itaque Cimbri depopulata Gallia magna que illata calamitate, tandem illorum finibus excesserunt atque alias terras petierunt. Critognatus Aruernus apud Cæsarem, lib. 7.

Cimbri exclusi ex Gallia & Hispania in Italiam remigrarunt petentes, vt populus Rom. aliquid sibi terræ daret quasi stipendium. Cæterum vt vellet, manibus atque armis suis uteretur. Repulsi, quod precibus nequuerant, armis petere constituunt. Florus.

Hinc bellum Cimbricum, quod diu prauè & infeliciter à Romanis gestum est.

Micipsa Numidarum rex moriens filios reliquit Adherbalem, Hiempfalem & Iugurtham, quem adoptarat. Salust.

Romana rege Pt. Alexandro ab Urbis. 635. ad 646.

M. Æmylius Scaurus nobilis pauper, Consul de sumptibus & libertinorum suffragiis legem tulit.

Deductus ex Pado vsque in Parmensium agrum fossis, nauigationibus commodis paludes ipsas exsiccauit è campis.

Per Pisas & Lunam vsque Sababos viam stravit Æmiliam, & hinc per Derthonem, Strabo 5. de Liguribus triumphauit, Pl. de viris illustr.

Pontem Æmylium fecit. Pl. de viris illustr.

Eo & Metello Coss. Censores Romæ artem ludicram præter cantores & ludum talarium remouent.

Thracicum bellum etsi ceptum sit à M. Cosconio prætore viginti ante annis, tamen à Catonis Consulatu initium eius ducunt historici, quod res antea à prætoribus gesta sit, hic autem primus Consul eo missus sit, vt ante excitatum, nunc deum grauius factum videatur.

Non fufus modo à Scordiscis, sed (simile prodigio) omnino totus interceptus est exercitus,

quem dixerat Cato. At Didius vagantes Thracas repressit. *Florus, Rufus.*

Drusus vterius egit, & vetuit transire Danubium. *Idem.*

M. Minucius eos etiam in Hebro flumine glacie vestavit. *Rufus.*

Quibus victoriis fracti per multos post annos videntur quiescisse.

Acilio & Catone Coss. circa solem arcus apparuit. Item relatum lacte & sanguine puluiffe. *Plin. lib. 2.*

Duo Metelli fratres sequenti anno vn o die triumphant, vnus ex Sardinia, quæ sæpius rebelauit, alter ex Thracia. *Velleius, Rufus.*

Metellus enim Catoni in Thraciam successerat.

Cimbrorum arma primùm audita sunt circa ann. 640 Cæcilio Metello & Papirio Carbone Coss. *Tacit. de Moribus Germa.*

Teutonumque, qui Alpes transgressi sædam stragem Romanorum sociorumque fecerunt. *Obsequens.*

Quod ab extremis Gallia profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, nouas sedes toto orbe quærerent. *Florus, Plut. in Mario.*

Cimbrigenes vaga populabundi in Illyricum venerunt, & Papirium Carbonem cum exercitu fuderunt. *Epit. 63.*

Eo autem superato videntur quiescisse vsque ad Silanum Coss. qui iterum ab iis profligatus est.

Nam hi Carbone, & Cassio, & Scauro Aurelio, & Seruilio Cæpione, M. quoque Manilio fuffis, quinque simul consulares exercitus Pop. Ro. abstulerunt. *Tacitus de Germ.*

Silanum quoque fugarunt in Galliis & exercitu exuerunt. *Velleius.*

L. Piso consularis occisus postea est à Tigurinis. *Orosius.* & L. Cassius consul cum exercitu in finibus Allobrogium. Q. Publilius legatus, ne residua exercitus portio deleteretur, obsides & dimidiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo fœdere dedit. *Oros. Casar lib. 1.*

P. Scipione, L. Calpurnio Coss. bellum contra Iugurtam susceptum, Micipsæ Numidiæ regis Masinissæ filij nothum, qui Hiempsalem fratrem per insidias necarat, deinde Adherbalem alterum fratrem in oppido Circa obsessum contra denuntiationem Senatus occiderat.

Q. Cæpione, C. Serrano Coss. nascitur Cicero, *Ipsè in Bruto, & Gell. lib. 15.* id est, Urbis 644. iuxta alios 647, quando Seruilius Cæpio legem Seruiliam tulit, qua, eum C. Gracchus iudicia antè à Senatoribus remouisset, atque ad solos equites transtulisset, ipse inter vtrumq; ordinem ea communicauit.

Cæpio Proc. capta Tolosa centum millia pondo auri, & argenti quinquies decies centum millia è tēplo Appollinis sustulit. Quod sacrilegium causa excidij ei fuit & exercitu eius. Nam quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilisq; exercitu perit. *Gell. lib. 3, Iustinus. Oros.*

Anni ante Christum natum.

Anni Urbis condita.

Anni mundi.

107

3983

635 M. Metello, M. Emilio Scauro.

636 M. Manio Acilio Balbo, C. Portio Catone.

Bellum Thracicum.

637 C. Cæcilio Metello Caprario, Cn. Papirio Carbone.

Bellum Cimbricum.

638 M. Linnio Druso, L. Pisone.

639 P. Scipione Nasica, Calpurnio Bestia.

Bellum Iugurtinum.

640 Sp. Postumio Albino, M. Minucio Ruffo.

641 Qu. Metello Numidico, M. Iunio Silano.

642 Ser. Sulpicio Galba, M. Aurelio Scauro.

3993

An. ante Christum natum.

Anni Urbis condita.

Anni mundi.

97

3993

643 L. Cassio Longino, C. Mario.

644 Qu. Seruilio Cæpione, C. Atilio Seruiano.

645 P. Rutilio Ruffo, Cn. Mallio (alias Manlio.)

546 C. Mario 2. C. Flauio Fimbria.

547 k P T O L. Lathyrus, an. 18.

87

676

Ioan. Hircano Pontif.

Cyziceno, deinde Philippo ult. Syria rege. denique Tygrane Armenio an. 18.

Mithridate 3. an. 24. Parthorum rege.

Quin & ipse Cæpio miserè eiectus è patria fuit & turpem mortem oppetiit, & in bonorum possessionem relictus filij inter scorta ea abliguerunt & fœde mortui sunt, vt scribit Tragenes. *Strabo, lib. 4.*

Romanos quoque Cimbrici belli tumultus velut vltor sacrae pecuniæ infecutus est. *Iustinus.*

Inde enim Cimbri, Teutones, Tigurini & Ambrones Gallorum gentes iuxta Rhodanum Fl. C. Mallij & Q. Cæpionis exercitum ingenti clade consumunt. Timor tunc Romæ ingens, ne iterum Galli Romam inuaderent. Nam 80 millia Romanorum sociorumque trucidata sunt. Calonum & lixarum 40 millia. Decem ex omni tantum exercitu superantib. *Oros. Epit. Linnij 67.*

Seditio ob C. Norbani trib. pl. rogationem, qua imperium Cæpioni abrogabat. *Cic. 2. de Orat.*

Q. Cæpio preturæ splendore, triumphus claritate, consolatus decore, max. Pont. sacerdotio, vt Senatus patronus diceretur, assecutus in publicis vinculis spiritum deposuit, corpusq; eius funesti carnificij manibus laceratum, in scalis Gemoniis iacens, magno cum horrore totius fori R. conspectum est. *Valer. lib. 6. Strabo lib. 4.*

Iugurtha primur corruptus pecunia Senatum, iterum Calpurnius in Cons. Tertio M. Minutium, dictitans Romæ omnia esse vernalia. sicque bellum traxit, donec per Metellum Numidicum duobus preliis attritus est, & per marium captus Bocchi prodicione. Tum autem Numidia in potestatem popul. Rom. venit. *Rufus. Salustius.*

De Iugurtha Afro, duobus eius filiis & Boccho Mauritaniæ rege C. Marius triumphat. Alij triumphum conferunt in secundum eius consulatum.

Cicero tertium ætatis agebat annum. Gracili erat corpore & infirmitate, collo procerum & tenui. Vnde eum & amici & medici hortabantur vt causas agere desisteret. *Ipsè in Bruto.* Sed se exercitationibus confirmauit, ab iisque quorum causas agebat nulla dona aut munera accipiens. rex fori euasit. *Plut. in eim. vita.*

P. Rutilius primus gladiatoribus leges dimicandi tradit Nullius enim ante se Imperatoris exemplum sequutus, vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legionibus ingenerauit. *Val. lib. 2.*

k A M A T R E eiectus denuo recuperat regnum.

Urbis 654 Ptol. Apion Cyrenarum & Lybiæ rex populam Rom. moriens hæredem facit. Senatus eius regni ciuitates liberatas esse iussit. *Obsequens.* Libiæ partem prouinciam constituit. *Iust. lib. 40.*

R. Simeon Ben Iohai auctor libri Zoar. Quo posuit fundamēta stultæ & vanæ artis illius Cabalisticæque languet circa literarum apices, numeros, transpositiones. anagrammatismos, vocum inuersiones, allusiones, amphibologias,

homonymias. Nam eius vanitatis mysteria tribus præcipue constant, quæ indicantur vultu נאנ. Nempe Geometria (sic imperite confuderunt Geometriam cum Arithmetica) quando litera expenditur numerus. Noteriacon, quando litera ponitur pro integra dictione. Sic autem Barbarè dicitur à notariorum apicibus, Temurá. q. permutatio (elementorum) cum vna litera pro altera substituitur. E duobus primis vocabulis, quorum vnum est Græcum, alterum semilatinum, intelligis, quo tempore tam inepta ars excogitata fuerit, nihilque minus esse quam Cabbalá, id est, scientiam quæ à maioribus per manum recepta sit. Præter istiusmodi ineptias continet multa impia & ex omni hæresum furfure conflata. Constituit decem Sephiroth siue numerationes, pro suo fundamento, quas siue statuunt esse essentiam Dei, siue aliquid aliud extra Dei essentiam, impiè introductas ex eo apparet, quod in Deo numerum & multitudinem realem ponant.

Tale erat negotium vel potius otium Marini & Colorbatij discipulorum Valentini, qui cuncta suæ religionis mysteria è literis Alphabeti Græci probare conati sunt. *Iren. lib. 1. cap. 9. & 10.*

Reuclinum Capnionem tribus libris harum nugarum gustum mundo præbuisse sine refutatione & Picum Mirandulanum se earum patronum constituisse equidem miror.

Neque enim ea est Cabbala ab eruditis patribus laudata, quæ partim historica est, partim נאנ באל נאנ nominatur. i. lex ore percepta, vt nec illa quam R. Iacob Baal Hatturim sequitur, plenorum & deficientium rationem inquirens, quam proinde rectè Abben Ezra in Decalogo perstringit.

Hæc enim legis scriptæ pura est interpretis, & simplices Synagogæ traditiones consuetudines, ritus, maiorum explanationes continet, quarum fragmenta nonnunquam suppeditant Talmud, Derafim, &c. Sed de hoc alias.

Hunc Rabbinum R. Abraham in Cabbala non hic, sed paulò post excidium Romanum locat.

Gotthi Franconiam depopulantur. Diceneus Boroista eorum consiliarius & doctor, philosophiam & Theologiam ethnicam eos docet, sacella & ceremonias instituit. *Tornand. de reb. Geticis.*

Asclepiades nouam medicorum sectam introducit, in Bithynia, vbi & florebat Theodosius Tripolita mathematicus. *Sirabo.*

Mithridates Ponti rex vir incomparabilis memorie & 21. linguarum gnarus, quot nationibus imperabat, sex primis annis Scythas domuit. Cappadociam occupauit. Asiam animo complexus, prius vniuersè nemine sciente peruagatus omnium urbium eius situm & regiones cognouit. Iuncta cum Nicomede rege Bithynia societate Paphlagoniam inuadit. *Mox Galatiam.*

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|---------------------------------|-------------|
| 87 | | Romæ Coss. | 3993 |
| | 647 | C. Mario 3. L. Aurelio Oreste. | |
| | 648 | C. Mario 4. Q. Lutatius Catulo. | |
| | 649 | C. Mario 5. M. Aquilio. | |
| | 650 | C. Mario 6. L. Valerio Flacco. | |
| | | Scruile bellum 2. | |
| | 651 | M. Antonio, A. Postumio Albino | |
| | | | 4011 |

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|--|-------------|
| 87 | 652 | Q. Metello Nepote, T. Didio Curio. | 3993 |
| | 653 | Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso. | |
| | 654 | Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Cassio Longino. | |
| | 655 | L. Licinio, Crasso Q. Mucio Scauola. | |
| | 656 | C. Cecilio Caldo, L. Domitio Ahenobarbo. | |
| | | Bel. Mithridaticum. | |
| | 657 | C. Valerio Flacco, M. Heremio. | |
| | | | 4011 |

Nicomede in Bithynia Ariobarzanem in Cappadocia regna reductos iterum expulit. Vnde bellum ei indictum & Syllæ mandatum.

Romanis ita per 40 annos reilitit, donec tribus ingentibus præliis fœlicitate Syllæ, virtute Luculli, Pompeij magnitudine penè consumeretur. Contra eos armarat Cimbro, Gallogræcos, Sarmatas, Basternas, Scythas & totum Orientem.

Regnauit annis 38, obiit ætatis septuagesimo quinto.

Ne veneno tolleretur, 20 rutæ folia, duas nucas & duas caricas admixto sale quotidie ieiunus capiat.

ROMANA tempore Ptol. Lathyrj ab Vibis 647 ad 668.

IN Gallia res gerit Marius cum Cimbris, qui ex Hispania reuerfi se Teutonibus, Ambronibus, Tigutinis coniunxerant, vt superatis Alpibus in Italiam traicerent. Item cum Tectofagibus, quorum regem Copilum Sylla legatus Marij cepit. *Plutar. Mario. Epit. 67.*

Quod bellum ab aliis Cimbricum, à Cicer. de Proninc. Coss Gallicum. Eius metu Marius absens tertium consul factus est & extra ordinem. *Ibidem.*

A Mario confectum est, Theutonibus ad Rhodanum cum rege ipsorum Teutochocho & Ambronibus prope Massiliam victis. *Sirabo. lib. 4.*

Continuo triduo circa Romanorum castra pugnarunt. Quarto die rursus productæ in campum acies vsque ad meridiem penè pari discrimine. Post incalescente sole, vsque ad noctem cædes Gallorum potius, quàm pugna protracta est.

Ducenta millia eorum cæsa sunt, octoginta millia capta, tribus millibus vix elapsis.

Tertia Tigurinorum manus quæ quasi in subsidio Noricos infederat Alpium tumulos, in diuersa effugit & euanescit.

Piso Rhodopem Caucasumque penegrauit post Minucianam de Thracibus victoriam. *Florus.*

Bellum Piraticum C. Mario quartum. Q. Lutatius Coss. *Obsequens.* In Sicilia confectum à M. Antonio prætoris, vnde & de eis ouauit. *Plut. in Pompeio.*

Seditio Apuleij Saturnini Tr. Fl. ob legem Agrariam & C. Memmii interfectum. Eum Marius sextum consul oppressit interfectis Saturnino, Glauca prætoris, & Sufeio questoris. *Ibid. Plutar.*

Scruile bellum secundum in Sicilia ab Arthione Pastore motum, qui interfecto domino, familiam ergastulo liberatam & infinitos seruos sub signis ordinauit. A M. Aquilio confectum est, indeque nullum fugitiuorum in Sicilia bellum fuit. *Cic. in Verrem.*

Romæ pugnaverunt Elephantum primum omnium in circo Claudij Pulchri edilitate curuli. M. Antonio, A. Postumio Coss. circa an. V. 655. *Plin. lib. 8. c. 7.*

Tum Cornelius Dolabella prætor bene in Lusitania rebellante pugnauit.
 T. Didius Cos. Celtiberos quoque pluribus præliis vicit. *Gell. lib. 2. cap. 27. Plut.*
 Duobus annis post Lentulo, Crassoque Cos. Senatusconsultum factum est, ne homo immolaretur, quod antea fieri religiosissimum erat. *Pl. lib. 30. cap. 1.*
 Ariobarzanes Cappadociæ rex à Sylla prætor constituitur, quod Cappadoces regem, quam libertatem mallent, C. Cælio, L. Domitio Cos. A quo anno primum initur bellum contra Mithridatem Ponti regem. *Liuij Epitom. 76. confectum à Pompeio post annos 32. Cicerone Consule. Sed aliis est incipiendum. Nam Mithridates per annos 40, contra Romanos bellum gessit. Appian. Donec per seditionem popularem à Pharnace filio in turri obsessus venenum sumpsit.*
 Toto illo tempore tria Mithridatica fuere præcipua. Vnum, quod Sylla, alterum, quod Muræna, tertium, quod Lucullus & Pompeius gesserunt. *Appian.*
 Primum à L. Sylla Artaces (Phraartes) rex Parthorum missa legatione amicitiam populi Romani tenuit. *Rufus.*
 Celtiberos post Didij victoriam rebellantes Flaccus Nasica repressit. Ab hoc bello vsque ad Sertorium quæta citerior Hispania fuit. *Appian.*
 Geminus prætor infeliciter contra Thracæ Macedoniam vexantes dimicauit. *Epioma Liuij 70.*
 L. Plotius Gallus primùm Latinè docere incepit Cicerone adhuc puero. *Cicer. de claris Orat.* Antea Græcis exercitationibus ingenia Romanorum alebantur. *Sueton. de claris Rhetor.*
 P. Terentius Varro in Prouincia Narbonensi natus centesimum quintum annum agens Græcas literas summo studio didicit.
 Latini Rhetores nouum genus disciplinæ instituentes & Ludos, ad quos inuentus conueniret, sublatis sunt edicto censorio L. Craffi & Gn. Domitij, quod his corroboraretur impudentia. *Suet. ibid. Cic. 3. de Orat. Paulo ante Ciceronis tempora. Tacitus in dialogo de oratoribus. id est, Cicerone adhuc adolescentulo, necdum oratoriam exercente.*
 L. Marcio, Sext. Iulio Cos. in agro Mutinensi duo montes inter se concurserunt, crepitu maximo assultantes, recedentesque, emissa flamma copiosa. *Plin. lib. 2.*
 Seditio M. Liuij Drusi Tr. Pl. de ciuitate Sociis danda, de agris diuidendis &c. Vnde origo socialis belli & exitia rerum. *Plin. lib. 33. cap. 1. Florus.*
 Drusus vulneratus caprinum sanguinem bibit, cum pallore & inuidia, veneni sibi dati infirmulari Q. Capionem inimicū velle. *Plut. lib. 28. cap. 9.*
 Sociale Bellum siue Italicum, quod non nisi

Anni ante Christum natum.

Anni urbis condita.

Anni mundi.

| | | | |
|-----|--|---|------|
| 97 | | | 3993 |
| 658 | | C. Claudio Pulchro, M. Perpenna. | |
| 659 | | L. Marcio Philippo, Sext. Iulio Casare. | |
| 660 | | L. Iulio Casare, M. Rutilio Pupo. | |
| | | Bellum sociale. | |
| 661 | | L. Porcio Catone, Gn. Pompeio Strabone. | |
| 662 | | L. Sylla, Qu. Pompeio Rufo. | |

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|---|-------------|
| 87 | | Mithridaticum alterum, Sylla. ET Ciuile, siue Marianum. | 3939 |
| | 663 | L. Cornelio Cinna, Cn. Octauio, Ciuile alterum Octavianum atque Cinnanum. | |
| | 664 | L. Cinna 2. C. Mario 7. eoque mortuo, L. Valerio Flacco. | |
| | 665 | L. Cinna 3. Cn. Papyrio Carbone. | |
| | 666 | L. Cinna 4. Cn. Papyrio Carbone 2. | |
| | 667 | L. Scipione, C. Norbano, | |
| | | Aliud Ciuile Syllanum, | |
| | | | 4011 |

quinto post anno à Sylla confici potuit. Eo nondum finito. (Nam Sylla eius reliquias adhuc in Campania persequebatur) præcedentibus multis ostentis & prodigijs ciuilia bella secuta sunt per annos ferme 40, dum Marius belli Mithridatici gerendi, quod Syllæ mandatum erat, cupiditate teneretur.
 Marsicum etiam nonnulli appellant, quod à Marsis primùm fuerit commotum & eorum imperatore Popedio. *Strabo lib. 5.* Istud Lucullus confecit.
 Capitolium custodum negligentia exurit. Sothymius rex Thracum Græciam ingressus cunctos Macedoniæ fines depopulatur, donec à C. Sentio Prætoris superatus cogitur in suum regnum redire. *Oros.*
 Mithridaticum bellum foris exarsit L. Sylla, Qu. Pompeio Cos. Domi ciuile à C. Mario, qui sexies consul fuerat excitatur. Urbis 662.
 Dum Sylla Cos. ciuili bello & ordinanda rep. Romæ occupatur, Mithridates Phrygiam pop. Rom. prouinciam cum exercitu intrat. Asia in potestatem redacta omnes ciues Romanos vno die interficiendos curat. Qu. Oppilium Proc. & M. Aquilium legatum captos, excruciatosque necat. Rhodum, quæ sola in fide permanerat, oppugnat. Per Ariarathen filium Thraciam & Macedoniam, per Archelaum præfectum Græciam inuadit, ac Pireum atque Athenas occupat. *Plutarch.*
 Marius, Cinna, Carbo, Sertorius cum suis exercitibus in Urbem recepti, eam velut captam cædibus & rapinis vastarunt.
 Hic est Marius qui Iugurtham cepit, 2. consulatu eum ante curram suam duxit. Tertium Consul absens creatus est. Quartum Teutoniorum exercitum deleuit. Quintum Consul Cimbros fugauit. Sextum rempubl. turbatam seditione tribuni Pleb. & Prætor. qui armati capitolium occupauerant, vindicauit. Post septuagesimum annum patria per arma ciuilia pulsus armis restitutus septimum consul factus est.
 Sequentem in annum C. Marius septimum & L. Cinna secundum Consules nullis habitis comitijs se renuntiarunt. Primus autem fuit Marius, qui septimum consularum cepit ex Plutarcho. In quo est mortuus suo bono, ne esset spectator calamitatum, quæ ciuilia bella suæ familiæ attulerunt, præsertim filio & nepoti.
 Inde L. Cinna & Cn. Papius Carbo semet hoc exemplo consules per sequens biennium creantur. *Epiom. 83.*
 Quod triennium sine admis ciuilibus fuit. *Cic. in Bruto*, nisi quod Cinna & Carbone dominantibus maior pars nobilitatis Roma in castra Syllæ fugit, tanquam in portum quandam. *Plutarch. & ipsi bellum contra Syllam pararent. Epiom.*
 Per idem tempus L. Flacco consuli in locum Marij mortui suscepto portas tota Asia clauderetur. Mithridatem autem non modo recipiebat,

fuis urbibus, verum etiam vltro vocabat.

Hoc eodem tempore Sylla in Græcia & Asia contra Mithridates gerbat, donec pace cum eo facta se contra Marij & Cinnae factionem conuertit. Pacis condiciones fuere, vt is cederet Asia, Bythunia, Cappadocia. Paternis. i. ponticis finibus contentus esset.

C. Fimbria desertus ab exercitu, se ipse percussit, qui paulo ante fuis aliquot copiis Mithridatis urbem Pergamum ceperat, obsessumque regem parum abfuerat quin caperet. Ilium urbem, quæ se potestati Syllæ referuabat deleuerat ac magnam partem Asiæ recuperarat. Cinna ab exercitu suo, quem inuitum cogebat naues conscendere contra Syllam Anconæ interemptus est. Consulatum Carbo solus gessit.

Sylla autem compositis transmarinis, in Italiam reuectus Norbanum Cos. ad Canusium vicit. Carbo Romæ Syllæ amicos hostes iudicandos curauit.

Q. Sertorius Suessa capta, rebus Marianis deploratis in Hispaniam vltiorem confugit.

Sequenti anno bellum ciuile confectum est, Mario superioris filio consule fugato, Carbone & Norbano exercitu spoliatis, recuperata re publica.

Sed hanc præclaram victoriam crudelitate Sylla fœdauit. Nam octo millia deditiorum in villa publica trucidauit. Tabulam proscriptionis fixit. Urbem & vniuersam Italiam cadibus repleuit. Prænestinos omnes inermes concidi iussit. Marium captum crucibus brachiisque fractis, auribus præfectis, oculis effolis necauit. Marium eius filium ad necem sui compulit. Carbonem per Pompeium occidit. Ita centena millia hominum Italico Ciuilique bello consumpta sunt. *Obsequens.*

Dictaturam per annos 120 intermissam sibi asciuit. Siquidem proximo anno, quàm Annibal ex Italia cessit, vltimus dictator fuerat creatus. *Plutar. Velleius.*

I AVLETES à suis pulsus Romam venit P. Lentulo, Qu. Metello Cos. sed quia sibyllinis quibusdam versibus Romani mouebatur, ne regem Alexandrinum profugum cum exercitu reducerent, reditu desperato Ephesum se contulit, donec à Gabinio Syriæ præside anno sequenti, nulla neque Sibyllinorum oraculorum, neque Senatus ratione, vnus iussu Pompeij, tum consulis reduceretur. *Strabo lib. 17. Plutar. in Catone.*

Damnatus tamen Gabinius quod contra Senatus & pop. iudicium eum reduxisset. Sic nominatus, quasi Tibicen, quod tibiis canere præter dignitatem regiam solitus esset.

Pullus autem, propter flagitia, maximèque ob intolerabilem tributorum exactiorem, quæ per vim extorserat, vt socius populi Rom. appellaretur, Archelao Berenices triu filiarum regiarum maximæ sponso in regem assumpto. Ex annuis enim vectigalibus capiebat talètorum duodena

An. ante Christum natum.

Anni urbis condita.

668

691

II.

I PTOLOM. Auletes, an. 30.

Alexandra regina Iudæorum.

Hircano eius filio Pontif.

Tigrane Armenio Syria rege.

Mithridate 3, Parthorum rege octauo, deinde O- rode, an. 18.

Anni mundi.

3993

4011

4011

millia

An. ante Christum natum.

Anni urbis condita.

79

Anni mundi.

4011

Romæ Cos.

C. Mario, Gn. Carbone 3.

M. Tullio Decula, Gn. Dolabella.

L. Sylla 2. Qu. Metello Pio.

Bellum Sertorianum Hispaniense.

P. Seruilio Vatia Isaurico, Appio Claudio Pulchro.

Coniuratio Cn. Pisonis.

millia quingena, id est, nummo nostro, scutorum septuagies quingena millia, communi lingua, septem milliones & semis, quantum hodie vniuersi Galliarum regni, quod omnium regnorum fructuosissimum habetur, annua tributa non conficiunt. *Paul. Manutius in lib. 1. Famil. Cic.*

Pompeio circa Iudæam res gerenti, octona millia equitum sua pecunia tolerauit, mille conuiuas totidem aureis potoriis, mutans vasa cum ferculis saginavit. *E Varrone Plinius.*

Berenice sorore eius ad regnum euecta Ægyptij legatos & ipsi Romam miserunt, qui crimina regis purgarent, quorum alios ferro rex sustulit, alios pecunia, ne quid aduersus se agerent corrupit.

Iudæi literas Græcas studiose discebant. Hinc Ezechiel Tragœdiarum Poëta Græcis Carminibus exitum populi de Ægypto scribit. *Clemens Alex. 1. Strom.*

Seorsum in Ægypto & Cilicia, vbi ab Alexandri Magni sæculo illæ literæ excultæ sunt. Hinc olim ab exteris scriptoribus Tarsus. B. Pauli vrbs mater urbium dicta est, non tam è mercimoniorum frequentia, quàm ex studiis, & Tarsense Gymnasium apud Strabonem nominatissimum, quod etiam li. 14. Athenas & Alexandriam superasse refert, ac in eo indigenas didicisse τὴν ἀπασαν ἐπιστήμιον παιδείαν.

Orodes occiso Mithridate fratre duobus annis ante Mithridatis pontici mortem cum filio suo Pacoro Parthorum nonus rex euasit annos 18, sub secundum Pompei & Crassi consulatum quando Gabinius Syriæ præerat.

Hunc Mithridatem Florus & Romanæ ferè historiæ de Pompeio, Phraatem vocant, quoniam Phraates vocabatur is, qui cum Romanis, id est, Sylla primus negotium habuit.

Rex Sueuorum Urbis 694, Metello Celeri Cos. Galliarum præfecto Indos in suum littus tempestate proiectos dono dedit. *Plin. lib. 2. cap. 67.*

Mithridates Cappadociam pulso Ariobarzane, Tigranis Armeniæ regis ope occupauit, quæ postea restituit, cum Sylla Murenam à bello reuocasset. *Appian.*

Ariobarzanes pulsus à Tigraue studiis Mithridatis Romam venit.

E Bibliotheca Apellicontis Teij plurimi Aristotelis & Theophrasti libri nunquam antea publicari, post captas Athenas à Sylla Romam deferuntur. *Plutar. in Sylla.*

Antè Peripatetici veteres Aristotelis Acromaticis caruerunt, paucos exotericos habentes. Quare hinc deinceps posteriores Peripatetici exquisitius Philosophari cœperunt sub Seuerio Imp. Aphrodiseo eos diligenter euolvente & commentariis illustrante, *Politia in Miscella.* Paulò ante Plotinum & nostrum Origenem.

Andronicus Aristotelè scholiis illustrat. Antea eum Aristotelica secta aruit, videntibus duntaxat Academica, Stoica, Epicurea.

49

4041

D d

Ofoeles Albanorum rex, qui hiberna Pompeij res in Asia gerentis aggressus est.
 Atroces Iberiæ rex, qui obsidibus datis, à Pompeio cum pace dimissus est.
 Phraates cum Tigra de agris Gorduenfibus disceptat. Sed hos per Afranium occupatos Pompeius Tigrani regi attribuit.
 Phraates rex Parthorū iratus Pompeio, quòd cum ad se scriberet, non regem regnum ut mos erat, appellasset, transitu Euphratis impedito, in Tigranem & eius filium generum suum, mouet. deinde cum ipsis in gratiam redit. *Dyonisius Appianus.*
 ROMANA sub. Pl. Anlete ab anno U. C. 68, ad 700.
 Urbis 670. libri Sibyllini cum capitolio conflagrarunt.
 Licinius Murena à Sylla in Asia relictus bellum contra Mithridatem redintegrait, suspicatus, ne Mithridates in Bosphoranos verbo, re aduersus Romanos se instrueret. Victus in Phrygiam se recepit.
 Mithridates pellit Cappadocia Ariobarzannem, nec eam ei restituit, donec Sylla Murenam à bello reuocasset. *Appianus, Cicer. pro lege Manilia.*
 Pompeius adhuc eques in Africa Cn. Domitium proscriptum & Hiabam regem Numidarum, ad quos Carbonis mortui copiar, ex Sicilia confugerant, intra 40 dies vicit & interemit. Inde 24. annos natus ex Africa triumphauit & Magni nomen à Sylla accepit. *Epitoma Liniy 89. Velleius, Plutar. Cic. Ibid.*
 Ità primus eques, sine magistratu, nondum Senator, adhuc adolescens triumphauit.
 Mytilenæ in Asia, quæ sola vrbs post victum Mithridatem arma retinebat, expugnate, diruteque sunt. *Epi. 89.*
 Bellum Sertorianum tanquam Syllanæ proscriptiois fuit hæreditas, post multos victos caesosque Romanos duces vix confectum à Pompeio decimo anno post. Nam Sertorius à M. Antonio & M. Perpenna & aliis coniuratis in conuiuio interfectus est octauo Ducatus sui anno. Perpenna autem, ad quem imperium partium translatum erat, duobus post annis à Pompeio captus & cum reliquiis deletus. *Orosius.* Sicque, receptæ Hispaniæ.
 Anno sequenti Sylla dictaturam abdicauit, ordinata Rep. de quo Cæsar apud Suetonium, Syllam nesciuisse literas, qui dictaturam deposuisset.
 Sic bella ciuilia post annos fermè 40 finem habuerunt. *Oros. lib. 5. cap. 18.*
 Quorum duo inter Marium & Syllam, Octauium & Cinnam per 10. annos tracta plusquam 150 millia Romanorum consumpserunt. *Idem lib. 5. cap. 21.*
 Consulares 23. Senatores fermè 300. Ante prodigia dira visa sunt. *Obsequens.*

An. ante
Christum
natum.Anni
urbis cõ-
dita.Anni
mundi.

79

4011

672

M. Lepido & Catulo.

673

M. Emilio Lepido Mamerco.
D. Bruto.

Ciuile Lepidi.

674

Cn. Octauio, C. Curione Scribonio.

675

Ln. Octauio, C. Aurelio Cotta.

Mithridaticum aliud
Luculli.

49

4041

Florentia

An. ante
Christum
natum.Anni
urbis cõ-
dita.Anni
mundi.

79

4011

676

L. Licinio Lucullo, M. Aurelio
Cotta.

Bellum Piraticum 2.

677

M. Terentio Licinio Lucullo, C.
Cassio Vero.

Seruile Spartaci.

678

L. Gellio, Cn. Lentulo Claudiano.

679

Cn. Aufidio Oreste, P. Cornelio
Lentulo Sura.M. Licinio Crasso Diuice, Gn. Pom-
peio Magno.

49

4041

Florentia Hetruriæ vrbs à Syllanis militibus conditur.
 Hic est Sylla, qui post victoriam ciuilem se Felicem appellari voluit. Ludiones & reliquum instrumentum Ludicum ex Olympia Romam traduxit Olymp. 175, quando Pompeius Magni cognomentum accipiebat.
 Catenas Iugurthæ manibus iniecit, Mithridatem compefcuit, cæsis in Theffalia hostium centum millibus castris quoque expugnatis. Renouato deinde bello iterum fudit ac exercitum eius deleuit. Athenis captis libertatem & ciuibus, quæ habuerant, reddidit. Dardanos Enetos aliõsque Thraciæ populos Macedoniæ incurfantes adortus multis præliis fregit Sociale bellum repressit. Cinnæ dominationem coercuit. Marium proscriptum & exulem reddidit. Primus Romanorum morte multauit. *Appian.*
 Deposita dictatura priuatus vixit, commentaria scripsit, Luculloque dedicauit. *Plutarch.*
 M. Lepidus eius inimicus primus omnium limina ex Numidico marmore in domo posuit, magna reprehensione. *Plin. lib. 36.*
 Seditioem mouet, lege promulgata de actis Syllæ, qui proximè obierat, rescindendis.
 A Carulo altero Cos. & Pompeio, qui iam Miluium pontem collèmq; Ianiculum cum exercitu infederat, Italia pulsus in Sardiniam refugit, vbi frustra bellum molitus, paulò post morbo interiit. *Appian. Plutar.*
 Victores, quod non temere in aliis ciuilibus bellis contigit, pace contenti fuerunt. *Florus.*
 Appius Claud. Proconsul Thracas pluribus præliis vicit & in Sarmatas vsque penetrauit. *Florus.*
 M. Perpenna iam Lepidi partibus, præsertim eo in Sardinia mortuo, fractis, ad Sertorium in Hispaniam magno cum exercitu venit.
 Curio consul retulit ad Senatum, vt legati Erythras mitterentur ad carmina Sibyllæ colligenda & Romam deportanda. *Lact. lib. 1. & lib. de Ira Dei.*
 Lucretius Poëta Epicureorum amatorio poculo in furorem versus, cum aliquos libros, per insaniam interualla conscripsisset, quos Cicero emendauit, se sua tandem manu confecit, ætatis quadagesimo quarto.
 Hoc sæculum philosophorum sectis præstantioribus neglectis, multos habuit Epicureos, Pomponium Atticum, Velleium &c. Vtinam nostrum plures non habeat, dum ardentius Lucretius legitur, exponitur, emendatur, quam &c.
 Lucullus, Crassus, Antonius oratores clarissimi.
 L. Lucullo, M. Cotta Cos. Nicomedes rex Bithyniæ mortuus populum Rom. hæredem reliquit. Tum Bithynia in prouinciæ formam redigitur. *Entrop.*

| An. ante Christi natum. | Anni vrbis cō- dita. | Anni mundi. |
|-------------------------------|----------------------------|--|
| 79 | | 4011 |
| | 681 | Q. Metello Cretico, Q. Hortensio. |
| | 682 | L. Caecilio Metello, Q. Marcio. Rege. |
| | | Bellum Creticum. |
| | 683 | C. Pifone, M. Acilio Glabrione. |
| | | Bellum Piraticum |
| | 684 | M. Lepido, L. Tullo Volcatio. |
| 49 | | Coniuratio Cn. Pifonis. |

Bellum Piraticum in Cilicia & Pamphylia secundum ab eo, quod antea M. Antonius Prætor confecerat, ortum ob inquietam Mithridatis præliis Asiam, triennio emenso confectum à P. Seruilio, qui proinde Isaurici nomen assumpsit. *Oros.*

Seruilius Proc. bello piratico Pamphylia, Ciliciam, Pisidiamque deuicit, fecitque prouincias Iordanes, Lyciam, *Orosius*, Isauriam. *Marcell. lib. 4.* Phrygiam, Cretamque Piratico bello perdomitas in eandem prouinciæ formam redegit. *Iustin. lib. 4. & Rufus.*

Cilices & Isauros, qui se piratis & prædonibus coniunxerant, subegit & viam per Taurum primus instituit. *Rufus.* Præterea Olympum montem peruagatus Phaselin, Corycum, Olympum tres magnas eius terre vrbes cepit. *Padianus in Verrinas.*

L. Magius & L. Fannius transfugæ à Mariano exercitu, à Mithridate ad Sertoriū in Hispaniam mittuntur de paciscenda cum eo aduersus Rom. belli societate.

Mithridatem fœdere cum Sertorio icto bellum nouum inferentem, Bithyniamque occupantem, Cottam apud Calcedona terra marique fundentem, urbem Cyricum obsidentem, ut inde totam Asiam inuaderet, L. Lucullus cum maximo exercitu adueniens cohibet. *Plutarch.* cum eo bellat annis septem. *Velleius.* Fame ferroque ad centum ferme hominum millia delet, pulsumque regem Bithynia, cogit in Pontum profugere. *Idem & Epi. 9.* tumque Tigranis Armenij generi sui & Macharis Bosphorani, filij sui auxilia implorare. *Appian.*

Deiotarus Gallogræciæ tetrarches Mithridatis quoque præfectos bellum in Phrygia mouentes repellit. *Epi. 94.*

Bellum Gladiatorium in Campania per tres annos. Aliis, Seruile tertium, siue Spartiacum in Italia. Nam 74 gladiatores ducibus Spartaco, & Oenomao & Crixo, effracto Capuæ Lentuli ludo, per Italiam vagantes, vocitatis ad bellum feruis Vesuuium montem belli sedem faciunt. Cl. Pulchrum & P. Vatinium prætores vincunt. Contra eos etiam male pugnarunt Lentulus & Gellius Coss. Qu. Arius & Cn. Manlius Prætores, C. Cassius præconsul, donec à M. Crasso Præto anno tertio post bellum inchoatum, priore prælio 35 millia eorum, cum duce Granico, posteriore quadraginta millia cum ipso Spartaco cæderentur.

Cario Scribonius Daciam tenuis venit, sed tenebras saltum exauit. *Florus.* Dardanis & Mæsis per triennium subactis primus Romanorum ducum ad Danubium vsque peruenit. *Rufus,* vrbis 679.

Lucullus aperit Pontum & regis quondam opibus & natura regionis vallatam. *Cic. pro Archia.* Nam Amisum & Eupatoriam vrbes Ponticas obsidione emxit & Themiscyram. *Appian.*

| An. ante Christum natum. | Anni vr- bis con- dita. | Anni mundi. |
|--------------------------------|-------------------------------|---|
| 79 | | 4011 |
| | 685 | L. Aurelio Cotta, L. Manlio Torquato. |
| | | Bell. Mithridaticum Pompeij. |
| | 686 | L. Iulio Cesare, C. Marcio Figulo Thermo. |
| | 687 | M. Tullio Cicerone, C. Antonio. |
| | | Coniuratio Catilinæ. |
| | 688 | C. Iunio Silano, L. Licinio Murena. |
| 49 | | 4041 |

30 millibus ad Cabira cum quinque millibus cæsis Mithridatem ad Tigranem fugat. *Eutrop.*

Marcus autem Lucullus Macedoniam fortitus ad terminum gentium lacumque Mæotim peruenit. Per Thraciam cum Bessis primus pugnavit. Thraces montanos subegit, Eumolpidam, quæ nunc Philippopolis dicitur, Olympiadem, quæ modo Adrianopolis, Cabilem, Apolloniam, Galatiam, Parthenopolim supra Pontum positas ciuitates occupauit, Tomos ad Danubium vsque perueniens, Scythis arma Romana monstrauit. *Florus.*

Censorium nomen triste seuerumque à sedecim annis intermissum M. Crasso, Cn. Pompeio Coss. repetitur, Cn. Lentulo & L. Gellio censoribus creatis, qui asperam censuram egerunt, quatuor & sexaginta senatu motis, *Epi. 98.* *Padianus in Verrinas.* Eorum muneris erat Senatum legere, equites inspicere, censum ciuium agere.

L. Metellus Prætor in Sicilia à C. Verre afflictæ contra Piratas prosperè rem gerit. *Epi. 98.* Pergamenonem Archipiratam nauali terrestri-que prælio comminuit. *Oros.*

Qu. Hortensio consuli Creta ac bellum Cretensibus gerendum obtigit, sed is vrbe ac foro, in quo dominabatur, delectatus, Metello collegæ exercitum ac prouinciam concessit. *Xiphilinus.* Ob eandem causam postea Cicero Macedoniam, quæ sibi obrigerat. C. Antonio Collegæ concessit, neque in prouinciam ex consulatu profectus est.

Mithridates & Tigranes à L. Lucullo in Armenia victi bellum reparant missis ad finitimos reges legatis, vbi Arsaces Parthus pacta cum Lucullo societate, eum tamen non adiuuit. *Dio.* anno septimo & ultimo Lucullani imperij regna sua recuperant & augent. *Velleius.*

Bellum Creticum, quod Mithridati Cretenses fauissent, peragitur à Metello intra triennium. *Eutrop.*

Creta prouincia facta, *Rufus. Iustin. lib. 41.* Piraticum siue Maritimum extrema hyeme apparatus, in eunte vere susceptum, media ætate confectum est à Pompeio, qui à Brundisio profectus, quinquagesimo die totam ad imperium Ciliciam adiunxit, omnes, qui vbique prædones fuerunt, partim cepit, partim interfecit. *Cic. pro lege Manil.*

Intra 40. diem toto mari eos expulit, & acceptis in deditionem piratis agros vrbesque dedit. *Epi. 99.*

In maritima Ciliciæ ora urbem Solos à Tigrae deletam restituit & Pompeiopolim appellauit. *Dio.*

In Cretam, alteram post Ciliciam prædonum arcem, multos eorum persecutus est. *Plutarchus.*

Piratis octingentas 46 naues ademit. Acilius Glabrio successor Lucullo datus, quod imperij diuturnitati modum statuendum veteri exemplo putarent. *Cic. pro lege Manilia.*

L. Lucullus primus imperator appellatur, Armenia, Mesopotamia, Nisibi cum regis Armeniae fratre capta.

Piso, Catilina, Antronius circiter nonas Decembris parabant Cal. Ianuarij, deinde re patefacta nonis Feb. L. Torquatum, L. Cottam Coss. cum plerisque senatoribus interficere, ipsum Pisonem corceptis fascibus cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere. Sed coniuratio non processit signo a Catilina celerius dato. atque hic Catilinariae coniurationis primordia. *Sallustius, Epitome 101. Sueton. in Caesar. Cicero. pro Sylla.*

Tigranis filius ad regem Parthorum transfugiens primum vna cum illo bellum patri intulit ad Artaxata, deinde recedente Partho a patre victus ad Pompeium se proripuit.

Pompeius cum rege Parthorum Phraate amicitiam renouauit, equestri praelio Mithridatem vicit & in Bosphoron impulit. Tigranem in deditioem accepit, ei que ademptis Cappadocia, Syria, Phoenice, Sopheno, Cilicia, regnum Armeniae restituit, & pecuniam ingentem imperauit, filium eius, qui iis, quae ipse statuerat, non stabat, in vinculis habitum Romam misit. *Epitome. 100.*

Mithridatem persequens in vltimas ignotasque gentes, Iberos Albanosque, qui transitum non dabant, vicit. *Epit. 101. Appian.*

Triennio bellum istud Mithridaticum confecit, non quod plane Mithridatem superasset. (Nam is deinceps cum exercitu in Italiam transiitum moliebatur, vt olim Annibal) sed quia Pharnaces filius Patri insidias faciens eum septuagenarium veneno sibi mortem conciscere coegerit, quod se permittens Pompeij potestati, regnum Patris consecratum speraret. *Dion. Plutarch. Appian.*

P. Sylla & P. Antropius Coss. designati cum essent eorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus ambitus damnarunt, & in eorum locum, Consules creati sunt. *Padianus in Cornelianam.*

Cicero Consul suo consilio atque eloquentia efficit, ne leges aliquot perniciose a Tribunis pleb. & quidem C. Antonio collega non repugnante, promulgatae ferrentur, vt lex Agraria, de campo agro diuidendo &c. *Dion. Epitome Pisonem.*

Coniuratio Catilinae extremo fere anni, Ciceronis praecipue industria, oppressa est. Coniuratoribus multis captis & extremo supplicio affectis, caeteris foris in agro Pistoriensis a C. Antonio deletis. *Sallust. Dion. Appian. Plutarc.*

Mithridaticum bellum tractum fuit per 40. annos. Consulatu Ciceronis & Antonij, vix consumptum. *Oros. lib. 6. c. 1.*

Ita Pompeius vnica profectioe Armeniam, Pontum, Paphlagoniam Galatiam, Cappadociam, Bithyniam, Phrygiam, Ciliciam, Syriam, Arabiam, Albanos, Iberos, Hircanos, Scythas

Anni ante Christum natum.

79

689

690

691

692

49

Anni urbis condita.

M. Pupio Pifone, M. Valerio Messala Nigro.

Q. Metello Celeri, Q. Afranio.

C. Iulio Casare, M. Calpurnio Bibulo.

L. Calpurnio Pifone, Au. Gabinio.

4041

An. ante Christum natum.

79

Bellum Gallicum Caesaris.

693 P. Cornelio Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote.

694 Cn. Lentulo Marcellino, L. Marcio Philippo.

695 Gn. Pompeio 2., M. Crasso 2.

696 Appio Claudio Pulchro, L. Domitio Ahenobarbo.

49

Anni mundi.

4011

4041

Iudaeos, &c. ad Caucasum montem vsque & Euphratem, Mysiam, Lydiam, Cariam, Ioniam, Asiam, quae ad Pergamum est, atque ipsam Graeciam partim recuperauit, partim nunc primum subiecit. *Appianus.*

Tigrani Armeniam maiorem permisit, Pharnaci Mithridatis filio Bosphorum, Ariobarzani Cappadociam, Antiocho Commageno Seleuciam, Deiotaro atque aliis Tetrarchis Minorem Armeniam, & Galatiam, Attalo & Pylemeni Paphlagoniam, Aristarcho Colchidem, Palestinae Hyrcano. *Idem.*

Asiam, quae antea Romanum imperium terminabat, tribus nouis prouinciis victoria cinxit. *Cic. de Prouinc.*

Ponto videlicet, quem ille cum Bithynia iunctum vniam prouinciam fecit (*Strabo.*) Syria, (*Marcell. i. 14.*) Ciliciae parte, quae nondum imperio Rom. subiecta erat. Sicque Asiam, quam vltimam prouinciam acceperat patrie, mediam reddidit. *Ipse apud Plin. lib. 7.*

De iis omnibus, Creta item & Basternis triumphauit. *Plin. lib. 7. cap. 6, lib. 37. cap. 2.* ex tot bellis per biduum vnico triumpho contentus aetatis quadagesimo quinto, *Valleius.*

Post tot victorias infeliciter res gessit, quod indignè templum Dei captis Hierosolymis habuisset. Nam.

M. Cicerone & C. Antonio Coss. captum Hieros. templum a Pompeio. *Ioseph. lib. 14. Antiquit. cap. 8.* annis 32 ante Augustum. 61 ante ortum Christi.

Eodem anno natus traditur Augustus Caesar, 9. Cal. Octobris.

Apollo a L. Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe, 30 cubitorum, 150, talentis factus Romam transfertur. *Plin. lib. 34.*

C. Caesar Conf. Illyriam ac Galliam citeriorem cum tribus legionibus a populo, vltiorem cum vna legione a Senatu in quinquennium obtinet.

Mox P. Clodius Tribunus Pl. fit & Ciceronem vrbe pellit, quod consul ciues Romanos. Catilinae socios necasset, domo eius incensa, arca libertati consecrata, bonis publicatis, praediis dirptis, eo aqua & igni interdicto, lege lata, ne quisquam tectum intra quingenta millia passuum ab Italia praerberet, ne quis de eo ad Senatum referret, ne decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset.

Cicero exulans in Macedoniam se confert. Cuius rei causa 20 hominum millia vestem mutarunt, rostra ingemuerunt, forum obmutuit. De eo renocando Pompeius cogitat, cumque hoc anno ab octo Tribunis Pl. de reditu eius promulgatum esset vnus Alij Liguris intercessione nihil perfici potuit. *Dion. Appian. Plut. Cic. pro domo.*

Sed sequenti anno Cn. Pompeio inter alios nitente: T. Annio Milone Trib. Pl. agente, P. Lentulo Cof. referente renocatus est. Arca domus eius, Pontificum sententiis, religione liberata,

domo ac villis publica pecunia restitutis.
 Heluetij relictis suis incensis atque relictis, cum nouas sedes quærenter iter faciunt per Galliam Narbonensem. A Cæsare prohibiti, victi, tandemque in deditionem accepti, domos suas repetunt.
 Cæsar precibus Æduorum & Sequanorū, qui se ab Ariouisto Germanorum rege opprimi querebantur, in eum mouit, & fufum vsq; ad Rhenum insequitur. Ita vna æstate duobus bellis cōfectis in hyberna ad Sequanos exercitū reduxit *Ipsel. lib. 1.*
 Sequenti anno Belgas cecidit, Sueffiones, Belouacos, Ambianos in fidem recepit. Neruiorum gentem propè ad internecionem redegit. Adnaticos in deditionem redegit. Inde per P. Crassum Venetos, Vuellos, Osifinos, Curiosolitas. Sefuuios, Aulercos, Rhodones, quæ sunt maritimæ ciuitates. *Idem.*
 Tertio per Titurium Sabinum & Crassum omnes ferè Aquitanix populos. *Ipsel. lib. 3.*
 Quarto Vsiptes, Germanos, Tenchtheros, magna cum multitudine Rhenum trāsgressos, quod à Sneuus complures annos exagitati bello premerentur, funditus delet. Quo Germanico bello in Gallia confecto Rhenum transit, ponte in Flumen facto. Sicambrorum vicis, ædificiisq; incensis propter Sueuos se in insidiis expectantes, in Galliam rediit, pontemque rescidit. In Britanniam inde traicit. Perentibus pacem dedit obsidibus acceptis. Reuersus Morinos rebellantes & Menapios sub potestatem redegit. *Idem.*
 Quinto Treuiros & Germanos Transrhennanos in fide cōtinuit. Classe iterum in Britannia traicit, obsidibus acceptis & tributis impositis in Galliam recessit. Castra Q. Ciceronis in Neruiis à Gallis aliquot, Ambiorige duce Eburonum, oppugnata, fufis hostibus liberauit. *Ipsel.*
 Sexto (nam in aliud quinquennium impetium ei fuerat prorogatum) Treuiros in fugam compulit. In Germanos, qui eis auxilia dederant, ponte refecto iterum mouet. Sed cum Sueuos se in syluas recepisse cognouisset in Ambiorigem Eburonum regem reuersus, Eburones fundit & dissipat.
 Septimo Galli cum Cæsarem in Italiam profectum, putarent illic retinendum urbano motu occisi Clodij, die constituta Genabi ciues Romanos negotiantes interficiunt. Carnutes se belli principes instituunt. Aruerni & ipsi Vercingentorige duce arma capiunt, ac Pictones, Parisios, Cadurcos, Turenos, Aulercos, Lemouices, Andos, Bituriges sibi socios adiungunt. Recurrens Cæsar Vellaunodunum Senonum oppidum expugnat. Genabum Carnutum diripit & incendit. Nouiodunum & Auaricum diuturna oppugnatione capit. Gergouia diu, sed frustra oppugnatam omittit, Alexiam Mandubiorum magno apparatu obsessam, dedito sibi Vercingentorige Aruerno, ad deditionem adducit. Æduos Aruernosque in fidem recipit. *Ipsel.*

An. ante Christum natum.

Anni urbis cōdita.

Anni mundi.

79

4011

Parthicum Crassi.

697

Cn. Domitio Caluino. M. Messala.

698

Cn. Pompeio 3, Q. Metello Pio.

699

M. Claudio Marcello, S. Sulpitio Rufo.

49

4041

Octauo

An. ante Christum natum.

Anni urbis cōdita.

Anni mundi.

79

4011

49

700

12

4041

51

702

m Ptol. Dionysius, an. 2.

4043

Orode 2 Parthorum nono.

494

404

Octauo Carnutes est persecutus. Inde Bello-uacos Cocleo Duce interfecto. Per Caninium & Fabium legatos rem bene contra Pictones gerit. Vxellodunum Carnutum capit. In Treuiris per Labienum prosperè pugnat. Omnes Aquitanix ciuitates in fidem recipit, in Belgio ad legiones hibernat. *Ipsel, Hirtius, Dio.*

Nono nullum bellum gessit, sed honorificè ciuitates appellando, principes præmiis maximis afficiendo, nulla noua onera imponendo, defessam tot præliis Galliam spe meliorum in pace cōtinuit. Maxime quia profectioem in Italiam pararet, vt suam Antoni que petitionem commendaret.

Decimo, Gallias & Britannias tributarias facit. *Rufus.*

Omnem Galliam à saltu Pyrenæo, Alpibusque, monte Gebenna vsque ad Rhodanum & Rhenum, circuitu patentem bis & tricies centum millia passuum, præter focias & bene meritas ciuitates in prouinciæ formam redegit, eique in singulos annos stipendij nomen imposuit. *Suet.*

m Ptol. Dionysius à Pompeio restituitur, pro qua gratia illum è prælio Pharsalico ad se confugientem proditoriè die post fugam octauo per Achillam occidi iussit, auctore Theodoto præceptore & Phorino procuratore.

Eum adhuc adolescentem bello Alexandrino Cæsar meruit, necauitque, regno Ægypti Cleopatrx forori, cum qua stupri consuetudinem habuerat, tradito. *Eutrop. in Cæs. Orof. lib. 6, cap. 14.*

Bellis ciuilibus Romanis Parthi Pompeio contra Cæsarem, item Bruto & Cassio aduersus Augustum & Antoniam misere auxilia.

Post belli finem rursus, Pacoro duce Orodis regis filio & Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, & bello victus ad Parthos transfugerat, Syriam irruerunt, ac totam occupauere prouinciam.

Quos P. Ventidius Bassus cum toto exercitu ad internecionem deleuit. Aiunt autem Labienum & Pacorum à Ventidio eo potissimum die interfectos, quo antea Crassus victus fuerat, ne aliquando Romani ducis mors inulta relinqueretur.

Nec longè post id prælium Orodem regem à filio Phraarte occisum esse.

Pharnaces à Pompeio Bospori Cimmerij rex constitutus patrij regni recuperandi cupidus, Colchida, Armeniam, Cappadocia & Ponti partem occasione bellorum ciuiliū in potestatem reduxit.

Domitium Caluinum à Cæsare missum profligauit. Inde reliquas Ponti partes, expugnata Amiso occupauit.

Cum Cæsare postremo congressus ad Zeliam, vno prælio fugatus, ab Afandro Bosphorani tumultus auctore necatus est. *Cæsar, Hirtius, Appianus.*

Iuba regis à Cæsare victi filius, historiæ scriptis, & captiuus in triumpho Cæsaris ductus est.

ROMANA

| ROMANA Ptol. Dionysio & Cleopatra regibus Ægypti ab urbis 700. ad 707, usque ad Cæsaris necem. | An. ante Christi natum. | Anni urbis cõ- dita. | | Anni mundi. |
|--|-------------------------------|----------------------------|--|----------------|
| Ante bellum ciuile 320 millia Ciuium censa sunt, cum tribus annis post, Cæsare censum agente dimidio minus inuenta sint <i>Plutarch.</i> id est, 150, reliquis bello ciuili confectis. | 79 | 700 | | 4041 |
| Lentulo & Marcello Coss. Ciuilia bella cœpta sunt, id est, Belli Gallici decimo. | | | Romæ Coss. | |
| Cæsar, ubi vltro citroque de pace legatis missis conueniri non potuit, traiecto Rubicone, Pisaurum, Fannum, Anconam occupat, Tignium Auximum, Aculum recipit. Consulibus, & Optimatibus Roma profugientibus Picenum percurrit, Pompeium Luceria Canusium proficiscentem, atque inde Brundisium, Brundisio autem in Epirum Dirrachium, quod consules ante traiecerant, cum omnibus copiis, relicta Italia, transgressum insecutus, custodibus Brundisio impositis ad urbem redit. | | | | |
| Pecunia ex æratio extorta, M. Lepido vrbi præfecto, qui postea trium vir, in Hispaniam, que à legatis Pompeij tenebatur profectus, Afranio & Perreio cum 7 legionibus victis, Hispaniam recepit. Massilia, quæ sibi primum in itinere portas clauserat, duobus præliis naualibus portus Romam iam à M. Lepido Dictator dictus rediit. <i>Ipsè lib. 1. de bello Ciuil.</i> | | 700 | <i>L. Emilio Paulo, C. Claudio Marcello.</i> | |
| Magistratu inuito exulibus omnibus redeundi potestatem, præterquam Miloni, concessit. Magistratus subrogauit, sacerdotes suffecit. Gallis Transpadanis ciuitatem dedit. Vndecimo inde die dictatura se abdicat & ab vrbe Brundisium proficiscitur <i>Ipsè lib. 3.</i> | | | | |
| In Macedonia factus consul res gerit, Seruilio collega consulatum Romæ administrante, & M. Cælium prætorem seditiones in vrbe, nouarum spe tabularum mouentem, de magistratu deiciente, qui vrbe pulsus Miloni exuli, fugitiuorum exercitum contrahenti se coniungens cum eo interemptus est. <i>Diog. Appianus.</i> | | | | |
| Exitu anni in Epirum transgressus Oricum & Apolloniam recipit, Dyrrachium petit, sed à Pompeio ad flumen Apum occurrente ita victus est, vt ille ob rei frumentariæ inopiam castra inde in Thessaliam transferre coactus fuerit. | | 701 | <i>L. Cor. Lentulo, C. Claud. Marcello.</i> | |
| Cum eodem in Pharsalia subsistente extremo prælio congrederetur, maximæque clade fusum ad mare compellit, ubi Pompeius naue in Ægyptum delatus iussu regis Ptolomæi antequam in terram egrederetur occisus est eodem die, quo de Mithridate & Tigrane regibus triumpharat. Cornelia vxore & Sext. Pompeio filio in Cyprum elabentibus. | | | Bell. Ciuile Cæsaris. | |
| Cæsar post diem tertium insecutus, cum ei Theodotus caput Pompeij & annulum obrulisset doluit & illachrymauit. <i>Appianus, Dio.</i> | | | | |
| Tertio anno Caleno & Vatinius Coss. Alexandria post nonum mensem recepta, Pharnacæque in Ponto superato, Romam redit & Dictaturam | 49 | 702 | | 4043 |

inuadit,

| An. ante Christum natum. | Anni ur- bis con- dita. | | Anni mundi. |
|--------------------------------|-------------------------------|----------------|----------------|
| 49 | 700 | BELLVM | 4041 |
| | | CIVILE | |
| | | CÆSARIS | |
| | | POMPEII | |
| | | ET | |
| | | | |
| 51 | | | 4043 |

inuadit, verbo, constituendæ reip. & rei gerendæ causa, re, vt omne ad se vnum ius Reipublicæ traheret quod ante multorum erat, quod posterius eius, sublato iam à M. Antonio Cof. Dictatoris nomine, Imperatoris vocabulo expresserunt.

Tertium & quartum consulatum titulo tenuit gessit contentus Dictaturæ potestate cum consularibus decretæ. *Sueton.*

Veteranis cum seditione missionem postulantibus dedit. *Epitom.*

In prælio Alex. regiam classem incendi inffit. Ea flamma cum patrem vobis inuassisset, 400 millia librorum proximis fortè ædibus condita, exussit. *Oros. lib. 6, cap. 13.*

Quarto Africam recepit Scipione & Iuba superatis. Quinto Hispaniam victis Pompeij filiis. Deinceps res urbanas gessit honorarios Coss. creare cœpit, Imperator appellatus & Pontifex Max.

Ita urbis 701, pulso Italia Pompeio, dictatura in sex menses capta, post vndecim dies abdicauit.

702 victo, occisoque Pompeio dictator fit in annum.

703 Alexandrinum & Ponticum bellum conficit.

704 Africanum, Numidia, quæ in Iubæ potestate erat, in prouinciam redacta.

705 Hispaniense. Inde dictatura in perpetuum accepta triumphum agit, Gallicum ex citro constantem, Ponticum ex acanto, Alexandrinum testudine, Africum ebore, Hispaniensem argento rasili.

706 triumphis actis magnis populum congiariis affecit, ludos fecit, epulum dedit, gladiatores & naumachiam ludis funebribus Iuliæ edidit, ædem Veneri genitrici prælio Pharsalico votam dicauit, forum Iulium extruxit, iudicia equitibus & senatoribus communicauit. Prætorii prouinciis annum, consularibus biennium statuit, annum ordinauit, senatum suppleuit, Patricios aliegit. *Plutarch. Sueton. App.*

Ex monte Albano ouans urbem inuit, deinde interfectus est.

Annum hunc alij Urbis fuisse dicunt septingentesimum nonum alij 710, alij alium, secundum diuersas veterum supputationes, de quibus post in Chronologorum scrupulis. Nos Liuium, vt Hebræicis summis congruentiorem, sequuti sumus.

Sofigenes Alexandrinus Mathematicus, cuius consilio Iulius Cæsar Pont. Max. in Ægyptum profectus, fastos sine Calendarium Numæ Pompilij nimis vndecim diebus breue, qui Lunaribus mensibus annos distinxerat, corrigi, & ad cursum solis reuocar, solares vel potius ciuiles siue vsuales menses in fastis reponens iuxta Ægyptiorum morem. *Plin. lib. 18, c. 15. Appian. in sine li. 2. de bell. ciuil. sub anno urbis 708, ante Christum an. 45*

Intercalati sunt dies 67. *Dion. lib. 3, & Plut. in*

Cæs. vel

C. vel 68 vt annus ille confusionis vltimus in dies 443 protensus fuerit. *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 14.* constiteritque quindecim mensibus, lunari- bus scilicet. *Suet.*

Cyclum decemnouennalem. qui aureus dicitur. condidit. Orbem per Geometriæ peritissimos emensus hæc celebriora comperit, Maria 30, insulas 27, montes 40, prouincias 78, vrbes insignes 370, maiora flumina 94, Gentes 125.

Ambitum vero orbis trecenties quindecies cenrena passuum millia continere. Longitudinera ab Oriente in Occidentem siue ab India ad fretum Gaditanum octies quinquies centum septuaginta octo milliaria, latitudinem à meri- die ad Septentrionem ferè dimidio minorem quinquagesies septuaginta duo milliaria.

Maris vero profundissimum perpendicularo in quindecim stadia portendi (id est, in Gallicam fere leucam) *Priscianus.* Sed ab eo tempore valde est aucta Geographia, Christianorum se- dularitate.

n CLEOPATRA propè Vrbs septingentesi- mum regina Ægypti à Cæsare constituta, Pto- lomo fratre submerso.

Roman Cæsarem visit, amasium suum.

Regnum tenuit vsque ad duodecimum Au- gusti. quo anno ipsa cum Antonio sibi mortem consciiuit.

R. Nehemias ben Haccana auctor epistolæ secretorum, in qua dicebat se tantum distare 30 annis à Christi ortu.

R. Iuda ben Simeon, qui libellum *וְיָדוּעַ*, i. re- uelator arcanorum, M. Antonio consuli dedica- uit.

Appollonius Rhodius Philosophus Rhodi do- cer. illic autem literarum gymnasium erat cele- berrimum.

Catullus, Sallustius, Nicolaus Damascenus histo.

Virgilius nascitur.

Seneca duodecimum annum attingit, ante- quam proscribatur Cicero.

Hortentius, Trebatius, Labeo, Sulpicius Iu- risconsulti. Cratippus Stoicus.

M. Varro Hellno librorum & literatorum do- ctissimus, quadringentos & nonaginta libros scripsit. *Gel. lib. 23.*

Vetus paræmia, fuit, eū tot tantæque scripsis- se, vt nihil videatur potuisse legere: tantum è con- uerso legisse, vt videretur nihil potuisse scribere.

Atticus annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit. *Cic. in orat.*

Nam eam longius repetere non potuit, quo- niam ante Olympiades nihil planè apud Græcos certum fuit. *Varro in Prolog. 3 de re rust.*

Anno ab vrbe condita 700 plurimam partem vrbs ignis fortuitus, nepe 15 vicos consumpsit. Hinc ciuile bellum committitur. *Oros. lib. 6, ca. 12.*

Cicero post oppressam remp. vacuus negotiis forensibus & ciuilibus multos quidem aureos li- bros philosophicos edidit, quos enumerat initio 2. de Diuin. sed in tribus de Natura Deorum se

An. ante
Christum
natum.

Anni
vrbs cõ-
dita.

Anni
mundi.

4011

47

702

720

13
n CLEOPATRA An-
tonij, an. 18.

4043

4061

Orode, deinde Phraarte 3,
Parthorum Rege.

ipsum

An. ante
Christum
natum.

Anniur-
bis con-
dita.

Anni
mundi.

47

702

4043

*Iul. Cæsare, an. 6. deinde
M. Antonio an. 12. Imp.*

Summa 270.

Romæ Coss.

702

C. Cæsare, P. Seruilio Isaurico.

Pharfalicum.

703

Qu. Fusio Caleno, P. Vatinio.

Alexandrinum &
Ponticum.

704

C. Cæsare 3, M. Lepido.

Africanum.

4061

ipsum superauit, Deo prouidente, vt Idolola- tria per suos cultores oppugnaretur, quæ mox per Christum esset expugnanda & triumphan- da.

Primum enim refellit Deum Epicureorum. Deinde Deos Stoicorum, planetas, &c. Deni- que Deos Populares, quos fabulosos vel homi- nes fuisse contendit. Horum librorum preiudi- cio Ethnici, cum à nostris grauarentur, eos cen- fuerunt per Senatum esse igni abolendos. *Ar- nobius lib. 3. contra gentes.* Interficitur annis 40 an- te Christi natalem.

Tyro eius libertus notarum siue abbreviatio- num inuentor, quibus alias addidit Philargius Mæcenatis, deinde Seneca.

Cæsar nouem annis subegit Gallias, in qui- bus, vt ipse de se scribit, & Eutropius reperit, ter fuit victus: semel in Aluernia præfens ad Gergouiam, metropolim regni, quod per diu Ar- uerni tenuerant in Aquitaniam & partem Celti- cæ: bis in Germania abfens.

Primus Romanorum Rhenum traiecit, & in Britanniam, quæ nunc Anglia, ita tamen vt du- bium reliquerit, essetne insula an continens. Esse postea insulam sub Seuero imp. compertum fuit.

Bellum ciuile gessit primùm in Illyrico ad Appolloniam & Dyrrhachium, deinde in Thessa- lia, in campis Pharfalicis.

Bello eius Africano, Galli 30. duo millia equi- tum loco pepulerunt & fugarunt.

Annis quinque, post victum Pompeium, im- perat, vel tribus & mensibus aliquot, iuxta *Egef. lib. 1, cap. 27. Ioseph. lib. 14 Antiq. cap. 19. Clemens. Strom. lib. 1.*

Deiictis in Africa Pompei partibus Ro- mam reuersus à Bruto & Cassio, & reliquis con- iuratoribus viginti tribus vulneribus in Senatu confoditur, cum sequenti die esset profecturus contra Parthos, die quadragesimo octauo post- quam triumphans ex monte Albano vrbe in- gressus esset.

Præter ciuiles victorias vndecies centum & nonaginta duo millia hominum in suis præliis consumpsit.

Nunquam legitur vulneratus.

Primus historicorum Latinorum Germa- niæ meminuit. Nam reliqui eam semper ha- buerant inter Scythiæ regiones obscurissimas suæque commemoratione indignas.

Expeditio eius in Galliam senatusconsulto suscepta annis ante Christum 58.

Eius aduentu in Galliam Sueffiones regem Galbam habebant, *lib. 2, cap. 1.*

Sequani Catamantaledem, quem Romani amicum ac socium appellarunt, *lib. 1, cap. 2.*

Aquitani Pisonem à Romanis amicum simi- liter appellatum, *lib. 4, cap. 3.*

Nitiobriges Oltoniconem, *lib. 7, c. 6.* Eburones Amborigem, *lib. 5, cap. 8.*

Aduersus eum Aruerni cum quadringentis

Ee

hominum millibus Vercingentorige Rege bellum gerunt. *Strabo lib. 4.*
 Vercingentorigis Aruerniæ rex, Amyntas Lycaoniæ, Atethas Arabiæ, Orodes Parthiæ, Malcus Nabatheorum, Deiotarius Galatiæ, Polemon Ponti.
 Galliæ status hoc tempore is erat, Capiebat gentes 3. 5. *Agrippa rex apud Ioseph. libr. 2. belli cap. 17.*
 Germanos potentia & imperio premebant & ferè genti iura dabant, virtute perpetuo superiores *Cæsar lib. 6. de Gal.*
 Facundiâ Græci, gloria belli Galli ante Romanos fuerunt. *Sallustium.* virtute belli omnibus gentibus præferebantur *Cæsar Ibid. lib. 5.*
 Augustodunū vetustissima post Massiliam bonarum artium sedes. *Tacit. lib. 3. Eumenis Rethor in oratione.*
 Vrbes primariæ sui iuris erant, nullius addictæ imperio, quæ populi & gentis totius nomine vocabantur. Plurimos etiam habebant regulos, quorum clientes Ambactos Cæsar vocat.
 Solebant, quoties de totius gentis commodis agebatur, conuentus indicere, in quibus in tres diuidebantur ordines. Primus eorum, qui sacra tractabant Druydæ. Secundus nobilium, regulorum & principum ciuitatis ac Rerumpub. Tertius populi.
 Druydæ præter cognitionem rerum naturalium, moralem exercebant disciplinam, animarum immortalitatem docebant, iustissimi erant omnium opinione. Sine his nihil siue in bello, siue in pace gerebatur Ideo & publica & priuata iudicia penes eos erant. *Cæsar, Mela, Strabo, lib. 4.*
 Semnotheis & Druydis factorum ministris colebant Teutatem, Hesium, siue Heum, Taranim, Ogmium, eisque humanas hostias litabant. Quiritus tamen ab Augusto, Tyberio, Claudio & sequ. imperatoribus sensim sublatus est. *Plin. lib. 30. cap. 1.*
 Contra Germani neque Druydes habent, neque sacrificiis student. De deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum aperte operibus iuuantur, Solem, Vulcanum & Lunam. Reliquos nec fama acceperunt, &c. *Cæsar lib. 6. Latrocinari virtuti ducunt, &c. Mela, Tacitus.*
 Nulla pars Galliæ inculta iacet, excepto duntaxat, quod paludes & Syluæ coli prohibent. Magis hominum frequentia, quam diligentia incolitur. Mulieres fœcunditate & educandi studio optimæ, viri bellorum magis, quam agri culturæ studiosi. *Strabo lib. 4.*
 Lingua eius non multum ab hodierna differbat, eiusdem significationis & prolationis, etsi fortasse rudior.
 Primò, quia nomina nationum, prouincia-

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|-------------|
| 47 | 705 | 4043 |
| | 705 | |
| | 706 | |
| | 707 | |
| | 708 | |

C. Cæsare 4. A. Q. Maximo.

Hispaniense.

C. Cæsare 5. M. Antonio.

C. Pansa, Au. Hirtio, hisq. mortuis Octauius Cæsare, & Q. Padio.

rum,

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|-------------|
| 47 | 74 | 4043 |
| | 708 | |
| | 709 | |

Mutiniense siue Antonianum.

M. Lepido, L. Minutio Planco.

Philippense.

P. Seruilio Isaurico, L. Antonio Pietate.

rum, ciuitatum, urbium, montium, Sylvarum fluuioꝝ, etiam hodie retinent antiquum nomen.
 Secundo, quia apud antiquos scriptores multa extant vocabula, quibus item hodie Galli, & nulli alij, vtimur, vt leuca, Beco, Crupellarius, Carra, Bracca, Bacchinum, Soldurius, &c. apud Cæsar. Ammian. Marcellinum, Suetonium, Tacitum, Gregorium Turonensem, Sidonium Apollin.
 Tertio, quia linguæ nullis vicissitudinibus & confusionibus ita solent mutari, nisi vetusti indigenæ penitus deleantur, quin radices & fundamenta permaneant, vt apparet ex Italicis & Græcis vulgaribus, quæ magis corruptæ sunt, quam mutata. Hinc migrantes in alienas sedes, alterum idioma potius imbibunt. Nam, vt Liuius in bello Asiatico de Gallogræcis ait, Planta facilè vertitur in id solum, in quo feritur.
 Germanicè non locutus apparet è sexto belli Cæsaris, vbi Ariouistus Germanorum princeps multa consuetudine Gallicam linguam didicisse dicitur.
 Non Græcè è quinto vbi Cæsar se ad Qu. Ciceronem epistolam misisse Græcis literis, ne intercepta à Gallis consilia sua cognosceretur, & è Phaurino philosopho Arelatensi, qui apud Gellium se Gallum Græcas literas didicisse proficitur.
 Coniecturæ, quas in contrarium affert in suo Celt-Hellenismo Leo Tripulcius, hoc tantum docent apud Gallos viguisse, literarum Græcarum studia, præsertim Massiliæ, quod vrbis esset Græcæ originis, ac doctos, præsertim Druydas, ea lingua delectatos siue scribendo, siue inter se conferendo, vt nunc Latina.
 Non Britonicè, vt Rhenanus ridiculè censet. Nam Britones aliunde in Galliam venerunt, nempe ex Anglia, è qua Britannicam linguam post sexcentimum Christi annum detulerunt.
 Massiliensium lingua tunc quidem potuit esse Græca, vt Siculorum, Melitenium, partis Italiae, quæ magna Græcia dicta est, verum id quia non erant Galli indigenæ siue aborigines. Massiliam enim Phœgenses fugientes Cyri dominatū, condiderant. Ex quo per hæc loca, hominibus paulatim excultis (inquit Marcellinus li. 5.) viguere studia laudabilium doctrinarum inchoata per Bardos, Euages, & Tectofages. Et Bardi quidem fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus, cum dulcibus lyræ modulis cantarunt, &c. Vbi nota Bardos originem referre ad Massilienses Græcos, contra eos, qui ante Cyrum, imò verò ab initio turris Babel, illos somniant in Galliis literas coluisse.
 Tempore Strabonis (id est, hoc. Nam Strabo sub Augusto) Massiliæ eloquētia & philosophia docebatur, contractus Græcè scribebantur, Romani neglectis Athenis eò ad disciplinas capessendas confluēbant. *Strabo lib. 4.*

4904

4061

Franci natio Gallica, & indigena, non Germanica, non Troiana, non Scandica, non Sicambrica, ex Ammia. Marcell. multo ante declinationem imperij. Nam de rebus Iuliani Imp. eos cis-Rhenum locat iuxta Chamianos (qui hodie Geldrenses) lib. 21. & 17. vbi & eos Salios vocat, vnde lex Salica. Apud quem etiam lib. 15. Romani, quo tempore signa trans-Rhenum inferebant, inter palatinos & pratorianos milites habebant Francos. Et Iustinianus Imp. epistola quam ad ipsos scripsit, apud Procop. lib. 1. ita eos alloquitur, ac si prouinciam Romanam minimè cepissent, sed iure eam, velut patriam, tenerent, eosque opponit Gotthis, qui imperatoris ditionis Italiam per vim ceperant, nec restituere decernebant. Denique Agathius lib. 1 disertè eos Germanos non esse asserit. Rectè igitur eos indigenas docet Connanus lib. 2 comment. Iuris ciuil. cap. 9 Idè; è Cæf. lib. 6, Liuij lib. 5, & Rhenani annotat. ad Tacitum.

Ab iis Franconia in Germania nomen accepisse videtur, quòd à Francis scilicet olim armis occupata fuerit, vt nùc tota Gallia. Vnde & veteres Franciæ siue Galliæ reges, iidem erant & Germaniæ vsque ad Carolum Crassum. 888. quo defuncto non solum Francorum regnum, sed & imperium scissum est.

Phraartes 3. Orodi patri à se interfecto in regnum Parthorum succedit. Triginta fratres necat.

Contra illum Antonius cum 15. validissimis legionibus pugnat infeliciter, vnde ex Parthia magna exercitus parte amissa refugit. *Iustinus lib. 42.*

Qua victoria insolentior factus Phraartes, cum crudeliter multa gereret in exilium à Parthis pellitur, regnumque eius Tyridati traditur, quod post annum, eo fugato, Scytharum ope recuperauit, deindeque cum Augusto pacem fecit.

ROMANA sub Triumviris
ab urbis 707.

C. Pansa & Aul. Hirtius nouissimi sunt Consules propriè, quòd deinceps sub Triumviris indeque sub Monarchis Respub. penitus fuerit.

Id est, sequentes Coss. satis superflue numerantur. Nam omnia non ad eorum, sed ad Monarchiæ vnus arbitrium fiebant. Nisi quòd Augustus in eis studiorum populi & Senatus auctoritatis semper rationem habuerit. Nihil enim propè vnquam egit, quod non alterutrius auctoritate fieri vellet.

Tiberius populum omni Reip. administratione exclusit. Senatum maximè veneratus est.

Sic Claudius, Caius, & Nero, quamuis tyrannicè Imperium egerint, Senatus tamen auctoritatem minimè neglexerunt.

Anni ante
Christum
natum.

47

Anni
vrbis con-
dite.

709

Anni
mundi.

4043

Perusinum L. Antonij.

710

Cn. Domitio Caluino, C. Asinio
Pollione.

711

L. Marcio Censorino, C. Caluiscio
Sabino.

711

4061

Sub

An. ante
Christum
natum.

47

Anni
vrbis con-
dite.

711

Anni
mundi.

4043

Parthicum Venditij.

712

Ap. Claudio, C. Norbano Flacco.

713

M. Agrippa, L. Caninio Gallo.

714

4061

Sub Galba bello ciuili inter Othonem & Vitellium, item hunc & Vespasianum Senatus potestas ita corruit, vt cū annum Reip. supremum vocet Tacitus. Nam deinceps Romani principes diuturnitate potestatis insolentiores omnia ad arbitrium, Senatus potestate neglecta, agere cœperunt, imperium in regni formam vertentes. Etsi alij alijs moderatius. *Onuph. in sua ciuitate Romana.*

Ita consules Hirtium & Pansam subsecuti sunt honorarij, nec à nobis adiciuntur, nisi vt nomen quidem processisse ad sequentia sæcula intelligeremus, at rem penes Tyrannos mansisse.

Hunc autem annum, quo Hirtius & Pansa consules fuerunt, vocant Solinus & Rufus Vrbis septingentesimum & decimum. Alij 712, alij alium. Sed iam docuimus nos Liuium sequi, quin & monuimus ex Cicerone ad Brutum ante vrbis quingentesimum omnem eius Chronologiam esse incertam.

Hi autem ante à Cæsare fuerant designati, quàm interficeretur, tum cum expeditionem ad ornans in Parthos, in insequentes annos plures magistratus creauit.

Antoniano bello ad Mutinam à D. Bruto contra Antonium defensam, Antonium castris exuerunt, & ad Lepidum proc. in Galliam profugere cœgerunt. Hirtius post victoriam faucibus obiit. Pansa Bononiæ item ex vulnere mortuus est.

Bruto & Mutina obsidione liberatis solus Octavius Cæsar, qui se consulibus adiunxerat incolumis victoria fruitus est, & honorificè à Senatu habitus, maximè auctore Cicerone, *Dio. Velleius.*

Qui cum à Senatu, vt consul in locum consulum occisorum fieret, non impetrasset, reconciliatus M. Antonio & M. Lepido, contracta etiam affinitate per desponsationem Clodiæ priuignæ Antonij, exercitum Romam adduxit, consularumque, annos tantum 20 natus, inuasit, Qu. Pædium sibi collegam subrogans, *Suetonius.*

Qu. Pædium Coss. legem tulit de quæstione habenda in interfectores Cæsaris, Postulati ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus, absentes damnati sunt.

D. Brutus, cui Senatus vt M. Antonium persequeretur mandauerat, relictus à legionibus suis in Gallia, iussu Antonij ad Aquileiam captus interemptus est.

Octavius Cæsar M. Antonium & M. Lepidum ex Gallia in Italiam accersit. In Bononiensi agro se triumvros Reip. constituenda cum summo imperio in quinquennium renuntiant.

Lepido Hispanias & Narbonensem Galliam, Antonio reliquas Gallias, Cæsari vtramque Lybiam cum Sicilia & Sardinia distribuunt, Magistratus, nec Senatu nec Populo consulto, quibus voluerunt, mandant. Lepidum in locum occisi D. Bruti consulem in sequentem annum creant, eumque ad Romam ac reliquam Italiam tuen-

E c 3

dum instituunt.

Antonium ac Cæsarem ad Cassium Brutumque bello persequendum, & ad proscriptionem Senatus cædemque inimicorum ciuium edendam, ad quæ exequenda confestim omnes Romanam conuolant.

Inter proscriptos fuere L. Paulus frater M. Lepidi, L. Cæsar auunculus Antonij, M. Cicero, qui Oct. Cæsarem suis sententiis euexerat. Cuius occisi è Popilio legionario milite à se olim defenso & è cruce erepto, caput, cum manu dextra in rotis positum est. *Plut. Dio.*

M. Brutus, qui tota Epiro & Macedonia in potestatem redactis à Senatu præesse Macedonia iussus fuerat, inde in Asiam contrahendorum auxiliorum causa se contulit.

In Europam regressus Adali agtum populo Rom. ab eo moriente relictum recepit, & Besis in Macedonia irrupentibus ope reguli Rascyporidis victis, Imperatoris nomen sibi peperit.

Cassius pecuniis in Asia corrogatis Dolabelam in Laodicea obsessum, vt sibi manus inferret coegit. Rebus inde omnibus in Syria & Cilicia constitutis Smyrnam in Asiam ad Brutum ad ordinanda belli consilia contendit, quod aduersum se à Triumviris comparari acceperat.

Ita Cassius Rhodiis & Ariorbazane, Brutus Lyciis, Patareis & reliquis Asianis subactis in Macedoniam, vt ibi bellum gererent, traiecerunt, & ad Philippas castra è regione hostium posuerunt.

Priore prælio Cassius ab Antonio pulsus, cum Brutum in acie cecidisse metueret, sibi liberti manu mortem intulit. Posteriore paucos post dies victus M. Brutus, desperatis rebus & ipse manu Stratonis fugæ comitis se transfodit. Quod idem fecerunt principum Romanorum circiter 40.

Q. Hortensius hic quoque occisus est.

Hinc Cæsar Hispania & Numidia sibi sumpta in Italiam æger reuertit. Antonius Gallia & Africa sibi assignata in Asiam ad cogendas promissas militibus pecunias profectus est.

Perusia Cæsar in Etruria L. Antonium Conf. multa contra se consilio Fuluiæ vxoris M. Antonij molitum, conclusum diu obsedit, postremoque conatum aliquoties erumpere in deditonum cepit. Ei veniam dedit plerisque equitum & Senatorum ad aram C. Cæsaris immolatis. Perusiam diruit, Italiam totam in potestatem redegit, Fuluiam ad Marcum Antonium virum cum liberis & Iulia eius matre fugauit.

M. Antonius & Cæsar mortua Fulvia in gratiam redierunt, atq; hinc Cæsar Sardiniam, Dalmatiam, Hispaniam, Galliam, Antonius reliqua omnia supra Ionium mare in Asia & Europa sortiti sunt, excepta Africa, quam Lepidus, & Sicilia, quam Sext. Pompeius tenebant. Et in urbem

Anni ante Christum natum.

47

714

715

716

Anni urbis condita.

713

714

715

716

Romæ Conf.

L. Gellio Poplicola, M. Coccio Nenna.

Bellum Siculum Sex. Pompeij.

Sex Pompeio, L. Cornificio.

Anni mundi.

4043

4061

An. ante Christum natum.

47

716

717

Anni urbis condita.

716

717

M. Antonio, eoque abdicante L. Sempronio Atratino, L. Scribonio Libone.

C. Cæsare, L. Volcatio Tullo.

Anni mundi.

4043

4061

equis inuecti sunt, Octauia etiam Cæsaris sorore Antonio in matrimonium collocata.

Ventidius ab Antonio amore Cleopatraz in Ægypto implicato contra Parthos missus, eos tribus præliis fudit. Labienum Pompeianarum partium ducem & Pacorum regis filium occidit. Parthos Syria & Tauro monte expulit, Palæstinam recepit. Primusque omnium de Parthis triumphauit. *Suet. Eutr. lib. 7.*

Aug. Cæsar M. Agrippam ignobili loco, bonum militia, victoriæ locum geminatis consularibus exulit. Post etiam mortuo Marcello sororis filio generum sumpsit. *Tacit. lib. 1.*

Is Gallos noua molientes deuicit, & secundus Romanorum belli causa Rhenum transit. In Aquitania rem prospere gessit.

Eo & Caninio Consulibus Triumviri, cum quinque anni Trium viratus, in quos se crearat, abiissent, semet in alterum quinquennium prorogarunt.

Sex Pompeius minimus filiorum Pompeij, qui è Gorduba, vbi obsidebatur, Iulio Cæsare Hispaniense bellum conficiente elapsus in Lusitaniam veniens aliquandiu latuit. Occiso iam Cæsare Hispaniam inuasit. Deinde cum M. Lepido, qui à Cæsare alteram Hispaniam obtinuerat, fœdus fecit, vt recuperato patrimonio Hispania recederet. Quod fœdus à M. Antonio Conf. confirmatum est.

Is postea lectis ex Epiro proscriptis ac fugitiuis diu in mari prædatus Messanam in Sicilia primum, deinde totam insulam occupauit.

Facta cum Triumviris pace nec seruata, quod rursus latrocinii mare vexaret, & annonæ subuectionem impediret, post multa naualia prælia dubio euentu commissa, tandem fugatus est.

È Messana Corcyram, inde in Cephaleniam venit, denique in Asiam ad Antonium. Et cum eum in Lesbo res male gessisse contra Medos, audiret, ratus se Antonij imperium ad se translaturum, per M. Titium Antonij legatum, iussu eiusdem Cornificio & Pompeio Conf. interfectus est. *Dio. Appianus.*

M. Lepidus pacta occulta cum Sex. Pompeio in bello Siculo iniens, post eum fugatum, Messanam occupauit, ac Siciliam sibi vendicauit, Cæsare in ius vocato.

Sed bello peritus atque à suo exercitu desertus, abrogato Triumviratus honore, supplex à Cæsare vitam impetrauit, & Circeios in perpetuum relegatus est. *Suetan.*

Sexto Pompeio iu Sicilia victo, Lepido triumphali potestate exuto, Dalmaticum, siue Illyricum bellum Octauius Cæsar suscepit, multis annis cum Noricis, Pannoniis, Rhetis, Illyriis, Dalmatis, Iapygibus, Liburnis, Tauristis, Mœsis, Thracibus, Vindelicis, Getis, Basternis, Germanis, & cæteris trans-Rhenanis & Danubianis, partim suo, partim Agrippæ, Vibij, Afrij Polionis, M. Craffi, L. Pisonis, L. Lentuli, Neronis

Druſi & Tib. Cæſaris ductu conſectū. Tum limes inter Barbaros & Romanos per Vindeliciū, Noriciū, Pannoniam & Mæſiā eſt conſtitutus. Stratilius Taurus in Africā à Cæſare poſt victum in Sicilia Lepidum miſſus, de Africa C. Solius, cui imperium Syriæ & Ciliciæ Antonius tradiderat, de Iudæa, quæ Romanos multis detrimentis Antigono rege affecerat, C. Norbanus de Hiſpania triumphauit.

Atticus Ciceronis amicus Cn. Domitio & C. Soffio Coſſ. moritur. Cor. Nepos. Tum tranſactum eſt ſecundum quinquennium Triumviratus, atque ita hoc primū anno Cæſar priuatus fuit.

Vltimum bellum ciuile Actiacum, quo conſecto Romanum imperium totum ad Cæſarem, qui poſt Auguſtus eſt appellatus, tranſactum eſt.

Suſceptum eſt paruis occaſionibus Antonius ſcilicet obiciebat Cæſari, quod, Lepido Triumviratum abrogaret, copias eius & ſexti Pompeij, quas communes eſſe oportebat, itēque eas, quas in Italia conſcripſerat, quæ communis erat, vnus ſibi ſumpſiſſet.

Cæſar Antonio, quod Ægyptum ſine ſorte teneret, Sextum Pompeium, cui ipſe ſponte ignouiſſet, interfeciſſet Artanufdam regem Armeniorum dolo capum in vincula conieciſſet, regnum eius filio ſuo ex Cleopatra nato deſtinaret, Cleopatram & liberos ex ea ſuſceptos ingentibus muneribus donaret, ſēque in Ægypto cum Cleopatra ſepeliri iuſſiſſet, Cleopatræ filium ex C. Cæſare Cæſarionem appellaret, & ad Cæſaris genus traduſſet.

Ad Actium Epiri promontorium multis præliis: vno equeſtri, cæteris naualibus proſperè geſtis, vltimo cum totis Orientis viribus, id eſt, Aſiæ Iudææ, Thraciæ, Macedoniæ, Græciæ, Ægypti, Cyrenæ, regum & dynaſtarum omnium, à Cæſare militibus Galliæ, Italiæ, Siciliæ, Sardinia, Hiſpaniæ, Libyæ inſtructo, victus cum Cleopatra Alexandriam in Ægyptum profugit, vbi obſeſus, in vltima rerum deſperatione, præcipuè falſo Cleopatræ occiſæ rumore impuſus ſe ipſe interemit.

Cæſar Alexandria in poteſtatē redacta. Cleopatrane in arbitrium victoris veniret, volūtaria morte per ſibi ipſa motas aſpides deſucta, in urbem reuerſus tres triumphos egit, vnum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium de Cleopatra mortua tranſlata.

Sicque ſinem bellis ciuilibus impoſuit anno altero & vigeſimo. Nam cæpta erant Lentulo & Marcello Coſſ. In monumentum victoriae Nicolim iuxta Actium extruxit, & Agonem Actium inſtituit.

Ægyptum in prouinciæ formam redegit, ei Cornelio Gallo præfecto. Inde in Aſiam per Syriam venit, atque ibi hyemauit. Aſtatem autem ſequentem in Italiam decedens, urbem cum tribus his triumphis ingreſſus eſt.

Herodem etſi Antonij partem ſecutum regē

An. ante
Chriſtū
natum.

Anni
urbis cō-
ditæ.

Anni
mundi.

47

4043

718 Cn. Domitio, C. Soffio.

719 C. Cæſ. 3, M. Valerio Meſſala
Cornino.

Bellum Actiacum.

4061

conſir

An. ante
Chriſtum
natum.

Anni
urbis cō-
ditæ.

Anni
mundi.

47

720

29

749

4061

4090



Quarta Monarchia Romanorum ab Oceano Hiſpanico, uſque ad Euphratem, quæ ferrea Dan. 2.



ERA Auguſti an. 38 ante Chriſti natalem de qua ſuprà. Quarro eius an. Vaſius Chro. c. 22. qui hæc ex Eusebij Chronico manuſcripto citat. Hoc tēpore edicto Auguſti Cæſaris æs in tributum & cenſus dari iubetur. Ex quo æra collecta eſt. Aliis Aera numeri notam, vel ſupputationem deſignat.

Auguſtus nepos Iulij, Cæſ. 18 ætatis an. Ciceronis opera dux aduerſus Antonium deſtinatus eſt.

Inita cum Antonio & Lepido ſocietate extorſit, vt ſibi viginti annos nato conſulatus daretur. Hinc deinceps Reip. præfuit an. 56.

Quadrageſima quatuor legiones ad tutelam orbis terrarum diſtribuit. Oroſ. lib. 6. c. 19

Cum Phraarte Partho pacem inuit, ſigna, quæ ſub Craſſo, deinde ſub Antonio capta erāt, cum captiuis recipiens. Juſt. lib. 42

Et eius filium, quem negligentius cuſtoditū Tyridates quidam de Parthorum regno contendens, rapuerat, & ad ipſum duxerat, viciffim redens. Ibid.

Cantabri & Aſtures mortaliū vltimi in Rom. poteſtatem venerunt, & nouiſſimi ab eis deſecerunt, ad eō vt cum Gotthi Hiſpanis iura darent, nunquam imperata fecerint, ſemper ſuis vſi legibus. Vaſius, Paulus Aemilius.

Cantabros & Aſtures vltimos Hiſpaniæ populos Auguſtus debellās, Tarraconi legatos Scytharum & Indorum, eius amicitiam poſtulantes excepit. Ita 300 annos in Hiſpania decertatum eſt donec tandem tota Cæſari paruit, Cantabris poſtremo ab ipſo ſuperatis.

Coponium conſtituit Syriæ præſidem, & Quirinum procuratorem Iudææ. Joſeph. Antiq. lib. 18. cap. 1. Non dudum ante natiuitatem Chriſti, vt deſcriberetur primum vniuerſus orbis Luc. 2.

Vniuerſæ terræ tributum æris imponens, vt fluuium Tyberim pontibus & tabulis æreis admodum craſſis conſtrueret ad viginti milliaria. R. Abraham in Cabbala hiſtorica.

Ob quem cenſum tumultus multi exorti, qui in Gallia vix ſunt compoſiti. Florus in Epiro. Liuiana lib. 139.

Anno deinde decimo poſt, perfeſta eſt deſcriptio (ſecunda ſupple) capitum & facultatum per Syriam & Iudæam ab eodem Quirino, ſiue Cyrenio cenſore ad id conſtituto atque miſſo. Joſeph. ibid. cap. 1. & 3.

Vel ſi vnica fuit Cyrenij deſcriptio, errauit Joſephus tempore.

Charthaginem & Corinthū euerſas reſtituit. Lugdunum Romanorum coloniam, per Minu-

rium

I
a Deuicto Antonio Auguſt. ſolus ad Chriſti vſque natalem imperium tenuit, an. 29.

Phraarte 3 Parthorum
rege.

Romæ Coſſ.

720 C. Auguſto Cæſ. 4. M. Craſſo deinde
in eius locum, M. Tullio Cice-
ronis filio.

721 C. Cæſare 5. Sex. Apuleio, deinde
Potiſto Valerio.

Iani templum clauſum.

722 C. Cæſare 6. M. Vipſanio Agrippa 2.

Bellum Cantabricum
Iano aperto.

29

4041

tiū Plancum Ciceronis discipulum condit. Euseb.

Quinque bella ciuilia gessit, Mutinense contra M. Antonium, Philippense contra Brutum & Cassiū. Perusinū contra L. Antonium Triumvirū fratrem. Siculum cōtra Sextum Pompeium. Actia cum contra M. Antonium, quod inter eos exarsit anno Herodis tertio, post quod Ægyptus Romana prouincia facta est.

Deinde pace terra, marique parta Ianum clausit. Oros. lib. 5, cap. 16. & 18, qui bis tantum ante ipsū fuerat clausus, sub Numa rege, & pace primū cum Charthagine inita.

Cum sibi monarchiam citra tyrannidis opinionem stabilire uellet, id perfecit decenniorum & quinquenniorum rogatione. Quod secuti reliqui Cæsares, quamquam non incertum tēpus, sed in totam vitam designarentur imperatores, tamen quinquennalia & decennalia celebrarūt, quasi tum imperium renouantes.

Errorem, qui ex arunculi Iulij Cæs. male percepta intercalatione ortus est, Augusti sequens castigatio sustulit. Macro. lib. 1. Satur. cap. 14.

Quæ hodie iam alia castigatione indiget. Nā erratum fuit singulis annis 106, vno die. Itaque intercalandi sunt dies quindecim, qui singuli, singulis 106 annis accreuēre. Quod sic recte fiat, vt Ianuarius sit cum Capricorno, quando incipit sol ad nos redire, & dies longiores efficere. Neque enim Calendarium melius corrigi possit, quam vna simul incedant menses & signa Zodiaci, Æquinoctiorum locis in primo gradu Arietis & Libræ exacte constitutis. Postellus.

CÆTERA illius memoria per consulum ordinem ab eius victoria Actiaca ad Christi ortum sic habent.

Quo tempore nuntiata est mors M. Antonij, in parte anni consul erat Ciceronis filius. Dio. Plin. lib. 22.

Senatus statuas Antonij deiecit, ac decreto, ne quis ex gente Antonia, Marci pronomine uereteretur, statuit. Plutarc.

Ipsō Cæsare & Sext. Appuleio Coss. Cæsar victor ab oriente rediens octauo Idus Ianuarij urbem triplici triumpho ingressus tum primū Iani portas sopitis omnibus, finitisque bellis ciuilibus clausit, quo die Augustus consalutatus est. Oros. libro 6, cap. 18. post 200 annos ex quo clausus, moxque apertus fuerat. Ibid. cap. 19.

De rep. populo, Senatuique reddēda & deponēdo imperio deliberauit, M. Agrippa suadēte maxime. Interim dissuadenti Mæcenati assensit, sed vt magis coleretur, & uolentibus ciuibus, imperium stabiliret, prouinciarum administrationem cum Senatu & populo communicauit. Nam Senatui populūque Africam, Numidiam, Asiam, Græciam, Epirum, Dalmatiam, Macedoniam, Siciliam, Cretam, Cyrenem, Bithyniam, Pon-

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|---|-------------|
| 29 | | | 4061 |
| | 723 | C. Cæsare 7, M. Agrippa 3. | |
| | 724 | C. Cæsare 8, T. Statilio Tauro 2. | |
| | 725 | C. Cæsare 9, M. Iunio Sylano. | |
| | 726 | C. Cæsare 10, C. Norbano Flacco. | |
| | | Ianus secundo ab Aug. clausus. | |
| | 727 | C. Cæsare 11, Cn. Calpurnio Pisone post mortem A. Terentij Varronis Murene. | |
| | 728 | M. Marcello, L. Aruntio. | |
| | | | 4090 |

| An. ante Christum natum. | Anni urbis condita. | | Anni mundi. |
|--------------------------|---------------------|--|-------------|
| 19 | | | 4061 |
| | 729 | M. Lollo, Qu. Emilio Lepido. | |
| | 730 | M. Apuleio, P. Silio Nerua. | |
| | 731 | C. Sentio Saturnino. P. Lucretio Cinna Vespillone, quibus sufficit Velleius M. Vinucium & Agrippam. 4. | |
| | | Pannoni cum per triennium. | |
| | 732 | Cn. Lentulo, P. Lentulo Marcellino. | |
| | 733 | C. Furnio, C. Iunio Silano. | |
| | 734 | L. Demitio, Ahenobarbo, P. Cor P. Scipione. | |
| | 735 | M. Druso Libone, L. Pisone. | |
| | | | 4090 |

tum, Sardiniam & Bæticam, quæ pacatioris erant, tradidit.

Sibi uero sumpsit reliquā Hispaniam, & Tarraconensem & Lusitaniam, & Galliam omnem Narbonensem, Lugdunensem, Aquitanicam, Celticam, & eorum Colonias, Germaniam, Cœlem Syriam, Phænicem, Ciliciam, Cyprum, Ægyptum. Post autem Cyprum & Galliam Narbonensem populo dedit, ab eo uero Dalmatiam accepit. Quæ permutatio in aliis post etiam gentibus facta est.

Ac ut omnem de se Monarchiæ suspicionem eximeret, potestatem rerum, quæ sibi concessæ erant, in decennium sumpsit, ita ut successione decenniorum perpetuo imperium administrauerit.

Quin & in Senatu se reddere temp. publicè dixit. Verum Senatorum alij, quod fidem uerbis eius non haberent, alij quod grauiora damna ex populari statu extimescerent, alij quod eius offensionem, si aliter facerent, metuerent, precibus coegerunt, ut imperium solus ipse retineret, ac satellitibus custodibusque uitæ eius stipendium duplicarunt, perinde ac sic serio abi-re imperio uoluisset.

Ipsomet Cæsare sextum, & M. Agrippa secundum Coss. contra Cantabros, & Asturas Hispaniæ fortissimas gentes Ianum aperuit, atque in Hispanias cum exercitu profectus est. Oros. lib. 6. cap. 20.

Censores longo interuallo creati desuetos creauit, qui centum quadraginta per bella ciuilia temere in Senatum ingressos senatu mouerunt, aliis quinquaginta uero cedentibus. Dio.

M. Agrippa tertium consul Pantheon templum fecit. Dio.

Septa in campo Martio dedicat.

M. Crassus ex Thracia & Getis triumphat, Rhodo quodam Getarum rege in potestatem adducto.

Polemo rex Ponti in amicitiam Augusti accipitur. Dio.

Septimus, Octauus, Nonus Consularis ab Augusto Tarracone initur. Tandiu enim illic mansit ad bellum Hispaniæ conficiendum. Suet.

Tumque Aminta rege mortuo Galatia cum Lycaonia prouincia facta est. & oppida Pamphylia libertate donata.

Iubæ, pars Getulix pro paterno regno permessa. Dio.

Hispani & Salassi uicti. Sicque Cantabricum bellum post quinque annos confectum est. Dio.

Quo confecto cum bellum Parthis inferre uelle uideretur, tota Parthia captiuos ex Crassi & Antonij exercitu collectos signaque militaria his erepta recepit, filiis, nepotibusque Phraartis obsidibus datis.

Apud Tarraconem etiam legatos Indorum & Scytharum excepit, & pacem cum eis firmauit. Oros. lib. 6. cap. 20

Omnibus ad occasum & meridiem pacatis gentibus, ad Septentrionem quoque duntaxat intra Rhenum atque Danubiū, item ad Orientem intra Taurum & Euphratem, Nilum quoque, reliqui qui immunes imperij erant, vt Scythæ, Sarmatæ, Seres & Indi misere legatos amicitiam petentes. Parthi quoque quasi victoriæ Crassianæ pœniteret, vltro signa retulere. Sic vbique cuncta atque cōtinua torius generis humani aut pax fuit aut pactio. Tūmque ausus est tandem Augustus septingentesimo ab V.C. anno Ianum geminum claudere bis ante se clausum, sub Numa rege & victa primū Carthagine. Hinc conuersus ad pacem pronū in omnia mala sæculum, grauib; seuerisque legibus multis coërcuit. *Florus in sine lib. 4.*

Hic Canters legendum censet, septingentesimo quinquagesimo, vel quinquagesimo secundo, vt habet Orosius libri sexti capite vltimo, sed id postea expendemus.

Hinc nascitur Christus, secundum illud Danielis cap. secundo. In diebus autem regnorum illorum (id est, vnus siue vltimi illorum, siue illis adhuc stantibus, necdum absumptis) suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri non tradetur. Comminuet autem & consumer vniversa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. De regno Christi & Ecclesiæ, cuius initia in eius ortu.

b I-T-A Bruto & Cassio cæsis, Sext. Pompeio apud Siciliam oppresso, exuto Triumviratu Lepido, interfecto Antonio, solus per 44. an. remp. tenuit. Romano adiecit imperio Ægyptū, Cantabriam; Dalmatiam omnem, Pannoniam, Rhetiam, Vindeliciam, Saluffos in Alpibus, omnes Ponti maritimas ciuitates, vt Bosphorum, Pontirapem. *Entro.*

Vicit Dacos, Germanos trans Albim submoit, Pannonico bello per Tyberium 400 millia captiuorum ex Germania supra ripam Rheni in Galliam transtulit. Armeniam à Parthis recepit, Galatiam prouinciam fecit cum antea regnum fuisset, sic Iudæam &c. Parthos, Indos, Seras, Scythas in fœdus recepit. *Idem.*

Cossus Lentulus Getulos accolat Syrtium compescuit, vnde illi Getulici cognomen. *Florus.*

Tib. Nero expleto suæ tribuniciæ potestatis quinquennio, priuatus Rhodi mansit. *Dio.*

Quadriennio post, Caio & Lucio ex Agrippa & Iulia nepotibus adoptatis intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare. Hinc tribuniciam potestatem iterum accipit. *Velleius, Suetonius.*

Lex Ælia Sentia fertur. C. Sentius ex Germania triumphalia ornamenta & insignia refert. *Dio.*

Tribus annis post Germanicus Ti. F. ex Dalmatica victoria, quo tempore Quinctilius Varus cū legionibus in Germania cæsus est. *V. 759. Dio.*

Anni Christi. 0 15 750 751 752 753 754 755 15

Anni urbis condita. 4090 4105 750 751 752 753 754 755 4015

b Post CHRISTVM adhuc imperat anno 15.

Phraarte 3 Parthorum rege decimo. Deinde Phraante quarto anno 2, Orode anno 2.

Romæ Coss.

Cosso Lentulo, L. Pisone Augure.

Augusto 14, L. Paulo.

P. Vinucio, P. Alphenno Varo.

M. Seruilio, L. Ælio Lamia.

Sex. Ælio Cato, C. Sentio.

Cn. Cinna, L. Valerio Messala Doluso.

Anni mundi. 4090 4105 750 751 752 753 754 755 4015

| Anni Christi. | Anni urbis condita. | |
|---------------|---------------------|--|
| 1 | | |
| | 756 | M. Lepido. L. Aruntio Planco. |
| | 757 | Q. Cæcilio Metello, A. Licinio Nerua. |
| | 758 | M. Furio Gamillo, Sex. Nonio Quinctiliano. |
| | 759 | Qu. Sulpicio Camerino, C. Poppæo Sabino. |
| | | Bellum Germanicum siue Dacicum. |
| | 760 | P. Cor. Dolabella, C. Iulio Silano. |
| | 761 | M. Lepido, T. Statilio Tauro. |
| | 762 | Germanico Cesare, C. Fonteio Capitone. |
| | 763 | L. Munatio Planco, C. Silio. |
| 15 | 764 | Sex. Pompeio, Sex. Appuleio. |

Anni mundi. 4090 4104

Mæsta ciuitate clade Variana Tiberius triumphum ex Illyrico, quod intra Italiam, regnumque Noricum & Thraciam & Macedoniam, interque Danubium & sinum Adriatici maris patet, perdomito & in ditionem redacto in triennium distulit.

Ætarium militare institutum, & onus Centesimæ vrbi & Italiæ impositum sub vrb. 756, *Dio, lib. 55.*

Biennio post ab Augusto interdictum omni variciniis & prædictione, *Dio.* quod antea Senatusconsultis factum de Mathematicis & Magis Italia pellendis, vt Urbis 614. M. Popilio Lanatæ, C. Calpurnio Coss. *Val. li. 1. 721.* à M. Agrippa.

Sext. Pompeio, Sext. Appuleio Coss. Augustus Nolæ moritur ætatis 77. dempto vno mense & diebus quatuor, imperij post Actiacam victoriam 44. demptis decem diebus.

Strabo historicus & Geographus, quæ post Polybium à Romanis gesta sunt, libris 43. comprehendit.

DIOSCORIDES.

Trogus Pompeius, vt è Iustino eius Epiromaste intelligitur.

Diodorus Siculus 40. libris bibliothecam siue historiam mille centum & triginta octo annorum condidit, qui terminantur Cæsaris expeditione contra Gallias. *Ipse in prefat. 1.* anno Urbis 695. Primus fabulas tantum exponit, quia perquisitis omnium historicorum profanorum scriptis, certi nihil de prioribus temporibus repererat. Belli autem Troiani tempus narrationis suæ exordium statuit, Apollodori & Varro nis præsertim operibus adiutus.

Dionysius auctor libri de Situ orbis poëta Geographus.

Horatius, vita incontinentissimus, sententis grauius. Propertius, Tibullus, Vitruuius.

Hortensia Hortensij filia, luculentam orationem ad Augustum habuit.

Messala Coruinus, orator haud vulgaris, morbo rerum omnium memoriam, sui etiam nominis, amittit.

Ouidius ad Getas in exilium ablegatur.

Cotys Getarū rex litteris & poësi excultus, in cuius regno exulauit Ouidius, cui & dicauit Elegiam tertij de Ponto.

Cornelius Gallus Foroiulienensis poëta, qui se postea interemit. Ægypto in formam prouinciæ redactæ primus præficitur, deinde relegatur.

Thebæ Ægyptiæ vsque ad solum ruptæ.

Larmonocagas Indus viuens ac ridens in ardentem pyram Athenis se conijcit.

Porus rex Indiæ, Obadas Aegypti (partem aliquam Aegypti esse oportet versus Aethiops) Lathyrus Arabiæ, Hiarbas Lybiæ, Archelaus Cappadociæ, Herodes Iudææ, Bulogefes Besus Thraciæ.

Germani inter Albim & Rhenum à Tyberio Nerone & fratre eius Druso superantur, vnà cum Vindelicia, Pannoniis & Armeniis.

deo Augusti vigesimum excedatur. Et tamen alij sentiunt anno Urbis 709 vel 710. Iulium Cæs. fuisse interfectum, alij multo posterius & ita de cæteris.

Quare Cicero in Bruto tradit magnam in annis ab V. C. numerandis ac digerendis inter antiquos scriptores, dissensionem fuisse. Omnis autem huius controuersie causam inde oriri putat Car. Sigonius pag. o. suorum factorum, quod quos alij consules & sine Coss. dictatores saepe interserunt, eos alij omnino prætereant.

Ego etiam, quia ante quingentesimum V. annum multa illic irrepserunt fabulosa & ficta, dum posteriores, noui præsertim homines, quadam ambitione suam progeniem ad fictos antiquos consules & magistratus referre studuerunt, quemadmodum Messala Augusti ad Iulum Aeneæ.

Quo pertinet, quod ibidem Sigonius scribit variam & inconstantem apud omnes esse annorum rationem, vsque ad quingentesimum ferme annum V. C. Ab eo verò litem nõdum esse compositam, quoniam hoc constanter inuenitur (inquit) quod alij alios vno, alij duobus, alij tribus, alij quatuor annis antecedunt aut subsequuntur.

Quæ commemorare volui aduersus eos, qui putant Vniuersale Chronicon recte ab annis Urbis c. & Coss. posse deduci. Nam illa ratio est incertissima, nondumque inter doctos constituta. Sed nec urbis historia repeti certo potest ex scriptoribus Lini ducentis annis antiquioribus, ne quis nos illorum præiudicio vrgeat, vti Cicero & Velleius lib. I. indicant.

Quin & inter Latinos ipsos de anno urbis cond. tanta est quæstio, vt cum definiti non possit oportuerit Onuphrium in fastis ex omnibus sententiis duas probabiliores colligere, & vtramque suis fastis adiungere, vt quam quisque vellet sequeretur.

Adde non facile conciliari numerationem ab vrbe cond. cum Græcanicis rationibus siue Olympiadum, siue regum, etiam si illa liquido constaret. Siquidem non bene conueniunt anni integri, quales ferè sunt Coss. post exactos reges, cum fractis, quales sunt Græci, aut anni Emergentes, vt vocant, cum vsualibus. Item quia in vtraque numerandi ratione maxima existit extremorum diuersitas, minimè in principiis & finibus consentiens.

Quamquam nec apud Romanos perpetuo annus fuit integer, vel dies certus. Nam alij nouem mensium fuisse primum Consulatum Bruti, alij sedecim aiunt, item annum à Calendis Octobris ex Dionysio fuisse inceptum, alij ex Plutarcho à Calendis Ianuarij. Denique initio consulatum fuisse initum Idibus Decèbris. Deinde propter rem male ad veios gestam, abdicatis prioribus magistratibus, Cal. Octobris, demum sub 530. V. Idibus Martiis.

Anni ante Christum natiuitatem.

Anni urbi condita.

Anni mundi.

DE SCRVPVLIS

CHRONOLOGORVM.

4122

Quæ

Anni ante Christum natiuitatem.

Anni urbi condita.

Anni mundi.

DE SCRVPVLIS

CHRONOLOGORVM.

GORVM.

Quæ omnia, vt initio habeant exigua, at progressu maximam, valdeque notabilem differentiam efficiunt. Quod in vnus Iulij Cæsaris quinquennio apparet, cuius proinde imperium veteres annis tribus, mensibus octo & diebus aliquot definierunt, quoniam primus & vltimus non fuerunt completi, sed simul iuncti, menses duntaxat octo & dies aliquot constituerunt. Nã primus sex tantum menses & paucos dies ante Calendas Iulias comprehendit, circa quas Pompeium ad Pharsaliam vicit, & solus imperare cœpit, vltimus menses tantum duos & dies quindecim, vt qui 15 Martij à coniuratis interfectus sit. Sicque in illo quinquennio, 16. menses desiderantur.

Hæc qui minus obseruant, iterum dico, frustra se in Chronologia torquent, & perperâ exactam omnium rationum subductionem, conciliationem, comparisonem pollicentur. In his enim satis est, si probabilissimus, veroque proximus calculus teneatur.

Accedit Fastos sæpius fuisse correctos, immutatos, auctos, diminutos, multis diebus, atque addeò mensibus consumptis vel additis.

Sunt alij apud istos nodi siue, vt vocant, scrupuli, è serie 4 Monarchiarum exorientes, deinde ex Olympiadibus, denique ex æra Nabuzaridis Ptolomæani. Iraque ne ex istorum quidem villo confici rectè potest Chronicon. Nam de iis incertius adhuc iudicium est, & fere in radice peccat, quoniam illorum anni fere sunt fracti incompleti & mutili. Etiam illi Olympiadum, quos tamen putant esse certiores. Olympicum enim certamen in mensem Iunium incidebat, & mediura ferè annum dispecebat, atque ex vno anno duos quodammodo faciebat, quorum alter ad præcedentia, alter ad sequentia Olympia pertineret. Quare etsi vulgo quatuor annis definirentur, quinquaginta tamen lunares menses conclusisse ex Lycophronis interprete apparet, qui numerus quatuor annos solares viginti ferme diebus superat.

Quare Dionysius Halic. inter alia & hoc reprehendit in Thucidide, quod euenta belli Peloponnesiaci per initia & extrema Olympiadum ita digesserit, vt exterorum gestis commodè vix adaptari possint.

Et Liuius libro secundo, ab V. C. conqueritur tantos errores tempora implicare, aliter apud alios ordinatis magistratibus, vt nec qui consules, secundum quosdam fuerint, nec quid quoque anno actum sit in tanta vetustate non rerum modo, verum etiam auctorum digerere possis.

Deinde, vt urbs quingentis annis scriptoribus caruit vsque ad Catonem maiorem, qui rerum totius illius spatij memoriam colerent & literis mandarent: Ita Monarchiæ & Olympiades vsq; ad octogesimam, & Ecatei, Herodotique sæculum, certis historicis carentes, è densis tenebris non possunt explicari.

Præterea, quod omnibus commune est tanta difficultate inter se anni ex istis aris deducti coeunt, vt sex regulas à Funccio & aliquot aliis cõfingi necesse fuerit, & ne sic quidem coeunt. De quibus nihil aliud dicam, quàm quòd tanta facilitate reiciuntur, quanta istis in inanem phantasiam venerunt.

Nam perpetuo primus scrupulus hærebit in inconstanti auctorum ab Vrbe condita supputatione.

Secundus in nõ minus disputabili Olympiadum ratione.

Reliqui in cæteris populorum Epochis & Aris non satis certo & constantèr fixis.

Cuiuslibet ergo Chronici regula & mensura debet esse Scriptura, quæ tamen vt in se certa sit, non caret difficultatibus & nodis, de quibus nũc dicendum est breuiter, vt causæ, cur Hebræi, Græci, Latini, in annorum enumeratione inter se desideant, planius percipiantur.



De sacrorum Scriptorum scrupulis.

HEBRÆI suis nimium additi traditionibus, aliter numerum annorum notat. Nonnihil etiam indulgent odio, quo Christianos hebdomadas Danielis ad IESVM CHRISTVM pertinere demonstrantes insequuntur.

Illarum enim septuagesimam in diem, quo à Tito Cæsare euersum est templum, cadere asseruerant, & CHRISTVM quem Daniel prædicebat post 69 Hebdomadas occidendum, Agrippam Herodianorum postremum interpretantur.

Quare vt hoc doceant plurimos annos (quos ex aliis historicis restituumus) ab imperiis Persarum, Græcorum, & Machabæorum nobis astutè surripiunt.

Sic Græci & Latini veteres ob corrupta Septuaginta interpretum exemplaria. Excipio Hieronymum & Bedam, qui ob veritatis Hebraicæ peritiam, parum absunt à vero calculo. Recentiores minimò defferunt, cuius rei ratio mox explicabitur.

Falsi autem sunt, quòd Septuag. Interp. 5 & 11 cap. Gen. pro centum, ducentos semper habeant, atque ita redundant mille ferè ducentis 40 annis. Hieron in quest. Hebr. Nam cap. 5. addunt de suo 600 an. integros, &c. 11 octingentos, &c. Miror autem Iosephum Græcũ hic quoque esse corruptum. Alioqui enim locis aliis se corrigit, & vsque ad Christum non multo plus numerat, quàm Hebræi.

Ita nil necesse est aliud respondere A. Contio, qui vulgatam totius Ecclesiæ Græcæ num-

An. ante Christum natum.

Anni urbis condita.

Anni mundi.

Baal Seder Olam, à mundi procreatione ad euerfionem templi sub Vespasiano tantum numerat annos 3558, id est, ad Christum natum 345, & passum 3518.

Talmudici ab orbe ad Christum passum an. 3784.

Rabbini recentiores ad natum ann. 3760 menses 4 unde quartus mundi millenarius ab eis in annum Domini

240 confertur. Quintus in an. 1240, & ita deinceps. Quod hodie vulgo Iudæi sequuntur.

Hic ergo annus 1580 illis est mundi 5340 ad proximum vsque Septembrem.

Rabbi Nasson in lib. de Cyclo Paschal. 3740.

Rabbi Leni 3786 in 12 Danielis.

R. Moses Gerundenfis 4058 mensis 5.

Iosephus 4192, menses sex, dies 10.

Arabes an. 5185, præter eos qui Mahometem volunt sexto millenario venisse, vt in Chronicis Saraceni post Alcoranum pag. 214.

Metheodorus. 5000.

Eusebius. 5190.

Theophilus Antiochenus ad Autolichum 5476.

Græci vulgo 5508, vt in sexta Oecumenica Synodo c. 3 in Horologio & Cyclo Paschali.

Nicephorus lib. 1 hist. cap. 10. 5505.

Cedrenus addit unum 5506.

Alter tribus, alter duobus ab hac communi discedit.

alius 5200, vno minus.

a Hebræi.

b Græci.

An. ante Christum

Anni urbis condita.

Anni mundi.

Hieronymus in Quest. Heb. 3941. Augustinus. 531. Isidorus 5. Ethymologia rum. 5210. Orosius Eusebium sequitur.

Beda cap. 22 lib. de rat. temporum. 3952. Astronomi. 5328. Alphonfus. 5984. Dionys. Abbas. 4203.

Aliqui, 3974 mē. 6 dies 10. Alij. 3954. Nonnulli, 3960. Quidam, 3969. Marianus Scotus, 4182. Alij præfinitè, 4000.

rationem laudat, tanquam ei congruentem quæ in Græcorum Horologio, & Cyclo Paschali ibidem descripto notatur, & quam Cedrenus, Zonaras, Nicetas, sexta Synodus in Trullo, Nicephorus ipse Chronographus, quem luculentis notis illuminauit, & vno verbo Græci omnes hodie ita sequuntur, vt frequentius per hos mundi, quàm per Christi annos tempora consignent. Nam eam examinat ad corruptissima Septuaginta interpretum exemplaria. Plurimum tribus Septuaginta interpretibus, sed incorruptos eos nobis exhibeant. Corruptos enim negare non possunt, siue quia res ipsa cū Hebraico cõparata loquitur. siue quia Ecclesiæ editionem, D. Hieronymi, vt ipsemet Contius fatetur, præfert, in his & aliis ab hac Græca editione mirabiliter discrepantem.

Præterea veteres labuntur, quia annos Hebræorum supputarunt quasi lunares vt Iunius Africanus lib. 5. de ratione temporum, Hippolytus Martyr in temporum canonibus, Eus. lib. 8 de Demons. Hieronym. in 9 cap. Dan. Aug. epist. 78. Beda in comment. 2 lib. Ezr. cap. 16.

Noster calculus qui est an. 4121, mensium 6, dierum 16, hos superat vno centenariò & paucis aliquot, quoniam (vt antea dictum est) simpliciter accipimus locum Exodi cap. 12. quo dicitur Iacobæos in Ægypto mansisse 430 an.

Rvs vs causa controuersia, quæ inter Hebræos. Nos, & recentiores Latinos cernitur, pendet ex 70 annis captiuitatis Babylonicæ & Hebdomadis 69 Danielis, dum alij aliunde illas incipere coguntur, quòd secuti vitiosas discrepantesque Græcorum & Latinorum historias, 200 & amplius annos falsò, vt supra docuimus, imperio Persarum tribuant. Hoc enim constituto, compelluntur multò post, Cyrum Hebdomadas auspiciari, vt illæ præfinitè cadant in necem Christi.

R. Iacob posteriore tomo sui Talmud. pag. 10, col. 4. has & alias supputationis Hebraicæ causas aperit, vbi & quartum mundi millenarium in annum templi euerfi 142, qui est nati Dom. 115 confert. Quod congruit calculo Seder Olam.

Ob eas igitur causas tot ferè inuenies de annis mundi sententias, quot sunt scriptores. Sed comparanti loca scripturarum, quæ annotauimus, spero nostram habitum iri omnium simplicissimam, & maximè semotam ἐπι τὸν εἶδον ἡ μαχωνοῦ ἡμεῶν.

Vbi mihi non displicet Philastrius, qui in hæreticis numerat eos qui tempus annorum mundi ab orbe condito certo constare pronuntiant, perinde ac istos, qui asserunt illorum numerum penitus esse incertum, Nam quod parum distat, distare non videtur.

De qua se Diodorus Cyzicenus tempore Iuliani & Valentis Imp. librum scripserat, εἰς τοὺς ἀποφθίτους χρονικὸν διορθώμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου ἡ Παμφίλου ἐπὶ τῶν χρονίων. Suidas in Diodoro.

Quod sic planius mecum inductione per singulas 6 aetates discurrens concipies
In prima aetate, quae est mundi Originarij nullus est nodus proprie. Nam quod ei superaddunt Graeci annos 700, plus minus, corrupta illorum exemplaria nihil debent veritati Hebraicae decerpere.

In secunda Diluuij scrupus etiam nullus haeret, nisi iuxta eosdem Septuaginta, qui pro annis 292 habent corrupte 1170, alias 942. Nam in exemplaribus Graecis est magna numerorum corruptela, ut proinde variae colligantur supputationes. Sedis error aperte corrigitur, per certa & distincta Patriarcharum tempora, Gen. 5, 7, 11 & 12.

Aliqui temere addunt scrupulum de natiuitate Arphaxad, detrahentes annum vnū, de quo pag. 29, & Abrahæ superaddentes annos 60, de quo pag. 37.

Circa tertiam Patriarcharum vnica versatur quaestio, de tempore habitationis Israelitarum in Aegypto, quae continet differentiam annorum ducentorum. Nam vulgo aiunt Israëlitae duntaxat mansisse in Aegypto an. 230. Alij, quos sequor. 430. ut verba scripturae Exod. 12 penitus retineantur, & tempus habitationis, à descensu Iacob in Aegyptum numeretur, non à prima Abrahæ migratione à Charan.

Quartum Iudicium nullam quaestionem recipit, quia disertè 480 annis 3 Reg. 6 concluditur, nisi in subductione membratim demonstranda.

Quinta Regum nullam etiam, vel perexiguam admittit, eamque exorientem è collatione Regum Israel cum regibus Iuda, quoniam certissima serie, sine vllis ambagibus & interualis, deducitur per Regum Iudae tempora libris Regum & Paralip. definita. Quare indocte Shubertus quidam Spirensis minister nodum in scirpo quaerens, seriem annorum ab aedificatione templi ad destructionem eiusdem, reponit inter Chronologorum scrupulos. Aperte enim Scriptura docet quandiu quisque regum illorum regnauerit vsque ad vndecimum Sedechiae, quo aequatum solè tradit templum, nempe anno 430 mense 6, postquam fuisset constructum. Philo quidem 440 numerat, Eusebius 442, Iosephus 470, aliqui 427 sed differentia non est tanta, ut propterea deductus è scriptura Calculus dubitationem debeat gignere. Deinde potuerunt labi subducendo, potuerunt & eorum libri corrumpi, ut in numeris soles facile accidere.

In sexta captiuitatis duplex inest scrupulus. Prior vbi septuaginta anni captiuitatis debeant incipere, an à Iechonia, ut ego contendo, frater simpliciter Ieremiae & Matthaei autoritate, an ab vndecimo Sedechiae, ut plerique, quod tamen discrimen est duntaxat annorum vndecim. Posterior vbi & ipsa Hebdomades Daniëlis debeant initium figere. Est quidem simplicius & Daniëlis loco propinquius, ut à primo Cyri anno inci-

pian,

Anni Christi.

Anni urbis condita.

Anni mundi.

DE SCRVPVLIS

33

782

CHRONOLOGORVM.

4122

Anni Christi.

Anni urbis condita.

Anni mundi.

4043

Nos ad natum 4090.
 Christum passum 4122.

33

782

4122

pian, illicò post septuagesimum illum captiuitatis annum eodem ferè tempore, quo Angelus Daniëli apparuit, & tam suauè sacramentum reuelauit.

At non desunt qui interuallum multorum annorum constituent inter finem captiuitatis Babylonicæ, & promulgationem edicti de urbis reaedificatione, atque initium earum sumant à 20 anno Artaxerxis Longimani.

Eo enim anno etiam exiit sermo, ut reaedificaretur urbs, 2 Ezra 2. Alij à secundo eiusdem Longimani, alij à septimo eandem ob causam. Alij à quarto Sedechiae, omnium quidem alienissimè: sed tamen etiam superiores potius confusam & supposititiam seriem regum Persicorum & opinionem è profanis historicis anticipatam sequuntur, quam veritatem.

Qui scrupulum mouent de mensibus, inscite faciunt.

Et si enim menses Scripturae Lunares sunt, eius tamen anni in Solaribus haberi debent. Nam etiamnum hodie Hebraei, tertio quoque anno & interdum secundo, quando vsus exposcit, ut ratio Lunæ, morui Solis respondeat vnā Lunam siue Lunarem mensem, intercalant illumque annum mensium tredecim, extremo (quem Adar nominant & in nostrum Februarium ferè incurrit) cum hac copula, *Veadar*, repetito faciunt. Quamquam etiam primus potest repeti, ut mensis intercalaris, siue insitius sit *Venisan*, qui & Martius. Ita enim solebant veteres dicere, ut Tal muditz narrant.

Nisan autem idcirco in Martiū confero, quia initium eius aliquando præcedit, aliquando sequitur æquinoctium vernum, in nostris Fastis, 21 die Martij fixum, quatenus scilicet annus Embolicus propè vel longè fuerit. Alioquin eius pars & quidem maior, aliquando in Aprilem cadit.

Vt & alij eorum menses duobus nostris respondere solent eodem modo & ob eandem causam, nempe Iar, Siuan, Tammuz, Ab, Elul, Tizri, Marhesuam, Kisleu, Teuet, Sheuet, Adar.

Sic Arabes apud Ioan. Leonem in descriptione Africæ pa. 42. Nam sex menses habent triginta dierum, sex 29 qui reddunt dies 354. Qui numerus à nostro solari anno, superatur diebus vndecim.

Qui quidem vndecim dies tertio quidem anno coniuncti conficiunt triginta tres, at eorum tres seruantur & reiciuntur in sequentes annos, quousque Luna & Sol decimo nono an. redeant ad idem punctum per sex alios embolismos, siue per sex alios menses intercalatos annis 6, 8, 11, 14, 16, 19. Hi enim sunt embolici.

Atque ita Hebraei septem embolismos singulis nouemdecim annis constituunt, nempe tres singulis octo annis. Nam in circulo decemnouennali embolismus est septem mensium.

Quod à patribus acceptum esse, satis ex Noë historia intelligitur. Vbi enim traditum est Noë integrum annum egisse in arca, mensibus duodecim Lunaribus, adduntur reliqui dies qui vo-

cantur

cantur. Ingressus est (inquit) Nunc in arcam mensis secundo, die decimo septimo. Deinde ubi nominatim facta esset mentio septimi mensis & postea decimi, & post hunc, dierum quadraginta & amplius, ac denique primi mensis. Egreditur (ait) ex arca rursus mense secundo, die vigesimo septimo. Interea igitur exacti sunt menses duodecim, & accedunt dies decem, qui ter sumpti, mensem integrum, id est, decimum tertium anno tertio reddunt. Quemadmodum nos solemus quarto cuique anno inferere vnum diem ad sextum Calendas Martij, quem ob id bissextum appellamus.

Sed hac de re scribentem in Genes. primum caput Iunilium Episcopum Africanum audi. Luna cum duodecies spatia sui cursus peregerit, annum facit communem dierum 354, & ut anno Solari possit concordare circuitus, tertio cuique vel secundo anno, tertium decimum addit mensem, quem Embolismum vocant nostri calculatores, & fit dierum trecentorum octoginta & quatuor. Atque hæc quidem ille præclare.

Etenim, nisi hæc fieret intercalatio, cum per legem debeant 14 die mensis Nisan festum paschæ celebrare, necesse esse, ut sequenti anno diebus vndecim, paschæ ipsum anteverterent. Tertio anno aliis vndecim, atque ita retrorsum versus, quo vsque in Augusto vel Septembri celebrarent. Falsi igitur sunt Iulius Africanus, Eusebius Cæsariensis, August. epist. 78, & plerique veterum, qui ex eo, quod menses Hebræorum Lunares erant, existimauerunt ipsorum quoque annos esse lunares, qui solaribus vndecim diebus contradictiores sunt.

Anni Christi.

Anni orbis cõlita.

Anni mundi.

DE SCRVPVLIS

CHRONOLOGORVM.

33

782

4122

CHRONOGRAPHIÆ GENEBRARDINÆ
LIBRI SECVNDI FINIS.

GILBERTI GENEBRARDI


THEOLOGI PARISIENSIS,
DIVINARVM HEBRAICARVMQVE
literarum Professoris Regij:

CHRONOGRAPHIÆ PARS ALTERA
de rebus à Christo nato ad nostra vsque tempora, id est, an. 1584, in duos libros distincta, & à D. Arnaldi Pontaci Vasatensis Episcopi Chronologico opere locupletata.

PRIOR DE REBUS OCTINGENTORVM
annorum vsque ad nouum Caroli Magni Imperium,
& Leonem III. Pont.

Posterior de aliis octingentis ferè annis ad vsque Gregorium XIII.

His Centuriatorum impietas, mendacia, impostura coarguntur & doctrina Catholica continuatio ad singulorum seculorum coronidem ostenditur.



LVGDVNI,
Apud Ioannem Pillehote sub signo nominis IESV.

M. D. XCIX.



CLAVDIO BVRGESIO

CONCILIARIO REGIO SVMMI

SENATVS APVD DIVIODVNENSES PRÆSI-

di Gilb. Genebrardus Theologus Parisiensis, Diuinarum Hebraicarumque literarum professor Regius.



ROFERIMVS etiam, ornatissime BVRGESI, duobus libris alteram partem de nouo Testamento recentioribus historiis, satis pro nostro instituto copiosam & locupletam: ac eam pro tua candida ergo nos voluntate & studio, pro tuo item erga religionem & literas ardore dedicamus. Illam quidem ante annos sedecim magna sui gloria & facultate Arnaldus Pôtacus familiaris olim meus & studiorum comes, hodie, Vasatensis Episcop. venerabilis miraculo ingenij & literarum, venerabilior virtute & moribus construxit, & ita construxit, vt in eo genere, nihil queat inueniri, perfectius. Verum quoniam aliud est Centuriatorum vestigia carpere, vniuersum Theologicæ historiæ & doctrinæ corpus ab istis deprauatum restituere, singulari istorum peruersitati aduersis rationibus & modis occurrere, aliud breuem Chronologiam scribere, simplicemque rerum à Christi ortu actarum faciem proponere, hanc ei palmam deferens, me ad illa confero, formam scribendi immuto, Methodum meo proposito seruientem capto, cuius ideo gustum initio operis præbui, nouam materiam adhibeo, animum conuerto ad præstigia Centuriatorum dissoluenda, quod meo consilio id putem commodius, nostrisque studiis congruentius. Quo autem illi suus constet labor, & scelicia ipsius scripta fructum perpetuum rei Christianæ afferant, ad quam tuendam se procreatum & Episcopum constitutum meminit, eum obtestor, vt suum opus ab omnibus vehementer expetitur, diu à bonis & doctis expectatum à me maximi semper factum, primo tempore emittat, neque tandiu post tot editiones desiderari patiatur. Ego interim contra Magdeburgensium venena, Historiarum, Chronologiæq; studiosos muniam, ne eorum potionibus imbuantur, neque prius falsis & fabulosis corrumpatur, quàm vera genuinæq; degustet. Si quid compendij inde in Ecclesiam redundet, mihi planè satisfactum existimabo. Neque enim soleo scribere, vt mihi nomen parem, quo nihil semper duxi ingenuo homine indignius, nihil turpius, animiq; magis angusti & parui, sed vt tempus mihi à Deo tributum collocem in his diuinis studiis, quæ tum mihi ædificando, tum alteri iuuando profunt, Cùm præsertim incidisse nos videam in luctuosissima tempora, quibus nullus virtuti locus, nullus eruditioni honos, nullus Dei metus, nullus religionis amor, nulla pietatis ratio, quòdque

CLAVDIO BVRGESIO

CONCILIARIO REGIO SVMMI
SENATVS APVD DIVIODVNENSES PRÆSI-

di Gilb. Genebrardus Theologus Parisiensis, Diuinarum Hebraicarumque literarum professor Regius.

ROFERIMVS etiam, ornatissime BVRGESI, duobus libris alteram partem de nouo Testamento recentioribus historiis, satis pro nostro instituto copiosam & locupletam: ac eam pro tua candida ergo nos voluntate & studio, pro tuo item erga religionem & literas ardore dedicamus.

Illam quidem ante annos sedecim magna sui gloria & facultate Arnaldus Pôtacus familiaris olim meus & studiorum comes, hodie, Vasatensis Episcop. venerabilis miraculo ingenij & literarum, venerabilior virtute & moribus construxit, & ita construxit, vt in eo genere, nihil queat inueniri, perfectius.



CLAVDIO BVRGESIO
CONCILIARIO REGIO SVMMI
SENATVS APVD DIVIODVNENSES PRÆSI-

lōgè est tristissimū, nulla meliorū siue spes siue species, hæreseon, Simoniarum, per-
duellionum, ambitionum, omnis generis scelerum furis omnia peruadentibus, vt
bonis & fortibus viris sit optanda mors, vel certè, si ita viuendum est, sint omnia
pro sola Dei gloria, Ecclesiæ ornatu, reposita in cœlis spe, simpliciter suscipienda.
Nam profectò si tanta animorum contentione impij hodie student indoctis libris,
turbulentis, vanis, futilibus scriptis & studiis mortaliū mentes corrumpere, quo non
ardore, quo non studio & conatu debemus contendere, vt ad solida scripta & vtilia
homines conuertamus, & ingruentē Dei iram à nobis auertamus. Nolo hanc que-
rimoniam longius producere, ne istos offendam, qui quicquid de pietate, artibus
& disciplinis differitur, in earū cultores peruersè regerunt, id in suam contumeliam
dictum, scriptum, actum interpretantes, ad quod minime possunt præ socordia &
voluptatibus, quibus omnino immergi ac obedire statuerunt, pertingere. Satis est,
vt lectores, si qui futuri sunt, intelligant, me in priore parte laborasse, vt verba &
sensa sacrorum codicum sequeretur, minusque longè ab eis abirem, qui vni & soli tot
veterum sæculorum obliuionem atq; tenebras depellere potuerunt. Posteriore au-
tē studui, vt purè & fideliter præcipuas res Ecclesiæ atque adeo Mundi degusta-
tem, ac recentium scriptorum, Germaniæ præsertim Theatra, Chronologias, Hæ-
reseologias, Centurias magna ex parte mendaces, fabulosas, ex hæretico corrupto-
que ingenio dictatas abolerem, & quæ duntaxat isti inchoant, perficerem. Quod
non factu difficile mihi semper ipse persuasi, quoniam Chronologiæ præsertim,
quas nobis magno fumo vendunt, ingentes quidem sunt mole & numero foliorum,
at varietatis rerum inanissimæ, paginis ferè constantes candidis, solo atramento vel
minio deliniatis. Hinc quicquid per tot chartarum spatia offerunt, duobus aut tri-
bus plenis ternionibus facile comprehenderis, vt ipsos appareat vel pauca de anti-
quitate tentuisse, cuius præcones se nobis futuros pollicētur, vel profectò studuisse,
vt tabulas Mathematicas repræsentarent, in quibus multæ pinguntur lineæ sine re,
aut papyros bene puras & candidas pueris, quò discant primos scripturæ tractus
ducere, emendas exponerent. Cuius rei interdum causam prætendunt non suam
inscitiam. (Nam omnium rerum sciētissimi haberi volunt) sed sæculi infœlicitatem,
quòd fuerit exhaustū hominibus illustribus & scriptis factisque posteritatis recor-
datione non admodum dignis. Cùm contrà, illa sæcula, quæ vocant infœlicia, sæpe
reliqua & magnitudine gestorum, & summorū virorum multitudine, & ingenio-
rum admiratione, & vicissitudinum insolentia superent. Si non apud Nostros, qui
aliqua tempestate segniores esse potuerunt, vt apud Græcos, Hebræos, Arabas, Per-
sas, Indos, quorum cōmentarios prius debuerant consulere, quàm ita audacter pro-
nuntiare. Præterea istorū fabri, vt sunt hæretici, ita præ fastu nullos alicuius notæ,
vel paucissimos, idque contemptim & perfunctoriè legunt, sunt indocti & inele-
gantes, & sic cum minimo Catholico conferantur, qui dextrè hæc tractare valeat,
plusquam pueri, quemadmodum iam contra quendā apostatam Schekium planif-
simum feci, & superiore biennio cuidam Lamberto Danæo olim Caluini, hodie re-
liquorum Ministellorum parasito ostendi, qui, dum iuxta Micheæ verbum, propter
panis buccellam & vini pateram stillat, dum suæ sectæ hominibus virulentiam suam
ad blasphemandum conducit, dum denique in cœlum ponens os suum & linguam
per terram traducens, etiam in S. Trinitatem furit miser, id quodam fætido & Sa-

bellium putenti ad me responso inficiari ausus est. Quod cuiusmodi sit,
ex odorari potes, quòd vix quinque quaterniones capiat, & tamen ad fa-
bricandum omnium Ministrorum simbolo, nouem continuis annis, &
mensibus quatuor opus habuerit.

Veùm de hoc nuper satis Franc. Iordanus Theologus Parisiensis, qui
ipsum cum vniuerso Caluistolatrarum grege manifestissimo Sabellij furo-
re agi docuit, Geneva in Belgium depulit, spe succedendi Beza, qui cense-
ri Sabellianus nullo modo sustinet, deiecit. Interim quia Chronologia nō
ad plenam historiæ descriptionem pertinet, sed est potius quædam historia-
rum imago & breuissima temporum commemoratio, quemadmodum
Cassiodorus vir vario doctrinarum genere insignitus libro de institutio-
nibus diuinarum literarum retulit: ista aduersus istos tractare, qui vniuer-
sam penè antiquitatem ignorant, ac in eo suæ inscitæ non obscura argu-
menta iam dudum præbuerunt, an sit operosum, ipsimet loquantur ac vi-
deant. An verò consequar, tu integerrime Burgesi, cæterique eruditi Ca-
tholici censete, & si commodum duxeritis, mutate, addite, demite, orname,
perficite. Etenim aliorum censuræ nihil me sollicitant. Hæc autem omnia
ad te idcirco Lutetia in Burgundiam transmittimus, quoniam te nostræ
musæ oblectant, ac vt tuarum ad me suauissimarum literarum verba vsur-
pem, eas communi illo studio, quod veluti virtuti & doctrinæ debetur, di-
ligis. Denique quoniam amoris hisce annis inter nos diuina, opinor, virgu-
la excitati, quotidieque occulta quadam flammula crescentis symbolum
calatum, signatumque in posteritatem extare cupio. Quem quia perpe-
tuum tibi polliceor, tu me eo vicissim in sempiternum etiam atque etiam
complectere, vt vel ipsa mors, quæ piis est ad beatam immortalitatem

transitus, tam sanctum mutæ nostræ charitatis vincu-

lum, in cœleste domicilium secum portet. Vale,

& Deum vniuersi conditorem semper ha-

be propitium. Lutetia, Calend.

Februar. 1584.



LIBRI TERTII
Periocha.

Hoc primo centenariorum pax per orbem. Euangelij lata propagatio. Iudæorum calamitates variæ. Eius Pontifices post Christi mortem quatuor vsque ad Clementem Romanum.

Imperatores Augustus, Tyberius, Caius, Claudius, Nero, Otto, Galba, Vitellius, Vespasianus, Titus, Domitianus, Nerua.

Præcipui scriptores sacri, Apostoli, Euangelistæ, Clemens, Linus, Hierotheus, Dionysius Areopagita, Ignatius, Martialis, Hermes, Polycarpus, quibus accedunt Philo, Iosephus, &c.

Profani etiam sua serie infra per Chronographiam memorabuntur.

Heretici, Simon Magus primus hæresiarcha, Pseudoapostoli, Sacramentarij, de quibus Ignatius ad Trallianos, citante Theodorito, Menandriani, Ebionitæ, Chirintiani, Nicolaitæ, Alexander, Philetus, Hymeneus.

Cum Simone Mago, Pseudoapostolis, Sacramentariis Caluinitæ aliqua habent communia.

b PERSECUTIONES exardescunt Traiani, Adriani, Antoninorum, &c. Literæ florent, præcipuè Philosophia, Mathematica, Medicina.

Pontifices vndecim vsque ad Victorem Afrum.

Imperatores. Traianus, Adrianus, Antonini quatuor, Pertinax, Iulianus, Seuerus.

Secundi seculi scriptores præcipui. Iustinus Martyr, Rhodo, Afianus, Modestus, Melito, Philippus Cretensis, Musanus, Dionysius Corinthius, Athenagoras, Apollonius Senator, Irenæus, Theophilus Antioch. Egesippus, Apollinaris Hieropolitanus, Victor Pap. Agrippa, Castor, Pante-nus philof.

Heretici, Saturninus, Basilides, Carpocrates è quo, Gnostici, Iudaizantes, Nazarei, Cerdon, Archontici, Valentinus, Ptolomæus, Marcus, Marcion, Hermogenes, Appelles, Bardesanes, Colobarsus, Ophitæ, Cainitæ, Sethiani, Lucianus, Seuerianus, Tatianus, è quo Enkratitæ, Adamiani, Ascodrogitæ, Alogi, Montanus, è quo Cataphryges, Homoufistæ, Valesij, Falsi martyres, Pepuziani, Prodicus, Angelici; Quintiliani, Artotyritæ, Quarta-decumani.

Iudaizantibus & Nazareis Caluinitæ in aliquibus assentiuntur.

c FACTIONES, Bella ciuilia in orbe Rom. Persecutiones Seueri, Maximi, Decij, Valeriani, Aureliani, Diocletiani, Maximiani in Ecclesia.

Multi motus in orbe Persico.

Pontifices, quindecim vsque ad Marcellinum.

Imperatores, Caracalla, Heliogabalus, Alexander Mameæ, Maximinus, Pupienus, Balbinus, Gordianus, Philippi, Decius, Hostilianus, Volusianus, Valerianus, Galienus, Clau dius, Aurelianus, Tacitus, Florianus, Probus, Car, Diocletianus, Maximianus.

Tertij secund. scriptores præced. Clemens Alexand. Caius, Origenes, Tertullianus, Ammonius, Minutius Fælix, Gregor. Neocæsariensis, Tryphon, Hippolytus, Iul. Africanus, Cyprianus, Cor-

nelius.

Anni
Christi.



SEPTIMA ÆTAS
sive vltima Christi & Ec-
clesiæ. Nam posteriora
hæc à Christo tempora,
Scriptura vocat,
nouissima.

A Nato Dom. ad hæc tem-
pora numeratur anni 1584.
Sūma ergo annorū ab orbe
cōdito ad annū Dom. 1584.
quinque mille sexcentorum
septuaginta trium. 573.

Hanc vltimam ætatem in duos li-
bros distinguimus. Prior historiam
oëtingentorum annorum vsque ad
Caroli Magni imperium perstrin-
git. Posterior totidem ferè reliquorū
curriculum delibat ad nos vsque.
Oëtingentos primos sic persequimur,
quod singulis centum annis insignes
vices Mūndus habuerit.

Primi sæculi initium.

a A Christo nascente ad
primum Traiani principa-
tum & Ioannis Euāgeliste
mortem an. 100.

Secundi sæculi initium.

b Annus Dom. 100. quo
Traianus init imperium &
Ioannes Euang. moritur.

Tertij sæculi initium.

c Annus Dom. ducente-

Anni
mundi.

Anni
Christi.

simus, quando primum post
Apostolorum tempora con-
cil. Cæsariense in Palestina
coiit, & Artaxerxes Persa
nouum apud Persas impe-
rium condidit sublato Par-
thico, vsque ad Saracenos.

Anni
mundi.

nelius, Lucius, Stephanus, Dionysius Papæ, Diony-
Alexandrinus, Methodius, Malchion Presbyter, Doro-
theus Presbyter, Pamphilus, Arnobius Lactantij præc.
Heretici, Proclus, Apostolici, Beryllus, Arabici, Samp-
sæi & Helcesatæ, Theodotiani, Meletiani, Noetiani,
& Nouatiani, sive Cathari, Sabelliani sive Patripassiani
Pau. Samosatenus, Manichæi, & Cubrici, Apocratatæ,
Dicaritæ, Catharistæ, Abstinentes, Donatistæ, Hieracitæ,
Ecetæ, Gnosimachi, Thneropsychi, Christolyti, Ethno-
phrones.

Aliquot errores Procli, Nouatianorum, Sabelliano-
rum, Samosatensorum, Manichæorum, Donatistarum
Caluinitæ renouant.

d CONSTANTINI Magni conuersio.

Romanum imperium ex persequente Christianum.

Christus vbique floret, etiam in Indiis.

Ecclesiæ de Idolis triumphus.

Diaboli Zizania hærefes. Doctores innumerabiles.

Pontifices decem vsque ad S. Syricium Damasi succes-
sorem.

Imperatores. Constantius, Constantinus Mag. Eius filij,
Iulianus, Iouinianus, Valentinianus, Valens, Gratianus,
Valentinianus 2. Theodosius maior.

Quarti sæc. Scriptores præcipui. Athanasius, Lactantius,
Emissenus, Iuuenus poëta, Ioa. Clymachus, Epiphanius
Damasus, Gregorius Nazianzenus, Greg. Nyssenus, Basi-
lius, Eusebius Cæs. Hieronymus, Cyrillus Hierof. Hila-
rius, Theophylus Alex. Palladius, Pacianus, Fœbadius,
Philastrus, Optatus, Amphilocheus, Didymus, Ruffi-
nus, Ephrem, Eutropius, Prudentius poëta & alij innume-
rabiles.

Heretici, Coluthiani, Parerminetæ, qui perperam scri-
pturas interpretantur, Eustachiani, Messaliani, sive Eu-
chitæ, Anthropomorphitæ, Asteriani, Arriani, Macedo-
niani, Luciferiani, Marcellus, Photiniani, Aerijs, Apolli-
naris, Iouinianus, Seleuciani, Aëtiani, qui & Eunomiani
& Anomæi, Priscillianistæ, Vigilantius, Martianus, Helui-
dius, Collyridiani.

Caluinitæ in multis communicant cum Arijs, Eu-
stachianis, Aërio, Iouinijs, Messalianis, Vigilantio, Mar-
tiano, Heluidio.

e IMPERII per Barbaras nationes laceratio, Gothos
Vandalos, Francos, Hunnos, Burgundos, &c.

Variorum regnorum origo.

Pontifices, duodecim vsque ad S. Anast. Gelasij successorē.

Imperatores, Arcadius, Honorius, Theodosius minor,
Valentinianus 3. Martianus, Leo, Maiorianus, Zeno, Ana-
stasius.

Quinti sæc. doctores præcipui. Augustinus, Chrysostomus,
Innocentius, Cyrillus Alex. Synesius, Marcus Eremita,
Theodoritus, Possidius, Hefychius, Iunilius, Leo Mag.
Gelasius, Primasius, Eucherius, Prosper, Salonius, Sedu-
lius, Hilarius Arelat. Vincentius Lirinens. Paulinus, Sulp.
Seuerus, Cassianus, Maximus Taurinens. Socrates, Sozo-
menus, Orosius, Chromatius, Petrus Chrysológus, Pro-
clus Constant. Paschasius, Idacius, Gennadius, D. Benedi-
ctus, Marcellinus comes, Saluianus.

Heretici, anno 400. Pelagiani, Abeloitæ, Nazareni, Prædestinati, Nestoriani, Pseudomoses Cre-
tensis, Eurychiani, Gainitæ, Ibas, Diacrinomeni sive hæsitantes.

Caluinitæ in aliquibus capitibus sequuntur Pelagianos, Prædestinatos, Nestorium,

f DEI flagella per Romanum imperium, Totilas, Slau. de quibus Saluianus.

Monachorum doctoribus succedentium sanctitate illustrium sæculum.

Pontifices quatuordecim, vsque ad Gregorium Magnum.

Imperatores. Iustinus senior, Iustinianus, Iustinus iunior, Tyberius, Mauritijs.

Sexti seculi scriptores precipui. Symmachus pont. Fulgentius, Auitus, Ferrandus, Alcimus, Maxentius, Hormisda, Boetius, Euodius, Cassiodorus, Iustus Orgelitanus, Fortunatus, Sidonius Apollinaris, Greg. Turonensis, Greg. Magnus, Olympiodorus, Andreas Hierof. Gildas, Rusticus, Iornandes Gorth. Episc. Euagrius, Procopius, Victor Vticensis, Faustus Rhegiensis, Theodulus, Thalassius, Nicephorus Cartophylax, Michael Syngelus.

Heretici. Eurychianorum secta duodecim. Seueriani Trithemita, Theopaschita, Xenaias, Acephali Aphthartodoceta, Monophysita, Sadduczi, Anabaptista, Agnoeta, Iacobita, Cononita, Gaiani.

Caluinita accedunt ad Xenaiam, Agnoetas, Monochelitas.

g MAHOMETIS & Saracenorum Apostasia orbem terrenum.

Germania & vicinarum gentium Septentrionis conuersio tentata per Columbanum, Gallum & eius instituti socios.

Pontifices viginti vsque ad S. Sergium Antiochenum.

Imperatores. Phocas, Heraclius, Constantinus eius f. Heraclionas, Constans, Constantinus Pogonatus, Iustinianus 2. Leontius siue Leo. 2.

Septimi seculi scriptores precipui. Ioannes Constant. Isidorus Hispalensis, Clemens Arelatensis, Adelmus, Iulianus Pomerinus, Ildephonus, Casarius Arelatens. Theodorus Cantuariens. Mandulphus Scotus. Leo. 2. Sophronius Hierof. Simon Metaphrastes.

Heretici. Monothelita, Chazinzarei, Theodosiani, Tetradita, Armenij, Mahomet Pseudoproph. Bairas, Theocatagnosta, Agareni, Carurgita, Lampetiani, Agonichyta, Aginnenses, Maronita.

Caluinita Tetraditarum, Mahometis Lampetianorum aliquot errores amplectuntur.

h TVRCARVM in Asiam, Arabiam, Africam, & insulas maris Med. infusiones.

Mahometis secta mire augetur.

Octauo seculi Pontifices. tredecim vsque ad Leonem tertium Imperatores. Absimarum, Iustinianus 2. iterum, Philippicus, Artemius, Theodosius 3. Leo Isaurus, Copronymus, Leo eius f. Irene cum filio Constantino.

Scriptores precipui. Beda, Ioan. Damascenus, Maximus Monachus, Gregorius Cyprius, Germanus Constant. Cosmas Hierof. Ioan. Hispalensis, Tharastus, Vualafrius Abbas, Albinus, siue Alcuinus, Aponius, Bonifacius Mogunt. Paulinus Aquileiensis, Paulus, Diaconus, Zacharias pap. Theophylactus Antioch. Iuardus, Vualafrius, Carolus Magnus, Ambrosius Ausbertus.

Heretici. Iconomachi, siue Iconoclasta. Felix. Vrgelitanus & Elphandus Toletanus, & quibus Fosliciani Pauliciani, siue Paulioannita, Arhingani, Gnosimachi.

Caluinita sunt Iconomachi. Catholicos cum Paulicianis vocant Romanos, se vero Christianos siue Evangelicos.

i Hoc nonum seculum ad sequentem librum pertinet.

Anni Christi.

Anni mundi.

600

Septimi seculi initium.

g An. Domini DC. quando Phocas imperium suscipit, & iuxta quosdam, infelix Mahometes nascitur.

700

Octauo seculi initium

h An. Dom. DCC. quando Arabes capta Africa imminet Hispania & Occidentalibus Europa regnis.

800

Noni seculi initium.

i An. Dom. DCCC. quo nouum Occidentis imperium Carolus Magnus condit, & Egbertus regnum Anglicum.

Quae sic membratim demonstrari possunt.



GILB. GENEBRARDI THEOLOGICI PARISIENSIS, DIVINARVM HEBRAICARVMQVE LITERARVM PROFESSORIS REGII CHRONOGRAPHIAE Liber tertius.

Anni Christi.

Anni mundi.

SEPTIMAE ETATIS,

Quae incipit anno mundi 4089, pars prior, a Domini ortu ad nouum Caroli Magni imperium per an. 800.

PRIMUM SAECULVM.

32

a CHRISTVS IESVS Pontifex Maximus & Aeternum, vixit an. 32. Mens. 3. dies, 10.

4089

siue

4090

4121

Octauo Augusto & Claudio Tyberio an. 23. ex ordine successionis imperatoribus Romanis.



CHRISTVS Dominus est tribu Iuda nascitur in Bethleem Iude, anno Mudi 4089. 8 Calendas Ianuarij media nocte, anno imperij Aug. 41 completo, & 42 ineunte, Herodis 33. Baazene Ethiopium regis primo. vrbis 712. Coss. C. Cesare Octauio & M. Plautio Syluano quo Iani portae tertio sunt clausae & orbis nunquam exiit pacatio. Aera 38. Indictione 4. (Beda & Dionys) an. 4. & vltimo Olympiadis 194. Clogij Sycamborum seu Orientalium in Germania Francorum Regis anno 10. Tritemius & Ansel Patitur Tyberij 18. Olymp. 202. anno quarto. Vrbis 714. Mundi 4121. mens. 6. die 16.

Aeternus sacerdos & rex Iudaeorum ac gentium a Deo promissus, a Mose figuris plurimis praesignificatus, a Prophetis at Sibyllis praenuntiatus, a sanctis & pijs pro salute hominum expectatus, Davidis regis filius secundum carnem per virginem de stirpe Nathan filij ipsius (1. Par. 3.) per patrem adoptiuum Iosephum de Salomoni regis progenie.

Est ergo ille summus pontifex in aeternum, semetipsum quotidie offerens pro nobis, per se quidem in caelo, per suos vero ministros in terris. Quare non habet successores, quod in aeternum maneat Hebr. 7. At habet vicarios & ministros, inter quos primatum obtinet Petrus & Petri successores Romani pontif. vt tota, nemine dempto, sensit & consentit antiquitas. Terrull. in Apolog. pag. 105 Paulum Christi vicarium appellat qui tamen Petrum habuit vel aequalem, vel certe superiorem. Quapropter nos multo magis eum Christi vicarium appellabimus, eiusque successionem recensemus ad saeculorum extremum duraturam, vt vnam est certis Ecclesiae dotibus (ita eius notas vocat Optatus) quae nos in Catholice gremio iustissime teneat. Aug. contra Manich. fundamentum. c. 4.

Cuius causa veteres Romanum vocant Pontificem Maximum, Episcopum Episcoporum, bonum pastorem, Benedictum Papam, Apostolicum, &c. Sic Tert. lib. de pudic. his omnibus titulis eum insignit. c. 1. 13. 21.

Hierusalem primarium Ecclesiae suae thronum minime constituit, primum quia propter huius populi per si-

diam & scelera, eam paulò post à fundamentis euersurus erat. Hoc enim citra dispendium nouellæ plantationis vix potuisset contingere.

2 Quia primatus sacerdotij Leuitici illic locatus erat. Nam quoniam hoc genus sacerdotij tollebatur & Ecclesiasticus veteri populi ordo, ceremoniarum ritus, liturgia commutabantur, locum etiam mutatum decuit, vt cuncta essent noua, nec Synagogæ magnum superesset vestigium.

3 Ne Ecclesiæ locus videretur necessario Iudææ fixus & alligatus.

4 Ne gratia conclusa & circumscripta putaretur, vt olim Iudææ limitibus, sed potius sparsa per vniuersum orbem gentibus eius participibus atque cohæredibus.

5 Vt implerentur prophetiæ canentes Deum suo Christo daturum gètes in hæreditatem & in possessionem terminos terræ officiendo Ecclesiæ à Iudaica Catholicam, id est vniuersalem.

Romæ autem potius, quàm alibi collocavit, primùm vt Ecclesiæ magis esset Catholica siue vniuersalis. Tum enim Roma communis erat vrbs orbisque epitome, vt à Dione scriptum est. ac eius imperio, iure, vel fœdere orbis terrarum gaudebat penè vniuersus, saltem cognitus & perlustratus. *Florus sub finem lib. 4.*

2 Vt de mundo mundique principibus victoria esset nobilior & illustrior. Roma enim tunc caput erat mundi, præcipua idololatriæ propugnatrix, Satanæ sedes primaria, ex qua manabant edicta aduersus Ecclesiæ & regnum Christi. Magna igitur victoria, vt vbi Satanæ, idololatria, peccatum præcipuè regnabant, illic potissimum vincerentur. Vt vbi hostes Christi potentia & opibus valebant, illic ponerentur scabellum pedum eius, vt vbi Christus persecutionem patiebatur præcipuam, ipse in eorum medio dominatum figeret.

3 Vt vbi superabundauit peccatum, ibi superabundaret & gratia.

4 Quia sub eius imperio fuerat natus, conuersatus passus, cæteraque humana molitus.

5 Quia eius imperio successurum erat regnum Ecclesiæ siue Christi. *Dan. 2. & 7.* quod proinde quintum regnum Danielis rectè appellatur à D. Thoma.

6 Quod Petrus, caput Ecclesiæ ministrum constitutum, illic martyrium fecerit, moriensque sui muneris prouinciam Clementi, Lino, Cleto, eius cathedræ non alterius ministris reliquerit.

7 Ob loci opportunitatem. Illuc enim ad necessitates Ecclesiasticas facile terra marive perueniri potest, è singulis Ecclesiis per orbem sparsis.

Die natiuitatis Christi mandauit Augustus, ne quis Dominum se vocaret, sentiens, credo, verum orbis principem natum fuisse, Dei enim cognomeutum est. *Oros. lib. 6. cap. 22.*

Profana siue humana Christi tempore.

Pantomimorum saltatio prius incognita in vsu esse cœpit, Pilade & Bathyllo primis eius auctoribus Augusti tempore. *Zosimus lib. 1.*

M. Agrippa diagramma terrarum vniuersale publicavit primus.

Athenodoti Stoici consiliis parebat Augustus.

Ibid.

Arminius rex Cheruscorum tres Romanas legiones

Anni
Christi.

Anni
mundi.

4089

*Phraarte 3, Phraarte 4, an.
2 Orode an. 2. Vonone, an. 5.
Artabano an. 30*

*Baazena Aethiopum rege
an. 27. Deinde Lacasa siue
Candace filia eius, an. 10.*

*Euangelium secundum
& ultimum generale reme-
dium aduersus idololatriam
& peccatum ubique re-
gnans, quo*

*Regnum Dei & Christi per
orbem efflorescit multis re-
rum discriminibus & peri-
culis.*

Anni
Christi.

Anni
mundi.

4089

cum Varro Quintilio in saltu Teutoburgensi occidit. Quem postea iacturam M. Lollius Germanis domitis reparauit.

Mimatus Plancus Ciceronis discipulus, dum comitam Galliam regeret, Lugdunum condidit.

Tyberius Augusti priuignus mox gener. postremo adoptione filius Armeniam occupat, Vindeliciam, Pannonias, & cæteras Thraciæ vicinas Romanas facit prouincias. Germaniam partim subigit, partim vastat.

Imperator factus, vsque ad imperij sui circiter vigesimum pace potitus est. Nam sine bellis internis & externis ab Augusto sub imperij eius 38. imposto, indèque Iano vltimum clauso, Christi æuum ab illis omnibus quietum mansit, propter Christi viuentis præsentem maiestatem & reuerentiam, etsi id non cogitaret mundus.

Repentinis, responsionibus melior, quàm meditatis. Tam rigidis digitis & articulatis, vt malum recens terebraret. *Suet.* vltimo eius anno visa est Phœnix. *Dion.* alij sub Claudio,

Eius temporibus mota quæstio, cur oracula deficerent, *Plur. lib. de ea res, sed causam veram non attingit, nempe aduentum Christi.*

C. Asinius orator Asinij Pollionis f. cuius meminit Virg. diris suppliciis à Tyberio necatur. Sic Seianus, qui aliquando restiterat, ne Christus inter deos referretur.

Vonones obses à patre Phraarte Parthorum rege Romanis datus, in regnum reposcitur. mox spretus à suis ab Artabano regno exiit. *Tac. lib. 2. Ios. li. 18. c. 7. an. Christi nati 18.*

Parthi etiam Phraartem alterum filium Roma reposcunt, cui in Syria mortuo subrogant Mithridatem Iberum. Hinc bellum inter Parthos, Armenios & Iberos. *Tac. lib. 5. sub finem Tyberij, anno Christi, 37.*

Titus Liuius historiographus Patavij quarto Tyberij obiit. *(Euseb. in Chron.)* Historiam annor. 750. ab vrbe condita ad 41. Augusti, siue ad Christi vsque natalem scripsit libris 140, vel iuxta alios 142. de quibus duntaxat super sunt 45.

Pompeius Trogus.

Dionysius Halicarnas. Diodorus Sicul. Valerius Max. Augusto charissimus. Corn. Nepos, Dionysius Afer. Cor. Gallus. Strabo. Xistus Pythagoricus nascitur.

Ouidius poëta quinto Tyberij anno, Fenestella historicus obierunt. *Euseb. in Chron.* Socion philosophus Alexandrinus Senecæ præceptor.

Asinius Pollio primus Romæ bibliothecam publicavit.

* Primum in Christianos bellum (vt Optatus li. 3. loquitur) seu persecutio mota à Scribis, in qua Stephanus moritur primo Ascensionis Domini anno. *Act. 6. Euseb. lib. 2. cap. 1.* Nam secundo Paulus conuertitur. *Isuardus.*

Quamquam persecutiones vltimius appellatæ sint, cum publico imperatorum Romanorum edicto aut iudiciis, aut tormentis, aut vltimis suppliciis diuexati sunt. Cuiusmodi alij nouem commemorant. vt *Sulpitius lib. 2.* Neronis Domitiani, Traiani, Hadriani, Antonini, Seueri, Decij, Valeriani, Diocletiani, quæ & Maximiani, & Decimam Antichristi.

Alij rectius vndecim, vt *Aug. lib. 18. Ciuit. c. 52.* Neronis, Domitiani, Traiani, Antonini, Seueri, Maximini, Decij,

32

* Christi Principes ministri & Vicarij visibiles Ecclesiæ vnitatem & Monarchiam constituentibus hi sunt.

4121

Valeriani, Aureliani, Diocletiani & Maximiani, vndecimam Antichristi.

Nam perpetuo, post Romanas hanc subiiciunt. Quoniam exinde tranquillis rebus, pace perfruita est Ecclesia, neque ulterius persecutione fore credimus, nisi eam, quam sub fine iam sæculi Antichristus exercebit, Etenim sacris voluminibus, 10 plagis mundum afficiendum pronuntiatum est, &c. Sulpitius lib. 2, nisi quod Aug. 19. Ciuit. c. 2. in medio hoc reliquit, neutram partem quæstionis, Sint ne alia Antichristianam præcessura, astruens.

Lacasa regina Æthiopiæ quatuor annis Christo superuixit. A nostris Candace, quod nomen deinceps multis reginis Æthiopiæ commune fuit ex Plin. lib. 6. ca. 29. Celebris apud Abissinos, quod Christum publicè, & Eunuchi à Philippo baptizari prædicationem receperit: Act. 8.

Nam sic Æthiopia præuenit, siue præterdit manus suas Deo. Pf 67. i. prima gentium creditit.



NEGARE non potes, scire te in vrbe Roma Petro primò cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput. Optatus lib. 2. contra Parmenianum. Felix Ecclesia Romana, vbi Petrus Passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur. Tert. de Præscript. Ambros. episc. 5. Denique veteres omnes. Quare Caluinus lib. 4. Inst. c. 6. sect. 15. Propter hunc (inquit) consensum non pugno, quin Romæ mortuus fuerit, &c.

Paulus in Epistolis nomen Iesu quingenties vsurpat. Vsq; adeo ei erat amabile & suauis. Cætera de Paulo lib superiore. pag. 221. & 222.

Simon Magus, primum baptizatus à Philippo, inter alias hæreses negat liberum arbitrium. (Clemens recogn. lib. 3.) fons, radix, atque pater omnium hæreticorum Romanam venit sub Claudio. Iustin. in Apol. Iren. lib. 1. cap. 19. & 20. & præf. lib. 3. Tertul. lib. de hæres. Aiebat nos sola fide iustificari. Iren. lib. 1. cap. 20.

SECUNDVM bellum in Christianos excitatur à Nerone, in eo Petrus & Paulus occubuerunt Romæ eodem anno & die: Philipus crucifigitur Hieropoli. Egef. lib. 3. cap. 2. Euseb. 2. cap. 25. Tunc Christiani Romani incendij insimulati miseris mortibus infontes conficiuntur, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrentur. Tacit. li. 15. Suet. in Nerone. Paganis & Epicureis. Per omnes prouincias pari persecutione imperata. Oros. Qua S. Martialis Lemouicum, Eucherius Treuiros, Fronto Petragorios, Sabinus & Potentianus Senonas ad prædicandum Euangelium à S. Petro missi, pelli dicuntur. Turon. in Histor.

Petrus post Christum an. 37. vixit De Thomas in Ioan. 21. Claudio imperante Euodium in Antiochia per manus impositionem episcopum vrbs designauit, Suidas in voce va Capuōs. Nempe mansit in Iudæa post mortem Domini annis quinque, septem deinde sedit Antiochiæ, vsque ad secundum Claudij, quo in Urbem sedem fixam

Anni Christi.

Anni mundi.



I

32 b MARTYR PETRVS 4121

Bethsaidensis, Galilæus: primus Ecclesiæ pontifex Hierosolymis sedit an. 5. quandiu ferè Christo Tyberius superfuit.

37 4126

44 Antiochiæ an. 7. 4133

Romæ denique an. 24. mens. 5. dies 12.

70 id est, in vniuersum an. 36. mens. 5. dies 12. 4158

&c

Anni Christi.

Anni mundi.

4120

Patriarchis.

Alexandriæ Marco Euangelista, an. 6. Anniano an. 22.

Antiochia, post septennem D. Petri Cathedram, Euodio, an. 23. Ignatio, an. 40.

4158

& immobilem transtulit. Hos annos 12. sic numerabis. Tyberius fuit superstes Christo annis ferme sex. Caligula annis 4. successit. Hinc duo Claudij Reliquos 25. Romæ degit, nisi quod interdum Hierosoly. & alio se con, ferebat, prout Ecclesiæ vsus postulabat & tum fortasse quando Claudius Iudæos de Christo tumultuantes Roma expulit apud Suet.

Nam etiam decimo quarto anno, i. vltimo Neronis Sacerdotalem cathedram tenebat. Hiero. in Catalogo. Et si Epiphan. duodecimo hæresi 27. Eusebius & Prudentius penultimo velint, vt eodem quidem die, quo Paulus, sed anno innouato & vertente martyrium fecerit.

Vnus utrumque dies pleno tantum innouatus anno Vidit superba morte laureatum, &c. seq. pag. 257.

Petrus in Italia, Paulus in Græcia, Andreas in Achaia, Ioannes in Asia, Philippus in Phrygia, Iacobus in Iudæa, Bartholomeus in Scythia, Thomas in India, Mattheus in Æthiopia, Simon in Persia, Taddeus in Mesopotamia, alter Iacobus in Hispania, Matthias in Palestina (præsertim scilicet) verba Dei intonuit. Honorius in Psalm. 18. Origi. Hom. 12. in Genes. ad vnum omnes Trapezontius, libello de hoc dicto. Si sic eum volo manere quid ad te?

Petrus Romam venit secundo Claudij ad expugnandum Simonem Magum. Hier. in Catal. Negat tamen Caluinus in acta c. 8. Magum istum Romæ vnquam fuisse contra omnem antiquitatem, seorsum Aug. lib. de hæres. Tertul. in Apolo. Eusebium, qui & meminerunt statue ipsi Romæ collocatæ.

Petrus Roma multos è suis discipulis factos Episcopos, prædicandi gratia in diuersas prouincias, seorsum in Galliam dirigit.

Paulus an. 58. D. Romæ primum prædicauit.

Iacobus frater Domini, & Marcus Euangelista Aquilegiæ (quæ secunda Roma quondam dicebatur, vbi rogantibus Romanis suum Euangelium conscripsit Græcè, siue etiam Latinè, vt voluit Rodolph. Arma canus lib. 9. de quæst. Voragenes serm. de S. Marco & Syri vniuersi, vt taceam eos, qui Latinum archetypum adseruari putant Venetiis in Marcianis thesauris) deinde Alexandriæ Episcopus, ann. Christi 63, martyrio coronatur.

Præter Ioannem Euangelistam Apostoli ad vnum omnes martyrio vitam finierunt, Trapezontius vbi supra.

Mattheus octauo anno ab Ascensione scripsit Euangelium. Marcus duodecimo, Lucas decimo quinto. Ioannes omnium postremus trigesimo secundo post aliorum Euangelistarum mortem. Theophyl. præf. in Euang.

Solus autem Mattheus Hebraicè, non Syriacè, vt aliqui, non Græcè vt Caluinus impudenter sentit, primum, quia veteres omnes ita tradiderunt. 2. quia fragmenta, quæ ex eo Hieronymus citat sunt purè Hebraica.

Quia non tantum Iudæis & Syris scribebat, sed Orientalibus omnibus, quorum vel vltimi Indi ea lingua vt docta & Grammatica utebantur, & ad hunc vsque diem videntur, Missam etiam Hebraicè canentes, vt ob eam causam D. Bartolomæus videatur, Matthæi Euangelium secum in Indiam præ cæteris detulisse, cuius exemplar Plantenus Origenis coæuus ed proficiscens in Ægyptum retulerit. Euseb. lib. 5. hist. c. 10.

Quarto, vt inferuieret Æthiopibus, quibus se datum Apostolum intelligebat. Æthiopes autem Syriacè nesciebant, minus Græcè, cum interim in puerilibus ludis, vt & hodie, Hebraicà discerent, quemadmodum nos Latina & Græcà. Sic enim Eunuchus sedens super currum dicitur legisse Esaiam Prophetam Act. 8. Hæc contra turpem aviso-
genon Caluini.

Petrus Romam venit, Christi quadragesimo quarto, nempe post Ascensionem eius vndecimo (completo.) Euseb. Inde quadriennio post Hierosolymam rediisse traditur, quinquagesimo autem sexto Romam repertuiffe, vbi in crucem sublatus sit sexagesimo nono, qui erat Neronis decimus quartus.

Simonem Magum Romæ expugnat, cum primum in eam venit (circiter anno Domini quadragesimus sextus, Euseb. vel paulo ante mortem suam & Pauli. Augustinus & multi alij.

Paulo Apostolo maior, Theophyl. Ga. i. Sanctorum Apostolorum dux, ο των αγιων αποστολων ηγμενος Πέτρος. Cyril. hom. 8. εν ταις εορταστικαις ομιλιαις, discipulorum vertex (principalis) των μαθητων κορυφαιος Dyonys. Eccl. Hier. c. 5. pag. 197. κορυφαίωτος αποστολων, Eriph. in Anchorato, pag. 473. Apostolorum Pontificumque præsul, Marcellinus comes sub finem Chron.

Apostolorum primus. Aug. lib. 1. contra Iulianum, cap. 2. primum vniuersale membrum, Paulus autem, Ioannes, Andreas singulatum plebium capita, Greg. lib. 1. Epist. 38. Apostolorum caput. Opt. lib. 2.

Pedes Apostolici tunc in veneratione fuerunt, quod scripserat Esaias 52. Quam speciosi pedes Euangelizantium bona. Vnde act. 4. & 5. ad pedes Apostolorum ponuntur agrorum prætia, Act. 10. procidentem ad pedes suos Cornelium Centurionem Petrum erexit, summissus quidem se gerens, licet Apostolica maiestas sit cæteris dignior, quam Heliscus, qui Sunamitidem ad pedes suos dimisit 4. Reg. 4. quam Daniel, qui se adorari permisit. Dan. 2. quam Ioseph, qui sapius se à fratribus adorari sciuit. Genes. 42. 43. 50. quam Iaddus Aaronius Pontifex, qui Alexandrum Magnum equo desilientem, seque ad ipsius pedes reuerenter abiicientem sustinuit summissus inquam se gerens, sed tamen relinquens vestigium osculationis pedum pontificiorum, quam Romanis Pontificibus vel potius sacræ ipsorum vntioni atque ministerio (docente Apostolo 1. Co. cap. 4. quia Deus reuera sit in vobis) à prima piorum memoria exhibitam, vt hæreticos nostri æui exulcerem, doceo.

Philippus primus Imp. Christianus se Fabiano reuerenter Prouoluit sub an. 250. Niceph. li. 5. cap. 25. Euseb. lib. 6. cap. 26. Constantinus Magnus primus post eum, Christum professus tenens frænum æqui Syluestri, vsque ad Lateranum propter reuerentiam & venerationem B. Petri, stratoris officio functus est. Photius in Nomocanone.

Est autem strator, qui dominum in equum attollit. Græca sic habent, και κρατούντες τον χαλινον του ιππου αυτου, δια την προσκυνησιν και τον φόβον του αγίου πέτρου, στρατορος οφείμιον εποιήσαμεν. Quæ & Theodorus Balsamon citat, vt doceat suum Constantinopolitanum Patriarcham multa habere ex priuilegio, quæ ex iure Romanus Pontifex, proptereaque Constantini dona-

Anni Christi.

32

Anni mundi.

4121

Hierosolimis, Iacobo iusto. an. 30.

Simone Cleopha, an. 46.

Principibus,

Tiberio, Caio Caligula,

ann. 4.

Claudio ann. 13.

Nerone an. 14.

Romanis imperat.

70

4158

Anni christi.

32

Anni mundi.

4121

Artabano. Deinde an. 3.
Gotarzi Parthorum rege,
Vonone 2. ann. uno, mox
Vologese an. 34.

tionem studiose in Constantinopolitanorum archiuis fertuari.

Iustinianus & ipse Magnus ann. 535 Agapetum adorauit. Nauch. lib. 2. Gener. 18. Iustinianus 2. Constantinum Papam huius nominis primum Constantinopolim accitum non modo amplectitur, sed & venerabundus eius pedes exosculatur. Blondus lib. 10. Platina in 90. Papa, siue iuxta Cuspinianum huic ceremoniæ infestum venerabundus sese ad pedes eius demisit. Pipinus Stephano Papæ obuiam factus, eius pedibus oscula impressit, frænoque, Pontificis equum in regiam duxit. S. Anselmus Lucensis lib. 1. Collectaneorum. Carolus Magnus prius pontificis (Adriani) pedes osculo contigit, quàm se illi complectendum daret. Carolus idem Stephani 1, Adriani 1, Leonis 4, & omnes qui prope aderant morem antiquum seruantes, (Nota) pedes exosculati sunt, Platina in Papa 94, 95, 96.

Sic Henricus 4. Benedicti tertij, & Paschalis 2, Idem in 105 & 107. Crescentius Romanæ vrbs consul Ioannis 17 pedes osculatus cum omnibus seditionis auctoribus. Idem in 144. Leo supplex Gelasij secundi, Fredericus Alexandri 3, Idem in 167, 168. cui & dixerit, non tibi, sed Petro, Reginaldus Polus pro vnitae Ecclesia lib. 2. Richardus Hannibal ob Cardinales in carcerem coniectos interdictus ad Matthei Vrsini Card. à Martino 4. delegari pedes prouolutus, laqueum collo gerens, in maximum pœnitentiæ signum absoluitur. Platina in Papa 177 & 196.

Sigismundus Imp. in Concilio Constantiensi Martinum quintum prostratus veneratur. Idem in 214. Eundem Brachius tyrannus & Ioannes vigesimus tertius, in Concilio eodem ante abrogatus, prouoluti salutarunt. Idem in 215. Albertus Occidentis Imp. & Ioannes Paleologus Orientis, ante Eugenij quarti sacros pedes in Concilio Florentino se præbuerunt, in 216. Reges Francorum & Angliæ Papæ Alexandri, Sigebertus ann. 1163.

Quod etiam in aliis obseruatum. Leontius Antiochenus apud Suidam ad Eusebiam Constantij imp. vxorem, rogantem vt se viferet. Si me vis (inquit) ad te venire, seruato mihi reuerentiam Episcopis conuenientem vt ingrediar quidem ego, tu verò mox è cello tuo folio descendens, cum pudore mihi occurras, και τω κεφαλή υπό χειρὸς τῆς ἐμῆς χερσὶν, διλογῶν ἀξιωμένῃ & caput supponas meis manibus, benedictionem postulans. Deinde sedeam quidem ego, tu autem stes reuerenter, nec sedas, donec signo iubeam. Si his parere vis, visam te. Sin minus scito te non obtenturam, vt nos τῆς προσκυνησῆς πῶς τοῖς ἐπισκόποις καθυφιμένους, vt nos inquam honorem Episcopis debitum prodentes, in diuinum Sacerdotum ius (δεσπὸν) simus iniurij. Suidas in Leontio.

Nam osculum manuum, capitis demissionem & alia eiusmodi Episcopis fuisse exhibita ex his etiam liquet. Ad ecclesiam curris, Episcopum videre desideras, ad eius pedes volutaris, Aug. de Verbis Apost. ser. 18. Regum colla & principum submittuntur, genibus sacerdotum, & exosculatis eorum dextris, orationibus eorum, se credunt communiri. Ambros. de dignit. sacerdot. cap. 2. Valentinianus Imp. obtestatur Episcopos, vt Mediolani talem eligerent episcopum, cui sincerè capita submitteret.

4158

70

Teod. lib. 4. cap. 5. Trip. lib. 7. cap. 8. Denique oscula manibus episcopi fuisse impressa e Paulino Nolano in vita D. Ambrosij perspicitur. Quidni igitur hæc aut etiam maiora episcoporum episcopo, vt Romanum appellat, Tertullianus, exhibeantur?

Adde verba Lascij Sarmatæ Lutherani e libro de Theologia Moscouitica Spiræ impresso an. 1582. pag. 142. Adorari reges atque magistratus non nescimus, quippe qui propter ipsam maiestatem imperij, qua conseruant & regunt cœtus humanos, inter deos referantur. *Psalms 82, 138. Exod. 21, & 22.* eamque ob causam in solio Dei, quasi eius in terris vicarij sedere dicuntur. *1. Paralip. 28.* Merito hæc igitur de illo scripta, incurauerunt & adorauerunt Dominum ac regem. *1. Paral. 29.* & de Iosepho altero Ægypti rege *Gen. 42.* vt plura præteream. Item Regino lib. 2. de Carolo Magno anno Domini 801. Carolus rex a Leone Papa coronatus die natalis Domini, post laudes more antiquorum principum adoratus est. Iustinus quoque lib. 6. Persas suos reges adorare solitos esse scriptum reliquit. Idem ego vidi in Anglia. (*in ergo hæretice probas adorari reginas fœminas, & non sustines pedes viri, Dei vices expressius agens osculari*) Et hic quidem cultus communis est illis cum Deo, cæteris minimè, de quibus Cœlius Rodiginus lib. 22. *Hæc iste.* vbi obserua cæcitatem, merito adorari principes & magistratus laicos atque adeo fœminas, & hoc in sacris magistratibus, & pontificibus Dei vicariis expressioribus detestari. Quamquam nos non pontifices adoramus vel adorandos docemus sed osculamur, vel oscula eorum pedibus figimus.

Tu ergo hæretice tuos adorato principes, more Persico, nos nostros non adorabimus, sed mitiore vocabulo honorabimus, osculabimur, & cum pacis osculo monebimus. Reges gentium dominantur, vos autem non sic. Quamquam velim eos id, pro Apostolica modestia, negligere, multo minus, saltem extra solennes conuentus exigere.

Virgo migrat in cælum sub Claudio imp. post passionem filij decimoquinto, ad eam e diuersis locis Apostolis conuenientibus. *Dionys.*

Interea audi, quam rectè Ecclesia etiam tunc fuerit Catholica, id est, non vnus aut alterius gentis, sed omnium. Intra 10 aut 30. ad summum annos euangelium, Romanorumque (nota hæretice) fides per vniuersum orbem diuulgata erat, etiam apud Scythas & quasque nationes remotissimas planèque Barbaras. *Rom. 1. Col. 1.* Inductione id docent. Iren. libro primo. Iustinus Martyr contra Triphon. Clemens in protrep. & Strom. & cæteri istorum sæculorum, qui vel Apostolos viderant & audierant, vel Apostolorum proximos discipulos. Deinde Origenes homil. 9. in Genes. homil. quarta in Ezechiel. homilia sexta in Lucam. Tertul. libr. de præscript. ad Scapulam, & contra Iudæos, Cypr. cum reliquis huius alterius sæculi. Quod pro summo miraculo annotat & contemplatur Chryso. in 24. Matth. Quare *Eusebii libro 8. cap. 1.* rectè ostendit ante persecutionem sub Diocleriano motam, pietatis doctrinam apud omnes mortales cum Græcos tum Barbaros viguisse. Hoc prædixerat Esaias 66. cap. Quis audivit talia & quis sic vidit? An parturit terra vno die? An gens genita est nixu vno? Itaque deinceps in docendo, quo tempore

Anni christi.

32

Candace siue Lacasa Regina Aethiopum. Hinc Baa- zena filia an. 10.

Mesue filio an. 6.

Sectua an. 9.

Adgala an. 10.

Marcomiro, Clodomero, Antenore per successionem Francorum Ducibus.

93

70

Anni mundi.

4158

plerique

Anni christi.

44

∴ CONCILIVM primum Hierosolymitanum ab Apostolis ipsis celebratum de lege Moysis abroganda & prohibendis Idolothytis, sanguine, suffocato, scortatione. Act. 15.

Quod etiam hodie in Oriente viget ex Leone Imp. const. 52. anno Do. 886. & Balsamone in can. Apost. 63. & aliis. In Occidente, saltem vsque ad annum 1114. Nam historici scribunt tempore Calixti Pomeranis ad fidem tum conuersis iniunctum, nequid immundum comederent, non morticinum, non suffocatum, non Idolothytum, non sanguinem animalium.

70

Anni mundi.

4121

4158

plerique de omnibus gentibus fidem receperint non laborabimus (Nam viuentibus adhuc Apostolis istud vbi- que per totum orbem contigit) sed quo totæ gentes vniuersæ, publicè & palam ad eius publicam professionem peruenerint.

* INTER medias persecutiones successio etiã & Hierarchia trium aliarum Apostolicarum sedium Orbis Christiani matricum seruata est integra. Quæ quoniam toto orbe summum erga populum Dei beneficium, prouidentiam, & gratiam ostendit, eam prætermittere nec potuimus, nec debuimus. Deinde hoc facit ad pleniorum rerum Ecclesiasticarum historiam & comparationem, quando Sedi Petri sæpe cum illis negotium fuit, & hæc ad illam, vt ad matricem & sacram anchoram, in necessitatibus Ecclesiasticis passim confugerint & etiamnum hodiè confugiant.

Denique cum memoria iusti in benedictione conseruari debeat, *Pro. 10* & profanos, atque adeo impios imperatores & reges sumus propter Chronologiæ coherentiam commemoraturi, hos nolimus non recolere, per quos Christiani nominis & religionis vnitas, ac communio per totum terrarum orbem vsque hodiè resplendet, etiam si principio multarum rerum & librorum conferendorum difficultas nos deterruerit.

Petrus an. Domini 44. Romæ sedere cœpit.

Marcus Euangelista Alexandriae an. 50. quatuordecim annis scilicet post cathedram Apostolicam Romæ fixam & constitutam.

Cuius successores hodie Cairum sedem transtulerunt propter loci dignitatem, & Alexandriae vastitatem.

Euodius Antiochiæ ann. 44. Postquam annis 7 Ecclesiam Petrus illic administrasset, & Romam sedem Apostolorum primariam transtulisset.

Cuius successores hodie Damasci resident ob Antiochiam dirutam & in pagum redactam.

Iacobus iustus Apostolus, Domini frater Hierosolymis anno 34. proximè scilicet Christi mortem per ann. 29 vnde & ei D. Petrus superuixit annos circiter 7.

His Cathedrarum quatuor Apostolicarum fixis initijs & tanquam æris, Patriarcharum in illis sedentium successio, sic, vt fecimus, facile continuabitur.

∴ ANNO quarto post Christi ascensionem primum consilium celebratum, non vt vulgo 17, vel 18. quod post Paulus iniusto Portij Festi iudicio oppressus Cæsarem appellarit, ac Romam propterea missus sit, Incarnationis 58, Ascensionis 25. At hi *ὑστερον πρότερον* non vident passim in Scripturis. Alioqui non omnes Apostoli ei interfuissent, vt qui iam essent dispersi ab anno septimo. Nec iuuantur eo, quod Paulus 1 & 2 Gal. tertio quidem anno suæ conuersionis se venisse ait Hierosolymam, at neminem Apostolorum illic vidisse præter Petram & Iacobum fratrem Domini, mox verò venisse in partes Syriæ & Ciliciæ, deinde post annos quatuordecim iterum ascendisse Hierosolymam cum Barnaba & Tito, quasi *πάλιν* illic significet secundam vicem, non, rursum. Nam non animaduertunt, Paulum quidem narrare se post 14 annos eo venisse, sed non negare, quin quarto & aliis intermedijs etiam venerit, nempe propter quæstiones in Antiochia Syriæ moras de legalibus. *Act. 15.*

Diuisio Apostolorum ab inuicem anno à Passione septimo, vel iuxta Bedam duodecimo.

Secundum concilium extare dicitur apud Æthiopes Abissina eorum lingua. De quo accipiendum illud Rufini, siue Cypriani initio com. in Symbolum. Tradiderunt maiores nostri, quod post ascensionem Domini, Apostoli ad singulas singuli discessuri nationes, normam prius futurę prædicationis in commune constituerunt, ne forte alij ab alijs abducti diuersum aliquid exponerent. Omnes ergo in vno positi & spiritu S. repleti breue istud futurę prædicationis indicium componunt, atque hanc dandam credentibus esse regulam statuant.

Tertium Ascensionis decimo quinto, quando diuinitus conuenerunt Apostoli è variis orbis partibus, vt Assumptioni siue emigrationi D. Virginis interessent è D. Dionys. dediuinis Num. c. 3. de rebus à se per orbem actis.

Humana siue Profana D. Petro Pontifice.

CAIUS Agrippam regem Iudę facit, Herodę Lugdunum relegat, Pilatum ad sibi manus inferendas præ malorum magnitudine cogit. Iudeos vexat.

Claudius primus imperium mercatus est, promissis vniciuique militi 350 coronatis.

Romani imperij fines ampliores reddidit. Britanniam, quam post C. Cæsarem Romanorum nullus adiecerat, insulas Oceani Orcades vltra Britanniam subegit, a nno Dom. 45 Euf. Entrop.

E Germania Vespasianum in Britanniam transtulit, qui 32 validissimas gentes & Vectam insulam in ditionem inaccepit Suet.

Iudęos Romę pellit impulsore Chresto tumultuantes. Sueton. Christianos vulgo intelligunt.

Anno 800. Urbis Claudij principis censura, Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. affertur ex Ægypto Phoenix in Urbem & in comitiis proponitur, aquilę magnitudine, collo instar auri fulgente, reliquo corpore purpureo, plumeo capitis apice, & cristato, cæruleam caudam roseis penneis distinguentibus. Auctor citatur Cornelius Valerianus, Plinius, Dionysius Solinus, At Tacitus. lib. 6. duobus annis ante, L. Vitellio scilicet & Paulo Fabio Coss.

Nero cladem Britannicam accersiuit. Armeniam amittit legionibus Romanis sub iugum Parthorum missis Pontum Polemaicum concedente rege Polemone prouinciam fecit. Item Alpes Cottias rege Cottio defuncto Suet. Euseb. de tragica eius nece lege Suet.

Primus Romanorum Impp. in Christianos scire cepit. Tert. in Apol. Euseb. lib. 6. Orof. lib. 7. Christi sexagesimo quinto vsque ad mortem suam, quę 69. contigit, id est per quadriennium.

Immanum bestiarum foedissimus, dignus, qui primus in pios persecutionem inciperet. Nescio an & postremus expleturus sit, siquidem opinione multorum receptum sit ipsum esse Antichristum venturum. Sulpitius libro secundo.

Marem & præceptorem Senecam occidit. Se Pythagorę cuidam in matrimonium tanquam scemina dicauit. Cætera eius probra Sext. Victor & Suetonius pagani

Anni Christi.

32

CONCILIVM Apostolicum alterum in Iudæa sub Apostolorum dispersionem in quo Symbolum conditum, & liturgia siue Missa disposita apud Clementem lib. 8. const. Apost. ca. 12. Græci exemplaris, 16. Latini, Canones & constitutiones Apostolorum instituta, quas idem Clemens octo libris complexus est.

Aliud è Dionys. Hier. Eccles. c. 3.

Anni mundi.

4121

4158

70

diligenter

Anni Christi.

70

81

c. M. LINIVS Tuscus sedit an. mens. 3. dies 12.

Anni mundi.

4158

4169

diligenter explicuerunt, vt dignus fuisse videatur, qui primus esset pietatis infectator. Nam vt quisque pessimus est, sic acerrimo odio in optimum quodque fertur.

Neroni in expensas centena millia aureorum decreto senatus singulis annis subministrantur.

Eodem ferè tempore cepit Neronis in Christianos persecutio & bellum Iudaicum. Tacit. libro, 15. siue Simonis magi causa, qui in Neronis amicitiam sese insinuauerat. Egesip. lib. 3. cap. 2, siue quia Christiani in numero Iudæorum ponebantur, Rutilius Gallus in Itinerario.

Vologeses Radamistum Iberorum regem regno expellit, & Tyridatem fratrem suum in Armeniæ regnum deducit Tacitus. Bellum gerit contra Domitium Corbulonem Neronis ducem, in quo captus Tyridates coram Neronis effigie constituitur. Idem.

Tribus annis post diadema recipit. Idem.

Sido & Italicus Sueuorum reges. Idem.

Cottio rege defuncto Alpes prouincia Romana sunt.

Virginus 20 millia Gallorum, & Germanorum trucidat.

Iudæi à Claudio Roma pulsi sunt. (Suet.)

Perfius, Silius Italicus, Lucanus poetæ, Seneca, Columella, Pomponius Mela, Probus Gram. Scatius Tholosenis Rhetor Latini & Ethnici scriptores florent. Crinas & Carnus medici, Cornutus phil.

Thesalus Methodicorum princeps apud Plinium in cuncta maiorum placita & omnis æui medicos perorat.

Euax Arabum Rex de medicina ad Neronem scribit.

Andromachus Cretenis Theriacæ inuentor. Marinus Tyrius Geographus.

Botarzes decimus octauus Parthorum imperium tenuit occiso fratre Bardane siue Artabano. Tacit. lib. 11.

Christi 49. Annis scilicet duobus. Nam illo mortuo Vonones sub Claudio Parthis regnat, & mox Vologeses filius an. 34. Idem.

Gotarzes Meherdatem à Claudio Imp. ad Parthicum regnum obrinendum missum vicit, captumque auribus præcis incolumem seruauit.

Ei successit vigesimo ordine Vonones Medis tum præsidens. qui regnum Vologesi paulò post moriens reliquit, rerum gestarum magnitudine in Romanis historiis notissimo.

Vologeses, de quo Tacitus acuratè lib. 13, 14, 15, Armeniam Neroni ademit, duas legiones sub iugum misit, &c.

Adgala rex Ætiopum videtur esse Hirtacus ab impietate in historia D. Matthei Æthiopum Apostoli notissimus.

Francorum Reges isti vsque ad Pharamundum, qui non rex, sed prædonum Franconiæ ductor erat, mihi suspecti sunt. Nominauimus tamen, vt iis satisfaceremus, qui Trithemij de origine Francorum somniis delectantur. Nam puto nobilitatem Gallicam esse ab originem, nec ortam è tam impuro Francorum sanguine, de qua realias.

c. PETRI res gestas, maximè cum Simone Mago descripsit. Cathedram Apostolicam, D. Petro absente & sese per

vices in Asiam & alias regiones ad constituendas Ecclesias conferente. eius Chorepiscopus & coadiutor, ad ministravit.

Ilius meminit Paulus 2 Timoth. ult. Petrus quidem Clementem ordinat, sed huic Linus & Clerus in catalogo episcoporum praeponuntur, quod eos Petrus sibi Chorepiscopos sive coadiutores ascivisset.

Quare quartum à Petro Clementem facit Hieronymus in Catalogo. Sic Epiphanius *haeres.* 27. Nempe Clementis est secundus Petri ordinatione, non Ecclesiae. Nominatio Petri iure, non functionis & administrationis, quam Lino, deinde Cleto detulit, non tam modestia, quam Domini consilio, ne huius nominationis exemplum transfret ad posteros, & libera Ecclesiae providentia in diligendo sibi praesule decerneret.

Quod in idem recidit. Nam qui Clementem secundum faciunt, ei annos Lini & Cleti tribuunt, ut scilicet federit annos circiter 33, & Linum ac Cletum Petri, deinde Clementis chorepiscopos sive coadiutores vocant: Qui quartum singulis suos, ut hic, assignant.

Onuphrius in Epitome Romanorum Pontif. multo aliter. Nam putat Linum sedisse, quidem, seu porius vixisse in pontificatu an. 11, mens. 3, dies 12. Sed id viuo Petro, ut eius non fuerit successor sive Papa propterea, sed Papae coadiutor, sive Episcopus, qui Romanam sedem rexerit, Petro extra urbem proficiscente. Nam mortuum ait à Petri nece altero mox mens. & die 25.

Hinc proxime Clementem suggerit anno 9, mens. 4, die 9. 26, ab imperio Neronis vsque Vespasiani ultimum.

Tertio loco Cletum à Clementis obitu an 6, mens. 5 à Tito ad Domitianum, qui quidem Cletus fuerat Petri in sub urbiis (ut Linus in vrbe) coepiscopus tot annos, mens. & dies, quot Linus. Deinde Clementis vsque ad eius obitum, cui deinde superuixerit in pontificatu annos 6. m. 4. d. 26. Verum haec noua sunt, nec congruunt summæ Chronologicae.

Apostolici viri per vniuersum orbem discurrunt. *Euseb. lib. 3. hist. c. 37. Niceph. lib. 4. cap.* Hinc templa propè iam desolata & sacra (Gentilium) solennia diu intermissa, *Pünius Traiano lib. 10 Epist.*

Profana.

Post Neronem tres imperium simul arripuerunt, Galba in Hispania viuento Nerone, Christi 69. sequenti Otho Romæ, Vitellius in Galliis, sed fraude & seditio-nibus intra annum interierunt, Nam Otho à suis interfectus, &c.

In Nerone progenies Caesarem deficit.

Vespasianus & ipse à suis militibus Imperator appellatus, imperium inuasit, ac bellum Vitellio per duces intulit, eoque occiso post 6 menses solus imperavit, ac Titum Domitianumque filios Caesares appellauit. *Suet. Tacitus.*

Prouincias fecit Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quæ liberae antea erant ciuitates, Thraciam, Ciliciam, Thraceam, & Comagenem, *Sueton. Eutrop. lib. 9.*

Eos, qui de domo Dauid essent conquiri iubet. Hinc magna Iudæis persecutio exoritur. *Eusebius lib. 3. Histor. cap. 12.*

Urbem ingreditur, inter 320 triumphos, qui ab Vrbe

cond.

Anni Christi.

70

Anni mundi.

4158

Principibus,

Galba mens. 7, & dies totidem. Othone mens. 4. Vitellio mens. 8.

Vespasiano an. 10, & Tito, ex ordine Imp. pp.

Vologese,

Deinde Pacoro sive Vologese 2, an. 22. Parthorum Rege.

81

4159

Anni Christi.

Anni mundi.

Adgala Æthiopia Belul, sive Pretioso, deinde Agba mens. 6. Mali an. 4. Akle an. 13.

Rhatero seu Dathero Francorum duce.

81

3
d M. CLETVS sive Clytus Romanis sedit, an. mens. 1. dies 12.

Vacat sedes Pontificia dies 20.

Patriarchis,

Alexandria Anniano, deinde Albilio an. 13.

4169

4181

cond. acti fuerant, eximium agens triumphum in quo pater & filius Vespasiani vno triumphali curru vecti, honorificam de iis, qui Deum Patrem & Filium offenderant, victoriam reportarunt. *Drosius libro. 7. cap. 6.*

Eius secundo ferè completo, qui erat. Christi 71, 8 Septembris capitur Hierosolyma per Titum filium ipsius. *Ios. libro 7. Belli cap. 17. Tacit. lib. 2. Nicophor. in Ceron.* Cuius obsidio coeperat die Paschæ. Vndecies centena millia fame & gladio perierunt. Alia centum millia publicè venundata sunt, sexcenta interfecta. *Iosippus & Ioseph. lib. 2.*

Eodem die dant pœnas, quo scelus in Christum admiserant, nam diebus Azymorum capta est vrbs, *Glycas li. 3.* aut potius obsideri copta.

Pacorum Parthorum regem Alani in Medorum regionem irrumpentes pellunt, omniæque vsque ad Armeniæ fines vastant.

Polemias Indiæ rex, Tyridates Armeniorum, Gaudiphorus Arbanæ, Beor Ægyptiorum, Ægyptus Æthiopum & Hyrtacus.

Sauromatae Istrum transgressi saeuissimè in vicinos furunt.

Plinius maior, qui ut fuerit Atheus, hoc tamen vnum diuinissimè, quod ad sternendam idololatriam, Nostri vrgebant, Matrimonia quidem inter Deos credi, tantoque æuo neminem ex his nasci, & alios esse grandæuos, semperque canos, alios iuuenes, atque pueros atricolores, aligeros, claudos, ouo editos, & alternis diebus viuentes morientisque puerilium propè est deliramentorum, sed super omnem impudentiam est, adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia & odia, atque etiam furorum esse & scelerum numina. *lib. 2. cap. 2.*

Plutarchus Cheronensis, Higinius, Lucanus, Probus Grammaticus satis noti auctores. *Tacit. lib. 15, & Eutrop. lib. 8.*

Reges vel potius duces hi Francorum nominantur è libro Trithemij de regibus Franc. Fides penes auctorem esto, quem credo è suo cerebro istos esse commentum, *supra.*

d DE Cleto Philipp. 4, ut summa imprudentia Francius contra omnem antiquitatem affirmet eum nunquam in rerum natura existisse. Errant etiam qui, decepti fortasse affinitate vocabuli, confundunt cum Anacleto: quem ex Damaso, & ipsiusmet Decretal, certum est successisse Clementi.

Nisi, ut videtur è catalogo Hieronymi in Clemente, & Ignatij epist. ad Trallianos Cletus, Anacletus quoque vocatus fuerit.

Primus literis Apostolicis salutem & benedictionem Apostolicam inscripsit.

Hermes apostoli Pauli discipulus, qui & pastor de libri nomine, visiones suas exarat, quas agnoscunt veteres & citant, ut Orig. lib. 4 de Princip. c. 11, &c.

Dionys. Areopagita Romam Athenis, vbi constitutus fuerat Episcopus, veniens, ut Petrum (quem iam martyrio functum ignorabat) videret, in Galliam ad Parisios, tandem Clementis suasu proficiscitur. *Hildemimus in Areopagiticiis.*

Libros, quos habemus & multò plures, scribit. *Idem, Suidas, Michael Syngelus & alij.*

Crescens iam in Galatiam venerat. 2 Timoth. 4, id est, in Galliam

in Galliam. *Epiph. heres. 41. Nam & Clemens lib. 7. Apost. Const. cap. 46.* à Petro eum ordinatum Galliae Episcopum testatur. Sic Eusebio lib. 7. histor. cap. 3. & *Hieronym. in Catalog.*

Humana.

Ast onius Pedianus Tito Vespasiano familiaris, Serapion philosophus & orator. Flavius Iosephus, cuius libros manu sua descriptos Titus in Romanam bibliothecam reposit, *Nicoph. lib. 3, cap. 11,* & Iosippus filius Gorionis Iudaei historici. *Ios. pro. lib. de bello Iudaico.*

Titum adhuc spirantem Domitianus frater succedendi cupiditate in loculum misit. *Nicophor. libro tertio cap. 11.*

De Gotthis & Dacis triumphavit. Bellum civile à L. Antonio superioris Germaniae praeside motum confecit. *Sueton.*

Multos Senatorum interfecit, partem magnam in exilium relegavit. *Idem.*

Templum sine admixtione lignorum construxit. *Euseb.*

Primus se Dominum & Deum appellari iussit. *Cassiodorus.*

Eos qui de genere essent Davidis conquiri & interfici iussit. *Euseb. lib. 3, cap. 19.*

Picti Rhoderico duce à Scythia novas sedes quaerentes in Britanniam primum venerunt Domitiano Imperatore.

Quintilianus ex Hispania, primus Roma scholam publicam aperuit, & stipendium à fisco accepit. *Euseb. & Cassiod.*

e DE Clemente, *Philip. 4.*

Primus ex gentibus & Graecis in Christum credidit & fuit à 70 discipulis. *Dorotheus.*

Multa scripsit. Inter ea epistolas ad Iacobum fratrem Domini, ut apparet à Damasi pontificali, Ruffino praefat. in libro recognitionum, Ioan. Patriarcha Antiocheno libro de potestate generalis concilij supra Papam, ut Sextus Senensis citat pag. 92. Item ex iis quae inde ad verbum excepta sunt dist. 2, 5, 23, 28 & 2. q. 1. & 7. 11 q. 3. 12 q. 1. 16 q. 7.

Scripsit & libros octo de constitutionibus Apostolicis, quos Aethiopes inter sacros reponunt, & Epiphanius, totaque antiquitas veneratur, ut Turrianus probat.

Horum libri octavi extrema pars sunt Apostolorum, qui inscribuntur canones. Hi enim non sunt scriptura Apostolorum, sed traditiones eorum sine scripto, scripti vero ab alio, nempe à Clemente. Vnde & eos antiqui omnes Patres, ut verè Apostolicos, recipiunt, atque ad illos ceu normas & regulas omnia in Ecclesia, ad eius decorem, honestatem & ordinem, exigunt.

Literis Schisma Corinthiorum composuit. *Eus. lib. 5, cap. 6.*

Constituit, ut per regiones essent notarii, qui gesta martyrum conscriberent, quorum istis saeculis prouentus extitit vberimus.

Ebionitarum & Nicolaitarum haereses variaeque aliae haereticorum turmae. *Iren. 1, cap. 21, 22, seqq. Hilari. lib. 1 de Trinitate.*

Exoriuntur autem partim à Circumcisione, partim à schola Pythagoreorum & aliorum philosophorum, ut proinde Tertullianus philosophos patriarchas haereticorum dixerit.

Anni christi.

81

Antiochia Ignatio.

Hierosolymis Simone Cleopha.

Principibus.

Tito an. 2, & postea Domitiano an. 15 Imp.

Pacoro Parthorum.

Akle Aethiopiae, deinde Didima an. 10.

Ratbero Franc. duce.

93

e M. CLEMENS Romanus, sedit an. 9 mens. 6. dies 7

4181

102

4190

Vacat sedes dies 13.

Ebion

Anni christi.

93

Patriarchis.

Alexandria Albilio, deinde Cordone an. 10

Antiochia Ignatio.

Hierosolymis Simone Cleopha, deinde Zacharia an. 1.

Principibus.

Domitiano, Nerua, an. 2, & Traian. an. 19 ex ord. Imp.

Vologese Pacoro, deinde Parthorum. Cozroe an. 5.

Richimero. Franc. duce.

Didima. Aethiopum.

102

Anni mundi.

4181

Ebion legalia Evangelio miscens ab animatis & carnibus, omnique edulio ex carne facto abstinendum, & pleraque alia docebat. *Epiph. heres. lib. 30*

TERTIUM bellum, siue secunda Romanorum persecutio auctore Domitiano. an. 97. *Euseb. 3, cap. 12. Eutrop. lib. 9*

De tristi & misera Domitiani nece. *Suet.*

In ea Ioannes Apostolus in Pathmum insulam relegatur, Domitiani scilicet decimo quarto, ubi ille sibi arcanis mysteriis reuelatum librum Sacrae Apocalypsis scripsit, quam interpretatus & Iustinus Martyr. *Hier. in Catalog. Sulpit. lib. 2. hist. et ante eos Irenaeus lib. 5.*

Nerua primo suo edicto cunctos exules reuocauit. Vnde & D. Ioannes rediit Ephesum.

Nam adhuc erat in viuis, regens Ecclesias Asiae, quas Paulus fundauerat, interea dum ipse Virginem sibi à Domino pro matre commendatam domi curaret. Ephesi dicitur Euangelia & Epistolas Ebionitarum causa, &c. *Iren. lib. 3, cap. 3.*

Post mortem Petri & Pauli relicta Iudaea se totum ad gentes contulit, & Ephesi proprie sedit.

Centesium Christi nati annum clausit sua morte D. Ioannes Euangelista.

Nam 60 anno post passionem Domini, suae aetatis 99 mortuus est Ephesi. *Hieron. in Catalog. & Sophron.*

Quibus adde 32. vitae Christi, & existent centum. Saeculum verè Apostolicum. Ita non nisi vno anno Christo fuit iunior. Idem etiam annus est memorabilis primo Traiani principatu.

Ignatius, Ioannis Euangelistae discipulus primus instituit Antiphonos Hymnos in Ecclesia, ex visione Angelorum per responsoria S. Triadera canentium. Quem canendi modum Antiochenae Ecclesiae suae tradidit, ut ubi nomen Christianorum ortum fuerat (Decimo sexto anno post Domini Ascensionem) illinc manaret Christi & Dei canendi mos. *Socrat. lib. 6, cap. 8. Trip. 10, cap. 9. Nicoph. 13, cap. 8.*

Vnde & ipse Chori meminit in epist. ad Romanos. Quae ratio in duos Choros diuisa in omnes Ecclesias deriuata est, Constantij temporibus. *Basiliius quadam epist. ad Neocaesarienses.*

Antea communiter canebant, vno praecinente, ceteris de Ecclesiastico gradu succinentibus. *Dionys. de Eccl. Hierar. cap. 3.*

Humana.

Iuuenalis, Martialis, Stella, Publius Statius Poetae. *Volateran.*

Stadius Surfulus Tolofanus in Gallia Rhetoricam docet. Sic Gabinius Rhetor.

Sextus Empiricus Philosophus nepos Plutarchi.

Marinus Tyrius cosmographus, Andromachus Cretenfis Theoricarum inuencor. Menelaus Geometra. Serapion. Apollonius Tyaneus, Euphrates philosophi. Cornelius Celsus, Langus medici.

Apud Domitianum Apollonius Tyaneus postulatur de Magia. Sic sub Antonio Pio Apuleius apud Africa praefectum.

Onkelos (Aquiliam nonnulli putant à vicinia nomi-

4190

nis)

nis) filius Sororis Tiri Imp. qui templum vrbemque va-
stauit. Pentateuchum Moſis Chaldaicè repræſentat
Eius etiam translationem in Hagiographa & prophe-
tas citat Elias in Merurgheman Rad. פטש. Sed non
extat.

Apud Hebræos ſcribebant Ioseph Ben Gorion. R.
Gamaliel Maior, R. Eliezer, R. Iohanan ben Zachai, Io-
ſippus & alii plarique.

ſtolorum, que Græcè ſupereſt, noſtra ſimillima, cum Canone penè cum noſtro eodem apud Clementem lib. 8. cor. c.
16, 17, & ſeq. & citatur à Græcis, ut Beſſarione, Marco Ephēſio, Nicolao Methonenſi, è qua manarunt, deriva-
taq; ſunt cetera, que per orbem terrarum deinceps ſunt peracta, quotidièque peraguntur, ut in ſequentibus ſeculis
oſtendam. Iacobi fratris Domini, Græcè ubique venali & in concilio 6. Oecumenico Conſtantinopoli. c.
32. recepta. Matthæi, qua & Æthiopica lingua & Latina interpretatione proſtat, ac Corbon. i. oblatio in-
ſcribitur, item Canon vniuerſalis. Marci Euangelix, quam in partibus Alexandria uſurpauit, reſert
Marcus Patriarcha Alexandrinus, qui eam celebrabat an. 1203 in ſuis ad Græcos interrogationibus pag.
Græca 2; 8 Iuris Orientalis. Traditionibus Apoſtolicis, quas, ne è memoria exciderent, in libros retulit Cle-
mens Apoſtolorum diſcipulus. Canones enim Apoſtolorum ab ipſo publicati, non eorum ſunt ſcriptura, ſed tra-
ditiones ſine ſcripto in Eccleſia ab eis relicta. (ſic eos appellat Synod. Gangrenſis in per oratione) de quibus & idem
Clemens octo libris conſtitutionum Apoſtolicarum citatus ab Epiphanio & veteribus, inter ſacros libros relatus
ab Abyſſinis, Dionyſius libro integro de Eccl. Hier. Philo. &c. Quadrageſima, cano. Apoſt. 68 & 69.
Clemens conſtituit. lib. 5. cap. 13, & lib. 7. cap. 23. Ignat. ad Philippenſes. Hermes Pauli Diſcipulus lib. Similitud.
quem Clemens Alex. in ſtomatibus citat. Delectus ciborum, Act. 15 à ſanguine ſuffocato & Idolothytis,
Can. Apoſt. à carnibus feria 4 & 6, niſi quòd feria quarta apud occidentales contra quòſdam Iudaizantes in
Sabbatum translata eſt. Cetera conſtant, ut de Monachismo, Precibus pro mortuis, ieiuniis, ceremoniis, ritibus,
ſacris veſtibus, &c. octo lib. de conſtitutionibus Apoſt. & aliis ſcriptis Ignatii Martialis, Hermetis, Dionyſij
Areopagite, Philonis quantumuis Iudæi & à nobis alieni. Miſſam eſſe Sacrificium, Canon. Apoſt. 3 & 4.
Dionyſ. de Eccleſ. cap. 3. Vbi hoſtia ſalutaris, Martial. ad Burdeg. Ignatius ad Smyrnenſes, denique in ſu-
perioribus quatuor Liturgiis, ſue Miſſis. Verum illic eſſe corpus Chriſti. Ibidem & in nobili illo Ignatii frag-
mento, quod ex epiſt. ad Smyrneos proſert S. Theodorit. lib. 3. Polymorphi. Εὐχαιſτίας καὶ προφορὰς ἐκ τῆς ἐχο-
ταί, διὰ τὸ μὴ ἐμολογῆν τὴν εὐχαιſτίαν ἀόρατα εἶναι τὸ σῶμα τοῦ ἡμῶν, τὴν ὑπὲρ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν παθεῖσαν,
ἢ ἡ χροσὸν τοῦ πατρὸς ἡγεῖν. Dion. de Eccleſ. Hieronym. cap. 3, pag. 150 Græci ex. per qua (Symbola) Chriſtus ſigni-
ficatur καὶ μετέχεται participatur, ſue vnà habetur, &c. & ſub ſinem illius capituli nonnulla alia eodem pertinen-
tia. Tempia, Philippus & Bartholomæus templà in Aſia ſuperiore, & Syria, conſtruxerunt, Sacerdotèſque &
Epiſcopos eis præfecerunt, ex hiſt. Niceph. lib. 2. cap. 39, Thomas in Indiis, ibid. c. 40. & Abdias Babylonicus de
vitiis Apoſtolorum. Conſeruabant & dedicabant, Philo. & Clemens. Baſilicas appellabant maiores Eccleſias &
Deo dicabant, eaque Dominica dicebant. Sequentibus ſeculis etiam Martyribus, & Martyria nominabant.
Cruce, Crucis ſignum. Dionyſ. cap. de defunctis. Martialis ad Burdegalenſes, cap. 8. Crucem Domini ſemper
in mente, in ore, in ſigno tenete. Crux enim eſt armatura veſtra, &c.

Imagines, Imago Chriſti fuſilis à muliere poſita, quam Chriſtus à ſanguinis fluxu ſanarat apud Eriſ. lib. 7.
cap. 18 exem. Græci. Theophyl. in 9 Math. quam euertſam à Iuliano Apoſtata Chriſtiani in Eccleſiam retule-
runt ex Soz. lib. 5. cap. 21. Imago Chriſti, quam Agbarus Meſopotamia regulus, exprimentam carauerat apud
Euagrium lib. 4. hiſt. cap. 26. Damasc. lib. 1. Apol. & lib. 4. Orth. cap. 17. Greg. lib. 7. epiſt. 63, Euf. lib. 1. Auguſt.
de doctri. Chriſtian. Syn. 7 actione 5. Et quam Nicodemus habuit, Athan. libr. de Paſſione Chriſti & in
7 Synodo. Imago Chriſti & Virginis, quam D. Lucas pinxit, ex Aug. de Doctri. Chriſtian. Damasc. lib. 4. cap.
8. Niceph. lib. 14. cap. 2. Petrus & Paulus pluribus locis cum Chriſto picti, item Apoſtoli alij, ex Aug.
lib. 1. de conſenſu Euangelixtarum, c. 10. Ceremoniæ multiplices apud Clementem & Dionyſ. inducæ
ab Apoſtoliſ primo ut eſſent retinacula pietatis, ſecundo in ſolemnitatem & decus ſacrorum, tertio ad
Theoriam.

Primatus Petri, ibid. Dionyſ. cap. 5, pag. Græca 197. Ignatius in inſcript. epiſt. ad Rom. Clem. ſepius, Linus
lib. de Paſſione Petri & Pauli. Martyrium magni eſſe meriti, Ignat. epiſt. ad Smyrnenſes, Antioch.
Polycarpum, Ephēſios, Virginum inſtitutum, Idem ad Antioch. Heronem, Tarſenſes, Philo lib. de
vita cont.

Monachiſmus, Philo ibidem, & Dionyſ. de Eccl. Hierarch. Ordines Eccleſiæ ſeptem, Clemens in
Conſtant. & Can. Apoſtol. Ignatius & Dionyſ. paſſim. Preces pro defunctis, Iacobus ter in Liturgia, Mat-
theus in Miſſa Æthiopiæ, & Apoſtoli in ceteris Liturgiis, Hermes viſione 3, Petrus lib. 3 recognitionum
Clementis, Clemens lib. 8. Conſt. c. 41, Dionyſ. Eccl. Hierar. c. de defunctis, Græci exem. pag. 217, 218: & in Theo-
ria pag. 22. deinde pag. 227 quid huiusmodi præcatio iuuet, nempe ut adipiſcantur, qua à Domino promiſſa ſunt,
remiſſionem peccatorum & ſacrum præmium. Ibidem Hermes viſione 3, Dionyſ. in Eccl. cap. de
defunctis. Diuorum inuocatio. In Liturgiis ſuperioribus. Quin & Angelica Virginis ſalutatio nominatim
in Iacobi & Marci ponitur. Reliqua idem & ceteri huius ſeculi Apoſtoli & auctores probant. Quod centuria-

Ann
Chriſti.
AN NVS Dom. centeſimus
Quo Ioannes Euang. Ephēſi mori-
tur, & Traianus adu imperium.
Hoc primo centenatio docbrina
ſana, cui hodie heretici adueſantur
(nam de alia eſt notius) promulga-
tur, vel potius è veteri Teſtamento
accepta continuatur libris noui Te-
ſtamenti, quadruplici Miſſa, Apo-
ſtolorum, que Græcè ſupereſt, noſtra ſimillima, cum Canone penè cum noſtro eodem apud Clementem lib. 8. cor. c.
16, 17, & ſeq. & citatur à Græcis, ut Beſſarione, Marco Ephēſio, Nicolao Methonenſi, è qua manarunt, deriva-
taq; ſunt cetera, que per orbem terrarum deinceps ſunt peracta, quotidièque peraguntur, ut in ſequentibus ſeculis
oſtendam. Iacobi fratris Domini, Græcè ubique venali & in concilio 6. Oecumenico Conſtantinopoli. c.
32. recepta. Matthæi, qua & Æthiopica lingua & Latina interpretatione proſtat, ac Corbon. i. oblatio in-
ſcribitur, item Canon vniuerſalis. Marci Euangelix, quam in partibus Alexandria uſurpauit, reſert
Marcus Patriarcha Alexandrinus, qui eam celebrabat an. 1203 in ſuis ad Græcos interrogationibus pag.
Græca 2; 8 Iuris Orientalis. Traditionibus Apoſtolicis, quas, ne è memoria exciderent, in libros retulit Cle-
mens Apoſtolorum diſcipulus. Canones enim Apoſtolorum ab ipſo publicati, non eorum ſunt ſcriptura, ſed tra-
ditiones ſine ſcripto in Eccleſia ab eis relicta. (ſic eos appellat Synod. Gangrenſis in per oratione) de quibus & idem
Clemens octo libris conſtitutionum Apoſtolicarum citatus ab Epiphanio & veteribus, inter ſacros libros relatus
ab Abyſſinis, Dionyſius libro integro de Eccl. Hier. Philo. &c. Quadrageſima, cano. Apoſt. 68 & 69.
Clemens conſtituit. lib. 5. cap. 13, & lib. 7. cap. 23. Ignat. ad Philippenſes. Hermes Pauli Diſcipulus lib. Similitud.
quem Clemens Alex. in ſtomatibus citat. Delectus ciborum, Act. 15 à ſanguine ſuffocato & Idolothytis,
Can. Apoſt. à carnibus feria 4 & 6, niſi quòd feria quarta apud occidentales contra quòſdam Iudaizantes in
Sabbatum translata eſt. Cetera conſtant, ut de Monachismo, Precibus pro mortuis, ieiuniis, ceremoniis, ritibus,
ſacris veſtibus, &c. octo lib. de conſtitutionibus Apoſt. & aliis ſcriptis Ignatii Martialis, Hermetis, Dionyſij
Areopagite, Philonis quantumuis Iudæi & à nobis alieni. Miſſam eſſe Sacrificium, Canon. Apoſt. 3 & 4.
Dionyſ. de Eccleſ. cap. 3. Vbi hoſtia ſalutaris, Martial. ad Burdeg. Ignatius ad Smyrnenſes, denique in ſu-
perioribus quatuor Liturgiis, ſue Miſſis. Verum illic eſſe corpus Chriſti. Ibidem & in nobili illo Ignatii frag-
mento, quod ex epiſt. ad Smyrneos proſert S. Theodorit. lib. 3. Polymorphi. Εὐχαιſτίας καὶ προφορὰς ἐκ τῆς ἐχο-
ταί, διὰ τὸ μὴ ἐμολογῆν τὴν εὐχαιſτίαν ἀόρατα εἶναι τὸ σῶμα τοῦ ἡμῶν, τὴν ὑπὲρ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν παθεῖσαν,
ἢ ἡ χροσὸν τοῦ πατρὸς ἡγεῖν. Dion. de Eccleſ. Hieronym. cap. 3, pag. 150 Græci ex. per qua (Symbola) Chriſtus ſigni-
ficatur καὶ μετέχεται participatur, ſue vnà habetur, &c. & ſub ſinem illius capituli nonnulla alia eodem pertinen-
tia. Tempia, Philippus & Bartholomæus templà in Aſia ſuperiore, & Syria, conſtruxerunt, Sacerdotèſque &
Epiſcopos eis præfecerunt, ex hiſt. Niceph. lib. 2. cap. 39, Thomas in Indiis, ibid. c. 40. & Abdias Babylonicus de
vitiis Apoſtolorum. Conſeruabant & dedicabant, Philo. & Clemens. Baſilicas appellabant maiores Eccleſias &
Deo dicabant, eaque Dominica dicebant. Sequentibus ſeculis etiam Martyribus, & Martyria nominabant.
Cruce, Crucis ſignum. Dionyſ. cap. de defunctis. Martialis ad Burdegalenſes, cap. 8. Crucem Domini ſemper
in mente, in ore, in ſigno tenete. Crux enim eſt armatura veſtra, &c.

tores ipſi agnoſcunt, nec ſe aliter explicant, quàm arguendo Apoſtolos & Apoſtolicos. Verbi graia, Centuria 1,
libro 2. cap. 10 arguunt Ioannem Euang. quod voluntariam paupertatem doceat & cuidam inculcet. Item quod
ſpatium aliquot dierum proponat ad poenitentiam, Thomam, quod Diacono caput toronderit, item ſeptem dierum
ieiunia indixerit, & ad omnia, crucis ſignum expreſſerit. Quæ ſi ab eo facta ſunt, res videri volunt ſuperſtitio-
ſas. Andream, qui dies ieiuniis aſſignaffe & quibuſdam peccatoribus propoſuiſſe ſcribatur. Mattheum,
quod Mariam ſeruanda virginitatis votum Deo primum vouiſſe prædicauerit, de meritis credentium docuerit
ieiunium Quadrageſimæ commendauerit, Virginem Deo conſecratam nefas eſſe nubere affirmauerit, Ducentas
amplius Virgines conſecrauerit in calibatu, & velamen eis ſacrum impoſuerit, quòd denique Miſſam populo
Æthiopico dederit. Et quod proſectoris eſt impudentia, ibid. c. 4. col. 54, v. 15, & ſeqq. Diu Iacobi epiſtolam
adulterinam affirmant, non authenticam, neq; Apoſtolicam (ut & B. Iudæ v. 42.) Nam (inquiunt) ab analo-
gia doctrina Apoſtolica haud mediocriter aberrat in materia iuſtificationis & legis, in modo docendi, dum de
fide in Chriſtum, de beneficio & opere eius proſus muta eſt. Non eſt igitur abſimile vero cam à quodam Apo-
ſtolorum ſub ſinem huius ſæculi aut inferiori tempore ſcriptam eſſe. An illud eſt Apoſtolicam doctrinam vene-
rari & colere? An purum aliquod ſæculum, ſue, ut loquuntur, centuriam conſtituerit? Si non parum Apoſtoliſ
& Apoſtolorum diſcipuliſ, quid de puritate ſequentium centuriarum ſue ſæculorum ab illis expectare debet?
Verum ea ſuo loco. Primum autem hoc ſæculum verè Apoſtolicum & proinde maculis & neuiſ purum.
Nam ab Apoſtoliſ non modo eſt emenſum, verum etiam ſuperatum. Ioannes enim præſinitè obiit anno cente-
ſimo. Simon autem Cleophæ Iacobi & Iudæ Apoſtolorum frater (alius à Zelote) peruenit ad Traiani perſecutio-
nem, qua ſub eius medio imperio incidit. In ea enim cruce affixus memoratur ab Attico conſulari, cum an-
num 120 ageret. D. Iudas, ut ex eius canonica colligitur, circa eadem tempora migravit ad Dominum. Nam
ſcripta & prædicta. Apoſtolorum reliquorum, ut iam deſunctorum citat.

Ann
Chriſti.



SECUNDVM
SÆCVLVM.

102
112

5
f M. A N A C L E T V S
Athenienſis, an. 9.
menſ. 2. dies 10.
Vacat ſedes dies 13.
Patriarchis.
Alexandriæ Cordone, dein-
de Primo an. 12
Antiochiæ Ignatio, deinde
Heroe, an. 20
Hieroſolymis, Simone
Cleophæ, deinde Iuſto an. 4.
Principibus.
Traiano Imp. an. 19
Cozroe, deinde annis 4.
Parthenaſpate Parthorū.
Didima Æthiopum, dein-
de Autete, an. 2.
Alda, an. 30.
Richimero Franc. duce.

Ann
mundi.



f N A C L E T V S Irenæo & Græcis Eius
ſuperſunt epiſtolæ tres Tom. 1. Conſil.
Quartum bellum Chriſti 108 mo-
tum per Traianum, & aliquandiū per A-
drianum continuatum: in eo occubue-
runt Romæ Anacletus, Ignatius Antiochenus, alibi Pu-
blius Athen. Simeon Cleophæ. Plin. epiſt. lib. 10. Eufeb. lib. 3.
cap. 26, 27 & 29 Oroſ. lib. 7. cap. 12. Tertia perſecutio à Ter-
tulliano & Aug. nominatur.
Vixit tunc Papiſ Hierapoleoſ Epiſc. Plati & Trib.
Phocus Ponti epiſcopus miraculis clarus. Ado. Polycar-
pus Lucianus apoſtata & atheoſ.
Plinius Iunior, cuius monitu Traianus, qui tertius à
Nerone Chriſtianos perſequebatur, temperavit perſecu-
tionem. In eius epiſc. lib. 10.
Traiani primus, Chriſti fuit centeſimus.
Decimo eius anno magnam ſenatorum partem &
Hermetem præfectum cum tota domo, admodum nu-
meroſa familia, & Quirinum Tribunalum cum ſuis dome-
ſticis Romæ conuerſum ferunt, quos Adrianus Imp. po-
ſtea cremavit per Aureliam comitem.
Summum religionis Chriſtianæ hanc eſſe comperit,
adhibitis etiam quæſtionibus, Plinius Iunior Bithyniæ
Proconſul. quòd eſſent ſoliti ſtato die ante lucem con-
uenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inui-
cem, ſèque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringe-
re, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent,
ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent.
Quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, ruſuſque
coeundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & in-
noxium. Ipſe lib. 10. epiſt. ad Traianum.
Hac de cauſa Traianus motam, P. Tarquinij ſacrorum
principis & Mamertini vrbiſ præfecti conſilio, perſecu-
tionem cohibuit. Ipſe Ibid. epiſt. ſequenti.
Iudæi belli & ſeditionibus imperium turbant circa

18. Imperij Traiani. *Euseb. lib. 4, cap. 1. Dion. Eutropius.*

Ioan. Euangelista post restitutionem suam sub Traiano factam ad vicina quæque gentium loca exiuit, vt ibi ecclesias & episcopos constitueret. *Euseb. lib. 3, ca. 22. ex Clement. Nerva potius. Nam paulo ante mortuum docuimus.*

Romani pontifices huius ætatis plures ad diuersa loca episcopos ordinarunt. *Platina & singulari Ecclesiarum archiua.* Hinc Innocentius in sua epistola, dist. II. occidentales omnes Ecclesias, itemque Africanas vel à Petro, vel ab eius aut successorum suorum discipulis propagatas esse recte narrat.

Traianus & Adrianus persecutionis quartæ auctores miserabili & tristi morte interierunt (Sanguinis effusi pœnas in sanguine soluunt.) *Dio, Spartianus.*

HVMANA.

Sub Traiano, quod inertia superiorum principum conseruauerat, reuirit. *Florus.*

Is Romam multis restitutis ruinis & aliis ædificiis auxit, addito vbiq; suo nomine, quod ad eius vnitatem coarguedam, Herba parietaria, falsè dictum est. Pater patriæ dictus, primus Imp. alienigena & non Italus, *Dio in Nerva.*

Cozroë expulso, annos tres regnū Parthorum tenuit, donec Partenaspem regem eorum designauit. & Diademate ornauit.

Daciam, Scythiam, Syriam, Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam in prouincias redegit. Imperium valde auxit, sibi Iberos iuxta Euxinum, Sauromatas, Agarenos, Arabes & Colchos subiiciens, præter vrbes Seluciam, Ctesiphontem, Babylonem. *Dion. Euseb. Volater. Finem Romani imperij voluit esse Euphratem. Eutrop. inò Tigrim, Aly.*

In mari rubro classem ita parauit, vt per eam Indiæ fines vastaret. *Cassiodorus.*

Eius 18. an. Iudæi cœperunt ita furere, vt qui Cyrenem incolebant, Andrea duce, Romanos & Græcos sine discrimine obruncarent. Similiter in Ægypto & in Alexandria, apud Cyrenem & Thebaidem. *Dio.*

In Cypro Artemione duce, circiter 240. millia hominum obruncant. Sed eos Martius Turbo in Ægypto & Lybia profligauit. L. Quietus in Cypro. *Idem.*

Plinius minor, Plutarchus, Malleus, qui stellas spectabat ante Ptolomæum annis 41.

g PRONVTIAUIT, connubium esse incestum, quod sacerdos non consecrasset, aut parêtes non approbassent. *tom. 1. Conc. Idem Soter censuit. Platin.*

Presbyteris Romanis (qui in Cardinales abierunt) titulos attribuit, & septem Diaconos, qui concioni interessent, ordinauit. Cætera infra in Dionysio an. 267.

Scriptit duas epistolas, vnam ad Episcopos Africanos, alteram ad Ægyptios, quæ extant, *tom. 1. Concil.*

HVMANA.

Philo Iudæus moritur. *Hier. in Catalog. Iulius Celsus, Saluius Iulianus, & Neratius Priscus iurisperiti. Spart.*

Solinus. Cornelius Tacitus historiam annorum 56. scribit sæpe *ἐπιμνηστικόν*, vt cum libr. 14. sine cura Deum euenire multa ait. Suetonius an. 144. i. duodecim Cæsarem. Lucius Florus 700. *Ipsè lib. 1.*

Parthi repudiato Partenaspate res suas prisco instituto administrare incipiunt. *Dion.*

Anni
Christi.Anni
mundi.

112

6
g M. EVARISTVS, seu Eucharistus, natione Græcus, Patre Bethlehemita, vnde à quibusdā Bethlehemites dicitur, an.

4200

122

9. mens. 10. dies 2.

4210

Vacat dies 16.

Patriarchis.

Alexandria primo, deinde Iusto, an. II.

Antiochia Heroe.

Hierosoly. Iusto, deinde per ordinem Zacharia, an. 1.

Tobia an. 2.

Beniamin, an. 2.

Ioanne, an. 1.

Matthia, an. 1.

Principibus.

Eisdem, & Aelio Adriano Imp. an. 21.

Cozroe iterum Parthorum, an. 34.

Alda Aethiopia pretioso.

Interim

Anni
Christi.Anni
mundi.

122

7
h M. ALEXANDER I. Romanus, an. 7. mens. 10. dies 2.

4210

129

Vacat sedes dies 25.

4217

Patriarchis,

Alexandria Iusto.

Antiochia Heroe.

Hierosolymis Philippo,

an. 3.

Seneca an. 2.

Iusto 2, an. 1.

Leui an. 2.

Principibus.

Aelio Adriano, Traiani consobriano Imp.

Cozroe primo Parthorum rege 25 & antepenultimo.

Alda Aethiopia.

Odemaro Francorum rege.

Interim ipse vicinis Euphrati regionibus regnat.

h DECREUIT, vt aqua misceretur in sacramento altaris (iuxta Apostolicam traditionem teste Iust. *Apol. 2. ad Anton. & Cyp. 2. epist. 3.*) tom. 1. *Concil. Platini* item vt Aqua lustralis in templo & domibus priuatis ad recolendam S. Baptismatis memoriam, apprehendendam fide sanctificationem, fugandos Dæmones, morbosque pellendos seruaretur. *Sigeb. in Chron. in Serg. 3. Cap. aquam, de Consecrat. dist. 3, & tom. 1. conc.*

Idque constitutione Apostolica apud Clemen. lib. 8. *Constit. cap. 17* *ἁπόρον* hodie Græci appellant.

De cuius effectu *Epiphanius heres. 30 de Ebionitis. Theod. lib. 5. cap. 21 & in historia religiosa de S. Macedonia, Greg. Magni lib. 1. Dialog. c. 10. Niceph. lib. 12. c. 27.*

Scriptit epistolam eruditam ad omnes Orthodoxos. *tom. 1. Conc.*

Iudæorum dux Barcozbas, qui sub an. 135 Christianos diris cruciatibus perimit, quod subsidium ipsi contra Imp. Rom. detrectassent, nec fas sibi esse crederent Imperatori, tanquam sublimiori potestati resistere, vel cum impiis sese coniungere, & cum Rom. bellum gerit infelicissimum. *Dion. Spartia. Iustinus, Euseb. & c.*

Vtque ad vltimam hanc cladem, quæ sub Adriano facta est, quindecim fuerunt Hierosolymorum Episcopi, Hebræi omnes origine. *Euseb. lib. 3. cap. 5.*

Marcus primus ex Gentibus, *cap. 6. lib. 4.*

HVMANA.

Adrianus gloriæ Traiani inuidens ab Armenia & Mesopotamia exercitus reuocauit & prouincias illas Cozroë Parthorum regi reddidit. *Volat. lib. 23.*

In Lybiam Iudæorum bellis totam penè vastatam, colonias deduxit. *Euseb. Dion in Traiano.*

Reliquias Iudæorum quinquaginta duobus annis post Titum transfert in Hispaniam. *Iosippus.*

Grauius eorum res afflixit, quam vel Nabugdonozor vel Titus. *In hist. Hebr. de rebus Romanis.*

R. Akiba Barcozbam Messiam esse credidit, seque eius armigerum constituit. *Ibid.*

Ab Adriani Cæs. temporibus vsque ad imperium Constantini per, annos circiter centum octoginta, in loco resurrectionis simulachrum Iouis in crucis rupe, statua ex Marmore Veneris à gentibus posita. *Hieron. ad Paulinum.*

Adrianus Hierosolymis deletis urbem, porco in porta scalpto instauratam Æliam de suo nomine appellauit, quod nomen ei remansit in canonibus & historiis Ecclesiasticis. Totum Imperium Rom. perlustrauit. *Dion. & Spartian.*

Existimans se fidem Christianam loci iniuria perempturum in loco passionis simulachrum Iouis consecrauit, & Bethlehem Adonis Veneris Amasij fano profanauit. *Paulin. epist. 11 ad Seuerum. Seuerus ipse Sulpitius lib. 2. Dio. Euseb. Epiph.*

Templum quoque Domini ad tollendam religionem terra obruit, ac templum aliud Veneri dedicauit, mansitque eo modo vsque Constantinum *Idem.*

Athenis miram bibliothecam struxit. Vno tempore scripsit dictauit, audiuit, cum amicis fabulatus est. *Spart.*

Reduxit antiquum morem alendi barbam. *Dio in*

Traia. Xiphilinus.

Antiqui enim nutriebant barbam & capillitium, vt ex eorum statuis apparet, vsque ad Urbis 45 + quando Romam primam tonfores venerunt.

Ab Aristide philosopho Atheniensi, Quadrato Atheniensi antistite Apostolorumque discipulo, & legato apprimè nobili Sereno Grannio persuasus, Christianos persequi desit. *Euseb. lib. 4. c. 3. 8. & 9. & in Chro. Iustin. Apol. Hiero. de viris illustr.* Cogitabat Christo templum facere, eumque inter deos referre. *Lamprid. in Alex.* quippe qui Deos omnes vnus omnia religiosissime coluit. *Paus. lib. 1.*

Per epistolam Minutio Fundano Agæ Proconf. præcipit, ne cui liceret sine obiectu criminis & probatione Christianos damnare. *Euseb. & Oros.*

* SIXTVS continuit Gallos in fide. Dux eius epistola extant *Tom. 1. Conc. Ecclesiam piis statutis ornauit. In Ecclesia Trifagion canendum instituit.*

Marcus 16 Hierosolymæ reparatæ Episcopus, at primus ex gentibus an. 137. *Euseb. lib. 4. cap. 6.*

Finito bello Iudaico, quo Iulius Seuerus in Iudæam missus arces 50 diruit. 980. yicos ferro & igni vastauit, 50 millia Iudæorum cæcidit, Adrianus Iudæos ingressu Hierosolymæ prohibuit. Urbem muro cinxit. Suam ex marmore factam portæ, quæ ad Berthelem vergebat, affixit. Urbem Æliam capitolinam appellauit. *Dion. Oros. lib. 7. cap. 13.*

Atque hoc fuit vltimum Iudæorum excidium, siue decima captiuitas, quibus pulsus & penitus oppressis ann. 137. Hierosolyma conceditur Christianis. *Euseb. lib. 4. c. 5. Dion Cass. in Adrian. Paus. lib. 1. Hugo. Floriacens. lib. 4. Lyran. in 27. Esa.*

Quos Iudæos in eo bello Adrianus cepit, in Hispaniam exulatum misit vsque ad Ferdinandum 5. Hispaniæ & Emanuelem Portugalix, qui sub ann. 1500 eos inde expulerunt. *Vasaus in Chron Hispan.*

HVMANA,

Legem tulit, ne cui è gente Iudaica liceret in agrum Hierosolymitanum accedere. *Dio, Euseb. Chrys. in Lucam.*

An. 136 vrbs Hierusalem capta & solo æquata veteribus templi reliquiis igne deletis, Tumque vox Domini impleta. Non remanebit lapis super lapidem, &c.

Immanitas sacrificandorum hominum Adriani principatu ita dissoluta est, vt tamen reliquiæ permanserint apud Celtas. *Euseb. lib. 4. Præp. cap. 7.*

Adrianus miserabili omnium ferè membrorum cruciatu confectus est, aded vt sese interficiendum ministrorum fidissimus offerret, ac ne in semetipsum sæuiret, custodia charissimorum seruetur. *Dio. Spartian.*

Phauorinus, Palæmon, Dionysius Milesius, Heliodorus insignes Rhetores. *Dion.*

Ælius Rhegon Trallianus libertus Adriani hist.

QVADRAGESIMAE ieiunium iam ab Apost. traditum. *(Can. 69 Apost. & apud Clementem lib. 5. & 7. Const. & Ignat. epist. 4. ad Philip. veteres denique omnes.)* sed à multis fortassis propter persecutiones neglectum, nono edicto restaurauit. *Plat. 10. 1. concil. cap. statuimus, dist. 5.*

Nam vagum, neque cohærens apud omnes cum Paschate fixit, & vt proximè ante Pascha obseruaretur. instituit. *Ibid.*

Proparentes Baptismi constituit, aut potius consti-

Anni Christi.

129

139

139

150

* M. S I X T V S siue ZISTVS Romanus, an. 10. mens. 3. dies 21.

Vacat sedes dies 4.

Patriarchis

Alexandria Iusto, deinde Eumeno an. 13.

Antiochia Heroe, deinde Cornelio an. 13.

Hierosoly. Leui, Ephraim, an. 3.

Iosepho, an. 3.

Iuda an. 2.

Marco primo ex Gentibus, an. 8.

Principibus.

Ælio Adriano Imp.

Cozroe Parthorum.

Alda Aethiopia.

Odemaro Franc. duce.

9
i M. T H E L E S P H O R V S Græcus Anachoreia, an. 11. mens. 3. Dies 22.

Vacat sedes dies 4.

4217

4227

13.

13.

3.

3.

2.

8.

4227

4238

Anni christi.

139

150

Anni mundi.

4227

4238

Patriarchis,
Alexandria Eumene, deinde Marco, an. 10.

Antiochia Cornelio, deinde Heroe 2. an. 27.

Hierosolymis Marco primo ex Gentibus, deinde Cassiano, an. 4.
Publio an. 1.

Principibus.

Adriano, T. Aurelio Fulvio Antoni. Pio Imp. an. 23.

Cozroe Parthorum rege antepenultima.

Alda Aethiopia pretioso, & mox Zeahin de Rama, an. 8.

Marcomero 4 Francorum duce.

tutos & in vsu habitos imperauit. Nam eorum meminit. Dionys. in Eccl. Hier. & *avabxus* nominat.

Quinquagesimam induxit, vt sublatis octo diebus Dominicis, & 5 & 7 feria vltimæ Hebdomadæ, (quibus nefas erat ieiunare) quadraginta dies pleni ieiunio dicarentur. *Carol. Mag. in fragmentis de Riibus veteris Ecclesie.* quam additionem solis Clericis indixit. *Damas. in pont. & ipse epist. Decret.*

Scriptit epistolam ad vniuersos. *Tom. 1. conc.* Decorandi Christianismi gratia rem diuinam auxit, triplicis in Natali Dominico Liturgiæ ad maiorem tanti festi solennitatem & Doxologiæ in ea concinendæ institutor. Ad hunc vsque omnes Rom. Pont. ob Christi confessionem martyrio esse consumptos tradit Damafus.

Quoniam fuit Anachoreta, apparet in prima Ecclesia aliquos huius sancti instituti fuisse sectatores, aduersus eos qui monasticæ auctorem D. Antonium sub Constantino Magno faciunt. Hoc enim etiam tempore, multi Eremum incolebant metu persecutionum, & multò ante Dionysius Areopagita tres epistolas ad tres Monachos dedit. De Ecclesiastica Hierar. Ecclesia nascente de ordine Monastico tractauit, eam purissimam Christianorum partem & è tribus à se memoratis primam pronuntiauit, Monachos *deparatus xpi deparatus rē dē* dictos ab Apostolis docuit, à precandi assiduitate & conscientix puritate. Philo Alexandrinus Apostolorum æqualis de his librum de vita contemplatiua scripsit, quod nihil haberent proprium, perpetuo precarentur, literis sanctis vacarent, castè viuerent, monasteria sua domicilia appellarent, non modo Alexandriæ, sed & in diuersis mundi prouinciis, vt proinde D. Hieronimus in Catalog. tradiderit Marcum Euangelistam huius vitæ fuisse apud Christianos auctorem & caput. Nam apud Hebræos origo repetitur ab extremis temporibus, Numero 6. &c.

Basilides Alexandrinus hæresiarcha (qui multa deliramenta de Christi natiuitate commentabatur, plures deos, metempsychosim, fidemque naturalem esse afferbat) Saturninus Syrus, Carpocrates Alexand. (qui dicebat solam fidem iustificare. *Iren. 1. capite vigesimo-quarto*) hæretici. *Tertul. de hæres. Iren. libro primo, cap. 22. Euseb. lib. 3. cap. 8. Epiph. hæres. 29. Euseb. in Chron.* Deo exolas scholas aperiunt. *Niceph. lib. 4. cap. 2.* Sic Valentinianæ scholæ meminit, *Clem. in Strom. & Bardesanes Syrus è schola Valentini fuisse dicitur. Euseb. lib. 4. cap. 29.* sed respuit. *Epiph.*

Aquila Ponticus (quem quidam ex vicinitate Hebr. nominis eundem esse putant cum Onkelos Chaldeo illo interprete Pentateuchi) ex Christianismo recedens circumciditur, & Sacra Biblia ex Hebræo in Græcum primus post septuaginta interpretes conuertit. *Epiph. lib. de mensur. & pond.* E conuerso Hiero. in Epist. ad Pammachium, Christianum effectum ex Iudæo scribit, vbi & contentiosum vocat interpretem, nec verba solum, sed & etymologias verborum transferre conatū. Quare iure reici. Item diligentem & curiosum interpretem, *in 2. cap. Osee & epist. ad Damas.*

Non est ille, apud quem Scenofactoriam artem D. Paulus diuertens exercuit.

Ex Ecclesia pellitur ob Astrologiam iudiciariam, quod geniturarum inspectionibus & natiuitatum diuinationibus vacaret. *Ibid. Epiph.*

Ipsè vero præter publicas calamitates, apoplexia correptus cum per triduum mutus languisset, tandem extinctus est in Pannoniis. Sic & L. Commodus frater tragico exitu ictu sanguinis, imperij vndecimo periit, de quo historici.

Appollonius senator primus Latinorum pro Christiana religione scripsit. *Hier. in Cat.*

Egesippus historicus apud Rom. pontificem Anicetum vivit. *Euseb. lib. 4. cap. 11.* Theophilus Antiochenus, Modestus, Apollinaris Hieropolitanus episc. qui fuit in hæresi Chiliastarum, & scripsit contra Montanos, Musanus Philosophus cretenis doctores Ecclesiastici. *Euseb. lib. 4. cap. 7. Niceph. lib. 4. cap. 9. 10. & 11.*

Isidorus Basilidis filius, Ptolomæus, Secundus, Heraclæon, Isidorus Basilidis filius, Colobarfus, Marcus Valentiniani, Lucanus Martionis hæreses resuscitant. *Iren. lib. 1. Aug. de hæres. Epiph. hæres. 32. & seqq.*

Carpocratiani, qui vxores faciebant communes. Docitæ Cassiani cuiusdam sectatores, qui phantasticum corpus Christo tribuebant. Antitactæ, qui Legem secundi Dei esse dixerunt, ideoque pietatis esse putarunt legi resistere sceleratè viuendo, vt sic primo Deo gratificarentur. *Clem. Alex. Stro. 2. & 3.*

Athenagoras Philosophus Christianus, Asianus & Apollinaris Hieropolitanus Episcopus, qui Apologetica Antonino obtulerunt. *Euseb.*

HVMANA.

Fronto orator, Marci in Latinis literis præceptor. Apianus Alexandrinus historicus, Athenæus, Macrobius.

Initio imperij Marcus Philos. qui Pio successit, collegam creauit nouo benevolentia genere fratrem Lucium Verum, Ac tum primum regnare duo augusti cœperunt. Post hos plurima monstra imperio sunt potita vsque ad Constantium, Deo iram suam in imperium impium portendente.

Tum ergo primum romanum imperium duos tulit æquo iure imperantes, cum antea singulos semper habuisset Augustos. Nam Ant. Philos. inter se & fratrem imperium æqualiter partitus est. *Europ. lib. 8. Iul. Capitol. in M. Antonino, Oros. lib. 7. cap. 18.*

Mauri, omnes prope Hispanias vastarunt. *Iul. Capitol. Bellum Parthicum cum Vologese, de quo Marcus & Lucius Veri triumpharunt.*

SCRIPSIIT duas epistolas, prima est de fide. *Tom. 1. Concil. Restituit* (Nam Anaclætus iam instituerat) vsum solemnem copulationis desponsatorum, quæ fit benediciente sacerdote. Eius martyrij nulla mentio apud Damasum.

Eum mirè laudat à beneficentia erga pauperes & hospites, itémque doctrina Dionysius Corinthius in Epist. ad Romanos scripta. *Euseb. lib. 4.*

Circa an. Dom. 178. Indi ad Demetrium Alex. Episcopum nuntios ablegarunt, petentes vt doctores ad se mitteret. Mittitur Pantenus, qui ibi Euangelium D. Matthei Hebraicis literis à D. Bartholomæo descriptum inuenit, & Alexandriam deportauit. *Hieron. in vita Panteni.*

Apud Bracmanes & circum ea loca Pantenus religionem docuit. *Hier. epist. ad Magnum.*

Aurelius Antoninus philosophus ex pluuia miraculosa

Anni
Christi.Anni
mundi.

13
172
181
M. SOTER (Soterius Nicophoro) Fundanus, Campanus, an. 9. mens. 3. dies 21.

Vacat sedes dies 21.

Patriarchis.

Alexandria Agrippino.

Antiochia Theophilo, cuius extant aliqua opera, deinde Maximo an. 13.

Hierosol. Antonino an. 4.

Valente an. 1.

Dulichio an. 2.

Narcisso an. 1.

Principibus.

Solo M. Aelio Aurel. Antonino Vero.

Vologese Parthorum penultimo rege.

Gasele Aetiopum.

Deinde Bese Seoch an. 4.

Faraberto Franc. duce.

Anni
Christi.Anni
mundi.

14
181
196
M. ELEUTHERVS Nicopolitanus Græcus. an. 15. mens. 3. dies 2. Vacat sedes dies 5.

Patriarchis.

Alexandria Iuliano an. 10. Demetrio an. 43.

Antiochia Maximo, deinde Serapione an. 22.

Hierosolymis, Narcisso, deinde Aelio an. 2.

Germanio an. 4.

Gordio an. 5.

Narcisso iterum an. 20.

losa & fulmine precibus Christianæ legionis, quæ postea fulminatrix ab eo dicta est, impetrato, in bello Marcomannico siue Germanico, persecutionem inhibuit. *Tert. in Apolo. cap. 5. & ad Scapulam. Euseb. lib. 5. cap. 5. & in Chron.* Eam tamen victoriam ethnici scriptores inuidia in Christianos vel incantationibus magicis. vt *Dion. vel Antonini* precibus tribuerunt. vt *Iul. Capitol. & Claudian.*

Commodus filius, quod Marciam quandam concubina, quæ Christianis fauebat, amaret, in pace reliquit Ecclesiam. *Xiphilinus.*

Egesippus in itinere quod Romam versus ex Asia habuit, plurimos episcopos conuenit, & eandem fidei apud omnes doctrinamprehendit, *Euseb. libr. 4. capit. 21.* insignis Dei benedictio. Librum scripserat in quo omnes actus Ecclesiasticos à Passione Domini vsque ad sua tempora complectebatur. *Hier. in Catal.*

Eusebius asserit eum suo tempore omnium manibus fuisse tritum. Sic suo idem Hieron.

Christianos sub Antoninis consueuisse celebrare memorias Sanctorum martyrum, ageréque annuos & solennes conuētus ad eorum sepulchra, apparet ex *Euseb. lib. 4. cap. 15.*

Symmachus ex Samaritano Iudæus & Ebioneus sacra Biblia tertius post 70 interpretes in Græcam linguam transtulit. Nam vixit sub M. Antonino Vero, cum Theodotion circa initium Commodi secundi non nisi agnitus sit. *Epiph. lib. de Pond. & mens. Nonnulli quidem Theodotionem Symmacho, præponunt.* Sed veteres hunc seruant ordinem in nominandis versionibus, vt *Euseb. lib. 6. cap. 16. & 17. Hieron. passim.*

HVMANA.

Bellum Marcomannicum. *Oros. lib. 7. c. 5. Tertull. in Apologet. c. 5. Iulius Capitol.*

Bese Seoch Regem Abissinorum venisse ex Oriente tradunt Annales Aethiopici.

VNICA eius extat epistola ad Gallia prouincias. Effecit vt magna Britannia pars ad Christum accederet. Eius martyrij non meminit Damasus.

Eius tempore paulisper persecutio conquieuit.

Sub eo etiam multi scriptores contra hæreses dimicauerunt.

Lucio Britannorum regi doctores Fugatum & Damianum destinavit. *Beda. hist. lib. 1. c. 5.*

Hæresim Encratarum damnauit.

Prima Christianorum siue fidelium schola Apud Alexandriam, quam tum temporis, scilicet sub Commodomodèratur Pantenus, ex eo quod antiquo (.i. ab Ecclesiæ crepundiis) sacrarum literarum doctrina & exercitium illic vigeat. Panteno successit Clemens Alex. Deinde Origenes. *Niceph. lib. 5. cap. 18. Euseb. lib. 5. ca. 9. & Hieron. in catal.* Ad eius instar institutæ censentur Ecclesiæ collegiatae.

Marcus quidem Euangelista instituerat, vt illic essent perpetui doctores. *Hier. in Catal.* Sed hoc intelligitur de catechistis, qui simpliciter summam & elementa fidei docebant. Nam Pantenus Philosophus Stoicus, cœpit fufius de Theologia disputare aduersus Hæreticos. Deinde Clemens Alexand. & Origenes. In ea docebantur Symbolum, Decalogus, Oratio Dominica, *Tertul. lib. 4. contr. Adartid. Socrates in histor.*

Irenæus Lugdunensis Episcopus Fotini successor. *Euseb. lib. 5. c. 6. & ipse. lib. 3. c. 3.* Quem Græcè scripsisse testatur Hieron. in 36 Ezech. & inter auctores Græcos connumerat.

Dionysius Corinthius. *Hieron. in catal. cap. 37. Euseb. lib. 4. cap. 22.* quem omnium doctrinarum curiosissimum vocat Tert. Theophilus Theol.

Melito Sardensis Frontonis oratoris discipulus, qui Marcum Imp. literis erudiuit, pro Christianis librum Antonino obtulit. Eglogas scripsit, ex *Euseb. Sophr. Hieron. Euseb. li. 2. ca. 22. & 23.* Philippus & Pinytus. Cretensis, Bacchylus Corinthius. *Ibid.*

Theodotion Ponticus (sive Ephesus, ut ait Trithem.) primum Marcionista, demum è circumfione Iudæus vniuersa Biblia sacra ex Hebræo in Græcum quartus post 70. transtulit, *Epiph. lib. de mens. & pond.* Quidam ex nominis significatione eundem putant cum Ionathan Chaldæo paraphraste. sed Achronologicè.

Lucius Rex Britannæ insulæ primus omnium Regum, prædicationibus Fugatij & Damiani ed à Pont. missorum fidem Christi amplectitur *Damas. Beda lib. 1. hist. ca. 5. Nacl. & Polyd. lib. 2. de Angli. rebus.* Inde Britannia omnium regionum prima publicè Christo subdita est, inquit Tert. lib. contra Iudæ. ad Diocletianum Imp. vsque, sub quo omni ferè religione exuta, ad idololatriam rediit.

Montanus & Appelles (quem Theodoton nominat maximum hæreticorum) cum Priscilla & Maximilla Cataphrygum hæresim spargunt, Negantes Christum verum hominem, matrimonia dissoluentes &c. *Euseb. 5. cap. 15. & 18. August. in Catal. heret. Epiph. in Panario.*

Erubescerent confiteri peccata sacerdotibus, quasi iusti. *Hieron. ad Macellam.*

Montanus tres quadragesimas nouo more & noua ieiunia introduxit. *Theod. cum vna quadragesima esset Ecclesiæ. Hieron. ad Marcell. Centuriatores cent. 2. c. 5. pag. 105.* insigni impostura eius hæresim in eo constituunt, quod leges ieiuniorum primus præscripserit, quasi antea essent libera.

Hæresis Encratitarum. i. continentium, prohibentium nubere, ut antea Saturninus. *Iren. lib. 1. cap. 22.* iubentium abstinere à carnibus & vino, Tatiano, & Seuero auctoribus, de quibus intelligendum est cap. 4. Pauli Tim. 1. *Euseb. lib. 1. ca. 6. Epiph. her. 45. Hieron. in Amos.*

Rhodon. *Euseb. lib. 5. cap. 13.* Zeticus, cap. 16. Miltiades. cap. 16.

Bibliotheca magna nostrorum sollicitudine composita, capitolio fulmine icto, dum L. Ant. Commodus imperaret, conflagrauit. *Honorius.* Ita in mediis crucibus nostri bibliothecas instruebant, è quibus Clementis, Iustini, Ignatii, Egesippi, Irenæi & aliorum Sanctorum opera accepimus.

HUMANANA.

Sine seditione mansit Imperij administratio ab Augusto ad Marcum Antoninum per annos 200. Postquam autem Commodus eius. f. improbitate sua imperium commaculauit, insidiis non tantum de medio sublatus est, sed & seditiones continentes extiterunt. *Suidas in Casare.*

Anno 188, absoluta est pars illa Talmud à Iudæis, quæ Misna inscribitur, altera perficietur an. 505. quæ Ghemara.

Anni
Christi.

181

Anni
mundi.

4269

Principibus.

M. Aelio Aurel. Antonino cum fil. L. Antonino Commodo 2. postea solo Commodo Imp. an. 13.

Vologese Parthorum.

Azgua Aethiopum an. 77.

Faraberto Franc. duce.

195

4284

Misna

Anni
Christi.

196

206

Anni
mundi.

4284

4294

15
O M. VICTOR I. Apher.
an. 10.
mens. 3. dies 10.

Vacat sedes dies 21.

Patriarchis.

Alexandria Demetrio.

Antiochia Serapione.

Hierosolymis Narcisso iterum.

Principibus.

Solo Commodo Imperatore decimo octauo, P. Aelio Pertinace Di. 85. Did. Iuliano mens. 7. L. Septi. Seuero, an 18. qui quintus à Nerone Christum est persecutus, ex ordi. successio. Impp. an. 18.

Artabano Parthorum ultimo, an. 34. vsque ad Christi 226.

Azgua Aethiopum pretioso.

Sunno Franc. duce.

Misna (contextus Talmudici) sapientum primus fuit Simeon Iustus, qui Christum vnus excepit. Postremus iam R. Hakkados Antonino Charus. *Elias in Tisbi. Qui Ribbi nomine intelligitur in Talmud. R. Mose.*

Quo & mortuo desit Sacerdotium. *Fasciculus Myrrha Gen. 6. Eum apellans, Gen. 9. R. Simeon ben Iohai, cuius ætate iustitiam perfecte viguisse ait eodem capite R. Selomo Iarhi.*

Hinc coeperunt doctores, qui Amotiam, quorum primus Rabba, postremus Rab. Ase an. 426. *R. Mose.* Hinc Rabbenu Hakkados Misna, Rab. Ase Ghemaræ scriptores & auctores dici solent.

Volusius, Metianus, Saluianus, Iulianus, Seauola Iuriconsulti. Iulius Pollux, Aphthonius, Philostratus.

O VICTOR Latinorum secundus post Apollonium multa scribit. *Hieron. in Catalog.* Eius extant duæ epistolæ, vna parænetica ad Afros, altera ad Theophilum Alexand. Martyrio vitam finiit. *Damasus.*

Sextus & Iudas Chronographus Theologicè scribunt.

Prima inter Ecclesiam Romanam & Asianam sine Orientalem dissensio atrox, propter diem Paschatis, & ieiunij, in qua Asiana tanquam hæretica à corpore vnitatis per Victorem scissa est. *Euseb. 5. c. 23. & 24.*

Inde Quartodecumani hæretici habiti. *Tert. lib. de prescr. Conc. Antioch. 1. Aug. her. 29. Theod. lib. 3. ult. Her. Fab.*

Prætendebant quidem Asiani Apostolorum Ioannis & Philippi traditionem, sed non obseruabant, eos propter Iudæos hoc vel constituisse, vel potius tolerasse, quod Synagoga esset cum honore sepelienda. Mirum autem est Centuriatores ita esse desperatos & planè spiritu Satanæ possessos, ut S. Victorem, quem Deus ipse martyrij plama honorauit, hic mysterium iniquitatis prouexisse, ac filium perditionis constituisse atque formasse blasphemum. Præterea quanti est flagitij, propter odium Romanæ & Christianæ sedis, suscipere defensionem Asianorum Iudaizantium, qui publicè in concilio Nicenò & aliis, quæ isti se recipere dictitant, damnati sunt. Est etiam impietas plusquam Diabolica centuria sexta & septima hoc solo nomine laudare Anglos & Scotos, quod ob hanc quam sciunt esse Quartodecumanorum hæresim, anathemati à prædicto concilio subiectam, sese Episcopis cum D. Gregorio & aliis Rom. pont. sentientibus opposuerint. Nam illud est tenebras dicere lucem &c. Deinde quorsum isti Quartodecumanos laudant, quando nec 14. luna cum ipsis more Iudaico post æquinoctium vernum, nec cum Catholicis Dominico proximo sequente celebrent?

Pantenus Stoicus à Demetrio Alexandrino Episcopo in Indiam mittitur, ut Christum apud Bracmanas, Gymnosophistas & alios gentis illius philosophos philosophus ipse prædicaret, apud quos cum Euangelium secundum Mattheum Hebraicis literis scriptum prædicaret, ipsum reuertens Alexandriam secum detulit.

Nota in hoc primo Christiano post Apostolorum tempora concilio enituisse Romanæ Ecclesiæ supra omnes primatum. Nam in epistola Theophilus Cæsariensis Episcopus, qui præfuit cum Narcisso Hierosolymorum, recitat se accepta auctoritate à pontifice Ro. concilium conuocasse.

Victoris

Victoris auctoritatem prætendebat Artemon hæreticus. Euseb. lib. 4. c. 28. sed falso. Nam Theodorum coriarium Byzantinum eadem cum Artemone docentem, ab ecclesia statim eiecerat. Idem.

Gallia tota fere Christiana efficitur, sub Seuero Imp. Vniuersæ enim multitudines & domus totæ ad fidem accedebant, quiduis facere & pati paratæ. Niceph. lib. 5. cap. 2.

An. 203. Scotia Christum profiteretur Donaldorege cum liberis, coniuge & nobilitate, legatis Victoris Papæ exceptis. Hector. Boet. lib. 6. hist. Scot.

HUMANANA.

Commodus hostis deorum, paricida Senatus Lampri-dius.

Pertinax fortunæ pila appellatus, nam ad imperium proiectus, cum esset origine gentis sordida & doctor literarum, quæ à Grammaticis traduntur, &c. Victor.

Post eum multis, vulneribus à Iuliano obruncatum, Iulianus ipse Didius primus data pecunia imperium mercatur. Qui proinde ad prætorium deductus est nec Senatu præeunte nec alio legitimo satellitio, sed iis duntaxat militibus, qui eum in honore constituerant, per vim palatium illi cum omni eius penu tradentibus, qui & eum postea sustulerunt. Zosimus lib. 1.

Seuerus Angaro Ozroënorum rege & liberis eius in deditionem acceptis Arabiam Felicem vastat. Adiabenos vincit, fortuna magis quam consilio ad Parthorum fines nauibus delatus Artabanum Cresiphonte expulit, urbem cepit. Herodia.

Seuerus Cresiphontem, Babylonemque cepit & Arabiam vniuersam subdidit. Ibid. Iudaicum quoddam bellum confecit, & Iudæos sub graui pœna fieri vetuit. Euseb. Chron. Sparta. Seueri filio Senatus Iudaicum triumphum decreuit. Spart.

Contra eum Niger & Albinus imperium inuadunt. Zosimus lib. 1.

riensè in Palestina: & ab Artaxerxis Persæ eum, quando Artabano Partho necato, Persis gloriam imperij, qua ab Alex. Magno ceciderant, restituit, usque ad Saracenos, qui Hormisdam an. 623. interfecerunt, Heraclio imperante.

Hoc synodocentenario superiores doctores Doctrinam sanam, quam hodie hæretici oppugnari, continuauerunt Missam Iustinus Martyr Apol. 2. post Dionys. Ariopag. Eccl. Hier. c. 3. & Ireneus lib. 4. cap. 34.

Liberum Arbitrium. Iust. q. 103. Iren. toto c. 72. lib. 4. Theophylus lib. 2. ad Autoly. Athenag. Clemens Alex. In paranetico. Stromat. lic. 2. Gratia Dei, Iustificatio, fides. Clemens Strom. lib. 1. 3. 4. In pedagogo & cateri, qui ubique Christi meritum extollunt. Opera. Clemens. lib. 5. Strom. Gratia saluamur, sed non absque bonis operibus. lib. 6. Quando audimus. Fides tuate saluam fecit, non accipimus cum dicere absolute eos saluos futuros, qui quomodocunque crediderint, nisi facta quoque consequantur. Theoph. lib. 2. ad Autoly. Tatianus.

Pœnitentia. Clemens Strom. lib. 2. & in Paranetico. Alij ubique. Alienam fidem in baptismo promissam. Iust. in Respons. Missam esse sacrificium. Iren. lib. 4. cap. 32. Iust. contra Tripho. Alex. pontifex in sua decretali. Virginem esse aduocatam. Iren. lib. 5. Sancti. Iust. q. 28. Quin & in 2. Apol. aperte fatetur Christianos colere totum exercitum bonorum angelorum. Primatus Romani pont. Iren. lib. 5. Episcopi illius temporis in historia Victoris apud Euseb. lib. 5. hist. Eccles. & in concilio Palestino. Signum crucis. Iust. contra Trypho. & q. 118. Martyrium magni esse meriti. Clemens in Stromat. est expurgatorium peccatorum. Virginitas. Dionys. Corinthiis apud Euseb. lib. 4. cap. 23. Missæ ritus. Iust. 2. Apolog. Clemens Strom. lib. 7. Veritas Eucharistiæ. Transsubstantiatio. Ibid. Iust. Iren. lib. 4. cap. 34. Baptismi Crisma & ceremoniæ. Iust. q. 136. Iren. lib. 1. cap. 18. Preces pro mortuis, Purgatorium. Ireneus & qui receptaculum animarum, in quo dormiant, constituere, non satis explicantes Purgatorium ne esset pœna aliqua corporea, an nudum à Deo exilium, usque ad Origenem, qui sequenti sæculo illud illustrauit. Delectus ciborum. quadragesima. Montanus hæresin condidit contra quadragesimam, pro una tres inducens. Quartodecimana hæresin de paschate, quibus resistit Ireneus, Victor Papa & c. Prætereo summorum Pontificum Anacleti, Euaristi Alex. Sixti, Theophori, Higini, Pij. Aniceti, Soteris, Eleutherij, Victoris, qui in hanc centuriam cadunt,

Anni Christi.

196

PRIMUM post Apostolorum tempora concilium Casariense in Palestina à Theophylo & alijs Episcop. de die Paschatis. Euseb. 5. cap. 22. & seqq. sub Alio Pertinace. Beda in Chron.

Deinde Romanum. Gallicanum. Ponticum. Achaicum. Ibid.

209

ANNVS Domini ducentisimus sub dimidiatum Victoris pontificatum, quando primum post Apostolorum tempora Concilium Casariense in Palestina: & ab Artaxerxis Persæ eum, quando Artabano Partho necato, Persis gloriam imperij, qua ab Alex. Magno ceciderant, restituit, usque ad Saracenos, qui Hormisdam an. 623. interfecerunt, Heraclio imperante.

Anni mundi.

4284

4294

testimonia ut hæreticis suspecta, quorum epistola suum habent locum, tom. 1. Concil. & à Turriano doctissime contra Centuriatores authentica demonstrantur. Cetera ab istis improbata probant omnes huius sæculi auctores, ut non rogati Centu. consentitur, Cent. 2. ca. 4. de doctrina col. 56. & seqq. c. 6. de ceremonijs & ritibus col. 109. & seqq. ca. 10. de Episcopis & doctoribus, columna 19. & seqq. nisi quod, ut conscientia furias placent, inclinationem doctrina, nauos, incommodas opiniones, stipulas & errores doctorum, huiusmodi fuisse scribunt. Denique qui hac etate Sacramentarios, Simonem Magum, & veteres alios hæreticos refellunt, abunde Calumnistis respondent.



TERTIVM SÆCVLVM.

16

p M. ZEPHYRINVS (sive Seuerinus) Romanus an. 7. mens. 7. dies. 10.

Vacat sedes dies 6.

Patriarchis.

Alexandria Demetrio.

Antiochia Serapione.

Hierosolymis Narcisso iterum, deinde Alexandro. an. 39

Principibus.

L Septi. Seuero cum fil. P. Septimo Geto & Aurelio Basiano Antonino Caracalla Imp.

Artabano Parthorum ultimo Azgua Æthiopum pretioso. Summo Franc. Duce.

Maximus, Candidus, Appion, Sextus, Iudas Scriptores Christiani. Hieron.

Natalius confessor, quem Zepherinus excommunicauit, quod se adiunxisset Asclepiadoto & Theodoto hæreticis. Euseb. lib. 5. cap. 18.

HUMANANA

Seuerus Byzantium, quam postea Constantinus Magnus restaurauit, euertit & in pagi formam redegit. Herodia. vallum in Britannia per 132 millia passuum à mari ad mare per vniuersam insulam duxit. Euseb. Chron.

Christianos sub graui pœna fieri vetuit. Spart. Octo primis annis Imperij non solum æquus & beneficus Christianis fuerat, sed etiam vulgo in eos furenti palam restiterat. Tert. ad Scapulam, qui liber est de hac 6. persecutione.

Mortæ persecutionis pœnas luit. Nam membrorum omnium, maxime pedum, dolorem dum pati nequiret, veneni vice, quod ei negabatur, cibum grauis ac plurimæ carnis auidus inuasit, quem cum conficere non posset, cruditate expirauit. Victor.

Tunc primum tres Augusti simul fuerunt, Papinianus cogn. Asylum iuris à Caracalla occidi iussus, quem ipsi & Geræ filijs suis, Seuerus reliquit. Cassius & Marcellus Iuriconsulti. Velleius Paterculus historicus.

Cum militibus lege vetitum esset, ne haberent uxorem ex Dione, lib. 60. Primus Seuerus videtur eos ad uxores admisisse, ex Herodia. lib. tercio. Tertullianus tamen, qui sub eo vixit, in exhort.

Anni mundi.

4294

4302

206

214



RELINQUIT duas epistolas, vnam ad episcopos Siciliae, alteram ad Aegypti. tom. 1. Con. Rei magis diuinæ, quam humanæ intentus. Plat. canones tulit de annua saltem, laicorum cõmunionem circa Paschatis festum. Eius martyrij nullam mentionem facit Damasus. Statutum fecit, ut omnia vasa Ecclesiæ essent vitrea. Damasus, Valafridus & Radulphus Tungrens, aut Stannea addit Martinus Polonus. Vnde Tertulliano, qui viuebat hoc tempore lib. de Pudicitia, calices frangi faciles.

Verum non multo post etiam argentea & aurea vasa in vsu fuerunt, ut apparet è passione D. Laurentij apud Amb. lib. 2. Off. ca. 18. Item ex Optato Mileuit. lib. 1. & Aug. contra Crescen. Grammat. lib. 3 ca. 29.

SEX TIVM bellum per Seuerum & Aurelium eius filium an. 205. in quo patiuntur Leonides Orig. pater, Calixtus PP. & plerique alij in Africa & Aegypto maxime. Spart. Tert. ad Scapulam.

Quintam persecutionem vocat Orosius li. 7. c. 17. At Eusebius lib. 6. c. 1. & Aug. sextam.

Interiectis deinde annis ab ultimo Seueri, vsque ad primum Decij per annos 38. aut etiam plures pax Christianis fuit, nisi quod medio tempore Maximinus nonnulla rum Ecclesiarum clericos vexauit. Sulp. lib. 2.

Imperatores mortæ persecutionis pœnas luunt discerpti à militibus. Victor. & Capitol.

Hippolitus, Clemens Alexandrinus Pantæni discipulus, Ammonius philosophus ad mortem vsque Christianus, duo Origenis præceptores. Victor Capuanus. Euseb. lib. 6. cap. 2, 10, 14, 15 & 16. Niceph. lib. 4. cap. 12.

Gaiana hæresis in Africa negat baptismum nos abluere à peccatis. Tert. de Bapt.

Heraclius in Apostolum compo sinit enarrationes, Hier. in Catal. Primus id argumenti genus aggressus est. Niceph. lib. 4. cap. 35.

ad Castitatem, suo æuo, milites ostendit etiam fuisse cælibes. Itaque locus Herodiani est aliter accipiendus, nempe quod eos admiserit ad concubinatum, non nuptias.

Artabanus Parthorum rex à Caracalla victus, deinde ab Artaxerse Persa. Herodian.

Artaxerxes siue Assuerus imperium Persarum restituit sub Antonini Caracallæ posteris quod denuo per Ismaëlitas deletum fuit. R. Abra. in Cab. hist.

q RELIQUIT duas Epistolas decretales. Tom. I. Conc. Primus Ecclesiam in honorem B. Virginis ædificauit in Transyberina regione. Polyb. lib. 5. cap. 6. & 8. cap. 1. Plat. Sabell. Eo loco, quo nocte natalis Dominici è terra oleum fluxisse memorabatur.

Ieiunia quatuor temporum, in quibus ordines facti conferrentur, instituit, cum antea in anno semel tantum, id est mense Decembri clerici promouerentur. Plat. Polyd.

Quod tamen aliqui referunt ad Calixtum 2. de quo interpretantur c. Ieiunij, dist. 76.

Tertullianus centurionis proconsularis filius D. Cypriano Latinorum scriptorum princeps. Niceph. 4. cap. 12. Iorna. de temp. Origenis æqualis, tertius è Latinis scriptoribus. Hiero. in Catal. Nempe, ante eum scripserant Latine Apollonius senator & Victor Pontif.

Nequus Euseb. i. iuriconsultus. Papiniani fortasse discipulus. Nam inter eos nominatur aliquis Tertullianus. Quare & nostri stylus abundat iuris formulis & dictionibus.

Se initio à Mótanistis, quorù magna erat pietatis species, decipi passus est. Vnde & contra Ecclesiam 4. libros scripsit, De Monogamis, De cibis Iudaicis, de Ieiunio contra Psychicos (sic Catholicos nominans) De pudicitia, De fuga in persecutione: verum post, Ecclesiasticæ præscriptionis vi considerata, respuit, & Montanum eiusque æmulos in Hæreticis numerauit, libro De præscriptionibus.

Origenes secundus Ecclesiæ magister post Apostolos. Hiero. cuius scripta corrupta ab hæreticis. Vnde illa dissentio inter Chrysostomum & Theophylum Alex. Sex. millia librorum scripsit. Epiph.

Caius Orig. discipulus, quem Zephyrini Pont. tempore contra Proclum Cataphrygarum hæresis ducem scripsisse tradit. Niceph. 2. cap. 27.

Homouisiæ animas humanas eiusdem cum Deo essentia esse contententes. Orig. c. 38. Comment. in Job. contra quos referendum illud eiusdem, c. 37. Neque ergo Homouision aliquid Dei est. Nam non Patrem intelligit, ad quem collatus Filius & Spiritus S. eiusdem sunt cum ipso substantiæ, sed Deum simpliciter, cum quo nulla omnino res condita, eandem substantiam habet. Huius autem Hæresis auctorem facit Theod. lib. 1. fabul. Hæret. Marcionem. Marcionitarum itaque genus erant Homouisiæ, siue vt in Græco Origenis ομοουσιαι.

HVMANA.

Artabanus nouissimus omnium Arsacidarum vigesimo sexto loco imperium Parthorum tenuit an. 34.

Cum Seuero, Antonino Caracalla, Macrino imperatoribus multa bella vario Marte gessit.

Postremo Alexandro Romanis imperante ab Artaxerse Persa triplici prælio victus est, regno vitæque priuatus.

Anni christi.

Anni mundi.

17. q M. CALIXTVS I. 4302 ann. 6. mens. r. dies 10. 4308

Vacat sedes dies 9.

Patriarchis.

214

Alexandria Demetrio.

220

Antiochia Asclepiade an. 6. deinde Phileto an. 11.

Hierosolymis Alexandro.

Principibus.

L. Seuero.

Aurelio M. Bassiano Antonino Caracalla, an. 6. post eum Opilio Macrino mens. 14. Impp.

Artabano Parthorù ultimo.

Azgua Aethiopum pretioso.

Hilderico Franc. Duce.

Sicque

Anni christi.

Anni mundi.

18. M. VRBANVS I. 4308 Romanus an. 4. mens. 10. dies 12.

224 Vacat sedes mens. 1. Patriarchis.

Alexandria Demetrio.

Antiochia Phileto.

Hierosolymis Alexandro.

Principibus.

M. Antonino Bestia Gog. Heliogab. Imp. an. 4.

Artabano Parthorù ultimo

Azgua Aethiopum pretioso.

Hilderico Franc. Duce.

19. 22 4 r M. PONTIANVS 4312 Romanus, an. 9. mens. 5. dies 2. 4322

234 Vacat sedes dies 10. Patriarchis.

Alexandria Demetrio.

Antiochia Phileto deinde Zebenno an. 10.

Hierosolymis Alexandro.

Principibus.

Aurel. Alexand. Seuero fil. Mammeæ Imp. an. 13

Artabano Parthorù ultimo

Artaxerse Persarum Rege primo, an. 15.

Azgua Aethiopum pretioso.

Hilderico Francor. Duce.

Sicque imperij Orientis summa à Parthis iterum ad Persas translata est anno à primo Arsace 473.

EPISTOLAM ad vniuersos episcopos reliquit. Tom. I. Conc. Martyrio absumptum esse ipsa tempora, quæ Christianis horribilia fuere, tum omnes penè historici declarant.

Tryphon Origenis auditor. Sub Urbano primum Ecclesia Rom. prædia possidere cœpit, quorum prouentibus alebat Ecclesiæ ministros, & eos, qui martyrum gesta conscribent. Petrus de Natal. Ea qui violasset vel alienasset, excommunicationi subiecit. Urbanus. In eius epist. decretali. Vtendū in sacris, vasis argenteis & patenis, quæ prius erant vitrea, sanxit. Damas. Minutius Felix. Rom. causidicus. Sabell. Hierony.

HVMANA.

Antoninus iste Heliogabalum (Deum à se fictum, à quo & cognomentum retulit) in Palatino monte consecrauit ei que templum fecit, studens in illud omnia Romanis veneranda transferre, præterea Iudæorum & Samaritanorum religiones, & Christianorum deuotionem eodem transferre cogitans, vt omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret, omnes deos sui dei ministros esse dicens. Lampridius.

HVIC thesauros suos legasse ferunt Alexand. Seuerum, qui ita piè sentiit de Christo, vt eum inter Deos referret, ac templum ei consecrare statueret. Lamprid. in eius vita.

Reliquit duas epistolas ad vniuersos fideles. Tom. I. Conc. In exilio Sardineis extinctus est.

Mammea mater Alexandri Imp. ab Origene Antiochiæ religione Christi imbuitur. Suidas in Orig.

Arabia publicè fidem recipit. Nam Origenes literis Principis Arabum à Demetrio Alex. episc. postularus aulam Ducis conuertit. Euseb. lib. 7. cap. 5.

Mammea Alex. Imp. mater Christiana, saltem Christianis fauet & ab Origene in fide cõfirmatur Idē l. 6. c. 21.

Alexand. Seuerus in larario suo maiore sacra facere erat solitus, inter statuas suas, Christi & Abrahami imagines habens, in minore autem Virgilij, Ciceronis, Achillis, & magnorum virorum. Lampridius. Iudæis, quibus etiam fauebat, priuilegia sua reseruauit. Idem.

Cyriacum Pontiani successorem aliqui faciunt an. 1. mens. 3. dieb. 13. quem & ideo sublatum narrant de pontificum ordine, quod inuito Romano clero, Episcopatu cesserit, & cum exercitu 11000. Virginum Coloniam Agrippinam profectus sit, ibi martyr cum illis factus (in persecutione fortassis deciana) Fascic. temp. Nauclem, Bergomensis, Henricus Erford. Has tamen virgines, si quidem illæ sunt de Britannia profectæ cum Vrsula Coloniam, in Attilæ expeditione casus memorat ann. 453. Leone I. Pont. & Martiano imp. Guilel. Nangiac.

HVMANA.

Alexander Mammeæ, in Persas profectus de Artaxerse siue Abagaro primo Persarum rege triumphauit, tumque Persæ primum serui apud Romanos fuerunt. Lamprid. Herodian.

In aula sua doctissimos fouebat. Idem. Pueros alimentarios Mammeos & Mammea matris nomine instituit. Lamprid.

Vlpianus eius consiliarius & scrinij magister, Pom-

ponius, Gordianus, Sabinus, Hermogenes, Aphricanus, Modestilius, Celsus, Marcellus omnium optimus, Iul. Paulus, Venatus, Alphænus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Venuleius, Triphonius, Metianus, Proculus, Seuerus omnium doctissimus, Seuerianus omnium sanctissimus, insignes iurisperiti, quondam auditores Papiniani, Alexander Aphrodisicus philosophus. *Spart.*

Dion Cassius Nicæus, historiam annor. 981. ab Vrbe ad Christi 231. contexit. Improbis fuisse videtur. Nam infensus Senecæ, Ciceroni, Cassio, omnibusque bonis. Ex eius 80. libris tantum 25. supersunt, continentes seriem annorum 121.

Artaxerxes clade Parthorum, Orientis regno potitus se regem Magnum primus appellavit, duplicique diademate utens, Persis antiquum imperium restituit. Quare non amplius deinceps Romani cum Parthis, sed cum Persis bella gerent, ab ann. Christi 226. ad 634 per ann. 410. Quo tempore rerum summa penes Saracenos esse incipit.

Ita Persæ sub Alexandro Macedone, imperio Orientis deiectioni, nunc illud sub Alexandro Romano recuperant. *Zosimus lib. 1.*

Alexandri tutor Vlpianus collegit veterum principum aduersus Christianos edicta, ut rabiem iudicum aduersus eos inflamaret. *Lactant.* In Mauritania Tingit. res feliciter gesta per Furium Celsum, in Illirico per Varum Marcinum, in Armenia per Iunium Palinatium. *Lampr.*

RELIQVIT. rescriptum ad Episcopos Baticæ, & Toletanæ prouinciæ. *To. 1. Con.* per notarios res martyrum accuratè descripsit & in Ecclesiæ ararium reposuit. E quo fonte hausta ferè sunt, quæ hodie de Martyribus gesta nouimus. *Vuicelius in Rom. pont. Epitome.* Martyrio vitam finisse, ut & sequentes, Fabianum, Cornelium, Lucium, Stephanum & Xistum ipsa persecutionum tempora & omnes penè historici declarant.

SEPTIMUM bellum in Christianos, præsertim doctores, Episcopos, & cæteros Ecclesiæ præfides per Maximinum, cuius cum imperio cœpit & desit. *Euseb. lib. 6, cap. 19. Oros. lib. 7. c. 19. Iul. Capitolin.* Luit Deo pœnas. Nam cum vix triennium in imperio compleuisset, à militibus iugulatur (*Victor*) ad Aquileiam.

Ita Maximinus à Nerone sextus Christum persequitur. ficta acta Christi & Pilati vulgat, quæ in scholis docerentur *Euseb.*

Eius persecutionem, non per totum mundum, sed localem fuisse, Firmilianus Capadociæ Episcopus apud Cyprianum Epist. 75 docet. Vnde apud Euseb. iussit solos Ecclesiarum præfides tanquam auctores doctrinæ Euagelicæ neci dari.

Iulius Africanus historicus. *Euseb. lib. 6, cap. 2.*

Genianus siue Geminus. *Hieron. in Catal. Euseb. in Chr.*

Heraclas Origenis discipulus. *Euseb. lib. 6.*

Eusebius Alexandrinus Homiliarum vetus scriptor, ut de die Dominico, ut de Sanctis colendis. Quem Antherus in sua Epistola translatus scribit è parua ciuitate in sedem Alexandrinam.

HVMANA.

Primus maximus è corpore militari sine Senatus auctoritate Imperator factus est. *Iornand.*

Germanos vicit, amicos Alexandri crudeliter necauit. Quin & eius odio precipuè persecutionem excita-

uit,

Anni
Christi.

Anni
mundi.

20
f M. ANTHERVS
Græcus, an. 5.
234 mens. 1. dies 12. 4322
239 4327

Vacat sedes dies 13.

Patriarchis.

Alexandria Heracla an. 14.

Antiochia Zebenno.

Hierosolymis Alexandro.

Principibus.

Seuero imperatore vigesimo
quinto, & postea Iul. Ma-
ximino, ann. 3. cum filio
Imp.

Artaxerse Persarum primo.

Azgua Æthiopum pretioso.

Hilderico Franc. duce.

CONCILIUM Carthaginense
1. circa hæc tempora, de baptismo he-
reticorum. *Cypr. epist. ad Iubaianum.*
August. lib. 4. de baptismo. cap. 6.

Anni
Christi.

Anni
mundi.

21.
239 t M. FABIANVS RO-
manus mirabili electio-
ne, *Euseb. 6. cap. 20.* (Græ-
cis Flauianus) an. 13. 4327
252 dies 11. 4340

Vacat sedes dies 6.

Patriarchis,

Alexandria Heracla, dein-
de Dyonisio an. 17.

Antiochia Zebenno deinde
Babyla, an. 12.

Hierosolymis Alexandro.

Principibus.

Iul. Maximino vigesimo
sexto, & post eum Pupieno,
Balbino, an. 1. & Gordiano
Iuniore an. 6. simul Imp.
postea Philippo cum fil. Imp.
an. 5. & tandem Decio Imp.
trigesimo: ann. 2.

Artaxerse, deinde Sapore
an. 31. Persarum.

BELLVM PERSICVM.
Azgua Æthiopum pretio-
so.

Hilderico Franc. Duce

CONCIL. Philadelphe in Ara-
bia contra Beryllum. *Trip. lib. 6. c. 20.*
*Arabianum, cui vi superiori in-
ter fuit Orig. Euseb. li. 7. c. 37.*

uit, quod in Alexandri familia complures fideles & Chri-
stiani versarentur.

Mortæ persecutionis pœnas luit. Nam vix triennio in imperio cum filio adhuc puero completo, à militibus discerpitur, conclamantibus cunctis ioco: Ex pessimo genere ne catulum quidem habendum. Postea omnes, qui quoquo modo se ei adiunxerant, & amici fuisse videbantur, capti, occisi, tracti & in cloacas abiecti sunt. *Victor & Capitol.*

Duo Gordiani in Africa Imp. facti à Capelliano Maurorum præfecto cæduntur. Hinc mox Pupienus & Balbinus à senatu creantur, addito Gordiano iuniore puero annorum 13. ad sedandam populi seditionem.

Censorinus scribit librum de die natali, ipse. *ca. 15. libri sui.* Tres reliquit epistolas. *tom. 1. Conc.* ad eum scripsisset Origenes pœnitentiam agens, quod multa malè scripsit, & causas temeritatis in Ambrosium referens, quod secreto edita & non satis expensa in publicum protulisset. *Hier. in Apologia ad Pammac. & ocean. ubi Origenis errores recitat.*

Martyrologia conscribenda curauit. Martyribus cœmeteria parauit, Ritus sacri Chrismatis disposuit, alioqui ab Apostolis institutum. *ex Dionys. de Eccl. Hier.* nempe ut quotannis, vetere combusto, renouaretur. sub Decio patitur. *Onuph.*

Philippus Arabs, primus Imperatorum Christianus, baptizatur simul cum fil. & Seuera coniuge. In vigiliis Paschæ ab Ecclesia repulsus ab Episcopo, nec prius admittus, quam peccatum homicidij, ut videtur, confessus, inter pœnitentes staret. *Sabell. Enn. 7. lib. 7. Euseb. 6. c. 24. Oros. c. 20. & Cassi.* Gazas Imperatorias tradidit Fabiano, qui idcirco à Decio imperat. interfici iubetur. *Io. Maius tract. Schif. Sabel. & Bergomenis lib. 8.* Imperij Philip. an. 2. completus est annus 1000. Urbis, quo seculares ludi, ea pompa & magnificentia, qua antehac nunquam celebrati sunt. *Pompon. Latus. Iul. Capitol.*

Anno 1000. urbis religionem profitentur, ut & millesimus annus urbis conditæ non Idolis, sed Christo consecraretur. *Phraulphus in Chron.*

Sapori Persæ Armenia maiore, que magna ex parte Christiana erat, cessit. Fugato rege Tyridate & liberis eius in deditioem acceptis. *Pomponius.* Vnde Armenij religionis ergo à Persis multa passi, Gregorio pontifice.

Quirinus Philippi f. instituit Episcopatum Laureæ censem in Austria ad Anasum fl. quem postea Attila euertit. Tandemque ob confessionem Christi temporibus Diocletiani submergitur. *Prudent. epigr. 56. adu. v.*

OCTAVVM bellum seu persecutio Christianorum à Decio religionis face sanissima in odium Philipporum excitatur (Septima aliis dicitur) quanquam eius edictum anno vno præcessisset & durat vsque ad Galienum: obierunt Fabianus, Cornelius, Serapion, Macarius, Babylas, Methodius Tyri Episc. Alex. Hierosolymit, qui Bibliothecam nobilem Hieros. construxit. (*Euseb. lib. 6. cap. 21.*) Theophilus Antiochenus, Agatha, Saturninus Episcopus Tholosæ ac infiniti alij toto orbe. *Euseb. 6. cap. 28 & 30. Eutrop. lib. 9. & iuxta quosdam Terr. Hanc Opt. lib. 3. comparat Leoni Danielis. c. 7. Eam Deus ultus est pestilentia per vniuersum Imperium Roma. in 10. vel 15. annos immissa. Eutrop. lib. 9. Cypr. lib. de mortalitate.*

Quin & ipse Decius cum ne biennium quidem integrum imperasset, mox vna cum liberis in barbarico bello occiditur. Euseb. lib. 7. cap. 1.

In praelio aduersus Gothos. Pompo. Lat. Sic Gallus, qui persecutionem per manus acceptam continuabit, biennio nondum exacto cum Volusiano filio à militibus trucidabitur. Eutrop. Lat.

Babylas Antiochiæ Decium Imp. cæde & sanguine Christianorum madentem & mysteris eorum interesse cupientem animose prohibuit. Chryf. lib. contra gentiles. Suid.

Ex ea persecutione agitari cœpta est quæstio de lapsis contra Nouatianos.

Arabiana hæresis, contra quam Synodus coacta est. Euseb. lib. 6. c. 37. Helcesatarum siue Elcescorum ab Elceo in Arabia Moab. Idem c. 38. Epiph. August.

HUMANANA.

Odenatus Palmyrenorum rex.

Argunthis Scytharum rex Romanorum fines vastat. Jul. cap. in Gordiano.

Attaxerxes vt vetus atque integrum imperium Persarum restitueret, superatis Tigris ripis ac Romani imperij finibus, excurrit per Mesopotamiam & Syriam, omnique Asiæ mari Aegeo ac freto Propontidis terminatæ ceu veteri Persarum possessioni minitatur, & sic decedens filio Saporis imperium relinquit.

Gordianus aperto Iano contra Persas bellum mouet. Saporem regem vincit. Vrbes plurimas recipit. Iulius Capitol. Eutrop. lib. 8.

Philippus cum Sapore pacem firmat. Zosim. li. 1. Urbem in Thracia de suo nomine condit.

Sub eo magna vrbs pars in ludis sæcularibus propter nocturnos ignes conflagrauit.

Plotinus Ammonij discipulus, Amelius & multi Platonici.

Herodianus historiam 60 annorum conscribit.

Valens Lucianus Rom. imperium arripit. Aur. Victor.

Gothi sub Decio primum Romanis bellum intulerunt. In quo Decius submersus, filius occisus. Iornand. Cassiod. Orat.

Cum his Gallus, Hostilius, deinde fœdus icit, tributum eis pendens. Pomp. Blondus.

AD DECIO, qui septimus post Neronem Christianos est insectatus, crudelissimè necatur. A Gallo & Volusiano Onuph. Reliquit Duas epistolas decretales, Tom. 1. Concl. Alias scripsit. Ad hunc extant epistolæ D. Cypriani.

Cornelius, non, vt quidam vim facit, vt Episcopus fieret, sed ipse vim passus est, vt Episcopatum acciperet, cum Fabiani locus, id est, locus Petri & gradus Cathedralis sacerdotalis vacaret. Cyp. 4. epist. 2. ad Antonianum. eo tempore sedens, quo Tyrannus infestus sacerdotibus Dei, fanda atque infanda comminaretur, multo patientius & tolerabilius audiens leuari aduersum se æmulum principem, quam constitui Romæ Dei sacerdotem. Ibid. Corpora SS. Petri & Pauli tot annis sepulta transfuit. Damasus. Multas epistolas contra Nouat. hæresin scripsit. Hier. Euseb. Theod. lib. 3. hæret. Fab. Pauperes & viduas supra mille quingentos aluit. Euseb. lib. 6. cap. 43. ex ipsius ad Fabianum Antioch. epist.

Anni christi.

Anni mundi.

Carthaginense Episc. 90. contra Priuanum hæreticum, qui ob multa & graua delicta fuit cõdemnatus. Cyp. lib. 1. epist. 3.

Romanum contra Helcesatas Christum in tormentis sine peccato negari posse affirmantes.

22.

252 U M. CORNELIVS 4340

Romanus an. 2.

254 mens. 2. dies 3. 4342

Vacat sedes mēf. 1. dies 5.

Patriarchis.

Alexandriæ Dionysio.

Antiochiæ Fabio an. 1. Demetrio an. 7.

Hierosolimis Mezabenne, an. 14.

Principibus.

Decio Imp. trigesimo.

Sapore Persarum, secundo rege.

Azgua Actiopum pretioso.

Barthero Franc. Duce.

Anni christi.

Anni mundi.

Schisma primum.

NOVATIANVS Presbyter Romanus et heresiarcha ope Nati presbyteri Carthaginensis (quem Theodoretus lib. de Fabul. hæret. & sepe Epiph. Euseb. ac plerique alij confundunt cum Nouatiano) creatur in Antipapam. Cyp. epist. ad Iubaianum & ad Pompo. Hiero. in Catal. Contra eum acta sunt duo Concilia. Romanum episc. 60, cum Presbyteris totidem & plurimis Diaconis. Plat. Euseb. 6. cap. 43, & Carthaginense. Cyp. epist. ad Cornel. Negabat requiri Oleum siue Christma in confirmatione. Theod. de fab. her. Reiciebat satisfactiones pro pœnis peccatorum. Cyp. lib. 4, epist. 2. Peccatoribus post baptismum & lapsis penitentiam denegabat. Chry. hom. 20 Heb. Cyp. li. 2. ep. 2. Amb. lib. de Pœn. c. 6. Primus reprobaui confessiones Soc. lib. 5. cap. 19. Secundas nuptias damnabat; baptizatos à Catholicis rebaptizabat, Idem.

TRIA Concilia celebrantur Carthagini. Cyp. ad Iubaia. Celebrissimum fuit contra negantes infantes baptizandos ante 8 diem. Cyp. lib. 3. epist. 8. August. epist. 48. Caetera apud Cyp. li. 1. epist. 2 & 4.

Conc. Antiochenum Euseb. lib. 6. cap. ult.

23

254 X M. LVCIVS I. (Lucianus Niceph. Romanus. an. 3.

mens. 3. dies 3.

257 Vacat sedes mens. 1.

dies 5.

Contra hunc & eius successores diu in Schismate Nouatianus S.R.E. presbyter Romæ Episcopus fuit deinde Nouatiani in Episcopatu successores, qui Romæ vsq; ad Cælestini Papæ pontificatum permanserunt, a quo deinceps publicè episcopum habere prohibiti sunt. Onuphrius & Socrate. lib. 7. cap. 11.

Quæstio inter Romanam & Africam ecclesiam, num hæretici rebaptizandi essent. Euseb. lib. 7. cap. 2. & seqq.

Nouatianorum siue Catharorum hæresis. Euseb. 6. c. 43 & 44. Cyp. lib. 2. ep. 10, lib. 3. ep. 2 & 3, lib. 4. ep. 2. Etiam Istorum Lutherani & Caluinitæ spurij sunt. Nam eorum erant capita, nullum esse in Ecclesia penitentiae sacramentum, nullam debere fieri Sacerdoti exomologesin, siue peccatorum confessionem. &c. Ibid. Cyp. & Pacianus lib. contra eos peculiari. Non vnum esse (Romanum) in Ecclesia episcopum, è quo cæteri pendeant. Euseb. lib. 6. c. 43. contra quod dogma Cypriani multa epistolæ & totus liber de vnitæ Ecclesiæ, quem & proinde aliqui inscripserant de Simplicitate prælatorum. Item Decretales pontificum illius sæculi Epistolæ. Nouatianus scilicet exciderat spe Romani pontificatus potiundi, quem magno ambitu petiuerat. Cyp. Ibid. Cornelius Fabio Antioch. lib. 6. Euseb. cap. 43.

Eos semper proprium habentes episcopum perdurasse Constantinopoli vsque ad illius excidium per Turcos mentiuntur Magdeburgenses Cent. 3, cap. de Hereticis.

Hæretici & Schismatici, qui reuertebantur ad Ecclesiam, cum hac fidei professione in Africa & Romæ vbi maximè Nouatiana hæresis grassabatur, recipiebantur. Vnum Deum, Vnum Christum Dominum, Vnum Spiritum sanctum, Vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere Cyp. lib. 3. epist. 11. Cornelius apud Euseb. lib. 6. cap. 43.

HUMANANA.

Pestilentia toto orbe grassatur, maximè Alexandria & in Aegypto. Qua occasione Cyprianus librum de mortalitate scribit.

Gothi siue Getæ prouincias Romanas ad Danubium tunc primò inuadunt.

Decius in Barbarico bello inter confusas turbas gurgite paludis submersus est, ita vt nec cadauer eius inueniri potuerit, filius vero eius interficitur. Victor.

Mox Sapor Persarum rex Romanis penè exitialis fuit. Nam his in Mesopotamia profligatis & Mesopotamiam eis eripuit, & Imperatorem ipsorum Valerianum viuum cepit, nec vnquam reddidit.

AD HVNC quoque Cypriani extant epistolæ, scripsit epistolam ad Episcopos Galliæ & Hispaniæ consolatoriam. tom. 1. Conc.

A Valeriano martyrio consumitur. Damasus. Moritur Origenes 70 ætat. anno. Euseb. 7. c. 1, annis 150 ante Hieronymi ætatem. Epist. ad Pamph. Sena millia librorum scribit. Epiph. hæres. 64. Auctor fuit Ecclesiarum, vt vocant, collegiarum. Hieron.

Intra spatium 12 annorum totam sacratam scripturam interpretatus est, stando libros componens. Suidas.

Opera eius trifariam secta in Scholia, Homilias, & Tomos. Hier. prolog. Homil. Orig. in Ezech.

y PRIMVS vestes sacerdotales & tegumēta altarium instituit. *Isidor.* vel potius instituta ab Apostolis commendavit. Nam Petalo mitræ quodam genere in re diuina vsum fuisse D. Ioan. Euagelistam Polycrates apud Eusebium restatur. Vestis splendida sacrificantium apud Clem. lib. 8 Const. c. 16, vestis pura pontificum apud Dionys. in Eccl. Sacratæ pallæ in veteri Canone Soteris. Eucharistiæ operta velataque apud Orig. hom. 5. Num. & alibi Ornamenta, cum Oprato lib. 3, Instrumenta Dominica, cum Aug. epist. 165 intelligebant autem vasa, & vestimenta & eiusmodi quæ ad ministerium Dei consecrabantur, *vt ait Iustinian. §. sacra, de rerum diuisione. et leg. Sancimus Cod. de sacrosanctis Eccl. & quæ ad cultum Dominicæ passionis pertinent, ex consortio corporis, & sanguinis Domini veneranda, vt Hieronymus inquit epistola ad Theoph. ante libros Paschales.*

Hoc vero decretum Stephano tribui videtur, quia sacra & Ecclesiastica vestimenta in vsu quotidiano non habenda decreuit. *Ipsè epist. 1. Damasus ca. 2. 4. Beda & Ado Alex. in Martyrologio.*

Reliquit duas epistolas decretales, *tom. 1. Con. Inter Missarū solennia occiditur, Platina. Sub Valeriano martyrio afficitur. Damasus.*

Ad hunc scripsit Cyprianus, seorsum lib. 3, epist. 13, quæ eum rogat, vt faciat plenissimas literas ad cœpiscopos in Gallis constitutos, vt Martianum Arelatensem, à sua communicatione segregent, & alias dirigat in Prouinciam, & ad plebem Arelate consistentem, quibus absento Marciano, alius in locum eius substituatur. Audis auctoritatem Romani Pont. in Gallos, dum eorum Episcopos abstinet, id est, abdicat & deponit.

Quætionem an hæretici sint rebaptizandi decidit, *Euseb. lib. 7, cap. 2.*

Qui propterea Heleno, Firmiliano & cunctis per Ciliciam, Cappadociam, Galatiam & vicinas gentes Episcopis ex communicationem minatus est. *Ibid. c. 5.*

Noëtij & Sabellij hæresis oritur apud Ptolemaida Pentapoleos, *Lybia. Theod. Euseb. 7, cap. 4 & 5. Hilar. lib. 6 de irmit. Basil. contra Sabel. Epipha. in pana. Tamen Caluinus in Instit. libr. 1, cap. 13, scet. 4 scribit hunc post Arrium vixisse, magna antiquitatis, vt aliarum rerum, ignoratione.*

Sabelliani inter cætera culpabant Catholicos, quod eorum multi fierent Monachi. *Bas. epist. 63.*

Emerferunt & alij hæretici aquam vino in Eucharistia non miscentes. *Cypr. lib. 2, epist. 3.*

Floret impius ille philosophus, nomine Malcus, cognomento Porphyrius, Plotini discipulus. *Ipsè in vita Plotini, Euseb. 6, cap. 14. Scripsit in Christianos 14. libros. Suid. & Hieron. in Daniel.*

NONVM bellum in Christianos per Valerianum Imp. *Euseb. 7, cap. 9, & seqq. Oros. 7, cap. 22. Pompon. Latus in Valer.*

In eo Cyprianus truncatur capite, Lucius, Stephanus, Sixtus PP. Hyppolitus. Laurentius Diaconus vno mense ante Cyprianum & alij quam plures martyres occubuerunt. *Eus. in Cron. Amb. 1. offic. cap. 41.*

Valerianus ergo octauus post Neronem Ecclesiæ hostis fuit: vnde & eius persecutio octaua dicitur à Sulpitio, *Euseb. Aug. Oros.*

Anni Christi.

Anni mundi.

Patriarchis.

Alexandria Dionysio.

Antiochia Demetrio.

Hierosolymis Mezabenne

Principibus.

Gallo Hostiliano cum fil. Volusiano, an. 2. usque ad Valerianum & Galienum Imp.

Sapore Persarum secundo.

Azgua Æthiopum pretioso.

Barthero Franc. duce.

24

257 y M. STEPHANVS I. 4345

Romanus, an. 7.

264 mens. 5. dies 2. 4352

Vacat sedes dies 22.

Patriarchis.

Alexandria Dionysio.

Anni Christi.

Anni mundi.

Antiochia Demetrio, deinde Paulo Samosateno Hæresiarcha, an. 11.

Hierosolymis Mezabenne.

Principibus.

P. Licinio Valeriano cum fil. Cornel. Licinio Gallieno Imp. an. 4, deinde Solo Gallieno, an. 11

BELLVM PERSICVM

Herch Æthiopum pretioso, an. 21

Barthero Franc. duce.

CONC. Carthaginense Episcoporum Africanorum presente Cypriano contra baptismum hereticorum. Cyp. ad Stephanum. Sed iidem patres sententiam mutarunt, et contrarium decretum emisserunt. Hieron. contra Luciferos. Unde Aug. epist. 48 istud concilium ait vel fuisse fictum, vel mutatum.

25

264 z M. SIXTVS II. Atheniensis Philosophus, an. 2. 4352

mens. 10. dies 23.

Vacat sedes mens. 1. dies 5.

267

Vacat sedes mens. 1. dies 5.

A Sapore captus ignominiosa seruitute, deinde morte consenuit. Tam elato Dei iudicio territus Gallienus pacem Ecclesiis trepida satisfactione restituit. *Oros. lib. 7, cap. 15.*

Sicque pax fuit Ecclesiis per annos ferme quinquaginta. *Sulpit. lib. 2.*

Impia illa persecutio effecit, vt Valerianus ad bellum Persicum profectus, in manus Saporis Pers. regis viuis veniret. A quo captus scabelli loco Saporis fuit in equum ascensuro, ad mortem vsque. Neque enim vnquam à filio Gallieno redimi potuit. *Aurel. Victor.*

Quin & tandem excoriatus salæque conditus. *Euseb. in Sermone ad conuentum Sanctorum.*

Præterea filio Gallieno miserum imperium attraxit. Sub eo enim nulla reip. pars fuit integra, triginta tyrannis exortis, qui vno tempore alij in aliis terris exercere imperium, in quibus etiam fœminæ Romano illuserunt imperio. *Trebellius, Vopiscus. Eutrop.*

Dionysius Alexandrinus Origenis discipulus. *Euseb. lib. 6 & 7,* qui præter alia multa, scholia in opera D. Dionysij areopagitæ, quæ extant, scripsit. *Anast. Antiochia. & Euseb. lib. 6.* Ea citat Maximus antiquissimus eiusdem Areopagitæ interpres, *prima annotat. in 5 cap. de celest. Hierar. & alibi.*

HVMANA.

Cilicia, Syria, Cappadocia à Sapore vastantur. Alemanni Gallis hostiliter vexatis in Italiam transgrediuntur. Gotthi Pontum, Græciam, Asiam populantur. Quadi & Sarmatæ Pannonias occupant. Germani in Hispania Taraconem oppugnant. *Eus.*

Imperium Romanum tunc cadere cœpit, ex orientibus vbiq; tyrannis, quos 30 Gallienus partim occidit, partim debellauit, vnde nonnulli hic constituunt interregnum. *Treb. Pollio, Oros. lib. 7, cap. 22.*

Omnibus ferè prouinciis odio Gallieni deficientibus. quæ imperij perturbatio durauit annos plus 15 vsque ad Probum, qui omnes tyrannos sibi nomen & insignia Imperatorum sumentes oppressit.

Porphyrius, Iamblychus & similis farraginis Platonicæ.

z EPHILOSOPHO Pontifex. Duas reliquit epistolas, quarum prima est de Trinitate, *tom. Conc.*

Huic Laurentius Diac. inseparabiliter adhæsit vsque ad extrema vitæ supplicia. Ecclesia tum auro & opibus in vsu ministrorum & pauperum abundabat. *Amb. lib. de Officiis.*

Sub Valeriano martyrium facit. *Damasus*

Post eius mortem ob persecutionis atrocitatem sedes annos duos vacauit, decerptis 15 diebus, quanto tempore Romani presbyteri, vacanti Ecclesiæ præfuerunt. *Damasus.*

Platina triginta quinque dies tantum numerat, quod hic secuti sumus.

Finite persecutione Gallienus edicta pro Christianis facit, inter ea, vt loca τῶν καλεμένων κοιμητηρίων, Cœmeteriorum, quæ vocabantur, reciperent. *Eus. lib. 7, c. 1, plag. 75 exemp. Græci.* Ita à prima Ecclesia eorum fuisse solennem vsum & nomen audis, ad quæ propterea persecutionem renouans Iouius Maximinus conuentus fieri

alio edicto post veruit, Idem lib. 9, c. 2, pag. 101. In his quid fieret lege apud Greg. Turonensem lib. de Gloria confessorum, c. 63, nempe frequens occulti psallenti mysterium. Sic enim appellat mysticam mensam pro Defunctis.

Sic pax Christianis reddita per annos 40, vsque ad 19 Diocletiani, adeo ut facultas regendi prouincias & iurisdicendi Christianis concessa fuerit, vrbes integræ Christum profiterentur, &c.

Victorinus Pictauentis, Tryphon, Phileas Thebaidæ, Archelaus Mesopotamiæ, Eusebius Laodiceæ Episcopi, & Melchior Antiochenus Presbyter, contra hæreses & in sacra Biblia scribunt. Hieron. in Chron. Triuh. de script. Eccl.

Nepotiana hæresis. Euslib. 7. c. 23. à Nepote episcopo Ægypti, qui & laudatur alioqui ab instituta quadam Psalmodia. Ibid. cap. 2.

Paulus Eremum primus colere incipit. Hinc Eremitarum origo. Hieron. in eius vita. supra tamen audiuius è Damaso Thelesphorum nonum à Petto Pontificem fuisse Anachoretam. Nempe Anachoretica vita potest transigi extra deserta & incultra loca.

HVMANA.

An. 265. Germani vteriores Hispaniam, præsertim Tarraconensem per 12 ferè annos deuastant. Oros. lib. 2. cap. 15. Rhenanus lib. 1. rerum Germ.

a HVIVS origo ignoratur. Hoc tantum scitur fuisse Monachum Damasus.

Vnde apparet in prima Ecclesia inter medias persecutiones, extitisse qui hoc S. institutum profiterentur hoc enim etiam tempore Paulus cuius vitam scripsit Hieronymus, Eremum incolebat sine metu persecutionum. Decij & Valeriani, siue Sanctæ Philosophiæ studio.

Scriptit epistolam ad Seuerum Cordubensem, Tom. 1. Conc.

Presbyteris Romanis qui Cardinales postea appellari sunt) parccias vrbis distribuit, itémque Episcopis Diocesibus, ut se quisque certis contineret limitibus. Tale aliquid accidit in vetere Synagoga, scribente Iosepho lib. 7, cap. 9. Ante Dauidem quisque leuita vndecumque venisset Hierosolymam, quolibet tempore habebat potestatem ingerendi se ministerio citra discrimen (è Deut. 18, v. 7) Sed postea Dauid in 24 ordines ministros templi distinxit (1 Paral. 24) veruitque ne alij aliorum ordinem perturbarent. In quo cum Mose pugnabat. Hæc ille. Pugnare autem intellige non contra Mosem decernere, sed præter Mosem, vel non Mosem, sed abusus è Mosis lege ortos corrigere. Quod de reliquis similiter censendum, quæ legimus ab Ecclesia Ecclesiæ pontificibus ad superiores ætates addita. Nam Ecclesia perpetuo proficit, & pro natis occasionibus noua aliqua pietati commoda profert. Sic Salomon minimè contentus Mosis & superiorum temporum simplicitate, ad illius exemplar, quantumuis à Deo præscriptum, innumera adiecit, de quibus sup. pag. 115 & seq.

Primus consecratus fait ab Ostiensi Episcopo Maximo, arque hinc deinceps statutum, ut Papa ab Episcopo Ostiensi deinceps consecraretur. Sigibert. in an 1181.

Anni Christi.

Anni mundi

Patriarchis.

Alexandria Dionysio.

Antiochia Paulo Samosateno.

Hierosolymis Mezabenne, deinde Hymeneo, an. 31.

Principibus.

Eisdem Imp. & regn.

Herch Æthiopum.

6

4355

267

a M. DIONYSIVS Græcus in monacho PP.

273

primus, an. 6. dies 4.

4361

Vacat sedes dies 6.

Amplifi

Anni Christi.

Anni mundi.

267

Patriarchis.

4355

Alexandria Dionysio, mox Maximo, an. 18.

Antiochia Paulo Samosateno, deinde Domno, an. 3.

Hierosolymis Hymenco.

Principibus.

Solo Gallieno (qui aliquam pacem dedit Christianis edicto publice persecutionem amouens Euseb. 7, cap. 20.) & post eum Flavio Claudio Imp. an. 2.

Sapore Persarum secundo, deinde Ormisda, an. 1. d. 10.

273

4361

Amplificauit Ecclesiam Catholicam. Cui non desuit sedes Hierosolymitana, Antiochena & Alexandrina, multis vbique subortis hæresibus. Extat epistola Antiocheni concilij ad ipsum, & ad alios episcopos contra Paulum Samosatenum apud Euslib. 7. cap. 26.

Tunc obiit Dionysius Alexand. Origenis olim auditor. Eus. 7. cap. 25. Postquam apologiam edidisset ad Dionysium pap. & sibi falso obiectos errores refutasset, ac docuisset filium Dei Patri esse consubstantialem, non opificium. Athanas. ep. ad Arrianos, & in Synodo Arim. Niph. ex Basilio lib. 6. c. 25.

Floret Gregorius Neocæsariensis Ponti Episc. à Latinis magnus, à Græcis mirabilis seu mirificus ob crebra miracula cognominatus, dictusque Theodosius. Euseb. 7. cap. 24. Plati.

Paulus Samosatenus Artemonis & Ebionitarum hæresim resuscitat, Christum à sola Maria ortum docens. Euseb. 7. cap. 23. & lib. 5. cap. 27. Eam cum Arriana cõfundit Caluinus contra libel. de offi. pij viri.

Ab eo Paulianistæ, c. 19 Niceni concilij, siue Pauliani apud Aug. de Hæres.

Malchion linguæ Græcæ professor scholæ Antiochæ præf. Samosatenum expugnat. Euseb. lib. 7. c. 29.

HVMANA.

Zenobiam Persæ, deuictis Romanis, Syriæ & Phœnicæ gubernatricem dant. Quæ quia cum Iudæis sentiebat, facile Paulo Samosateno gratificata est. Theodori. de ber.

Gallienus pacem nostris concedens, permittit recipere, quæ prius amiserant, cœmeteria. Euseb. lib. 7. cap. 13. aduersus Posthumium, qui 7. annis iam imperatorum nomen tenebat in Gallia, exercitum mittit & Francos Rheni accolæ sibi adiungit. Atque hic primum Francorum mentio in Romanis bellis.

Victorinus, quem consortem imperij Gallici Posthumius fecerat, Lolliano Posthumij percussore cæso, solus illic Imperat. deinde Marius Faber ferrarius triduo mox Tetricus. Quo victo Aureolus pacem cum Gallieno facit. Qua, cæde Gallieni, soluta à Claudio Imp. vincitur & imperio exiuit.

Sapores rex Persarum secundus, qui antea à Gordiano victus fuerat, Syriam, Ciliciam, Capadociam populatus, Valerianum Imp. capit. Eutrop. Iulius Capitol.

Odenatus Palmyrenorum Rex Orientis imperium occupat Sapore cæso, & castris ad Ctesiphontem locatis. Treb. Pollio.

A Gallieno in regni consortium assumptus Augustus dicitur. Mox insidiis consobrini sui Mæonij cum Herode filio suo occiditur.

Zenobia eius vxor cum filiis Herminiano & Timolao regnum Orientis administrat. Palmyreni Sabba & Timogene ducibus bellum Ægyptiis inferant. Trebel.

Tetricus inuasit Hispanias & Gallias vires & neruos imperij. Ibid.

Claudius Imp. 320000 Gotthos, Pontum, Græciam, Macedoniam, Illyricum, & Italiam vastantes occidit. Trebell. Pol. in Claud.

Fratrem Quintillum collegam habuit diebus 17.

b FOELIX tres reliquit epistolas tertia est erudita de fide. Nam tum Ecclesiam vexabat Satanus & ferro tyrannidis & Stylo hæreseos. S. Martyres in Ecclesiæ diptyca reposuit. Martyrio coronatur. *Damasus.*

DECIMUM bellum seu persecutio per Aurelianum Imp. qui primus Imp. diadema capiti imposuit, *Vsperg. Euf. 7. cap. 25* ubi tamen mediatum persecutionem solum, non executum, Aurelianum videtur significare. Quo facit, quod Eutropius, Vopiscus & Euf. in Chronico prodiderunt, Aurelianum posteaquam persecutionem decreuisset, fulmine subito territum, paulò post interfectum esse. Quare à paucis nominatur inter persecutiones.

Manichæorum hæresis à Manete siue Manichæo Persa sumit originem. *Epiph. Euf. 7. cap. 26.*

Negabat liberum Arbitrium. *August. lib. de Libero Arbitrio.*

Rex Persidis ei cutem detrahi iussit & ita interfici. *Epiph. hæres. 65.*

Afferbat, Baptismum in aqua nihil cuiquam salutis afferre. *Aug. de hæres. cap. 46.*

Error eius de duobus diis, bono & malo, quorum malus res istas inferiores moderetur, bonus nihil hic agat, hodie perdurat in Perside, Indiis & cæteris Orientalioribus Prouinciis. Quare & Idolium in suis fanis habent ei profus simile, quo nostri pictores Diabolum exprimunt, nigum cum cornibus, dentibus, aliquot recuruis ex ore prodeuntibus. Simum, &c. *Orosius de Emmanuele.*

Vnde inter mundi legislatores reponitur ab Hebræis, quibus res Orientis non fuerunt ignoræ. *R. Abraham in Cabb. El. in Tisbi.*

Adam discipulum in superioris Orientis partes emisisse fertur. *Epiph. in Pan.*

Vnde fortasse fabula Adam in Indiæ aliqua parte sepultum, eiusque sepulchrum ab Indis celebrari & coli, apud hos, qui de rebus Portugalensium hodie scribunt.

De eo sic *Cabbala hist. Heb.* Diebus Saporis regis Persarum prodiit in mundum Manes, contendens duos esse deos, Vnum viuificantem & efficientem bona omnia. Alterum interficientem, & omnis generis mala inferentem. Legem sui cerebri Magis persuasit, euasitque in gentem magnam. Sed interemit eum Sapor astu. Et *Elias in Tisbi*, ab hoc hæreticos appellamus Minim siue Minneos.

Cyrillus Antiochenus Episcopus, Dorotheus Eunuchus doctus in Hebraicis & Græcis, Anatolius Laodicensis theologiæ scriptores. *Euf. in Chron. & hist. Eccles. 7. cap. 32.*

Anatolius, scholæ Aristotelicæ Alexandria præficitur. *Euf. lib. 7. cap. 32.* multa scripsit. *Hiero.*

Aurelianus initio Christianis ita æquus, vt suam etiam in frequentissima contra Paulum Samosatenum Synodo, Anthiochiæ auctoritatem interposuerit, & Samosatenum de Ecclesia cedere nolentem exire manu publica compulerit, præcipiens episcopatum tradi, quibus Italiæ Sacerdotes & Romanus Pontifex, quem Christianorum summum esse intellexerat, scriberent. *Euf. lib. 7. cap. 25.*

Quare Dominus Samosateno est substitutus. *Ibidem.*

Hæc enim etiam ætate celebris & florens erat Petri & Romanæ Ecclesiæ primatus potestatibus inferni terribilibus. Nam & eum prædicabat Porphyrius Ethnicus in libris

contra

Anni Christi.

Anni mundi.

HHerch Æthiopum pretioso. Bathero Franc. Duce.

CONC. Romanum de filij consubstantialitate, *Athan. de Syn. Arimini & in epist. contra Arrianos de sententia Dionys. Alex.*

CONC. Antiochenum contra Pa. Samosatenum, *Euf. 7. cap. 23. & 25.*

27
b M. FOELIX I. Romanus, an. 4.
277 mens. 3. dies 15. 4365

Vacat sedes dies 5.

Patriarchis.

Alexandriæ Maximo.

Antiochiæ Domno, deinde Timacho, an. 6.

Hierosolymis Hymeneo.

Anni Christi.

Anni mundi.

Principibus.

Claudio trigesimo quarto, Imp. deinde Aureliano an. 5. mens. 6.

Varabane, an. 5.

HHerch Æthiopum pretioso.

Clodio Franc. Duce.

CONC. alterum Antiochenum contra eundem Samosatenum. *Euf. lib. 7. cap. 25.*

Virumque Aurelianus Imp. initio Christianis æquus sentiens à Rom. Pontifice approbari ratum esse iussit. Theod. de fab. heret.

28
x M. EUTYCHIANVS Lunensis Tuscus. 4365
277 ann. 1. 4366
278 mens. 1. dies 1.

Vacat sedes dies 8.

contra Christianos, vt inuidiam D. Paulo conflaret (*Hieronym. in 2. Gal.*) Tertul. lib. de Pudicitia proximè scripsit, Clauis Soli Petro commissas & Ecclesiam super ipso extructam esse. *lib. de Praescr.*

De monogamia & alibi Romanam Ecclesiam foelicem, Ecclesiarum matricem, &c.

Cyprianus nouissimè martyrio coronatus, *lib. 1. epist. 3. & in tractatu de Vnitate Ecclesie, siue de simplicitate prælatorum.* Principalem Ecclesiam Petri Cathedram, à qua vnitas sacerdotalis exoriatur. Ibidem, Ecclesiam supra Petrum esse fundatam, vt & alibi passim, vt *lib. 4. epist. 9. Tract. 2. De habitu Virg. in epist. ad Iubaianum, epist. ad Quirinum. Serm. 3. de bono patientiæ. Lib. autem. 1. epist. 8. Vnum esse Deum, & vnum Christum, & vnam Ecclesiam & Cathedram vnam super Petrum, Domini voce fundatam, aliud sacerdotium constitui non posse, &c. libr. 3. epist. 11. Vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere, è quo cæteri pendeant. lib. 4. epist. 8. Romanam Ecclesiam (hic temetipsum prodidisti Centuriator, 3 Cent. pag. 84.) ab omnibus aliis pro matrice & radice Catholicæ Ecclesiæ esse agnoscendam. Et ex Græcis eiusdem sæculi Origenes secundus Ecclesiæ magister post Apostolos (sic enim eum vocauit Antiquitas) super Petrum ædificatam esse Ecclesiam, in *Psal. 1. citantibus Euf. lib. 6. hist. cap. 18. Niceph. lib. 5. cap. 16. Petrum Ecclesiæ esse fundamentum & petram solidissimam, super quam Christus fundauit Ecclesiam, homil. 5. in Exod. & tract. 5. in Matth.**

Petrum Apostolorum esse principem, *homil. 17. in Lucam.*

HVMANA,

Aurelianus Sueuos & Sarmatas vicit. *Triub.* Marcomannos ad Placentiam, & Barbaros in Illyrico & Thracia. Hinc ad Orientem mouens multa amissa recipit.

Zenobiam Palmyræ, Antiochiæ & multarum regionum Orientis reginam cepit, & in triumphum catenis aureis vincatam post suum currum traxit.

Primus Diadema apud Romanos capiti innexuit, gemmisque & aurata omni veste, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus videbatur, vsus est. Porcina carnis vsus populo instituit. *Sextus Victor.*

Aureliam Galliæ urbem struxisse dicitur, & de suo nomine appellasse.

Sæuus & sanguinarius omni tempore, etiam filij sororis interfector, ab amicis interfectus est in itinere medio inter Constantinopolim & Heracleam. *Victor.*

c MARTYRES Christi 342 suis manibus sepeliuit, constituens ne vllus Martyr sine Dalmatica, aut colloquio sepeliretur. *Damasus.*

Duas reliquit epistolas. Prima est de veritate Dominicæ incarnationis ad Iohannem & omnes Beticæ Episcopos, *1. Tom. Concil.*

Martyrium patitur. *Damasus.* Eius decreta habentur apud Gratianum 20. q. 2. cap. statumimus.

Quidam inter hunc & Foelicem numerant Marcum confessorem, quem dicunt sedisse 8. ann. Mens. 2. D. 10. cumque solum martyrium post tot continuas persecu-

tionones euasisse, quod ex veteribus historiis & ratione temporum consistere nequit. *Fascic.*

HVMANA.

Septimius apud Dalmatas Imperator effectus mox à suis obruncatur. *Victor.*

Monetarij in vrbe rebellantes, vltima crudelitate ab Aureliano afficiuntur. *Idem.*

Tetricus, quoque in Galliis Imp. factus ab eodem corrector Lucaniae designatur cum ioco, Sublimius habendum regere aliquam partem Italiae, quam trans Alpes regnare. *Idem.*

EX T A T eius epistola de veritate incarnationis. Inter martyres à Damasco ponitur.

Sacros ordines quatuor minores, duos maiores ante sacerdotium instituisse fertur. *Volater.*

Sed falso & indocte. Caius quidem in sua epistola hos gradus enumerat & commendat, ac iis ad Episcopatum conscendi docet: verum ante eum id fecerat Cornelius epistola ad Fabianum Antiochenum apud Euseb. lib. 6. cap. 43, qui se Romae inter medias persecutiones habere asserit Presbyteros 46, Diaconos, Sub diaconos 7, Acolythos 42. Exorcistas cum lectoribus & ostiariis 52. Et Cyprianus ad eundem Cornelium Papam initio epist. 55, se Saturnum Acolythum habuisse narrat, quem in lectorem ordinatum dixerat epist. 24 ad Presbyteros & Diaconos fratres. Et epistolarum exemplaria quaedam mittit ad eundem Cornelium per Messium hypodiamonem & Nicephorum Acolythum ep. 42.

Et sursum versus Ignatius in fine epist. ad suos Antiochenos gradatim eos nominat & salutat. Clemens epist. 3, denique Apostoli ipsi Can. Apost. 42. & 43, quem quidem canonem semper habuisse vim Chrysof. docet ho. 53, operis Imperf. in Matth. Vt omittam Ambrosium illud Eph. 4. *Dedit quosdam Apostolos*, de horum 7 ordinum officiis interpretantem & Hieronymum Onesimum Pauli Acolythum vocantem prolog. epist. ad Theff. & Synodum Carthag. 4. cui subscripsit August. eorum antiqua ministeria exponentem.

Hierarchitarum siue Hieracitarum haeresis. *Epiph. Angu. de haes.*

Archelaus Mesopotamiae & Titus Bostrae in Arabia episcopi Manem oppugnant. *Hier. in Catal. Niceph. lib. 6. cap. 32.*

Theonas Alexan. qui ob elegantiam & eruditionem Origenes Junior nominatus est. *Hiero. in Catal.*

HVMANA.

Tacitus, cum sex menses vacasset Imperium, ex S. C. Imperator euadit. Cui post 6. alios menses mortuo cum succedere esset conatus Florianus frater, tandem Probus ab exercitu eligitur.

Florianus post 60. diem, quasi per ludum Imperio vsus, incisis à semetipso venis, effuso sanguine consumptus est. *Victor.*

Demetrius Probi Imperat. frater Episcopatum gerit Byzantij, & pro successore Probum filium ordinat. *Niceph. lib. 8. cap. 6.*

Francorum, qui à Probo Imp. sedes obtinuerant, quidam

Anni Christi.

Anni mundi.

Patriarchis.

Alexandria Maximo.

Antiochia Timaco.

Hierosolymis Hymeneo.

Principibus.

Eisdem Imperantib.

Varabane 2 Narseo Persarum Imp. an. 16.

Herch Aethiopum pretioso, deinde Besasene m. 1. Guachena dieb. 2, Hadas mens. 4.

29

278 d M. CAIVS (Optato Gaius) Dalmataeus de genere Diocletiani Imp. ann. 11.

4366

289 mens. 4. dies 12.

4377

Vacat sedes dies 11.

Patriarchis.

Alexandria Maximo, deinde Therna, an. 16.

Antiochia Timacho, deinde Cirillo, an. 20.

Hierosolymis Hymeneo.

Anni Christi.

Anni mundi.

Principibus.

Aureliano trigesimo quinto, Tacito, mense 6, Floriano, Probo, an. 7.

Caro cum filiis Carino, & Numeriano, an. 2.

Diocletia. ordine successio- nis Imp.

Varabane Narseo Persarum.

Saghel Aethiopum pretioso an. 3, deinde Affe, an. 14.

Clodio Fran. Duce,

30

289 e M. MARCELLI- 4377
NV S ROMA .an. 6.

295 mens. 2. dies 16.

4316

Vacat propter atrocita- tem persecutionis sedes an. 7.

mens. 5. dies 25.

302

4390

dam Graeciam, Siciliam, Africam populantur. *Zosim lib. 1.*

Probus receptis à Barbaris 60 nobilissimis ciuitatibus, in prouinciam Germaniam totam redegit Geticos populos aut in deditioem aut in amicitiam recepit, Blemyas subegit. Pacem cum Persarum rege Narseo fecit. Gepidos, Gautumos & Vandalos per totum pene orbem pedibus & nauigando vagantes, diuersis vicibus & victoriis oppressit. *Vopiscus.*

Alemanno's vicit. Ac hic primùm Alemanorum mentio. Isauriam liberauit. Saturninum in Oriente Imperium affectantem, Bonosum stupenda bibacitate celebrem & Proculum in Gallia idem molientes, Britanniasque, Hispaniam & Galliam vendicantes oppressit Hispanos Gallos & Pannonios vineas habere permisit & vinum conficere. *Vopiscus, Eutrop.*

Ob praeclaram vocem occisus est Syrmij in turri ferata, Non fore opus militibus, cum hostes deessent. *Victor.*

Carus omni Parthorum regione vastata, occupata Perside, Seleuciam & Ctesiphontem vrbes, cum Mesopotamia recipit. *Vopisc.*

Ictu fulminis apud Ctesiphonta interiit. *Victor.* Nam capitale ferè fuit vltra Ctesiphontem progredi.

Nemesianus Olympius Peëta, qui de Venatione scripsit.

ME TV mortis coluit idola, sed postea cum cilicio & cinere in Sinuesano consilio suum agnoscens peccatum, liberè aliquantò post martyrium passus est. *Plati. & Nicol. Pap. epist. ad Michaellem.*

Ei alij assignant annos nouem, alij duntaxat sex. Fortasse quia tribus annis non est habitus pontifex, ex quo in Synodo 300 Episcoporum & 30 presbyterorum damnatus est, vel potius poenitentia ductus se ipse damnauit, quòd Idolis thurificasset in Isis & Vestæ, necem fugiens, donec denuò fortissimè pugnavit accepta Martyrij laurea. Vnde & septem annos sedes vacasse fertur, id est, 4 post eius martyrium.

In hac Synodo Primatus & praerogatiua sedis Apostolicae confirmata sunt. *1. Tom. Concil.*

Reliquit duas epistolas, vnam ad Solomonem episc. de diuinitate filij, alteram ad episcopos Orientales. *Tom. 1. Conc.*

VNDE EIVM bellum omnium grauissimum à Diocletiano in Orient. & Maximiano in Occid. excitatur, adeò saeuum, vt legio Christianorum Thebanorum duce S. Mauritio à militibus Caesarianis ingulata sit, & 17 Christian. millia intra 30 dies variis cruciatibus perierint. *Beda, Euseb. 8. cap. 1. & seqq. Orosius 7. cap. 25. Hieronym. Damas.*

Decima persecutio ab aliis, quoniam Aureliani persecutio fuit potius cogitata, quam executioni mandata. Eam autem aliqui inchoant Christi 303 & finiunt 312.

Nocte natalitiorum Christi 20 millia Christian. in templo comburantur. *Niceph. 7. cap. 6.*

Integra vrbs in Phrygia, cuius magistratus & ciues omnes erant Christiani militibus circumdata incendio cum cunctis habitatoribus cremata est. *Ibid. cap. 20.*

Propterea lues & fames maxima fuit per vniuersum orbem diuina vltione, *Euseb. 9. cap. 8.*

Martyrium patiuntur Marcellinus Pap. Sebastianus, Serena Diocletiani ipsius vxor, Lucianus, qui septimo loco in Græcum vetus testamentum conuertit. Vincentius, Christophorus, Blasius, Geruasius, Protasius, Colmas, Damianus, Quintinus, Gorgonius, Agnes, Lucia Pantoleon, Bonifacius, Methodius Tyri, qui multa scripsit, Clemens Ancyranus, Euphemia, Georgius Cappadox Tribunus Mil. Barbara aliiq̄e infiniti. *Euseb. lib. 8, cap 14. Niceph. lib. 7, c. 7, & seqq.*

Nulla bello maior vnquam numerus hominum delectus est, nec Christiani maiore vnquam triumpho vicerunt, quam cum decem annorum stragibus vinci non potuerunt.

Diocletiani persecutio nouennis, in qua subuersa sunt per totum mundum Ecclesie, & cunctæ sacræ scripturæ quæ inueniri poterant in plateis exustæ, omnes ordines Christianorum trucidati: ita vt nullum Christianitatis vestigium in nonnullis prouinciæ locis appareret, *Gildas de excidio Britania.*

Aliis Decennis. Alioqui toto Imperij sui tempore in festi fuere Imp̄. Christianis, sed anno decimo nono infestissimi.

Die Sancto Paschæ Diocl. & Maxim. qui decimi post Neronem Christi nomen extinguere conati sunt, vel die Dominicæ Passionis, vastari Ecclesias trucidariq̄; Christianos præcipiunt. *Euseb. lib. 8, cap. 2. Trip. lib. 10, ca. vi.*

HVMANA.

Maximinianus Herculus Amandum & Ælianum Bugaridæ factionis (turba Rusticorum sic se nominauerat) principes celeriter deleuit. Gallias pacauit. Gentiā nos vicit in Africa, nempe milites quingenarios aut ultra qui regnum in Africa stabilire conabantur. *Pomp. Latius.*

Carausius Britanniam occupat. an. 7 frustra oppugnatus. *Eutrop. donec* insidiis Allekti occiditur, qui vbi regnum tenuisset an. 3 ab Asclepiadoto vincitur, redacta in Romanorum ius prouincia.

Narsetes Persarum rex Mesopotamiam & Armeniam premit. Galleries postea cum eo configit primum infeliciter, sed relictis copiis ingenti victoria potitur, Ctesiphontem expugnat, toram Assyriam, & quinque prouincias trans Tigrim subigit. *Pompon. Eutrop.*

Veterius magister militum Christianos milites persequitur. Paulatim ex illo iam tempore persecutione aduersum nos incipiente. *Euseb.*

Carpocum & Bakernarum gentes in Romanorum solum transferuntur. *Euseb.*

Diocletianus à sui principatus initio annos signari voluit. Vnde Aera Diocletiam appellata, quæ viguit annos 248. Vnde Epiphanius & Ambrosius sic aliquando notant suas epistolas. Sublata autem fuit an. D. 532, quo anno Codex Iustiniani promulgatus est. *Beda in Iustin.*

Post triumphum de Persis actum adorari voluit, pedesq̄ sibi osculari, auro & gemmis calceamenta exornans. *Pomp. Latius.*

Cum sola trabea purpura antè Romani principes à priuatorum habitu differrent. *Isidorus in Chron.*

Primus adorari se iussit, cum ante eum cuncti imperatores salutarentur. *Oros. lib. 9.*

Anni Christi.

284

Principibus.

Alexandria Theona.

Antiochia Cyrillo.

Hierosolymis Hymeneo deinde Labdo, an. 3

295

Principibus.

Diocletiano cum M. Valerio Maximiano Hercul. an. 20. Imp. quadragesimo.

Varabane Narseo, deinde an Varanane 3. Seganesna, mens. 4

302

Anni mundi.

4403

4426

Anni Christi.

289

Narsete, an. 3. Persarum.

4377

295

Affe Aethiopum pretioso, deinde Azgheba, an. 23.

4383

Clodio Franc. Duce.

CONC. Romanum contra Marcellinum ipsi 300 Episc. et 30 Presby.

Duo Concilia Sinuesanum in Campania Episc. 180. sine 190. Ancyranum (Gratiano. Anchyrinum, alius Aquiranum) I. confirmatum in Trullo ca. 2. Isidor. tom. 1. Concil. Plati.

Anni mundi.

4377

4383

Quod Ioan. Cuspinianus & alij, vt inuidiam oculis pedum Romani Pontificis consent. intelligunt, de adoratione siue osculatione pedum Diocletiani, vt hic mos à Diocleriano acceptus in communem vsum Christianorum peruenerit.

Atqui Diocletianus non primus fuit Imp. nec postremus, qui pedes suos osculando præbuit. Seneca lib. de Beneficiis cap. 12. Caius Cæsar dedit vitam Pompeio Pæno, si dat qui non aufert, deinde absoluto & agentigratias, porrexit ad osculandum sinistram pedem. Zonaras in vita Caligulæ. τὸς δὲ ἀλλοῖς ἢ τῶν βασιλευσιν, ἢ τῶν χεῖρας, ἢ τῶν ποδῶν ἀρετὴ προσκυνοῦν. Aliis senatoribus vel manum, vel pedem porrexit adorandum, siue osculandum.

Et apud alias gentes Euripides in Hecuba, Ἀγαμέμνων ἱκετεύσασθε τῶν δὲ γονάτων, ἢ σε χροῖα, δεξιάς δὲ δαίμονος. Agamemnon supplex obsecro te per hæc tua genua, & per tuum mentum, & per tuam dexteram beatam. Homer. *Iliad. vi.* χεῖρας ἀχιλλῆος λάβει γόνατα, ἢ κύσε χεῖρας. Minibus, Achilles genua apprehendit, & oscularus est manus.

Apud Persas hæc consuetudo à prisca illis temporibus deducta in communi versabatur vsu. *Iust. lib. 6.*

De qua trita est Themistoclis historia è Plutarcho in eius vita. Quam Alexander, ne formam imperij imitaretur videretur, retinuit, vt & Purpula & reliqua Persica ornamenta. *Curtius lib. 3 & 6. Plutarch. de Fortuna Alexandri.*

Apud Iudæos cadebant super faciem suam coram rege & adorabant, 2 Reg. 14. 3 Reg. 1. imo & coram prophetis, 4. Reg. 4. & quibuslibet superioribus, *Gen. 13, 27, 33, 43, 49, 50.*

Post Diocletianum verò Christiani etiam Imperatores id retinuerunt. Britannio magister equitum plebeio habitu pedes Constantij amplexus est. *Zonar. tom. 3.* Belisarius Gilimero Vandalorum regi capto persuadet, vt humi procumbat, ἢ τῶν βασιλέων ἐπινοήματα τῶν προσκυνοῦσιν. ὁ δὲ ἐποίησε τὸ προσκυνοῦσιν, κατὰ χεῖρας δακρυοῦσιν, ἢ αὐτὸς δὲ ὁ Βελισσαρίου προσέειπε αὐτὸν ἐν δεινυμένον τῶν Γελίμμερ, ὅτι ἔχων ἀχιλλῆος τοῦ ἄξιονος τὰ τοῦ πρῶτου ἀπὸ αὐτοῦ ἀλλ' ὅτι ἔτι νεώτερος προσκυνοῦσιν δακρυοῦσιν τῶν βασιλέων, οἰονεὶ καθίσταν αὐτῶ τὸ δυσόχημα. & ita Imperatori adorationem deferat. Cui parer quidem, sed profusus lachrymis. Procubuit autem etiam Belisarius humi ostendens Gilimero, quod non fuisset iussus hoc facere, quasi captiuus, sed quia moris esset adorare Imperatorem Romanorum, veluti eius calamitatem subleuando.

Cætera supra pag. 365.

AN NVS Christi CCC. quo Constantius Constantini magni pater Caesar est constitutus ardente Diocletiani persecutione & Romana sede vacante propter persecutionis atrocitatem.

Hoc superiore tertio centenariio doctrina sic continuatur. Missæ discriptio. Clemens lib. 7. Stromat. Tert. Fufe in Apolo. Cyprianus passim. ut ad Cæcilium ep. 63. cuius meminit Aug. lib. 4. de Doct. Christi. c. 21. Orig. sapius. Continerè verum Christi corpus. Cyp. Ibid. & lib. de Coena. & sapius alibi. Tert. lib. de Resur. carnis. Eucharistiam esse sacrificium. Cyp. ex professo ad Cæcilium epist. 63. ubi verum & plenum sacrificium. & de Coena. sacrificium perpes & semper permanens holocaustum. Tert. lib. de cultu fœmi. Orig. ho. 13. in Leuit. Baptismum conferre gratiam. Cyp. lib. 1. epist. 12. ubi baptizans spiritum sanctum conferi & baptizatum inus sancti. c. u. Orig. passim. Tertul. lib. De baptis. quo loco disputat contra eos. qui baptismum Christi & Ioannis eiusdem docent esse virtutis. Baptisimæ vnctio & cæremoniæ. Cyp. lib. 1. epist. 12. & de duplici Martyr. & lib. de Bapt. Cornelius apud Eus. lib. 6. cap. 43. Tert. de Coro. Mili. de Resurr. carnis. & lib. 1. contra Martio. & lib. de Bapt. Purgatorium. Tertul. lib. 4. contra Martio. temporale animarum receptaculū. Et lib. de testimonio anime. Cui gratiam debes. osibus & cineribus eius refrigerium comprecaris. & ut bene requiescat apud inferos cupis. Cyp. lib. 4. epist. 2. Emundari & purgari peccata diu igne. Orig. multis locis. hom. 6. in Exod. hom. 12. in Hier. 14. in Lucam. & 3. in Psalm. 36. lib. 5 & 6. contra Celsum. in Iosue ciuitates refugij illud adumbrasse. Hinc orationes pro defunctis apud Tertul. lib. de Corona militis. de Monog. de anima. & c. Arnobius sub finem lib. 4. contra Gentes his verbis. Cur immaniter nostra conuenticula meruerunt dirui in quibus summus Deus oratur. pax cunctis & venia postulat magistratibus. familiaribus. inimicis. adhuc vitam ægentibus & resolutis corporum vnctione. Confirmationis Sacramentum. Tert. de Coro. militis. & de Prescrip. Tingit & ipse quosdam. utique credentes & fideles suos. signant & illi in frontibus milites suos. celebrant & panis oblationem. Nam dum ait. in frontibus signant. clarè ostendit se non de baptismo. in quo vertex signatur. sed de confirmatione. in qua frons inungi solebat. agere. Deinde cum ait Milites suos alludit ad usum confirmationis. qua est militem Christi roborare. In lib. de Baptismo. deinde manus imponitur. i. statim post baptismum. & c. Et de Resur. carnis. Caro abluitur. ut anima emaculetur. Caro ungitur. ut anima consecretur. Caro signatur. ut & anima muniatur. Caro manuum impositione adumbratur. ut & anima spiritu illuminetur. Caro corpore & sanguine Christi vescitur. ut & anima de Deo saginetur. (Nam olim uno eodemque planè tempore. ut hodie etiam apud Græcos tria simul Sacramenta conferebantur Baptismus. Confirmatio. Eucharistia) Cyp. de Vnctione Chriftimatis. & aliis Sacramentis. Quin et epistola ad Stephanum Pap. confirmationem appellat sacramentum manus impositionis. Primatus Petri. Tert. de Pudicit. & in Prescr. & contra Marcion. Cyp. lib. 1. epist. 8. lib. 3. epist. 11. lib. 4. epist. 8. ubi nominatim ait Romanam Ecclesiam ab omnibus aliis pro matrice & radice Catholica Ecclesia esse agnoscendam. lib. 1. epist. 3. & in Tract. de simpl. Pralat. principalem Ecclesiam vocat Petri Cathedram. à qua vnitas sacerdotalis exorta sit. Et lib. 1. epist. 3. lib. 4. epist. 9. Tract. de habit. Virg. Serm. 3. de bono patient. et epist. ad Quirinum. super Petrum fundatam esse Ecclesiam. Orig. tract. 5. in Mat. hom. 17. in Lucam. & c. Denique patres in historia Marcellini Pap. Coniugium est Ecclesiæ sacramentum. Verba Tert. de Monog. Pœnitentia. Orig. ho. 11. in Leuit. Cyp. ser. de Oratio. & Serm. de Eleem. Tert. lib. de Pœnit. Hinc satisfactio pro peccatis. Ibid. Cyp. & li. 1. epist. 3. & li. 3. epist. 14. & vbi cumq; impugnat Nouatianos. qui sacramentum pœnitentia abolebant. Tert. lib. de Ieiun. & de Pudic. Orig. ho. 6. in Exod. ho. 15. in Leuit. ho. 3. in Iud. Contritio & Confess. Tertul. lib. de Pœnit. Vbi exomologesim pœnitentia ministerium vocat. Cyp. serm. 5. de lapsis. lib. 3. epist. 8. 14. 16. 18. lib. 1. epist. 3. & Orig. ho. 2. & 3. in Leuit. & in Psalm. 37. & alij iisdem locis. Indulgentiæ Pontificiæ. Tert. statim initio lib. de Pudic. Sanctorum auxilia. preces. inuocatio. Orig. sub finem lib. 2. in Iob. ubi hanc formulam prescribit. o beate Iob ora pro nobis miseris. & c. ho. 16. in Iosiam. ubi hoc probat testimonio senioris alicuius magistri. ho. 1. in Ezech. Potamiana martyr apud Eus. lib. 6. hist. c. 5. Cyp. lib. 3. epist. 15. & 18. & serm. de Stella et Magis. Liberum arbitrium. Tert. lib. 2. contra Mart. & initio libri de exhort. castitatis & lib. de Monog. Orig. hom. 9. nu. 12. 20. hom. 6. Iud. & alibi. Cyprian. lib. 3. epist. 3. & lib. 3. ad Quirinum. Methodius Ser. de Resurrect. Iustificatio. Orig. ho. in canticum. Ratio fidei primus habeatur salutis gradus. ubi duplicem facit. vnā primam fidei. alteram secundam operum. qua nihil aliud est. quam prima iustificationis incrementum. Sic Cyp. vbiq; extollit meritum Christi. propter quod iustificemur. & ceteri huius atatis. Opera bona requiri ad salutem. Orig. lib. 1. in Iob 1. tract. 32. in Mat. Tert. lib. de Patient. Cyp. lib. 3. epist. 25. disciplina custos spei. retinaculum fidei. Imagines. Christi. quarum vnā habebat Alexander Mammeæ in suo larario apud Lampridium. Cassiani Martyris super memoriæ eius. Prudent. de seq. Quadragesima. Delectus. ciborum. Tert. lib. de Ieiunio contra Pſychicos. Cyp. de ieiunio & tentationibus. Origenes contra Celsum. & c. Cetera ab istis impugnata confirmant iidem & ceteri huius sæculi scriptores. ut etiam non inuisti contententur Centuriatores cent. 3. c. 4. de doct. col. 76. & seq. c. 6. de Ritibus & cæremoniis col. 120. & seq. c. 7. de Gubernatione Ecclesiæ c. 149. et seq. c. deniq. 10. de Episc. et Doct. col. 215. & seq. Nisi quod inclinationem doctrina. incommodas opiniones stipulas. nauos. errores doctorum huius sæculi esse dicunt: Præterea qui refutarunt hoc sæculo

Proclum. Nouatianos. Sabellianos. Samosatenos. Manichæos. Donastitas. eadem opera aliquos blasphemias istorum refutarunt.

Anni mundi.

4390

Anni Christi.



QVARTVM SÆ-
CVLVM.

31

302 f M. MARCELLVS
Romanus, an. 6.
307 mens. 5. dies 21.

Vacat sedes dies 21.

Patriarchis.

Alexandria Petro an. 12

Antiochia Tyrannio an. 14.

Hierosolymis Hermone,
an. 14.

Principibus.

Diocletiano in Ori. & Valer. Maximiano Herc. in Occid. Imp. & postea Constantio Chloro, ann. 12. & Galerio Cesaribus.

Narse, deinde Misdate an.

8. Persarum.

Azkeba Aethiopia, ann. 23.

Vvatero Franc. Duce.

CONCIL. Cirtense in Numidia, de absoluedis reis proditorum gentilibus SS. librorum. Opta. lib. 1. August. lib. 3. contra Cresc. cap. 27. in Persecutione Diocletiani, qua cepit Diocletiano 9. Maximimiano 8. Coss. Aug. in Breuic. cap. 5. in qua & subuersa sicut quasi per totum mundum Ecclesiæ, & cuncta sacra scriptura. qua inueniri poterant, in plateis combusta.

Anni mundi.



f V N c omittunt Euseb. in Chron. Theodor. & alij Græci, fortasse vicinitate nominum Marcelli & Marcellini decepti. Vnde Aug. vtrumque distinguit lib. de vnico baptismo. c. 14. & 16.

4390 Duas reliqui epistolas, quarum secunda est ad Maxentium Tyrannum. à quo tandem est factus.

4395 Titulos Cardinalibus diuisit è Gratiano.

Lucinia virgo potentissima & diues admodum, illi omnia sua bona legat. Polyd. 6. de inuent. cap. vltim.

Maxentius Romæ tyrannidem gerit. Mitior deinde in Christianos factus persecutionem prohibet. Optat. lib. 1.

Pamphilus Martyr magno studio & diligentia Bibliothecam Cæsareæ instruxit, æmulatus Alexandrum, qui Hierosolymis idem fecerat, vndique collectis, Caij Hippolyti, Berilli & superiorum Ecclesiasticorum scriptis. Euseb. lib. 6. cap. 21. & 32. Scholam Philosophicam & Theologiam Cæsareæ instituit. Niceph. lib. 5. cap. 37.

Iacobus cog. sapiens, Arnobius Afer Lactantij præceptor, Lucianus Ecclesiastici scriptores.

Iulianus Antiochenus monachos magno numero colligit, tandemque martyrio tollitur. Metaphrastes.

Primus an. Constantij Constantini magni patris, trecentessimum Christi arripit.

HVMANA.

CVM priores Augusti, ut consules salutarentur, primus Diocletianus voluit vt Deus adorari, velut in ipso esset cælestis maiestas, fratrem solis & lunæ se nuncupans. Pomp. Letus. Euseb. in Chron.

Solus omnium priuatus (Nam dudum imperium deposuerat) inter deos à senatu refertur.

Maximianum Herculium regni socium assumpsit, deinde vterque generum suum. Diocletianus quidem Maximinum Galerium, Maximianus vero Constantium Chlorum, anno Imperij Diocletiani quarto, Cæsares fecerunt propter Achilleum, qui Ægyptum inuaserat. Euseb. Letus.

Carnusius Britannias occupat, quæ demum anno decimo recipiuntur, quando Narseus Orienti bellum intulit, Idem. Achilleus Ægyptum obtinuit, at Alexandria octauo obsidionis mense recuperata est, cæsis vbiq; defectiōnis auctoribus. Euseb. lib. 7. cap. 32. & in Chron.

Achilleus bestiis dilacerandus opponitur. Pomp.

Galerius, quæ Narsus in Oriente occupauerat, recepit, Assyriam præterea & prouincias quinque trans Tigrin subiecit, quæ à Traiani tempore à Romanis defecerant. Euseb. & Letus. Sic Imperij fines ab ortu ad Indos vsque propagati sunt, à meridie vsque ad Aethioppas, qui per legatos accessere, ab Aquilone vsque ad barbaras feratque Sarmatarum nationes, ab occafu vsque ad Gensoriacum, simul & Britannicum Oceanum, vt tam amplum imperium ad vnum Constantinum magnum delaberetur. sub quo Dei religio & cultus publicè, liberè,

securè, latissimè, longissimèq; propagaretur & Idolorum impuritas letale vulnus acciperet.

Iulius Capitolinus, Ælius Lampridius, Flau. Vopiscus, Trebel. Pollio, Ælius Spartianus, historici Romani.

g Ex LAICO factus fertur Papa. Socr. Tres scripsit epistolae. Eius tempore Christi crucem Hierosolymis reperiunt nonnulli tradidere. sed rectius sub Syluestro an. 323. ex Euseb. Onuphrius.

Donatus Numida sectæ suæ initium dat in Africa, indignatus, quod Cæcilianus in Episcopatu Carthagenensi sibi fuisset prælatus. Deinde schisma in hæresim conuertit. Hiero. in Catal. August. de hæres. Obiecit cum suis Cæciliano, quod in persecutione sacros libros gentilibus cremandos tradidisset, ut & multa alia, quibus, septem annis post, ad se relatis Constantinus iudices Episcopos Romæ dedit Miltiadem, Marcum &c. Euseb. lib. 10. ca. 5. Opt. lib. 2. Deinde propter prouocationem Donatistarum alios Arelati. Denique ipsemet postremo Mediolani Cæcilianum absoluit. Aug. ep. 162. & li. 3. cont. Cresc. c. 71.

Vnde & postea Cæcilianus Niceno concilio interfuit. In actis conc. Et quidem solus ex tota Africa, cum tamen ex Lybia & Thebaide plures eò venissent. In actis quinta Synodi.

Ecclesiam Catholicam de toto orbe periisse, & apud se & suos solos ramanisse idem Donatus docuit. Aug. ser. 69. & contra Epist. Parm. lib. 3. c. 2.

Græci istius hæresis, præter Theodoritum de fab. hæret. nihil meminerunt, fortasse quia Italiam, Hispaniam, Afticam, Galliam duntaxat peruasit, quod significat Aug. lib. 1. cont. Lueras Peulia.

Maiorinus primus Donatistarum Episcopus, cui successit Donatus alter, qui hoc schisma valde confirmauit.

DVODECIMVM bellum per Maximinum Imp. in Oriente: in quo occubuit Miltiades PP. Pamphylus martyr & plerique alij. Euseb. 8. cap. 17. Oros. 7. cap. 28.

Ab aliis non separatur ab vndecima siue Diocletiani, quoniam tanquam eius fuit hæreditas continuatio.

In ea Miltiades non videtur consumptus. Nam sub Constantini principatu, post Maxentij & Maximini obitum Romæ vixit. & Rufino lib. 1. hist. c. 5. & Opt. li. 1.

Vnde ab ipso Constantino iudex datus est cum quibusdam alijs Episcopis in causa Cæciliani Episcopi. Carthagenensis idem, quæ postea tamen decisa est à Rithero Augustoduno Episcopo, eodem iubente, Aug. lib. 1. contra Iulianum, cap. 2. tom. 7.

Nam sub eo Constantinus se Christianum profiteretur, an. D. 312.

In Gallia, Germania, Hispania & Britannia, quas regebat Constantius, à persecutione pax fuit. Euseb. lib. 1. de vita Const. Sozom. lib. 1. c. 6.

Tam propè excepit hæc persecutio vndecimam Diocletiani & Maximiani, ut hunc multi cum Maximino confundant, & Epiph. lib. de mens. non videatur deidere. Nam Diocletianeam durasse ait vsque ad septimum Constantini Mag. Sed fuit duplex. Inchoatam enim persecutionem persecuti sunt & absoluerunt per octo annos Maximinus in Oriente, Maxentius in Italia, Galerius, deinde Licinius in Illyrico, Maximiani & Diocletiani successores. Euseb. lib. 8. c. 17. Spensans cent. 2. apophteg. 6.

Anni
Christi.

307

32
g M. EVSEBIVS
Gramedicus, an. 4.
mens. 1. dies 3.

311

Vacat sedes dies 1.

Patriarchis.

Alexandria Petro.

Antiochia Tyrannio.

Hierosolymis Hermone.

Principibus.

Eisdem Impp. & post eos

Constantino Mag. Occi. an. 31.

Maximino Galerio. ann. 2.

Orientis Imp.

Misdate Persarum rege 8.

deinde Sapore 2. ann. 70.

Azgheba Aethiopia pretioso.

Vualtero Franc. Duce.

CONCIL. Ancyranum 2. in Galatia Episc. 18. Celebratum quoque est concilium Carthagen. Episc. 70. indignum quod referant Magdeburgenses inter concilia Ecclesiastica, & fingant fuisse Carthagenense. 1. cum August. in Breuic. & opt. lib. 1. illud iniustum & iniquum pronuncient.

Anni
mundi.

4395

4399

Pax

Anni
Christi.

311

33.
h M. MILTIADES siue Melchiades Apher, an. 4.
mens. 7. dies 9.

315

Vacat sedes dies 7.

Patriarchis.

Alexandria Petro Achille an. 12.

Antiochia Tyrannio, Vitali Apollinarista an. 5.

Hierosolymis Hermone mox Macario an. 20.

Principibus.

Constantino Magno Occid. an. 31.

Maximino Gale. cum Licinio Orien. Imp. & tyrannis Maxentio in Italia (quem vicit Constant.) Maximino (quem duobus prelijs Licinius debellauit) in Orientis & Aegypti partibus.

Sapore Persarum nono rege (qui in vtero matris an. 310. coronatus est) an. 70. Niceps lib. 7. cap. 20.

Azgheba Aethiopia pretioso.

Degemberto seu Dagoberto Franc. Duce.

Anni
mundi.

4399

4403

Pax duntaxat Christianis in illa imperij parte, quam Constantius Constantini pater fuerat sortitus Ibid. Apophteg. 9. & Sozom. lib. 1. cap. 6.

Fames, Pestis, & omnis generis miseræ crudeles Christianorum neces consequuntur. Euseb. lib. 9. cap. 8. histor.

Vbi Diocletianus & Maximianus Herc. vel ob ætatis defectum, vel perturbatione animi, eodem die, hic Mediolani, ille Nicomediae, vltro purpura deposita imperio se abdicassent, Constantius, & Galerius Impp. facti, ita imperium diuidunt, ut Constantius Gallia, Hispania, Africa, Italia & Occidenti præset, Galerius Illyrico, Græcia & Orienti. Postea Constantio Imperium Africa & Italia recusanti & Galerio relinquenti Galerius Seuerum fil. adopti. illis præfecit, & Maximinum Orienti. Demum audita Seueri morte, collegam sibi adiunxit Licinium. Euseb. 8. cap. 15 & 16. Oros. lib. 7. cap. 25.

Diocletianus, qui in Oriente persecutionem exercuerat, latrans ut canis, Niceph. lib. 7. cap. 20.

Maximianus, qui in Occidente, resti se interemit, vndecimæ persecutionis auctores, quæ est à Nerone decima. Aurelius Victor vtrumque miserè interiisse etiam tatur.

Cælus siue Coyllus Asclepiadoto cæso Britanniam occupat. pace à Constantio obtenta. Constantius enim Helenam ipsius filiam vxorem habebat, ex qua Constantinum magnum genuerat.

Sapor secundus huius nominis Christi 310. in vtero matris coronatus est, & annis 70 regnavit. Cum Constantino Magno Constantio & Iuliano Impp. Continua bella gessit. Sibi reddita Nisibi & Mesopotamiae parte ad turbe fædus adigit Iouianum imperij, quam gloriæ cupidiorum.

h SCRIPSIT epistolam de Sacramento confirmationis. To. 1. Conc.

Primus constituit, ut nulla ratione in prima vel quinta feria Quadagesimæ siue Sexagesimæ quis ieiunare presumeret. Carol. Magn. in fragmentis veteris Eccles. &c. Ieiunium, de cons. dist. 3. id est, die Dominico siue Solis, & Iouis, quod ij dies ieiuniis essent sacra apud Paganos. Damas. in Pontif. Ferias esuriales appellat Plautus & Græci vntimus ieiupos.

Donatus à quo Donatista siue Donatiani Numida (Nam alius fuit Carthagenensis 2 Episcopus Donatistarum suum virus ex schismate in hæresim paulò post versum dilatat, quod sub ann. 305. cæperat excitare, occasione edicti Diocletiani de comburendis libris Christianorum. Aug. lib. 3. contra Cresc. cap. 27. & lib. 7. de Baptif. cap. 7.

Theophilus Gotthorum vltiora Istri tenentium primus Episcopus, qui Concilio Niceno interfuit. Soc. lib. 5. cap. 38.

Vnde liquet falsum esse, quod aiunt Gotthos vsque ad Valentis tempora Christum penitus ignorasse.

HVMANA.

Indictiones, quæ 15 annorum spatio definiuntur, & sunt temporum indicationes & notæ, incipiunt anno Dom.

313. Constantino II, & Licinio II. Coss. *Onuphrius lib. 2. Fastorum.*

Sunt autem instituta, ne tributorum solvendorum memoria laboretur. *Sacrobos. in computo.* Nam indictio certi tributi genus. *Padianus in 4. Verrinam & lib. 7. Codicis.*

Finis persecutionis anno 312. Tum enim Constantinus Magnus ex Galliis Romam profectus, Maxentio tyranno extincto Christianum se aperte professus est. Neque vterius persecutionem (vniuersam) fore credimus, nisi eam, quam sub fine iam saeculi Antichristus exercebit. *Sulpit. discipulus D. Martini lib. 2. hist.*

313 Galliam, Hispaniam, & Britanniam à patre Constantio acceptas retinens, Italiam & Africam Maxentio ademit, & Constantiam Sororem Licinio in matrimonium tradidit Mediolani.

Sic Licinius primum Constantini gratia Christianis pepercit, & communibus armis Maximinum saeuientem deleuit, sibi que Orientem vendicauit.

Inde subortis simultatibus à Constantino Illyrico spotur, praelio ab Cibalis in Pannonia superatus.

Inde 319, vt Constantinum exacerbaret Christianos cogere ad sacrificia coepit. Itaque 323 & 324, bello à Constantino in Thracia & Bithynia victus imperio primum, deinde vita exiit. *Ex Eusebio, Zosimo & aliis.*

Maximinus à Licinio superatus, Tharsi viscerum morbo obiit. *Euseb. lib. 9. hist.*

Sextus Anienus Ruffus Poeta, qui vertit Arati Phaenomena & Dionysium de situ orbis. *Vasius in Chron. Hispan.*

IFESTVM ad vincula Christi rogatu Constantini instituit. *Polyd. lib. 6. de inuent. cap. 8.*

Primus altare lapideum Chrismate delibutum (vt Iacob Gen. 35.) erexit, ac vt deinceps super lapideo celebraretur, instituit. Antea enim ligneum vsurpabatur, vt tempore persecutionum facilius transferri posset.

Antiquum autem & primum altare D. Petri ligneum in Lateranensi Ecclesia recondidit, in quo venerationis causa, solus summus pontifex celebrat.

Immobilem, credo, Ecclesiae sedem fore illic deinceps prophetans, quicumque tandem casus exorirentur. Eodem enim spiritu Salomon post quadringentos annos Tabernaculum, arcam, propitiatorium, Cherubos, Altaria, mensas, Candelabrum, & alia Mosai ca fixit ac ex motoriiis & portatilibus ratione temporis stataria & immobilia fecit, lignea & leuioris materiae in lapidea solidaque conuertens.

Ritum dedicandi & consecrandi templa illustrauit.

Constantinum baptizauit. *Cedrenus, Zonaras initio to. 3. Nicep. li. 7. c. 35. & anse eos Theophanes Graptus in sacra hist.* Alioqui Constantinus minime potuisset sacris quotidianis inreresse, à quibus nondum initiati baptismo excluderentur, cum tamen ea etiam in castris peragi quotidie sibi praesenti curaret, aram & templum motorium circumferens. *Euseb. de vita Const.*

Eusebius tamen lib. 4. de vita eius, ita obscure de quodam eius Lapacro (Nam baptismum non appellat, & an intelligat iure dubites) loquitur, vt de eo plane incertus fuisse videatur.

Huic & eius successoribus Constantinus Imp. qui se

Anni Christi.

Anni mundi

CONCILIUM Neocaesariense Episc. 17. confirmatum in Trullo, *ssid. tom. 1. Concil.*

Indictiones Constantinianae, quae pertinent ad Iustiniani tempora. Illis enim sunt imperata.

34.

315 i Sanctus SYLVESTER 4403

I. Romanus, an. 23.

338 menses 10. dies 11. 4426

Vacat sedes dies 15.

iam

Anni Christi.

Anni mundi.

315

4403

Patriarchis.

Alexandriae Achille, Alexandro an. 7. Athanasio, an. 46.

Antiochia Vitali Apollinarista. Philogonin. an. 5. Paulino an. 1. Eustathio an. 7 Iuliano Ariano mens. 1. Euphronio Caesariensi Ariano an. 1. Placido Ariano an. 3.

Hierosolymis Macario, deinde Maximo tertio, an. 16.

Constantinopoli Alexandro primo Patriarcha an. 23

338

4426

iam Christianum professus ante triennium fuerat Militia de pont. dono dedit Romam & omnia imperatorum indumenta ac ornamenta, veluti sceptrum & Diademam vt manifeste probat Eugubinus duobus libris, & testatur Photius patriarcha Graecus, iteinq; Theodorus Balsamon, tit. 8. Nomocanonis Photij ca. 1. Respuit tamen diadema aureum sibi à Consta. oblatum. *Sabel.*

Ego semper negavi hanc consequentiam. Aliqua sunt ficta & addita ad Donationem Constantini, ergo omnia sunt ficta. Nam certum est Constantinum multa donasse Romanae Ecclesiae, alia & multo plura aliunde accessisse, siue largitionibus principum & diuitum, siue testamentis piorum, siue acquisitione Pontificum, permutatione &c. & quod plura facio, diuina prouidentia & dispensatione, vt alicubi visibilis Ecclesiae Monarchia aduersus tyrannorum, haereticorum & inferni potestatem figeretur, iuxta Prophetarum oracula &c.

Quare haeretici eam prorsus labefactare conantibus vnum id respondeo, quod Iephte, *Iudicum undecimo.* Regi Ammonitarum sibi reddi terram Galaad postulant. *Quod Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedere possessionem. Nisi fortasse docere potes, quod quisquam de ea iurgatus sit per 300 annos (hic per mille & amplius) Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentasti.* Quibus haec addo. In fundis praescriptio aliquot annorum sufficit. Deinde arma, legitima successio, populi consensus sat dant iuris Regi Francorum, vt Francia iuste potiatur, & consensus Italiae, atque adeo Ecclesiae, totiusque orbis, ad idem ius dandum Pontifici non valebit. Praeterea hinc apparet non sine Deinumine Constantinum imperij terreni sedem Constantinopolim transtulisse, vt regnum Ecclesiae à Daniele praedictum Romae haberet sedem, quod mox Occidentis Caesarum, Constans & caeteri, qui per aliquot saecula sunt consecuti, Roma semper cesserint, & imperij Occidentalis sedem alibi locarint, vt Mediolani, vt Raennae &c. Quod denique Constantius Heraclij nepos, Michael & aliquot alij eam voluerint Romam rursum quidem inferre, sed non potuerint. Nempe, quoniam Romanus Pontif. nec armis nec vlllo alio studio Niporum conatibus occurrebat, Deus suae Ecclesiae agebat causam, cuius interest principem aliquem ministrum esse, qui Tyrannos, Haereticos, Schismaticos &c. diuina autoritate coerceat, terreat, fulminet, in ordinem redigat.

Zosimus ista quidem dolet, sed interim significat quod Caluinitae inciantur. *Constantinus (inquit) cessit Roma, & Constantinopolim à se maiestatem Imperij transtulit, quod se Romanis sciret inuisum ob mutatam religionem.* Cessit, cui in Non Senatui, non populo, nam nemo id scripsit. Sed nec senatus populuf-ve de eo vnquam mouit litem. Pontifici igitur, qui vt suam ab eo tempore possidet, seruat, de ea antiquas habet tabulas, testimonia & census.

S. Damasus, qui constantinum vidit, de ea scripsit, vt vel Centuriatores affirmant cent. 4. c. 7.

Calcondylas Graecus auctor lib. 1. de gestis Turcanum aperte agnoscit his verbis. Romani cum nacti essent imperium in orbe longè latissimum, commiserunt Romani Pontifici maximo, (audi) ipsi verò transierunt in Thraciam, Bizantium, quae nunc Constantinopolis est, Thraciae

meto

metropolim constituentes.

Eo etiam pertinet edictum Donationis Constantini à B. Isidoro editum, è cuius Donationis actis pars citatur in Synodo Nicena 2. generali de imaginibus SS. Petri & Pauli Constantino à Syluesto ostensis & de eius baptismo.

Item ea quæ (ex iisdem haud dubiè actis) tradunt Greg. Turonensis lib. 2. hist. Beda in Chronicis, Adrianus Papa ad Constantinum & Iren. Niceph. lib. 7, cap. 33 & 35, & lib. 8. c. 3 & 54. de curata lepra Constantini & eius baptismo. Item Teophanes Niceæ Episcopus, Georgius Cedrenus Zonaras tom. 3. & Theodorus Balsamon.

Ammianus Marcellinus Ethnicus tale aliquid innuit, dum de opibus & potentia Rom. Pontificis conqueritur & doler. lib. 27

Iustinianus Imp. centum post annis illam Donationem confirmavit, deinde Theodoricus siue Arithbertus Longobardorum rex, Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Ortho denique Magnus in publico Raennatensi concilio, ut etiam Centuriatores totidem verbis referunt Cent. 10. cap. 10. pag. 538. in Leone 8. & Iohanne success. ex authentica fortasse Iustiniani, Vt Eccl. Rom. cent. ann. gaud. præscript. & Radulphus item Hæspurgius contra eos, qui istud iactitant commentum esse Nicolai & Clementis Pontificum.

Hinc c. Ego Ludovicus, dist 63 in Decretis Gratiani. ubi non donat primus Romam Pontifici, ut nonnulli calumniantur, sed sicut (ait) à prædecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis & disposuistis.

D. Gregorius sub ann. 600. in Epistolis patrimonium Ecclesiæ amplissimum & per Occidentem latè patens, quo ipse frueretur, demonstrat, ut infra suo dicam loco Quo tempore D. Isidorus in historia sua, [vt Nauclerus citat generatione 11. Chronic. Constantinus, inquit, urbe cessu Pontifici, ornamentisque imperialibus, diademate videlicet, & albo equo, quo vestabatur.

Planè vt Photius constant. Romanæ sedis alioqui æmulus, qui in Nomocanone nuper à quodam Henrico Hæretico verso & typis Oporini publicato, sub an. 860. integrum eius exemplar ab interitu vindicauit.

Nicephorus lib. 7, cap. 49. Lateranense Palatium Christo sacrauit & dedit. (quod antea attigerat D. Hieronimus to. 1. Epist. ad Oceanum & usque hodie experientia probat, dum ea est præcipua Ro. pontificis sedes). Et ca. 46. Ex aratio suo dotauit omnes orbis Ecclesias & Episcopatus pro ratione & dignitate cuiusque. Multò igitur magis Romanam, quàm Egubiam &c. Consule & lib. 8. sub finem cap. 3. & 4. & lib. 10, ca. 5.

Hinc lib. 1. Iuris Orientalis in constitutionibus Leonis Iconomachi est caput *πῶς πατεριμονίαν τῶν ἐν Ῥώμῃ ναῶν*, quorum pecuniam Leo odio Romanæ Ecclesiæ in ararium publicum conferti iussit. *τὰ δελεζόμενα* (inquit) *τῶν ἐν Ῥώμῃ ναῶν τῶν ἁγίων ἀποδόλων καὶ κορυφαίων ἐκπαλαι τελεμένα πάντων ταῦτ' ἡμῶν τῷ δημόσιῳ λόγῳ τελεῖσθαι προστάξεν.* Patrimonia quæ dicuntur Romæ templorum SS. Apostolorum & præsulum, talenta tria semis quæ iam olim pendebantur, publico arario pendi iussit.

Per Apostolos Pontifices Apostolorum successores, per Coryphæos Cardinales videntur significari.

Anni Christi. 315

Anni mundi. 4403

Principibus.

Constantino Magno Occid. & Licinio Orient. Postea solo Constantino Imp. quadragesimo sexto.

Sapore Persarum rege nono

Az gheba Aetiopia, deinde Samra an. 3. Aibaan. 16.

Degemberto, Clodio II. & Clodomero Francor. Duc.

338

4416

Anni Christi. 320

Anni mundi. 4403

S. PRIMVM Vniuersale Concilium Nicenum, pro diuinitate Christi contra Arrum siue iam mortuum, vt vult Epipha. her. 68 & 69. & colligitur ex epist. Synodica li. 5. Socrat. ca. 9. siue auritum & presentè, vt aiunt Socr. li. 1. c. 14. Teod. hist. trip. li. 2. c. 5. Rufinus. Hierony. contra Lucifer. & alij, nam quod duo essent Arrii huius heresis auctores vt ex Sulp. l. 2. & veteribus liquet facile fuit falli. legatis Rom. Pontif. Vincentio, Victore seu Vito siue Vuiali presbiteris. Euseb. 3. de vita Constant. Soc. Hist. trip. lib. 2. cap. 1. Niceph. 8. cap. 14. Episc. 318. Epiph. her. 69. & li. Ancorat. Ruffin. 1. c. 1. Niceph. 15. c. 2. Theodor. 1. c. 7. Iustin. leg. 4. de sum. Trin. & ferè alij, siue Episc. 320. Sozom. 1. c. 17. Eus. li. 3. de vita Const. ait plures fuisse 250. quod repetit Socr. 1. c. 8. In literis Imperatoris apud Socr. 1. c. 9. legitur affuisse plures 300. idem Niceph. 8. c. 14. hist. trip. 2. ca. 1. In scriptis. Eustachij Antiocheni apud Theod. 1. c. 8. perhibetur. 270. & apud Niceph. 8. cap. 21. ferè 270. Nam certum numerum in tanta multitudine reperiri non potuisse fatentur. Illis autem exhibitus est quotidie commeatus & victus ab ipso Imp. honesta & liberali mensura. Euseb. libr. 3. de vit. Const.

330

4429

Iuo in Pannomia circ. ann. 1110. ex Priuilegij formula quadam citat. Gratianus, circa 1150. dist. 46. c. Constantinus, & 12. q. 1. cap. Futuram. Bartol. Picernus & plerique alij vel totam vel partes proferunt.

Hugò Floriacensis lib. 5. Antiquit. c. 4. Vincentius Belouacensis historiæ suæ lib. 13. c. 54. 55. 56. vocas illud Epistolam Constantini ad omnes Episcopos.

Suffragantur Hebræi, seorsum R. Abraham Leuita in Zikron Dibré Romi *הוא יעא מרומי ונתנה לכתרי אדונים רע חום* ההובנה מרונה קסטונה נובל.

Ipse exiit Roma & dedit eam sacrificis Idumeorum (sic Christianos appellant) ad hunc diem, ædificata Constantinopoli. Abben Ezra in 11. Danielis, ad illud. *Et super vllum Deum non intelliget.* והשעם שטיבר מקום רומא שריא בנו והכוהו לעון הנקרא אבוי. Sensus (inquit) est, decorauit locum Romæ, quæ erat sedes eius & reliquit eum iniquitati, (sic impiè de sanctis Apostolis loquuntur) quæ vocatur Petrus.

Nec obstat, quòd per aliquot annos ea plenè non sunt potiti Pontifices. Nam iniuria Principum iusto rerum dominio & iuri neutiquam detrahit. Christo solum Dauid debebatur, eius tamen possessionem non adiit statim, &c.

Constantinus Imp. fit Christianus visione igneæ crucis, cuius signum primus in militaria vexilla transformat & nummos eo obsignari iussit, quod deinceps à Christianis obseruatum fuit. Euseb. 9. cap. 9. Sozo. 1. cap. 3. Diem Dominicam & alios dies festos Ecclesiæ ex constitutione veteris Ecclesiæ à iudiciis & laboribus sanctos ipsis etiam paganis esse iussit. Euseb. lib. 4. Const. cap. 18. & 23. L. omnes iudices, C. de fer. Hist. trip. 1. cap. 9. Templi idolorum claudi mandauit. L. 1. de paga. Cod. Tradit Hieronymus senem eum, idque ab Arrianis fuisse baptizatum, sed deceptus est vicinia nominis, & falso rumore: sibi enim in terræ angulo posito (vt loquitur) multa ignota esse potuisse fatetur lib. de Vir. illustrib. Itaque quod de Constantio filio dicebatur id traduxit ad patrem: ille enim in extrema ætate fuit rebaptizatus, & vt ait Damascenus ab Eusebi. Nicomediensi Arriano.

Edicta, ad omnes gentes imperij mittit, vt repudiatas idolis Christianam religionem amplecterentur. Theod. lib. 1. cap. 16. Imperatorum maximus. Gregis nostri Zöbabel. Illius enim instar vniuersam piorum captiuitate o rediit ab exilio, & diuina templa humi disiecta, in altum erexit. Theod. in religiosa historia implens illud Apocal. 12. Nunc facta est solus &c. Contra Senatû & popul. Rom. voluntatem ab vltimis Britannia oris in Italiam venit, Romanos Imp. Maxentium, Maximinum Iuniorem & Licinium armis fregit pietate munitus, religiones ac instituta maiorum aboleuit, Christi nomen colendum proposuit, imperij sedem Byzantium deportauit, pauco tempore Remp. totam murauit. In rebus gerendis mirè felix, haud dubie, quòd fidei esset studiosus, bonas artes coluit. &c.

Priscum filium, quòd rem cum Fausta nouerca habere diceretur, interfecit, Faustam autem balneo supra modum accenso suffocauit. Antè ne conversionem an post illa fecerit sciri negat, Suidas in Crescente. Creberrimis legibus omnibus interdicebat, ne idolis sacrificarent, ne vaticinia sciscitarentur, ne simulachra erigerent, ne sacrificia occulta facerent, ne ciuitates singularium certa-

minum cædibus polluerent, ne Ægyptij fluvium per viros effaminatos colerent, ideoque vniuersum Androgynorum genus, tanquam adulterum, è vita tollerent. *Euseb. lib. 4. de vita Const.*

Prouinciarum præsidibus legem dabat, vt Dominicum diem obseruarent, & martyri dies honorarent. *Ibid.*

Templa vbiq; terrarum ædificauit, primum quidem manibus suis Romæ in Lateranensi palatio describendo conformauit. Quod sanè palatium ipse quoque ingentibus impensis magnificè ædificauit & Christo sacrauit. *Niceph. lib. 7. cap. 49.* Notate Luterani canes & illù Græci locum perlegite, qui perspicuè Romanæ ecclesiæ (cuius vetus sedes est Lateranense templum atque palatium) dotatorem indicat, ne putetis, quæ feruntur de Constantini donatione, penitus fuisse à Latinis conficta, de qua paulò antè.

Ex publicis tributis, per singulas ciuitates vectigal certum deduxit, ac cuiusque loci ecclesiis & clericis deputauit, eamque munificentiam firmam ac perpetuam haberi lege statuit. *Sozo. lib. 1. cap. 8. & lib. 5. cap. 5. & donationem validam in perpetuum esse fanciuit. Trip. lib. 1. c. 9.* Obsecro, lector, an in ea lege prætermisisse tibi videtur Romanam Ecclesiam, cui secundum Deum, suam omnem salutem & beatitudinem (fuit enim à Syluestro conuersus) debebat.

Pronocationes à ciuilibus iudiciis ad Episcopos concessit, sed & potiores eorum, quàm aliorum iudicum sententias esse voluit. *Sozo. lib. 1. cap. 9.* Iudicium & iurisdictionem in clericos eisdem mandauit. *Niceph. lib. 7. cap. 4.*

Vbiq; locorum sacerdotibus immunitatem concessit. *Sozo. lib. 1. cap. 19.* quam legem confirmant Constantius & constans. *lib. 3. cap. 17.* Iouinianus & reliqui. *Theod. lib. 4. cap. 4. & 11. Sozo. lib. 5. cap. 5.* Literis fauit, institutis multis scholis & bibliothecis, & earum professores multis priuilegiis, immunitatibus, stipendiis, & honorariis donauit. *Le. Medicos, Cod. de professoribus & Medicis.*

Iudæos templum suum Hierosolymis restaurare nitentes grauitè multauit. *Chrysost. orat. 2. in Iudæos.*

Hospitia pauperum, puerorum, senum, ægrorum, infirmorum, rogatu Episcoporum per totum imperium primus constituit, de ea re latis legibus & editis. Atque hinc deinceps Xenodochia, Ptochodochia, &c. *In cod. Theodos. & Iustin. lib. 1. & 2. de mendicantib.*

Hæreditates confessorum, exulum & martyrum, qui in fidei confessione obierant, modo nullus superesset sanguinis propinquitate coniunctus, ab Ecclesiis adiri iussit. *Euseb. lib. 2. Const. cap. 21. 36.* Hinc magnæ opes Ecclesiis partæ.

Quamuis tantus esset, non tamen canum, Paganorumque linguas effugere potuit, (vt Zôsimi, &c.) à quibus sic memoriæ præditum est, Decem primis annis præstantissimus, 12. sequentibus latro, 10. nouissimis pupillus ob immodicas largitiones. (Ecclesiis certè & Christianis factas) *Egnat.*

Pacauit orbem Romanum, sibi Scythas subiiciens, Indos & Persas amicos faciès. Cum Persis dimicans secum habebat sacerdotes & tabernaculum, speciem gerens Ecclesiæ. Vnde Missæ castrenses, ex quo tempore Romanorum cohortes, Numeri nuncupatæ, singulæ fecerunt sibi templum motorium, illicque sacerdotes & diaconos habuerunt. *L. omnes iudices. C. de feriis. Trip. lib. 1. cap. 9.*

Anni Christi.

320

Quatuor concilia prouincialia. *Isid. tom. 1. Concil.*

Romanum Episc. 278. seu. 275.

Romanum aliud Episc. 75.

Elibertinum prope Granatam in Hispania Episc. 19. seu Illiberitanum ad radices montis Pyrenæi, cui interfuisse Helenam matrem Constantini Constante nepote ait Ioh. Gerundensis.

In hoc Hispania in quinque prouincias distribuitur, & singulis prouinciis assignantur Episcopi Metropolitaniani.

338

Athanasius

Anni mundi.

4403

4429

Anni Christi.

320

Gangrense 1. in Paphlagonia in Trullo confirmatum, contra Eustathium Sebastiensem Episcopum & eius sectatores, Aerium & alios. Eodem fore anno quo Nicenum. 1. To. Conc. de traditionibus & ceremoniis Ecclesiæ, vt ieiuniis statis, orationibus pro mortuis, locis & Basilicis martyrum, eorum reliquiis & memoriis.

322

Arelatense 1. & 2. in Galliis, vbi causa Cecilianæ est iudicam. contra Donatistas. Aug. epist. 162. ad Primum conuenisse 600. Episc. tradit Ado, quinque aut sex annis ante Nicenum Secundum continet plures canones Nicenos, præter illos 20, qui extant.

Quidam addunt Aurelianense 1. præside Episcopo Martino, quod fortasse est illud, quod ex Episcopis omnium mundi partium sub S. Martino celebratum fuisse ait Arelatense 2. ca.

338

Anni mundi.

4403

4426

Athanasius Alexandrinus, qui mense 5. post concilium Nicenum Episcopus ordinatur. Arnobius presbyter præceptor Lactantij, Iuuenus poeta Hispanus, *Ruff. 1. cap. 19. & 20. Hieron. in Chron.*

Eustathius Episcopus Antiochenus post res Concilio Niceno constitutas scriptum edit in quo *consubstantialem* Patri filium defendebat. Cui Arriani responderunt, & concilio Antiochiæ habito eum & Athanasium Catholicorum principes fictis criminibus traducunt, hunc etiam obiecto adulterio Ecclesia depellunt.

Athanasium verò Constantinus aduersus falsa eorum crimina defendit. Quem tamen tandem (an. 340.) relegauit in Galliam Treuiros, vt pacem Alexandrinæ Ecclesiæ daret, sed moriens paulò post eum restitui iussit.

Lactantius Firmianus Crispi Cæsaris magister, adeò in hac vita pauper, vt plerumque etiam necessariis indiguerit. *Euseb. Chron.* Nazarius Rhetor, cuius filia Eunomia virgo Christiana, in eloquentia patrem æquat.

Festum exaltationis crucis Hierosolymis cæpit. *Niceph. 8. cap. 29.* id est, Festum inuentionis crucis. Nam quod *lib. 1. Conc. in epist. Eusebij,* tribuit eius institutionem Eusebio Papæ constare non potest.

Ab Imperio Constantini Hierosolyma à Christianis ornari adificiis cæpta. *Zosimus lib. 5.*

Helena Imp. mater à Syluestro Rom. conuersa. *Niceph. lib. 7. cap. 40.* Niceno iam Conc. celebrato lignum crucis à se Hierosolymis cum multis miraculis inuentum thecis argenteis exornat. an. 326. (Onuphrio 323) *Euseb. de vita Const. Ruffin. lib. 1. cap. 7. & 8. Trip. 2. cap. 18. Ambr. de obitu Theod. Eutrop. lib. 2. Paulinus epist. 2. Sulp. lib. 2. Soc. 1. cap. 17. Euseb. in Chron. Theod. 1. cap. 18. Sozom. 2. cap. 1. Vi D. Hieron. & cateros præteream, qui omnes singularis impudentiæ arguunt Magdeburgenses, Cent. 4. cap. 13. hanc inuentionem inficiari ausos.* Macarius Hierof. erat Episcopus.

Eusebius, obi arctam necessitudinem cum Pamphilo, cognomento Pamphili, Cæsariensis Episcopus, annos 325. complexus, à Christo ad Constantinum Magnum historiam Ecclesiasticam conscripsit ex Philone, Iosepho, Clemente Alexandrino, Egesippo, Hyppolyto, Papia & aliis, *Niceph. 1. c. 1.*

Arrianismum ante Synodum redolebat. *Theod. libro primo, capite sexto, Hieron. in Apolog.* Et fortasse post. Nam in multis locis parùm orthodoxè sentit. Vt Demonst. libro quarto capite secundo. Filium vocat Patris *ὁμοούσιον*, item *ὁμογενῆς*, atque à Patre suffectum fuisse, vt per eum tanquam per organum quoddam omnia digererentur. *lib. 5. cap. 1.* secundam causam vocat Filium. *& cap. 6.* secundum Dominum, vbi eum etiam inferiorem Patre esse probare nititur. *& cap. 4.* secundas honoris partes consecutum esse, vbi & vnum solum verum Deum, qui ita appelletur, esse Patrem, secundum autem, hoc est, Filium, participatione duntaxat veri societatem consecutum esse. *Et mox.* Eum post Patrem tanquam Deum honorandum esse, propter inhabitantem in ipso Deum. *Et paulò post,* Eum solum propriè Deum dici posse, qui Deitatem à nemine acceperit, & Filium propter patrem *θεογονεῖσαι,* Deum effici.

Ca. 8. Patrem Filij esse deum ac dominum *cap. 11.* Præstantiorem quidem esse omni angelica natura, at minorem prima causa. *cap. 17.* Dei nomen soli ingentæ naturæ conuenire.

In præf. lib. 6. vi & lib. 5. cap. 5. filium esse patris ὑπερβόν & δευτέραν μετὰ τὸν πατέρα ὕσαν & *libr. 5. cap. 3. Patrem dominum esse Filij & Filium dominum Spiritus sancti quem locum proinde Latinus interpret noluit vertere.*
 Chronicum ab orbe cond. vsque ad annum Christi 300. condidit, cui Hieronymus adiecit annos 50. Prosper Aquitanicus 60. Palmerius florent. 1040. Palmerius Pisanus 30. ita totum desinit an. 1480.
 Nicenum concilium cœpit 14. Syluest. *Euf. in Chro. Plati. in Syluest. Regino, & plerique alij* Quidam volunt sub Iulio. *Sozom. 1. cap. 18. Histor. Trip. 2. cap. 1. Niceph. 8. cap. 14. Platina in Agathone. Beda in Chro.* Durat 3. an. & paulò plus. *Niceph. 8. cap. 26.* Eius initium variè à scriptoribus traditur. Nam cum annum alij dicunt esse Christi 322, alij *ut Enseb. in Chron. 324, alij 325, alij 326, alij 327, alij 328.* quidam 330. quidam, ut plerique Græci, 333. quidam 338. *ut Volater. & Beda.* Alij Consulatam Paulini & Iuliani. qui fuit an. Christi 325. id est, 17. siue (ut alij volunt) 18. Constantin. Magn. *Socrat. 1. cap. 13. Nicephor. 8. cap. 26.* quorum ille ad 20 diem Maij, hic ad vndecimum, Onuphr. ad Aprilem. alij ad 19. Iunij conferunt. Tanta est annorum à Christo incertitudo, quod veteres per annos, cost. & imperatorum numerarent. non Christi; qui mos, ut censent aliqui, tantùm ab anno circiter 600. inualuit.
 Et Victor & Vincentius Romani presbyteri, quos nunc Cardinales appellamus, & Hosius Cordubensis loco Syluestri præfederunt, *ex præf. Sardicensis concilij.* Arrius Alexandria mulieres castitatem profitètes septingentas veneno suo infecit, quæ vna cum illo vrbe expulset sunt. *Epiaph. heres. 69.*
 Cœpit suum virus, an. 319.
 Istius libros præcepit Constantinus cremari, & eum, qui eos celare deprehensus fuisset, capitali supplicio afficit. *Socrat. lib. 1. cap. 9.*
 Arrium cum suis asseclis in exilium misit. *Ruff. li. 1. c. 5.*
 Quos, subdola iporum confessione deceptus, postea ab exilio reuocauit, *Socrat. lib. 1. cap. 27. 35 & 38.*
 Niceni patres, cum toti essent in refellendis Arrianis, Donatistas missos fecerunt, nisi quod reprobarunt Carthaginensis concilij & Cypriani decretum de rebaptizandis hæreticis, quo isti nitebantur. *Aug. lib. 2. de bapt. c. 9.*
 Romanæ Ecclesiæ supra reliquas eminentiam & inspectionem, quam antea consuetudine & iure Apostolico acquisierat, confirmarunt, *6. can. apud Ruff. lib. 1. c. 6, ut & faientur Centuriatores cent. 4. cap. 7. pag. 550.*
 Quinque mensibus post concilium Nic. moritur Alexander Alexandrinus patriarcha, Arrij mastix, cui Athanasius ille magnus succedit, Antonio Magno Monachorum in Africa patre confirmante, atque aduersarios eius omnes oppugnante, vna cum Marco, Iulio & Liberio Rom. pontif.
 Lactantius senex in Gallia docet, vbi & Magister Crispo Constantini filio præficitur. *Hierony.*
 317. primus Patriarcha Constantinopolitanus Alexander ann. 23. Ante hunc quidem ab Andrea Apostolo 23. recenset Nicephorus Constant. in Chronologia Tripartita, at illi Patriarchæ titulum non sunt consecuti, sed Byzantinorum Episcoporum duntaxat, ab agro fortasse Byzantino, potius quàm vrbe, quæ in ruderibus iacebat.

Anni Christi.

315

334

335

338

Casariense conciliabulum, in quo Athanasio manum mortuo Arsenio deseruisse, sacrum calicem confregisse, & stuprum commisisse Arriani obiecerunt, & absentem damnarunt, quod citatus non affuisset. Athan. in Apologia, Socrates & alij.

Hierosolimitanum contra Marcellum Ancyra Episc. ad Sabellij heresim accedentem. Quod inde Constantinopolim aduocatum est à Constantino, vbi & Ecclesia spoliatur & loco eius, Basilus Ancyram mittitur.

Anni mundi

4403

4426

Anni Christi.

338

341

35.
 k M. MARCVS ROMANUS, an. 2.
 mens. 8. an. 20.

Vacat sedes dies. 20.

Patriarchis,

Alexandria Athanasio.

Antiochia Placido Arriano.

Hierosolymis Maximo 3.

Constantinopoli Alexandro deinde M. Paulo, an. 9.

Principibus.

Constantino Magno Imp. & Cesarib. eius filiis.

Sapore Persarum rege nono.

Aiba Aethiopia, deinde Stenden. an. 37.

Clodomero Franc. Duce.

CONCIL. Carthaginense. 1. Tom. 1. Concil.

Anni mundi.

4626

4419

HVMANA,

Constantinus cum Licinio & Maximino imperauit annos circiter sex, solus 16. Nisi verum sit, quod aliqui scribunt Licinium vsque ad 324 Christi annos 14. Orientem imperium tenuisse. Nam si tunc eo deleto Orientem sibi adiunxit, cum mortem oppetierit an. 341, non nisi solus 18. annos imperare potuit.
 Ludos Olympicos & rationem numerandi per Olympiadas abrogauit. Indictiones inchoauit ab eo anno & die quo Maxentium prostrauerat, & pacem Ecclesiæ attulerat, à septimo scilicet imperij sui anno, Christi 316 & 8. Cal. octob. *Onuph. in Fastis.*
 Licinium, cui vitam donarat, sub custodia Thessalonica viuentem, quod Barbarorum multitudinem mercede conducere clam conarus esset, ut bellum restauraret, occidi iussit. *Niceph. lib. 7. ca. 45.*
 Eo deleto in Bithynia, & Oriente sibi adiuncto, ex Thracia in Asiam & Aegyptum transit victor ad illas provincias ordinandas, vbi cum tumultus graues cœptos an. 319. accepisset, ex Syluestri autoritate concilium Nicæam indixit an. 324. sequenti verò, conuenientibus Episcopis 318, aperuit. Nam his vehicula & iumenta ad celeritatem itineris suppeditauit.
 Indè templum magnificentissimum in monte Caluarie ad sepulturæ & resurrectionis loca ædificat.
 Sic mater Helena alterum in Bethlehem loco natiuitatis, alterum in monte Oliueti ad Ascensionis locum, ann. 326. Ac tum S. crucem inuenit. de quo supra.
 Vandali à Gotthis in Romanum solum pulsi à Constantino Poloniam accipiunt, vbi commorantur vsque ad 13 Arcadij & Honorij.
 Clodomerus Francorum rex an. 326. cepit Turingiam, Galliam inuasit, Sueuis iugum Romani imperij excussit, cum superiores duces Franc. Zelandiam, Holandiam, Sycambriam & Traiectum incoluissent. Fides esto penes *Irenicum lib. 3. Exegefos Germ. c. 76. Nam Constantinus potentissimos quosque domuit, nedum regulos.*
 k Hic Papa Nicenum symbolum inseruit Missæ, in locum Symboli Apostolorum. *Plati.* primus constituit, ut Hostiensis episcopus pallio vteretur, & ab eo pontifex Rom. consecraretur. *Volater. August. in Breuiculo ca. 1.* sed iam ab anno 267 hunc morem inualuisse docuimus.
 Eum Græci ferè omnes prætermittunt, cum tamen *Trip. lib. 4. cap. 1.* quæ sub eo acta sunt, narret.
 Misit ad Athanasium & Episcopos Aegypti 70. Niceni Con. canones fideliter descriptos ex exemplaribus, quæ Syluester Romæ reliquerat, è quibus 20. duntaxat hodie extant. Arrianis igne in eos sæuientibus, nisi quoddam in Arelateni 2. eorum aliqui insunt.
 Paulus Constantinopolitanus eiectus à Constantino. *Niceph. in Chron.*
 Hybèri, siue Scoti prædicationibus S. Patricij (qui anno vitæ suæ 122. obiit) fidem Christi recipiunt. *Ruff. 1. cap. 11. Niceph. 8. cap. 34. Sigeb. in Chron. Sabell. Iberi ultra Armenios ad Aquilonem per captiuam. Ibid. Ruff. cap. 10. Socrat. lib. 1. ca. 20.* Indi interiores miro modo per Edisium & Frumentium iuuenes. *Ruff. 1. cap. 10. Socrat. 1. cap. 19.* Item Armenij. *Suid.*

Vltiores Galli, Itali & Britanni paulò post sub Constantij imperium, qui propagationem ita curauit & iunxit, item ij, qui circa montem Pyreneum ad Oceanum vsque Occidentalem habitauerunt. *Sozom. lib. 1. cap. 6.*

Currebant assidue omnes nationes ad fidem Christi & baptizabantur, patria simulachra conquassantes, adductæ miraculis sacerdotû, qui sub Gallieno captiui facti erant *Dinco. lib. 11. in Constantino.*

Arriani ad superius dogma adiecerunt alia, negando descensum Christi ad inferos. *Amb. in Rom. 5. Ridendo miracula edita per inuocationem sanctorum. Idem serm. 91. pronuntiando in Christo non fuisse animam, sed corpus expers animæ, quod verbo Dei animaretur. Atha. Dial. 4. de Trinit. Aug. ad Quod vult Deum, cap. 49. Cyr. lib. 5. Thes. ca. 6.*

Aërius Arrianus primus damnat orationes pro mortuis, & ieiunia certo tēpore statuta, presbyterum æquat Episcopo, ac immutat antiquas Ecclesiæ ceremonias, *August. lib. de heres. cap. 53. Epiph. heres. 75. Socrat. lib. 2. ca. 35.*

Catholicos vocabat Antiquarios *Epiph.*

Donatus Grammaticus, quem cum parente vtroque martyrio sub Iuliano functum refert Gigas in temporum flore, Marius Victorinus rhetor præceptores Hieronymi, Maximus Alexandrinus, & Methodorus Philosophi, Marcellus, D. Nicolaus Myrensis (errant enim qui putant eum vixisse sub Iustiniano nam interfuit cōcilio Niceno) Episcopi. *Hieronim. Catalog. Niceph. 8. cap. 14.*

Arrij subita & horrenda morte multi, qui ab eo decepti fuerant, conuertuntur. *Athanas. epist. ad Serap.*

HVMANA.

Tunc primum res Romana sub vno Augusto & tribus Cæsaribus esse cœpit. *Eutrop. lib. 10.*

Circà an. 340 R. Ioseph cæcus maximam partem Hagiographorum ex Hebræo in Chaldaicam linguam vertit,

RELIQUIT epistolam ad Episcop. Orientales pro Athanasio. *Tom. 1. Concil. vnam ad Dionysium Corinthi Episcopum Eutychiani supposuerunt, qua Eutychianorum & Appollinaristarum dogmata confirmaret, quam esse supposititiam docet Leontius Græcus libr. de sectis.*

Cœmeteria fieri iussit.

Arrianos & Athanasium, de eorum dissidio cogniturus, Romam citauit, propter sedis auctoritatem omnium cura ad se pertinente. *Sozom. lib. 3. cap. 8. propter Romanæ Ecclesiæ prærogatiuam. Socrat. lib. 2. cap. 15. Nam Arriani Episcopi ann. 341. Antiochiæ conuocati Athanasium Ecclesia depulerant quòd iniussu Episcoporum ad illam se recepisset.*

Orientales obiurgauit, quòd se non præmonito iudicium de Marcello & Athanasio Episcopis fecissent. An ignari (inquit) estis hanc consuetudinem esse, vt primum nobis scribatur, vt hinc quod iustum est definiri possit. *Athanas. Apolog. 2.*

An. 342 Marcellus Ancyranus Romam profectus Iulij pont. literis Ecclesiam suam recuperauit.

344 Photinus Sirmiensis Marcelli discipulus hæresim ad Paulianam siue Samosatani accedentem indu-

Anni
christi.

341

356

368

36.
I S. IULIVS I. Romanus, an. mens. 2. dies 6.

Vacat sedes dies. 2.

Patriarchis.

Alexandria Athanasio.

Antiochia Stephano Arriano an. 3, Leotio. Arriano an. 11.

Hierosolymis Maximo tertio deinde Heraclio mens. 1. Cyrillo an. 39.

Constantinopoli M. Paulo, deinde Eusebio Arriano an. 1. Macedonio Hæresiarcha, an. 8.

Anni
mundi.

4009

4444

Anni
Christi.

341

322

356

Anni
mundi.

4429

4444

xi. Marcelli autem propius ad Sabellianam vergebat. 352 Vrsacius & Valens Pannoniæ Episcopi principes Arrianorum, cum post Synodum Sardicensem viderentur à communionem secreti, coram positi veniam à Iulio pont. poposcerunt. *Sulp. lib. 2. Athan. in Apolog. & Socrates.*

Paulo Constantinopolitano clam sub altari in Eufaciuitate suffocato iussu Constantij, in eius sedem transferuntur, Arriani Eusebius videlicet Nicomediensis, Macedonius, Eudoxius, Demophilus, Euagrius in annos circiter 32 vsque ad Damasi Pap. & Theodosij Imp. tempora, donec à Gregorio Nazianzeno eiusmodi erroribus & schismate fuit purgata & Catholicis redita.

Contrà Athanasium Alexandriæ in Schismate sederunt Arriani Eusebius an. 1. Gregorius an. 1. Georgius an. 20. Lucius an. 19.

Contrà Cyrillum Hierosolymis federunt Arriani Heronius an. 3. Heraclius mens. Hilarius an. 14.

D E C I M V M tertium bellum in Christianos in Perside per Saporem impulsoribus Magis & Iudæis. *Sozom. 2, cap. 8. Ammianus Marcellinus lib. 25. Ibi numerosissima erant Ecclesiæ. Nam Persæ ab initio Christiani fuerunt, præsertim verè Diabonorum regio. Sozom. lib. 2, cap. 12.*

Ibi Martyrium faciunt Cresiphon, Dausas, Gabdiaba episcopi, *cap. 13. Vltazades Eunuchus Saporis & Simeones primus Persarum Episcopus.*

Eusebius Emiffenus Arrianorum signifer multa conscribit. *Hieron. in Chron.*

Tunc vixit Ioan. Clymachus, Didymus, cuius auditor D. Hieronymus Alexandriæ.

Aëtius Arrianam Anomæorum sectam introducit, trecentis argumentis è philosophia præsertim Aristotelica deductis, tantum mysterium nimis subtiliter & irreuenter tractando, non modo veritatis lucem amisit, sed & in Atheismum incidit. Vnde Atheus cognominatus est. Eius sectatores nunc Aëtiani, nunc Eunomiani dicti sunt. *Suidas. Epiph. heres. contra Anomæos.*

Impietas Arriana Constantij præsidis fulta, exitus, carceribus & variis tormentorum modis Catholicos persequitur. *Athanas. &c. per 40 continuos annos adeo in Christi Ecclesiam debacchata, vt cuius superiorum persecutionum vel temporis diuturnitate, vel suppliciorum magnitudine comparari possit. Onub. in Plati.*

Georgius Cappadox canones Nicenæ synodi combussit. *Athanas. epist. ad Orithod.*

Hoc iam aggressus erat sub Marco pontifice, vt ad Marcum ipsum, quem & Vniuersalis Ecclesiæ Papam nominat, scribit priuata epistola Athanasius. In Athanasij locum ab Imp. Constantio & Arrianis substitutus est.

Sed eum tandem plebs petit, raptumque diuersis multandi generibus proterens deuaticis cruribus conculcavit, &c. *Am. Marcell. lib. 22.*

Paulinus Treuironum in Gallia Metropolitanus, vir sanctus imprimis & eruditus Athanasij amicus,

Hilarius Pictauiorum Episc. hymnum Angelorum ab Apostolis continuatum apud Clementem lib. 7, const. c. 47, in Latinum conuertit & in Missam includit. Vnde & eum huius hymni auctorem faciunt. *Hug. Victorini lib. 2. de sacra. parte 2. Cassander in Liturgicis pag. 42.*

Tribus libellis Constantinopoli publice Constantio datis audientiam poposcit, vt de fide coram aduersariis disceptaret. Itaque quasi discordiæ seminarium & perturbatio Orientis, post quadriennium exilij redire ad Gallias iubetur absque exilij indulgentia. *Sulp. lib. 2.*

Sub an. 362 reuersus non solum Catholicam fidem Ariminensi concilio infirmatam & perturbatam restituit, sed Principes etiam Arrianorum, Episcopos Galliarum Ecclesiis deturbauit, vt Saturninum Arrelatensem & Petronium petragorensem, cæteris venia data. *Ruf. & Soz. lib. 5.*

Sardicense Con. rogatu Constantis, & permissu Constantij agitur an. 10 post mortem Constantini patris: Confirmatum est in Trullo, vt Catholicum.

Damnatum tamen in Syrmienti eo nomine, quod Athanasium absoluisset. *Sulp. lib. 2.*

Nam astutè Arriani innoxium Athanasium in illo criminosis Marcello & Photino miscuerunt, ne putarentur perperam de Athanasio iudicasse, qui de Marcello & Photino vera sensissent. *Ibid.*

Quin & erat Arrianum. Nam in eo tres fidei formulas episcopi protulerunt, in quibus diuersis verbis, remota *Substantia* mentione filium Patri similem affirmarunt, nondum ausi dissimilitudinem asserere. Hi cum verbis ab Arrio dissentirent dissimilitudinem inducente, sed se consentirent, & emiarriani dicti sunt. *Epiph.*

Alexandrinum con. videtur esse illud, de quo Sulp. libro secundo Mox in Ægypto octaginta Episcopi congregati Athanasium iniuste condemnatum fuisse pronuntiant.

Hymni & carmina in laudem Dei & Diuorum composita ab Hilario & Ambrosio Episcopis per totius Occidentis Ecclesias cantari incipiunt. *Isid. de diuinis Officiis.*

HVMANA.

Constantinus cum superiores Imp. factos libros plurimos exuissent impensis maximis bibliothecas instaurauit. *Socr. lib. 1. c. 9.*

Romanæ vrbs inhabitatores annuis muneribus testamentum honorauit, filiis vero imperij hæreditatem tribuit. *Euseb. lib. 4. vitæ.*

Eius filij paternis legibus astipulati sunt & proprias adiecerunt, contra eos, qui vel sacrificare, vel idola colere, vel ethnicam superstitionem exercere præsumerent. *Soz. lib. 3. c. 17.*

Constantius aram Magnæ Deæ è curia Romana auferri iussit. *Amb. ep. 31.*

Sapor anno 10 imperij Constantij, Christi 350 Nisibin obsidet. *Hieronym. in Chron.*

Constans Francos vicit. *Socrat. lib. 2. c. 13.*

Constantini fratris mortui partem obtinuit. Sic enim à patre diuisum imperium acceperant, vt auita sorte obtineret natu maximus, Orientis principatum alter, medium tertius. *Euseb. lib. 4. de vit. Const. Socr. lib. 1. c. 38.*

Constans Imperij sui decimo tertio à Magnentio Tyranno magno Catholicæ Ecclesiæ damno interfectus est, Christi 353. Nam eius morte Constantius audacior factus Arrianam impietatem prouehit. Interim 70000 hominum copias aduersus Magnentium educens, eum ad Murfam in Pannonia vicit. Deinde Lugdunum fugien-

Anni
Christi.

341

Sapore Persarum.

Sthenden Aethiopiæ pretioso, an. 27.

Richimero Franc. Duce.

356

rem

Anni
mundi.

4429

4444

Anni
Christi.

341

CONC. Romanum ep. 116. *Isid.**Hierosol. hist. Trip. 1. cap. 33. Theod. 1. cap. 30.**Antiochenum confirmatum in Trullo Episc. 90. Isid.*345 *Agrippinense Coloniese contra Euphratam, qui negabat Christum Deum. Isid.**Sardicense in Illyria, siue Dacia Moesia, quo Nicenum confirmatur Episc. 300. Sozom. 3. cap. 11. seu Episc. 250. Theod. 2. cap. 7. Trip. lib. 4. c. 21. In eo Athanasius & Marcellus ab Arrianis damnati absoluantur, Photinus vt verè hæreticus condemnatur.**Syrmiese in Pannonia contra Photinum. Niceph. 9. c. 31. Socrat. 1. cap. 29. Sozom. 4. c. 6. Imperatore Constantio cogente & presente.**Alexandrinum. Athan. initio Apologie 2. Socrat. lib. 2. c. 26.*

356

37
m. S. LIBERIVS Romanus, dictus Leo. an. 12. mens. 3. dies 4.

368

Vacat sedes dies 6.

Anni
mundi.

4429

4433

4444

4456

tem sibi ipsi mortem confescere compulit. *Zosimus.*Hymni & carmina in laudem Dei & Diuorum composita ab Hilario & Ambrosio Episcopis per totius occidentis Ecclesias cantari incipiunt, *Isidor. de diuinis Officiis.*

HN CIMMERITO inter PP. adnumerari, quod cum Arrianis subscripsisset, censet Platina, post Hier. de Vir. Illustr. & Sozom. lib. 4, cap. 11, & Marcel. comitem in Chron. At eum optimum & beatissimum prædicant Basil. epi. 74. Ambros. lib. 3 de Virgin. Epiph. hæres. 75. Quin & Athanas. *Apolog. 2. Theodor. lib. 2, cap. 17. Socrat. lib. 4, cap. 11.* eum liberant ab Arriana labe. Imò & Occidentem semper ab ea liberum fuisse narrat Theod. lib. 5, cap. 6.

Quin & de eo falsum illum rumorem ab Arrianis profectum testantur Sozom. lib. 4, cap. 15. Theod. lib. 5, cap. 6. Niceph. lib. 9, cap. 57, & lib. 1, cap. 27.

Post mortem Constantij sub Valente fuisse Catholicissimum constat è Socrat. lib. 4, cap. 11.

Authoritate, qua potiuntur æternæ vrbs Episcopi, damnari Athanasium (qui iam à Synodo Arrianorum damnatus erat) desiderio nitebatur ardenti (Constantius Imp.) quo non impetrato, Liberius ægrè populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate, noctis medio potuit exportari. *Amm. Marcell. lib. 5.*

Sed paulò post vrbi redditur ob seditiones Romanas. *Sulp. lib. 2.*

Nam sequenti anno cum Mediolano Romam venisset Constantius, Matronæ Romanæ à viris suis impulsæ rogarunt, vt sibi Liberium Pont. redderet. *Socrat. Sozom. Theod.*

Post Melerium Antiochiæ fuit schisma 30 annorum, in quo Arriani federunt, Euzoios an. 10 Dorotheus an. 10, & c.

Paulus & Ammon eremitæ. *Sozom. 1. cap. 14.*

Obiit S. Antonius eremita anno vitæ 105 Christi 358. *Sozom. 1. cap. 13, Ruffi. 1. c. 8. Naucel. & Beda.*

Hilarius Pictauiensis. Lucifer Calaritanus.

Proiectus Aruernorum Episc. in Aquitania Martyr. Constantij tempore.

Arriana hæresis scissa est in Eunomianos, Macedonianos, Eustathianos, Meletianos. *Basil. contra Eunom. Hist. trip. 5. cap. 15. Epiph. hæres. 76 & 68.*

Eunomius monachus discipulus & notarius Aëtij, inter alias hæreses negat Virginitatem maioris esse meriti quàm coniugium: Relicto monachatu (*Aug. lib. 3, peccat. mer. cap. 7.*) seduxit virgines factas, vt nuberent. Fidem sine operibus docuit sufficere, nec opera esse ad salutem necessaria. *Aug. lib. de hæres. cap. 54. Hier. in Osee.*

Templa martyrum non ingrediebatur, ne cogeretur Sanctos (vt dicebat) adorare. *Hieron. in Vigilant.*

Nam eorum & Sanctorum reliquiarum honorem impugnauit.

Marcellus Ancyræ Episcopus hæreticus, docet regnū Christi finem habiturum, *Nicephor. 1. cap. 48. Bonfin. 2. dec. 1.*

Photinus eius discipulus nunc Sabellium, nunc Paulum Samosatenum olebat. *Epiph. in Syria & Cilicia Appollinarius vterque pater & filius. Epiph. consuetas ecclesiæ preces in cantiunculas à se conditas commutarunt.*

Vnde

Vnde & viri inter potandum & operandum, mulieres in tetrinis illas psallebant. *Sozom. lib. 6. cap. 25.*

Versus ille. Gloria Patri & Filio ca. (à Flauiano Antiocheno, adiutore Chrysothomo compositus. *Niceph. 18 cap. 51. & lib. 9. cap. 24.* aliter à Catholicis Græcis in fine Psalmodum canebatur, aliter ab Arrianis. *Sozom. 3. cap. 20. Theod. 2. cap. 24. Niceph. 9. cap. 4.* postea consilio Hieronymi in Ecclesia Latina additur fini Psalmodum à Damaso. *Hieron. epist. ad Damas. vt errent, qui hoc tribuunt Gregorio. I. PP.*

Chorus in duo diuisus Casare Constantino (quasi ante alternis minimè caneretur. *Suid. is in voce. 703ds.*

Nam Flavianus & Diodorus primi in duos choros Psallentium diuidentes, ex successione Dauidicam melodiam cantare docuerunt. *Theod. lib. 2. hist. c. 24. Trip. lib. 5. c. 32.*

DECIMUMM quantum bellum seu persecutio Christianorum per Iulianum Imp. Apostatam. *Ruff. 1. cap. 32. & 36. Ammian. lib. 20. Eutrop. lib. 10.* In eo cecidit Dorotheus Tyri episcopus anno vitæ 107.

Iouinianus hæresim suam spargere incepit, *Sabell. lib. 8 Sept. Enn.*

Potentinus, à quo hæresis Potentinorum, Tropici hæretici.

Conflagrauit Antiochena bibliotheca.

Post concilium Mediolanense principes Catholicorum in exilium pulsati sunt Eusebius Vercellensis, Lucifer Calaritanus, Dionysius Mediolanensis, Paulinus Treuirenensis, Hilarius Pictauiensis, Hosius Cordubensis, Rhodianus Gallicanus episc. Tandemque Liberius Papa, quia damnationi Athanasij subscribere noluerunt. *Athanas. ad Solitarios, Apol. ad Constantium, & lib. de fuga sua. Ruffi. Sulp. Socrates. Sozom.*

Tum Italiam corrumpere conatus est Maxentius Dionysio Mediolanensi successor datus. Illyricum. i. Pannoniam. Dalmatiam & Græciam Valens & Vrsacius. Gallias Saluonius Arelatensis ep. Hispanias aliqui alij abutentes Hosij aetate, propter cuius infirmitatem (Erat enim centenarius maior) à Catholicis defecisse spargebatur.

Eusebius Vercellensis cauea conclusus Scythopolim missus dicitur in eius vita, atque ibi ab Ariomanitis crudelissimè cruciatus. Vnde scripsit Epistolam ad Patrophylum, quæ extat, miseras narrans suas. Rediit post cum Hilario & Athanasio per indulgentiam noui principis. i. Iuliani Apostatæ, qui se initio Christianis æquissimum præbuit. *Hieron.*

Constantij ultimo omnes penè toto orbe Ecclesiæ sub pacis & regis nomine, Arrianorum consortio pollutæ erant. *Hierony. in Chron.*

HVMANA.

Iulianus à Libanio sophista & Maximo philosopho, qui postea, ob magiam interfectus est, corruptus in ethnicam impietatem labitur. Malignitatis argumenta Athenis in eo adhuc puero animaduertit Greg. Nazanzenus ceruicem regidam, humeros iactatiles, oculos currentes, & inconstantes, pedesque furiosè respicientes. Fratrem suum Gallum & imperio & vita priuatum à Con-

stantio,

Anni christi.

356

Patriarchis.

Alexandria Athanasio.

Anthiochia Leotio Arriano, Eudoxio Arria. an. 3. Aniano mens.

Meletio, an. 2.

Paulino, an. 27.

Hierosolymis Cyrilo.

Constantinopoli Macedonio Hæresiarcha, deinde Eudoxio Arriano, an. 10.

Principibus.

Constantio Arriano quadragesimo septimo Orient

Costante Catholico Occid.

Iuliano Apostata. an. 2.

& postea Iouiano seu Iou-

niano Catholico m. 8. Orient.

& Occident. Impp.

Sapore Persarum rege 9.

BELLVM PERSICVM.

368

Sthenden Ætiopie præ-

tios.

Anni mundi.

4444

4456

Anni christi.

356

Theodmero Franc. Duce.

CONC. Mediolanense, presente Constantio, episc. plus 300. propter Athanasium. *Socrat. 2. c. 35. Theod. 12. cap. 15. Hist. Trip. 2. c. 36. Ruff. 1. c. 20. Hoc in concilio Arriani quoque fuere victores principibus Catholicorum in exilium pulsati.*

Alexandrinum. *Ruffin. 1. c. 28.*

Ariminense 400 Episcoporum. *Socr. 2. c. 37. Sozom. 4. c. 17. Hist. Trip. 5. c. 20. Damatur ab Ambr. episc. 32. Quamquam octaginta in eo duntaxat essent Episcopi Arriani, Homiounion. i. similitudinem substantia profitescentes, alij Catholici Homiounion. i. unitatem substantia, bono initio, fædo exitu consummatum, Sulp. lib. 2.*

368

Anni mundi.

4444

4456

stantio vlscisci velle simulans arma in Constantium cepit.

Magiam exercuit inspectis mulierum interioribus. *Eutrop. Nazan. bello aggreditur Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo apud Toxiandriam habitacula sibi præfigere prælicenter. Ammian. Marcell. lib. 17.*

Viennæ agens, vt omnes nullo impediendo ad sui fauorem alliceret, adhæere cultui Christiano fingebat, à quo occultè iam pridem desciuerat, arcanorum participibus, aruspiciarum, augurisque intentus & cæteris, quæ Deorum semper fecere cultores. Et vt hæc interim celarentur, die, quem Christiani Epiphaniam dicitant, progressus in eorum Ecclesiam, solenniter nomine orato discessit. *Amm. Marcell. Pagan. lib. 21.*

Vbi abolitis, quæ verebatur, adesse sibi liberum tempus faciendi, quæ vellet, aduertit, decretis aperiri templa, arisque hostias admoueri & reparari Deorum cultum statuit. Vtque dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos, monebat, vt ciuilibus discordiis confopitis, quisque nullo vetante religioni suæ seruiret intrepidus. *Id. lib. 22.*

Pulchrum nostris policitis exemplum, vt mixtis in eodem regno religionibus vel regnum perdant; vel ad alienam stirpem transferant. In Gallia Christum negauit, & postea se pontificem nominauit, ad templa Paganorum veniens & cæteris idem præcipiens. *Hieron. in epit. Nepot.*

Quoscumque audiebat esse Ecclesiæ hostes, vel apostatas, fouebat. Quare Donatistis Basilicas restituit, quas Constantinus antea abstulerat, Iudæis, &c. *August. lib. 2. contra Petil. cap. 9. Opt. lib. 2. à quibus Donatistis fuerat appellatus & laudatus. Idem epist. 148. 166. epist. Opt. lib. 2.*

Iudæi à Iuliano Imp. persuasi templum Hierosolymis restaurare nituntur, sed igne & prodigiis inhibentur. *Theod. lib. 3. cap. 20. Ammian. lib. 18.*

Christi imaginem fusilem à muliere, quam Christus sanauerat, positam apud Euseb. *lib. 7. cap. 18. Theod. lib. 6. c. 41. & Theophy. in 9 Math. euertit. Sed eam Christiani in Ecclesiam reulerunt, Sozom. lib. 5. c. 21. Socrat. lib. 2. cap. 24.*

Periit incerto ictu in bello Persico postquam annos vnus, & menses septem imperasset. *Latius.*

Cum Delphos misisset consultum de belli Persici euentu, templum Delphicum terræ motu & fulminibus deletum est. Reditus ecclesiis concessos eripuit, ioco addens se facere expeditiores ad regnum celeste, quoniam in ipsorum libris scriptum esset. Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. *Ibid.*

Iouianus Imperij noluit prius insignia suscipere, quàm milites vno ore se Christianos profiterentur, negans se Christianum Paganis imperare posse. *Niceph. lib. 10. cap. 28. Ruff. 2. cap. 1.*

Idololatricas vanitates à Iuliano restauratas destruxit, quas postea Valens permisit. *Theod. lib. 4. cap. 24.*

Turpem pacem cum Persis agitare coactus est ob res ab Apostata Iuliano infeliciter & Deo sinistro gestas. *Historici, præter Zosimum, qui Apostatam extollit.*

Franci, Saxones & Alemanni 40 vrbes ad Rhenum

fitas

litas capiunt, quod causam præbuit Constantio Iulianū Cæsarem constituendi & præclara aduersus eos gerendi *Zosim. lib. 3.*

Bellum Persicum, in quo temeritate militum ad Singaram prærepta fuerat palma Constantio, & amissa Singara & mida, deinde cum Sapore Nisibim iterum per tres menses obsidente pax tandem inita, iterum sub Iuliano recrudescit. *Pompon. Eutrop. lib. 10.*

Iouianus Athanasium & cæteros Episcopos, qui à Constantio eiekti fuerant, ab exilio reuocat & vniuersa Gentilium templa claudit. *Socrat. lib. 3, cap. 24.*

Solam Christianam fidem profiteri subditos iussit, bona Ecclesiis & clericis ab antecessoribus surrepta reddidit. *Sozom. lib. 6, cap. 3.*

Saraceni cum Zocomo principe paulò antè imperium Valentinis religionem publicè suscipiunt. *Sozom. lib. 6, cap. 38.*

HVC Marcellinus comes in Chron. tanquam hæresis suspectum præterit. Schismaticum & illegitimum pontificem facit Onuphrius. Nam ei superstitem fuisse Liberium, atque ita throni Apostolici administrationem solum consecutum, quod etiam narrat *Sozom. lib. 4, cap. 15.*

Alij rectius. Quare & extat vna eius epistola ad Athanasium, & alios Ægypti Episcopos. Et factione Arrianorum cum multis aliis Catholicis per martyrium sublatus est. *Sozom. lib. 4, cap. 15.*

Fuerat quidem ab Acacio Eusebij Cæsariensis discipulo & successore in Libertij locum constitutus, velut Arrianus, *Hieron. in Acacio de Viris Illustratæ*

Sed tanta vis fuit Cathedræ Apostolice, vt martyrem potius, quam hæreticum, vel hæreticis fauentem pontificem sustinere potuerit.

Vlphilas Gotthorum Episcopus Arrianus, qui Vltiora Istri tenebant, Gotthicas literas inuenit & scripturas diuinas in Gotthicam linguam primus transtulit. *Socrat. lib. 4, cap. 33. Sozom. 6, cap. 34. Trip. 8, cap. 13. & 5, cap. 36, 38.*

Hofius centenarius maior moritur, de quo hæc feruntur.

Concilium Nicenum propè auctoritate sua confecit. Sardicensi quoque illud confirmanti egregiam operam præstitit. Sirmiensi vi adesse coactus, Arrianæ formulæ verberibus compulsus subscripsit. Mediolanensi ab Hilario confirmatus non cessit. Inde ætate vacillante similitudinem substantiæ, non vnitatem in Hispania docuit. *Sulpitium & Isido. lib. de Viris Illustr.*

Hinc fortasse Hofij deliramenta apud Hilarium contra Constantium.

Valens Catholicam fidem Constantinopoli extinxisse videbatur, at vbi Greg. Nazanzenus eodè suo Episcopatu translatus est, pro paruo oratorio, in quo conuentus primum habuit, maximum accepit, & Ecclesiam latentem, quanta esset, ostendit. *Sozom. lib. 6, cap. 17. Socrat. lib. 5, c. 7.*

Lucifer Sardinæ Episc. schisma in Ecclesiam de non recipiendis Arianis in Sacerdotium, post eiuratum errorem contra D D. Hilarium & Damasum excitauit, non hæresim. *Aug. de hære. Gennad.*

Eius magna erat autoritas, vt qui se nunquam Ariani alicuius comunione postulisset. *Hieron.*

Anni Christi. 356

Anni mundi 4444

Romanum, in quo Felix electus est Papa, & aliquot ab Ecclesia separati. *Plat. Isid. tom. 1. Conc. Ab Arianis tamen fuisse creatum voluit Ruf. & Hieron. in Acacio de Vir. Illu. & Marcel. comes contra Niceph. 9 cap. 35.*

Romanum aliud 48. Episc. Omnibus Episcopis esse ad concilium veniendum.

Seleuciense in Isauria contra Arianos eodem tempore ab Orientalibus Episcopis actum, quo alterum Arimini ab Occidentalibus in Italia. *Socrates & Sulpitius lib. 2.*

Hilarius quartum iam exilij annum in Phrygia agens interfuit. Duo salutaria obiens, vnum quod Occidentalibus suspicionem Sabellianismi ob Arianorum falsos rumores laborantibus, testimonium fidei recta perhibuit, alterum, quod in refellendis Arianis socium se acrem exhibuit.

Biterrense contra Ariminensis Concilij formulam præside Hilario Pictauiensi ab exilio reuerso sub Iuliano Apostata. *Ipsè lib. de Synodis.*

38.

368 .: M. FOELIX N. ROMANUS, an. 1. 4456

369 mens. 4. dies 2. 4457

Patriarchis. Alexandria Athanasio. Antiochia Paulino.

Anni Christi. 359

Anni mundi 4457

Hierosolymis Cyrillo.

Constantinopoli Eudoxio Arriano.

Principibus.

Valente Arriano, an. 13. Ori. & Valentiniano Catholico Occid. Impp. an. 11.

Sapore Persarum nono rege.

Shenden Aethiopiæ pretioso.

Clogio. Franc. Duce.

CONC. Laodicenum contra Arrianos confirmatum in Trullo. *Isid. tom. 1. Conc.*

Lampfacenum. *Eutrop. lib. 10. Niceph. 11. cap. 3. Hist. trip. lib. 7, cap. 12.*

39

359 n S. DAMASVS LUSTANUS, an. 19. 4457

388 mens. 3. dies 11. 4476

Vacat sedes dies 11.

Audæus anthropomorphita. *Epiph.*

HVMANA.

Valentinianus militum consensu factus Imp. post 30. dies Valentem fratrem consortem imperij & Augustum nominat. Repressit Alemannos & Saxones, quorum primum hic fit in bellis mentio. Regnat annos 11. Ei circiter triennium Valens superstes fuit, in tugurio à Gotthis concrematus.

Post eius mortem Gratianus & Valentinianus 2 filij è Cæsaribus Augusti facti sunt, sed imperij sexto ille Lugduni à Maximo Galliæ præfecto, hic Viennæ insidijs Arbogasti Gotthorum ducis interfectus est. Ita vtrique eodem anno Theodosius Mag. quem Gratianus, dum viueret in imperij societatem ascuerat, successit.

PONTIFICVM Romanorum vitas conscripsit & opus ad sua vsque tempora perduxit, quas alij deinceps continuarunt. A Damaso ad Nicolaum primum Anastasius S. R. E. Bibliothecarius. A Nicolao 1 ad Alexandrum 2 Guillelmus alter bibliothecarius. Ab Alexandro 2 ad Honorium 2. Pandolphus Pisanus. Ab Honorio 2 ad Honorium 4. quidam anonymus ex Martini Poloni opere de vitis pontif. Ab eodem Honorio vsque ad Urbanum 6. Theodoricus Niem Germanus. Ab Urbano 6, ad Martinum vsque quintum alius quidam incertus. Quousque Damasi liber, vt circumfertur, est perductus.

Multa alia scripsit. Extant aliquot eius epistolæ, ad Athanasium & alios episcopos Ægypti, ad Paulum Antiochenum, ad tria concilia Africa, Professio fidei Catholica, &c.

Per seditionem obtinuit pontificatum contra Ursicianum. *Ammi. Marcell. lib. 27.*

Vnde & sanguinariam eius ordinationem obiectant Augustino Pelagiani. *lib. 6. contra Pelagianos.*

Iudicio tamen Dei electum ait Ambrosius, *Orat. contra Symmachum.*

Bibliis SS. à Hieronymo versis primus dedit auctoritatem, cum prius septuaginta interp. versionis vsus esset. *Plat.*

Quod non obtinuit in psalmis, quoniam Clerus inueteratum cantum dediscere noluit. *Plat.*

Symbolum Constantinopolitanum in locum Niceni cantari iussit ad Missarum solennia: quod vsque hodie perdurat. *Sigeb. Rupert. lib. de diuin. Offic. cap. 21.*

In principio sacri, vt Confessio diceretur, instituit. Epistolas & Euangelia, vt nunc annuatim in Ecclesia leguntur, (per Hieronymum, infra) collegit. *Honorius lib. 1, cap. 88. citante Cassandro in Liturgia pag. 44.*

Ira desit vetus versio, quæ erat 70. cæpit noua, id est, Hieronymiana. ex D. Gregorio præfat. in Job. Hieronymi enim, qui de Hebræo in Latinum eloquium sacras scripturas tantummodò conuertit, editione generaliter omnes Ecclesiæ vsquequaque vtuntur, pro eo quod veracior sit in sententiis, & clarior in verbis. *Isid. lib. de officis.*

Eius tempore fuisse Cardinales docet Volater. lib. 22. Anthropologia. Inuenio (ait) in antiquis tabulis apud Ecclesiam Aretinam Donationis cuiusdam Zenobij senatoris Romani eidem Ecclesiæ vsque

tempore Damasi Pont. factæ, vbi est huiusmodi subscriptio, Et ego Io. S. R. E. Diaconus Cardinalis ex parte Damasi pont. laudo & confirmo. Itaque non video cur D. Hieronymus Damaso charus non fuerit R. E. Cardinalis presbyter. nisi quod non magnos habebat reditus non onerabat Ecclesiam nimis sumptibus, non erat &c. Non ergo placet, quod quidam scribunt nomen & dignitatem fuisse conditam à Benedicto 8, sub an. 1033. Nam & D. Gregorius Cardinalem sacerdotem commemorat, qui & Episcopus esse non desinit. l. 2 epist. 52 & 25. hujc & dans vsum pallij lib. 7, epist. 5. Multa addere possem, contra hæreticos, sed non sunt Chronologiæ. Aliud est insignia esse recentiora, vtpotè illis addita circa illum annum, deinde amplificata circa annum 1250 ab Innocentio quarto, aliud Cardinalium rem & nomen veteribus fuisse incognitum.

Chorepiscopos sustulit, quos nunc suffraganeos, vel Episcopos portatiles appellamus. Episcopos, qui eis vtuntur, epist. 4 meretricibus docens esse similes, quæ statim (ait) vt pariunt infantes suos, aliis nutricibus tradunt educandos, vt suam citius libidinem explere valeant. Sic & isti infantes suos, id est, populos sibi commissos, istis educandos tradunt, vt pro suo lubitu voluptatibus secularibus seruiant, &c.

Chorepiscopos autem Onuphrius in Epitome Romanorum Pont. interpretatur coadiutores, vt Linum & Cletum ait fuisse Chorepiscopos, siue coadiutores Petri. Et sic sumere videntur Græci, vt Basilijus Epistola ad Chorepiscopos, & Canon Nicenus & Antiochenus decimus & Synodus Neocæsariensis.

Damasum rogauit Theodosius, vt alicui viro docto officium Ecclesiasticum committeret ordinandum, atque ita Hieronymo commendauit, qui Psalterium per ferias distinxit. *Beletius ex hist. Longobardica.*

Cum antea recto ordine diceretur, non habita ratione dierum & materiæ.

Atque hinc fortasse Canoniarum horarum institutionem ei, & D. Hieronymo & Ambrosio assignant Sigebertus in Chron. & Radulphus Tungrensis, quod & confirmet Psalmorum per totam Hebdomadam iam indetum in Romana Ecclesia, tum in Mediolanensi distributione.

Sed refragatur ipse Hierony. qui epistolis ad Latam & ad Demetriadem earundem horarum vsus non nouum tum fuisse disertis verbis ostendit.

Quare & constitutio Apostolica memoratur apud Clementem, lib. 8. *const. c. 40.* & Cyprianus multo antè, earum institutionem confirmauit sub finem libri de Oratione Dominica, & Athanasius libr. de Virginitate, & Basilijus in regulis fusiis disputatis interrog. 37. & in Asceticis pag. 381. Græci exemp.

Gregorius Nazanzenus cog. Theologus, qui Constantinopolitanam sedem ab Arrianis Episcopis purgavit & Catholicis reddidit in annos 45. sub quinque aliis pontificibus Catholicis, Nectario an. 16. Chrystomo 6, Arsacio 2. Attico 20, Sisinnio vno, vsque ad Nestorium.

Basilijus Cæsariensis, qui sub annum 379 Deo agit animam, quo obeunte Ambrosius Episcopus Mediolanensis fit in annos 30.

Anni
Christi.

369

Patriarchis.

Anni
mundi

4457

Alexandria Athanasio,
deinde Petro 2. an. 7. Timotheo.
an. 7. Theophilo an. 27

Antiochia Paulino.

334

Hierosolymis Cyrillo.
Constantinopoli Eudoxio.
Arriano, mox Euagrio D.
1. Demophilo ann. 10. Gregorio
Nazanzeno an. 4.
Maximo inuasore an. 1.
Nectario. an. 71.

Principibus.

335

Valentiniano quinquagesimo,
Valente an. 3. & eo exusto,
Theodosio 1. Magno an. 27.
Orient. Gratiano & Valentiniano
2. fratrib. ann. 6. Occid. Imp.
Sapore Persarum reg. Artaxerxe
2, an. 4. Sapore 3. an. 5.

Sthenden Aethiopia, deinde
Zacham, ann. 9. inde San,
an. 13.

Clogio, & post eum, Marcomero
Franc. Duce.

388

4476

Anni
Christi.

383

CONCIL. Romanum de
S. Spiritu contra Arrium, Macedonium,
Photinum, Auxentium Mediolanensem &
Apollinarem Hieron. in Chron. Isid. in
Damas. Hist. trip. 9. cap. 5. 12. 13. 14.
16. cui interfuisse Theod. Imp. significatur
apud Theod. lib. 5. cap. 9. & D. Ambrosium,
Ibid. & ipse epist. 90. In eo additur Niceno
symbolo, FILIO QVE. contra eos qui dicebant
S. Spiritum esse filium filij. nepotem
Patris, vt legi in quodam manu scripto
libello Græco anonymo de S. Spiritu à filio
processione à me verso, sed nondum adiuo,
quod conuenit cum Hug. Eteriano lib. 3. de
process. Spiritu Sancti. cap. 16. Et cum
Magist. Sent. libr. 1. dist. 11. Errat enim
Beza, qui in suo nouo Testam. inter ea,
quæ à Synodo Constantin. symbolo Niceno
addita fuerunt, hanc dictionem reponit,
summa antiquitatis ignorantie.

403

Anni
mundi.

4471

Cæsarius Nazianzeni frater, Greg. Nyssenus Basilij,
Euseb. Samofatenus.

Euseb. Vercellenfis. Theotimus Scytharum Episcop.
Timotheus Alexand. Cyrillus Hierosolym. Philasther.
Eustachius, Exuperius, Ambrosius Mediolan. Martinus
Turon. de quo Niceph. lib. 9. cap. 16. Sozon. libr. 3
cap. 13. S. Romanus Gal. Vegetius, Eutropius, Themistius
Philosophus, insignes scriptores.

Hilarius Phrygius vates.

Effrem eremita, qui circiter trecentas versuum myriadas
composuit ad Rythmos & numeros Harmonij hæretici,
quæ in templis postea Syrorum cantari consueuerunt.
Soz. im. lib. 3. cap. 16. Theod. lib. 4. cap. 29. Niceph. lib. 9.
cap. 16.

Ambrosius ritum Antiphonarum, seu responforiorum
hymnorum, è Græca ecclesia in Latinam transtulit. Sigeb.
in Chron. Nauclet. Isidor. lib. de diuin. Off.

Illorum primus auctor apud Græcos creditur fuisse
Ignatius. Socr. 6. cap. 8. Niceph. lib. 1. cap. 8.

Orientis Episcopi Apostolicæ sedi, tanquam filij debitam
reuerentiam præstant. Theod. lib. 5. cap. 9. & 10.

Sine Romani Episcopi, cuius ante omnia sententiam
cognoscere oportet, neque Vincetij, quem ad Synodum
Ariminensem loco sui miserat, consensu, Synodi nullam
habent firmitatem. Theod. lib. 2. cap. 22. in epistola. Romani
concilij.

Diodorus Tarsensis Episc. Chrystomij præceptor,
neglectis allegoriis, simplicem rationem interpretandi
scripturas celebrem reddidit. Soc. lib. 6. cap. 3. Sozo. lib. 8.
cap. 2.

Scriptit præter innumera alia Chronicon, corrigens
errorem Eusebij Pamphili de temporibus. Suidas.

Gratianus Episcopus Catholicos à Valente eiectos,
ab exilio reuocat, Arrianos sacris ædibus expellit. Theod.
lib. 5. cap. 2. legem fert, vt cuncti subditi eam religionem
retinerent, quam Damasus Rom. Pontifex & Petrus
Alexandrinus custodirent. Soz. om. lib. 7. cap. 4.

Pontificis Maxim. titulum sibi ab imperio oblatum
recusauit, quod penes ciuilem magistratum ius sacrorum
esse negaret. Zosim.

Arrianus de Deo disputationes lege vetuit. Sozo. lib. 7.
cap. 6.

Theodosium consortem imperij nominat, & cum eo
4. an. regnat. Lugduni à Maximo interficitur. Hinc Maximus
imperij vsurpator eos motus excitat, quos Ambrosius
apud ipsum legatione fungens, Valentiniani nomine,
explicat epist. 27.

Moritur Athanasius ann. 377. cum Episcopatum
Alexandrinum pace belloque gessisset annis 46. post
multiplicia illa pro Ecclesia certamina quorum similia
Episcoporum aut doctorum Ecclesiæ neminem sustinuisse
vnuquam legimus. Nazan. Socr. Sozo. Hier. in
Chron.

Nam præter quotidiana & continua exilia sub
Constantio, latuit in puteo aquam non habente,
in quo nunquam solem aspicere posset, sex totis
annis. vbi suum Symbolum condidit. (Nacl. 12.
generat.) Toto ferè Iuliani imperio Alexandria occultitur,
cum per orbem ad necem conquireretur. Sub
Valente continuos 4. menses in paterno delituit sepulchro,
&c.

Hieronym. Epistolas & Euangelia, vt hodie habet Ecclesia colligit & ordinat Damasi iussu. *Radulphus de canon. Obser. cap. vltim. Beletius ration. diuin. cap. 57. Berno lib. de Missa.* cum prius ex institutione Alexandri Epistola & Euangelium satis incertum legeretur. *Honorius lib. 1. c. 88. citante Cassandro in Liturgicis pag. 44.*

Extat liber, qui Comes dicitur à Pamelio magna diligentia vulgatus. Hoc verissimum ex eo intelligitur, quòd antea Patres vetustiores lectionum duntaxat meminerunt in genere, vtriusq; testamenti, post Damalum etiam certarum lectionum Apostolicarum & Euangelicarum, vt Ambrosi. Aug. Leo Pap. Saluianus, Cæsarius, Chrysológus, quorum etiam quatuor posteriores translatione D. Hieronymi vsos conitat.

Hieronimus aliqua alia in ecclesia instituit, vt etiam ipse D. Gregor. notat epist. 1. ad Ioan. Syracusanum, quam citat Amallarius, *lib. de Offic. Eccles. 4. cap. 33.*

In chartis Ecclesiasticis iuuat Damalum & Orientis atque Occidentis consultationibus respondit. *Ipsè epist. ad Geruntiam.*

Romam cum Paulino Antiochiæ & Epiphano Cyri Episcopo eum traxit ecclesiastica necessitas. *Ad Paulin.*

Auctor fuit nouæ Latinæ editionis, quam & ipsi Hebræi ferebantur esse veracem. *August. lib. 38. de Ciuitat. cap. 43.*

Quam Apostolica sedes iam inde à Damaso vulgatam fecit, cum antea varia è 90. interpretibus expressa conuersio in pretio esset. *Platina in Damaso. Greg. prefat. in Job. & lib. 20. in Job. cap. 23. & pref. Moralium. cap. 5. & lib. 11. Sic Isid. lib. 2. & 6. Erymol. cap. 5.*

Vnde eius præfationes & argumenta singulis libris præfiguntur huius editionis, propter quam & cum qua conscripta sunt. *Ipsè ad August. epist. 11. inter epistolas Augustini.*

Quare & illam ei tribuunt Hebræi, R. Selomo sapius, nunquam eum sine laudis præfatione nominans, & interdum ad locorum aliquorum explicationem allegans, titulo ספר הדין *Sacerdotis.* R. Ioseph Albo lib. 3. hikkarim, 25, eum חכם המעורק *sapientem translatores appellans.* R. Kimhi in Psalm. 110. Elias in Tisbi, & in Rad. ספר אבות Kimhi sub nomine ספר חכמת גרונד *sapientis vel docti Hieronymi.*

Damasi decimus annus, fuit, & vitæ & imperij Saporis Persarum regis noni septuagesimus, & vltimus.

Saraceni & Gotthi fiunt Christiani. *Socrat. 4. cap. 33. & 30. & labuntur in Arrianismum. Iournand. de reb. Geti. & Ab. Vspersensis.*

Messaliani, qui Psalliani, Euchitæ q. orantes & Enthouistiæ. i. Deo afflati, vocantur, negant carnem Domini prodesse vel obesse sumptam in sacramento Eucharistiæ. *Theod. 4. cap. 11. semper orant, docent Baptismum non conferre gratiam, nec expiare peccatum, nec opus esse ieiunare, & à cibis quibusdam abstinere. Hist. trip. 7. cap. 11. Damasc. de hæres. August. her. 57. Theod. lib. 4. fab. her.*

Vocantur & Valentiniani, quòd his Valentini & Valentis temporibus pullulauerint. Item Bogomili. *Hermopolus lib. de sectis.*

Vigilantius & Iouinianus hæretici, ille SS. venerandos & orandos, eorū item reliquias osculandas & sepulchra veneranda negat: ceremonias ecclesiæ, vt cereorum

Anni Christi. 377
383
388

Illyricum, de Trinitatis vnitae, Theod. 4, cap. 9. Hist. trip. 7. c. 8.

Aquilienfe, presente D. Ambrosio cõtra Palladium & Secundinu Arrianizantes, (quod Beza & alij perperam existimant fuisse vniuersale.) Ex Gallia & Italia.

Valentinum in Gallia, episc. 30. sub Gratiano, cui Fægadius, sine Sabadius ep. Agennensis præfuit. Isid.

Anni mundi 4463
4471
4476

accensio-

Anni christi.

369

388

Anni mundi.

4457

4476

Mediolanense paucorum Episcoporum, contra hæresim Iouiniani, qua negabat Mariã in partu fuisse Virginem, id est, peperisse Christum integris virginalibus claustris. Ambr. epist. 80. & 81. Aug. de hæres. ca. 82. & libr. 1. contrã duas litteras Pelag. cap. 2.

Casauiganum in Hispania contra Priscilianistas, Sulp. lib. 2. hist.

Schisma 2.

Vrsinus, siue Ursicinus sedit in schismate contra Damasum. Ruf. 2. cap. 10. Ammia. Marcell. lib. 27.

accensionem, ieiunia (Hieron. ad Riparium) desinit, continentiam hæresim, pudicitiam libidinis seminarium esse (libro contra Vigilantium) hic damnat delectum, ciborum: monachis & monialibus post votum nuptias permittit: asserit peccata omnia esse æqualia: virginitatem eiusdem esse meriti cum coniugio: liberum esse hominem post Baptismum ad bene agendum, sed non ad peccandum. nullam meritorum distantiam fore in futuro sæculo: eum ideo anathematizat *Aug. de temp. in festo Trinit. serm. 3, & lib. de bas. in eos scripsit Hier. tom. 2, & ad Riparium.*

Hereci Nestoriani negabant Corpus Christi esse in sacramento, nisi in ipso vsu. *Cyrl. epist. ad Cacosyruon & Tho. 3 par. 9. 72 art. 10.*

Heluidiani Virginitatē D. Mariæ oppugnantes *Aug. de her. Hieron.*

Nihil in doctrina Catholica à tempore Apostolorum ad hanc vsque ætatem immutatum fuit, maxime Romæ *Io. Caluinus Inst. 6. Gallic. lin. 4, cap. 2, sect. 3, & epist. ad Sa-deletum.*

Statue tibi quæso (inquit) ob oculos veterem illam Ecclesiæ faciem, qualem Chrysofomi aut Basilij ætate apud Græcos, Cypriani, Ambrosij, Augustini sæculo apud Latinos extitisse ipsorum monumenta fidem faciunt,

HVMANA.

Athanasius, anno primo Damasi. i. 369 electus dicitur in regem Gotthorum siue Getarum. A quo rerum Hispanicarum scriptores Gotthorum reges numerare incipiunt, anno 5 Valentis. *Isid.* qui Christianos crudelissimè est persecutus, vt eorum plurimi in Romanum solum fugerint, tanquam ad fratres. *Oro. lib. 7, cap. 19.*

Rebus deinde inter ipsum & Frigidernum diuisis, Gotthi se metuis cædibus attriuerunt.

Athanasius autem rerum potitus, à Valente missis sacerdotibus hæreticis Arrianismo cum tota sua gente imbuitur, quo gens infecta fuit per 213, annos, id est, vsque ad Ricaredum à Leandro Hispalensi conuersum, *Isid.*

Transito Danubio Valenti se dedentes Gotthi Thraciam habitandam accipiunt, sed seruitutis impatientes mox rebellant, & Valentem bello superarum in villula exurunt.

Terentio Duci Maximo à victoriis ex Armenia reuertenti Ecclesiam vnã Antiochiæ Catholicis petenti, Valens denegat, atque aliud petere iussit. *Niceph. lib. 11. cap. 49.*

Gotthi ab Hunnis gente Scythica suis sedibus expelluntur. *Niceph. lib. 11. cap. 48. Bonfi. 2. dec. 1.*

Hunorum gens Barbara prius incognita subito Valente Imperatore emerfit, ex Asia transiens in Europam, Cimmericio Bosphoro è limo, quem Tanais fluius conuehebat, terra constrato, Scythas trans-Istrum habitantes inuasit, id est, Gotthos, Taifalos, &c. *Zosim. lib. 4.*

Valens & Valentinianus studiis religionis sæuiente Arrianismo inter se discordant, vt paulò antè Constantius & Constans, & mox Valentiniani filij Gratianus & Valentinianus minor.

Nam Catholici fuere Constans, Valentinianus maior, Gratianus.

An. 385. Maximus militum præfectus Gratiani Imp. in Britannia militari favore imperator aduersus Gratianum ipsum appellatus, tantas mox opes adeptus est, ut ex Britannia in Galliam penetraret, ac Gratianum Treuiris fugientem, apud Lugdunum occiderit, & Gallias Hispaniasque sibi adiunxerit. *Sulp. lib. 2.*

Apud quem legationis munere fungitur nomine Valentiniani Iunioris Ambrosius, ipse epist. 27, & seq. Occidentis imperium occupauit annis quinque, sequenti obiit Damasus.

Valentinianus 2 à suis cubiculariis Viennæ Gallorum occiditur.

Theodosius à Gratiano imperator Orientis creatus à Miletio Episcopo Antiocheno fascibus imperialibus exornatus est & Diademate coronatus. *Sigeb. in Chronico* Vel potius à Paulino.

Certe apud Zonaram ex verbis Ambrosij, quibus Theodosium, cum synagogam cõstrueret, aggressus est, colligitur, ab aliquo sacerdote diademate fuisse decoratum.

Atque hinc primum hunc morem coronandi Romanos principes reperio, nisi quod Ambrosius epist. 33, ex veteri iure donata à Sacerdotibus imperia, non usurpata testatur.

Hinc Alanos, Gotthos & Hunnos vicit, fuditque. Cum Persis pacem pepigit. Maximum tyrannum apud Aquileiam extinxit, Victorem eius filium necauit. Engenium alterum tyrannum atque Arbogastem opressit. Optimis legibus imperium rexit, ut cum lege ministeria lasciuia, psaltriasque comestationibus adhiberi prohibuit. consobrinarum nuptias vetuit. Sicque in pace vtrumque imperium Arcadio & Honorio reliquit, corpore eius Mediolano, ubi excefferat, Constantinopolim translato. Augusto, Traiano & cæteris principibus melior, & c. *Ex Sexto Victore Pagano.*

Gothi mortuo Athanatico, illius ditioni se subdiderunt. *Oros. & Isidor.*

Sed post Alaricum regem creant, de quo mox. Romani Galli que Franconiam inuaserunt. Clodio in prælio cecidit. *Eutrop. lib. 10. Tritie.*

Ammianus Marcellinus historiam Romanam ab anno Christi 98. vsque ad 382 perexit. Sextus Aurelius Victor ab Augusto, vsque ad mortem Theodosij siue annum Christi 400.

o QYATVOR reliquit epistolas, quarum vna damnat Iouinianum.

Priscillianistæ in Hispania præsertim, quorum auctor sæculi gladio percussus est. *Sulpitius. Hier. in Chron.*

Heludiani siue Antidicomarianitæ. *August. de hæres. Epiph.*

Dorotheus hæreticus, à quo Pstatyriani, siue Gotthiani, Meliniani, Patriciani, & Symmachiani. *Epiph.*

Priscilianus in Hispania, Gallæcia ex Manichæorum & Gnosticorum dogmatibus hanc sui nominis hæresim condidit. *Prosp.*

Magicas artes ab adolescentia nouerat. Præcipue autem mulieres deprauauit, quod rerum nouarum studiose, quod fide imbecilla & curioso ingenio sint. *Sulp. lib. 2.*

Anni
chr isti.

388

403

40.

o S. SYRICIVS, alias
Vrsinus Romanus, an. 15.
mens. II. dies 25.

Vacat sedes dies 20.

Patriarchis.

Alexandriæ Theophilo.

Antiochiæ Paulino, deinde
Flauiano, an. 34.

Hierosolymis Cyrillo, mox
Ioanne 2, an. 29.

Constantinopoli Nectario,
deinde Ioanne Chrysostomo
an. 6, mens. 3, dies 26.

Anni
mundi.

4475

4491

Anni
Christi.

388

403

Anni
mundi.

4476

4491

Principibus.

Theodosio Mag. quinquagesimo quarto cum Valentiniano 2. an. 7. post necem Maximi in Imperium restituto, & eo mortuo cum filiis Honorio & Arcadio Imp. an. 3.

Sapore 3. deinde Varanane an. Cog. Cermasat. an. 11 hinc, Isdigerde an. 21. Persarum.

San Aethiopia, deinde Igga an. 18.

Marcomero Franc. Duce.

Romam venit cum turpi sceminarum vitorumque comitatu, Damaso se purgare cupiens, sed ne in conspectum quidem eius admittus est. Regressus Mediolanum æquè sibi aduersantem Ambrosium reperit. *Ibid.*

Eius sectatores ad occultandas contaminationes, & turpitudines suas habebant in suis dogmatibus hæc verba. *Iura, periura, secretum prodere noli. Aug. in lib. de hæres.*

Verbum perfectionis & scientiæ sibi vendicantes soli cum solis clauduntur mulierculis, & eis intercoitum, complexusque decantant, &c. *Hier. contra Pelagian.*

Abylæ fuit Episcopus, non Phænices in Syria, ut putauit Erasmus in Epist. Hieron. ad Ctesiphontem, sed Hispaniæ, ut ex Aug. patet.

Damnatus prouocauit ad Maximum tyrannum. auditus Treueris, eius gladio punitus est. *Hier. in Chron.*

Epiphanius Salminius in Cypro. Theophilus Alexandrinus, Synesius Cyrenicæ Episc. Optatus. ipse lib. 2. Isychius presbyter, Paulinus cognom. Humerius, Pacianus Barcinonensis, Fæbadius Agennensis, Delphinus Burdegalenis, Pontius apud Ausonium, Claudianus poëta. Exuperius Tholosanus.

Iussu Theodosij fana Paganorum à Iuliano Apostata & Valente aperta clauduntur, & sacrificia prohibentur, pecunia, quæ ad ea è fisco ministrabatur, denegata. *Zof. lib. 4. Theod. lib. 5. ca. 20.*

Ad senatum, qui patriis sacrorum ritibus inhærebat, orationem habuit, ut Christianam fidem amplecterentur. *Ibid. in fine.*

Arrianos, cum per annos 40. oratoria Constantinopoli tenuissent, vrbe expellit. *Socr. lib. 5. ca. 7.*

An. Christi 400. præfinitè D. Ambrosius mortuus est, quo anno etiam D. Ioannes Chryf. Patriarcha Constantinop. creatus est. Quare putarim ex Ambrosio, Chrysostomum sua commentaria in epistolam ad Hebræos deduxisse, non contra.

Per Iouium & Gaudentium comites omnia Idolorum templa spoliata Theodosij imperio. Symmachus reiectus, qui aram Victoriæ in senatu restitui procurabat. *Prosper parte. 3. de promiss. cap. 38.*

Nectarius Constant. patriarcha sustulit Pœnitentiariorum, quorum scilicet munus erat publicam & solennem pœnitentiam iniungere, abrogans pœnitentiam publicam, id est, publicam confessionem & satisfactionem, occasione cuiusdam mulieris, quæ iussa cum ieiuniis & oratione in Ecclesia permanere (id est, publicè pœnitentiam agere) vitata fuerat. Sicque publicam confessionem & satisfactionem in priuatam vertit. *Hanc interpretationem probat Spenceus cen. 7. Apophtegmatum è Sozo. lib. 7. c. 16. Socr. lib. 5. c. 19 Niceph. lib. 12. c. 28.*

Quod imitatus Leo magnus in Occidentis partibus paulo post, sufficit (inquit) deinceps reatus conscientiarum solis sacerdotibus indicare confessione secreta, & remoueat tam improbabilis consuetudo &c. Epist. ad Episcopos per Campaniam & Piscenam.

Sub an. 400. obiit D. Martinus tot miraculis in Gallia clarus, ut veteres Galli ab eius obitu passim annorum suorum enumerationem duxerint.

Eodem anno moritur D. Ambrosius, cui succedit Simplicianus, quem Augustinus initio sui Episcopatus consulit de Iacob electione & Esau reiectione, contra Pela-

gianos. Prosper respon. 1. ad excepta Genuensium.

Augustinus deinceps viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei Pelag. Catholicam aciem duxit. Idem pref. lib. de Gratia contra Collatorem.

Hinc minister Gratiæ & admirabilis gratiæ prædicator ab eodem passim dicitur.

Præter pelagianos confecit Manichæos, Donastitas & Arrianos. Nam eius cum adhuc esset presbyter conflictatio fuit publica duobus diebus cum Fortunato Manic. in vrbe Hipponensi, adhibitis notariis, qui singula exciperent, in qua infœlix Fortunatus non fuit conuersus, sed tantum percussus. Altera in eadem vrbe tribus diebus cum Fœlice Manichæo, sed exitu fœliciore. Tertia fuit celebrior in eodem etiam loco cum Maximiano Arriano, sed nullo successu. Extant harum collationum acta apud Aug. Quarta Carthagini cum Pascentio comite Arriano, vbi Laurentius iudex episto. 174 & 178. Quinta cum Donatistis de Ecclesia, quam Baldunus emendam & illustratam edidit. Sexta cum Fortunio Episcopo & Donatista, &c.

HUMANÆ.

Theodosius senior exemplo Constantini magni Cyclum Paschalem ordinandi curam mandat Theophilo Alexandrino Episcopo & Mathematico & inter Mathematicos, qui in Ægypto erant celeberrimi, versanti. Ille Cyclus dicitur Alexandrinorum & Græcorum, cui dum non acquiescit Innocentius in Epist. ad Aurelium Carthagi. Episcopum tempore Augustini, Dionysius Abbas Romanus, item Mathematicus, ad suum, quem tamen paucis mutatis ex illo Alexandrino duxerat, paulò post tempore Leonis Magni, vel iuxta alios Bonifacij, nostros assuefecit. Ex Stoflero & computorum Eccl. auctoribus. Ea Theodosij ætate Olympiades desierunt celebrari, & earum loco substitutæ sunt Indictiones. Cedrenus. Ex constitutione Constantini, supra.

Rei militaris duces, tribunos, cæterosque præfectos duplo plures constituit. Vnde factum, vt fiscus nimis annonis grauaretur. Nam quilibet eorum non patrem suam, sed lacrum integrum, ac si pauciores fuissent, colligere volebat. Zosimus lib. 4. Si impio credendum. Cum cõtra grauationes subditorum veritus, multis è suo restituit. Victor & ipse Paganus.

Postremus Romanum Imperium integrum in Occidente & Oriente tenuit.

In schola Romana tres Oratoriæ, decem Grammatices, quinque Sophistas siue logicæ professores, vnum Philosophiæ, duos iuris & legum doctores instituit. leg. Vniuersos, Cod. de studijs liberalibus vrbe Romæ. Edictum hortatu Amphiloichij Episcopi conscribit. quo arriani ex vrbibus eiiciantur. Theod. lib. 5. c. 16.

Leges scripsit, quibus mandabatur lucorum Idolis dicatorum destructio. Constantinus enim sacra dæmonum prorsus sustulit. Fana tamen non subuertit, sed inaccessa esse iussit. Quod continuarunt filij. Iulianus impietatem renouauit. At Ioninianus paulò post Imperium adeptus, rursus simulachrorum cultum prohibuit. Quibus legibus Valentianus Europam gubernauit. Valens verò cunctis alijs, quam delegissent religionem, permisit, cum

Anni
Christi.

388

CONCIL. Charthaginense 2. in Trullo confirm. in quo canones 12. editi sunt.

Romanum.

Burdegalense contra Priscillianum præfente S. Martino. Seuer. lib. 2. Prosper in Chron.

Telense contra Ioninianum. Isid. Tom. 1. Conc.

Carthaginense 3. Episc. 44, in quo can. 49, cui interfuit Augu. Prosper in Chron. confirmatum in Trullo.

Carthag. 4. cui subscripsit Aug. Tom. 1. Conc. habet can. 104, confirmatum in Trullo.

403

Anni
mundi.

4476

4491

Anni
Christi.

388

403

Annus Dom. cccc. quo præfinitè Arcadius & Honorius, & apud Persas Idigerdes adeunt imperium, D. Marinus & Ambrosius moriuntur, Ioann. Chrysostomus pontificatum Const. Augustinus Hipponensem suscipiunt.

Hoc quarto seculo continuatio doctrine sic habuit. Millæ Basilij, Ambrosij, Cyrilli Hierosolymitani,

Damasi, & Hieronymi in libro, qui inscribitur Comes, eius ritus apostolici apud Basil. ca. 17. de Spiritu sancto. Nazianzenus orat. coram Gregoriorum arbitrium. Athan. contra gentes. Basilij lib. 3. contra Eunomium. Nazianzenus orat. coram Gregorio patre habita. Epiph. lib. 1. Panarij, manifestum est clarumque ac minime ambiguum, quod liberum arbitrium exhibuit nobis Deus, & c. Hieron. Epist. ad Cresiphontem, ad Demetriadem. In Es. lib. 3. & alibi, qui tamen contra Pelagianos scripsit. Nyssenus lib. peculiari, de lib. arbitrio. Lactantius & ceteri. Iustificationem non excludere præsentem dispositionem, vel futura bona opera. Ephrem lib. de vera penitentia. Hier. lib. 8. com. in Esaiam & in 4. Daniel. Hinc bona opera partes iustitie, Nyssenus orat. 2. de amandis pauperibus vocat. Præstandum enim aliquid esse ex proprio, Hilar. cap. 7. in Mat. & in pref. in Psalmos. Nazianzenus orat. de pauperum cura. Amb. epist. 82. Bona opera, castitas, continentia, humilitas, obedientia, ceteraq. virtutes anime penna sunt, quibus ad Deum subuolat, Ephrem lib. de beatit. anima c. 2. & in lib. de extr. iudicio, & Ser. de virginitate. Athan. Apol. ad Constantinum. Basilij Ser. exhortatorio de renuntiatione huius seculi. & lib. de virginitate & in Asceticis: Theophil. Alex. lib. 3. Pasc. Denique tota hac ætas sanctis operibus plurimum tribuit. Imagines, Prudent. & c. & c. carmen de Casiani imagine posita super memoria martyris. Nazianzen. 40. epist. ad Olympium exempl. Græci. 49. Latini, tempore suo templa statuis (ἀδείδων) exornata fuisse. &

Anni
mundi.

4476

4491

solis autem Catholicis bellare nunquam cessauit. Toto igitur ipsius Imperio, in aris ignis ardebat, simulachra libationibus ac sacrificiis honorabantur, in foro publicæ epulæ dabantur, initiati orgijs Bacchi cum parmis cursitabant, canes discerpentes, insanientes, bacchantes, & alia idololatrica peragebantur. Huic succedens Theodosius ista omnia funditus euulsa sempiternæ obliuioni tradidit. Theod. lib. 5. c. 20.

Idolorum ergo cultus, qui Constantini constitutione deinceps negligi & destrui cœperat, Theodosio imperante collapsus est. Russ. lib. 2.

Idigerdes persecutionem decimam quintam mouet in Perside, quæ annos 30, durauit. Nam continuatur à Gororane filio. Theod. lib. 5. c. 39.

Symmachus vrbe præfectus Idolorum pontifex minor, & quidam Romani Gentiles veterem religionis vsum fieri, aram Victoriæ, quam Gratianus euertierat, in curia Romana restaurari, vestales de fisco ali postulant apud Valentianum 2. His respondet Ambrosius duabus epist. 39 & 31, & obtinet. Relationem suam orationem siue epistolam vocabat Symmachus.

Theophilus Alexandrinus præter cætera Cyclum de obseruatione Paschæ per centum annos digessit, & Latertulum inscripsit.

Idque propter exortas de celebritate Paschæ inter Latinos & Græcos controuersias, quòd Latini iuxta Concilium Cæsareæ Palestinæ nollent vnquam Pascha excedere vigesimum primum Aprilis, ne illud celebrarent mense immundorum, id est, secundo. Cum enim æquinoctium à Patribus Nicenis esset fixum 21 Martij, & inter 21 Martij & 21 Aprilis sit mensis integer, id est, dies 30, quicquid illum limitem excedebat, contendebant ad secundum ab æquinoctio mensem, in lege immundis ad celebrandum Pascha assignatum, pertinere.

Quæ interim contentiones, etiam si interuenisset Ambrosius epist. 83, per hunc Theophili Cyclum non ita sunt oppressæ, quin adhuc renatæ sint sub Innocentio Hilario, Leone, donec res composita per Dionysij Abbatis Cyclum, de quo suo loco.

Idque, quia intercalationes non fiebant apud vtrosque eodem modo & anno. Quod fere bis recurrebat intra 19 annos, dum in Aurei siue Chaldaici numeri dispositione inter se differrent E Stofleri Romano Calendario.

Marcomerus Francor. Rex Gallias inuadit, ac omnia loca quæ Maximus occupate crepente præter Armonicâ siue Britanniam minorem, quo cæso à Valentiano regnum penes duces aliquandiu fuit.

lib. de infomnio de Anastasia Ecelesia quæ tōis ἡ μεγάλη αὐχὸν ἔδος χριστοιο μαθητῶν, πλὴρ αἰσ σαυροτῶν ποίς τέτραχα τελευτῶνον. Cum quibus eiam est superbum templum Christi discipulorum, lateribus crucis pictura figuratis quadrifariam infectum, de imagine Crucifixi Athanasius librum edidit. Imaginem Christi à Iuliano Apostata euersum Christiani in Ecclesiam referunt. Sozo. lib. 5. c. 2. Constantinus signum crucis sibi monstratum in celo in militaria vexilla transformat, in dextra sua signum aliud crucis ex auro fabrefecit. Euf. 1. vita eius. Probiano nolenti crucem adorare Deus apparens signum monstrauit crucis, quod erat positum in altari eiusdem Ecclesia. Idem lib. 2. Crucifixi imago in adibus imperatoris posita cum gemmis & c. lib. 3. Nyssenus orat. in Sanctum Theodorum imagines esse idiotis & simplicibus instar librorum, quod Gregorius magnus apud Latinos repetiuit lib. 7. epist. 104. ad Serenum, De Sancta Cruce. eius inuentio fuit huius seculi, Russ. lib. 1. c. 7. & 8. Amb. de obitu Theod. Euseb. in Chron. & de vita Const. Hieron. Indèque distributio in maiores partes, ad quas adorandas semel in anno undique concurrebatur, presertim Hierosolymam, Paulinus Nolanus epist. 11. ad Serenum Sulpitium. Item in articulus, adeo ut ligno S. Crucis tota continens repleta sit, Cyrillus Hierosolym. catech. 4. propter tot per urbem fragmenta credita se multiplicare & habere imputribilem virtutem & indetribilem soliditatem, Paulinus Ibid. Cetera Prud. Hymno ante Somnum. Ephrem de armatura spiritali c. 2. & lib. de pœni. c. 3. & c. Primatus Romani Pontif. Ambrosius 1. Tim. 3. ubi Damasum vocat rectore eius Ecclesia, quæ Domus Dei & Columna & firmamentum ab Apostolo dicitur (i. vniuersalis) nam talem illo loco describit Apostolus. Hiero. passim. Concilium Nicenum, & c. De pœnitentiæ partibus, Exomologesi, contritiones satisfactione. Ephrem. lib. 2. de compunctione cordis c. 3. Hilar. in Ps. 118. ad illud, Exitus lacrimarum transferunt oculi mei. Pacianus ad Sempronianum. Epiph. in Panario & quotquot scripserunt libros. tractatus, homilias de pœnitentiâ & aduersus Nouatianos & Meletianos. qui negabant sacramentum pœnitentiæ esse in Ecclesia. Veritas corporis & sanguinis domini in Eucharist. & transubst. Athan. lib. de Christi imagine. Nyssenus in orat. catechetica, qui & tractatum scripsit de transmutatione corporis & sanguinis Domini apud Nicenam lib. 18. orthodoxia. Cyrillus in mystagogicis. Et quotquot illa ætate huius misterij meminerunt, quorum testimonia Garetius in librum collegit, Tonstallus & plerique alij. Missam esse sacrificium. Nazian. 1. in Iulianum. Mox sacrificij incruenti oblatione manus commaculat. Amb. ep. 33. Missam facere, offerre sacrificium. Item precatione prima preparantis missam. lib. 4. de sacram. lib. 1. offic. 48. Athanas. q. 34. ad Antio. Euseb. lib. 1. c. 10. de Demost. Concil. Nicenum 14. can. Hieron. epist. ad Hedibiam & ad Euagrium. Tota denique illa ætas, ut Rossensis, Sanctius, Canisius & alij demonstrarunt. Missarum solennia & ritus. In Liturgia Basilij. In Missa Ambrosij, libris eiusdem de sacra. & de preparat. ad Missam. in Comite D. Hier. Apud Basil. c. 27. lib. ad Amphilocho. de spirit. S. quod caput veteres Ecclesia traditiones multas complectitur, Cyrill. Hieroso. in Mystagogicis, cum ceteris, quorum sententias collegerunt Cassander & Pamelius in Liturgicis Confirmationis sacramentum. Amb. lib. 3. de sacram. c. 2. sequitur spiritale signaculum, quod audistis, hodie legi, quia post fontem (baptismatis) superest, ut perfectio fiat, quando ad inuocationem sacerdotis, Spiritus Sanctus infunditur, spiritus sapientia & c. Septem. q. virtutes spiritus, & c. Iste sunt virtutes, quando consignaris. Inuocatio sanctorum. Athana. de incarnatione verbi & in Euang. de S. Deipara, & interpr. Psalmorum. Basil. oratio. in 40. martyres. Nazian. in fine orat. in laudem Basilij & orat. in Cyprian. Vbi & virgo quedam amata à Cypriano tunc Mago, inuocatione D. Virginis ab eius amore seruat. Amb. in lib. de viduis. & in precatione. 2. preparantis Missam. Prudentius in hymno Laurentij, de 18. martyribus, de Vincentio. de Cassiano. Hierony. de ea scripsit contra Vigilantium, & c. Ephrem. lib. de compunct. cordis. 1. c. 13. Totum denique illud seculum, ut Effelsius docuit lib. peculiari, Canisius in maiore Catechismo & alij. Mortuis viuorum preces prodesse, & purgatorium. Epiph. her. 75. contra Aerium, qui id negabat. Lact. li. 7. c. 21. Prud. in Hamartenia. Hiero. lib. 18. com. in Esaiam & lib. 4. c. 4. & Marc. 9. Nyssenus lib. de anima & alibi, Chrysestomus & Basilius in Liturgijs & alibi. Athanasius librum peculiarem condidit de dormientibus citatum passim à Græcis, ut Damas. libro eiusdem tituli, Basil. com. in 9. Esa purgatorius ignis, item expurgatio. Denique, quoniam hæc ætas præcipue abundat libris & scriptoribus omni exceptione maioribus, ex hac maxime decerpitur, quicquid facio ad doctrinam veteris contra nouam, confirmationem. Quod & Centuriatores cum magno pudore & conscientia fremitu contententur Cent. 4. c. 4. de doctrina, colum. 291. & seqq. c. 5. de hæresibus, seorsum Donatistarum. col. 376. Aerianorum 401. & c. cap. 6. de Ritibus & ceremoniis, col. 406. & seqq. per totum. cap. 7. de Politia & gubernatione Ecclesia col. 483. & seqq. alijs. cap. 9. de Synodis col. 610. & seqq. cap. 10. de Episcoporum & doctorum vitis col. 881. & seqq. cap. 11. de Hæreticis co. 1338. ut in Vigilantio, Aerio & c. ca. 12. de Martyribus sparsim, cap. 13. de Miraculis col. 1434. & seqq. Denique qui hoc æuo oppugnarunt Arianos, Eustachianos, Aerianos, Iouinianum, Messalianos, Vigilantium, Martianum, Heluidium istis & Caluinitis planè sunt doctores papistici.

Anni mundi.

4476

4491

Anni Christi.

403

406

404



QVINTVM SÆCVLVM.

41
 S. ANASTASIVS
 I. Romanus, an. 3.
 dies. 10.

Vacat sedes dies 21.

Patriarchis.
 Alexandria Theophilo.
 Antiochia Flauiano.
 Hierosolymis Ioâne secūdo.
 Constantinopoli Ioanne Chrysofomo:

Principibus.
 Arcadio imperatore Orien.
 quinquagesimo quinto an.
 13.
 Honorio an. 31. Occid. Imp.
 Isdegerde an. 21. Persarum,
 Igga Æthiopia pretioso an.
 18.

Dagoberto Franc. Duce.

CONCIL. Alexandrinū contra Origenem, Ab. Vsperg. Cyprium sub Epiphano contra Origenistas. Carthagenense 5. Episc. 73. Tom. 1. Concil. sub hoc & Innocentio. Prosper in Chron. Toletanum 1. confirmatum à Leone PP. Episcoporum 18. siue 15. in quo anathemate feritur error Priscilliani iam seculi gladio perempti. Isid. 10. 1. Conc. 7. n. eo sunt. can. 20. Taurinatense. lib. Concil. confirmatum in Trullo. Hipponense. Prosp. in Chron.

Anni mundi.

4491

4494



ELI QVIT epistolam ad Episcopos Germaniæ & Burgundiæ. Tom. 1. Concil. Instituit vt sacerdotes, quo ad Euangelium recitaretur, non recti, sed curui siue cernui starent. Vualphridus lib. de reb. Ecclesiast.

Hieronymus à Petro Apostolo incipiens & in semetipsum desinens, 135 virorum illustrium ecclesiastica volumina contra Porphyrium & Iulianum Augustum descripsit apud Bethlehem, qui imperitos dicebant Christianos. hoc opus deduxi vsque ad 14 Theodosij.

Eò Paula Hieronymum secuta, in Syria tria monasteria Virginum, & Vnum virorum, cui ipse præfuit, condidit.

Appollinaris Laodicensis Antiochiæ tanta laude docet, vt à S. Hieronymo iam sene discendi causa adiretur. Hieron. epist. ad Pammachium. sectam introducit, quæ filium Dei assumpsisse animam rationalem negaret. Tripart. lib. 5. cap. 44. & 9. c. 3.

HVMANA.

Arcadij & Honorij primus est Domini quadringentesimus.

Ruffinum Arcadio, Stiliconem Honorio tutores adiunxit Pater moriens, Gildonem Africae præposuit, qui regni cupiditate ad perfidiam impulsus, tandem interemptus fuit.

Stilico affectans filio suo Eucherio imperium, omnes barbaras nationes ei infudit, & lacerationis eius auctor fuit. Solus Zosimus eum à crimine liberat, quod Paganus Eucherio Paganis addicto fauerit.

Cum Honorius & Arcadius Getis siue Gotthis stipendia à patre constituta, qui eis vsus fuerat contra Maximū & Eugenium, pendere nollent, Ragadaisus ducenta eorum millia in Italiam duxit. Stilico Henetus contra eos attraxit Burgundos, Sueuos, Alanos & alias gentes mari Baltico vicinas. Captus igitur Ragadaisus ad Fefulas strangulatus est, captiuorum greges singulis aureis venditi sunt, reliquæ regem creant Alaricum, cum quo paciscitur Stilico, vt in Galliam transeat.

Per totam imperium Idolorū templa dirui Arcadius Honorius, Theod. Impp. præcipiunt. Sigeb. & leg. 3, 4, 5 & 7. cod. de Paganis.

Ragadaisus Gotthorum rex cum suis 200. armatorum millibus in Fefulanorum montium verticibus interclusus, consumptus est, captus & interfectus. Isido.

Honorius templa omnia Idolorum cum suis adiacentibus spatiis Ecclesiis contulit, simulque eorum simulachra confringenda in potestatem dedit. Prosper part. 3. de promiss. capite 38.

Arcadius, ne traderet ad se confugientes Armenios, propter Persarum persecutionem, bellum cum Persis confecit. Antequam potiretur victoria, iam coëuntibus in prælium militibus aëriæ cruces in vestibus apparere. Vnde etiam victor auream monetam cum eodem crucis signo fieri præcepit, quæ in vsu totius orbis, & maxime Asiæ hodièque persistit. Idem, c. 34.

P **M** **V** **L** **T** **A** s epistolas reliquit easque eruditas, 24. est ad Synodum Toletan. 26. ad conc. Mileuitanum &c.
 Arcadium & Eudoxiam excommunicat. *Nicep. lib. 13. c. 34. Georgius in vita Chrysostomi.* In qua epistola Eudoxia de gradu & maiestate imperij deiicitur. Ergo pontifices Romani reges & Imp. deponebant.
 Primus Nonatianos vrbe pellere cepit, multasque Ecclesias eis ademit. *Socr. lib. 6. c. 9.*
 Ad eum Augustinus cum 50 Episcopis concilij Mileuitani epistolam 42. scribit, & cum Episcopis Synodi Carthaginensis de actis aduersus Pelagium & Celestium. epistolam 90.
 Hæreses Abeloitarum, Nazarenorum, Prædestinatorum, Aduersariorum Legis & Prophetarum.
 Vincentius & Paternus hæretici, è quibus Vincentiani & Paterniani.
 Pelagius Britannus, Heluidius, Bonosus hæretici. *Aug. de hære. Chryst. & Isido.*
 Idacius ad Deum conuertitur anno Honorij decimo .i. sub an. Christi 417. *Ipsc in Chronica (410. malim.)*
 Cassianus & Euagrius monachi, Primasius, Orosius, Tiberianus, Maximus Taurinensis, Faustinus presbyter, qui Lucifero fuit, *Gennad.* scriptores Ecclesiastici. Ausonius Burdegalensis, Prudentius & Sedulius Poëta. Vincentius Litinensis, quod monasterium erat in Aruernia, vt Sidonius Apollinaris in epist. indicat. tamen alij dicunt esse S. Honoratum in Prouincia, Isidorus senior Episcopus Cordubensis, Palladius, Hilarius Arelatensis, Polybius.
 Escicius Nazanzeni discipulus bibliothecam Origenis & Pamphili Martyris Cæsareæ longo corruptam tempore, labore restituit. *Bergom. lib. 9.*
 Olympius, Audentius, Ithacius Hispanus, qui in Priscillianum scripsit Apologetici specie. *Hieron.* alius ab Idacio Chronico. *contra Thruicum.*

HVMANA.

Prima Romæ per biennium ferè obsessæ direptio an. 413. 8. seu 9. Cal. Septemb. vsque ad sextum diem (Nam ibi ultra sex dies non sunt commorati) per Gothos dnce Alarico siue Athanarico (qui fuit secundus rex Gothorum, primus Hispaniæ. *Ritius li. 1. de Reg. Hisp. Procop. li. 1. Culpinia in vna Cæsare Amyl. lib. 1. Sozom. 9. cap. 8. Oros. lib. 7. cap. 38.*

Crudelitatem huius describit Hiero. in Marcellæ Epitaphio & Viues in libros Aug. de Ciuit.

Sacris interim valis abstinuit Alaricus, & raptâ magna cum reuerentia restitui iubet, se testatus cum Romanis bellum gerere, non cum Sanctis & Apostolis Dei. *Orosius.*

Hinc cœpit Imperij dilaceratio. Nam in illud postea barbaræ nationes Septentrionales sese infuderunt, de qua libri Blondi de inclinatione Imperij & Pij 2. in Blondi Epitom. Imperio hæc laceratio utilis fuit. Primò bellis ciuilibus ferè finem imposuit. deinde penitus Idololatiam sustulit, quam ne Christiani quidem imperatores radicis extirpare potuerant. Inde denique Christiana raulra regna & Imperia exorta sunt, quorum vnumquodque pro suo modulo religionem propagauit.

Anni Christi.

Anni mundi.

42.
 406 **P** **S.** **I** **N** **N** **O** **C** **E** **N** **T** **I** **V** **S** 4494
I. **A** **l** **b** **a** **n** **u** **s**, siue Scotus,
 an. 15
 mens. 2. dies 25. 4505

Vacat fedes dies. 22.

P **a** **t** **r** **i** **a** **r** **c** **h** **i** **s**.
A **e** **x** **a** **n** **d** **r** **i** **e** **t** **h** **e** **o** **p** **h** **i** **l** **o** **d** **e** **i** **n**
d **e** **C** **y** **r** **i** **l** **l** **o** **a** **n**. 34.

A **n** **t** **i** **o** **c** **h** **i** **e** **F** **l** **a** **v** **i** **a** **n** **o**, deinde
P **o** **r** **p** **h** **y** **r** **i** **o** **a** **n**. 2. **A** **e** **x** **a** **n** **d** **r** **o** **a** **n**. 3. **T** **h** **e** **o** **d** **o** **r** **o** **a** **n**. 4.

H **i** **e** **r** **o** **s** **o** **l** **y** **m** **i** **s** **I** **o** **a** **n** **n** **e** **s** **e** **c** **u** **n** **d** **o**,
 deinde **P** **a** **r** **a** **y** **l** **i** **o** **a** **n**. 7.

C **o** **n** **s** **t** **a** **n** **t** **i** **n** **o** **p** **o** **l** **i** **I** **o** **a** **n** **n** **e**
C **h** **r** **y** **s** **t** **o** **m** **o**, deinde **A** **r** **s** **a** **c** **i** **o**
a **n**. 1. mens. 4. dies 15.

A **t** **t** **i** **c** **o** **a** **n**. 19. mens. 7. dies. 10.

Anni Christi.

Anni mundi.

406

4677

P **r** **i** **n** **c** **i** **p** **i** **b** **u** **s**.
E **i** **s** **d** **e** **m** **I** **m** **p** **e** **r** **i** **o** **p** **o** **s** **t** **m** **o** **r** **t** **e**
A **r** **c** **a** **d** **i** **j** **T** **h** **e** **o** **d** **o** **s** **i** **o** **2** **i** **u** **n** **i** **o**
O **r** **i** **e** **I** **m** **p** **e** **r** **i** **o** **n**. 42.

I **s** **d** **i** **g** **e** **r** **t** **e** **P** **e** **r** **s** **a** **r** **u** **m** **r** **e** **g** **e** 13.

I **g** **g** **a** **A** **e** **t** **h** **i** **o** **p** **i** **a**, deinde **A** **l** **a** **m** **i** **d** **a** **a** **n**. 30.

A **t** **h** **a** **n** **a** **r** **i** **c** **o** **s** **i** **u** **e** **A** **l** **a** **r** **i** **c** **o**
G **o** **t** **t** **h** **o** **p** **r** **i** **m** **o** **H** **i** **s** **p** **a** **n** **i** **a** **r** **u** **m**
R **e** **g** **e**, deinde **A** **t** **a** **u** **l** **p** **h** **o** **a** **n**.
6. **S** **i** **g** **e** **r** **i** **c** **o** **a** **n**. 1. **U** **a** **l** **l** **i** **a** **a** **n**.
 22.

G **e** **n** **e** **b** **a** **l** **d** **o** **F** **r** **a** **n** **c** **a** **d** **M** **e** **n** **n** **u** **m**
 & **S** **a** **l** **a** **m** **D** **u** **c** **e**.

I **m** **p** **e** **r** **i** **j** **p** **e** **r** **B** **a** **r** **b** **a** **r** **o** **s** **L** **a** **c** **e** **r** **a** **t** **i** **o**
a **n** **n** **o** **D**. 413.

S **y** **n** **o** **d** **i** **C** **o** **n** **s** **t** **a** **n** **t** **i** **n** **o** **p** **o** **l** **i** **t** **a**
n **e** **d** **u** **e** **c** **o** **n** **t** **r** **a** **I** **o** **a** **n**. **C** **h** **r** **y** **s** **t** **o** **m** **u** **m**.

C **o** **n** **c** **C** **o** **n** **s** **t** **a** **n** **t** **i** **n** **o** **p** **o** **l** **i** **t** **a** **n** **u** **m**
E **p** **h** **e** **s** **i** **n** **u** **m**.

A **e** **x** **a** **n** **d** **r** **i** **n** **a** **d** **u** **o**.

421

4505

Maior erat imperij moles, quam vt principes eius saluti, itémque vni rei Christianæ possent intendere. Adde destructum imperium propter maiorem tranquillitatem, pacem & tutelam Ecclesiæ in solatium videlicet & requiem piõrum, propter tyrannides & persecuciones Monarchatum, vt si vno in loco non liceat piè & Catholicè viuere, aliò migrent. Nam cum imperator erat paganus, cum hæreticus, negotium toti penè Ecclesiæ fiebat, vt sub Constantio, & Iuliano apparuit. Nec antea Deus constituerat tam magnas Monarchias, nisi vt Dei Verbum facilius curret ex Esa. Quo perfecto nihil opus fuit tanta imperij mole ad pietatem. Nec Turca eam reparat, nisi propter peccata, & vt perficiatur mysterium iniquitatis de Antichristo, vbi vltima & ferocissima persecutio existet.

Sicque impletum illud Apocalypsis 17. Decem cornua quæ vidisti in bestia, odient fornicariam & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt &c.

Hinc his mille annis totæ nationes Europæ mutatae sunt, deinde Africa, postremò Asiæ, Turcis, Tartaris, Sarcenis & Mauris in eam inundantibus. *de quo libri Blondi de declinatione imperij.*

Tunc Prouinciæ Romani imperij occupatae aut à barbaris rebellibus, qui Rhenum transferant, Vandalis, Suenis, Francis, Burgundionibus, qui Galliam, Hispaniam, Africam tenuerunt, aut à Gothis, qui pacis specie se Valenti Imper. dederant, quando eius exercitu delero, Illyricum, Pannoniam, Græciam inuaserunt, ac demum se in Italiam ipsam, Galliam & Hispaniam intulerunt.

Tunc etiam Vasconia nomen hoc à Vvisigothis sortitur, si Blondo creditur. At contrarium infra docebo. Nam multo post hoc nomen in Aquitania auditum est, & illuc translatum à Vasconibus Pyreneorum montium antiquissimis habitatoribus apud Ptolom. Plinium, Tacitum, in illas Gallia partes infusus.

Occasione tutelæ Theodosij Iunioris à Persarum rege administratæ, induciisque in 100 annos factis, late Christianismus in Perside propagatur. Sed Saranas inuidens excitauit persecutionem 30 annorum per Idigertem regem & tutorem imperij Orientis. *Histor. tripart. lib. 10. cap. 30. 33.* quam Ecclesiasticum bellum vocat Theod. *lib. 5. cap. 39.*

Hic Chronica regum Hispaniæ propriè incipiunt. Nempe ab Ataulpho propinquo & successore Alarici, qui dux fuit exercitus Gothorum apud Theodosium contra Eugenium, & sub Honorio Roman quidem cepit, sed in gratiam Apostolorum delere noluit, eam duntaxat thesauris publicis & priuatis spolians, à sacris interim abstinens.

Scriptores tamen Hispani reges suos numerare incipiunt ab Athanarico, qui Gothorum rex creatus est anno quinto Valentis sub 370. *Tarapha.*

At primus Ataulphus ab illo rex tertius, primus in Hispaniam ipsi ad habitandum ab Honorio assignatam descendit, Narbone Placidia Honorij sorore in vxorem ducta *Vascon.*

Ante eius in Hispaniam ingressum, Constantinus, Constans f. Maximus tyrannus eam occupauerant. Dein-

Constant f. Maximus tyrannus eam occupauerat. Deinde Vadanli, Alani, Sueui.

Honorius cum Arcadio imperat annis 13, cum Theodosio Arcadij f. annis 19, quorum primo anno statim post Arcadij mortem Vandali, Alani, Sueui, Scythicae originis populi à Gotthis pulsi, tribus annis in Gallia exactis, Hispaniam inuadunt, biennio post Romam captam. *Seuerus*. inter se diuidunt, annis ferè 30 incolunt. *Sigeb. Procop. lib. 3.* Sola Celtiberia in fide imperij permanente, eam defendente Constantio Patricio, *Chronica regis Alphonfi.*

Vandali & Sueui Galleciam possident, Vandali Siliagi Beticam. Alani Lusitaniam & Celtiberiae partem. *Vasens in Chron. Hisp.*

Vandali relicta Hispania metu Gotthorum 19 anno, quam in eam venerant in Africam concedunt. Sic duo regna tantum in Hispania fuere Gotthorum & Sueuorum, qui à Gotthis deleti sunt sub tempora Gregorij Mag.

Gotthi in Ostrogotthos & Visigotthos diuiduntur. id est, Orientales & Occidentales Gotthos. Visigotthi per Italiam in Galliam, inde in Hispaniam venere, atque in ea regnum per annos plus minus 386. possederunt, donec à Mauris, pene vsque ad vnum omnes deleti sunt. Ostrogotthi autem tempore Zenonis in Italia regnare ceperunt.

Placidia Honorio fratri post mariti mortem à Vallia pacem expetente reddita Constantio comiti nupsit & Valentinianum 3. peperit Honorij successorem. *Orosius Prosp. Sigeb.*

Hieronymus Paulianum fratrem, post vastatam à Gotthis patriam Stridonem, eò remisit, vt si qua remanissent de parentum possessione venderet. *Ipsè ad Pammachium & in scripto contra Ioan. Hierosoly.*

Franci accersiti à Senatore, cuius vxorem rapuerat Lucius praeses Romanus, traiecto Rheno iterum Gallias incessentes, Treuerim urbem incendunt, & magnam Galliae partem occupant. *Sigeb. Emil. libr. 1.* Primum sedes habuisse dicuntur inter Norinum & vindelicos, *Straubo.* Inter Saxones & Alemannos gens non tam lata, quam valida. *Hieronymus in Hilario.* Imo gens erat Gallica trans Rhenum propè Geldrenses.

Germaniae perpetua domitrix. *Ammianus, Marcellin.*

Franci anno 7. Imperij Honorij & Arcadij apud Treuiros, Mediomatrices & Tullenses confederunt, quos Sueuis, dum erant in Gallia, ob vetustas similitudines instigantibus, Vandali, Burgundiones, & Alani Rhenum per vim & arma transire compulerunt. Quibus pulsus Vandali Sueui & Alani ad vastandas Gallias profecti sunt. *Blond. lib. 1.*

Eraclianus consul in Aphrica cum incredibili classe 3070. nauium, quantas nunquam habuit Xerxes, vel Alexander, contra Romam venit. *Sigeb.*

Burgundiones innotescunt à Burgis limitum castellis. *Oro.* Per quæ distributi fuerat à Druso & Tyberio Augusti tempore post subactam Germaniam interiorem. Gotthis erant vicini, vnde eos inter extremos Septemtrionis populos recenset Sidonius Apollinaris ad Maiorianum, & Gotthicam sobolem appellat Agathius circa Mæoridem paludem. *Ammian. Marcell. l. 18.* eos locat

Anni
Christi.

413

COLLATIO *Carthaginensis* inter 286. episc. Catholicos, & nonnullos Donatistas, iussu Honorij, & studio Augustini habita. *Aug. epist. 68. & in Breuiculo.*

4497

CONCIL. *Toletanum*, ad cuius episcopos Innocentius epistolam decretalem scripsit eius nulla mentio in *Tomis conciliorum.*

Carthaginense contra Pelagium in quo canones 15. editi.

Militanum in Numidia contra Pelagianos & Donatistas, cui interfuit Augustinus, & approbatum est ab Innocentio. *August. epist. 92. & 157.*

Cirtense in Numidia contra Donatistas.

421

4505

ad Capel-

Anni
Christi.

421

43
q S. ZOSIMVS siue
Sozimus Græcus, an. 1.
mens. 3. dies 12.

4505

423

4507

Vacat sedes dies 11.

Patriarchis.
Alexandria Cyrillo.

*Antiochia Theodoro an. 4.**Hierosolymis Paraylio.**Constantinopoli Attico.*

Principibu.
Theodosio 2. Orient. & Honorio Occid. Imp. 56.

*Varanane s. an. 20. Persarum.**Alamida Aethiopia an. 30.*

Genebaldo Franc. Occidentium duce, Faramundo Marcomeri filio Orientalium in Franconia Germaniae duce primo, mox Francorum rege.

*Vallia Hispania.*Anni
mundi.

dem hodie dicunt esse Palatinorum comitum ditionem circa Hildebergam.

Hinc hoc tempore. (Nam Burgundica historia incipit circa ann. Domini 412. Arcadij autem & Honorij 12.) partem Galliae ad Rhenum occupant. *Sabell.* vel potius hospitalitatis iure accipiunt partim ab Hunnis pulsi, partim à Gallis vocati aduersus imperij iugum & factiones. Nam non vt hostes, sed vt hospites in eam venisse & certos agrorum fines inter Romanos, dono possedisse lego in ipsorum legibus pagina 63. cap. 55. id est, tertiam agrorum partem à Romanis consecutos esse, cap. 57.

Vbi Romani appellantur toto illo opere Galli illius partis, quibuscum habitabant, vt qui essent de imperio, & eius legibus, non barbaricis viuerent.

Quod idem de reliquis barbaris, qui in nostra Gallia confederent, existimauerim. Eos scilicet venisse accersitos contra imperium, & à nostris in hospites & leges patriae assumptos ad se tuendum, assignato agro, non quòd vi Monarchiam constituerint. Nam Gotthi, Vandali, Hunni, qui in ipsos inuitos inuaserant, breui repulsi sunt, & alio terras quærerè coacti.

Vexati ergo ab Hunnis in Galliam transferunt, ac mox pietatem Christianam receperunt à quodam Episcopo baptizati, indicto ipsis octo dierum ieiunio. *Cassiodorus.*

q Hic videtur Zosimus, de quo Basilus quadam epist. ad Papam Innocentium, *Onuph.* reliquit duas epistolas. *Tom. Conc. Nouatianis* eripuit aliquas Ecclesias. *Socr. lib. 7. cap. 11.*

Benedictionem cerei Paschalis induxit. *Carolus Magnus in fragmentis.*

Prædestinatorum hæresis ex libris D. Augustini malè intellectis cœpit, an. 415. Omnia prædestinationi & reprobationi ita tribuit, vt negaret opera vel prodesse vel obesse ad salutem. *Sigebert. in Chronic. Lutsemburg. de hæres.*

Hieronymus corpore defecto, cum è lecto sese erigere non posset, nisi apprehenso fune, qui de trabe pendebar, obiit in Bethlehem anno Christi 422. & ætatis suæ 91. *Prosper, vel 98. Diacon. lib. 14. & Sigeb. in Chron. vel etiam 99. Trihemius.*

Antè eum sex erant veteris testamenti de Græco in Latinum conuersiones. De Hebræo autem in Latinum eloquium, solus sacras literas conuertit, cuius editione generaliter omnes Ecclesiae vsquequaque vtuntur, pro eo quòd veracior in sententiis, clarior in verbis. *Isid. lib. de offic. & lib. 6. Ethymol. cap. 3.*

Eudocia Leonis Atheniensis Philosophi filia & Theodosij iunioris vxor *δευροδοκεια* siue Homerocentonas contexit, ex Græcis Homeri varios vtriusque testamenti locis describens vel exponens. Quod paulò ante fecerat è Latinis Virgilij carminibus Proba Falconia Adelphi proconsulis vxor in suis Virgilicentonibus.

Isidorus senior Cordubensis.

Chronicon scripsit à primo Theodosij consulatu vsque ad ann. 490. quod auspiciatur à D. Ioanne Chrysostomo.

HVMANA:

Sub Honorio Romani à Britannia propter potiora Reip. negotia sponte recesserunt. Vnde Scotis & Pictis ad prædam expositi regem Vvorlegirnum crearunt, ac Saxones & Anglos duce Hengisto acciuerunt in insulæ perniciem. *Chronic. Angl.* A maximo Tyranno, qui eam militibus exuerat, vt imperium occuparet eius calamitatem repetit Gildas. Ex eo enim tempore numquam se tueri potuit, Scotis siue Hibernis è Circio, Pictis ex Aquilone erumpentibus. *Gildas sapiens de Britannia excidio.* Tanti mali causam videtur facere Pelagij hæresim.

424. Constantino rege Britannia, Vvorlegirnus Consul Gemuseorum, Constantem monachum in regem sublimauit, & vice episcopi capiti eius Diadema imposuit. *Sigeb.*

Scoti & Picti vastant Britanniam. *Blond. 2. dec. 1.*
Zosimus Comes, post Eunapium historiam Romanam 414. annorum ab Augusto ad Honorium & Athalaricum, Gotthum, qui Romam diripuit, sex libris scelerata fide explicauit. Nam fictis laudibus impios, vt Diocletianum, vt Iulianum, Stiliconem & filium eius Eucherium exornat, falsis criminibus pios & sanctos principes Constantinum, Gratianum, Theodosium &c. onerat pietati bellum indicens. Quare ab Euagrio, Photio, Nicephoro & aliis historicis rectè vt canis proscriptus est, & certè refellitur ab aliis Paganis suis æqualibus vt Sexto Aurelio Victore, Claudiano. Reperit tamen præconem quendam Io. Leunclaium, qui pro eo Apologiam ita scripsit, vt se melius Paganum & canem cane illo rabidiorem contra Sanctos & Religionem pingere non posset. Noua religio nobis istos parit. quibus Christiana displiceant, Pagana & impia placeant ac laudentur.

Galli tum Rempubicam constituunt excussis Romanis, Alarico res in Italia gerente. *Zof. lib. 6.* Hinc apparet Gallos euocasse Francos ad se in libertatem afferendum.

Vallia Hispa. rex Gensericum & Vandalos Hispania expulit. Hi transferunt in Africam annuente Bonifacio Comite D. Augustini amico. Pace facta cum Valentianino. eam 96. an. tenuerunt vsque ad Bellisarium.

Ab Imper. ob rex bene gestas secunda Aquitania & ciuitatibus aliquot vicinis donatus est. i. Tholosa vsque ad Oceanum. *Idacius.*

VIGILIAS nocturas ad sepulchra martyrum sustulit. ieiunia retinuit.

Ad eum quatuor libros contra duas epistolas Pelagianorum dirigit D. Augustinus examinandos & emendandos, Apostolicæ sedis correctioni se suæque committens.

Florus Monachus ex libris Augustini contra Pelagianos gratiam Dei ita extollebat, vt negaret liberum arbitrium. *August. de gratia & lib. arbit.*

Paulus Orosius hortatu Augustini contra Paganos imperij lacerationem Christianis temporibus tribuentes 7. libris historiam ab initio mundi ad vsque Valliam Gotthorum in Hispania regem tertium siue vsque ad annum 421. scribit.

HVMANA.

Constantium in patritium ob egregia ipsius in Imperium merita sibi collegæ assumpsit Honorius, qui è Gallia

Anni christi.

CONCIL. aliud Carthaginense, nempe sextum sub Innoc. Sozimo, & Bonifacio, siue vt loquitur Aug. provincia Carthaginis, præside Aurelio, Episcopo. 217. nobilissimum contra Pelagianos, confirmatum in Trullo, cui potuit Aug. interesse. Aug. epist. 47. 94. 95. & 106. Est fortasse Casariensem, de quo Possidius in vita Aug. In Casariensem (ait) ciuitatem eum venire cum aliis Episcopis Apostolica litera compulerunt.

Telense contra Iovinianum.

44.

423 r S. BONIFACIVS I. 4507
Romanus an. 3.
426 mens. 8. dies 7. 4510

Vacat sedes dies 9.

Patriarchis.
Alexandria Cyrillo.

Antiochia Theodoro, deinde Ioane an. 18.

Hierosolymis Paraylio, deinde Iuuenali an. 39.

Constantinopoli Attico.

Principibus.
Eisdem Imp.

Alamida Aethiopia.

Faramundo tam Gallofrancorum quam Germanofrancorum consensu, Duce an. 11.

Vallia Hispania rege 4.

Anni mundi.

Anni Christi.

Anni mundi.

CONCIL. Carthag. septimum 38. Episcopo Africanum contra Pelagianos. Augu. epist. 47. confirmatum in Trullo.
Hipponense contra Arrianos à S. Augustino collectum.

Schisma 3.
Eulalius in schismate contra Bonifacium electus, ab Honorio expellitur, Plat.

426 f S. CELESTINVS 4510
siue Celestius, Campanus, seu vt alij volunt, Romanus, an. 8
mens. 10. dies 17. 4517

433 Vacat sedes dies 21.

Patriarchis.

Alexandria Cyrillo.

Antiochia Ioanne.

Hierosolymis Iuuenali.

Constantinopoli Sisinnio an. 1. mens. 9. d. 35. deinde Nestorio Hæresiarcha an. 3. d. 29. Maximiano an. 2. mens. 5. dies. 19.

Narbonensi Vandalos & Alanos expulerat in Hispaniam. *Prosp.*

Chronica Francorum, ab hoc Faramundo, qui an. 420. dux fit Francorum, Reges enumerare incipiunt. Præcedentium regum nomina, quæ à Trithemio afferuntur, videntur ficta. Præsertim cum Germanicæ nationes ad hæc vsque tempora semper fuerint barbaræ, sine imperio, sine certis regibus, legibus &c. Si tamen Franci, qui regno Gallorum indiderunt nomen, Germanica sit natio, & non potius indigena, quæ vt ex Procopio Casariensi narrat Zonaras tom. 3. circa Rhenum & Rhodanum & vicinas paludes olim habitavit.

Franci, antequam ad fidem conuerterentur, legem Salicam dictant, per suæ gentis proceres, qui tunc temporis ipsam regebant. *Auctor præfationis in legem Salicam, Sigeb. in Chron. an. 422. Otto Frising. lib. 4. c. penult.*

Vvandali è littore maris Germanici, vbi nunc Meldeburgenses & Pomerani. (Plinius) Alani, Sueui, siue Alemanni, in tria regna Hispaniam diidentes intestino bello inter se colliduntur: contra quos mittitur ab Honorio Castinus dux. *Sig. in Chron.*

Orosius Valliam Gotthorum regem 3. facit. Illum tamen Ataupho Gotthorum primo subrogant Prosper & Seuerus.

Vallia pacem cum Romanis confirmat datis obsidibus. *Oros. in fine.*

Epistola extat ad Gallia Episcopos contra Pelagij errores. *Tom. Concil. Cyrillum Alexandrinæ ciuitatis episcopum pro tempore vicarium in Ephesino Concil. denuntiauit. Verba Marcellini comitis in Chron.*

Constantinopolitana cathedra per Nestorium ab Ecclesia separatur. Quæ secunda Græcorum diuisio dicitur. Nam prima extitit sub Iulio per Arrianos.

Magna pars Occidentis tum Christo sociata. Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, Eusebij historiam continuantes tempus ferè 140 annorum pertexerunt. *Niceph. 1. cap. 9.*

Inter eos Socrates Nouati perfidiam olet, vt lib. 4. c. 23. lib. 6. cap. 3, 10, 14, 17. Vnde non modo oblata, sed etiam quæsitâ occasione in Nouatianorum laudes multa commemorat, quibus etiam falso miracula tribuit, li. 1. cap. 9. lib. 7. cap. 17. nullius Catholici testimonio atque autoritate confirmata, & libr. 7. cap. 11. Romanorum Pontificum potentiam exagitat, quia c. 9. ab Innocentio, & 11, à Zosimo Nouatianis ereptæ quædam essent Ecclesiæ.

Burgundi & Occidentalium magna pars fidem Christianam recipiunt. *Niceph. 4. c. 40. Socr. 7. c. 30.*

Germanus Altisiodorensis, & Lupus Treccassinus Episcopi, Britannos à Pelagianismo ad veram fidem reuocant. *Prosp. in Chro. Palladius à Celestino PP. in Scotiam missus Christum ibi docet. Maior lib. de reb. Scot. Primus fuit Scotorum episcopus. Prosp. in Chron.*

HVMANA.

Clodius Franc. Rex Thoringiam Germaniæ inuadens, Dispergum castellum occupat, vbi sedem regni aliquandiu constituit. *Sigeb. in Chron. Greg. Turonens. lib. 2. c. 9.*

Ex Augustini libris, præsertim, epistolis, istius sæculi Africana historia ferè tota confici potest, quam dum non

intelligeret vanissimus ille doctorum censor Erasmus, in suis censuris simpliciter confictas pronunciauit epistolae Bonifacij comitis ad Augustinum & Augustini ad eundem Bonifacium. Nam primum ante haec etiam tempora, erant qui dicerentur comites, vt ex Ammiano Marc. claret. Deinde Augustinus cogeatur de iis rebus ad Bonif. comitem Africae praefectum, cui erat amississimus; scribere, quoniam Vandalos ipse certis conditionibus euocauerat in Africam, vt se de Honorio vlcisceretur, qui sibi Catholico dabat haereticum successorem, &c. Pius secundus & Blondus lib.1. de inclinat. Imperij.

Bonifacius comes Africae, cum conditiones à Barbaris iam in Africa sua euocatione infusus violari & communionis Catholicae aedes sacras profanari cerneret, raedio animi paulò post D. Augustinum interit. Idem.

Cum 205 Episcopi Afri interfuisent Carthaginensi concilio, vix quinque supererant in tota Africa an. D. 1020. Leo 9. epistola ad Thomam Carthag. Episc.

Ann. 43. (alij 427.) Genfericus partim à Bonifacio, Aëtij fraudulentis consiliis à Placidia & Valentiniano Imp. abalienato inuitatus, partim Gotthos veritus, cum Vandalis & omnibus eorum familiis in Africam traiecit, & eam prouinciam cum successoribus miseris modis afflixit. De qua re Victor Viicensis.

Africae partem primum cum imperatoris consensu, deinde Carthagine capta, omnem inuasit, atque Romano imperio eripuit per annos 80. vsque ad Iustinianum Imp.

Hinc piraticam in mari exercentes Vandali, Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Italiam latrocinij & praedis vexarunt, vrbemque ipsam 14. dierum interuallo expoliarunt. Onuphr. in Romano imperio.

Eodem anno mortuum D. Augustinum tradit Prosper in Chronico, de quo mox.

Apud Hebraeos an. 426. Rab Ase doctorum, quos vocant Amoraim, postremus.

EXTAT eius epistola erudita ad Episcopos Orientales.

Religiosus dotator & ditator Ecclesiarum.

Moritur magnus ille Augustinus Hypone non ann. Christi 440. Sigeb. in Chron. vel 446. Bed. sed, 432. Diac. lib. 14. siue 433. Prosper in Chron. anno autem vitae suae 73. & Episcopatus 40. Sigeb. siue vitae suae. 76. Diac. lib. 14. Prosp. in Chron. Possid. in eius vita. siue vt alij 83. Baptizatur ann. 30 aetatis, fuit Manichaeus ferè 9. annis, vt ipse testatur libr. 2. de morib. Manich. cap. 19. & lib. 1. de morib. Eccles. Cathol. cap. 18.

Genus vitae monasticae instituit. Ipse & Possidius, cuius causa se vituperatum asserit à Petiliano lib. 3. contra eum, cap. 40. & forori persuasit. Quare ad eam praepositam virginum scribit & instruit epist. 108. totidem ferè verbis, quibus postea collecta est, regula, quae dicitur Augustini in tomis posterioribus.

Iunilius discipulus Aug. Isidorus Pelusiota. Leporius, Thalassus Afer, Marcus Eremita monachi docti.

Eudoxia Imperatrix festum ad vincula Petri celebrari Cal. Augusti obtinuit à Sixto, maximè vt populum à gentilitate reuocaret, qui eo die recolebat festum pro victoria Octauij Augusti de Antonio & Cleopatra. Sigeb. in Chron.

Anni christi.

Anni mundi.

426

Principibus.

Theodosio 2. Orient. Honorio Occi. & post eum Valentiniano 3. an. 30. Imp. quinquagesimo octauo.

Persarum Gorrane, siue Varanane.

Alamida Aethiopiae. Faramundo & postea Clodoueo, an. 18. siue Clogione siue Clodio Crinito siue Capillato Francogallorū Duce. Vallia Hisp.

S. TERTIVM Oecumenicum concilium Ephesinum contra Nestoriam vocem Theodos. i. Deipare a uer santem: pro vna persona Christi, Episc. 210. in quo nomine Celestini praesuerunt Cyrillus Alexandrinus & Arcadius Episc. Euag. l. c. 4. So. cra. 7. c. 34. Histo. irip. 12. c. 5. Tom. 1. Conc. Plati. Hinc verba Marcelleni comitis in Chron. Celestino Cyrillum Alex. ciuitatis Episcopum pro tempore vicarium constituente. Niceph. lib. 14. c. 34. ubi ait, celebratum, an. 41. post Constantinopolitanum.

434

46. S. SIXTVS 3. Rom. an. 8.

442

dies. 18.

4510

4518

4526

HVMANA

Anni Christi.

Anni mundi.

434

Patriarchis. Alexandria Cyrillo. Antiochia Ioanne. Hierosolymis Iuuenali. Constantinopoli Proclo Chrysofotomi discipulo, an. 12.

Principibus. Theodosio 2 Orient. & Valentiniano 3 Occident. Imp.

Gorrane siue Varanane Persarum 15, deinde Varanane 6, an. 17, mens. 4 Alamida Aethiopiae.

Clodio Franc. Duce.

Vallia, deinde Theodoro Hisp. Rege an. 14.

CONC. Regiense episc. 13 de ordinationibus & aliis quibusdam munis episcoporum.

Agathense in Gallia Narbonensi episc. 35 permissu regis Alarici, de disciplina & ordinationibus Clericorum.

435

Romanum episc. 56. Sigeb. vel 57. Plati. & Tom. 1. concil. in quo Sixtus 3 absolutus fuit, contra Bassum. Romanum 2.

Hierosolymitanum. Armeniacum contra Nestorianos.

442

47. S. LEO I. cognom. Magnus, Tuscus, siue iuxta alios Romanus, an. 21. mens. 1 dies 13.

463

Vacat sedes dies 8.

4518

4519

4526

4551

Britanni cum Pictorum & Scotorum impetus amplius ferre non possent, ethnicam Anglorum gentem. i. Saxones ad sui defensionem inuatarunt, quibus tantum terrae datum est, quantum corium tanti per corrigias potuit extendi. Sigeb. Kraniz. lib. 1. cap. 18. Polyd. in hist. Angli. lib. 3.

Cum eis Aëtius Romanus opem ferre non posset, aliis barbarorum eruptionibus distentus, nefandi nominis Saxones, Deo hominibusque inuisos vocant. Tum tribus Cyulis longis nauibus, venit certo apud eum praesagio per vates decantato, quod ter centum annos Britanniam obtineret. 150, id est, dimidio temporis vastaret. Gildas sapiens in lib. de excidio Britanniae.

Aborigines huius gentis erant ex Britannia Gallicana. Nam insula à solis Britonibus & ex Armoricano tractu aduectis habitata est, donec tandem Picti & Scoti partem eius Septemtrionalem desertam occuparunt, & denique Angli vel Saxones se parti Australi infuderunt. Beda.

In Armoricis enim populis Britones quosdam antiquitus appellatos, ac quasdam illic ciuitates incoluisse apud Plinium & Strabonem videre est. A quibus fortasse nomen regio Gallicana deinceps sortita est, non à Britannis insulanis.

Bononiensis Academia instituta olim à Theodosio Imp. floret. Volaterr.

An. 436 Bagaudarum factio Attone duce Galliam totam aduersus Romanos turba. Sigeb. (ex quo intelligimus Francos & Barbaros populos à Gallis principibus excitos, studio recuperandae libertatis) Quae postea ab Aëtio deleta est, id est, 441, annis post quinque. Idem.

Valentinianus 3 propriè vltimus fuit Occidentis Imp. vsque ad Carolum Magn. Nam licet interea aliqui post seditioni, Imperatores nominari voluerint, at hi vix exiguam Italiae partem obtinuerunt.

An. 439. Theodoredus Aquitanico regno non contentus rupto foedere Narbonensem agrum inuadit. Prosper.

Pax cum Genferico à Valentiniano confirmata, & certis spatiis Africa inter vtrumque diuisa est. Isidorus. Prosper.

DOCTRINAE & vitae praestantia magnus, doctè multa scripsit. Primus omnium pontificum Rom. in Basilica Vaticana sepelitur. Ad eum Theodoritus prouocauit, & absolutus est.

Columna Orthodoxiae, Nicolaus P. in epistolis pag. 76. Vnde & eum in sacris diptychis Concilium 2 Constantinopolitanum reposuit & consecrauit. In epist. Concilij ad Ioannem Constantinopolitanum.

Concilio Calcedonenfi auctoritatem tantam solus dedit, vt cum ei totus ferè orbis resisteret, vbique receptum sit, celebrata eius epistola, quam Graeci Tomum D. Leonis appellant, & fidei columnam. Leonius de seclis.

Restitit Anatolio Constant. qui sedium caeterarum priuilegia & earundem Episcoporum consecrationem ad se vnum reuocare, eosque sibi subdere, vrbis magnitudine & potentia fretus, conabatur, vt epist. 51, 52 & 53 ad Martianum Imp. & Pulcheriam August. scripsit. Et sic res composuit vsque ad Pelagium 2, & Gregorium

Magnum, quando illa ambitio Constantinopolitanorum iterum exarsit.

Abrogavit in Occidente (nam idem antea Constanti-
nopoli fecerat Nestarius) publicationem peccatorum, quæ
post priuatam confessionem solebat fieri à Sacerdote in
Exomologesi; *Ipsè epist. 78.*

Attilæ occurrit cum clero, prælata argentea cruce &
placavit. Vnde iocus inter milites, Attilam nihil vnquam
timuisse præter Leonem & Lupum. Nam eum etiam Lu-
pus Treccensis episcopus, ne Treccas vastaret, placavit. *Mi-
chou de Sarm. Iouius de Vir Illustr.*

Tertia Græcorum diuisio ab Ecclesia, quæ fuit gene-
ralis & communis Ecclesiarum Orientis propter Eury-
chen, dum post mortem S. Cyrilli Alexandrini Diosco-
rus, sedem eius consecutus, iugulato Flauiniano sancto
episcopo Constantinopolitano Anatolium suæ factio-
nis in Const. Patriarcham consecrat. & Maximum æquè
hæreticum in Antiochenum, Iuuenalem autem Hieroso-
lymitanum in omnibus consentientem habet. Nam
sic Orientales omnes Ecclesias sibi, concilians, schisma
in Ecclesia contra Pontificem excitat, donec Syno-
do Calcedonenfi eius furor repressus est, quæ tole-
ratis tribus Patriarchis, Constantinopolitano scilicet,
Antiocheno, Hierosolymitano, solum Dioscorum de-
iecit.

Hæsitantes siue *oi διακριθέντες* hæretici, qui hæsitabant,
an Synodus Calcedonenfis esset recipienda. *Leontius de
sectis.*

Flavianum Constant. deiecit Dioscorus in illa insidio-
sa Synodo Ephesi.

An. 451. in Africa Vandalorum exarsit persecutio, adeo
vt diuinos libros exurerent, & de sacris palliis ac vestimen-
tis vestes sibi facerent. *Sigeb.*

Acephaleorum hæresis docet Christum in vna substan-
tia adorandum, & vna natura ex Deitate & humanitate
mixta constare. *Plati & Honor. in Catal. her.* Sic dicti, quod
sine auctore & quasi capite essent. *iidem.* Vel potius, quod
Patriarcham suum minimè secuti, seorsum communica-
rent. *Leontius de sectis.*

Possidius (vulgo Possidonius) Apher, Eucherius Lug-
dunensis. *Gennad. in Catal.*

Asymo Curiensis primus Episcopus Rhætorum. Pro-
sper Aquitanicus. *Genouefa. Sigeb. in Chron.*

Theodorerus adhuc, Philippus Sidites, Ioannes Cassia-
nus scythæ, Ianuarius Aquileensis, Cyrtempus nobiles
scriptores.

Basilus Isauriæ, Memnon Ephesinus, Eusebius Dory-
lei. Ibas Mesopotamius Idissenus.

Persecutio Christianorum in Perside, per Varananem
regem, quæ durat an. 30, *Sigeb. Abbas Vsperg.*

Dionysius Exiguus abbas Romanus auctor nostri
computi ecclesiastici, *Sabell. Enn. 8, lib. 2. Diac. lib. 1. de Lon-
gobard.*

Eius cyclum paschalem completum esse septimo Iu-
stini Iunioris an. narra Iuo, *In vita Iustin.* quare & eum
aliqui statuunt an. 532 sub Bonifacio 2 & Iustiniano Imp.
At suum dedicauit librum Leoni Papæ. *Tritem.* authorem
notandorum temporum ab incarnatione Domini fuisse
colligunt ex Beda, *cap. 47. lib. de natura rerum.*

Lucidus lib. 1. de emendatione Temporum hic incar-
nationem sumit pro conceptione Domini, & rixam mo-

Anni
Christi.

442

Patriarchis.

*Alexandria Cyrillo, dein-
de Dioscoro Arriano, an. 4.*

Proterio, an. 6.

*Timotheo 2. Hæresiarcha,
an. 4.*

Timotheo 3. an. 22

Antiochiæ Domnio, an. 7.

Maximo, an. 5.

Basilio, an. 5.

Acacio, an. 1.

Martyrio, an. 8.

Hierosolymis Iuuenali.

*Constantinopoli Proclo, de-
inde Flauiano, an. 3.*

Anatolio an. 9.

Gennadio, an. 13

Principibus.

*Eisdem Imp. deinde Mar-
tiano Imp. 59, an. 7. qui pri-
mus à Patriarcha Anatolio
coronatus est, & postea Fla-
Leone Magno, an. 16.*

Orient.

463

4551

Anni
Christi.

442

*Valentiniano 3, inde Auito
an. 1.*

Maoriano, an. 5.

Occid. Imp.

*Goranane sexto Persarum,
deinde Peroze, an. 23.*

*Alamida Ætiopiæ, deinde
Achinna, an. 3.*

*Abraham & Azba fratri-
bus, an. 27.*

Clodio, Meroueo, an. 18.

*Childerico per ordinem,
Franc. Ducibus.*

Theoredo Hispan. deinde

Turismundo, an. 1.

Theodorico, an. 7.

463

Anni
mundi.

4526

uet Dionysio, qui tamen simpliciter natiuitatem intel-
ligere voluit. Nam & natiuitas quædam est incarnatio.
Præsentiam dixit Philastrius, à qua numerat libro de
hæresibus multo ante hunc Dionysium.

Ante illum Romana Ecclesia à Passione numerabat,
præcisè interim 33 annis, qui ab eius incarnatione ad
passionem decurrunt. Nam 701 Dionysij erat Romanis
668. *Ibid. Beda.*

Sic à passione numerabat Hieronymus in Cathalogo
& in primum cap. Sopho. &c. Isidorus multis historiae
locis, Turonensis, qui modo à Passione, modo à Resurre-
ctione, vt aliqui à Natiuitate & à Circumcisione vicinis
inter se rebus, numerat.

HVMANA.

Post 305 Olympiadem. i. annum Christi 446, nulla
fit mentio Olympiadum, in probatis historiis. Indi-
ctiones Romanorum mox cœpere. Cætera infra an.
532.

An. 444. Scoti ex Hibernia irrumpentes in Britanniam,
ibi tandem regnum constituunt, cum iam Romani Bri-
tanniæ curam abieciissent.

Fergusius Scythæ & Christianus rex Scotorum in
Albionem postliminio redeuntium efficitur contra
Romanos Palladio euangelizante, qui quidem è
Prospero in Chron. Scotorum primus episcopus fuit, &
quidem eò à Cælestino Papa paulò antè Leonem Mag.
missus.

449. Hengistus Anglorum Dux Orientalem in Britan-
niæ partem occupat, regnùmque constituit Anglorum
anno 463. *Beda.* Quare quæcunque de Arruro Rege &
eius successoribus eorùmque prophetis Merlino, Teli-
fino &c. hic substituit Galfridus quidam & Baleus, pla-
nè sunt anilia & fabulosa.

Tumque ea insula à Pictis, Scotis, Anglis & Saxoni-
bus populis littora Germanici Oceani incolentibus
occupata est. viuo adhuc Valentiniano tertio. Fuitque
primo sub quatuor regibus vel quinque. Quot enim gen-
tes fuerunt, quæ eam diripuerunt, tot etiam reges erant,
donec progressu temporis in duos redacta est. Nam is,
qui antiquæ Romanorum Prouinciæ præest, Anglorum
rex qui antiquis barbaris, Scotorum appellatur. *Onuphr.
in Romano Imp.*

Anno 449. Anglo saxones ex Boreæ Germaniæ parti-
bus adnauigantes Ducibus Hengisto & Horso, irruptio-
nes Pictorum & Scotorum pro tempore è Britannia in-
sula depulerunt. Postea rupto fœdere indigenis profligatis,
reliquias, quæ Vualenses appellantur, in inuisiis mō-
tibus & saltibus coarctarunt. *Polyd. lib. 3. Aug.*

Roma iterum an. 457. Vuandalis in prædam exposita
est duce Genferico, iam Carthagine ab eis expugnata &
Aphrica subacta. *leg. 1. C. de offic. præf. prætorio Aphrica.* post
primam direptionem an. 44.

Flectitur à Leone Pap. & Eudoxia imperatrice, ne
urbem incedat. Dies tamen 14 direptioni tribuit. Sic
capta est bis Roma intra 44. annos.

Tum Vandali omnia imperij Occidentis ornamenta
in Africam transtulerunt. Quare quidam hic interregnum
Romani imperij incipiunt, quasi infra scripti Imperato-
res inane tantum nomen habuerint.

Attila, flagellum Dei, à Genferico Vandalo contra

Gotthos in Hispaniam ex Pannonia per Germaniam & Italiam attractus cum 500 millibus Hunnorum siue Chunorum vniuersam ferè Europam depopulatur. *Bonfi. 3 deca. 1. Callimach. in Autic. Blond. 1. dec. lib. 2.* Tholosam vsque, vbi summa clade affectus est.

Theodoricus Rex Hispaniarum quintus apud Arelaram Narbonensis Gallia ciuitatem, in campis Catalaunicis, dum aduersus Attilam pugnat pro Romanis, occumbit. *Ritius.*

In quo praelio ad centum & octoginta hominum millia vtrinque ceciderunt ab hora nona diei, tota nocte, vsque ad sequentem diem.

Aëtius, qui Narbonensem Galliam regem non eum tantum ad societatem belli contra Genfericum & Attilam ascuerat, sed & Merouicum Francum, paulò post iussu Valentiniani interficitur, quòd effugij locum Attilæ, quem debellare potuerat, dedisset. *Isidor.*

An. 456 clarus trium præstantissimorum principum obitu, Attilæ, Torismundi Vviffigotthorum regis, Aëtij Romanæ militiæ magistri, in quo res Romana ingens detrimentum in Occidente patitur. Franci enim, Senonum, Aurelianorum, Parisiorum ciuitates occupant. *Aemilius.* Quin Romani eius tempore nihil adhuc cis Ligerim perdididerant.

Valentinianus à duobus Aëtij militibus interficitur. Maximus qui eos submiserat rapit imperium. contra eum ab Imperatrice Eudoxia accersitur ex Africa Genfericus, sed ante ipsius aduentum, ab Vrso milite Rom. perimitur.

Post Maximum Occid. Imp. Senatus Auitum Senatorem de ciuitate Aruerna (id est, Claromonte) Sidonij Appollinaris focerum creat. sed cum anno nondum expleto Richimerus Gotthus apud Placentiam cepit. Tunc Maiorianus Imp. factus est, qui bellum Vandalis in Africa inferens quarto imperij anno, siue post Valentinianum quinto mortuus est.

Auitus deiectus Placentius episcopus factus est.

490. Maiorianus Imp. Francos Gallias inundantes ad vicum Helenam in terris Atrebatum fudit. *Sidon. Apollinaris in Panegyrico Maioriani.*

Leo Constantinopoli senatus & exercitus suffragatione imperium consequitur.

Omnia loca Gallia, quæ tenebat Meroueus Franc. Rex Clodij fil. seu, vt alij volunt, consanguineus, Francia nomine vocari cæpta sunt. *Aemil. lib. 1.*

Ab hoc Franci Merouingi dicti sunt. *Gagui. lib. 1.*

Clodius Francos à Francfordia in Gallias traduxit vsque ad urbem Cameracum, exinde ad Somenam siue Sumonam fluuium omnia loca occupat. *Masse. et Guilel. Nangiacus. Greg. Turon. lib. 2. cap. 10.*

Apud Tholosam ex eius medio tota die sanguis largissimo fluxit riuo. *Sigeb.*

Germania, Dacia, Sarmatia, & cætera prouinciæ ad Danubium & Rhenum sitæ, Hispania etiam vterior, & Aquitania omninò ab imperio Romano deficiunt.

Blond. lib. 2. decr. 1. Irenic. lib. 3.

Franci magnam Gallia & Germaniæ partem tenent. Ostgotti Pannoniam, Vvesgotti Hispaniam, Vandali Africam.

Attila Bleda fratre, qui ad Budam Hungariæ regnum

Anni Christi.

442

454

463

Anni mundi.

4526

4551

S. QVARTVM generale concilium Chalcedonense contra Eutychem & Dioscorum hæreticos, pro duabus naturis in Christo & proprietatibus: in quo Paschasius, Lucentius episcopi & Bonifacius presbyter nomine Leonis P. P. præfuerunt. *Euagr. 2. cap. 2. & 4. episcop. 630. Marcell. comes. Niceph. 15. cap. 2. Sigeb. & Plati. Quidam 830. alij 600. Tirus lib. 2. c. 12. 636. Vix adhuc sub Gregorio Magno erat receptum in Galliis. Ipse epist. ad Brunichildam & alios.*

CONCIL. Arausicanum siue Asuriscanum, siue Auraciense primum, in quo Canones 18 de disciplina Ecclesiastica.

Et secundum delibero arbitrio, & de gratia Dei, contra Pelagianos, in quo can. 25,

Valense seu Vafense primum in Galliis episc. 18, de quibusdam ritibus Ecclesiasticis, deinde 2.

Carpentoraetense.

Arelatense 3. episc. 35, siue. 34.

Anni Christi.

463

470

Romanorum contra Eutychem. *Necceph. 15. cap. 4.*

Constantinopolitanum aduersus eundem. *Euagr. 1. cap. 9. sub Flauino insertum actioni, prima Chalcedonensi, repetitum in Trullo.*

Aliud sub Anatolio Patriarcha.

Ephesinum hæreticorum, quo Flavianus Constantinopolitanus et Dominio Antiochenus depositi, in exilium acti sunt. Sed contra illud Romanum.

Tyrium. } *Inserta actionib. 1, Beritense. } 9 & 10 Concilij Chalcedo. lib. ccc.*

Alexandrinum contra Eutychnos.

Veneticum.

48

u S. HILARIUS SARDUS, an. 7. mens. 3. dies 10.

Vacat sedes dies 10.

Anni mundi.

4551

4558

sibi condiderat, trucidato, per Noricum, Vindeliciam, Rhemorumque fines irrupit in Galliam, sed in Catalaunicis campis Aëtij virtute repulsus est in Hungariam. Vnde post aliquot annos per Carnicas Alpes in Italiam sese effudit. Tunc metu incolæ in proximas Adriaticæ maris paludes confugere coacti admirandæ vrbs Venetiarum fundamenta iecerunt. Est enim insula factitia, munitissimo inter paludes situ. *Iouius lib. 1. de Viris Illustrib.*

Venetia ergo metu Attilæ in insulis intimi Sinus maris Adriatici an 456 conduntur, nomine insulis illis Venetiarum imposito, quod olim erat regionis. Regio vero mediterranea partim Lombardia, partim Marchia Taruisara, partim forum Iulium, partim Istria appellatur. *Blond. dec. 1. lib. 3.*

Anno 458. Agrippinus comes Narbonem Theodorico regi Hisp. qui cum exercitu in Galliam Gotthicam reuersus erat, prodidit. *Isid.*

u EPISTOLA S de fide Catholica per vniuersum Orientem sparsit, confirmans tres vniuersales Synodos, Nicenam, Ephesinam, Chalcedonensem. Extant & duæ eius epistolæ. *Tom. Concil.*

Duas bibliothecas instruxit, templa ornando ditauit, eleemosynas hilariter dispersit.

Procopius Gazeus sophista, qui Octoteuchum ex Rapsodiis innominatorum patrum exposuit apud Græcos, sic Eucherius apud Latinos Genesim, libros Regum &c. eodem ferè tempore.

Victorinus in Aquitania, qui Cyclum Paschalem 532 annorum scripsit, Saluianus Massilia, Chrysologus Episcopus Rauennæ, Prosper Aquitanicus Reginensis. *Genad. in catal. & Palmer. in Chron.*

Eustatius Berytius, Maximus Taurinensis, Nilus Monachus. *Fulgentius.*

Iulianus Pomerius Maurus. *Tribbe.* Sed non satis aptè. Nam, vt infra, vixit septimo sæculo.

Abraham & Azba fratribus apud Ætiopas regnantibus, Christiana religio per omnem Æthiopiæ disseminata est, post decimum, scilicet, septimum regni eorum. *Marius Victorinus de Reg. Æthiopia.*

Eutyches & Dioscorus cum suis nolentes stare Synodi Chalced. decretis se in duodecim sectas diuidunt, inter quas fuit Iacobitarum, quæ nomen genti reliquit in Oriente, à Iacobo quodam Syro, & Diacrinomenon siue hæsitantium (an scilicet concilium deberent recipere) apud Leontium de sectis.

Acephalorum & Armeniorum hæreses.

465 Ajax Gallus Arrianum virus in Suevos Hispaniæ spargit, ex Gallica Gotthorum gente delatum. Quo infecti manserunt an. 90, vsque dum regnante Theodomiro Catholicam fidem amplexi sunt. *Isidorus, & Lucas Tudensis.*

467 pictoris cuiusdam, cum Saluatorem pingere Iouis specie, arefacta est manus, sed eum peccatum suum confitentem sanauit Gennadius patriarcha Constant. *Abbas Vspereg.*

Faustus ex abbate Lyrinensi episcopus Regienfis in Gallia inciderat in Pelagij errorem, sed emendatus à Fulgentio scribit de libero arbitrio, & gratia Dei.

Ei olenti Pelagium Mamercus in nonnullis responder, scriptus subtilissimis libris de Anima siue de statu Anima.

Mamercus (quem Trith.) vocat Claudium, alij Claudianum) episcopus Viennensis in Galliis vtilissimo experimento, reuerendissimo exemplo primus inuexit solemnitate Rogationum (quas hodie Christiani Syri vocant Niniutaru in ieiunium) in quibus ieiunatur, oratur, psallitur, fletur. *Sido. lib. 5. epist. 14. Carolus Magn. in fragmentis de Ritib. pag. 53. Rationem instituti adfert Greg. Turon. lib. 2. cap. 34 quod Vienna assiduus terræ motus contingeret, lupique ac aliæ fera syluestres urbem ingredientes homines deuorarent. Igitur qui cum Polyd. lib. 5. de inuento. rer. cap. 10. tribuunt Leoni 3. PP. institutionem litaniarum trium dierum ante Ascensionem, vel errant, vel illum significant fiat utum tempus præfixisse.*

HVMANA.

Actio non longe post victum Attilam in campis Catalaunicis, à Valentiniano Imp. occiso, imperium Occidentis concidit. Nam eius cæde cognita barbari, qui eius virtutem veriti, intra suos, fines quicuerant, sub an. 460 vndique excitari cœperunt.

Siquidem Hunni reparatis viribus Italiam inuaserunt. Picti, Scoti; Angli & Saxones, qui littora Germanici Oceani incolebant, Britanniam, Franci & Burgundiones Gallias Rheno propinquas, Gotthi Aquitaniam, atque ita breui Romanorum in Gallis imperium defecit. *Omniph. in Rem. Imp.*

Sub Maioriano, post mortem Valentiniani cum omnia Romana in potestate Barbarorum iam essent, Gotthi, & Franci cum Burgundionibus inter se decertare cœperunt. Gotthi à Francis è Gallia exacti Hispanias occuparunt. *Ibid.*

Vandali à Gotthis ex Hispania eiekti in Africam, Carthaginem ceperunt, & totam Prouinciam Romanis eripuerunt. *Ibid.*

Franci & Burgundiones in deditionem redactas diuiserunt, vt Burgundiones vicinas Rheni regiones tenerent, Franci interiorem Galliam, quam Barbarorum nouissimi ad nostra vsque tempora possident. Obtulerunt verò Gallias omnes pacificè sub suis regibus Childerico & Clodoneo circa an. 480. *Ibid.*

Childericus enim primus à Francis & Gallis publico gemellæ & confociatæ gentis concilio rex Franciæ, seu Francogalliæ creatus est.

Maiorianus in Hispaniam venit, vt inde parata classe Vandalos adoriretur, sed concilio eius detecto in Italiam reuertitur, & à Patricio occiditur. *Roderis. Toletan.*

Seuerus eius successor quartò post anno veneno quoque Romæ nulla re gesta memorabili tollitur.

An. 469 absolutum à Iudæis Talmud Hierosolymitanum. R. Iohanani operi præfuit, qui illam doctrinam totidem ferè librorum inscriptionibus, quot Babylonica continetur, libris tamen multo contractioribus, construxit. *ex Chro. Heb.*

Eradicus frater Theodorici Regis Hisp. pugnans cum Francis iuxta Ligerim fl. occiditur. *Seuerus.*

Genfericum Vandalum iterum in Italiam nauigantem Basilicus patritius nauali acie vincit. *Matt. Palm.*

Anni
Christi.

461

Patriarchis.

Alexandria Timotheo 3.

Antiochia Martyrio,
deinde Petro Gnapheo Euty-
chiano, an. 1.

Iuliano, an. 6.

Hierosolymis Iuuenali,
deinde Theodosio Schisma-
tico, an. 1.

Anastasio, an. 6

Constantinopoli Gennadio

Principibus.

Leone Orient. sexagesimo

Maioriano, & post eum
Seuero seu Seueriano, an. 4.
Occid. Imp.

Peroze Persarum, an. 41.

Abraham & Azba fra-
tribus Aethiopia an. 27.Childerico an. 26. Franc.
Duce.

470

Genfericus

Anni
Christi.

470

49.
X S. SIMPLICIUS
(Sulpitius Palmerio) Ti-
burtinus, an. 15.

485

mens. 1. dies 7.

Vacat sedes dies 26.

Patriarchis.

Alexandria Timotheo 3.
deinde Ioanne 1. mens.
Athanasio 25 an. 10.Antiochia Iuliano, deinde
Petro 3, an. 3.
Ioanne 2, mens. 3.
Stephano 2, an. 2.
Stephano 3, an. 3.
Ioanne 3, mens. 1. Calendio,
an. 1.Hierosolymis Anastasio,
deinde Martyrio, an. 2.
Salustio, an. 8.

403

Constantinopoli Gennadio,
deinde Acacio heretico,
an. 14.Anni
mundi.

4558

4573

Genfericus autem curauit vt Orientale Imperium Ostrogotthi, Occidentale Vvisgotthi vastarent, vt ipse quietus in Africa regnaret. Regnavit autem annis 40.

Theodorici Erricus frater Tholose occid. *Seuer. Sigeb.* Initio regni Lusitaniam deprædatur, Pampelonem, Cæsaraugustam, Tarraconensem regionem, Hispaniam denique superiorem subigit. *Isidor.*

Riothimum Britonum regem ad defensionem Galliarum Romanis venientem contriuit. *Sigebert.* sed de eo paulò post.

Regni decimo quarto Aruernam urbem (i. Claromontem, siue Gergouiam) Romanis, Decio senatore Aruiti olim Imp. filio frustra defendente, cum tota Aruernia eripuit, eique Victorinum comitem præfecit. *Turon.* nempe circa an. 474.

Mox Arclatum & Massiliam, totam denique Prouinciam, Nepote & Augustulo in Occidente imperantibus, regno suo Vvisgotthico adiecit. *Isidor.*

X SVIS scriptis Ecclesiam illustrat. *Trith.*

Tres reliquit epistolas. *Tom. conc.*

In earum vna factum Nundinarij Episcopi Barcinonensis & Siluarij Calaguritani, qui sibi designarant successores, cum Romana Synodo improbat, & Episcopos subrogatos cedere iubet.

Remigius Rhemensis, Eugenius Carthaginensis Ecclesiæ episcopus, quæ 24. an. episcopo destituta fuerat.

Cerealis Castellensis, Salonius Viennensis, Sidonius Apollinaris. Rusticus Diaconus Romanus.

Contra Ioannem & Athanasium 2. Alexandria sedit Petrus Moggus an. 4.

HVMANA.

Romanum Occidentis imperium sub hoc in Augustulo defecit circa an. Dom. 475. Urbis 1221. *Diac. lib. 16.* deinceps barbaris & peregrinis dominis Italiam occupantibus annis 325. vsque ad Carolū Magn. ex quo vsque in hunc diem Imperium manet stabile. *Niceph. 15. cap. 11. Palmer. in Chron. Blond. lib. 2. Dec. 1. Diac. lib. 16.*

Odoacer se regem Italiæ post depositum ab Augustulo imperium eodem anno 470 appellauit.

Childericus, qui patri succedens ob scortationes regno pulsus fuerat, Egidio Romano in eius locum suffecit, reuocatus Alemannos vicit & Francis subdidit. Cum Odoacro, qui Galliam ingressus Aureliam & Andegauum occuparat, pacem fecit.

Quicquid ferè supererat de Gallia, Romanis eripuit, & è regio genere hinc inde subregulos in maioribus vrbibus constituit. *Trith.*

Alioqui Gallia isto tempore sic erat lacera, vt, præter Romanos, quorum nomine Egidius Prouinciâ Sueffionensem, Paulus comitatum Andegauensem administrabat, eius partem sibi vendicarent Burgundi, partem Britones, partem Franci, partem Vvisgotthi siue Vaseones.

Seuerianus Damascenus, Marinus Neapolitanus, Procli philosophi discipuli. *Suid.*

An. 32. post ingressum Anglorum in Britanniam Ella australium Anglorum regnum inchoat, cui ordine successerunt Sifca, Edeluachus, Berutius & Aldinus, donec ab Ino, ad Occidentaliū Anglorum regnum adiunctum est. *Polyd. l. 4.*

Anthemius à Leone in Italiam mittitur, vt sit Imp.

P p

Collegam facit Richimerum Gotthum, focerum suum, qui eum anno 4. imperij interfecit, bonis civium Romanorum direptis.

Richimerus 40. die post Soceri mortem extinguitur.

470. Anthemius Imp. à Riouthimo rege Britonū opem contra Erricum V. visigothorum regem implorat.

Hunc Riouthimum Britanniae Gallicae regem primum nominatum reperias. Fortasse ab Armoricis populis electus fuit studio defendendae libertatis, cum post Aetij mortem, nihil sibi amplius à Romanis praesidij expectarent.

Quia autem Riouthimus fortassis erat ex illis Armoricis populis, quos antiquitus Britones appellatos Plinius & Strabo tradiderunt, inde fortasse tota regio Britanniae sine Britonae nomen est deinceps consecuta, non ab adnenis Britannis, quos ex insula ab Anglis fugientes Gildas sic describit, ut Armoricorum in se miserationem conuertisse potius, quam vi & bello, cum ipsis coivisse ostendat.

Hic ergo Britonum historia siue illi aduenae, siue antiquiores & indigenae incipit.

Huic successit Olybrius septem menses.

Glycerius Rauennae imperator post Olybrium creatur. Sed eum cum non totum annum imperasset, imperio spoliatur Iulius nepos & episcopum facit in Dalmatia.

Orestes tribunus militum Rauennae Augustulum filium adhuc adolescentem ad imperium euehit, foedere cum Vandalis in Africa agitato.

Augustulus victo patre ab Odoacro fugiens imperio se abdicat & in Campania exulat.

Plures eiusdem nominis regna & imperia erexerunt ac eadem labefactarunt. Darius primus cum Cyro capta Babylonē Imperium Persarum constituit, Darius Arsamis fil. penitus amisit: Constantinus Magn. primus Imperator Constantinopolitanus, Constantinus vltimus Imperium cum vita perdidit: Balduinus primus ex Francis Imper. Constantinopolitanus, Balduinus illius abnepos vltimus: Urbano 2 PP. Hierusalem est recepta, Urbano 3 recidit in seruitutem: Augustus Romanum Imperium condidit, cum Augustulo viro ominosi nominis, Romanum in Italia ruit Imperium.

An. 471 Genserico Patri succedit Honoricus, qui multo crudelius Catholicos est persecutus, quamuis Valentiniani & Eudoxiae filiam uxorem haberet.

Annis ferè octo Vuandalorum Rex Arrianus, 434, Beda, siue, ut ait Sigeb. 444, Catholicos per speciem Synodi euocatos Aphricae episcopos mittit in exilium. *Diac. in Odeac. li. 16. Ab. P. Sparg. in Zeno* (mirum tot olim fuisse vnus regionis episcopos) verum biennio post corrosus à vermibus misere periit. *Procop. lib. 3 de bell. Vand. Sigeb. cunctis interioribus effusis. Isid.*

Quater mille nongentos septuaginta sex in exilium misit. *Sigeb.* Plebem variis affectis suppliciiis, & innumeris linguas abscidit, qui perfectius locuti sunt. *Isid. Beda* Talis miraculi meminit Iustinianus Imp. & oculata fide sibi constare testatur. *Cod. de offic. pref.*

Eugenium Carthag. cum clericis suis plus quingentis post varios cruciatus in exilium misit. *Isidor.*

475. Franci Coloniam Agrippinam, sequenti Treuerim Romanis adimunt.

An. ab euerfo templo 436. id est, Christi 476 vel 478,

Anni
Christi.

470

485

Simplicio

Principibus.

Leone Imp. sexagesimo, & eo mortuo, Zenone Isauro heretico Arriano, an. 13, iuxta alios 17. Orient.

Seuero Anthemio an. 5.
Olybrio 7 mensibus, Glycerio, an. 1.
Nepote dieb. 56. Momyllo Augustulo, an. 1. Occid. ex ordine successionis Imp. usque ad Odeacrum Turcilingorum & Italiae Regem.

Peroze, deinde Valente, an. 4.
Cauade Persarum, an. 41.

SS. Abraham & Azba fratribus Aethiopiae pretiosis, deinde solo Abraham, an. 14.

Childerico Franc. Duce.

Errico Hispania 8, deinde Alarico, an. 23.

CONCIL. Carthaginense Arrianorum & Catholicorum sub Hunericho.

4578

Anni
Christi.

485

492

Anni
mundi.

4573

4580

50
y S. FOELIX III.
Romanus, an. 6.
men. II. dies 17.

Vacat sedes dies 5.

Patriarchis.

Alexandria Athanasio 2,

Antiochia Calendio, deinde
Palladio, an. 10.

Hierosolymis Sallustio, de-
inde Elia, an. 23

Constantinopoli Flauita
Arriano mens. 3.
Euphemio, an. 10.

Principibus.

Flau. Zenone Isauro, seu
Isaurico Orient. Imp. Odeac-
ro, an. 14. Italiae.

Cauade Persarum Rege 18.

S. Abraham Aethiopiae pretiosus.

Childerico Franc. Duce,
usque ad Clodouem.

Alarito Hispania octauo.
CONC. Romanum 1 & 2 de cau-
sa Acacij Constantinopolitani.
Tarracoenense episc. 10.
Aurelianense & 1. Francicum
episcop. 30 siue 33 iussu Clodouei.
Gerundenense in Hisp. Lib. concil.

Simplicio Pontifice, Zenone autem Orientis Augustulo Occidentis imperatore, post mortem D. Hieronymi an. 56 (nam obiit Christi 422.) Iudaei Tyberiadis Palaestinae indicto concilio, ad quod Babylonij confluerunt, primariis eorum R. Ben Afer. & R. Ben Nephtali, notulas, quibus hodie Iudaei vtuntur vice vocalium & accentuum, ad lectionis facilitate repererunt. *Elias scilicet. 2. lib. accenium.* Alij putant puncta inuenta Babylone, sed falluntur. Quare אכשי טכירא punctatores dicuntur. *Elias in praef. Maso.*

Aaron ben Afer, Iacob Ben Nephtali fuere punctatorum principes, qui dum inter se de aliquorum vocabulorum, & versus lectione, notulis, accentu, distinctione dissentiant, maxime in Decalogo, duplicem signandi & distinguendi modum Iudaeis reliquerunt. Hinc prioris lectionem Iudaei Occidentales hodie sequuntur, posterioris Orientales, praecipue Babylonij, ad fluuium Neardea. Kimhi in *Psal. 60.*

Nec tamen illi vel accentuum vel punctorum traditionem quotuplicem habemus ediderunt, sed qui eos secuti sunt Rabbini, inuentis pulchre rebus facile addentes.

Nam septem motionibus Masorethae contenti fuere, comprehenso sub camets. camets hatuph, sub hirec, utroque hirec, sub surec, etiam kibbutz. Quod attinet ad accentus, 23 tantum posuere, cum recentiores decem motiones faciant, & accentus 27 aut etiam 29.

y D V A S scripsit epistolas Decretales. Celebrior est illa ad Acacium Constant. in qua eum deponit & Eurychianorum communionem damnat.

In Dogmatistas & Simonistas sua autoritate vtitur.

Sidonius Apollinaris episcopus Claromontensis in Aruernia. Epiphanius Ticinensis, Fulgentius Carthaginensis, Ruspenis episcopus.

Petrus Cnaphæus tertio irrepit in Antiochenam sedem.

Teodomirus Ostrogotorum Rex ad Catholicam fidem conuertitur.

Abraham & Azba fratres, qui Aethiopiae imperium, quod hodie Presbyteri Iohannis dicitur circa an. 460. susceperunt per annos 27, defensores Christianae religionis & illustratores fidei cognominantur. Inde Abraham in Sanctorum catalogo apud eos ascriptus solus regnavit an. 14. *Mar. Victorinus in Reg. Aeth.*

Horum temporibus, nempe anno ipsorum decimo septimo per vniuersam Aethiopiae religio propagatur. *Ibid.*

HVMANA.

Idem Abraham diuino somnio admonitus ad vitanda posterorum suorum de imperio bella intestina, magnum praeruptum, & praeraltum Aethiopiae montem munit, ut in eum praesidiis appositis liberi regij relegarentur, solusque in aula remaneret, qui esset successurus. *Aluaresius hist. Aethiopiae c. 58.*

Et ut ex eo educerentur qui electi essent ad regnum, si rex sine maribus moreretur. *Ibid. c. 59.*

Odoacer Rugianus exercitu in Italiam ducto Orestem Ticini obsessum capit, Placentiam adducit, ibique spectante exercitu interficit. Romam ingressus regem se urbis & Italiae nominat, triumphans in capitolium ascendit magnas caedes Romae & alibi facit, agtorum tertiam partem suis attribuit.

Theodoricus Gotthorum rex à Zenone in Italiam missus tanquam vicarius duobus magnis praeliis Odoacrum vincit, & post Rauennam triennem obsidionem interficat. Potius Italia vrbem Senatui regendam committit, sui regni sedem Rauennam collocat. Symmachum & eius generum Boethium senatores nobilissimos, quod Arrianis templa concedi impediunt, necat, bonis publicatis.

Honoricho Vandalo succedit Guntamundus an. 12. qui restituta pace Catholicos ab exilio reuocauit. *Isidor. deinde Transmundus frater an. 27. Idem.*

Eugenij Episcopi Carthag. suafu Guntamundus tandem post decem persecutionis annos Catholicos Episcopis dudum claufas ecclesias, reddita pace, restituit. *Cassiod. de Cass.*

Trasimundus Anastasio Imperator. fuit charissimus, Vandalorum rex quartus in Africa. Christianos non pœnisset prœmiis à fide abducere conatus est. *Procopius* nisi quod 220. episcopos in Sardiniam relegauit, clausis eorum ecclesiis. *Beda.* Isidorus tantum ponit 20.

Godeter comes Gotthorum Hispanias per Pompelonem, Cæsaraugustam & vicinas vrbes obtinuit. *Idacius. Senerus.*

Heldefredus cum Vincentio Hispaniarum duce obsessa Tarracone, maritimis vrbibus potitus est. *Idem.*

Enricus rex Hisp. Gotthis primus leges dedit scripto. Vnde à S. Isidoro inter legiflatores ponitur. *Alphonfus Burgensis.*

Egressus in Gallias persecutionem in Catholicos mouit. *Turn. lib. 2. cap. 25. Sidon. epist. a Basiliam.*

Ostrogotthi, id est, Orientales Gotthi Zenonis Imp. tempore in Italia regnare incipiunt, Theodorico principe, qui pro nepote etiam regnauit in Hispania an. 15. *Vasani.*

490 Siagrius Ægidij Sueffionum præfeti filio securi à Clodoueo Francorum rege percusso, imperij Romanorum in Gallia fuit finis, annis circiter 537 post Iulium Cæsarem.

Hinc firmanda potentia suæ causa principes affinitates vndique contrahebant.

z RELIQUIIS discipulorum D. Augustini fuisse fertur, hæreticorum acer expugnator, qui ex Africa propter Vandalicis persecutiones Romam se receperit, & genus vitæ monastica à suo præceptore institutum in ædem Lateranensem induxit.

Eum esse Scholasticum, quem Canonis Missæ auctorem facit D. Greg. lib. 7. epist. 63 putant. Appellabatur nempe, ante quam esset Pontifex, Scholasticus à dignitate, quam apud Romanum pontificem obtinebat. Nam Schola significabat cœtum eorum, qui erant ex aliquo corpore & collegio in comitatu Imperatoris, vel episcopi. Vnde scholæ Quæstorum apud Iurisco. & Scholasticus nomen illis dignitatis. Qua ratione Euagrius se scholasticum appellat. Erat enim in consortio Antiocheni patriarchæ dignitate cōspiciuus, scholasticus videlicet & q. protonotarius. Sic sæpe in epistolis D. Gregorij, Paulus scholasticus &c. Si ergo Gelasius, dum adhuc esset scolasticus, hanc precem composuit, de Canone est intelligendum, qualem nunc habemus, non simpliciter.

Anni christi.

492

498

Anni mundi.

4580

4586

SI.

z S. GELASIVS I. Apher, doctissimus, an. 5. mens. 8. dies. 17.

Vacat sedes dies 7.

Patriarchis.

Alexandria Athanasio 2, deinde Ioanne 2, an. 9.

Antiochia Palladio.

Hierosolymis Elia.

Constantinopoli Euphemio, deinde Macedonio 2, an. 16.

Principibus.

Anastasio cognom. Dicorus, hæretico Eutyehiano, an. 26. Orient. Imp. 62.

Cauade Persarum 18. deinde Zambase, an. 4.

Asfa Æthiopia, an. 7.

Theoderico Arriano, an. 37. Italia.

Clodoueo, an. 30. Franc. rege primo.

Alarico Hispania octauo.

Quare

Anni christi.

492

Anni mundi.

4580

CONCIL. Epauense episc. 70. in quo 40, canones.

Romanum contra Acacium Constantinopolitanum.

Romanum alterum pro absolutione Miseni Episcopi.

498

4586

Quare & Greg. non ait canonem composuisse, sed precem, quasi vnam precationem adiecisse tantum significet. Nam multas & præcipuas illius partes ab Ecclesia usurparas & receptas satis constat ex Ambrosio lib. 4. de Sacram. cap. 5. & 6. Cypriano libr. 4. epist. 5. Optat. contra Parm. vbi legitimum appellat, legitimum (inquit) mutare non ausi estis, &c. Aug. epistola 57. & de spiritu & litera cap. 11. Imò verò inter preces Apostolicas magna, ex parte totus reperitur Græce apud Clemetem lib. 8. const. Apost. cap. 16. & Latine apud Amb. vbi supra. Quod Paschasius tempore Bertrami ante 700 annos scriptum reliquit lib. de Corpore & Sanguine Domini. Respice in sacramentorum libro, instituentem B. Petro (vt credimus) quid orat sacerdos in Canone, &c.

Collectas etiam Ecclesiasticas concinnauit, & plerasque composuit Gelasius ad totius anni Missarum solennia. Vnde & earum auctor fertur. *lege Espenceum in commentario libri de collectis Ecclesiasticis.* Quamuis principium ab Apostolico sæculo reperti debeat. Orig. enim hom. 11. in Ieremiam ad eas respicit, vbi inquit, frequenter in oratione dicimus. Da omnipotens, da nobis partem cum prophetis, da cum Apostolis Christi tui. Tribue, vt inueniamur ad vestigia Vnigeniti tui, &c.

Lupercalia sacra reclamantibus multis Romanis sustulit. *Onuph. in ciuitate Rom. pag. 323. ex antiquo Romano Registro.*

Canonicos regulares ordinis S. Augustini Laterani primus collocauit, qui ibidem vsque ad Bonifacium 8. permanserunt. *Onuph. ex Archiuo Ecclesia Lateranensis.*

Manichæos libris eorum combustis proscripsit. Eius duæ supersunt Epistolæ decretales & multa alia opera.

Anastasio de Magia & Manichea hæresi suspectus, consecutus Imperium multas alias hæreses amplectitur & Catholicos persequitur. *Zon. Niceph. & Euagrius.*

Hinc turba hæresiarcharum Seuerus, Xenaias, &c. Euphemius Patriarcha nunquam eum purpura ornare voluit, donec conceptis verbis religionem serutaturum & edito chirographo fidem Catholicam se ruaturum compulit. *Euagr. lib. 3. cap. 32.*

Tum enim demum *επέκει αυτον*, cum coronauit *Zonar. tom. 3.* quasi iam tunc à pontificibus reges & imperatores coronarentur, & eorum sacro ministerio imperia susciperent.

Xenaias siue Philoxenus Hieropoleus episcopus Eutychianus, primus euomuit Christi & Sanctorum Imagines venerandas non esse. *Niceph. 19. cap. 27. & Cedrenus. sub ann. 494. Funccius hæreticus pag. 135.* Vbi & improbitatem hominis describit. Presbyterum se esse mentitum, cum nondum esset baptizatus, & impiè pleraque alia, &c.

Remigius & Patricius Sueffionensis Episcopus fratres, Vedastis Atrebatensis Episcopus, Auitus Viennensis, qui Gallias ab Arriana hæresi defendit, & multos Iudæos conuertit, Epiphanius Ticinensis, Fulgentius Ruspensis Episcopi. Idacius, qui Chronica sua à primo Theodosij consulatu siue à Ioan. Chrysofomo vsque ad ann. 490. perduxit. *Sigeb. in Chron.*

Calliodorus monachus ex senatore circa finem Imperij Anastasij. *Pomerius.* Gennadius Massiliensis. Hesychius Milesius. Immireni Persiæ populi olim Iudæi, postea vero

gentiles sub Anastasio. Imp. petito Episcopo fiunt Christiani. *Theodorus lictor lib. 2. Niceph. 16. 37.*

Alamundarus Saracenorum princeps cum populo suo baptizatur. *Paul. Dioc. 15. Zonar. tom. 3.*

Sabbas & Theodosius abbates in Palestina florent. *Niceph. in eorum manachos Seuerus hærestarcha crudeliter sæuit, Tom. 2. concil. ex libello ab eis scripto.*

Sed Iustino seniori pœnas dedit. *Euag. lib. 4. cap. 4.*

Cabades Persarum rex imitatione Anastasij Christianos persequitur, *Niceph. lib. 16. cap. 3.* & Thrasimundus Vandalorum in Africa. *Regino lib. Diac. lib. 15.* Et Theodo Boiorum princeps, qui Ratisbonæ & in vicinis regionibus Herculis & Ethnicorum superstitiones crexit, ann. domini 508. *Auent. lib. 3. annalium Boiorum.*

HVMANA.

Hic multa Galfridus & Balæus vanissimè de suis Britannis confingunt, vt regni cuiusdam noui iaciant fundamenta, quod antiquitate & nobilitate cum Francico & Hispanico certet, imo superet.

Arcturum magnum, qui nunquam extitit, vt ex Beda potest intelligi, tempore Clodouci profligasse Saxones, mirabilia gessisse per totum ferè orbem, quàm Alex. Mag. Christianum fuisse, &c.

Eius tēpore viguisse Thelesinum Helium ex Bardorū genere, philosophum, Mathematicum, primū poëtarum suorum. Huius auditorem fuisse Merlinū siue Melkinum ex patre incubo Vatem, & astrogolum, qui cometarum effectus, & planetarum motus monstrabat. Anglicas & Gallicas regiones peragrabat. De regni Anglici & religionis mutatione sub finem mundi ventura prædicabat. *Naucl. vol. 2. gener. 17.* hæc & alia mēdacia refellit in præmio rerum Anglicarum Guilielmus Nembrigensis & quidem Anglus.

Burdenellus tyrannidem vsurpat eius Hispaniæ partis, quæ Romanis parebat: à Gotthis captus & Tholosæ tauro æneo impositus viuus crematus est. *Vasens.*

* H V N C aliqui recensent inter hæreticos propter communionem Acacij & Photini, vt Gratianus c. Anastasius, dist. 19, &c. dictum est, 1. q. 1, quasi illi fauerit & in sedem Constant. reuocare voluerit. Atqui Anastasium Imper. excommunicauit propter Acacium & Eustichianistas. *Plati, Symmachus Apolog.*

Vnde & ad Symmachum successorum Orientalis Ecclesia scripsit, vt illos ab illa excommunicatione absolueret.

Quin & Acacius obierat, ante quam Anastasius sedem Apostolicam conscendisset.

Scripsit ad Anastasium Augustum.

Ferrandus Diaconus Carthaginensis, Alcimus, Auitus Viennensis episcopus varia, etiam contra hæreticos, prosa & versu emittunt. *Ado. Gennad.*

HVMANA.

Gens Bulgarorum ignota in Illyriam & Thraciam impressionem facit, Romanos fundit ad vnum ferè omnes, & ibi sedes locat. *Zonar. tom. 3.*

Heruli demigrant in Italiam & ab Anastasio imp.

benigne

Anni
christi.

498

500

52.

* S. ANASTASIUS
II. Romanus. an. I.
mens. 10. dies. 24.

Vacat sedes dies. 4.

Patriarchis.

Alexandria Ioanne secūdo.

Antiochia Palladio.

Hierosolymis Elia.

Constantinopoli Macedonio secundo.

Principibus.

Anastasio Imp. sexagesimo secundo.

Zambase Persarum 18.

Asfa Aethiopia.

Anni
mundi.

4886

4888

Anni
Christi.

498

500

Theodorico siue Dietherico
Ostrogotthorum ac Ital. re.
primo.

Clodoueo Franc. rege pri-
mo.

Alarico. Hisp. octauo.

Annus domini 500. quo S. Symmachus Pontificatum adit & Flavianus 2. Patriarchatum Antiochenū, & Rabbini Babylonicum Talmud absoluunt.

QVINTO seculo continuata est doctrina. *Missa, Chrysostomi, Gelasij. Liberum arbitrium. Passim Chrysostomus paronum agit, vt ho. 8 ad Philip ho. 9. in 1. c. Ioh. in hom. 45 & 46. in 6 Iohan. Augustinus ipse Gratia præco contra Pelagianos vehementissimus lib. 1. ad Simplicianum q. 2. & in solutionibus questionum q. 1. Neque enim (ait) voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia inuatur, sed ideo inuatur, quia non tollitur. & c. Idem de spiritu & litera c. 33. velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius præuenit nos. Consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, propria voluntatis est, & c. Prosper. Cyrillus 3. & 8. contra Iulian. & alij omnes huius ætatis, quibus alioqui pugnandum erat pro diuina gratia in pelagianos eius inimicos. Secundam iustificationem requirere opera. Chrysost. homil. 6. in 1. Iohan. Et in dictum ac Rom. 3. Iustificati gratis. Augustinus nihil aliud intelligi docet, per vocem Gratis, quam quod iustificationem opera nulla præcedunt, de spiritu & litera c. 25. Prosper, lib. 1. de vita Con. c. 19. Hesyeb. in c. Leuit 4. & 5. Sedulius in c. 4. Rom. in 5. Philip. Non solum fidem ad salutem sufficere. Cyrill. Alex. lib. 10. c. 18. in Iohan. S. Leo sermo. 3. de Epiph Sic. Primasius in 2. c. Galat. Queritur, virum sola fides sufficiat Christiano: fides sufficit, vt primo credentem & iustum efficiat, si deinceps in iustificatione permaneat. Ceterum siue operibus morua est. Item in c. 4. Gal. & in 3. Heb. Saluianus lib. 4. de Prouid. Hac sit hominis Christiani fides fideliter Christi mandata seruare. Quare & ipse Aug. Pelagianorum præcipuus insectator bonis operibus multum tribuit, lib. 2. de peccatorum meritis c. 3. 4. et cap. 15, probat multis scripturarum testimoniis mala opera damnare, bona vitam eter-*

Anni
mundi.

4886

4888

begnigne admittuntur, *Procop. lib. 2. bell. Gotthor.*

Clodoueus primus Ducum Fancorum fit Christianus, regni sui decimo quinto, & baptizatur à S. Remigio Rhemenfi Archiepiscopo, qui ei Ludouici nomen & regis titulum imposuit. *Gregor. Turon. lib. 2. cap. 30 & 31. Aemil. lib. 1.*

Quicquid Galliarum à Rheno ad Ligerim sub iure erat Romanorum, ad ius Francorum iam transtulerat. *Sigebertus.*

Siagrius Ægidij F. è Sueffionensi prouincia pulso. *Turon. Regni fines à Rheno ad Sequanam dilatarat, deinde ad Ligerim. Annon.*

Alemanniam in ducatus formam redegerat, completentem Sueuiam, Alfariam, partem Heluetiæ & vicinas alias regiones, vbi Brauarix regem Theodonem, Ducem duntaxat nominari voluit, vt se Regis Franciæ clientem esse sciret. *Rhenanus, Auentius, Munsterus.*

Delatum fuit oleum coelitus per columbam super Clodoueam regem primum Christianum inter reges Francorum, quo rex præfatus à B. Remigio fuit inunctus, & inunguntur posteri, signis & portentis & variis curationibus in eis ex vnctiōe prædicta apparentibus. *D. Thomas lib. 2. de Regimine principum cap. 20. significat autem strumarum curationem. Delati illius vasis chrismate pleni per columbam meminere Henricus Erphordiensis & Annonius de gestis Franc. lib. 1, cap. 16. Diuinæ gratiæ & odoris in templo collocati & Balsami Greg. Turon. li. 2, cap. 31.*

Cum superiores duntaxat Ducis titulo insignerentur, hic primus propter sacrum oleum sibi & posteris regum meruit.

Prima Christianorum pugna contra infideles Vvifigothos, qui Engolismam & Burdegalam tenebant, & Tholosam pro regia, feliciter confecta per Clodoueam. *Sabell. lib. 2. Ennead. 8.* ita gens Francica prima omnium pro religione signa cum Christi hostibus contulit. *Aemil. lib. 2.*

Gotthis Arrianis ex Aquitania pulsus Franci Catholici successerunt. *Iuo in Chronico.*

Proclus Philosophus specula vstoria caua ex ære fabricat, ad arcendos de muro Constantinopolitano hostes. *Zonar. in Anastas. ab his speculis radij solis accensi vicinas naues Vitaliani, Archimedis exemplo, incendunt.*

nam mereri. Intercessio sanctorum. Chrysof. hom. 1 & 44 in Genesim, & passim alibi. August. in lib. de cura pro mort. c. 16. & passim. Theodor. q. in Leuit. lib. 8. de curatione Greca. qui de Martyribus inscribitur. Totum denique hoc seculum, ut Effigies libro peculiari docet. Imagines, Petrus & Paulus cum Christo pluribus locis picti. August. 1. de consen. Euang. c. 10. Apostoli in pictis parietibus. Ibid. Earum primus oppugnator hoc ano exoriitur Xenaias sine Philoxenus Hierapoleos Episcopus sub an. 494. contra quem multi Purpura calaturaque crucis in purpuris, in diadematis, in precibus, in armis, in mensa sacra & in toto orbe apud Chrysof. lib. Christum esse Deum. ubi & bestiarum etiam corpora male affecta crucis forma signari. Super altare Michaelis (templi cuiusdam) posita crux. Sozom. lib. 2. cap. 19. Neve quis ignoret speciem Crucis esse colendam, qua Dominum portavit ouans, ratione potenti. Sedulius. Cyril. lib. 6. contra Iulianum Apostatam. De Pœnitentia & eius partibus, præsertim confessione. Chrysof. hom. de lapsu primi hom. homil. 3. in 2. col. 2. hom. 3. Matt. Hefychius lib. 7. in ca. 27. Leuit. de duobus annis remissionis scilicet & iubilei, quorum unus (inquit) baptismum aperte insinuat, alter pœnitentiam. Eucher. lib. 4. in libros Reg. Leo epist. 91. 69. Cyril. lib. 3. in Leuit. Aug. ho. 49. lib. 2. de visitatione infirmorum c. 4. Veritas corporis & sanguinis in Eucharist. & Transsubstantiatio, & oblatio. Chryf. in Liturgia, hora. de Eucharist. hom. de Psal. 115. hom. 83. in 26. Matth. ho. in 1. cap. Ephes. hom. 84. in Ioan. 19. Hom. de prodicione Iude. hom. de resurrectione. hom. 21. in Act. hom. 6. ad popul. Antioch. lib. 6. de sacer. Euch. lib. 1. in Genesim. Aug. epist. 111. & 118. que ad Ianuariam, ubi sexies offerendi verbo visum absoluit, pro Missam celebrare. lib. 2. cont. Petilianos c. 37. Hom. 2. in Psal. 33. Psalm. 37. ubi, Christus ferebatur manibus suis & c. in Psal. 116. Sermo. 28. & 40. de verbis domini. Hom. 19. Serm. 36. ad fratres in Eremo. sermo. ad Nephthos. De ciuit. lib. 21. cap. 25. quod sacrificium esse docet in Enchir. in Psal. 33. lib. 9. conf. c. 13. epist. 59. lib. 10. de ciuit. c. 6. epist. ad Bonifacium 23. & lib. de spirit. & litera c. 11. verissimum & singulare sacrificium vocans. Cyrillus Alex. in Ioan. lib. 3. 4. 10. Conc. Ephes. & Chalcedon. & ceteri huius ætatis. Recurre ad Garetium & Tonstallum. Nam omnibus memorandis essem prolixior. Preces pro mortuis & purgatorium. Aug. in Ench. c. 10. & 69. in Psal. 6. & 37. de cura pro mort. cap. 1. 5. & 9. 11. ad Dulciu. ser. 34. de verb. Apost. de spiritu, & anima c. 29. Chrysof. in liturgia & ad Phil. iunari eos non tantum precibus, sed & elemosynis & sacris oblationibus. Cyrillus & c. & reliqui huius ætatis dempto nemine. Primatus Petri. Cyrillus lib. 2. in Ioan. c. 12. August. lib. 1. retract. c. 21. & in Ps. contra Donatum. sermo. 124. de tempore. Sozom. lib. 3. c. 7. Chryf. ho. 83. in Matt. & c. Cæterorum capitum memoriam ex plurimis huius seculi scriptoribus colligantur innumerabiles nostri temporis viri eruditi, ut ea nihil necesse sit rete xere. Addendum duntaxat Centuriatores fateri totum hoc seculum sibi etiam hostiliter aduersari, Cent. 5. cap. 3 de Persecutione & tranquillitate Ecclesie col. 25. sparsim. cap. 4. de doctrina, per totum, maxime illa parte, qua inscribitur, Inclinatione doctrina complectens incommodas opiniones, stipulas & errores doctorum huius seculi. col. 496. & seqq. cap. 5. de heresibus col. 529 sparsim. Per totum cap. 6. de Ceremonijs & ritibus Ecclesie col. 641. seqq. Per totum cap. 7. de Politia & Gubernatione Ecclesie col. 733. & seqq. cap. 9. sparsim col. 808. De Synodis. cap. 10. de episcoporum & doctorum viuis col. 958. & seqq. cap. 11. De hereticis sparsim, prout cum illis colludunt, col. 1453. denique sparsim, cap. 12. de miraculis col. 1470. Adde eos, qui isto euo scripserunt de heresibus. Item contra Nouatianos, Manichæos, Donatistas, Vigilantios, Aerianos, Pelagianos, Iouinianistas, Prædestinatos, Nestorianos, Eutyrianos, simul istos eadem sentientes oppressisse.

Anni mundi.



NOVA subsidia, vestes & pecunias præbet Eugenio Carthaginensi & 220 Episcopis, quos in Sardiniam relegarat Trasimundus Vandalorum rex. Diaco. in Anast. li 15. Guil. Nâgiac. Beda lib. 2. de ratione temp. Manichæorum, quos vrbe in exilium expulerat, libros & Simulachra in vestibulo Constantinianæ Basilicæ publicè igni tradit. Sabell. lib. 2. Ennead. 8. Platina. Pauperibus habitacula condidit & de victu eis liberalissimè prospexit. In quatuor Romanis Synodis ob schisma causam dixit, sed in quarta, quæ ideo vocata est palmaris, absolutus est an. 504. In quinta librum Ennodij Diaconi pro defensione sua scriptum vim Synodaliū decretorum habere obtinuit. In sexta de Ecclesiæ reformatione egit. lib. 1. Concil. Innumeras basilicas cõstruxit vel reparauit, eas multo auro & argento dotans. Apologeticum conscripsit. 504 Lutetiæ templum D. Petri, in D. Genesofæ honorem

Anni Christi.



SE X T V M SÆ C V L V M.
53
a S. SYMMACHVS Sardus an. 15.
mens. 6. dies. 22. 4603
Vacat sedes dies 7.
Patriarchis.
Alexandriæ Ioanne 2. deinde Ioanne 3. an. 11.
Antiochiæ Flauiano 2. an. 13. deinde Seuero Heresiarcha an. 6. mens. 1.

4588

4603

norem

Anni Christi. 500.

Hierosolymis Elia, deinde Ioanne 3. an. 13.
Constantinopoli Macedonio 2. deinde Timotheo. Theopascita an. 7.

Anni mundi. 4588

Principibus.
Anastasio Dicoro Eutyriano an. 26. Orientis. Imp.
Iisdē alibi imperatibus & regn.
Cauade iterum an. 16. apud Persas.
Alarico Hispania octauo, et per ordinem Sisalitto an. 4. Theodorico 2 an. 15.

515

4603

norem dedicatur. Iordan. in Chron. Egesippus Theologus alius ab historico, S. Seuerinus Treuerensis, S. Eleutherius Tornacensis Episcopi. Boëtius mathematicus, philosophus & poeta, Chiterini musici instrumenti inuentor. Sulpe. Chron. Symmachus ex- consul, Patricius Romanus eius focer, Martyres. Quintianus Rutenensis Episcopus, Ioan. Maxentius Picta- uensis Abbas, Sigeb. Trith. Procop. lib. 1. Paschasius Diaco- nus libros de S. Spiritu scribit. Greg. 4. Dialog. ca. 40. Ful- gentius Hispalensis Episcopus. Diacon. lib. 17. Paul. Ægi- neta. Trith.

HUMAN A.

Clodoueus Franc. Rex à Rheno ad Sequanam vsque regnum dilatat. Guilel. de Nangiaco. & paulò post vsque ad Ligerim, Burgundiam sibi reddens tributariam. Sigeb. Æmil. lib. 1. Blond. lib. 3. dec. 1. Lutetiam Parisiorum sedem regni constituit suafu Clotildæ vxoris. Turon. lib. 2. c. 38. Plati. & Chron. Francorum. Pictauis bellum intulit, quia ibi Arriana hæresis vige- bat, eaque occasione suum regnum dilatauit, Turon. lib. 2. cap. 37. In eius Decimum quintum Christi quingentesimus in- cidit, quo & suscepto baptisinate Christianus efficitur. Quindæcim alios annos deinceps regnaturus, & mira cõ- tra Arrianos gesturus, & totam Galliam sibi subiecturus præter Prouinciam & Gotthiæ partem. Ita 500 an. Francorum gens, aduena rege viam præ- monstrante, Christianus mysterijs initiatur, cum antea sibi Syluarum atque aquarum, auium, bestiarumque & aliorum quoque elementorum formas fingeret, ipsasque vt Deum coleret, eisque sacrificia delibare consueuis- set. Greg. Turon. lib. 2. hist. Franc. cap. 16. pag. 70. & Greg. Ma- gnus in epistolis. Cum antiquiores regionis habitatores i. Galli. ab anno Christi 200. iam publicè religionem excepis- sent. Allarico Vvisigotthorum Rege vita cum vniuerso re- gno, cuius regia erat Tholosa, expoliato & Apollinare Aruernorum præfecto in campis Voglatensibus caeso, Francicum regnum ad Pyreos vsque montes exten- dit, & à Ligeri ad Rhenum fluuium, qui erat limes regni Vvisigotthici. Sigeb. & Guilel. Nangiaco. Inde Anastasius Imp. titulum & insignia consulatus ac patriatus ei con- tulit, quòd Gotthos seu Vvisigotthos Arrianos ab vtra- que Aquitania expulisset. Turon. ibidem. Æmil. lib. 1. Sigeb. in Chron. Hoc bello vouit Lutetiæ templum SS. Apostolis Pe- tro & Paulo, quod nunc S. Genouefæ. Paulus Æmil. Tu- ron. lib. 2. cap. 37. Carcassonem obsedit, in qua erat Salomonis pretio- sissima suppellex, è Hierosolymis à Romanis quondam aduecta. Sed aduentante Theodorico Ostrog. in Italia Reg. obsidionem soluit, Procop. lib. 1. belli. Gotth. Theodorico contra ipsum octoginta armatorum mil- lia mittente Francorum 20 millia perdidit, Prouincia a- missa, & Vvisigotthis reddita. Vaseus in Chron. Hist. Diadema aureum vnionibus & gemmis pretiosissi- mum sibi ab Anastasio Imper. missum Ecclesiæ D. Petri offerendum Romam misit. Anno. lib. 1. c. 24. Ado. Ita cum

funda

fundamentis regni Gallici obseruantia in sedem Apostolicam regum nostrorum coaluit. Vnde & nostrates omnes, Vvisigothi Romanos è Grego. Turonensi appellabant. Nota Caluiniane regnum tuum fuisse fundatum cum sedis Apostolica venerazione & obseruantia.

505 Gundebaldus Burgundionum rex leges Burgundionibus præscribit. quibus Romanorum (i. Gallorum regni incolarum) securitati cauebat & prospiciebat. *Turon.*

Eodem anno 505. absolutum est à Mar filio & discipulis Rab Ase Talmud Babylonicum. Nempe ea pars, quam appellant Ghemara. 100. circiter annis post Talmud Hierosolymitanum, post Misna priorem partem an. 317. post puncta annis, 29.

Hanc editionem antecesserunt auctores Midrashot, Mecilta, &c. sunt consecuti Geonim, ij scilicet, qui Talmud illustrent, q. Iuris professores. & interpretes. *Maimon. in Pref.*

Sub annum 508, Alla primus Noxthumbriæ rex in Deira Angliæ.

Cabades rex opera vxoris è vinculis ereptus Hunnorum auxilio, regno Persarum restituitur. Mox Armeniam diripuit, Amidam Mesopotamiæ cepit. Sed eam biennio post Anastasius recepit, & in 7. annos cum Persis inducias fecit. *Agat. Procop.*

Theodericus urbem reedificauit, victis Bulgaribus Sirmium recepit. Pannoniam & Noricum regno suo adiunxit. *Blond. Vasconiam Francis, qui eam Vuestgotthis ademerant, eripuit. Procop. lib. 1. de bello Goth.*

b A MANICHEIS urbem purgat palam eorum combustis codicibus. *Diacon. lib. 14.*

Reliquit multas epistolas decretales. *1. Tom. Conc.*

Sub hoc Hormisda beatus Petrus multa dona consecutus est. *Anastas. Bibliothecarius i. Ecclesia Romana magnis multisque opibus aucta est.*

Timotheus Constantinop. Episcopus instituit, vt in singulis Liturgiis recitaretur Nicenum Symbolum, cum quidem prius singulis annis tantum semel prælegi solet, nempe Parasceue Passionis, quando Episcopus catechizabat. *Theod. lector lib. 2.*

Fortunatus Catinensis, Euodius Ticinensis Episcopi prosa & versu Theologica multa scribunt.

Ad hæc vsque tempora Acatianos & Arrianos in Oriente templa & publicos conuentus habentes, Iustinus pius Imp. exterminauit. *Dia. lib. 17. sicut Eutychianos & Nestorianos. Emil. lib. 1. Blond. lib. 3. dec. 1. Et Manicheos, libris eorum publicè combustis. Sabell. lib. 2. Enne. 8. Plati.*

HVMANA.

Quatuor filij Clodouei regnum inter se diuidunt. Lotharius seu Clotarius sedem regni sui habuit apud Suesionem, Theodericus ex concubina fil. Methis Clodomirus Aureliæ, Childebertus Lutetiæ Parisiorum. *Sigeb. in Chron.*

Pacem cum Amalarico Alarici fil. firmant data illi in vxorè sorore Clotilde Tholosatiumque præfectura redita. *P. Aemilius.*

In Alexandria multi vtriusque sexus dæmoniæ, quasi canes, latrabant. *Sigeb.*

Anni
Christi.Anni
mundi.

Alia 5. Concilia Romæ celebrantur.
Lib. Concil.

Agathense in Gallia Narbonensi,
in quo can. 71

Sidonense in Syria cui præserunt.
Aeneas Hieropolitanus & Sotericus Casariensis heretici.

54

b S. HORMISDA Fru-
sionius Capanus, an. 9.
dies. 18.

Vacat sedes dies. 6.

Patriarchis.

Alexandria Ioanne 3. mox
Dioscuro 2. an. 7. Timotheo
4. an. 17.

Antiochia, Paulo 2. an. 3.
Euphrasio an. 6.

Hierosolymis Ioanne 3.
Constantinopoli Timotheo
Theopaschita, deinde Ioan-
ne 2. an. 2. Epiphano an 14.

Principibus.

Anastasio imperat. Orient.
62. & post eum, Iustino Se-
niore an. 9.

Cabade Persarum an. 16.
Sahal & post eum Adaana.
an. 14. Æthiopiæ regg.

Theoderico Italia & Hi-
spaniæ Nepotis loco reg.

Clodoueo Francogallo-
rum rege 1. & postea Chil-
deberto an. 45. (aliis Childe-
berto) Francor. Reg.

Alaricus

Anni
Christi.Anni
mundi.

4603

CONCIL. Romanum contra Eu-
tychianos, Seueritas & Nestorianos.
Blond. lib. 3. dec. 1.

Aurelianense 4. Clodoueo rege.
Tom. 2. concil. aliis primum.

517 Cesaraugustanam Episc. 12. lib.
Conc.

517 Gerondense in Hisp. Episcoporum
7. 1. Tom. concil.

516 Taraconense 10. Episcoporum, in
quo inter alia statutum, vt obserua-
tio Dominici incipiat à Sabbato.
Unde hodieque Hispani cessant die
Sabbati ob omni opere sub horam
vesperinam. *Vasaus è 1. Tom. conc.*

55.

524 c S. IOANNES I. Tuf-
cus, an. 2.
mens. 8. dies. 28.

527

Vacat sedes mens. 1.

Alaricus 2. Hispaniæ & Aquitaniæ Rex Amalasintham Theoderici regis Italiæ filiam in vxorem duxit. Huic, vt supra dictum est, perempto in agro Volgodensi Clodoueus ademit, quidquid Galliarum Gotthi possidebant, cum hæcenus reges Gotthorum in Narbona & Tholosa Galliæ ciuitatibus sedes tenuissent. Theodericus socer Vasconiam recepit & pro Almarico Alarici filio, donec adolefceret, gubernauit. *Tarapha de regibus Hispa.*

Amalasintha ita Græcis & Latinis literis imbuta, vt cum quouis docto disputaret. Linguas barbarorum callens, sine interprete his omnibus loquebatur. *Idem.*

Almaricus Totillam Clodouei regis filiam duxit, qua Arianissimum detrectante, proindeque indignè habita, bellum inter Childebertum Francum & Almaricum exarsit, in quo Almar. interficitur. *Idem.*

Cabades Pers. rex Christianos persequitur. *Nicephor. Manicheos in regno suo trucidat. Diacon. li. 15. rerum Rom. Pacem cum Iustino facit. Ibid.*

Childericus Honorici ex Valentiniani 3 Imp. filia filius Vandalorum rex quintus ann. 7. mens. 4. in Africa à matre fide recta imbutus Catholicos ab exilio reuocat. Ecclesias sacerdotibus restituit. *Ibid. o. post annum 74. hereticæ profanationis. Beda.*

e RELIQUIT duas epistolas.

Constantinopolim ingressus dexter dextro infedit solio, diemque Domini nostri resurrectionis, plena voce Romanis precibus celebrauit. *Sub finem Chronici Marcellini comitis qui sub Iustiniâ scripsit.*

Iustinus primus omnium Imperatorum coronatur à Roma. Pontifice. *Blond. lib. 3. dec. 1. Tom. 2. Conc.*

Hunc alij Iustinianum maiorem appellant. Ad reges Francorum scripsit de bello, quod Ostgottis regibus qui Theoderico successerant, religionis nomine indixerat. quarto mensè ante mortem imperatorem creat Iustinianum sororis suæ filium.

Hunc PP. quod à Iustino honorificè susceptus esset, vel quod Arrianis templa nollet cedere. Theodericus carceris afflictione peremit. *Diacon. lib. 17. qui 98. die. post subita morte obiit.*

Ferreolus Vticensis Episcopus scribit. *Turon. lib. 6. c. 8.*

Ad Africanas ecclesias Episc. op. 220. è Sardinia reuocat Childericus Vandalorum rex Arrianus annitente Iustino seniore, postquam ecclesiæ illic an. 74. ab Arrianis fuissent vexatæ. *Diacon. lib. 14.*

Childericus Vand. rex ob reuocatos ab exilio episcopos interficitur & Gillimere duce in Orthodoxos excitatur persecutio, in qua eorum linguæ radicitus excinduntur. Nec tamen desierunt loqui. *Greg. lib. 3. Dial. c. 32. Iustinian. ipse lib. 1. cod. de off. præf. præf.*

Iudeus quidam Homerita, qui se Mosis filium esse gloriabatur, in Negra fœlicis Arabiæ vrbe interfecto Aretha vrbis Episcopo in Christianos sæuuit. *Nicephor. lib. 7. cap. 6.*

S. Brigida, siue Brigita, siue Pyrgita virgo Scotica, S. Patritij familiaris. Fuit alia à Brigitta vidua, cuius extant vaticinia & preces, ducissa Neritiæ in regno Suecorum, quæ & erexit in Patria Monasterium Vvaste, cuius prima abbatissa fuit D. Catharina ipsius filia. Floruit enim in Suetia & Romæ, temporibus Magni Sineech Sueciæ regis, obiitque circa ann. 363. Vtraque

à Platina.

à Platina & Volat. vitiosè confunditur.
 Duo SS. Germani, alter Parisiensis Episcopus, alter Capuanus, Arator subdiaconus poeta, Priscianus grammaticus Casariensis apud Constantinopolim. *Diacon. lib. 18. Palmer. in Chron.*
 Acephalorum heresis. *Sigeb. hos Rusticus Diaconus eleganti scripto refutat.*
 S. Benedictus Nursinus monasterij montis Cassini Abbas, cum sorore Scholastica, miraculis & prophetiæ spiritu clarus ordinem Benedictinorum instituit. & monachos passim dispersos æmulatione D. Basilij in vnum contraxit. *Sabell. En. 8. lib. 2. Ivo in chron. Diac. lib. 19. Palmer. Greg. lib. 2. dialog. cap. 1. & 33. obiitque ann. 543. vt scribit Faustus eius discipulus.*
 Psalterium in septem horas diuisit, vt singulis hebdomadis Psalterium recitaretur. *In regula c. 16. & seqq.*
 Regulam scripsit discretionè præcipuam, sermone luculentam. *Greg. Magn. in dialog. quam Concilia deinceps consuluerunt. quando actum de Monachorum quibuslibet ordinibus censendis ac reformandis. 12 monasteria construxit. Paulo ante mortem Maurum, Faustum atque alios in Gallias mittit, vt ibi sui ordinis monasteria propagarent. Hostiensis in Chron. Cassinensi lib. 1. cap. 1. quæ tandem numerata sunt in diuersis orbis partibus ad 33 millia Abbatiarum, & quatuordecim millia Prioratum.*
 Ex eius discipulis 24. extiterunt Rom. pontifices, ducenti ferè Cardinales, Archiepiscopi in diuersis ecclesiis mille sexcenti, Episcopi 4000, Abbates eruditione & scriptis celebres 15700. *Tribemius & Sabell. Ennead. 8. lib. 2.*

H V M A N A.

Slauis gens Scythica Histriam, primasque Veneti anguli fauces inuaserunt. Vnde postea Mauricij tempore in Boëmiam & Poloniam sunt delati. *Sabell. Ennead. 8. lib. 2.*
 Histri Slauonico tumultu tertiti in insulam transierunt Caprariam, vbi Iustinopolim condiderunt. *Ibid.*
 Vandali ex Lybia in Italiam excurrunt. *Greg. Dial. Hunibaldus 18. libros de Francorum regibus per an. 926. scribit. Sex primos à Troianorum temporibus vsque ad mortem Antenoris, sex sequentes vsque ad Ferdinandum, vltimos sex ad vsque Clodouei tempora & pene per 400 annos Francorum reges ante Clodoueam adducit. Irenicus & Tribemius. fabulosum interim scriptorem esse puto. Nam neque Francos à Troianis ortos, neque cætera gesta esse aliunde liquet.*
 Herminfredus Thuringorum rex à Clotario & Theodoro Francorum regg. victus, cuius neptis Radegunda Clotario nupsit. *Turon. lib. 3. hist. c. 4.*
 Longobarbi seu Langbardi Pannoniam occupant expulsi Hunnis & Ostrogotthis. *Diacon. lib. 18. Bonfin. decad. 1.*
 An. 523. Theodoricus Amalarico nepoti iam adulto Hispaniam post 15. annos reddit cum Gallia Aquitania, atq; in Italiam reuersus ob instauratam Romam & redintegratos illius muros auream statuam à Senatu meruit. *Isidor.*
 Manichæi in Persia ingulantur à Cabade. *Sigeb.*

Anni Christi.

524

Patriarchis.

Alexandria Timotheo 4.

Antiochia Euphrasio, deinde Ephraimo an. 18.

Hierosolymis Ioanne 3.

Constantinopoli Epiphanio.

Principibus.

Fla. Anicio Iustino Imp. sexagesimo tertio.

Cabade Persarum rege decimo nono.

Theodorico Ital. & Hispania, quam postea reddidit Amalarico.

Childeberto cum Clothario Franc. rege secundo.

525

CONCIL. Ilerdense ab 8. episc. sub Sergio illius ciuit. episcopo. 1. so. Concil.

Eodem anno Conc. Valentinum 2. sex episcopo. Ibid.

527

Anni mundi.

4612

4615

Gilimer

Anni Christi.

527

533

* S. FOELIX 4. Samius, an. 4. menses 2. dies 3.

Vacat sedes dies 13.

Patriarchis.

Alexandria Timotheo quarto.

Antiochia Ephraimo.

Hierosolymis Petro tertio an. 20.

Constantinopoli Epiphanio

Principibus.

516

Eisdem Imperantibus & regnantibus vsque ad Iustinianum Imper. & Alaricum Ital. reg.

Cabade rege Persarum decimo nono.

Amalarico Hisp. an. 5.

530

CONCIL. Tolet. 2. Episc. 8. tom. 1. Conc. sub. Amalarico rege, c. vlt. de veteribus canonibus renouandis & nouis ad disciplinam Ecclesiasticam condendis.

Anni mundi.

4615

461

4612

4615

Gilimer Ilderichum Vandalorum regem quintum in vincula cum filiis coniecit, & regnum Africa inuadit. *Isid. Beda.*
 Eum Iustinianus soluto bello Persico adortur, quod bellum Procopius duobus libris prolixè describit.
 * RELIQUIT eruditissimam epistolam ad Petrum Antiochenum Episc. (vel potius Apameæ) qui addebat in Trifagio, *crucifixus propter nos*, quasi Trinitas fuisset crucifixa. Item de errore Tredeitarum, qui tum incipiebat. Illa in 5. Concil. Constantinop. Oecumenico est lecta & laudata.
 Montanus Toletanus *ex S. Alphons. Aprugius Pacensis Episc. qui sacras literas ita ingeniose exposuit, vt veteres præ illo non videantur exposuisse. Isidor. de viris Illustr.*
 Axumitæ ultra Ægyptum & Homeritæ, vbi multi erant Iudæi, Rege Adad episcopos & doctores à Iustiniano per legatos impetrantes, fiunt Christiani. *Paulus diac. lib. 16.*
 Helliseus in Æthiopia rex pietatis studiosus, qui contra Iudæos & Paganos Homeritas classem instruxit. *Procop. lib. 1. Persici belli.*
 Gethes Herulorum incolarum Istri, Gorda Hunnorum ad Bosphorum reges, & Boazer regina vidua cum centum millibus gentis suæ Christianam fidem amplectuntur. *Procop. lib. 2. de bell. Gothorum, Otho Frisingensis. lib. 5. cap. 4.*
 Abasgi & populi ad Tanaim à Iustiniano episcopos & doctores petunt. *Euag. lib. 4. cap. 22. & 23.*
 Vandalis per Bellisarium tertio mense denictis, Iustinianus, ex Lybia & Cartagine potissimum, pellit Arrianos, Christianis templa eorum, iuxta vaticinium Cypriani martyris, denuo restituit & instaurat. *Procop. lib. 3. de bello Vandalico.*
 Arriani Africam tenebant 95. annis. *Euag. lib. 4. c. 16.*
 Samaritani Iudæi, qui creato sibi rege Iuliano, deinde Syluano in Palestina Christianos trucidauerant, & cum Saracenis fœdus percusserant, à Iustiniano profligantur. *Niceph. lib. 17. cap. 24. Hermanus Gigas in Iust. hist.*
 Iustiniano vix dum rerum potito Seuerus & Iulianus Eutyriani Alexandriam fugiunt & scindunt, dum Iulianus diceret Christi corpus fuisse ante resurrectionem incorruptibile, Seuerus negaret. *Leontius de scelis.*
 Gaiani & Theodosiani, quorū illi Iuliani sententiam, hi Seueri sectabantur. Agnoctæ, qui Christum horam iudicij ignorare contendebant. *Trithem. & Leont.*

H V M A N A.

Amalaricus apud Narbonem victus à Francis, fugiens ab exercitu occiditur. Clotildis autem vxor, cuius causa excitatum fuerat prælium, quod à viro Arriano indignè esset cæsa, dum à fratre Childeberto reducitur, in itinere obit. *S. Isido.*
 Toletum à Francis expugnatū, & multa inde vasa sacra templis Franciæ distributa. *Gaguinus, Turon. lib. 3. c. 9.*
 Ab hac Amalarici clade & cæde rariis deinceps erit negotium Francis cum Vvisigotthis siue Hispanis, vt iam eorum historia ad Gallicam minus pertinere videatur. Nam Childebertus in suo reditu Vasconiam & reliquas Galliæ prouincias Vvisigotthis obsequentes sibi suisque

supposit, Vvisigothis Cisyrensis se cum familiis in Hispaniam recipientibus. *Procop.*
 d D V AE eius decretales epistolae habentur in tom. Concil.
 Reliquit quosdam Canones.
 Iustinianus ex tribus codicibus Hermogeniano, Gregoriano, & Theodosiano nouum Codicem ex suo nomine Iustinianum fieri curauit per Tribonianum, Theophilum & Dorotheum. *Cod. tit. De nouo Cod. faci & tit. de Iust. Cod. confirmado.* Duo ferè per eisdem librorum millia in 50. digessit, & absoluit an. 529. vnde Digesta siue Pandectae. Nam ipse alioqui ἀναλαβήτος καὶ ἀμύσος. *Suidas.* & sub vitæ finem Eutychianus. Quare diuino iudicio in furorem & insaniam actus expirauit, *Euag. lib. 4. cap. 29. Niceph. lib. 17. Zonar. 15.*
 Platina tamen in hoc Bonif. Iustinianum pie & eleganter de Christi incarnatione scripsisse narrat.
 Dionysius exiguus Abbas Romanus hoc tempore (id est, ann. 532 Iustiniano inchoante suum imperium) paschalem calculum composuisse. (*Diaconus lib. 17.*) ab aliquibus dicitur, & perfecisse ob sæpius oborientes quaestiones inter Latinos & Græcos de vero die celebrandi Pascha, iuxta decretum concilij Niceni, & Cæsareæ Palestinae. *Stoßerus in Calendario Rom.*
 Reuocasse item & explanauisse Cyclos Theophili Alexandrini, à quibus Latini sæpius propter diuersam Embolismorum rationem diffidebant. *Ibid.*
 Tuncque ceptum esse numerari ab incarnatione Domini. *Ibid.* Sed de eo supra in Leone I.
 Nam seriem Olympiadum durasse vsque ad hunc annum 532. scribunt. quo scilicet hic Dionysius Paschalem circulum instituerit, & tempora à natiuitate Christi primus numerare docuerit, cum à prima Olympiade vsque ad vltimam essent elapsæ 327. i. anni 1308.
 S. Arnolphus seu Arnaldus & Vedastus primus Atrebatensis Episcopus, discipuli Remigij. *Sigeb.*
 Iustinianus edixit, ne is ordinaretur Episcopus, qui haberet vxorem & filios, cum antea ex concilio Niceno possent tales ordinari, modo abstinerent à thoro. *Const. 6. & 137. in Nonellis.*

H V M A N A.

Cum Cabadee Persarum rege ea bella per Bellisarium gessit, quæ de bello Persico describuntur à Procopio.
 Eo bello soluto Vandalos & Maurusios, qui se gloriabantur de genere Gergeseorum & Iebuseorum, vicit, ibique 150. ciuitates collapsas reuouat. *Euag. lib. 4. c. 18.* Gothos post bellum 18. annorum Italia expellit, cum ibi regnassent 58. an. *Procop. lib. 1. 2. 3. Goth.*
 In eo scilicet quod felices & industrios duces sit nactus, per quos imperium in Asia defendit, alibi recuperauit, Bellisarium, Iohannem, Narsen.
 Ad Æthiopias legatos mittit, vt ipsi Sericum ad Indis emptum Romanis reuenderent, & magna pecuniæ Romanæ vi fruerentur, ne ipsi suas pecunias ad hostes Persas transferre cogerentur. *Suidas in voce σερικόν.*
 Vandalis victis, Africa omnis imperio Orientali restituta est, vsque ad Leontij imperiũ, quo tempore ab Arabibus crepta, ab eis hinc vsque in plures regulos distincta possidetur. *Onup. in Rom. imp.*
 e C A E C Y M illuminat. *Greg. lib. dial. cap. 2.* Epistolam

| Anni Christi. | Anni mundi. |
|--|------------------------------|
| 539 | 4619 |
| 531 | 4621 |
| 57. | |
| d | S. BONIFACIVS, |
| | 2. Romanus an. 2. |
| | dies. 2. 4621 |
| Vacat sedes mens. 2. | |
| Patriarchis. | |
| Alexandria Timotheo quarto. | |
| Antiochia Euphraimo. | |
| Hierosolymis Petro tertio. | |
| Constantinopoli Epiphanio. | |
| Principibus. | |
| Anitio Iustiniano ann. 39. | |
| Imp. sexagesimo quarto. | |
| Cabade Persarum. | |
| Asfa Æthiopia. | |
| Adelricho, seu Athalarico, | |
| sive Alarico cum matre Amelasinuta Ital. | |
| Childeberto cum Lothario | |
| Franc. Reg. | |
| Amalarico, deinde Theodiod Hispan. an. 17. | |
| Schisma 5. | |
| DIOSCORVS in schismate contra Bonifacium sedit dies. | |
| 58. | |
| 533 | 4621 |
| e | S. IOANNES 2. Romanus an. 2. |
| | mens. 4. 4623 |
| 535 | 4623 |
| | Vacat sedes dies 6. |
| Patriarchis. | |
| Alexandria Timotheo 4. | |
| Antiochia Euphraimo. | |
| Hierosolymis Petro tertio. | |
| Constantinopoli Epiphanio. | |
| deinde Anthemio Eutychiano mens. 10. | |

| Anni Christi. | Anni mundi. |
|---|------------------------------|
| Principibus. | |
| Iustiniano Imp. sexagesimo quarto. | |
| Cabade Persarum, deinde Cozroe an. 48. | |
| Asfa Æthiopia & post eũ Azba an. 16. | |
| Alarico Ital. | |
| Childeberto Franc. secundo: | |
| Theodio Hisp. Reg. an. 17. | |
| 59 | |
| 535 | 4623 |
| f | S. AGAPETVS I. Romanus. |
| | mens. 19. dies. 19. |
| 536 | 4624 |
| | Vacat sedes mens. 1. di. 29. |
| Patriarchis. | |
| Alexandria Timotheo 4. | |
| Antiochia Euphraimo | |
| Hierosolymis Petro tertio. | |
| Constantinopoli Anthemio | |
| mox Mena an. 17 | |
| Principibus. | |
| Eisdem Imp. & regn. & Amalasuenta cum Theodato | |
| Gotthorum & Ital. regina. | |
| CONCIL. Constantinopolitanum 1 & 2. Prouinciale aduersus Anthemium Const. Severũ Antioch. Petrum Apamensem, & Zōvã Monach. Syrum. <i>Niceph. lib. 17. cap. 9.</i> | |
| CONCIL. Hierosolymitanum 2. de quo actio 1. Constantinopol. 2. | |

decretalem relinquit de æqualitate Patris & filij. *Tom. Concil.* Ad eum Iustinianus mittit fidei suæ formulam suo Chirographo cœlatam per Episcopos Acacium & Demetrium. *Plat.*
 Cabades rex Persarum, cum ad id vsque tempus Iudæi & Manichæi sedes primarias illic obtinuissent, supremæ dignitatis prærogatiua Episcopum cohonestauit qui Synaxi & conuentu Ecclesiastico dæmones profligauerat asseruantes Thesaurus in oppido Tzundadaero Indos à Persis dirimento. *Diacon. lib. 15. Theod. lector. lib. 2. Niceph. lib. 16. cap. 36.*
 Dux Lazorum Persiæ populorum ad Romanos deficit, & cum suo populo fit Christianus. *Diacon. lib. 15. Zonar. 3.*

H V M A N A.

533 Cæso Amalarico à Childeberto & Clotario, Vvisigothi, qui cis Pyreneum in Gallia supererant, cum vxoribus & liberis ad Theodim in Hispania regnantem se conferunt.
 Bellisarius Persas repressit, pace cum iis facta, in Africam missus Carthaginem cepit, capto Gilimero Vandlico rege totam Africam recuperauit, traiciens in Italiam contra Gotthos, per quinque annos res magnas gessit. Neapolim, & vrbes Campaniæ atque Apuliæ, tandem Romam obtinuit, 60. annis postquam ab Odoacro expugnata esset, Luderum Gotthorum Ducem Constantinopolim mittit, Bittigem eorum regem eò trahit. Ac hic Gotthici belli finis fuisset, ni Totilas reliquis collectis singulari felicitate res erexisset, ac Italiæ magnam partem recepisset, anno 7. post huius discessum.
 Bellisarium à Francis in prælio extinctum refert Annon. lib. 2. cap. 23. alij à Iustiniano indignè necatum, &c.
 Iohanni Post Bellisarium egregio duci dignitatem & opes eripuit Iustinianus, qui postea victum mendicando quaesit, insigni fortunæ inconstantia. *Procop.*
 Hunni vastant magnam Thraciæ partem & Pannoniam recuperant domitis ibi Gotthis siue Getis. Et quia coniuncti erant Auates, ex vtrisque nomen Hungarorum factum est, q. Hunnorum, *Tornandes.*
 Aphrica tum redacta in ditionem Imper. victis Vandalis 105. ann. ex quo eam occuparant. *Diacon. lib. 17. & leg. 1. Cod. de offic. præ. præ. Afri. Procop. lib. 1.*
 f SCRIBIT eruditam epistolam ad Antemium Constant. De duabus naturis in vno Christo. *Tom. Cons. Quem & propter hæresim Eutychis deponit.*
 Murum & claudum sanat administratione Corporis Christi. *Greg. lib. 3. dial. cap. 3.* Diebus dominicis circumire templa minori processione instituit. *Platin. & Vola. lib. 16.*
 Iustinianum Imper. ab Eutychiana hæresi reuocauit, quem prius cum videret non flecti rationibus, Christiana audacia in hæc verba prorupit: ego ad Iustinianum. Imperatorem Christianis venire desideravi, sed Diocletianum inueni. *Diacon. lib. 17.*
 Eum Agathonem appellat Nicephor. lib. 17. cap. 25 & 26.
 Alibi Agathonem Agapeti successorem facit. *lib. Eod. cap. 7.*

Childebertum regem Francorum, Clodouei F. excommunicauit, quod sua manu in templo Galterum luetotensem occidisset, ac Galteri successores e iure regum Franciæ exemit. Quocirca ad hunc vsque diem, luetotense solum in media Normania regni titulo gaudet. *E. Franciis histor.* Vsq̄ue aded ab ipsis regni cunabulis, huius sedis authoritas in Francos reges vigeat. Quod & supra in Clodoueo regni conditore monstrauimus.

Anni Christi. 536
537

Narſes ob beneficia à Venetis accepta in eorum vrbe D. Theodorico martyri delubrum, vbi nunc est S. Marci templum, & ibidem aliam Ecclesiam in honorem S. Mennæ & Geminiani, ex Gotthorum manubiis posuit. *Supl. Chronic. lib. 9.*

Gotthi duos sacerdotes Arriatos ad Chosroem Medorum regem mittunt, vt eum contra Iust. imperat. impellant. *Procop. lib. 2. de bell. Gotthorum.*

HVMANA.

Tribonianus cum aliis 16. Iurisconsultis Iustiniani mandato, ex immensa legum multitudine, quæ in librorum duo millia, & versusum trecies centena millia excreuerat, 50. libros Pandectarum seu Digestorum spatio triennij per titulos ordine digessit. *Proem. Digest. & Proc. lib. 1. eolque an. 533. absoluit.* Anno seq. Codicem Iustinianum edit e tribus codicibus Hermogeniano, Gregoriano, Theodosiano confectum. *Tu. de nouo Cod. facien. & Tu. de Iustin. Cod. confirmando.*

Non tantum Pandectarum, sed & Institutionum præcipuum fuit architectus. Omnis religionis contemptor. Qui & persuasit Iustiniano ipsum non moriturum, sed cum carne in cælum assumptum iri. *Suidas.*

SYLVERIVM Antonina Bellifarij vxor ficto crimine, quod Romam Gotthis prodere voluisset, in Pontiam insulam deportari curauit. Vera causa erat, quod Theodora Impera. vxor hæreticum Anthemium Constant. ab Agapeto depositum non reuocari doleret. *Diacon. lib. 16.*

Sub hoc Neapolis capitur & Bellifarius Romæ præficitur.

HVMANA.

Chosroë Persa Ciliciam & Syriam grauissimè ob Christianismum affligit. *Proc. lib. 2. bell. Pers. cœpit anno quinto Iustiniani regnare.* Cum eo pacem in 110. annos fecit. At post aliquot annos fide fracta Ciliciam, Syriamque inuasit, Antiochiam cepit. *Procop.*

536 belli Gotthici initium octauo Iustiniani contra Theodatam Italiæ regem, Vittigem, denique Totilam: nam non nisi post annos 18. confectum est.

Damascius Stoicus & Simplicius Plonicus & Peripaticus Phryx sub Iustiniano florent. *Suidas in Damascio.*

Theodatus Theoderici Ostrogott. regis armiger pietatis oblitus, Amalafuentam, cui debebat regnum, in balneo strangulari facit. Male confunditur à Iornande cum Theodio Gotthorum in Hispania & Aquitania rege. *Vasau.*

536

60.
∴ M. SYLVERIVS (Palmer. Liberius 2. (Capanus doctissimus. an. 1. mens. 5. dies. 12.

Anni mundi. 4624
4625

Vacat sedes dies 6.

Patriarchis.

Alexandria Timotheo quarto.

Antiochia Eupraimo.

Hierosolymis Petro tertio.

Constantinopoli Mena.

Principibus.

Eisdem Impp. & regnant.

Bellum Gothicum.

CONCIL. Bracarense. Chro. reg. Alphonfi.

Anni Christi. 537
555

Anni mundi. 4625
4643

61
g M. VIGILIVS ROMA. an. 18. mens. 6. dies 26

Vacat sedes mens. 3. di. 5.

Patriarchis.

Alexandria Timotheo 4. deinde Galanico an. 1. Paulino mens. 4. Zoilo an 7. Apollinari an. 19

Antiochia Ephraimo, deinde Domnio an. 14.

Hierosolymis Petro tertio deinde Macario 2. an. 31.

Constantinopoli Mena, deinde Eutychio. an. 13.

Principibus.

Eisdem Impp. & regg. vsque ad Bittigem, Tendibaldum, Totilam, siue Badiullam, ex ordine successionis Gotthorum & Italia Reg.

g F A C T I O N E Theodoræ Augustæ Eutychi Arrianisque aduersans, flagris Constantinopoli expirauit. Vel iuxta Blondum lib. 7. dira ab Imp. propter Theodoram Augustam vrgentem Anthemij reuocationem passus in exilium actus est.

Reliquit epistolam contra Priscillianistas & alios hæret.

Iustinianus diem festum hypapantes Domini (i. occurſus, qui dicitur dies Purificationis, quo Simeon occurrit Christo, qui in templo præsentabatur) ob mortalitatem magnam insurgentem an. 542. composito Tropario, siue Modulo de Christi duabus naturis & vnica persona, vbique celebrari instituit. *Niceph. lib. 17. cap. 28. Diacon. lib. 16. Rom.*

Eam ceteris illustrauit Sergius pp. cui propterea alij tribuunt festi institutionem. *Durand.*

Constantinopolim quintum Oecumenicum Conc. celebratur de tribus capitibus. 1 de scriptis Theodoretii Cyri episcopi 2 Theodori Monpsuestiæ. 3 de Epistola Hyberæ ab Marim Persam. *Tyr. lib. 14. cap. 12.* vbi addit perperam Hierosolymitanum Episcopum tunc primo factum Patriarcham. Nam in concilio Niceno, & cætera.

Acta Concilij quinti Constant. Oecumenici non fuerunt publicata, forſſe propter Iustinianum, qui Eutychanis fauebat. Vnde nec extant Græcè inter impressas Synodos.

Iornandes siue Iordanus Gotthorum Episcop. & historicus ex vltima vetustate originem, migrationes, familias regum & bella præcipua gentis vsque ad annum 550. explicauit, siue vsque ad Iustiniani an. 25.

Procopius Cæsar. historiam annorum 141. pertexuit vsque ad an. Christi 554 à quo Agathias eodem tempore suam historiam deduxit ad an. 566.

Marcellinus Comes etiam desit in anno 556. continuato Chronico D. Hieronymi ad suum vsque tempus.

S. Mauritius obiit in Dalmatia. *Sebell.*
Sub an. 537. Rupertus Francorum Episcopus Boios siue Bauaros cum Theodone, Vlone, Theodoualda regulis ad Christum perduxit. *Auentinus lib. 3. annalium Boiorum.*

Childebertum Francorum regem Theodelinda regina Longobard. ad pia multa hortatur. *Diacon. lib. 4. c. 2. de long.*

Iustinianus Valentinus, Iustus Vrgellitanus, Nebridius Agragensis & Elpidius episcopi fratres scriptis clarent *Isid. de viris Illust. c. 20. & 21. Trube. Honor. Augustod. de script. Ecclesiast.*

Ann. 542. Childebertus eiusque frater Clotharius & tres alij Francorum Reges Casaraugustam deficere ab hæresi Arriana cogunt, plurimasque vrbes in Hispania expugnant. Præda onuisti redeunt. Tunicam Vincentij Martyris exportant, eique ædem suburbanam extruunt, quæ nunc D. Germani à Prate dicitur. *Vasau, annales Francici.*

HVMANA.

Theodericus nostros Aruernos Childeberti clientes bello vexat. *Furo. lib. 3. c. 12.*

Iustinianus partem Gallia concessit Germanis. *Proc. lib. 39.*

Referendariorum magistratuū ordinem primus constituit. *Auth. de referendariis, & Gomefius lib. de compend. v. riuſque ſignatura.* Tamen Granatius antiquiorem esse cōtendit.

Gotthi duce Totila Romam capiunt, Lucanos, Campanos, Siculos & Brutios subigunt. Ciues captiuos in Campaniam abducunt. Ita tum vrbs plusquam diebus 40. deserta mansit. *Procop. lib. 3. Diacon. lib. 17. Palmer. in Chron.*

Crudelitatem erga Catholicos narrat Gregor. lib. 2. dial. c. 3. & lib. 3. c. 13. His tamen pepercerunt, qui ad Ecclesias confugissent.

Vrbem solo æquant & incendunt, omnium ciuim multitudinem per alia oppida dispergunt, ne quis extremispatriæ cineribus dare posset lachrimas. Ita intra annos 142. multos iudiciorum Dei casus Domitrix illa humani generis arxque omnium gentium Roma sustinuit, vt ad manus Ecclesiæ, cuius debuit esse caput, serio laberetur, in eumque vsu à fundamentis restauraretur, Nam postquam Alarici ductu Roma sæculo Hieronymi & August. direpta esset, mox à Vandalis post ann. 44. vastata est, deinde post 22. ab Odoacro & Herculis, rursam post 14. à Theoderico & Othogthis, præpterea post 50. à Belisario capta, tandem in hanc miseram conditionem per Totilam & Gotthorum reliquias venit post annos duodecim.

Theodiscus Hisp. cum mulieres suæ libidini minimè consentientes occidi fecisset, apud Hispalim orta seditione, obtruncatus est. *Ritius.*

Agila Hispa. ad Cordubam à Romanis occupatam cæsus est, filio trucidato, magnaue suorum strage. *Ritius.*

Athanagildus eius successor Brunichildam filiam Sigiberto Mediomatricum in Francia regi elocat. *Ritius.*

Romanorum & Græc. Auxilia, quæ ad deturbandum regno Agilam à Iustiniano Imper. poposcerat, submouere postea Hispania non potuit, quin aduersus eos variis postea casibus conflixit. *Isido.*

Fidem Catholicam occultè coluit, Catholicos omni fauore amplexus. *Luc. Tudenſis.*

534 cum Decius Theodorus Paulinus fuisset vltimus consul Romanorum, impedientibus Gotthis Romæ, sicque in Occidente creari consul desiisset.

Septem annis post in Oriente, nempe sub an. 542. qui vrbs condita erat 1292. vltimus consul creatus est Basiliius iunior, qui eum magistratum administravit an. 18. Hinc Coss. finis. Nam post illum solus Imperator consul factus est, dum sequentes imperatores (Mauricio excepto) consularum semel in vita inire cœperunt, à cuius anno numerarentur anni imperij. *Onuphrius in Commentar.*

Sub an. 550. Lechus & Cechus fratres Polonis atque Boëmis (qui etiam Cechi lingua Slatonica vocantur) principes præfuerunt. Inde sumitur initium rerum Polonicarum. *Fromer. & Herbut. in Chron. Polon.*

Tanta fames per vniuersum orbem maximè apud Liguriam & Italiam, vt matres cogarentur vesci carnibus filiorum. *Diacon. lib. 17. Procop. lib. 3.*

Anni
Christi.

537

*Azba Aethiopiae, deinde
Albamedan an. 7.*

Cozroe Persarum vigesimo.

Theodio Hisp. deinde Theodisco an. 1.

Aquila an. 5.

Attanagildo an. 14.

552

QVINTVM Generale concilium Constantinopolitanum 2. Episc. 165 presidente Vigilio vna cum Eutychio & Apollinari Alexand. Patriarcha. ait Zonaras (nam Euagr. lib. 4. c. 38. putat Vigiliū abfuisse) contra Anthemium Constant. & Theodorum Mopsuesthenum hereticos, post Nestorium negantes D. Virginitatem esse Deiparam, & ad confirmandas 4. Generales synodos, cōtra etiam Origenem Didymum & Euag. Greg. lib. 3. epist. 37. Platin. & lib. Con. confirmatum à Greg. 1. & sexta Synodo in Trull.

CONC. Antiochenum contra Petrum, Seuerum, & Anthemium heret. li. Con.

Aurelianense 2. & 3. aut iuxta alios 5 & 6. tempore Childeberti regis.

Aruernense rege Theodebertho.

555

4643

Anni
Christi.

555

h. S. PELAGIVS I. Romanus, an. 6.

562

mens. 10. dies 28.

*Vacat sedes mens. 3.
dies 26.*

*Patriarchis.
Alexandriae Apollinari.
Antiochie Domino, deinde
Anastasio, an. 12.*

Hierosolymis Macario secundo.

Constantinopoli Eutychio.

*Principibus.
Iustiniano Imp. sexagesimo quarto.*

Cozroe Persarum Rege vigesimo.

*Albamedan Aethiopiae,
mox Abra, mens. 2, Sabel
m. 2, Ghebez, an. 14.*

Totilla, Tega, siue Teia Ital. regg. & Narsete, eo interfecto & subactis Gotthis, Proconsule in Italia.

Childeberto cum Lothario, postea solo Lothario, ann. 5. Franc. Regibus.

Attanagildo Hispania decimo quinto.

CONCIL. Turonens. 2. Tom. 2. Conc. Aurelianense 4 & 5, vel. 7 & 8. Parisiense 1 & 2. Lib. Concil.

Anni
mansi.

4643

4550

h FERTVR instituisse septem horas Canonicas. Polyd. lib. 6 de Inuento. rer. ca. 2. Alij hoc tribuunt Pelagio 2. præcessori Gregorij Mag. Quod de commendatione interpretandum est. Nam hic septennarius horariorum precum iam inueterauerat, ex Athanasio de Virginit. Hieron. ad Demetriadem, ad Latam, & in 6 Daniel. Basilio in quaest. fufius explicatis interrog. 37. D. Benedicto ca. 16. Regulæ, &c.

Totilam flexit, ne Romam euerteret.

Ab Euagrio omittitur.

S. Medardus Nouionensis, & Gildardus Rhotomagensis Episcopi & fratres eodem die nati, Pontifices consecrati, & mortui an. 56. Guiliel. Nangiagus & Sigeb. in Chron.

Medardus S. Radegundam vxorem Lotharij, assensu viri, in monialem consecrauit. Petr. de Natal.

Nicetius episcopus Treuirensis Nestorij & Eutychie hæresim scriptis oppugnat.

Phreculphus historicus ab vrbe condito ad annum Christi 560 Chronica digerit. Fortunatus poeta, clarere incipit. Trib. Plat. Sigeb. Hermolaus grammaticus. Suid.

Theodorus poët. Henricus Ephord. cap. 51 de Iustiniano. Datus episcopus Mediolanensis scribit historiam de obsidione vrbs à Vitigete facta. Diac. lib. 16. Fœcundus Harmianensis episcopus, contra Eutythianos. Isidor. de Vir. Illustr. cap. 1. & 24.

Armenij iterum fidem Christi publicè suscipiunt. Sigeb. in Chron. & Plat. Legatos ad Iustinianum mittunt, vt Romanorum imperio subiicerentur, & libere Deum colerent. Euag. lib. 5. cap. 7.

Iudæi & Samaritæ in Palestina ecclesias incedunt, & obuios quosque Christianos intresciunt. Diac. lib. 16. ca. 1. Sed Iustiniano, misso Adamantio militum præfecto, pœnas dant. Agath. lib. 5.

Eruli incolæ Istri, fidem Christi suscipiunt accepta ob id pecunia à Iustiniano. Euag. lib. 4. cap. 20.

Dracontius Hexameron componit. Isid. Arator Subdiaconus R. E. Acta versibus reddit.

HVMANA.

An. 555. Gotthorum regnum, nomen & imperium Teia R. interfecto in Italia deletur, 78 anno. ex quo eam occupauerant, per Narsetem, qui postea in odium Augustæ Longobardos gentem Germaniæ in Italiam vocauit, quam inter Alpes & apennium tenuerunt 234 annis sub 23 regibus primus eorum rex fuit Alboinus. Procop. lib. 3. Aemil. lib. 1. Plati. in Adrian.

Ab istis tunc primum inuentus est vsus Feudorum in Italia. Molinicus lib. 1 Com. de Consuet. Parisiens.

Narses Persamenus 16. an. Italiam rexit & ex magnis calamitatibus eam recreauit. Longinum successorem habuit factione Iustini & Augustæ. Longobardos vt se vleiscetur, Italiae infundit. Priuatus vixit Neapoli, donec illic moreretur.

Initium Exarchorum & initium regum Longobardorum in idem tempus incidit, id est, in 2 an. Iustini. Ex quo miser Italiae status, vtrisque se mutuo oppugnantibus,

559 à Clotario Saxones domantur, cuius imperio, Childeberto Parisiorum rege siue liberis murtuo, Francogallica res tota rursum coit.

Ei partem tertiam reddituum Ecelesiasticorum exigenti iniuriosus Archiepiscopus Turonensis constantissime restitit, & regem cœptis desistere compulit. *Turonens.*

Tortilas à Vvisgotthis indignatis Vitigem regem suum sese & Rauennam Bellisario dedisse & ad Iustinianum triumphali spectaculo ductum esse, post Teudebaldum, deinde Atharicum, rex nominatus Italiam recepit, tandemque, Romam, Romanorum familiis in Campaniæ oppida relegatis, ita tamen vt Pelagio Pontifici pro salute public. deprecanti obedierit, & in mœnia tantum sit grassatus his præcipue parcens, qui in templa confugissent. Tandem in Umbria à Narsere Eunucho cæsus est, postquam 11 annos regnasset. *Touius. lib. 1. Vir. Illustr.*

NARSETI Eunucho amicissimus. Cui & consularum impetrauit. Extat eius epistola ad vniuersos Gallia & Germaniæ episcopos, in qua damnat Chorepiscopos.

Contra Macarium Hierosolymitanum per Schisma sedit Eustachias an. 18.

Ecclesiam Græcam Ioannes episcopus legendo, disputando, scribendo, monendo, docendo regebat. *Plat.*

565 Iustinum Iuniorem primùm coronauit. *Onuphr. lib. 2. Romanorum principum, qui tamen in libro de comitiis, sub Iustiniano, cui hic successit, vel saltem post eius obitum, hunc morem coronandi inductum memorat.*

Atqui iam sub an. 493 Euphemius patriarcha Anastasium imp. coronauit *Zom. tom. 3. Euagr. lib. 3. c. 32.* & sub an. 381 Theodosium senioreme Meletius patr. Antiochenis. *Sigeb.* Quod apud Zonoram ex verbis Ambrosij, quibus Theodosium cum Synagogam construeret aggressus est, colligitur.

Guntrannus Aureliæ rex ad Ioannem Papam Salomum & Sagittarium episcopos Synodo Lugdunensi depositos cum literis commendatitiis misit, & absolutos recepit. Nam Papa literas ad regem direxerat, in quibus eos locis suis restitui iubebat (audi antiquam Romani Pontificis auctoritatem) *Turon. lib. 5. cap. 20.*

An. 565 Monothelitæ emergunt.

Franci & Hispani de Paschate celebrando dissentiunt, Hispanis 12 Calend. April. Francis 14 Calend. Maij Pascha celebrantibus. *Sigeb.*

Photinus Bellisarij priuignus ecclesias Ægypti, hæresi imbuit. *Diac. lib. 16.*

Cozroe Persa Armeniæ ecclesias vexat. *Euagr. lib. 5. cap. 7. & seqq.*

Alboinus Longobard. rex voto Christianos in Italia & Sicilia interimit. *Turon. lib. 4. cap. 41. Diac. lib. 2. cap. 12.* Ipse paulo post miserè interficitur. *Ibid. c. 14. & 15.*

Eloësbaas Æthiopum rex Iustino Imper. mirantem Dunuam Pseudo-Moysem crudeli tyrannide Christianos Negræ Arabiæ opprimentem extinxit. *Niceph. lib. 16. c. 6.* Videtur esse Azba nostri contextus.

HVMANA.

An. 562 in Gallia Gotthica mons Rhodano imminens per multos dies tauri mugitum edens ab alio monte contiguo diuellitur, domibus, Ecclesiis, hominibus ac iumentis subrutis. *Sigeb.*

Anni Christi.

562

576

63
i S. IOANNES III.
Romanus, cognom Catilina (ait Euagr.) an. 12.
mens. 11. dies 26.

4650

4663

Vacat sedes mcs. 10. di. 3.

Patriarchis.

Alexandria Apollinari
deinde Ioanne 4, an. 9.

Antiochia Anastasio, deinde Gregorio, an. 23.

Hierosolymis Macario 2.

Constantinopoli Eutychio,
deinde Ioanne 3, an. 11.

Principibus.

Iustiniano 2, siue Iustino 2,
Iuniore, an. 11.

(pelagiano Imp. 65.)

Cozroe Persarum Rege 20.

Ghebez Æthiopia, deinde Sekul, an. 1.

Azba, an. 3

Alboino Clephe Longobardorum & Ital. reg.

Anni Christi.

564

576

587

Heriberto an. 9. cum fratribus & postea solo Hilperico, an. 14. Franc. Reg. quinto.

Attanagildo Hisp. decimo quinto, mox Luiba, an. 1.
Leouilgido, an. 17.

Bracarense 2 presidente S. Martino Dumienfi. Isid.

Lucense sub Theodormiro rege Sueuorum in Gallicia recens conuerso, Vasau.

Aurelianense 6, sexto anno Guntranni regis contra Salozium et Sagittarium episcopos de granibus criminibus accusatos. Tom. conc. At Lugdunense fuisse ait Turonen. lib. 5. c. 20.

64.

* S. BENEDICTVS I.
(Bonofus Euagr.) Romanus, an. 4.

mens. 1. dies 28.
Vacat sedes mens. 2.
dies 10.

Anni mundi.

4663

4667

Marses Bultinum & Leutharem fratres Francorum principes Italiam appetentes perdidit. Ita Francorum & Gotthorum domitor Italiam multis malis tandia festam recreauit, nisi quod post eius mortem Longobardi Alboino rege, quem sub vitæ finē ab imperatore & Sophia Augusta laesus è Pannonia accersuerat, rursum eam inuaserunt. *Touius lib. 1. Viri Illustr.*

Longinus Græcus primus Italiæ Exarchus constituitur Rauennæ ab imperatore. *Blond. dec. 1. lib. 8.* Nam non assentior Palmerio scribenti id sub Gregorio accidisse, & Patricium Romanum primum talem magistratum suscepisse. Durauit illa dignitas annis 164, siue vt alij volunt 124. Eius erat confirmare electionem Roma Pontific.

Multas clades tum Italia perpeffa est, irrupentibus in eam barbaris. *Plat.*

Lothario Franc. Rege mortuo filij regnunt diuidunt, Hilpericus Sueffioni sedem regni habuit, Heribertus Lutetiæ, Guntrannus Aureliæ, Sigebertus Metis. *Sigeb.*

Heribertum Parisiorum regem, filium Lotharij ob iniustum diuortium, & incestas cum duabus fororibus nuptias Germanus Parisiensis episcopus (qui obiit an. 570) excommunicauit. Ita ille iusto Dei iudicio percussus mortem breui obiit. *Regino lib. 1.*

Guntrannus rex per triduum in Paschate eleemosinas distribuit. *Turon. lib. 9. cap. 22.*

Maglorius Dolensis archiepiscopus sanctus vir in Britannia. S. Amandus nascitur an. 571. Merlinus Caledonius: S. Leonardus. S. Goar. *Sigeb. Volater. Ab. Vesperg.*

An. 563 Theodomirus in Gallicia Sueuorum rex ex Arriana hæresi primus ad Catholicam conuertitur. *S. Isidorus.*

* HVI vs temporibus gens Longobardorum totam Italiam inuasit, simulque fames tanta, vt militum magna pars se eis dedere coacta sit. In his calamitatibus Benedictus moritur.

Epistolam reliquit ad Dauid Beticæ episc. mysteris plenam de Trinitatis vnitae.

Gildas Badonius cog. sapiens sub. an. 580 de excidio Britannia patriæ suæ scribit. Proprius Gentis Britannicæ historiographus de Britannis scripsit, quod nec in bello fortes fuerint, nec in pace fideles. *Beda.* docet totam insulam in varia regna fuisse distributam, quorum regulos nominat Constantinum quendam, Aurelium Conanum, Vortiporium. Cuneglosum, Maglocorum, &c. quos de ritu gentis suæ ditiunculas patricidij, adulterij, scortationibus repleuisse, & rem Christianam parum curasse conqueritur.

Post hunc ante Bedam Heluodugus, & quidam Anonymus historici illius gentis nominantur.

Præcepta Iustini ad Tyberium quous digna principe apud Euagr. lib. 5. cap. 13. *Niceph. lib. 17. cap. 40.*

Tyberius Mauritium aduersus Persas mitrit. Ei post receptam Mesopotamiam victorique Persas Constantinam Iustinifilium uxorem dat.

Anno Tyberij Imper. secundo ex Aruernensium (id est, Claromontanorum in Aruernia) Iudæorum Synagoga ab episcopo Auito, ultra quingentos conuertitur, reliqui vrbe pulsi, Massiliam profecti sunt. *Turonens. lib. 5. cap. 11.* De qua conuersione Diuum Gregorium admo-

nuit Fortunatus lib. 5.
 Similiter Hilpericus Franc. rex multos Iudæorum baptizari iussit. *Idem. lib. 6. cap. 17.* bella gerit cum fratribus Sigeberto & Guntranno, anno secundo & tertio huius Tyberij. *Ibid. lib. 4. cap. 48.*
 Colroë primum Christianorum insectator, extremis vitæ diebus ad Deum conuertitur. *Euag. lib. 4. cap. 28.*
 Ad Circesium proficiscitur, vt Christianorum Deum inuocaret. *lib. 6. cap. 17. & Niceph. lib. 18. cap. 22.*
 Antiochiam in templum S. Sergij mittit aureas cruces duas, aliâque ex præda accepta, item discum & thuribulum & alia penitus aurea. *Euagr. lib. 6. cap. 21.*
 Seuerus Malacitanus contra Vincetium Cæsaraug. in hæresim. Arrianam lapsus scribit. *Isid. Trib.*
 Leander Hispalensis episcopus Seueriani nouæ Carthaginis ducis filius contra Arrianos scribit, & Vvisigorthorum rotam gentem per Hermingildum Leonigildi filium, deinde per Recaredum regem conuertit. *Idem & Greg. lib. 1. epist. cap. 41. & lib. 4. cap. 9.*
 Martinus Dumienfis vel Mandonienfis episc. Mironem Sueuum Gallicie regem Theomiri successorem conuertit, ei dicit librum de Christiani. principis institutione. *Taraph. multa scribit. Isid. In compendium contraxit concilia Orientalia, Tom. 1. conc.*
 Donatus Monasterij Seruitani conditor, primus in Hispaniam Monastica professionis vsum & regulam induxit. *Vasens ex D. Alphons.*
 Brunichildis inter alia multa in suburbano Laudunensi Monasterium S. Vincentij construxit. *Ann. libro quarto. capite 1.* Et S. Medardi Sueffione in registro Greg. lib. 12.
 H V M A N A.
 Leouigildus Hisp. rex reliquias Sueuorum ex Hispania eiecit rege Andeca superato, qui regnum semel in Hispania constitutum per annos 177. tenuerant. *Isidorus.*
 Hermingildum primogenitum, quod ab Arrio ad Catholicam conuersus esset, manibus suis securi percussit. *Tarapha. Sigebert. & Emil. libro 1. Gregor. 3. dialogo capite 31. Bead.*
 Iustiniani milites, quos Athanagildus auxilij causa euocauerat, profligat, amplificato Hispanie regno, in qua Gotthi antea finibus concludebantur. *Lucas Tudens. Vas. Exinctis vndique tyrannis & occupatoribus Hispanie. Vasens. Partem Vasconie occupat & Victoriam ciuitatem condit. Inem.*
 Primus ærarium de rapinis Ecclesie ac ciuium locupletauit. Primus solio ac purpura regali usus est, cum ante ipsum Gotthorum reges & confessum & vestitum haberent cum aliis nobilibus communem. Leges ab Enrico latas emendauit. Sub mortem præcepit filio Recaredo, vt episcopos Catholicos ab exilio renocaret, & Leandrum coleret, vt patrem. *Vasens ex Isidor. Lucas Tudensi & D. Greg.*
 K A N T E hunc Euagrius post Bonosum nominat Ioannem alterum à præcedenti.
 Absque Imp. autoritate, quæ solebat interuenire, per modum approbationis, pontifex est creatus, quod Longobardis Romam obsidentibus, non liceret Constanti

Anni christi. 580
 Patriarchis.
 Alexandria Ioanne 4. deinde Eulogio, an. 27.
 Antiochia Gregorio.
 Hierosolymis Macario secundo. deinde Ioanne 4. an. 16.
 Costantinopoli Ioanne, mox Eutychio iterum, an. 4
 Principibus.
 Tiberio Pio Anicio Constantino, an. 7. Imp. 66.
 Cozroe Persarum, deinde Hormisda 2. Rege, an. 10
 Abra & Adakana, an. 16. Æthiopia.
 Antharo Ital.
 Hilperico Franc. reg. quinto.
 Louigildo Hispania, decimo septimo.
 Conc. Constantinopolitanum 3. contra Monothelitas episc. 150. lib. Concil.
 65.
 K S. PELAGIVS, II. Romanus an. 10. mens. 2. dies. 10
 590
 Vacat mens. 10. dies 10
 4667
 4678

nopolim

Anni christi. 590
 Patriarchis.
 Alexandria Eulogio, an. 27.
 Antiochia Gregorio.
 Hierosolymis Ioanne 4.
 Constantinopoli Eutychio, deinde Ioanne 4. Ieiunatore, an. 16.
 Principibus.
 Eisdem Imp. postea Mauritio Imp. sexagesimo septimo, an. 20.
 Hormisda Persarum Rege vigesimo, deinde Cozroe. 39
 590
 4678

nopolim mittere. Postea misit D. Gregorium, qui principem placauit.
 Scripsit epistolam contra Ioannem Constant. qui generale concilium conuocarat. Reliquit tres alias. *Tom. conc.*
 Ab eo referunt institutum, vt non modo in Ecclesia canerentur septem preces horarie, vt iam à principio Ecclesie fiebat, sed & quotidie à Presbyteris priuatim recitarentur, qui abfuerint. *Pamelius in Cypr. de oratione Dominica.*
 Sub eo Ioannes, & qui ei successit Cyriacus Constant. aduersus sedem Apostolicam insurgunt, vniuersales episcopi sibi nomen, & primum in ecclesia locum assumere conantes. Eis Pelagius, deinde Gregorius restitit, cuius in registro de hac controuersia grauissimæ sunt epistolæ lib. 4. epist. 76, 78, 80, & lib. 6. epist. 168, 169, 170. Sub Bonifacio 3. res composita, vt secundum locum obtineret. *Beda de ratione temp.*
 Hoc tempore primum Constantinopolitani Schisma excitantur contra Ecclesiam. Nam Ioannes loci episcopus sibi titulū arrogabat vniuersalis Patriarchæ annuente Mauricio. Imp. cui se opposuit Pelagius, deinde Gregorius multis literis hinc inde scriptis. Sed tandem cum Ioannes subita morte perisset, dissidium istud paulatim cessauit. *Sigeb. & Simoneta.*
 Mauritius Assumptionis siue Dormitionis Virginis festum 15 die Augusti celebrari præcipit. *Niceph. lib. 17. cap. 28.*
 Euagrius Epiphaniensis prætor, historiam suam orditur, vbi definit historia Tripartita, vsque ad Iustini ætatem, id est, an. 595 tempus annorum circiter 140 completens. *Niceph. lib. 1. cap. 1.*
 Floret Michaël Syngelus.
 Eutychius patriarcha Const. hæresim induxit de vere spiritualibus resurgentium corporibus, ad quem refutandum missus est à Palagio Gregorius magnus. *Beda, Regino.*
 Victor Ceminensis Ecclesie Africane historiam ab exordio mundi vsque ad primum Iustini Iunioris annum pertexit. *Hono. Augustod. lib. 6.*
 Hinc Ioannes Gotthus Gerundensis episcopus, præter alia, librum Chronicorum à primo Iustini anno vsque ad primum Mauritij.
 Andreas Hierosolymitanus Cretæ episcopus, Secundus Erinie scribunt.
 Hilpericus, siue Chilpericus Regum Francorum primus (nam non solus cum & Childericus à Bodillo nobili interfectus fuerit an 679) à subditis cæsus est suasu Fredegundæ vxoris, & insidiis Lauderici maioris domus, siue comitis Palatij, quem hodie Conestabulum vocamus. *Chronc. Franc. Iusto Dei iudicio. Nam hæreticus, Catholicorum hostis & Nero siue Herodes sue ætatis, Turonen. libro quarto, cap. 47. libro quinto, cap. 44. & cap. 25, libro sexto, cap. 46. lege et Diac. libro tertio, cap. 4.*
 Sabellianus erat & eum errorem doctõribus Ecclesiarum atque adeo ipsi Turonensi imperauit. Sed iis resistentibus, veritus Catholicorum motus à persecutione destitit. *Turon. lib. 5. cap. 44.* literis nostris quatuor characteres addidit Θ, Ψ, Ζ, Π, qui quamuis Græci essent, significarent ramen oe, ae, the, Vvui. *Ibid.*

Vsque

Vsq̄ ad annum 589 Ioannes abbas suum chronicon est persecutus ab anno Iustini Imp. primo *Isid.*
 Recaredus Hisp. rex primus Catholicus filiam Chil- deberti regis in vxorem duxit. Anno decimo regni in Toletana Synodo 72 episcoporum Arrianam hæresim cum tota gente Hispaniæ abdicauit, deinde à finibus Hispaniæ eiciendam curauit, suos ab ea ad fidem Catholicam raducens. *Greg. lib. 7. epist. 126. sine Ind. 2. c. 26. Greg. Turon. lib. 9. cap. 15.*
 Leges Gothicas in compendium contraxit. Pater Patriæ salutatus à præcessoribus direpta restituit. Ecclesias & monasteria multa condidit, multa serię conuersionis suę argumenta ostendit.
 Romanos multis præliis vincit. Eorum multas vrbes suo regno adicit. Gotthorum imperium florentissimum reddit. Ab eo nulla postea hæresis in Hispania publice extitit, *Vasens.*
 Guntrannum in Gallia Narbonensi vicit. *Isid.*
 Persæ anno primo Mauritij Armeniam captiuitate episcoporum & populorum deuastant. *Sigeb. Turo. lib. 10. cap. 23.*
 Longobardorum in Italia persecutio contra Christianos. *Gregor. homil. 18. lib. 2 in Ezechielem.* Ea de causa D. Gregorius à Pelagio ad Mauritium mittitur. *Blond. lib. 8.*
 Hæresis Manichæorum repullular in Aphrica, *Gregor. 4. epist. cap. 50.*

HVMANA.

Lupi Burdegalam ingressi deuorarunt canes. *Sigebert.*
 Hinc dictus est vicus luporum. Per totam Galliam imbrum, ignium, terræ motuum, aquarum, grandinum, morborum, famis & bellorum inter Francorum reges, calamitates. *Turon. lib. 4. cap. 33. & 34.*
 Mauritius primus è Græcorum genere in Imperium confirmatus est. *Annon. lib. 3 de gestis Franc. c. 35.*
 Eius tempore Turcarum nomen primum in historia legitur.
 Cozroë regni initio Varanani insidiis regno exactus, Tiberij Mauritij Imp. ope, cæso tyranno regnum paternum recuperauit. Indéque 38 annos regnauit. Qui cum Mauritij amicissimus esset, eo à Phoca occiso, bellum Romanis intulit, iisque Syriam ademit.
 Veneta vrbs fit Francis tributaria. *Anno. lib. 3. Turon. lib. 5. cap. 26 & 29.*
 Vascones (Hispaniæ citerioris olim populi in montibus Pyreneis à Tacito lib. 20, Plinio, Ptolomæo) his temporibus de montibus in plana Aquitaniæ prorumpunt, nec satis repelluntur. *Turon. lib. 9. cap. 7.*
 Atque hic primum sub an. 587 Vasconum fit mentio in Francica historia. Quare sensim Aquitaniæ illam partem occupantes tandem regioni vocabulum videntur dedisse, non, vt Blondius putat, Vvigothi. Nam ante Vvigothorum aduentum Vascones populus montanus erant Hispaniæ, è locis citatis, item Iuuenali 17 Satyra, Sillio Italico, &c.

Anni Christi.

580

Abram & Adakana Aethiopia, an. 16.

Antaro Longobardorum Ital. Rege.

Lotario 2 Franc. an. 44. Rex. sexto.

Leouigildo Hispaniæ decimo septimo, deinde Recaredo Rege primo Catholico, an. 15.

Conc. Hispanense i. cōtra. Arianos

590

Anni mundi

4667

4678

Anni Christi.

590

604

66. I S. GREGORIVS MAG. Romanus vir doctissimus & inuito electus. an. 13. mens. 7. dies 10.

Vacat sedes mens. 5. dies 19.

498

Anni mundi.

4678

4692

I ANTE pontificatum Pelagij erat Apocrifarius, Esse Roman. pontificum vltimum Caluinus scribit in Instit. illis tamen Fuccius etiam adnumerat Sabinianū. Credant ergo superiori Ecclesiæ, sat habeant sequentem negligere.
 Post Gelasum multa instituit in Ecclesia, Antiphonas in Missa: Modum chori & Psalmodias: Hinc Gregorius cantus. i. planus, quem postea ad artem reduxit Guido Aretinus benedictinus sub ann. 1020.
 Septem Litanias, item Rogationes supplicationes maiores (quæ longè antè erant in vsu apud Græcos, teste Basilio, epist. 63.) in festo S. Marci ordinauit. *Ipse lib. 11. epist. 2. Diac. de gest. Long. lib. 3. cap. 11. Turon. lib. 10. c. 2.* Gelasianum codicem de Missarum solennitatibus recognouit, librum Sacramentorum & Antiphonarum à se ordinatum emisit *Berno lib. de Missa.*
 Quatuor dies initio Quadragesimæ præmisit: nouies Kyrie eleison. Alleluia & Offertorium dicere iussit: statis diebus ecclesias frequentanti delictorum pœnas canonicas condonauit: præposuit horis canonicis versum, Deus in adiutorium, &c. Tres petitiones, Diesque nostros in tua pace, &c. Canoni Missæ (cuius auctorem fuisse Scholasticum meminit epist. 63. lib. 7. quo loco precem eum nominat, at etiam canonem lib. 11. epist. 56. ad Vitalem) adiecit: Stationes Romæ, & Scholas musicæ: adorationem crucis nudis pedibus feria 6. passionis, Processiones diebus Palmarum, & Purificationis, Psalmos pœnitentiales & multa alia ordinauit atque instituit, *ipse proluxe epist. 63. lib. 7. indi. 2. & lib. 4. epist. 88. lib. 9. epist. 9. & 45. & aliis locis. Anton. tit. 12. cap. 3. Platin. lib. Conc. & in Decretis.*
 Errant qui putant nomen Missæ tunc excogitatum, cum reperitur apud Ambrosium (vt cæteros taceam) Missam facere, *libro quinio, epist. 33. & August. ter. ser. de temp. 51. 91. & 237.* (quos sermones esse Augustini etiam docet Petrus Martyr, Vermilius in capitulo primo, ludic.) Hieronym. Prouerb. 11. vt præteream Ruffinum, Victorem Vticensem & reliquos Beatus Gregorius superiores.
 Orationem Dominicam in Missa dici instituit. *Historia.* Atqui Hieronym. libro tertio, contra Pelag. Christum docuisse ait Apostolos eam in hoc sacrificio dicere. Gregorius ergo illam duntaxat loco mouit, iubens recitari post consecrationem, *libro septimo epistola sexagesima tertia.*
 Septem annorum indulgentiam in Romæ stationibus imposuit. Quod autem primus indulgentias dederit est error. Nam apud Tertul. initio libri de Pudicit. Edictum propositum & quidem peremptorium à Pontifice Max. & episcopo episcoporum delicta pœnitentia functis dimittens, &c. Quin & illic indulgentias appellat, item veniam, secundam pœnitentiam, denique sub finem libris pacem Ecclesiasticam. *Sic Cypr. Antoniano lib. 4. epist. 2.*
 Romæ monasterium in domo sua construxit, sex verò in Sicilia. *Sigeb. Turo. lib. 10. cap. 1.*
 Ligures, Venetos, Iberos, alióque à Schismate ad vnitatem Ecclesiæ reuocauit, Barbaricos, Sarcos, & Campagniæ rusticos à Paganismo, Donatistarum hæresim ab Africa extirpauit. Manichæos in Sicilia, Arrianos in Hispania, Agnoetas in Alexan-

dria scriptis & legationibus ab Ecclesie corpore semouit. Galliam denique nostram a Neophytorum heresi, & Simoniaca liberauit. Multum quoque in Sardinia & Gallia laborauit de Paganismo & Iudaismo ibidem abolendis. Angliam per Augustinum monasterij prepositum totam conuertit. Adeo beneficus in pauperes, ut post mortem eius, ingruente fame, aemuli prodigum & dilapidatorem omnis Thesauri ecclesie dixerint, & parum abfuerit, quin libros eius omnes combusserint. *Ioan. Diac. libris 4 de ipsius vita.*

Vigilio Arelatensi iuxta antiquum morem usum Pallij, ac vices sedis Apostolicae & potestatem in Ecclesiis Gallicanas largitur, *ipse ep. 51. lib. 4.* Sequentibus Epistolis ad Brunichildam & Francorum reges suam, Apostolicamque sedis in ipsos, ipsorum regnum, vniuersam Francorum Ecclesiam auctoritatem potestatemque ostendit.

Siagrio quoque Hedueni pallium Archiepiscopale concedit. *Epist. 12. lib. 7.*

Usum sacrarum imaginum defendit contra Serenum episcopum Massiliensem, *Ibid. epist. 109.* Frangere (inquit) easdem imagines te non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in Ecclesiis adhibetur, ut ij, qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quae legere in codicibus non valent, &c. *Audis usum imaginum a summa antiquitate repetitum.* Nam Serenum episcopum Massiliensium diuorum imagines e templis suae Dioceseos deicientem repressit & castigauit.

Contra leges Iustiniani cod. de Incest. Nupt. nuptias usque ad septimum gradum prohibuit, quod obtinuit usque ad Concilium Lateranense 1215.

Ad reprimendam Ioannis & Cyriaci Constant. insolentiam se primus seruorum Dei vocauit & inscripsit. *Ioan. Diac. cap. libr. 2. vita ipsius.* Eusebius tamen Emissenus ducentis quinquaginta annis prius, Homilia in Dominicam 21 post Pentecosten, Romanus (inquit) episcopus episcoporum omnium maximus seruorum Dei in suis epistolis se esse scribit.

Ricaredo post conuersionem suam munera ad sedem Apostolicam mittenti gratias agit epistola accurata, & remittit Clauem ferream e catena D. Petri, in qua lignum Dominicae crucis & capilli Ioan. Baptistae recludebantur, & Pallium pro Leandro Hispalensi.

Longobardos ab Arriana heresi conuertit, *Diac. lib. 4. de gestis Longob. cap. 1. 2. 3. Suppl. Chron.*

Cum eo Mauritius Imp. inimicitias exercuit, quod ab ipso ob turpissimam auaritiam obiurgaretur. *Blond. lib. 18. Abbas Vspereg. in Mauriis.*

Angli Cantuarij (nam gentes Aquilonares Anglorum Mercij & Nordimbrij nondum Christum audierant sub Regibus Edelfrido & Elle. *Sigeb.*) ex idololatria ad fidem Christianam conuertuntur cum suo Rege Chelberto, id procurante Gregorio PP. per Augustinum Cantuariensem, Melitonem seu Militem Londinensem postea episcopos, & Ioannem, *Sigeb. & Gregor. lib. 5, epist. 112, & lib. 9, epist. 52 & 60. Annoni lib. 3, cap. 74.*

Tum autem Anglia in quatuor regna diuidebatur.

Interea a temporibus Apostolorum usque ad hunc Augustinum in Anglia septem fuerant episcopatus &

Anni christi.

590

Patriarchis.

Alexandria Eulogio.

Antiochia Gregorio, deinde Anastasio iterum an. 6.

Anasta 2. an. 12.

Hierosolymis Ioanne 4, deinde Amos, an. 8.

Isaacio, siue Isicio, an. 8.

Constantinopoli Ioanne 4. Ieiunatore, deinde Cyriaco an. 10.

604

Anni mundi.

4678

4692

Anni christi.

590

Principibus.

Mauritio Imp. sexagesimo septimo, & postea Phoca, an. 8.

Cozroe 2. Persarum rege vigesimo secundo.

Abra & Adakana, Aethiopia, deinde Zaham, an. 28.

Agilulpho, siue Agone Longobardorum & Ital. Reg.

Lothario Franc. reg. sexto.

Recaredo Hispania decimo octauo, deinde Luiba 2. an. 7.

604

Anni mundi.

4678

4692

vnus Archiepiscopatus. *Galfridus lib. 8. cap. 4.* ut quidem citat profanus quidam Balaeus, quem constat fabulas de Angliae & Scotiae antiqua religione, suppositis auctoribus condidisse, quod Insulae suae conuersionem Romanis pontificibus, & laudatis viris inuideret.

Cum religione literas & disciplinas imbiberunt. Nam illic floruerunt usque ad Carolum Magn. qui eas ex Anglia per Bedae discipulos in Gallia & Italia illustrauit. *Infra.*

Modus conuersionis eorum & miracula illic perpetrata describuntur ab ipso Greg. lib. 7. epist. 30.

Gotthi & Hisp. magna ex parte cum suo rege Recharedo & Sifebuto Arrij haesum eiurantes, Christianam fidem amplectuntur, *Platin. & Sabel. Ennead. 8. lib. 5.*

Diuitius Longobardorum contra Catholicos furores compressi sunt. *Greg. 3. dial. cap. 29.*

Rerum Sapientia cum septem artibus Romae floruit. *Ioan. Diac. lib. 2. cap. 13. in vita Greg. Cantorum schola instituta. Ibid. cap. 6.*

Ioannes Philoponus Alex. Philosophus Tritheitarum auctor & Senerus, a quo multae haereses. *Niceph. 1. 18. c. 46.*

Desiderius quidam Burdegalensis cuculla & tunica ex pilis caprarum amictus, Christum se simulans arte magica miracula quaedam edere conatur. *Turon. libr. 9. cap. 6.*

Quidam etiam Gallus Biturigenis nomine Episteus, postquam aliquos aegrotos sanasset, praedicat se esse Christum & pro Christo adorandum. *Greg. Turon. lib. 10. ca. 25. Sigeb. Guill. Nang.*

Gregorius Turonensis 19 episcopus, patria Aruernus historiam Francorum libris 10, mandat ab ipsorum origine ad annum Dom. 00. i. usque ad sua tempora. Nam eo anno obiit, vel iuxta alios 595, quo ut ipse ait numerabatur Childeberti decimo octauus, Guntianni trigesimus primus, Gregorij Rom. Pontificis quintus.

Cum Augustinus iuxta Dorocastriam praedicaret, gentes illius loci caudas Rariarum vestibus illius appendebant: Hinc ipsi & eorum posterii caudas sicut pecudes referuntur habuisse. *Guil. Nang.*

Sic in Oceani extremis oris esse insulas Satyridas nomine, in quibus viderint nauae tempestate delati, incolae rufos & caudas haud multo equinis minores infra clunes habentes, Pausanias docet lib. 1. de regio. Graec. pag. 89.

Angli a Saxonibus oppressi, quod Augustini praedicationem & concilium repudiauerint de obedientia Romanae ecclesiae praestanda. *Beda lib. 2. hist. gentis suae cap. 2.*

Echelbertus Anglorum rex ab Hengisto quartus protenso a mari Gallico usque ad Humbrum imperio, Christum Augustino praedicante suscepit. *Sigeb. Beda.*

Tunica Domini inuenta in ciuitate Zaphat. *Sigebert. Ab. Vspereg. Nancler. Annoni. lib. 3. c. 78.*

Frontiniana Monophysita Agnoetae, haeretici. *Greg. lib. 8. epist. 35, 36 & 41. lib. 11. epist. 55. Niceph. 18. cap. 45. 46, 49.*

Donatista repullulant in Aphrica. *Greg. lib. 3. cap. 35.* In Illyria multi contra episcopos motus. *Greg. lib. 1. indict. 9. epist. 43.*

Anastasius Synaita Antiochenus Patriarc. Monophysicos & Acephalos libris impugnat. *Niceph. lib. 18.* Anastasius successor eam contra haesum in Oriente propagauit, sicque inualuerunt Monothelita in Orientalibus

Ecclesijs passim, donec per Saracenos omnis Christi religio radicitus oppressa est, ab Eutyche anno ferme 180. *Diac. lib. 18. rer. Rom. Sabel. Enn. 8. lib. 6.*

Nicephorus Cartophilax, Olympiodorus, Andreas Hierosolymitanus doctores in Ecclesia insignes.

Item Isychius Hieroso. episcopus ad quem Greg. scripsit lib. 9. epist. 40. indict. 4.

Vivebat adhuc Venantius, Honorius, Fortunatus Pictaviensis episc. Nam 11 libros carminum Greg. Magno dedicavit, e quibus Ecclesia hymnos multos canit, quem & cum Gregorio Turonensi novissime mortuo, & Gregorio Nazianzeno comparavit, inquiens vnum diuinitus datum Orienti, alterum Meridiei, tertium Occidentii.

HUMANANA.

Maometes ille impius, ab Ismaele originem ducens, Abdala patre, Hennina matre, vigesima tertia stirpe, nascitur an. 592. a quo & Arabes suam Hegiram incipiunt, ut postea dicam. Primus dux per an. 10. Arabum seu Ismaelitarum, siue Saracenorum (vel a Sara vxore Abraham, vel potius a Sara monte, quem olim ipsi incolebant) eorumque propheta, edoctus a duobus Iudaeis apostatis, & a Sergio & Ioanne haereticis Arrianis & Nestorianis, camelorum primum pastor, neque legere neque scribere sciens, ut ipse *Azo. 17* fateatur, mox diuite ducta vidua mercator, tandem Pseudopropheta an. etatis 40. obtentio Gabrielis nomine & congressu, legem ex Iudaeis, Gentibus & Christianis composuit, quam partim verbis & prodigijs mendacibus columbae, tauri, comitialis morbi & lunae, partim vi & armis infinitae multitudini persuasit. *Zonaras, Cedrenus in Chronog. Diacon. lib. 18. rerum Ro. Blond. de ca. lib. 6. Vincent. in Specul. lib. 24. cap. 4. & alij hist.* Hunc facile crediderim esse Antichristum, aut saltem regni Antichristi conditorem. Nam *μααμετς* reddit numerum hominis bestiae 666. de quo *Apoc. 13.* Formae *πδς πδς δς* Deinde Martius, sanguinarius, legionarius rex suam legem non praedicatione, sed vi & armis firmandam statuit. Ut sit allusio ad Romanam Apostolici temporis legio- nem, quae militibus 666. explebatur.

Et certe scopum Aleorani esse asserit praedicare, non esse tres aut plures Deos, sed vnum sine partecipe. *In colloquio ipsius cum Iudaeis & in Alco. passim.* Quod perinde est, ac si dixisset, etsi specioso trium aut plurium deorum velo virus tegat, sibi pro scopo propositum euertere Christi legem, gloriam, maiestatem, diuinitatem, e qua totum pendet Euangelium. Nam eum Participis nomine passim intelligit. inuectus in nos, qui eum diuinitatis consortem, participem, Dei filium, Deum de Deo profite- mur, eaque de causa nos incredulos, idololatras, impios scelerate appellat, & gladio ad id eiurandum cogi iubet. Quid contra Christum hostilius possit suscipi, quid magis esse antichristianum siue Christo contrarium?

Multum sudat in depellendo Magiae crimine, quod sibi passim obiciebatur, *Alco. cap. sine Azora 20. 25. 42. 79. 90. 91.*

Amicos & socios habuit praecipuos, Eubocaran, Halycuius de Alcorano interpretationem sequuntur Persae) Zaid, Thalha, Bibelcomen, Arubair, & Haumar (quem ut fidissimum legis interpretem caeteri, complectuntur, Persis hostili odio habitis.) *Chronic. Sarac.*

Anni Christi.

560

604

Anni mundi.

4678

4692

CONCIL. Romanum 1 & 2. Greg. lib. 1. epist. 49. & lib. 4. epist. 38. in quo & Iba epist. damnata est.

CONCIL. Lateranense.

Anni christi.

500

600

Anni mundi.

4667

4990

ANNVS Dominici DC. quo Phocas adiit imperium & iuxta quosdam infelix Maometes nascitur & Ricaredus primus rex Hispaniae Catholicus obijt.

SEXTO saeculo continuata est doctrina. Mistra e Gregorij Mag. Antiphonario & libro Sacramentorum. Item e scriptis Grec. Turonensis, qui & Missa vocabulum & memoriam celebrat, ut cap. 6. *Vita Patrum.* De clauibus Ecclesiae. Orientales episcopi ad Papam Symmachum. *Gildas in Castigatione ordinis Ecclesiae.* Greg. Mag. ho. 26. in *Euangelia.* Veritas Eucharistiae. Transsubstantiatio, sacrificium. *Maxentius Dial. 2. Andreas Hierosol. Casiod. in Psal. 64. Greg. hom. 14. 22. in Euangelia, & in Psalms.*

Liberi arbitrij & gratiae concordia. *Olymp. in eccl. 12. Euodius in epist. ad Constantinum. Gra. Mag. lib. 35. c. 21 in Iob, & lib. 1 in Ezech. ho. 9.* Secundam iustificationem requirere opera. *Olymp. in 7 Eccles. Casiod. in Psal. 6. Greg. in Ezech. lib. 2. ho. 2. Iustificationes Dei (ait) dicimus praecipua diuina, quae nos in istos faciunt, si impleantur.* Bona opera ad salutem requiri. *Greg. in 1. c. 1. Reg. in Ezech. lib. 1. ho. 3, 9, & lib. 2, ho. 16. 19, & in Euangelia ho. 12, 22 & 29. Iustus in Cantica.* Sanctorum intercessio, praesidia merita. *Fortunatus de Basilicis DD. Georgij, Martini, & c. Greg. lib. 12. indict. 7. epist. 17. & 22. lib. 11. indict. 6. epist. 8. & 44. lib. 2. in 2. cap. 1 Reg. in Euang. ho. 32. lib. 7. indict. 2 epist. 53. 94. 126. Euodius ad Faustum. Turonensis passim, ut in lib. Patrum, & de gloria Martyrum. Imagines, Greg. Mag. cuius tamen epist. 109. lib. 7. ad Severum episcopum Massiliensem allegare audet in contrarium, usum imaginum probat & docet eodem lib. 7. parte secunda epist. 5. & 63. ad Secundinum. Ab re, inquit, non facimus, si per visibilia inuisibilia monstramus, & c. Scio quidem, quod imaginem Saluatoris nostri non ideo petis, ut quasi Deum colas, sed ut ob recordationem eius in illius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Item lib. 9. epist. 9. Imaginis Christi ad Agbarum missa virtute Edeffan suo tempore liberatam expugnatione & incendio Persarum *Euagr. c. 27. lib. 4. Turon. l. 1. de gloria Martyrum iniecta mentione statua Domini, de qua Eusebius, cuius locum etiam affert c. 22. & 23, declarat sua hac tepestate in Dei ecclesia fuisse vsitatissimas**

Moritur extremis annis Heraclij anno aetatis 40 pleuride, iuxta alios 63 cum regnasset apud Saracenos ann. 10. Quo anno natus est, Arabia tanta siccitate & penuria frugum afflicta fuit, ut herbis vescerentur campestribus, *Rodericus Tolitian.*

Lutherani & Caluinitae Antichristi rei & nominis infamiam in alium suae menti & conscientiae conuenientissime deriuant. Nam ipsorum secta recta ad Mahometem spectat, nec vlla vnquam fuit Mahometismo propior, ut libro de Antichristo docebo.

Legem suam versibus rythmicis (*Azoa. 47*) condidit, ut imperitae multitudini esset suauitate cantus & Rithmi plausibilior. El-Phurcan nominauit. i. sectiones, capita. Nam פּרָקִים etiam Hebraice hoc sonat, & eo vocabulo plerique libros suos inscripserunt, ut פּרָקִים וּפְרָקִים פּרָקִים (פרקים) quod missam sibi a Deo fabularetur non simul, sed, ut, Sibyllae folia diuersis locis & temporibus, & sententijs discretis, ne quis in ea consequentiam, ordinem, rationem, sapientiam, curiosius inquireret. Quare Odmen aliorum Mahometis successorum auxilio illam in integritatem primo collegisse notant, in *Chron. Saracen.* Post Mahometem ann. 110. Arabes nominarunt etiam Al-koran, id est, קוֹרְאָן per excellentiam impie, Sicut Hebraei קוֹרְאָ, Kara, Scripturam sacram appellant.

Est autem ex haereticorum, Iudaeorum, Epicureorum, & similibus philosophorum erroribus, opinionibus, fabulis, blasphemis indigestum chaos, quod tamen dicit descendisse de summo caelo vsque ad infimum, deinde paulatim ad decimum quintum diem mensis Ramadan in terras lapsum esse, in eo Deum ad se loquentem introducens.

598 Fredegunda & ducis & militis munia strenue obijt in exercitu Clotariano aduersus Childebertum Austrasiorum regem tutelam Clotarij Parisiorum regis sibi deberi armis contendentem, & vicit.

Clotarius Brunichildam inimicam suam alligatam caudae equi indomiti dilacerat. Iurēne an iniuria recte dubitatur. Nam laudis multa habet testimonia apud D. Gregorium & historicos. Illud constat illam ei fuisse ab infidis proceribus proditam.

Clotofinda Childeberti Mediomatricum regis filia Ricaredo Hispaniae regi nubijt, & pax inter ytrumque populum coit. *Paul. Aemil.*

In nostra Gallia multi idolis adhuc immolabant, arbores colebant, de animaliam capitibus sacrificia exhibebant. *Greg. lib. 7 Reg. epist. 5.*

Slauorum gens Istriae & Illyrii imminet, & eos valde affligit. *Greg. epist. ad episcopos Istriae.* Nam Slani ultra Danubium sedes habentes tunc primū oram dextram Adriaci sinus occupant, frustra socero, filioque Mauritij Imperistentibus. Hinc deinceps, quicquid prius Istria & Dalmatia dicebatur, Slauoniae nomen obtinuit. *Blondus lib. 8. de incl. Imp. Cromerus.*

Illyria tota a Slauis sub Phoca subigitur, *Ibid. Blond. li. 9.*

Pœnitentiæ & eius partes. Greg. lib. 5. in 15. cap. 1. Reg. Non solum confitenda sunt peccata, sed etiam pœnitentiæ austeritate delenda. Et post, Trium quippe in unoquoque veraciter pœnitente consideranda sunt, mentis confectio, oris confessio & peccati vindicta. Et in Ezech. lib. 2. hom. 16. & in Psalmis pœnit. & lib. 3. in 7. cap. 1. Reg. & lib. 4. in cap. 10. & lib. 6. in 15. c. Cassiod. in Psal. 4. Preces pro mortuis, Purgatorium. Boetius lib. 4. conf. Prosa 4. Gregor. lib. 4. dial. cap. 39. lib. 2. in c. 2. 1. Reg. in 1. & 3. Psal. pœnit. citato D. Augustino. Cetera hæc & veteri huius seculi scriptores abunde probant, ut contra se testantur Centuriatores Cent. 6. cap. 2. de loco Ecclesiæ col. 20 & seqq. sicut in cap. 3 de persecutiõne & tranquillitate Ecclesiæ. spursim col. 42. & seqq. cap. 1010 4. de doctrina. Maximus cel. 277. cap. 5 de hæresibus col. 288 spursim, prout eis amplectuntur, per totum cap. 6. De Ceremoniis & ritibus Ecclesiarum col. 325. & seqq. per totum cap. 7 de Politia & Gubernatione Ecclesiæ, col. 587. cap. 9 de Synodis spursim 459. & seq. 1010 fere capite 10 de episcopis & doctoribus, coll. 633. & seqq. 13 de Martyribus spursim col. 785. cap. 14 de Miraculis col. 789. spursim. Quæ etiam eorum errorum multi ab usreselluntur. qui ex prof. Xenæ, Eurychianis, Anæti, Monobclitis, præter superiorum aliam hæreses, restiterunt. Adde totius huius curricula Synodos.

Anni mundi.



Anni christi.



POST Gregorium Niceph. lib. 18. cap. 56. nominat Innocentiũ Rom. pontificem. Sabinianus D. Gregorio invidit, & eius res persecutus est. Nihil dignum memoria gessit.

Nisi quod Campanas siue Tintinnabula inuenit. Polyb. lib. 6. cap. 12. de inuent.

Ioannes Eleemosynarius Alex. Patriarcha paulo post floret pietate & doctrina. Metaphr.

Seuetus scribit contra Vincentium Cæsaraugust. Africanum.

Licianus multa scribit. Isid. Trib.

Euagrius Scholasticus siue protonotarius Antiocheni Episc. ab anno Christi 435. vsque ad annu 595. historiam orditur, vbi desinit Tripartita historia.

HUMANANA.

Otto quidam rex Angliæ, qui an. 603. tempore B. Gregorij, rege Theodorico bellum cum Theodeberto & Lothario gerente, amore cœlestis patriæ incensus Isthina visitauit SS. Apostolorum, regrediens Monasteriũ Schurterense ord. S. Benedicti fundat, & illi, auxilioquẽ S. Pirminij pontif. B. Mauritij abbatis discipuli. Trir. Chron. Hirsang.

Slau i Russiã prodeuntẽs tunc primum sub Phocæ oram Adriatici sinus occuparunt, & ita habitationem in eã continuerunt, vt quicquid prius Isthia vel Dalmatia dicebatur, ad temporavsq. nostrã Slatonia dicatur. Blond. lib. 8. & 9. decli. ad extremum Græcã linguam penitus corruerunt. Cromer lib. 1. Polo.

Simplicius philosoph. peripateticus, qui Philoponũ passim reprehendit: etiam si Suidas paulo ante sub Iustiano collocet. In Damascio.

Vitericus Hisp. rex qui hæresim Arrianã retocare conatus est, inter epulas coniuratione suorum occiditur. Isid. Nihil in vita præclarum gessit, nisi quod Seguntiam per Duces suos Romanis ademit. Corpus eius viliter elatum, vilius est sepultum. Idem.

CONTENTIO inter Constantinopolitanum Patriarcham & Rom. Pontificem de primatu sedis. Pronunciante autem ex veteribus conciliis & patribus Phocæ Imp. Romanam ecclesiam caput omnium ecclesiarum esse iterum decernitur. Plat. Ab Vsperg. Volat. Blond. l. 9. c. 1.

SEPTIMUM SÆCVLVM.

604 M SABINIANVS (Sabinus Palmerio) Bledensis, an. 1.

607 mens. 5. dies 9. Vacat sedes mens. 11. dies 26.

Patriarchis. Alexandria Eulogio.

Antiochia Anastasio 2.

Hierosolymis Isauro, siue Isichio.

Constantinopoli Cyriaco. Principibus.

Phocæ Imp. sexagesimo octavo, an. 8.

Cozroc Persarum, vigesimo secundo.

Zaham Aethiopiæ.

Agululpho Italiæ.

Lothario, siue Clothario secundo Franc. Reg. sexto. Viterico Hispania, 20.

68. n S. BONIFACIVS 3.

607 Romanus, mens. 9. 4695
608 Vacat sedes mens. 1. di. 6. 4696

Post

Anni christi.

Anni mundi.

607

4695

Patriarchis. Alexandria Theodosio, siue Theodoro, an. 5.

Antiochia Anastasio secundo.

Hierosolymis Isacio siue Isicio.

Constantinopoli Thoma an. 2.

Principibus.

Eisdem Impp. & regnant.

607

CONC. Romanum. Episc. 72. presbyt. 30. de electione Romani Põ. Platini & ca. nullus, dist. 79.

608

4696

Post D. Gregorij Centuriatores & alij hæretici somniant Romanũ pontificem potentia & opum incrementa cepisse. Aded sunt antiquitatis ignari, vt nesciant iam multo ante, fuisse amplissimum illius sedis patrimonium iuxta promissionem apud Ezechielem factam c. 48. & fortasse amplius & ditius, quã hodie, sit. Nam vt recte annotat Nicolaus Clemangis libello de corrupto Ecclesiæ statu cap. 4. Petri patrimonium pontificum ignauia satis iam attenuatum est. Fidem facit Gregorius ipse in epistolis, e quibus hic libris aliquo labore & diligentia vetus sedis Apostolicæ patrimonium ostendere, vt istos suæ vanitatis pudeat, & maiore tabescant inuidia.

Patrimonium Petri in Africa. Epist. 73. primi libri. Vnde epist. 9. Gennadio Patritio & exarcho Africa imperat, vt hoc, illud, &c. faciat.

Patrimonium in Neapoli. lib. 5. epist. 11.

Campania de ditione eiusdem. lib. 2. Epist. 40.

Patrimonium in Dalmatia. Ibid. epist. 41. 44. 61.

Patrimonium in Gallis. Lib. 5. epist. 10. ad Candidum & epist. 52. & 55. Hinc in Gallis multos habuisse reditus, lib. 2. epist. 72. quos libro 5. epist. 5. ad Brunichildam Francorum reginam patrimoniali nomine intelligit, cuius rectorem Candidum ei commendat, Sic seq. epistola 6. ad Childebertum regem Francorum.

Res S. Petri in Gallia. Ibid. epi. 55.

Patrimonium Sicilia. lib. 1. epist. 2. & epist. 68 & 70. vbi multæ insulæ de iure Ecclesiæ. Hinc in Siciliam epist. 3. Petrum subdiaconum transmittit pro regendo Ecclesiæ (inquit) patrimonio. Et lib. 2. epist. 76. imperat Libertino præfecto Sicilia, vt Nasam Iudæum corporaliter puniat. Et Diacon. lib. 2. r. rerum Roman. Sicilia tria talenta & dimidium auri Ecclesiæ Romanæ pendebat.

Per Italiam Ecclesiæ Rom. multi proventus, e quibus vult aliquid deputari Nolanarum mulierum sumptibus. lib. 1. epist. 23. ac Romam pontificij fuisse iuris libro quinto epist. 12. declarat, quando Montanum & Thomam (inquit liberos ex hac die & ciues Romanos efficimus.

Sardinia de iure Ecclesiæ lib. 1. epist. 60. Hinc causas Catellæ in Sardinia cognosci vetat &c. quod repetit epist. 62.

De aliis bonis Papatus lege lib. 6. epist. 23. &c. item quæ supra de Constantini Donatione retulimus.

Maximus Cæsaraugastanus, qui scripsit de rebus gestis Gotthorum in Hispaniis. Isidor.

In Suenia Gallus & Columbanus propter Theodoricum & Brunnichildam exultantes Ecclesias plantant. Auentinus lib. 3.

Iudæi Antiochiæ seditionem excitant & sæuiunt in Anastasium loci Episcopum. Diac. lib. 18. Rom.

HUMANANA.

Cosroc 2. Persarum rex fœdera rumpens cum Romanis, quod Mauritio occiso esset amicissimus, perniciosum illud orbi classicum canit, sub Phocæ, quo Syria, Palestina, Phœnicia, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia & plurimæ aliæ regiones ab Imperio auulsæ sunt. Ex altera parte Auares per Europam omnia vastarunt. Niceph. lib. 18. c. 41.

Agilulphus siue Gifulphus Long. rex. studio præpostero pacis, in suo regno Arrianis tum Orthodoxis Ecclesias concedebat. At Deus vindex exitit per Caianum Anarum ducem, qui ipsum delet cum exercitu, regnum diripit, pueros & puellas vendit uxorem eius stupratam palo affigit, &c. *Diacon. lib. 4. cap. 12. Sabell. Ennead. 8. lib. 6.*

Hunni & Auares qui & Bauari. Thraciam vastant. *Sigeb. Slavi omnem prouinciam Dalmatiæ & Illyrici adiacentem mari Adriatico subigunt. Blond. lib. 9. tentare cœperant sub D. Gregorio, hinc ipse epistola ad Episcopos Istriæ, Equidem de Slauorum gente, quæ vobis imminet, & affligor vehementer & turbox.*

o Hic Pantheon. i. templum omnium deorum, Romæ à M. Agrippa edificatum, ab Imperat. Phoca impetratum, vertit in Ecclesiam S. Mariæ & omnium Martyrum ibique ad Calend. Nouembris instituit solennitatem omnium Martyrum. *Annoni. lib. 4. cap. 4. quæ postea sub Gregor. 4. dicata est omnibus Sanctis, & tunc in Francia recepta. Sigeb. ramen Romani hoc etiam nomine eam celebrant ex instituto huius Bonifacij Sigeb. ac cessarunt dæmones in eo loco percutere Christiano. Premonst.*

Heduinum Angliæ regem cohortatur ad fidem, refusans opinionem gentis de Idolis. *Beda.*

Propriam domum in monasterium vertit, & paterna prædia ei addidit. *Sabell. Ennead. 8. lib. 6.*

Hierusalem cepit Cozroe Persarum Rex: Lignum Crucis dominicæ ex Caluaria in Persidem transtulit, illudque in throno statuit aureo, & gemmis fabrefacto, cuius extrema superficies in similitudinem cœli circumgebatur. *Sabell. lib. 6. Ennead. 8. Blond. lib. 9. dec. 1. Sigeb. in Chro.*

Passim Christianos afflixit & expugnata Hierosolyma 9000. Iudæis trucidanda committit & Patriarcham Zachariam & numerosam ciuium multitudinem secum abduxit. *Diacon. lib. 18. rerum Rom. Zom. tom. 3. quos tandem à Syro Cozroes superati & misere interfecti filio Heraclius recepit. Ibid.*

Seuerus quispiam & Iohannes Gerundensis Episcopus Arianos scriptis oppugnant.

Tricheitæ & Tetraditæ de Seueri nascuntur secta. *Niceph. lib. 18. c. 45. item Contobarditæ, Theodosiani, Agnoetæ, Acephali, Angelitæ & Cononitæ. Ibid. cap. 50.*

Gundimarus Hisp. rex vno prælio Vascones, altero Romanos deuicit. Plurimas statuit leges in fauorem Ecclesiarum. *Ruius Tarapha.*

HVMANA.

Sisebutus Hispa. rex trans fretum Gaditanum plures gentes regno suo adiecit. Item Vasconiam & omnes Hispaniæ ciuitates, quæ ad Romanos defecerant. Iudæos metu suppliciorum ad Christum compulit. *Dist. 42. de Iudæis.*

Ab eius tempore Romani in Hispania imperare desierunt. *Plat.*

Phocas libidini deditus cum sineret imperium à Persis, Hunnis, & eorum rege Cagano vastari, ab Heracliano siue Heraclio Africa præside & Photio, cuius uxorem rapuerat, comprehensus ad exercitum adducitur,

Anni
Christi.Anni
mundi.

608
615
69
o. S. BONIFACIUS 4. 4696
Valeriensis, Marfus, an. 6.
mens. 8. dies 13. 4703

Vacat mens. 7. dies 15.

Patriarchis.

Alexandriæ Theodosio, siue Theodoro, deinde Ioanne quinto Eleemosynario an. 10

Antiochiæ Anastasio 2. deinde Gregorio 2. an. 22.

Hierosolymis Isaacio siue Isicio, deinde Zacharia, an. 20.

Constantinopoli Thoma, deinde Sergio Monothelita, an. 23.

Principibus.

Eisdem usque ad Heraclium hæret. Monothelitam Imperantibus, & regnent.

Cozroe Persarum vigesimo secundo.

Zaham Aethiopia.

Viterico Hispania vigesimo, deinde Gundimaro an. 2. Sisebuto Rege Christianissimo an. 8. mens. 6.

CONCIL. Romanum, Beda lib. 2. hist. cap. 4.

LVCENSE. Tom. 2. Concil. Bracarense.

vbi

Anni
Christi.Anni
mundi.

615
618
70.
p. S. DEVS DEDIT, 4703
siue Theodatus siue Do-
rotheus Romanus, an. 3.
mens. 3. dies 20. 4706

Vacat mens. 1. dies. 16.

Patriarchis.

Alexandriæ Ioanne, Eleemosynario.

Antiochiæ Gregorio secundo.

Hierosolymis Zacharia.

Constantinopoli Sergio Monothelita.

Principibus.

Heraclio Imp. an. 29.

Cosroe 2. Persarum rege vigesimo secundo.

Zaham Aethiopia. 2.

Agilulpho Ital. Reg.

Lothario Franc sexto.

Sisebuto Hispania vigesimo secundo.

616
CONCIL. Antisiodorense 4704
lib. Concil.

Matisconense. In vita Eustasy, 3. to. ope. Beda.

Francicum. Vincent. lib. 23. c. 102.

vbi ei milites brachia, pedes, denique exactis pudendis caput præciderunt.

p. EPISTOLAM dedit ad Gordianum episc. Hispaniæ contra eos, qui Paschali die suos filios è Sancto Lauachro susciperent. *1. tom. Concl. fuit eximia sanctitate.*

Isidorus iunior Hispalensis Episcopus, Leandri successor & frater, Greg. Magni discipulus. *Sigeb. Fulgentius Astigitanus Leandri frater. S. Columbanus Abbas; S. Lupus Senonensis Episcopus. Sabell. Ennead. 8. lib. 6. Sigeb. in Chron. Plat.*

Isidorus Hispal. præter multos alios libros, hortatu 80 episcoporum primus epistolarum pontificum Apostolicorum Clementis, Anacleti, Euaristi & cæterorum vsque ad Syluestrum decreta studiosè collegit. *Ipsè in Prolog.*

Cuius studium postea sunt imitati Burgardus Episcopus Vuormaciensis, deinde Anselmus Lucensis. Mox Iuo Carnotensis. Denique Gratianus.

Errant ergo Centuriatores, qui epistolas decretales Pontificum à nullo fide digno auctore citari ante Caroli Magni ætatem garriant.

Historiam Gothorum ab exordio Athanarici regis per 150 annos vsque ad quintum Suintillæ, i. à Christi anno 369 vsque ad 626 condidit. Ecclesiam Hispalensem 40. ferme annos rexit. *Alphons. Collegium erexit Hispali, è quo multi insignes & docti exorti sunt. Vasew.*

Ioannes Gerundensis episc. Græcè & Latinè doctus. *Plati. Secundus, qui seruus Dei à sanctitate dictus est, scribit libellum de Longobard. gestis. moritur, quo tempore Slavi Istriam deprædantur. Diacon. lib. 4. c. 8 & 14.*

Aidanus Scotus apud Bedam.

S. Rupertus siue Robertus primò Vuormaciensis, postea Ratisbonensis Episcopus, Theodonem ducem Bauariæ ad Christi fidem perduxit. Alij id referunt ad an. 537. vt antea.

Lupus à Lothario in exilium relegatus, in Austria ducem Bosonem Landegesilum paganum cum exercitu suo baptizat. *Vinc. lib. 23. cap. 9.*

Cosroe Persarum rex victus ab Heraclio omnes ecclesias Christianorum in Perside spoliavit, eisque Nestorianam hæresim obtrusit, tantum vt Heraclio agrè faceret. (Vnde ad hunc vsque diem Christiani Persidis, Assyriæ & vicinarum regionum Nestoriani appellantur, quorum Patriarcha sedet Mozal siue Seleuciæ Parthorum) *Diacon. lib. 18. rerum Rom. Cosroe autem sublato Persæ vltro ad veram sententiam, fidem & confessionem redierunt. Bonfinius dec. 1. lib. 8.*

Quin & persecutus est Cosroes Christi confessores immani crudelitate in Aegypto, Lybia, Alexandria, Carthagine. *Henric. Erphrod. c. 55.*

HVMANA.

Heraclius contra Persas profectus bello septem annorum eos vicit. Syriam recepit, veteres imperij limites super Euphratem restituit, Cosroem captum occidit, Dominicæ crucis partem, quam Cosroes Hierosolymis expugnat is abstulerat, reportauit.

Branichildis Franc. regina post 10. reges morti tradita & infinitam vulgi multitudinem, in bello contra

Lotharium

Lotharium capta, quater fustibus caesa, deinde pedibus & brachiis alligata equi ferocientis cauda discerpitur ex omnium statuum sententia. an. 18. Sigeb. Tritem. Gagu. Aeginus. de quo supra in D. Gregorio.

Hoc tempore reliquiae veteris Idololatriae vigeant in Gallia. Vnde c. 1. Antistiodorensis sub hoc pontifice celebrati. Non liceat Vecola aut ceruolo facere (i. sacrificare, hodie Biche & Cerf corrupte) neque diabolicas stregas facere. Nam Franci bestias vt numina colebant, Turonen. lib. 2. hist. c. 16. pag. 70. & de illis sacrificia exhibebant. Greg. magnus in Registro lib. 7. epist. 5.

Boso Laudegesilus dux Austriae cum suo exercitu a Lupo in exilium relegato per Lotharium regem baptizatur. Diac. lib. 4. c. 8 & 14.

Ailfredus Angliae rex Northumbranis imperans Britones simul & Scotos perdomuit.

q. PRIMVS Pontificum iussit aras & Ecclesias esse Asyla reis. Plati. Sigeb. Illud Honorius & Theodosius antea sanxerant. li. 2. Co. De his qui ad. Eccles. confug. Hodie in Gallia non obseruatur.

Iacobitarum, Georgiorum, Thecpaschitarum, & Armeniorum haereses, quae etiam nunc perdurant in Oriente Niceph. lib. 18. cap. 52. & 53. Saltem nomen populis remansit. Erant autem hi omnes Monophytae, & omnes Sanctos patres reijciebant. Nicephor. libr. 18. capit. 52. licet alij aliis crassius eandem haeresim tuerentur.

Iacobitae porro non a Iacobo Apostolo, vt crassi Centuriatores tradiderunt, sed a Iacobo Syro nominati sunt, de quo multa Niceph.

Lignum Crucis domini victo Cozroë per Heraclium a Persis acceptum est. Hinc festum Exaltationis institutum.

S. Columbanus Scotus Angliam, Galliam, Italiam, Germaniam (cuius multos populos ad fidem primus an. 630 conuertit) partim per sese, partim per discipulos Monasteriis repleuit. Nam nullum adhuc saeculum tantam celebrium monachorum segetem protulit ad vsque Marcellum & Pipinum per annos 150, principibus etiam vtriusque sexus ad hoc vitae institutum confluentibus, vt Arnulpho episcopo Merensi, Aldigilo regis Dagoberti nepote, Gertruda filia Iettae Pipini vxore, Iodoco regis Britanniae filio, Carolomano Pipini regis fratre.

Præcipui autem Columbani socij & discipuli extitere Gallus, qui in Heluetia confedit. Ionas Romanus, Rinurichus sine Romarichus, Leodegarius, quos consecuti sunt Arbogastus, Amandus & alij innumerabiles, qui sequentibus saeculis a Monasteriis ad Episcopatus extracti sunt, & reliquum Septentrionem conuerterunt.

Erant autem omnes Benedictinae formae. Nam Occidens vix vltos alios agnouit ante an. 1050, vt Oriens in hunc vsque diem non nisi Basilij sectatores, Meridies Antonij. E Bruscio. de Monasterijs. Theatra conuersionis Gentium & Iona Abbate apud Bed. tom. 3.

Nota Columbanum eiusque discipulos, eo tempore coepisse Septentrionis populos conuertere, quo Saraceni Christianas gentes coeperunt in Oriente peruertere. Nempè quando fides vno loco deficit, altero proficit.

| Anni Christi. | Anni mundi. |
|--|-------------|
| 618 | 4706 |
| 623 | 4711 |
| 71. | |
| q. S. BONIFACIUS | |
| 5. Neapolitanus, a n. | 5. |
| dies | 20 |
| Vacat dies 13. | |
| Patriarchis. | |
| Alexandria Ioanne 5. Eleemosynario, deinde Georgio | 10. |
| an. | |
| Antiochia Gregorio, secundo. | |
| Hierosolymis Zacharia. | |
| Constantinopoli Sergio | |
| Monothelita. | |

| Anni Christi. | Anni mundi. | Principibus. |
|------------------|-------------|--|
| 623 | 4711 | Heraclio Imp. sexagesimo nono. |
| | | Cofroe Persarum rege vigesimo secundo, deinde Siroe an. 1. |
| BELLVM PERSICVM. | | |
| | | Zabam Aetiopia, deinde Almida, an. 2. |
| | | Adalwado Ital. R. |
| | | Lothario Franc. R. |
| | | Mahomete primo Saracorum Rege, an. 11. |
| | | Sisebuto Hisp. Mox Ricaredo 2. an. 1. |
| | | Suintilla an. 8 |
| 623 | 4711 | S. HONORIVS I. Campanus, an. 12. mens. 11. dies 17. |
| 637 | 4725 | Vacat an. 1. mens. 7. dies 13. |

Arabes & Mahometani ab Hegira, cuius fuit initium anno Domini 621, quo homo perditionis Mahometes iura & leges dare coepit, annos suos numerant. Alphon. Nam errant & Afri, qui eius principium faciunt anno Christi 591, vel 592, quo Mahometem natum putant: & qui anno 623, quo Mahometes primam expeditionem (quod sonat vex Hegirae) suscepit pro religione. Eius regni annum primum orditur Isidorus Pacensis ab an. Christi 617, ex historijs Arabum, quod & nos in regum illius impij imperij successione recensenda sequimur.

Mahometes decennium regnavit in Arabis. Hinc Saracenorum nomen & origo. 22. duobus praeliis confixit contra Persas, Graecos, Aegyptios, & in omnibus fere vicit moritur an. 17. Heraclij, cui in regno Arabum succedit Abubacar an. 3, deinde Homar, qui Persicum imperium a stirpe Cozroë rapuit.

Hegiram non expeditionem, sed fugam Ioa. Leo Arabs interpretatur, in Africa descripsit, quam ab anno Christi 592, orditur. Vnde & annis Christi 1592 Mahometis Hegirae erit millesimus. Haud socio, num corrupte Hegira fit potius Astrologorum Aera. Nam ab Astrologiae deditis multa isti sumperunt & corruerunt.

Cozroë ab Heraclio cum filio maiori interfecto, paruulus Chofrois filius Siroë in Perside relictus baptizatus est, & ab Heraclio regno praefectus, Ann. de reb. Franc. lib. 4. c. 21, & Paul. Diaco. Intra annum crudeliter occisus, Diac. lib. 18, Rom. & Rhegin. lib. 1 Chron.

Occiso Cozroë & rebus Persicis compositis ex auctoritate Heraclij Syrois factus est rex Persarum 23. Is regnum adeptus pacem cum Romanis facit redditis captiuis & S. Cruce.

Siroë intra annum extincto magna in Perside confusio, Indèque post decennium imperij interitus, Hormisda vigesimo octauo rege a Saraceni duce Homare oppresso.

Sisebutus rex Hisp. Iudeos coegit Christum agnoscere ad 90 millia, aut suo regno excedere, regni sui 4 & Heraclij quinto. Isido. In Etymolog. Ado. Quod postea dicitur aemulatus Dagobertus Franc. Vaseus & Paul. Aemyl.

Ioannes Caesaraugustanus scribit de Ecclesiasticis officijs & solennitate Paschae inquirenda. Alphon.

Sub an. 624 Suintilla Ricaredi primi fil. primus Monarchiam Hispaniae consequitur. Romanis in totum pulsus. Isid. Volatera.

Ex hoc apparet non necessario filios Patribus successisse, sed eos qui magnatibus & populo electi essent. Qui in Conc. Toletano anathemate puniuntur, qui aliter ad regnum peruenissent.

In hunc censuram exercuerunt episcopi Hispani, in 4 Tolet. Nam eum excommunicari & sua ditione & possessionibus priuant.

Senerus Barcinonensis vnus e 70. episcopis, qui leges Gothicas in Hispania condiderunt, martyrio vitam finiit. Vaseus.

Sub 632 prima occasio odij Anglorum & Francorum ex immanitate Lotharij contra Saxones Annal. Franc.

HORTATVR, ad fidem Anglos gentiles, & Idola ostendit

ostendit non esse Deos. *Beda lib. 2, cap. 17.*

Eius tempore Mahometes falsa doctrina & aperta vi Christi cultores turbavit.

Eduinus rex Northumbrorum Anglorum, à Paulino episcopo baptifatur. Eius hortatu Erpualdus rex Anglorum Cantuariorum Orientem versus, qui cum patre suo Rodoaldo à fide Christiana defecerat, de novo relicta Idololatria, vnà cum gente sua Christi fidem suscipit. *Guil. Nangiac. Sigeb. an 627. post aduentum vero Anglorum in Britanniam an. 180. Beda hist. Eccles. lib. 2, cap. 14.*

Prædicauit & in prouincia meridianæ Humberæ Anglicis idem Paulinis, eamque vsque ad mare conuertit. *Ibid. cap. 16.*

Occidentales quoque Saxones prædicante Berino, quem Honorius Papa miserat, cum rege Cynigildo conuertuntur. *Beda lib. 3, cap. 7.*

Festum exaltationis S. Crucis Honorius inuexit in Occidentem. *Plati. Nam à multis annis, decimo quarto die Septemb. celebrabatur Hierosolymis. Niceph. 8, cap. 29. & 50.*

Aetas regulas Romulæ ædis in Diui Perri transfuit.

Is est, quem de hæresi Monothelitarum accusatum Adrianus Papa narrat: Vnde in 6. Syno. Constantinop. ipsius autoritas & testimonium à Monothelitis præcenditur, eius literas ad Sergium Constant. producentibus. & à Synodo damnatur act. 12. & 13. vt in septima, act. 6. Sed aliud est Romanum pontif. in sua persona hæreticum, & si quid est deterius, esse posse vel etiam fuisse, aliud in fidei iudicio & promulgatione contra fidem definire. Hoc posterius non potest. Nam ea est vis carhedræ, vt cogat bona & vera dicere, non bona facientes neque vera sentientes: nec sua docere, sed aliena permittat. *Aug. lib. 4. de doct. Christ. c. 27. & epist. 166.*

Deinde ei fortasse Monothelitæ, vt sunt omnes hæretici impostores, literas illas supposuerant, vt Iulio pontifici Eutychniani, auctore Leontio libro de Sectis. Nam Honorius ab Heraclio obrinuit, vt Pyrrhus isto veneno imbutus in Africam relegaretur. Vide Canum *lib. 6. de locis. Theolog. c. vlt. & primus pontificem Monothelitarum errorem damnauit, ab eoque Heraclim Imp. abdaxit. Blondus lib. 9, Plat. Sabell. Nauc.*

Gandaus destructis aris Mercurij conuertuntur Amadus, Aicharius Nouionensis episcopus, & Landoaldus, Dagoberto rege diploma dante. *Iac. Meeyer. in Chronico Flandria.*

Iudæos Dagobertus vel regno expulit, vel ad fidem adegit. *Annon. lib. 4, cap. 22.*

Atrebatensem prouinciam Chilenus Scotus à Pharonne episcopo Meldensi missus doctrina & miraculis clarus ad Christum perduxit sub Heraclio. *Anem. lib. 23, cap. 17.*

Paulinus primus Eboracensis Archiepiscopus. *Polyd. lib. 4. Angli histor. in quadam villa per 36 dies nihil quicquam egit, quam quo à summo mane vsque ad seram noctem, confluentem ex omnibus viculis & locis plebem Christi verbo instrueret, ac instructam in proximo flumine Gleni baptizaret. Beda lib. 2, cap. 14.*

Cantabrigensis Academia in Anglia instituitur. *Polyd. lib. 5.*

Heraclius Iudæos omnes baptizari iussit aut exulere:

idem

Anni
Christi.

263

Patriarchis.

Alexandria Georgio, deinde
de Cyro Monothelita an.
10.

Antiochia Gregorio Secundo,
deinde Anastasio tertio
Iacobita an. 10.

Hierosolymis Zacharia, de
inde Sophronio an. 2. Modesto
an. 2. Sophronio iterum
an. 2.

Constantinopoli Sergio
Monothelita, deinde Pyrrho
Monothelita an. 11.

637

Anni
mundi.

4711

4725

| Anni Christi. | Principibus. | Anni mundi. |
|------------------|---|----------------|
| 623 | Eisdem Imp. Adefer Persarum vigesimo quarto mens. 7. Sarabarra mens. 2. Varanane septimo mens. 7. Ormisda 3. an. 9. | 4711 |
| | Amida Æthiopia, deinde Sahan an. 2 Azba an. 2. Zahan an. 15. | |
| | Dagoberto an. 14. Franc. Re. | |
| | Mahomete Saracenorum, deinde Abubacar de genere Maho. an. 3. Emer siue Omar an. 12 | |
| | Suintilla Hisp. vigesimo quarto, deinde Richimero an. 2 Sisenando an. 4 | |
| 626 | Toletanum 4. episc. 70. lib. Conc. | 4714 |
| 637 | Aquiliense Uolater. | 4715 |

idem in Hispania per Sifibodum siue Sifebutum Reg. (conuersionis 90000 Iudæis. Ado.) & in Gallia per Dagobertum Reg. fieri curauit. prædixerat enim Astrologus quidam à circumcisis vastatum iri imperium. *Blond. lib. 9. Dec. 1. Emil. lib. 1. Ann. lib. 4. cap. 22.*

HVMANA.

Arabes duce Mahometo, non acceptis stipendiis ab Heraclij præfecto, Damascum & Phœniciam occupant, in Christianos parere falsis dogmatibus recusantes sæuiunt, & aliquoties copias Heraclij profligantes, à Romano Imperio, per Homarem Phœniciam, Syriam Mesopotamiam, Armeniam & Aegyptum auellunt. Deinde etiam Persas, stirpe regia funditus excisa, sibi subiiciunt, & ad hunc vsque diem possident. Quotidie autem in his locis Christiani, non aliter, quam oues magno sunt agmine mactati. *Diac. lib. 18. Simoneta lib. 1. epist. 4.*

Cyrus vltimus Alexandriæ Patriarcha, multum turbavit Ecclesias suo Monoth. errore, donec per Saracenos concessus fuit liber religionis vsus. Solutis quotannis 200000 denariorum summam pro Ægypti libertate eamque sic per triennium retinuit integram. Postea vero Heraclio conditionem detrectante tota Ægyptus in hostium manus deuenit. *Diac. 18. Rom.*

Postremo Heraclius à Saracenis victus, 150 hominum millia amittit, vnde morbo & tædio paulò post moritur regni anno 30. Ac fuit postremus Imp. ab exercitu Rom. elect. Nam post eum Imp. filii suis imperij dignitatem quasi hæreditariam tradiderunt. *Francus in Chronico, nisi quòd exercitus Absimarum elegit sub an. 702.*

Aduersus Saracenos ex portis Caspiis eduxit copias, de gente sæuissima, quam Alex. Magnus ob immanitatem sui super mare Caspium inclusisse dicitur. *Otto. Phrysing. lib. 5, c. 9.*

Duxit fratris filiam Martinam, ex qua nascitur Heraclionas, qui sublato patre Constantino, cum matre biennio non toto Imperium tenuit. Nam eos senatus cepit, matri linguam præscidit, filio nares, vtrumque in exilium in Capadociam misit, vbi in carcere mortui sunt. Hæ pœnæ secutæ sunt incestum, paricidium & Hæresim.

Sub an. Christi 630 Slau auctore Samone, qui mercator à Senone vrbe Campaniæ Gallicæ ad eos venerat. ab Hungaris deficiunt, & Samonem post aliquot victorias regem creant. qui vbi in Carinthia iuxta Sauum & Drauum fluuios, 30 annis regnasset, successores reges per ordinem vsue ad Carolum Magnum reliquit Borutum, Rarastum, Chemanarum & Vualthurnum. *Appendix. Greg. Turo. Annon. Bernardus Eugrenbuefer lib. de Origine Bauarorum.*

Eodem Sangallensis vrbs in Heluetia ceu minore Burgundia Gallo Columbani discipulo Cœnobium illic condente, exordium sumi. *Munsterus. Brus. de Monaster.*

634. (iuxta alios 639.) Heraclij autem 20, Homar post ereptam Romanis Ægyptum, Syriam omnem vsque ad Antiochiam & Euphratem, Mesopotamiam, Armeniam, bellum in Persas conuertit, Orientisq; imperium Romanorum bellis attritum, religione mutata ad Saracenos transfuit, quorum ipse primus rex fuit & ad nostra

Ss

vsque tempora sub eorum rege Sophi reliquit.

Hinc ergo Persæ legem & imperium Saracenorum susceperunt Hormisdas 2. victo de profapia Artaxerxis, qui ante 413 Monarchiam eripuerat Artabano Parthorū regi. *Diac. lib. 8.* Sedem regni Babylonem constituunt, & suum principem Calipham nominant prouincias diuidunt inter præfectos Sultanorum nomine eis imposto.

Itaque deinceps in historiis non legitur Romanos sine Christianos cum Persis sed cum Saracenis bella gessisse.

Hic Hormisdas biennio ante Turcas è regione Iaxartea ad se tuendum euocarat, perpetuo Asiæ deindeque Europæ & Africæ infortunio.

* SEVERINVS PAPA in ecclesia D. Petri pulcherrimum musæum condidit. *Onuphrius.*

Clero viritum pecunias distribuit, Bonifacium quinquaginta æmulatus. *Idem in vitis illorum.*

In pauperes largus. *Idem.* ab Isaacio Italiæ Hexarcho confirmatus est.

Rotharis Longobardorum rex Arrianus in omnibus ferè Italiæ urbibus duas ecclesias & duos diuersos antistites constituit hæreticum & Catholicum, quæ quidem res toti Italiæ ferè exitium attulit. nam Arriani spiritu mendacij & cædium excitati non potuerunt à vi & seditionibus sibi temperare, atque ita incautos nostros partim trucidare, partim in insulas fundere. Sic Breui tempore quinque episcoporum sedes sunt insularum acquisitæ Gradensis, Heracliana, Torcellana, Metamanensis & Caprulana. *Sab. lib. 6. Ennead. 8. Blond. lib. 9. 1. Decad.*

S. Isidorus inter quintum & sextum concil. Toletanū moritur. *Vasus.* Inter polygraphos numeratur. Ex eius lucubrationibus decretorum maxima pars excepta est.

Hispaniarum reges, ne regiam sedem conscendant, priusquam inter aliqua sacramenta iurent, se nullum non Catholicum permitturos in suo regno degere. *In sexto Toletan. cap. 3.*

Cyri Monothelitæ Alexandrini Patriarchæ anno quinto. i. anno Domini 635. Alexandria & tota Ægyptus à Saracenis duce Haumare capta est. Is hæreseon fructus esse solet.

Sequenti. i. sexcentesimo trigesimo sexto ab iisdem Hierosolyma, Damascus, & magna Syriæ pars Romanis erepta, & exinde Hierosolymitanorum Patriarcharum successio obscura. Græci quidem eos illic continuare perpetuo conati sunt, at hic finis sexagesimo quarto quoniam, qui Sophronio sexagesimo quarto proximè successerit, nescitur, nisi quod anno septingentesimo quinquagesimo nono Theodorus nominatur septingentesimo octagesimo sept. Elias. 795 Io. 802. Thomas. 1006 Orestes. 1088 Simeon vsque ad terram Sanctam à Francis receptam 1100. Hodie 1583 Germanus appellatur.

Paulo ante Heraclius veritus. ne S. Crucem Mahumetani raperent eam de Hierosolymis Constantinopolim transfulerat. Quam post aliquot secula à Balduino Venetis pigneratā. D. Ludouicus redemit, & Lutetiam tanquam regni Palladium importauit.

Post annos quatuordecim Alexandrina quoque suc-

Anni
Christi.

637

638

73
* SEVERINVS Rom. 4721
an. 1. mens. 2.
Vacat m. 4. d. 29. 4726

Patriarchis.

Alexandria Cyro Monothelita.

Antiochia Anastasio. 3. Iacobita.

Hierosolymis Sophronio.
Constantinopoli Pyrrho Monothelita.

Principibus.

Eisdem imp. & regnantibus.

Omnia Saracenorum & Persarum Miramolino. an. 12.

Zaban Aethiopia an. 15.
Hispania Suintilla 2. an. 6.
Rothari Italia.

CONC. Toletanum quintum
Isidoro presidente, episc. 21.
Et sextum episc. 52. Ioan. Mag. lib. 16. cap. 18.

Bracarense. 2.

Anni
mundi.

4721

4726

Anni
Christi.

638

640

74
IOANNES 4. Dalmatia an. 1. mens. 9. dies 9.

Vacat mens. 4. di. 13.

Patriarchis.

Alexandria Cyro Monothelita.

Antiochia Anastasio 3. Iacobita.

Constantinopoli Pyrrho Monothelita.

Principibus.

Eisdem Imp. & regn.

CONC. Hierosolymitanum.
Zon. Tom. 3. Diac. 18. Rom.

Romanū contra Monoth. Diac. Ibid.

640

646

75
S. THEODORVS I. siue Theodosius Græcus. ann. 6. mens. 5. di. 18.

Vacat i. m. di. 22..

Patriarchis.

Alexandria Petro an. 10.

Antioch. Anastasio 3. Iacob.

Constantinopoli Pyrrho Monothelita, deinde Paulo 2. Monothelita an. 10.

Principibus.

Heraclio sexagesimo nono,

Constantino 3. eius fil. 4. mensibus, Heracleona cum

Martina matre an. 2. &

Constante 2. Heraclij Nepote an. 27. (siue Constantino 4. siue Constant. 2.

Nam varie appellatur) ex ordine successionis Imp.

Omnia Saracenorum & Persarum Miramolino, deinde

Autumare siue Azoman

siue Attuman, siue Hut-

man. an. 12.

Zaban Aethiopia.

Anni
mundi.

4726

4728

4728

4734

cessio incomperta erit. Sic Antiochena post annos 131. vt suis locis annotabimus.

HVMANA.

Dagobertus templum S. Dyonisij solido argento textit corporibus sanctorum trium ibi collocatis & additis, &c. *Regino. Naucler. 2. volum.* multa alia monasteria & ecclesias fundat, etiam in Germania, quæ nostris regibus semper erat vestigialis & obnoxia. primus Ecclesiis dat ex Domano regio. *Naucler. Franc. Irenicus & Bruchius de monasteriis Germaniæ.* Ei Indica il Britonum dux fidem obstrinxit. atque hinc deinceps Britannia Gallica Franciæ regibus paruit. Slaus bello petit.

Vuindos, Sorabos (.i. Boëmos) Slauosque Idololatrias vicit. *Sigeb. Saxones,* quibus tributum 500. boum imponit. *Trieb. de orig. Francorum.*

Sub Dagoberti regno, sæpe à Paganis, Saracenis, Gothis & Vasconibus irruptiones, factæ sunt in regnū Aquitaniæ. *In gestis Metensium episc.*

NONNVL LI hoc omisso nominant Bonifacium 4. Alij vt Palmer. in Chron. vtrunque.

Hic autem omnes captiuos. Dalmatas & Istrios à Saracenis redemit thesauro Ecclesiæ, *Blond. 10. lib. 1. Decad.* Ad Scotos scripsit. Pelagianam hæresin, quæ ibi rursus vires fumebat, & errorem eorum de Paschatis obseruatione damnans. *Bed. de rat. temp.*

Tonantius Palentinus. *Alphons.*

638. Antiochia & reliqua Syriæ pars à Saracenis occupata est Anastasio tertio Iacobita Patriarcharū tenente. Audis iterum heresum fructus. Nec dum tamen illic notari desit episcoporum successio vsque ad an. 768.

HVMANA.

640 Alemannæ ducatu in plures principatus à Dagoberto Francorum Rege distracto Altariensis comitatus exurgit. *Munsterus.*

LIBERALIS in pauperes. Adhuc populi & cleri electio fiebat rata, confirmatione Hexarcharū Italiæ. *Onuph.*

Omnes captiuos Dalmatas & Istrios à Saracenis redemit Thefauris Ecclesiæ. *Blond. lib. 10.*

Hic. i. 650. finis Alexandrinorum Patriarcharum. Nam quis post Petrum quinquagesimum episcopum sedem tenuerit, ob Saracenos, qui iam quindecim annis tenebant totam Ægyptum, incompertum est. Eam enim ceperunt an. 635.

Petrus, qui fuit à D. Marco quinquagesimus, pontificatum suscepit an. 640. & sedit vsque ad 650. Nominatur interim ann. 743. Cosmas, & 786. Politianus. Et 1203. Marcus, ad cuius rogata Theodorus Balsamon respondit, & 1315. Cyrus Athanasius, cui suam in D. Dionysium paraphrasim Pachymeres dedicauit. Et S. Seuerus, qui rituale liturgiæ & Sacramentorum Aegyptiis Christianis Syriaco idiomate & caractere dedit. Quod videtur contigisse mox post hanc Mahometicam tempestatem in captiuorum solatium. Nunc ann. 1583. Syluest. qui propter curiam à multis annis in ciuitate Cairi iam resident.

Talo Cæsaraugustanus à septima synodo Toletan. & Rege Romam mittitur, ad querenda D. Gregorij Moralia. *Vasus.*

Carcombertus Rex Angliæ primus in Anglia Idola destruxit, Christianam fidem auxit, ieiunium quadragesimæ obseruari edixit. *Sigeb. in Chron. Tac. Meyrus.*

S. Eligius Gallus, Flandros à Bononia ad Obsturgum vsque religioni adiunxit, circa an. 649. Denique hoc saculo, quantum sudabat Satanas in Oriente & Meridie ad Ecclesias per Saracenos diruendas, tantum Deus ad alias per seruos suos ædificandas in Occidente & Septentrione. Nam tum Euangelio imbutæ sunt omnes fere Occidentis & Septentrionis nationes & insulæ. *Hoc colligitur à Theatro conuersionis Gentium Mermannij & alijs Hisfor.*

Martinus Bracarenfis capitula ex Græcorum Synodis colligit. Interfuit Hispalensi Concil. 2. Tom. 2. *Concil.*

S. Ofsualdus Scotorum Rex, asci. temp. S. Arbogastus primus Episcopus Argentinenfis, Eutropius Episcopus Hispaniæ, & S. Reginulpha virgo in Gallia. *Plat. Sigeb.*

In Scotia & Anglia temporibus Heraclij Pelagiana hæresis reuiuifcebat. *Beda de ratione temporum.*

Atrebatensem prouinciam Chilenus Scotus à Pharone Episcopo Meldensi missus doctrina & miraculis clarus fidei addixit. *Anent. lib. 23. cap. 17.*

HVMANA.

Saraceni Cæsaream Palestinæ septem annis obsessam cepere, & in ea septem Christianorum millia trucidarunt, Syriam denique totam sibi subegerunt. *Aemil. libro primo, Tyrus lib. primo, cap. 2. Blond. lib. 6. Decius 2. Sig.*

Contra eorum impetium soli Armenij, Iberi, Alani sese & Christianam religionem tuentur.

Secundo anno Constantis Hierosolymis templum, Homare Mahometis nepote Miramolino extruere incipiunt. Sed cum subinde structura collaberetur, suafu cuiusdam Iudæi, Crux, quæ in templo montis Oliuarum stabat, sublata est, & sic postea constitit ædificium. *Sophr. ad Sergium. Diac. lib. 21.*

Homar in singulis templis orationes fieri præcepit in mense Ramadan (Martio) & ut mensibus singulis totus Alcoranus legeretur, ordinauit. *Chronicum Saracen.*

Hierosolymis adorans à Persa interficitur anno 4. Constantis Domini 647. *Sigeb.*

Manus & pes Mahometis in templo ac Homar extructo Hierosolymis adorata sunt. *Aedituus in Chron. Joan. de oppido & Gigas.*

Iudicæ sub an. 645. regem Britonum se primus post Clodouicum magnum appellauit, Dagoberto postea assentiente. Nam eius maiores Comitum titulo fuerant contenti. *In hysto Franc.*

V CONSTANTEM imp. à Monothelitarum errore abstrahere nititur, missis aliquot legatis, qui non modo nihil promouerunt, sed partim carceribus, partim exiliis, partim uerbis excepti sunt.

Quin & Martinus ipse fraude interceptus, lingua manuque truncatus, in Thraciæ Chersonesum relegatur, ubi interit. In Africa doctissimus uir Maximus cum duobus discipulis aliisque episcopis, qui Synodo Monothelitas anathematizarant, pari supplicio afficiuntur. *Zonar. 10. 3.*

Ita

Anni Christi. Rhotari Arriano Ital. Reg. Dagoberto Franc. Rege septimo. *Anni mundi.*

Suintilla 2. Hispaniæ, vigesimo septimo, deinde Tulga. an. 2. *Cindasuindo an. 16.*

CONCIL. Rom. in m. contra Pyrrhum. *Diac. lib. 18.*

Africanum contra Monoth. Ibi. Bizacenum, siue Vezazanum in Africa.

Proconsulare in Africa.

Toletanum 7. episc. 38.

76

646 V Martyr. MARTINVS 4734

I. Tudertinus. an. 6. m. 1.

653 dies 26. 4741

Vacat an. 1. m. 2.

Patriarchis.

Alexandria Petro à Marco Euangelista quinquagesimo & ultimo.

Antiochia Anastasio Iacobita. deinde Macario Monothelita an. 31.

Constantinopoli Paulo 2. Monothelita.

Principibus.

Constante 2. Heraclij nepote hæ. Monothelita. Imp.

Zahan Æthiopiæ, deinde Gabez an. 21.

Azoman Saracenorum & Persarum Miramolino.

Rothari Ital. R.

Dagoberto deinde Clodoueo 2. (alijs Ludouico I.) an. 17. Franc. Reg.

Cindasuindo, Hisp. 29.

CONCIL. Later. epi. 150. contra Paulum Const. Theodorum, Cyrum Monothelitas. commedatur ab Agathone in quadam decretali ad sextam Synodum. *Plati. Blond. 9. dec. 1.*

Tolet. octauum episc. 55. siue 59. Nonum episc. 16.

Decimum episc. 17.

Ann Christi. 77 *Anni mundi.*

653 X EVGENIUS I. Rom. an. 2. mens. 9. 4741

657 Vacat an. 1. mens. 1. dies 8. 4745

Patriarchis.

Antiochia Macario Monothelita.

Constantinopoli Paulo Monothelita, deinde Pyrrho iterum menses 4. Petro an. 2. menses. 3

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.

Azoman Persarum & Saracenorum Miramolino, deinde Halim filio Abitalif. an. 5.

Gabez Æthiopiæ an. 21.

CONCIL. Cabilonense 1. in quo prohibitum ne ulla essent mancipia in Gallis.

657

4745

Ita Martinus delatus est Constantinopolim per Pelarium Imp. Cubicularium. Indèque quod noller Paulo Constantinopolitano Monothelita communicare in Chersonesum deportatus moritur in exilio, ubi multa illic edidisset miracula.

Post mortem etiam claruit miraculis. *Rhegino. lib. 1. Diac. lib. 19.*

Ofsualdus Nordimbrorum Anglorum rex Mercios, eorum rege truncato, fidem Christi suscipere coegit. Pictos regno Anglorum subdidit. *Sigeb. in Chron.*

Cunctis Britannia populis imperat.

Sophronius ultimus Hierosolymorum episcopus nominatur, quod eo pontifice urbs uenerit in Saracenorum potestatem. *Diac. lib. 18.*

Theodiscus Græcus Hispalensis factus archiepiscopus, aliquot S. Isidori libros in odium fidei corrupti & in Arabicam linguam conuertit. Hinc ab Archiep. depositus ad Arabes se contulit, & eorum sectam amplectitur. Cuius facinoris detestandi causa primatus Hispaniæ ab Hispalensi ad Toletanam Ecclesiam transfertur. *Tudiu. Vaseus.*

Ex actis Concilij 8 Toletani Comites videntur fuisse maioris dignitatis, quam duces. Nam sic scribitur. Ella Comes & Dux. Faudila Comes & Dux.

HVMANA.

647. cum Dagoberto mortua est regum Francia primæ stirpis gloria & magnitudo. Inde enim orta est potentia & autoritas magistrorum palatii, maximè per quendam Ebroinum sub ann. 665 palatii præfectum, regibus deinceps pueris vsque ad Pipinum. *Annal. Francorum.*

Azoman siue Attuman à Mahomete quarto regnante, multum Romanum Imperium decreuit, magna Mahometanorum imperio accessione facta. *Vasau in Chron. Hisp. A suis iste interficitur. Ibid.*

Saraceni maximam partem Africae & Rhodum cum vicinis insulis classe occupant. Siciliam vastant, Europam inuadunt, cognito Orientalis & Occidentalis ecclesiæ diffidio. Rhodi Colossum, qui 1360 annos steterat, deiiciunt. cuius ære non gentos camelos onerarunt.

Postea Cyprum vastant, Aradum insulam inhabitabilem reddunt, in Isauria, 150 millibus hominum interceptis, quinque milia capiunt. Deinde pacem cum Imp. faciunt in annos duos, *Paul. Diac. Sigeb. Blond. 9. Dec. 1. Sabel. Ennead. 8. lib. 8.*

Anno 650. incipiunt Boemorum chronica, ac ferè Polonorum. *Dubranus, Aeneas Syluius, Cromerus*, postquam Alexandria, Antiochia, Hierosolyma, id est, Syria & Aegyptus perissent. Nam inde deinceps Orientalium Christianorum historiae erunt obscuriores omnia Saracenis illic occupantibus.

X DECREUIT ut episcopi carceres haberent ad delicta clericorum puniendâ. *Volater. & Suppl. Chron.*

Virfuit multæ humanitatis erga omnes, & religionis amator eximius, *Plat. Sabel. Diac. lib. 21.*

Acer contra Imp. & alios Monothelitas. *idem.* Cindasuindus rex Hisp. restaurat Ecclesias per hære-

nicos tempore Heraclij atavi sui disruptas. Andanarseo nobili Græco in Hispaniam migranti consanguineam suam in vxorem dedit, ex qua Eringius postea rex. *Vasæus.*

A summo pont. obtinuit, vt primatus Hispaniæ pro arbitrio episcoporum esset, vel Toleti vel Hispali, cuius tempore tota Hispania summa tranquillitate conqueuit *Lucas Tudensis.*

Quo tempore Eugenius pontifex creatur, eo Petrus in locum Pauli Monothelitæ in solium Constantinop. sufficitur.

B. Eugenius Toletanus librum de S. Trinitate & alia scribit. Cui in episcopatu successit S. Alphonfus, qui & Ildephonsus. *Vasæus.*

HVMANA.

Alpes Cottias & Opitergium imperio ademit Rotharis Long. rex. *Sigo. lib. 2. Ita.*

Clodoueus 2 Franc. rex aurum & argentum à Dagoberto patre in crustatum recto D. Dionisij auferens, prætextu famis, sibi quidem infaniam ac miseram mortem. posteris verò perpetuas calamitates vsque ad regni amissionem importauit. *Ann. lib. 4. c. 41. Continuat. Gregorij Tur.*

Primus regum Franciæ Hierosolymam profectus fertur religionis ergò, relicta regni procuratione vxori Batildæ Saxoniciæ, Episcopis Rhotomagensi & Parisiensi, ac maiori Palatij.

Tum Batildis regina Francor. edixit, ne quis captiuum Christianum venderet, aut vendendum in aliud regnum transmitteret. *in eius legenda apud moniales Chelleanas.*

Filiis Dagoberti Clodoueo & Sigeberto regnantibus plures Ecclesia & monasteria in Austrasia, Francia, Germania fundantur, quam vnquam alias sub præcedentibus vel sequentibus regibus. *Franc. histo.* cum contrà in Oriente constructa, à Saracenis vastarentur, vel in Mosquea verterentur.

Post Azoman quartum à Mahomete, regem Persarum secundum, in Arabi imperio schisma sex annorum fuit. In Perside enim & Arabia vnus regnauit, alter in Ægypto & Syria. vsque ad ann. 660. quo Saracenorum potentia iterum in vnum coaluit.

Y TOTVM STVDIVM huius pontificis fuit in Dei cultu & religione. Quare cantum in Ecclesia ordinauit, ad veterem formam & puritatem cultum Dei reuocauit, organa & instrumenta musica ecclesiis adhibuit, fidem & religionem de Deo, De Trinitate, De duabus naturis Christi, contra Imp. hæreticum & Monothelitam defendit, vt Theodoro Const. episcopo monothelita apud Constantem Imp. instante penè sublatus sit. Misit Theodorum & Adrianum in Britanniam ad propaganda ea, quæ per D. Gregorium fuerant cœpta. *Beda lib. 2. de rat. temo.* Denique totus eius pontificatus fuit sanctissimus, vt etiam testatur Platina, qui aliàs pronus est ad carpenda Rom. pontificum vitia. Spiritu sancto eludente Lutheranos & Caluinitas, qui causantur Ro. sedè anno Christi 666, qui est plenus numerus Antichristi, & sub hoc pontifice fluxit, in apertâ impietatem & regni Anti-

Anni Christi.

Anni mundi.

657

78
Y VITALIANVS Vol-
fcus, an. 14.
mensis 6.

4745

4759

Vacat men. 4. di. 15.

Patriarchis.

Antiochia Macario Mo-
nothelita.

Constantinopoli Thoma 2.
an. 18.

Principibus.

Constante 2. Imp. septuage-
simo tertio deinde Constan-
tino 5. Pog.

Halim, deinde Alhaten fi-
lio an. 6, Moaxia filio Ce-
phan, siue Moaxia Sarace-
norum & Persarum Mi-
ramolino quinto. an. 25.

Gabez Aethiopia.

christia-

Anni Christi.

Anni mundi.

657

4745

Rodoaldo & post eum A-
riperto Ital. Reg.

Clodoueo Franc. rege octa-
uo, Lothario 3. an. 4. &
Hilderico 2. an. 14. ex ordi-
ne success.

Cindasuindo Hispania
vigesimo nono, deinde Re-
cesuindo an. 12.

CONCILIVM Roma-
num episc. 100.
Bracarense 3. episc. 10.
Anglicanum 1. Sigeb. Bed.

671

4759

christianici professionem erupisse. argumentum aliquod captantes attribuendi Apostolico principi, quod de Maomete & Maometanis prædixit D. Ioannes. An iniquitatis mysterium potuit exprimere Vitalianus, qui totus sanctitati & reformandis Ecclesiis intentus erat, qui sanctissimus ab historicis nominatur, qui apud eisdem regulam ecclesiasticam ac rigorem (vt mos erat) omnibus modis conseruat, qui denique Doctrinam de Trinitate & de Filio Dei eiusque sanctissima persona atque naturis, cum sui capitis periculo, cœtur ac defendit?

Vin' ergo Caluinita impie, qui Vitalianum tam bonum sanctumque fuisse doles intelligere, quorsum ille hominis numerus 666. in Apocalypsi cap. 13. notatus pertineat; Primum est numerus non annorum Christi, sed hominis (sic enim habet Iohannis litera) nempe numerus est Maometis veri Antichristi, vel certè regni eius fundatoris, qui sic Græcè scriptus, μαομετς (forma παδεις παδεις, hic sapientia est, qui habet intellectum computet numerum bestia) præfinitè summam hanc absoluit. Deinde vt sit annorum à Christo numerus, quando tu id vis, certè eò tempore, non per Romanum pontificem mysterium iniquitatis in apertum erumpere potuit, qui totus pro Deo diuinisque rebus aduersum Imperatorem & populorum hæreticorum impressiones stabat, sed per Saracenos, siue Maometanos, quos corpus Antichristi constare docuimus Tum enim isti magno Vitaliani pont. gemitu Siciliam, Cyprum, maris Mediterranei insulas omnes vastabant, Italiæ imminabant, Christi legem ex Africa exturbabant, suam impietatem vbique per Asiam & Africam constituebant, in Europam introducere moliebantur. Denique terram sanctam proculcabant, templo Salomonis in suæ sectæ fanum (Mosquedam vocant) verso, magno Christianorum omnium terrore atque scandalo. Consule Sophronij ad Sergium epistolam, P. Diaconum, Sigeb. Blond. Sabellicum, locis superius citatis. An non hæc tam scelerata Antichristi facinora certa anni circumscriptione multò antè designari merebantur, ne electi turbaremur, & vos reprobi refutarem?

S. Berta abbatissa & martyr. S. Niuardus Archiepiscopus Remensis. Sigeb. Elogius Nouionensis, Lampertus Traiectensis, Florentius Argentinensis, Claudius Archiepiscopus in Burgundia, Cæsarius Arelatensis, Theodorus Cantuariensis episcopi sancti & docti. apud Græcos Simon Metaphrastes.

HVMANA.

Constans. cum Romam transferre imperij sedem studeret, ingressus iter incidit in Saracenorum manus cum quibus infeliciter dimicat vix fuga elapsus, in Siciliam, vbi à quodam satellite sicula strangulatur.

Nempe Deus Romam semel Christianorum pontifici (Sic enim loquitur Euf. in chronico) desponsatam, non esse amplius imperij terreni locura, sed sui & ecclesiastici ostendere voluit.

Annus 660. Saracenis appellatur Alema. i. congregationis, qua tunc eorum potentia in vnum coaluit mortuo Alhatem Halim filio.

A primo anno Clotarij reg. qui fuit Christi 662 vsque ad 750 regnum Franciæ gubernatum est Ebroinum & sequentes maiores domus, solo nomine Regis penes filios regum remanente, qui domi morabantur, luxui indulgentes, & semel tantum in anno visi à populo ad Calend. Majj in conuentu publico Lutetiæ, vbi sedentes in folio, salutabantur, & salutabant, obsequia & dona accipiebant, & aliis rependebant. Denique ab hinc reges Francorum vsque ad Pipinum Caroli Magni patrem per annos ferè 90 è solita fortitudine degenerantes solo nomine regnarunt nihil dignum regibus suscipientes. *Sigeb. in Chron.*

Saraceni an. 668 duce Muhania Gizid expulsis Vandalis & Romanis Africam occuparunt. **Z ADEODATVS** sine Theodatus leprosum osculando sanauit. Quod alij Agathon tribuunt, *Martin. in Chronico* Apparentibus multis tristibus signis in cælo & aere, quibus futuri motus, præsertim Turcici, qui cæso Constant. secuti sunt, denunciari videbantur, publicas preces fieri quotidie constituit. *Sabell. Ennead. 8. lib. 6.*

Vir religione & omne comitate præditus. Finnanus Lindisfarnensis episc. *Beda lib. 3. histor. c. 26.* Vvilfridus, qui disputationibus & libris Anglos induxit ad repudiandam Scotorum consuetudinem, de celebrando Pascha & Catholicam suscipiendam. *Beda.*

Hildefonsus Toletanus episcopus. S. Eugenij successor, Isidori discipulus rege Recinsuido Pelagianos & Heluidianos scriptis oppugnat. *Ioan. Mag. lib. 16 Goth. hist. cap. 21.* Res quoque gestas Gothorum, Vandalorum, Alanorum, Sueuorum ab anno quinto Suinillæ regis, vbi finem fecerat B. Isidorus vsque ad decimum Flauij Recinsuidi, persequitur *Michael Carzansa in eius vna.*

HVMANA.

Hildericus Franc. rex à Satellite quodam aulico Babylone, quem ipse ligatum ad stipitem flagellari præceperat, in venatione, vna cum vxore prægnante pugione est confossus, *Paulus Emil. Annon. lib. 4. cap. 44.*

Constantinus 4 à patre in partem imperij suscipitur. Mezentius à militibus, creatus Imp. Constantio interfecto, non multo post occiditur, & Constantinus 4 solus imperat an. 17.

Picti coniunctis copiis cum Scotis & Britonibus se ab Anglorum iugo liberant. *Sigeb.*

Galli passim scholas habuerunt, quas Angli imitati similes apud se multas, *Beda lib. 3. cap. 3. hist.* Sigebertus Anglorum Orientalium rex an. 630 paulò antè Cantabrigiæ & aliis regni sui partibus idem cœperat. *Ibid. & Polyd. li. 4. hist. Aug.* Ita à Gallis ad Anglos & Scotos literæ manarunt, non contrà.

Saraceni an. 672 Alexandria soluunt & in Sicilia Syracusas occupant, & diripiunt. Deinde Thraciam pedestri itinere & nauibus ingressi vastant, obsessa etiam Constantinopoli, sed tandem repelluntur, igne marino à Calinico inuento, classibus exustis & 30 millibus eorum cæsis. *Diac. Sigeb.*

In Africam irrumpunt & 80 millia captiuorum ducunt. *Diac. lib. 19.*

Recesuindus Hisp. Rex pius Catholicæ fidei cultor,

Anni Christi.

Anni mundi.

79
671 Z S. ADEODATVS 4759
Romanus monachus,
an. 4 4763
675 an. 4
menses 2. dies 5.
Vacat mens. 4.
dies 20.

Patriarchis.

Antiochiæ Macario Monothelita.

Constantinopoli Thoma secundo, deinde Ioanne 5. an. 4

Principibus.

Constantino 4 (iuxta alios 5.) Pogonato, id est, Barbatto an. 17. Imp. septuagesimo quarto.

Moabia siue Mahomete Saracenorum & Persarum Miramolino sexto.

Anni Christi. Gabez Aethiopiæ, mox Iacob & Dauide fratribus an. 3. Grimoaldo Ital reg.

Hilderico 2. Franc. reg. decimo.

Recesuindo Hispaniæ trigesimo, deinde Bamba an. 10.

CONCIL. Herudfordianum in Anglia, cuius acta apud Bedam lib. 4. cap. 5.

Toletanum 11. an. 4. Bamba, octo decim annis post decimum. Bracarense 3.

80

675 .: DONNVS I. siue Donnus, siue Donnio Ro. an. 5. mens. 5. dies 10.

680 Vacat mens. 2. di. 16.

Patriarchis.

Antiochiæ Macario Monothelita.

Constantinopoli Ioanne 5. deinde Constantino an. 2.

Principibus.

Eisdem Impe. & regnant. Deinde apud Saracenos & Persas Zizit, siue Hirid Moabiæ F. an. 3.

Arma Aethiopiæ an. 14. mēs. 7. d. 7.

81

680 * AGATHO Sicul. monachus an. 2.

684 menses 6. dies 15.

Vacat an. 1. mens. 5.

Patriarchis.

Antiochiæ Macario Monothelita. deinde Theophane an. 5.

Constantinopoli Theodoro an. 2. Georgio an. 2.

Anni mundi.

sacrarum literarum studiosus *Isid. Pacens.*

Bamba eius successor religiosissimus reformauit in Toletano concil. fines episcopatum Hispaniæ & Galliæ Gothicæ, multaque notatu digna gessit. *Vasæus.*

Ab eo Hildericus Nemanensis comes Galliam Gothicam totam per rebellionem abduxit & Iudæos in patriam reuocauit. Cui se adiunxit, Francorum & Vasconum auxiliis pecunia redemptis Paulus quidam Græca origine & perfidia, quem Bamba ad alterum expugnandum miserat. Vterque dedit pœnas, rebellibus ciuitatibus receptis &c. *Vasæus ex Iuliano Toletano, qui de hac coniuratione librum scripsit.*

.: DONNVS schisma Rauennatis ecclesiæ composuit eamque iampridem contra sedem Apostolicam tumultuantem obtemperantem reddidit. *Sabel. Ennead. 8. lib. 6.*

Sub eo Synodus Constantinopolitana conuocatur, sub Agathone incipit, sub Leone 2. absoluitur.

Teudius & Pelagius quidam ex Gallia Gotthica in Hispaniam Heluidij insanum dogma spargunt. *Reveri Tolet.* Refutantur ab Ildephonso, asserta multis modis D. Virginis puritate & festis in eius honorem institutis. *Idem Vasæus.*

HVMANA.

An. 676. ducentæ septuaginta naues Arabum, quæ ad Hispaniæ litora appulerant, & in maritima omnia fœde vastabant, misso Bambæ exercitu igni conflagrarunt. *Vasæus.*

Misiam Bulgaribus, populis Sarmatiæ, Constant. Imp. bello coactus concedit habitandam, annuo etiam tributo promisso. *Dlaco. lib. 19. Rom.* Hinc ab anno 680 Chronici regnum Bulgarorum ordiuntur.

Mardaitæ contra Saracenorum irruptiones Libanum occupant, ad quos multi captiui, & serui & indigenæ confluent. *Zom. tom. 3. Diac. lib. 19.*

An. 678. Callinicus architectus ab Heliopoli Syriæ ad Romanos profugus ignem in aquis ardentem, siue marinum, siue Græcum, qui nullo præter quam aceti liquore extinguitur inuenit. Eo vsi Romani Saracenorum naues exusserunt. *Sigeb. Zom. tom. 3.*

* Sanctitatis nomine celebris, leprosum obuium osculo sanauit. *Plati.*

Novum Romanæ ecclesiæ ærarij officium instituit. *Onuphrus.*

Imperatore remisit pecuniam, quæ tyrannicè solebat extorqueri à Rom. pontificibus, pro sui pontificatus confirmatione. *Sigeb.*

Concilium Constantinopolitanum fuitur sub Iustiano Rhinotmeto, collectis 227. episcopis in eius palatio, qui dicebatur Trullus. Ibi reconciliatæ sunt Ecclesia Latina & Græca. Ita tamen, vt Græci, cum Rom. pontificem vniuersalem Papam appellarent & appellandum faterentur, Constantinopolitanum vniuersalem (non quidam Papam, sed) Patriarcham incipere non desierint. *Ex diualibus, sacris & alijs horum temporum epistolis.*

Eius autoritate statutum fuit, vt imagines sacræ Diuorum in templis haberentur, & in aliqua veneratione

essent, vt pote quæ imperiti oribus loco essent sacrarum literarum. *Polid. lib. 6. cap. 13.*

Notat Platina in eo errorem Monothelitarum magis auctoritate veterum Theologorum, quam sacre Scripturæ testimoniis explosum fuisse.

Octava paschæ anno 681. Iohannes Portuenfis Papæ legatus Constantino poli coram Imp. & Patriarcha & plebe in templo S. Sophiæ missam Latinè celabruit. *Beda de rat. temp.*

E Bibliotheca Constantinopolitana Constantinus patribus in sexto concilio gener. libros antiquorum patrum, quos petebant, deprompsit. *Beda de Rat. temp.* In ea opera DD. Ambrosij, Athanasij, Iohannis Constant. Cyrilli, Augustini, Leonis, Basilij, Gregorij, Dyonisij, & Hilarij extitisse apparet ex actione 8. eiusdem concilij. *Et Antonino Tit. 13. cap. 4 §. 7.* Georgius Diaconus eius erat custos siue carthophylax.

In Rom. Bibliotheca ingens etiam erat librorum multitudo. *Io. Mag. Gotica hist. lib. 16. cap. 20.*

Cæsarea Persica regina circiter an. 683. vna cum marito & 40 millibus Persarum Constantinopolim venit ac baptizata est. *Rhegino lib. 1. Platina. Sabelli. Ennead. 8. lib. 6.*

HVMANA.

Circa hæc tempora ignis ardens excogitatus dicitur à Callinico architecto Syro, vulgus vocat *Feu Gregeoy.* Hoc igni sub aquam facto naues Saracenicæ, quæ ad Byzantium dimicatum venerant, conflagrarunt. *de quo paulo ante.*

Bulgari gens Scythica Pannoniam & Thraciam inuadentes, post victum Imperatoris exercitum, consensu ipsius magnam Thraciæ partem occupant, rege ipsorum Bathia. *Sigeb. Blond. lib. 9.* conuertuntur per Cyrillum, *Sabel. Ennead. 8. lib. 6.* Primum tum cœpit Bulgarorum nomen celebrari à Bolga fluuio Liuoniæ, non longe à Moscouia. Hinc ab an. 630. Chronica Bulgarorum ducuntur.

Bamba Hisp. rex Vascones, Nemausenses & Narbonenses & ducè Biterrensem domat & in Gallia res Gothorum superat & naues Saracenorum 270 ad littus Hispaniæ applicantes partim cepit, partim perdidit. *Ioan. Mag. lib. 16. c. 22.*

Ei deinde vitam monasticam professo per annos 7. per tyrannidem succedit Eringius, excluso Teodefredo Recesinthi regis F. iusto ac legitimo hærede. *Vasem. Chro. Hisp. Ca. tamen. 1. concilij 12. Toletani Eringius, dicitur à Bamba electus, antequam se vitæ monasticæ consecraret.*

a EXEIVS decreto pallia gratis tribuuntur Archiepiscopis: licet quotidie baptizare: Osculum pacis in missa instituitur. *Plati. Volater. Suplem. Chron. Fascicul. temp.*

Sergium, qui postea extitit pont. cum sub diuersis pontificibus sese laudabiliter gessisset in multis ecclesiasticis officiis, Cardinalem presbyterum Ro. Eccl. constituit. *Anton. Tit. 13. cap. 1. §. 6.*

Græcæ & Latinæ linguæ fuit peritissimus Acta synodica sextæ Constantinopolitanæ ex Græco in Latinum vertit, Musices gnarus fuit. Nam Psalmodiam composuit, & Hymnos ad meliorem concentum rededit. *Plat.*

Anni Christi.

683

Principibus.

Constantino 4. Pogonato Imp. septuagesimo quarto.

Zizit Saracenorum & Persarum Miramolino an. 3.

Maula 6. mens.

Arma Aetiopiæ.

Partarito Ital Reg.

Theodorico an. 14. Franc.

undecimo.

Bamba Hispania, trigesimo

primo. deinde

Eringio an. 7.

CONCIL. Heldifeldense. Anglicanum 2. contra Monothelias, cui interfuit Ioanes Abbas infu Agathonis. Romanum 125. contra eosdem. Iuo.

Sextum generale concilium Constantinopolitanum 3. Episcoporum 351. vel 289. presente imp. in Trullo pro duabus voluntatibus in Christo, contra heresim Monothelitarum, & contra Patriarchas Antiochia, Alexandria & Constantinopolis. Nam nulla protulit decreta nisi ad fidem pertinentia (8. Synod. interprete Anastasio.) Cui in locum Agathonis presuerunt Ioanes Diaconus, Theodorus & Georgius presbyteri & Iohannes Portuenfis Episc. Lib. Conc. Plati. Paul. Diac. lib. 18. In eo damnantur Cyrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Theodorus omnes episc. Constantinop. Macharius, Stephanus, Polychronius, Anastasius.

Conuocatum est sub Domino, ceptum sub Agathone, finitum sub Leone 2.

684

82.

a S. LEO 2. Siculus mens. IO

vacat m. 11. d. 21.

Patriarchis.

Antiochia Theophane.

Constantinopoli Theodoro iterum an. 3.

Anni mundi.

4772

4774

Anni Christi.

686

687

Principibus. Eisdem Imp. & regnant. Zizit siue Hirid, deinde Muthar an. 6. Persarum.

CONCIL. Toletanum 12. lib. concil. anno 1. Eringij regis.

83.

b S. BENEDICTVS 2. Rom. mens. 10. dies 12.

Vacat m. 2. di. 15.

Patriarchis.

Antiochia Alexandro 2. an. 16.

Constantinopoli Theodoro iterum deinde Paulo 3. an. 7.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant. Muthar, deinde Maruam & Abdala simul Saracenorum & Persarum Miramolins.

CONC. Gallicanum. Sig.

84

c IOANNES 5. Antiochenus. an. I.

Vacat mens. 2. di. 19.

Anni mundi.

4774

4775

4775

4776

Pauperum studiosus. Idem. Sub eo Constantinop. concilium absoluitur. Cui in creto Gratiani, vt & septimo etiam Generali aliquot canones attribuuntur, qui in exemplaribus Græcis non habentur.

S. Iulianus Pomerius episcopus Toletanus, è Iudæis oriundus. *Ipse lib. contra Iud.*

Bamba Hispaniæ rex habitu religionis & summæ tonsuræ accepto signo, Eringium pro se regem creauit. *ca. r. Synod. 12 Tolet.*

S. Damianus Ticinensis. *Diac. lib. 18.* Maildolphus Scotus, qui Græcæ & Latinæ linguæ scholam apud Anglos aperit.

HVMANA.

Eringius initio regni leges Gotthicas recognouit, & à S. Isidoro institutas nomine suo euulgauit, ne Ecclesiæ nomine forum iudiciale agi videretur. *Lucas Tudensis, Vasem.*

Quo tempore Muthar regnauit in Perside, Abdala in Aegypto & Arabia an. 2. & Maroan in Syria mens. 9.

b IMPETRAT ab Imper. vt non expectato ipsius vel Exarchi Rauennensis, consensu, pontifex Romanus à Clero & populo electus, statim verus Christi Vicarius proclamaretur. *Naclerus Volater. & Suppl. Chron.*

Misit Chilianum in Germaniam, qui primus in Franconia verbum Dei sparit, abolitis Idolis. *Hermam. Gigas.*

Magnis sumptibus multa templa restituit. *Honorius in vita eius. Plat. Eruditionis & Sanctimonix nomine commendatur.*

Iulianus Toleranus librum responsionis suæ fidei vel suo, vel omnium Hispaniæ præsulum nomine ad Benedictum 2 mittit, in quo affirmabat tres in Christo substantias, Verbum, corpus & animum, & alia quædam. Quæ cum omnia Benedictus improbasset & Iulianum ad retractandum nuncio adhortatus esset, in conc. 15 Toletano biennio post explicauit, & absolutus est. *Vasem ex actis Concilij & Roderico Toletano.*

HVMANA.

Maula Arabum rex tertiam partem tributi omnibus remisit, eo sexto mense mortuo regnum Arabum in Maroan & Abdalam diuiditur. Ex qua dissentione per 4 ferme annos regnum cædibus & bellis deformatur. *Vasem.*

Maroan, vt vires sibi contra riualem compararet, Constantino Pogon. in annum tributum, aurii pondo tria millia seruorum honestorum & equorum totidem pollicetur, quæ per nouem annos soluta sunt. *Idem & Isidorus Pacensis.*

Floret bellica laude Terbellis Bulgarorum dux cui, & Constantinus Heraclij F. & Iustinianus Rhinotmetus tributarij fuerunt. *Suidas in Bulgaris.*

Bochanus Turca sub Iustiano Imper. (hunc puto intelligi) Bosphorum expugnauit. *Idem in voce βασιλος.*

c HIC PONTIEX iura ecclesiæ Rom. in episcoporum

porum consecratione, quæ Archiepiscopi sibi passim vsurpauerant, restituit. *Omphrius.*

Fuit in pauperes valde liberalis, & apud Constantinum obtinuit, vt in Sicilia census, qui non sine onere à subditis exigebatur, penitus remitteretur. Scripsit libellum de Pallij dignitate. *Plat. Honor. Nacl. gene. 21.1.*

Statuit, vt Roma. Pont. ab Ostiensi, Portuensi, & Veliterno episcopis in ecclesia Saluatoris ad Lateranum, consecraretur. *Volater.* quijmos durat etiam hodie, cum antea tantum duceretur ad Cathedram D. Petri, vt ei paulisper insideret.

Ioan. Bergomensis episcopus magnæ doctrinæ & sanctitatis vir. *Dioc. lib. 4. cap. 3. Long.*

Theodoricus consilio Ebroini maioris domus synodum episcoporum cogit, in qua multos vt indignos priuat, episcopatu, alios mittit in perpetuum exilium. *Sigeb.*

H V M A N A.

An. 687 Abdala Saracenorum rex moritur, aut saltem regno expellitur. Iam Maroan fuerat eiectus ab Arabibus, offensis annuo tributo, quod Pogonoto pollicitus fuerat. *Vasew.*

Habdimelech Arabum siue Sar. rex pace cum Iustiano in 10. annos confirmata, contra Mustar in Perfide & Saidum in Mesopotamia an. 687. bellum gerit, & illis interfectis recuperat Perfidem, deinde Mesopotamiam, Armeniam, Hircaniam. *Diac. 19. Beda de ratione temp.*

Facta cum Saracenis pace Africa à Iustinia. recuperatur. *Ibid.*

Iustin. anno septimo pacem soluit adiunctis 30 Slaunorum millibus cum duce Nebulo, & primo congressu vincit, sed Slaunorum duce pecunia corrupto, qui ad Arabas cum 20. millibus transfugerat, postea vincitur vnde reliquos vna cum liberis & vxoribus præcipites agit in mare, in Nicomedia finibus. *Ibid.*

Sabbis patritius cognita Romanorum clade Armeniam Arabibus tradi, quibus etiam interior Persis nomine Cerasa, subiicitur. anno Iustini 8. *Ibid.*

Apud Francos bello contra Aufrasiarum Regulos Martinum & Pipinum incentore Ebroino, Theodorico rege, in quibus primum enitere cepit nomen Carolorum, quos posteriore sæculo reges & Imp. Francia habuit. *Blond. lib. 16. Dec. 1.*

Pipinus à Theodorico lacessitus, collecta Francorum exulum manu, vicit, & Maior domus per totam Franciam constituitur. *Trihem. Emilus.*

* CONON Pap. moriturus Clero & singulis vrbis monasteriis, & sacris ædibus legauit pecuniam, quam coaceruarat. *Nacler. Gener. 23.*

Impetravit vt Brutij, Lucani & Siculi multis oneribus leuarentur. *Plat.*

Tempore Theodati pontif. in clerum Romanum conscribitur deinde ob doctrinam & virtutem. S. Sufannæ presbiter cum titulo eius loci creatur, florente Beda ob religionem & sanctitatem Venerabili.

Gotbertus fertur fuisse primus princeps Christianus in Germania, & baptizatus à S. Chilliano, qui propterea vna cum Ditomanno & Colomanno piis sacerdotibus transfossus est, per cognatos Gotberti. Conon Papa hos

Anni
Christi.

688

Patriarchis.

Antiochia Alexandro

secundo.

Constantinopoli Paulo ter-
tio.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.
& Iustinian. 2. (iuxta alios
3.) Iunior an. 10. cogno. Rhi-
notmeto, ab amputato naso
septuagesimo quinto.CONCIL. Toletanum 13.
an. 3. Eringij. 4.

Schisma 6.

P E T R V S Archipresbyter
R. ecclesiæ, sedit aliquot dies
in schismate contra Theodori
Papam creatum: sed vtroque
exacto suffectus est Papa Con-
non.

85

* CONON, siue CVNO 4776

Thrax, ob vitæ probita-
tem dictus Angelic. Sab.

Enn. 8. li. 6. mens. 11. dies 3. 4777

Vacat m. 2. d. 23.

Patriarchis.

Antiochia Alexandro 2.

Constantinopoli Paulo 3

Anni
mundi.

4776

Anni
Christi.Principibus.
Eisdem Imp. & regn.Abdemelec Saracenorum &
Persarum Miramol. an. 20.

Arma Æthiopia.

Eringio Hispania. trigesi-
mo secundo.

CONCIL. Tolet. 14. episc. 17.

Schisma 7.

THEODORVS R. E.
presbyter contra Paschalem
R. E. Archidiaconum creatum
PP. sedit dies aliquot, vtrisque
pulsis creatus est Sergius.

689

86.

d. S. SERGIVS patria
Antiochenus an. 13.

702

mens. 8. dies 23.

Vacat m. 1. di. 20.

Patriarchis.

Antiochia Alexandro 2.

Constantinopoli Paulo ter-
tio, deinde Callinico an. 12

Principibus.

Iustiano 2. vsque ad Leo-
nem 2. sine Leontium Imp.
an. 3.Abdemelec f. Muruam Sa-
racenorum & Pers. Mira-
molino, an. 16.Arma Æthiopia, mox Zit-
tahana an. 12.

Partharito Ital. R.

Anni
mundi.

4777

4790

in Germaniam miserat. *Sigeb.*Vuesphali hoc quoque tempore fidem amplectuntur, docentibus Eualdo Albo & Eualdo Nigro, tandem martyribus, *Fasciculus temp.*Andoenus episc. Rhotomagensis, miraculis claret, Scripsit librum de anima Dagoberti regis Francorum. Moritur an. 690. *Vinc. lib. 23. 84. Trih. de Franc.*

H V M A N A.

690. Abdemelec siue Abimelec f. Muruam occisis Muthar & aliis tyrannis solus regnavit an. 16. cum antea in Syria regnasset 21. an.

Leontius imperium inaadit an. 3. quo expulso Tyberius 3. ab exercitu eligitur, mē. 7. sed pauld post Iustianus restituitur an. 6. duobus istis è medio sublatis.

d H I C P P. Q V A T V O R festis Annunciationis, & Hypapantæ Domini, Natiuitatis, & Assumptionis Beatæ Mariæ virginis, letanias assignauit, & statuit, vt inter communicandum, Agnus Dei &c. cantaretur à Clero. *Sigeb. in Chron.*

In Sacratio magnam portionem ligni Dominicæ crucis reperit, quæ in Basilicam Constantinianam translata adorari cœpit. *Reginolib. 1.*

Rauennatis exarchi suppetiis sese contra Zachariam protospatarium, à Iustiano missum, tuetur. *Diac. lib. 6. cap. 4. de Longob.*

Bella ciuilia inter Longobardorum principes. *Blond. lib. 10. dec. 1.*

Saxonum quidam fidem Christi suscipiunt. *Plat. Nemp. insula Vecta, quæ sita est contra medium Australium Saxonum & Geuissorum interposito Pelago, cum Cederalda Geuissorum rege, qui quartam partem regionis eius sacerdotibus tradidit. Beda lib. 5. c. 7. hist. Eccl.*

Sergius eum Romam profectum baptizauit. *Ibid. vbi moriens omnes suas opes in diuinum vsu testamenti erogauit. Bonfin. lib. 8.*

Misit Vuillbrodum ad Fris. num gentem conuerrendam. *Plat. alios ad Anglosaxones. Idem.*

Eualdus Albus & Niger apostoli Saxonum in Saxoniam proficiscentes altare portatile, aliæque vascula semper secum tulerunt. *Ibid. cap. 11.*

Gotthi anno 693. ab Arrianismo liberati ad veram ecclesiam reuertuntur. *Sigeb.*

Adelhelmus Anglicus scribit varia, & epistola ad Etheruntum Occidentalium Anglorum regem Anglos reprehendit, quod non imitarentur Romanam de Paschate celebrando consuetudinem.

Cederalda siue Codialdus Saxonum rex Romæ moriens, omnes suas fortunas in diuinum vsu ex testamento erogauit. *Bonfin. lib. 8.*

Pipinus Rabadum Phrysiarum ducem vicit & Villebrodum genti episcopum dedit an. 694. *Sigeb.*

Iudæi, qui in Hispania superioribus regum temporibus baptizati fuerat. an. 694. non solum Christianismum maculant, sed & contra regem Egicam, regnumque conspirant, vnde omnibus suis rebus nudantur, cum vxoribus & filiis per cunctas Hispaniarum prouincias disperguntur, & seruituti perpetuæ subiiciuntur. *E. Conc. 17. Tol. c. 8.*

Liberi eorum à septimo anno nutriendi Christianis traduntur & in matrimonium dantur, ne infidelium patrum semitas iterare possent. *Ibid.*

| HVMANA. | | Anni Christi. | Theodorico Francorum Un- | Anni mundi. |
|--|--|---------------|--|-------------|
| Egica ter cum Francis varia victoria pugnat. Lucas Tadeus. | | 689 | decimo, Clodoveo 3. (sive iuxta alios Ludouico 2) an. 4, & Hildeberto an. 18. per success. | 4777 |
| Iustinianus cum patriarcham & alios ciues Constantinopolitanos trucidari mandasset à Leontio per insidias captus, naso priuatur & ad Chersonam relegatur, cum an. inperasset 10. Diac. l. 19. an. 6. Sigeb. In hoc Heraclij progenies defecit. Pomponius Laetus. | | | Hispania Egica an. 15. | |
| Successit Leontius an. 3, quo tempore Africa, quæ sub Imperatorum Orientis iure à Iustiniano magno capto Vandalorum rege Gilimere & Vandalis ad internecionem cæsis, omnis imperio Orientali restituta fuerat ab Arabibus Saracenis eripitur & ab eis ad nostra vsque tempora in plures regulos distincta possidetur. Onuph. in Rom. imperio. | | | An. 684 Conc. Tolet. 15. episcoporum 61. | |
| Exercitus à Leontio deficit & Absimarum Imp. designat, qui Leontium, Constantinopoli per prodicionem occupata, naso priuat & in monasterium concludit Ibid. Zom. tom. 3. | | 702 | An. 693. Toletanum 16. | |
| | | | 694 Toletanum 17. | |
| | | | ANNVS Dom. DCC. quo Arabes incipiunt inhiare Hispania & Occidentalibus Europa regnis, donec intra 12. aut 14. annos trahito fredo Gaditano eam fere totam subicerent, illic diu regnantes, regia sede nunc Cordaba, nunc constituta. | 4790 |
| SEPTIMO seculo continuata est doctrina ab hereticis impugnata. Missa Seueri Alexandrini, Isidori, lib. de diuinis officiis, Mexarabum, Ioannis Casarugustani de Eccl. officiis. Veritas Encharistia, sacrificium, Transubstantiatio. Casarius hom. 5. Isidorus lib. de Officiis, citato August. lib. 6. Originem, cap. 18. Seuerus Alex. patriarcha in Liturgia. Primâ iustificationem esse ex mera gratia. Concilia Toletana 6. 7. & c. huius Centenarij. Cas. hom. 38. Iustificationem conseruari, & augeri bonis operibus. Cas. hom. 2. 4. 12. 15. 16. 18. 23. 26. 34. 35. 38. Isidor. lib. 2. de summo bono c. 2. & 5. lib. de Numero trad. de tribus. Adelmus epist. ad Geruntium reg. Conc. 4. Tolet. c. 5. Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniarum Conc. Tolet. 4. cap. 5. Conc. Tolet. 11. & 12. Isidor. de summo bono cap. 23. lib. 6. Originem, sive Etymol. cap. 18. Seuerus Alexand. de ritibus Baptismi & sacra Synaxis. Clauis, Absolutio. Isid. lib. 6. Etym. & alib. Confirmatio, Chrisma, & alia sacramenta. in precibus (sive rituali S. Seueri Alex. Isidor. lib. 6. Orig. sive Etym. cap. 18. Preces pro mortuis, Purgatorium. Isid. lib. de officiis, Sacrificium pro defunctis ab Apostolis primo traditum demonstrat illic dimitienda esse peccata & purgatorio igne purganda. Ioan. Eleemosynarius apud Vincentium lib. 2. cap. 110. Missa Mexarabum. Casarius Arcl. lib. 1. & 1. col. 3. prolixè Simon Metaphrastes in historijs Sanctorum. Seuerus Alex. in Liturgia & alijs eius precibus. Iulianus Toletanus lib. 1. Prognosticon, cap. 20, 21. & lib. 2. cap. 10. 19. 20. 21. 22. Pœnitentia & eius partes. Cas. homil. 1. 6. & c. Isidor. lib. 2. de summo bono, cap. 13. & lib. 6. Orig. cap. 18. Cabillanense concil. cap. 8. & c. Inuocatio & auxilio sanctorum. Missa Mexarabum. Liturgia S. Seueri Patriarchæ. Simon Metaph. in Sanctorum histor. Ildelphonsus de virgine. Concil. Cabillonense Constantinus Impe. tom. 2. conc. pag. 402. Isid. de officiis & passim alibi. Imagines in sexta Synodo œcumenica ann. 882. Constantinopoli habita, citante Polyd. Virg. lib. 6. cap. 13. è quibus item reliquorum capitum fidei confirmatio prolixè deduci potest. Cetera ydem & ceteri huius seculi scriptores prolixè confirmant, ut satius sit lectores ad eorum opera remittere. De quo contra se testimonium ferunt Centuriatores cent. 7. cap. 2. de loco & propagatione Eccles. col. 23. sparsim, cap. 3. de Persecutione & tranquillitate Eccles. sparsim. col. 45. cap. 4. de Doctrina, ex professo col. 108. qua hanc continet inscriptionem, Inclinatio Doctrinae complectens peculiare & incommodas opiniones, stipulas & errores doctorum & col. seqq. cap. 5. de heresibus sparsim. col. 121. prout ipsi sunt cordi. Per totum cap. 6. de ceremonijs & ritibus Ecclesie col. 133. & seqq. Per totum cap. 7. de Politia & Gubernatione Eccles. cap. 8. de Schismatibus, cap. 9. de Synodis col. 251. per totum fere cap. 10. de doct. col. 465. & seqq. sparsim de martyribus de Miraculis. Huc facit, quod ex instituto multi hac tempestate scripserunt de heresibus, item contra Teiraditas, Mahometem, Lampetianos, Iconomachos, & alios, quorum erroribus isti imbuuntur. Adde totius huius centurie Synodos. nam hæc contra istos planè militant. Adde & historicos. Nam etiam hic cursum Eccles. secundum nos tunc fuisse declarant. | | | | |

| HVMANA. | | Anni Christi. | Octavum sæ- | Anni mundi. |
|---------|---|---------------|-------------|-------------|
| | | | CVLVM. | |
| | | | 87 | |
| 702 | e M. IOANNES 6. Græcus an. 3. mens. 3. Vacat m. 1. di. 19. | 4790 | | |
| 705 | Patriarchis. Antiochia sede vacante an. 40. | 4793 | | |
| | Constantinopoli Callinico. | | | |
| | Principibus. Absimaro, Tiberio 3. an. 7. Imp. septuagesimo septimo. | | | |
| | Abdemelec Persarum & Saracenorum Miramolino | | | |
| | Iacob Aethiopia an. 4. | | | |
| | Chuniberto Ital. Reg. | | | |
| | Hildeberto Franc. R. decimo tertio. | | | |
| | Egica Hisp. trigesimo tertio, deinde Vitisa an. 7. | | | |
| | 88 | | | |
| 705 | f IOANNES 7. Græcus an. 2. mens. 7. di. 17. Vacat m. 3. | 4793 | | |
| 707 | Patriarchis. Antiochia vacante sede. | 4759 | | |
| | Constantinopoli Callinico deinde Cyro an. 6. | | | |

VIDAM scribunt hunc Martyrio obiisse. Fascicul. temp. Multo ære ab Hifulpho Be-neuentorum duce abductos plurimos Christianos è Campania redemit. Regino lib. 1.

Palmerius in Chron. inter hunc & Sergium collocat Leonem quendam Pontificem Rom.

Anno 702 mortuo Alexandro secundo sedes Antiochia vacat an. 40. Saracenis comitia prohibentibus vsque ad 742.

Haymo & Strabus fratres doctissimi. Sigeb. Plat. qui & Beda fratres habiti sunt. Volater. Trithemius eos facit recentiores annis multis.

Beda Chronica scripsit ab orbe cond. ad an. 700 vsque.

Monachorum institutor factus multos post se reliquit doctissimos discipulos, qui docendi ad tempus tenuerunt officium. Nam hinc deinceps laudabilis illa in Anglia cæpta consuetudo in singulis penè monasterijs per alias prouincias fuit, habere scholas, quibus non sæculares homines, sed Monachi moribus & conditione præficiantur ornatissimi, vel de alio monasterio euocati quando aptus domi non habebatur, qui non solum in diuinis literis, verum etiam in humanis & sæcularibus eruditissimi haberentur. Sic Sigebertus Gemblacensis monachus multo tempore in cœnobij Sancti Vincentij Metensi monachorum præceptor, sic Strabus monachus Furdensis in Hirsfeldio, Notgerus S. Galli in Stabulano, Albinus monachus Anglicus in Fulda, Milo S. Amandi in Corbeia. Trithemius in Chro. Hirsang.

704. Frisij bello à Pipino seniore cum Rabodo eorum rege subacti cum adhuc idololatæ essent, christianos sacerdotes audire coacti sunt.

Valafridus carmine & profa illustris. Trithem. Hedio. lib. 6. ca. 22. hist. Ecclesiast. Benedictus Biscopius, Egbertus Sigeb.

HVMANA.

Primus dux Venetorum sub Absimaro an. 703, electus est Paulus Anazar Heraclienfis, anno ab vrbe cond. 252 Christophori Gradenfis consilio & suafu. Sabel. Ennead. 8. lib. 7.

Egica Vitifam filium in Gallicia oppido residere voluit, quasi esset Sueuorum rex, ipse verò Gotthorum. Vascur, Lucas Tudenfis.

f CELEBRATVR ædificandi, sacrandi, & ornandi templa & cœmeteria studio.

Ariuthbertus Rex Longobardorū Alpes Cotthias iam dudum collaras vsque ad Genuam S.R.E. sed multis annis à Longobarbis rege Rothari occupatas, huic pontifici restituit, diplomate aureis literis scripto. Guil. Nang. Blond. 10. dec. 1. Beda, qui ista viuabat ætate, lib. de rat. temp.

Saracenorum 200 millia cæduntur in Syria ab Heraclio Absimari Imp. fratre. Sabel. Ennead. 8. lib. 7. Diacon. lib. 20.

HVMANA.

Egyptij sub Tyberio ab imperio recedunt & regem, qui Caliph dictus est, eligunt. Gassarus in epitome. Sara.

centi Lybiam & Africam planè occupant, cum à Bellisario primi Iustiniani duce recuperata, Vandalis expulsis, annis 170. Romano imperio paruisset. Plat. in Ioanne sexto. Paulò post sub Iustiniano 2. Arabum principes Vlid Syriam, Masalmas Tyannium vrbem, Abas Romaniae multa oppida, Muçtan Ciliciae vrbes expugnant. Diocl. lib. 20.

Iulianus Tingitanæ Mauritaniæ præfectus ob stupratam filiam à Roderico Hispaniæ rege, Saracenos in Hispanias immittit. Io. Gouthis libr. 16. cap. 27. Qui paulò post Rodericum cum filio occidit, vtrunque 70000. hominum intereuntibus. Regnum autem illic instituent diuisum in tria Cordubanum, Hispalense & Cartaginense nouum, ibique Vuestgotthorum regnum extirpabunt, (cum ante 345, ab Hunnis ex Scythia eiekti ibi, an. 256 dominati essent, Leonis Imp. tertio Christi 720. Ibid. & Sigeb.

Remansit Vuestgotthis Aquitania, sed post decem annos inde per Carolum Martellum expulsi sunt.

Astures & Cantabri, in Gallicia, vt olim contra Gothos, ita nunc quoque contra Saracenos se tutati sunt, nouo rege creato Pelagio. Riuis de reg. Hisp.

Ita Saraceni, dum Imp. & principes Christiani interitis bellis inter se pugnant, Africam & totam Hispaniam (exceptis solis Cantabris & Asteribus) quam circiter 800. an. tenuerunt, duce Abdimara, occupabunt. Nauch. Blond. lib. 10. Dec. 1. Aemil. lib. 1. Plat. in Ioanne 6. Sigebertus id accidisse ait, sub Greg. 2. Eam calamitatem Beda prædixit & versu deplorauit, reges Christianos principisque adhortatus ad bellum contra istos Dei hostes suscipiendum. Prædicens etiam Romani imperij imminentem ruinam, & Saracenorum in Gallias irruptionem. Platin.

* VITISA REX Hispan. flagitiosus pontifices veritus, ne ob suas libidines & supra populum à se abalienarent censuris ecclesiasticis, edixit, vt quot quisque sacerdotum vellet aut posset, vxores vel concubinas dõmaleret, neque constitutionibus pontificis obtemperaret. Vaseus à Luca Tudensi & Roderico Tolet.

Per speciem pacis omnes ciuitates Hispaniæ præter Tolernum, Legionem & Africam muris nudauit, metum alicuius rebellionis conscientia suggerente. Idem,

Ecclesiarum priuilegia & prærogativas violat, Iudæos reuocat, & eos maioribus immunitatibus, quam quibus Ecclesia gaudere solet, donat. Idem. His gradibus deuolutum est regnum ad Saracenos, à Roderico regno orbatus Cordubæ miseram vitam traxit. Idem.

Saraceni siue Arabes in Armeniam se magnis copiis infuderunt. Iustiniano aliquoties fœdera rumpente, magnam stragem inter Christianos ediderunt.

Damasci quoque Vlid rex Arabum Christianorum templum diripuit, & veruit in posterum scribi cõdices Græcis literis, sed tantum Arabicis. Diac. lib. 20 rerum Rom.

Picti ad Catholicam Paschatis obseruationem sub Nairthano rege adducuntur an 709. Sigeb. & Bed. lib. 5 hist. c. 22.

Denique per hoc sæculum fides proficit & deficit pro diuersitate locorum. Iam Ægyptus & Africa à Saracenis vastatæ sunt, & ecce quasi fides volasset, ad populum paganum peruenit. Fascic. temp. Nam regiones & insule Europæ & Asiæ boreales, vt audies, religione imbui late incipiunt.

Anni Christi.

Anni mundi.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.

Abdemelec Saracenorũ & Persarum Miramolino, deinde Vlich. an. 7.

Hispania Vitisa. an. 7.

89

* SISINIUS siue Zosimus, siue Sosinus, siue Sigenius Antiochenus Syrus, dies 20.

Vacat men. 1. di. 18.

Patriarchis.

Antiochia vacante sede.

Constantinopoli Cyro.

Principibus.

Iustiniano 2. imperium recuperante an. 6.

Iacob Aethiopia.

HVMANA.

In angulo Italiae circa forum Iulium Istri seu Slani incursionem an. 706. faciunt. Sigeb. Sabel. Ennead. 8. lib. 7. A Pennone duce foro Iuliano tandem vincuntur, & postea pax cum eis agitur. Diac. lib. 6. Long. cap. 3.

Iustinianus adiutus Bulgari imperium recuperauit, Leontium truncatis naribus in monasterium inclusum & Absimarum perforum vinctos duci iussit, & prostratis coram se colla calcavit, deinde eis capita præcidit. Zon.

g HIC PP. STATUIT ne populus Romanus Philippici hæretici Imperatoris nomen, aut chartam aut figuram de more susciperet. Vnde nec eius effigies in ecclesiam introducta est, nec nomen ad Missarum solennia prolatum. Diac. lib. 18. Bed. de temp. Zona. tom. 3. Liberalis in pauperes fuit & in fame trienni Romæ infinitos aluit. Sigeb.

Iustinianus Imper. de peccatis suis penitentiam agens Constantinum Rom. Pontificem in Nicomediam ad se vocans honorificè suscepit ac remisit; quem prostratus, humi pro suis peccatis intercedere rogans, absolutiõnem & communionem consecutus (Beda de ratione temp.) eius pedes primus Imperatorum exosculatur, & cuncta Roma. Eccles. priuilegia renouat. Diac. lib. 18. Plat. Blond. lib. 10. Decis. 1. Aemil. libr. 2. Supplem. Chron. Volumen quod contra Romanæ ecclesiæ ritum scripserat ad Ioan. pontif. corrigendum vel etiam delendum destinauit: Sigon. lib. 2. Italia. Constantino pont. cuncta Ecclesiæ priuilegia & donata renouauit. Bed. lib. 2. de Rat. temp. Regino lib. 2.

HVMANA.

Iulianus Roderici præfectus in Tingitana prouincia, vt se de rege vindicaret, quod ipsius filiam vitiaffer, Saracenos ex Africa euocat. qui eam nuper post subactam Ægyptum occupauerant. Ioan. Mag. ultim. libr. cap. 30.

Ann. 708. iuxta Rodericum Tolernan. iuxta alios 713. Muza Africae præfectus iussus ab Vlich Saracenorũ & Pers. Imperatore (Miramolino ipsi vocant.) 12. millia Saracenorũ Iuliano dat, duce Tarif Strabone, qui Hispalim muris nudatam, & aliquot vrbes diripit, simul cum tota Bætica & Lusitania. Paulò post, dum alij affluunt & per octo dies esset pugnatum, vniuersa Gothorum nobilitas cecidit, & tota Hispania in ditionem Saracenorũ venit ad Pyreneum vsque, præter Astures & Cantabros. i. Gallitiam. Vaseus, Paul. Aemilius. biennij spatio. Quo bello ceciderunt vtrinque 700. hominum millia. Ibid. Ioan. Mag. qui & post. an. 714. contigisse ista scribit.

Bellazim Muzæ filium illic regem præficiunt, diuque regnant, regia sede nunc Cordubæ, nunc Toleti constituta.

Tria paulò post constituunt regna. Primum Cordubæ. alterum Hispali, Tertium apud nouam Carthaginem, vsque ad Ferdinadum tertium, qui an. 1216 Tolet. Corduba, multisque aliis recuperatis Saracenos in Bætica compulsi. i. Granatam & Malacam, quæ prius sub Cordubæ regno fuerant. Vnde etiam eiciuntur an. 1492. à Ferdinando ultimo. Ibid. Ioan. Magnus

Iulianus Barbaris proditiõnem laudantibus, non proditorem, miseram mortem in vinculis obiit, vxore eius lapidibus obruta & filio è turre Septem se præcipitato

Anni Christi.

Anni mundi.

90.

CONSTANTINVS Syrus an. 7. di. 20. Vacat m. 2. di. 20.

Patriarchis.

Antiochia vacante sede.

Constantinopoli Cyro, deinde Ioanne. sexto Monothelita & Iconomacho an. 2. mens. 6.

Principibus.

Iustiniano 2. septuagesimo septimo. Philippo seu Philippico Bardanio, siue Bardesane Monothelita, & Iconomacho an. 2. Imp. septuagesimo octauo.

Vlid. Saracenorũ & Persarum. ann. 9.

Iacob Aethiopiae, deinde Constantino. an. 28.

Ariberto Ital. Reg.

Hildeberto Franc. rege decimotertio, & postea Clodoueo 4.

Roderico Gotthorum regum in Hispania postremo & trigesimo quarto an. 4.

CONCIL. Romanum pro imaginibus retinendis contra Philippicum primum Imperatorem Iconomachum, qui & excommunicatur Abbas Vsperg.

Vas. us e Ferd. Nanio.

h BLONDVS nominat hic Stephanum quendam 2. Sed eruditè refutatur à Naclero gener. 24. conuenienter Bedæ, Diacono, Adoni, Sigeberto & aët. 1. Nicenæ secundæ.

Instituit, vt in Quadragesima feria quinta ieiunium & missarum solennitas fieret *Sigeb.*

Sub Sergio Papa Romanæ Bibliothecæ fuerat custos. *lib. Pontif.* Vtraque lingua eruditus. Quin & aliquot libros scripsit.

A liberalitate in reparandis publicis ædificiis, mœnibus, & templis; à castitate, sapientia, sanctitate commendatur. *Marianus, Bergomens. & alij.*

Ecclesiasticorum dogmatū fortissimus propugnator. Eius tempore Tyberis se per urbem infudit magna eius pernicie. Extant aliquot eius epistolæ ad Thuringos, Saxones, Germanos, qui propter paganos fidem deseruerant.

Leoni 3. Imp. sacras imagines tollenti Italicum Imperium, quod de Longobardus supererat, eripuit ann. 729.

Orientalibus destitutus auxiliis à Carolo Martello Pipini iunioris postea regis patre opem contra Longobardos Romam vexantes obtinuit. Quæ res semel cœpta, cum Longobardici regni excidio finiit. *Anastaf. Biblioth. Diac. lib. 6. cap. 11. & 13.*

Germano Constantinopolitano Græcè scripsit de processione Spiritus sancti è Filio, eam comprobans ex Ambrosij, Augustini, Hieronymi & aliorum Latinorum patrum monumentis. Quasi erroris per Photium deinceps in apertum erupturi semen tunc aliquod esset in Græcia. Vt etiam è Damasceno, qui huius Germani collega fuit, colligi potest lib. 1. Orthod.

Gnosimachi non modo profanam, sed & diuinam omnem eruditionem superuacaneam esse, docent. *Damas. lib. de heres.*

Artemius Imp. Romano pontifici per literas & legatos denuntiavit se Catholicam fidem & sextæ Synodi decreta amplecti. *Diac. lib. 10. Rom.*

Germanum præfulem Cizici Constantinopolim transferri procurauit. *Ibidem.*

Post imperium trium annorum sacris initiatur.

Theodosius cum annum vnum imperasset, Leoni Isauero volens cessit.

Leo Imp. cum duobus consecutis Const. Copronymo & Leone Iuniore, sanctis imaginibus bellum indixit, vnde tristes turbæ in Ecclesia exortæ sunt. Nam Oecumenicum professorem in Constantinopolitano collegio, cum duodecim collegis, quod nollet approbare suam sententiam de delendis imaginibus vna cum libris noctu igni subiectis combussit. *Zon. tom. 3. Et multos clericos & laicos afflixit. Diac. lib. 21. Rom.*

Bezer patricius, qui Leonem inflammauerat, vt contra imaginum propugnatores sæuiret, ab Artabaldi exercitu hasta traicitur. *Diac. lib. 22. Rom.*

Gregorius ergo pont. Leonem anathemate ferit, monet omnes orthodoxos ne eius mandato pareant, vectigalia Italos ei dare vetat icto cum Francis fœdere. Ita deserto Imperatore ob peruersam illius opinionem, pacem cum Francis fecit, cum prius sæpe dedisset operam, vt eum per literas ab odio Dei reuocaret. *Zon. tom. 3.*

Germania inferior prædicationibus S. Bonifacij (vul-

Anni
Christi.

Anni
mundi.

714

91
n GREGORIUS
Romanus an.

2.

4802

16.

730

men. 9.

II.

4818

Vacat m. I.

Patriarchis.

Antiochia sede vacante.

Constantinopoli Ioanne sexto Monothelita & Iconomacho, deinde Germano confessore an. 14. mens. 5. di. 7.

Anni
Christi.

Anni
mundi.

714

Principibus.
Philippico Bardanio septuagesimo octavo.

Anastasio 2. cogn.

Artemio an.

3.

Theodosio Adiramiteno an.

1.

&
Leone 3. Isauero Iconomacho an. 24. ex ordine successionis Imp. Orient.

730

4818

gò Vvneftis missi à Pontifice Rom. fidem Christi recipit: & ille Bonifacius fit primus Archiepisc. Moguntinus *Plati. Sigeb. Sabel. Ennead. 8. lib. 7.*

Quidam Syrus multos Iudæorum seduxit, dum se Christum falsò assereret, an. 722. *Plat. Diac. lib. 21.*

Vestphalia & Phrisia regiones per S. Vvilibrordum auspiciis Martelli fidem Christi suscipiunt. *Sabel. Ennead. 8.*

Philippicus Imp. ob hæresim & persecutionem Orthodoxorum breuitate Imperij & cæcitate multatus est. *Diac. lib. 20. Zon. Tom. 3.* Factus Imperator ab exercitu aduersus Chersonem, qui à Iustiniano defecerat, missò, Iustinianum & eius filium Tyberium ab ara abstractos interfecit.

Quidam Tyberius in Tuscia se imperatorem vendit, sed Greg. 2. missis copiis eum occidit, & caput Constantinopolim mittit. *liber Pontif.*

HVMANA.

Saxones duce Cerditio circa hoc tempus in Britanniam, quæ postea Anglia dicta est, veniunt. *Gassarus in Epitome.*

Terram Matuariorum deuastant *Ado. atar. 6.*

In Romano Imperio apud Constantinopolim Imperatores quidem erant, sed ipsi inrestinis pariter, & externis, præsertim Saracenicis bellis attriti, parum valebant. Quare in Italia depositis Exarchi magistratibus singulæ ferè ciuitates sibi proprios duces crearunt, atque ita sub decem dynastis Exarchatus durauit an. 175. *Sabel. 8. lib. 8. Blon. lib. 1. Dec. 2. Platina. 170 sub Stephano.* Hinc deinceps multa & diuturna Italarum inter se & cum Græcis bella, vsque ad Pipinum & Carolum.

Sic etiam in Francia reges erant, sed parum auctoritatis in administratione regni habebant. *Vsperg. in Chronico. Ottho Phrising. lib. 5. c. 16.* Eam vehementer afflixerunt bella Caroli Martelli cum regibus Francorum Raginredo & Chilperico, & Saracenis ab is in auxiliū accersitis. *Ado. atar. 6. Ab an. 718. ad 739. Sigeb.*

Annis 718, 719, 720. Saraceni in Thraciam duce Ztilemone cum classe 300 nauium traiciunt. *Sabell. Enn. 8. lib. 7. aut octingentarum. Diaco. 21, aut mille. Blond. lib. 1. Decad. 10 aut trium millium, Cuspinia.*

Masalmas etiam cum exercitu per Abydum irrumpit, & postea Gizid ex Africa naues 360 adducit. Constantinopolim obsident triennium reliquis in Thraciam & Bulgariam excurrentibus, vt qui de toto Rom. imperio subiiciendo animo sumpsisserunt, sed diuinitus igne, frigore, fame, tempestate atque grandine repressi sunt, vt quinque duntaxat naues in Syriam euaserint. *Idem.*

Dignitas Exarchatus in Italia occupata à Longobardis extinguitur, cum viguisset annos 164. *Nacl. Blond. lib. 10 Dec. 1.*

Haumar anno 3. Imp. 7. Domini vero 720 in Christianos sæuit. *Sigeb.* Imperatorem per literas hortatus, vt Mahometis legem amplectatur, paulò post moritur. *Diac. 21. Rom.* Hoc mortuo Gizid in perfide affectat dominatum, sed alter Gizid legitime in regem electus, per Musalman, tyranno interfecto, Perfidem recuperant an. 4 Leonis. *Ibid.*

Anno post quarto Gizid Iudæi cuiusdam consilio, e-
dicto imagines Christi & sanctorum, quæ in Ecclesiis pas-
sim in honore erant, propter doctrinæ Christianæ me-
moriam tolli iubet. *Ibidem*

Pergamenses obsessi à Saracenis à Magis persuaden-
tur vt mulierem gravidam inciderent, & ex fœtu eius
co& dexteræ manicas cruore tingerent. At propterea
non sunt potiti victoria, sed iusto Dei iudicio victi in-
terfectique sub Theodosio. *Diac. lib. 20.*

Saraceni ob Constantinopolim obsessam & Thraciam
vicinasque regiones vastatas fame & peste (quæ 300 ho-
minum millia absorpsit) puniuntur, & à Bulgaribus ad 22
millia cæduntur, & grandine ignea cælitus in mare de-
missa nauibus exuti sunt, solis 10. saluis quarum quin-
que in Syriam venerunt, quinque à Christianis cap-
tæ, Dei omnipotentis vindicem manum annuntiaue-
runt, primo & secundo anno Leonis, an. 719. *Dia. lib. 21. Sigeb.*

Anno 717. Pelagius è regio Gotthorum sanguine,
post annos scilicet quatuor ab Hispania Roderico regi
erepta rex à Christianorum reliquiis apud Asturias, Le-
gionem, Castellam electus, primo ciuitatem Legionis
recuperauit, & nonnulla oppida, & sic Asturum, Legio-
nisque rex appellatus est. *Ruius, Tarapha, Vasens.*

Dimissis Gotthorum insignibus cepit Leonem ru-
brum in area candida, quo reges Legionenses hodie vtun-
tur. *V. Vasens.*

Ab hoc sine vlla interruptione deducitur Philippus,
qui hodie regnat, seruata perpetua serie è patre in filium
vel filiam nepotem vel cognatum. *Idem.*

Sic qui iuga montis Pyrenæi, salutis ergo, se receperant
Garsiam Ximenium è Gotthico genere regem Suprar-
borum creant, à quo reges Nauarræ & Aragoniæ descen-
dunt. *Idem.*

Hic cum 600 equitibus tantum, multas strages in Sa-
racenos edidit, magnamque Nauarræ partem restituit
per annos 42. Eius successor Garsias Ennicus à Pampe-
lone ciuitate, quam Mauris ademit, se regem Pampelon-
ensem appellauit. *Idem.*

Interim Christiani in Hispania viuere permitti tribu-
tarij Mozarabes dicti sunt, q. mixti Arabibus. Inter eos
floruere Urbanus Toletanus, Frodoarius Accitanus,
Enantius & Io. Hispalensis. Durauit hæc libertas vsque
ad Almoadam (Arabum genus est) in Hispaniam ad-
uentum, qui nullos Christianos inter suos viuere passi
sunt & regnare ceperunt tempore Alphonfi 7, sub an-
no 1100.

724 Carolus Martellus Pipini senioris è pellice filius
in vpiuerfa Franciæ concilio non modo magister equi-
tum, sed & princeps Francorum salutatur.

725, qui erat à subacta Hispania decimus Saracenos
ab Eudone Aquitaniæ duce, ductu regis Abderame ex
Hispania euocatos & capta Burdegala Ecclesias & om-
nia loca vastantes ad Pictauum vsque, ab 400 millia ma-
ctat. Athmam denique & Amorheum Saracenorum re-
ges profligat. *Diaconus.*

Tunc Eudo Carolo reconciliatus eorum superstites
ad internecionem delet. *Sigeb. Sabel. Ennead. 8. lib. 7. Ae-
milius lib. 2.*

Zizith Arabum Miramolinos siue Imp. Adham fi-
lium Melic misit in Hispaniam, qui & Abraham, ybi

Anni
Christi.

714

Anni
mundi.

4802

*Ulid Arabum & Sarace-
norum, deinde Zuleima
an. 3.*

Omar an. 2.

Zizith, siue Hirid 2. an. 4.

Isham an. 20.

Constantino Aetiopiæ.

Ariberto Italiæ reg.

*Clodoueo 4, siue Dagoberto
2, an. 4. & duobus interre-
gni.*

Chilperico 2, an. 5.

*Theodorico 2. Cala an. 15. per
ordinem Franc. Regib.*

*Roderico Hispaniæ trigesi-
mo quarto ultimo, deinde
Reliquiarum primo rege S.
Pelagio, an. 16.*

730

4818

regnat

Anni
Christi.

Anni
mundi.

regnat an. 2, mens. 6.

Eodem tempore Arabes Pyreneos transgressi Galliã
Gotthicam vexant, & capta Narbona Tholosam obli-
dent, duce Zama, cui à Gallis occiso Abderamenem suf-
ficiunt, donec à Miramolino dux mitteretur. *Chronica re-
gis Alphonfi, Vasens.*

Zizith Miramolino succedit Iscan, qui in Oriente ma-
gna iussit. In Occidente pauca deditus accumulanda
pecuniæ Mittit Isabeam in Hispaniam, cui successit
Abderamenes, ab Eudone cum 400 Saracenorum mil-
libus euocatus & profligatus, ita vt ad Turonensem ciui-
tatem 375 millia caderent, Christianorum autem mille
quingenti tantum desiderarentur. *Carol. Martellus epist.
ad Stephan. 2. Vasens.*

An. 724. Iudæi Laodicenses Izitho Arabum principi
persuadent, vt imagines aboleat. *Sigeb. Diac. lib. 21*

Coacti Iudæi à Leone Isauro, postquam à Pseudochri-
sto Syro fuissent decepti, baptizantur quidem, sed in con-
temptum Baptismi, se denuo abluebant, & ad Sacram
mentam accedere iussi se alio genere ciborum contami-
nabant. *Ibid. Diac.*

An. 729. Cazari seu Turcæ duce Humo Chaiani fi-
lio in Mediam & Armeniam irrumpunt & Gradacum
Arabum prætorem trucidant cum toto eius exercitu. *Ibid.
Diac.*

Anno seqq. Masalmas Persarum Regis dux, cum Hu-
mo congressus, fuga per Cazariæ montes elabatur, & in
Capadociam rediens Crusianum castrum, dolo capit. *Ibid.*

Anno 722 in Turciam mouerat, sed à Caspiis portis
metu pedem retulerat. inde mali origo. *Ibid.*

Iuo rex Angliæ ex singulis ædibus in tota Anglia
singulos denarios Pontifici attribuit. ann. 727. *Chron.
Angl.*

i GREGORIVS tertius Leonem imperio & com-
munionem fidelium priuat ob hæresim. *Plat. Sigeb. Leo vi-
cissim tributa quæ ad patrimonium Ecclesiæ pertinebant,
in Sicilia & Calabria, publico fisco ascripsit. Diacon. lib
21. Rom.*

Græcè & Latinè doctus omnes Psalmos memoriter
tenebat. Reliquit epistolam ad Bonifacium in Germa-
nia legatum.

Munus legendi & docendi S literas, item concionan-
di per se obiuit. *Plat.*

Ab animi magnitudine, quæ nec nimis nec gratia fran-
gi potuit mansuetudine, sapientia, liberalitate in pau-
peres & captiuos laudatur ab historicis.

An. 734. Beda venerabilis Anglus monachus, Geol-
fridi Bernicij & Ioan. Eboracensis Græcè & Latinè do-
cti discipulus moritur. Acca, qui bibliothecam Græcis &
Latinis scriptoribus Hagustaldi instruxit, Tobias Roff.
Sancti Hubertus, siue Guthbertus, & Herminus episco-
pi. *Sigeb.*

Florent. Iudocus, Adrianus, Theodorus, Vilibrordus
in Anglia sancti monachi. *Sigeb.*

Aegidius in Gallia, et si Athenis in Græcia natus, qui &
scripsit de pulsu librum vnum & de venis alterum *Bergo,
lib. 10. Volater. lib. 21.*

Germanus patriarcha Constant. se sponta abdicat,
quod nollet Pseudosynodo Const. contra imagines sub-
scribere. *Diac. lib. 21.*

Arriana hæresis repullulat in Hispania. *Volater. quam*

CONC. Londinense pro Imagini-
bus.

CONCIL. Augustanum apud
Vindelisos pro confirmanda fide.
Monst.

92

730 i GREGORIVS III. 4818
Syrus, an. 10.
mens. 8. dies 24.

741 Vacat dies 8. 4829

Patriarchis.

Antiochiæ sede vacante.

Constantinopoli, Anastasio
Iconomacho, an. 24.

Alphonfus

Alphonfus rex Gallicia funditus an. 736 extirpavit, unde nomen CATHOLICI sibi & suis posteris meruit. *Mich. Ritus.*

Ioan. Hispalensis in captiuorum solatium illic Scripturam in Arabicam linguam conuertit. *Vasam.*

Asprandus siue Luitprandus primus omnium regum Long sacerdotes & clericos ordinavit, vt sibi quotidie diuina officia decantarent. *Diac. lib. 6. cap. 17, de Gestis Long.*

Gregorius Cyprius cum Germano Constant. & Ioan. Damasceno sese Copronymo opposuit. *Diac. lib. 22 Rom.*

Ioannes Damascenus Theologus multa Græcè tunc scripsit, & si nonnullis credimus, etiam Arabicè. *Zona. Tom. 3. Suid. Chrysaoram vocat. Diac. lib. 21. Manzur etiam aliqui. Trithemius ait duos fuisse Ioan. Damascenos, hunc, & alterum sub Theodosio magno. At probatissimi historici vnus duntaxat meminerunt, qui hac ætate floruerit, & sanè omnes libri, qui eius nomine extant, superius tempus ferrè non possunt.*

Theologiam per antiquorum patrum Græcorum libros sparsam, sparsimque tractatam primus apud Græcos in certam artem methodumque redegit, quod eius imitatione postea apud Latinos præstitit Petrus Longobardus sub an. 1160.

Cosmas Hierosolymitanus his temporibus cantus & hymnos condidit, qui in Græca Ecclesia cantantur & celebrantur. E monasterio Sabæ euocatus à Patriarcha Hierosepiscopus Maiumenus consecratur. *Ioan. in vita Damasceni.*

Anno 741 (quo mortuus disenteria Leo Imp.) Euclid Arabs Euthychium Patricium & alios Christianos captiuos in Carris Mesopotamiæ interficit. *Diac. lib. 21 Rom.*

HUMANÆ

Carolus Martellus, Palatij præfectus sub Theodorico Dagoberti iunioris filio, Lugduno & aliis ciuitatibus captis, Burgundiam sibi subiugat. item Aquitaniam cæso Eudone, eiusque filijs Gaifero & Himaldo victis, Auinionem, Narbonam & Arelatum recepit à Saracenis, quos à tota Gallia expulit. *Sigeb. Guil. Nangiacus. Plat. Blond. 10. Dec. 1.*

In Amnia, Strachia & Afrachia insuli Rheni Idololatrias cæcidit & fana eorum destruxit. *Blond. Ibid. Frigiam suo imperio adiunxit an. 735. Sigeb. & Lotharingiam Gigas. Leonis Imp. sexto contra Saxones primum suscipit bellum an. 725. Sigeb. An. seq. Bauaros negantes tributa sub iugum mittit. Victoque Lanfrido Alemannorum duce regionem illam sibi vendicat, & Plestrudem, quæ ad ipsos confugerat, reducit. *Sigeb. Auent. lib. 3. Anna. & postea Saxones rebelles iterum vincit. an. 727. Ado. aia. 6. Sueuiam Todeualdo expulso, Lutharouium Regiam, Angilostadium, Nariscorum oppidum, Francorum regno subdit. Ibid. Auentin.**

735 Saracenicum bellum confecit & Septimaniam (Gall. *Languedoc*) à Francis saepe victam & impetitam, nunquam tamen perdomitam, sed in fide Vvisigotthorum permanentem ad Francos reduxit.

739 Gregorium tertium contra Luitprandum Long.

Anni Christi.

730

Anni mundi.

4818

Principibus.

Leone 3. (qui ductus est Connon, Iconomachus) imp. octogesimo primo, deinde Constantino 5, Copronymo.

Isaan Arabum Miramolino.

Constantino Aethiopia, deinde Beth-Esraël, mens. 8 Gabra-Maschal. an. 14.

Asprando siue Luitprando Ital. reg.

741

4829

regem

Anni Christi.

741

Anni mundi.

4825

Theodorico 2 Cala. Franc. Reg. decimo sexto vsque ad Hildericum.

Hispania S. Pelagio reliquiarum rege primo, deinde Fawilla an. 2.

Alphonso S. Pelagij genero an. 19.

752

4840

regem defendit; unde & in eius posteritatem multæ benedictiones redundarunt.

Consilio enim ptoerum an. 740 regna prouinciæque Francisci imperij inter filios suos partitus est, adeo vt Carolomanno Austrasiam cum trans-Rhenanis gentibus reliquerit, Pipino vero iuniori (è quo Carolus Magnus an. 742 nascitur) Neustriam, Burgundiam Prouinciam Annonius.

Quo anno Gotthis domitis, Saxonibus subactis, Saracenis expulsis, Prouincia recuperata. Galliam vniversam à bellis quiescisse tradunt. atque ita an. 741 Carolum Martellum fatis concessisse.

Circa 730 reges Britonum extincti. *Annal. Franc.*

Eudo & Maruntius regnis & vita Priuati sunt, qui ex Hispaniis Saracenos ascuerant. *Sigeb.* Adeo non finit Deus perfidiam impunem.

Carol. Martellus subacta Aquitania subigit Radbodum Frisonum regem, eo quod Christianos eiecisset & Ecclesias destruxisset, instaurata Idololatria. *Hedio. lib. 6, cap. 21. Eccl. histor.* Saracenos, qui ab Eudone inuitati ex Hispaniis in Gallias cum omnibus suis familiis infinita multitudine transferant, ann. 730, & dimidiam eius regionis partem occupant, intra octo annos vix propulsauit, de suo exercitu vix mille & 500 desideratis. *Sigeb.* Saraceni ex hoc prælio fuga elapsi Tyrreni Maris insulas ceperunt, & incendio vastarunt. *Blond. lib. 10, Dec. 1.* Platina in Hispania vltiori id factum ait.

Muhamas Arabum dux vsque in Paphlagoniam Romanorum imperium prædatur an. 16 Leonis, quo Irene Cazarorum regis Chaiani filia Christiana facta nubit Constant. Copronymo.

Ann. Leonis 21. Arabum 90 millia ducibus Gamer Zulcimin, Melich & Bathal diuisis copiis Romanam Asiam incurfant. *Diac. lib. 21.*

Vvestgotthi, qui Narbonam, Nemausum, Agathen, Riceticum, Altinurium, Montepessulanum & Biterras incolebant, duce Mauritio, sollicitatis ad defectionem Burgundionibus & Saracenis, qui ante annos circiter 24 ex Africa transcentes Hispanias occupant, euocatis contra Carolum Mart. bellant. Hic Saraceni rege Altino cum classe Rhodanum ingressi Auenionem capiunt, eamque arcem sui regni constituunt atque ex Tarraconenis Hispania copia maiores accersunt. Sed Carolus urbem recepit, Saracenos fugientes sternit, paucis classe in Mare Tyrrhenum elapsis. Massiliam hætenus semper inuictam urbem capit, Vvestgotthorum regnum occupat. Narbona, Agathe, Nemauso & Biterris planè excisis. Reliquiis denique Saracenorū ad Arelatum profligatis omnem eis spem Gallias amplius inuadendi ademit, an. 736, 737, 738, 739. *Blond. lib. 10. Dec. 1. Aemylus lib. 2, &c.*

Atque ita Vvestgotthorum regnum in Gallis finit an. 20 Leonis, Christi 737.

Anno 731. Sigebertus Anglorum reges annotare desinit. Nempè sub Egeberto res illorum sunt ad exitum inclinatæ populo in factiones diuiso. *Polyd. lib. 4. Hist. Ang.* Circa quæ tempora Inas Occidentalium Saxonum regnum suum Romano pontifici facit tributarium. *Ibid. Polyd.* Sic Offa Nerciorum rex ad Inæ exemplum regnū suum eidem tributarium reddit sub an. 775. *Polyd.*

Circa

Circa an. 744. Hunnorum gens, quod Attila Pannoniam ante 300 annos occupasset, forte ex centum & octo tribubus, 216 hominum millia, cum liberis, vxoribus, pecoribus & vniuersis ipsorum facultatibus emittit. Illi superato Tanai per Roxolanos, Sarmatas, Hamaxobios, Tauroscythas, Transsylvanos post multa cum Pannonibus & vicinis praelia, terram occupant, & linguæ commercio, cum aliis Hunnis conciliantur. *Bonfin. dec. 1. lib. 9 de Hung. Volater. Naucler.*

Post annos sex vicinas Carniam, Stiriam, Corinthiam, Morauiam, Boëmiam infestare incipiunt. *Naucl. gen. 25.*

Orgerius Gollantes cog. Cathelon an. 733 in Catalonia cum exercitu mouit, ibiq; posteritati (nam ipse obiit in obsidione Emporiæ ciuitatis) sedes posuit contra Saracenos, vsque ad tempora Caroli Mag. *Taraph.*

Ioan. Hispalensis in captiuorum solatium scripturam in Arabicum transtulit. *Vasius.*

Per varios Saracenos tunc Hispania regebatur, quibus tamen vnus præerat, qui Cordubæ rex dicebatur. *Vasius.*

Hic primus cœpit Francos à fide Childerici absoluere. *Aemil. lib. 2. can. alius 15. qu. 6.*

Dialogorum D. Gregorij libros 4 de Patrum miraculis in linguam Græcam vertit & Bibliothecam D. Petri restituit. *Plat. Sigeb. Paci studuit. Luithprandum, Rachim & Aistulphum Longobardorum reges Romanis placans. Sigeb. & alij.*

Pro empris à Paganis mancipiis pretium restituit & mancipia libertate donauit. *idem.* recens conuersis Germanis esum crudi lardi, equorū &c quod hæc Scythicam barbariem saperent interdixit. *Ipsè in Epist. ad Bonif. à suauitate, studio tranquillitatis, liberalitate in pios & pauperes, benignitate in hostes celebratur. Historici.*

Italiam bellorum agitatione vexatam sua prudentia totam pene pacauit. Reliquit duas epistolas ad Bonifacium Germaniæ legatum.

Sepulchro D. Gregorij Magni epithaphium literis Græcis inscripsit Et vt Græcis auribus dedit 4 dialogorum D. Gregorij libros, propter quos Damascenus & Euthymius horum voluminum auctorem Gregorium Dialogum nominant, sic eiusdem Pastoralia Anastasius quidam Antiochiæ episcopus Græca quoque fecit. *Sixtus Senensis Bibliotheca lib. 4.*

Luithprandus Longobardorum rex dono ei dedit nomine S. Petri harniam, Anconam, Cumanam vrbes, Sabinense item patrimonium & Suttrini agri vallem. *Blond. Dec. 1. lib. 10.*

Antiochiæ, postquam annis 40 sedes vacasset, an. 742. Stephanus quartus Patriarcha creatus est.

Alexandria, vbi Monothelitæ grassati fuerant, ab hæresi recedit anno 2 Copronymi, Cosma episcopatum tenente. *Diac. lib. 22 & 23 Rom.*

Antiochia, cum ob Saracenorum tyrannidem per 40 annos episcopo caruisset, eodem 2 anno permisso Ouelid Arabum ducis sortita est Stephanum, & postea Theophylactum. *Ibid. Diac. lib. 22.*

Anno 745. Theophylactus Edissenus successit. *Ibid. Sigeb.*

Petrus Damascenus episcopus in Syria à Saracenis martyrio coronatur. *Sigeb.*

Ob Copronymi persecutionem tristis Ecclesiæ facies

&mar

Anni
Christi.

Anni
mundi.

CONCIL. Romanum pro imaginibus retinendis contra Leonem Imp. episc. 903. *Sigeb. Palmer. Aliqui sub Greg. 2 collectum aiunt an. 714. Leo in eo excommunicatur & vestigalia ei dari prohibentur. Plat. Zonar. tom. 3.*

741

93.
k ZACHARIAS I. Græcus, an. 10. mens. 3.

4829

752

Vacat dies 12.

4840

Patriarchis.

Antiochiæ Stephano quarto an. 2.

Theophylacto an. 7.

Constantinopoli, Anastasio Iconomacho.

Anni
Christi.

Anni
mundi.

741

Principibus.
Constantino 5. Copronymo an. 35. Imp.

4829

Isan Arabum Miramolino, deinde Ulid. an. 2.
Abraham, an. 2.

Rachiso Ital. Reg.

Hilderico 3. Stupido siue Insensato an. 9. Franc. Rege, vsque ad Pipinum regem electum.

Alphonso Catholico 5. Pelagij genero.

CONCIL. Romanum episcopum 34.

Arelatense 3. lib. Conciliorum.

Francicum præside S. Bonifacio Mogontia Archiepiscopo Nauale.

752

4840

& martyria per totum Orientem. *Diac. lib. 21 & 22. Zon. 10. 3.* Imagines erigi, Sanctos honore affici, reliquias feruari, titulum Sancti, Virgini Apostolis & martyribus tribui edicto vetuit. Eos qui dicebant, Maria Dei genitrix ora pro nobis, vituperans & persequens. *Idem & Sigeb.*

S. Dalmatæ monasterium, omnium, quæ erant Constantinopoli antiquissimum, militum diuersorum fecit. *Zon. 10. 3.* reliquias Sanctorum partim terra obruit, partim demersit, partim in cineres redegit. *Ibid. & Diac. lib. 22.*

Gamer Arabum dux in Romania secundo eius anno multos trucidauit, plurimos captiuos duxit, Haly Petrum Damascenum episc. eo quod Mahometis falsa dogmata refutaret & cum Manicheis facere differeret, cepit & linguam ei præscidit, atque in Arabiam deportauit, vbi cum Missam celebraret, interfectus est. *Diac. lib. 22. Rom. Sigeb.* Multi alij in Syria martyrio ab eadem causam coronati sunt. *Ibid.*

Hostes religionis omnes Orientis regiones tenent. Africam totam occuparunt, Bosphorum vtrumque propè ponte iunxerunt, Hispanias tenent, Pyreneum saltum velut domus suæ fores, vbi visum est, perfringunt, in Franciam iam illis expositam manus iniiciunt, *Aemil. li. 2. de Franc. ex epistola Burchardi episc. quem ad Pipinum Zacharias miserat.*

746 Carolomannus Austrasiæ rex Monasticæ vitæ studio adductus Soracten Italiæ montem petiit. Ex quo post in Cassinum transijt. Ita res Francica sub Pipini Iunioris principatum coiit.

750 de Childerico deponendo, regiôque nomine in Pipinum transferendo agitur, legatione ad Romanum Pontificem decreta. Quare eius autoritate & indulgentia Childericus regno exiit & Pipinus rex salatur ann. 751, post Clodouei obitum 237, iuxta alios 257.

Childerico Franco. reg. in monasterium truso, Pipinus Martelli fil. dictus Breuis, ex maiore domus, consilio Pontificis à Galliæ proceribus rex declaratus, à S. Bonifacio siue Benfrido Germanorum Apostolo inungitur Sæffionis *Sigeb. Regino in Chro. Annonius lib. 4. cap. 61. Cap. alius 15. qu. 6.* Necin eo defecit penitus genus regum Francorum. Nam Blatildis filia Clotharij, inupta Hanberto duci, & senatori Austriæ peperit Arnoldum, Arnoldus genuit Arnulphum Metensem episcopum. Arnulph. Angegisem, Angel. Pepinum Grossum. Pip. Carolum Martellum, Carol. Pipinum hunc cogn. Breuem.

Bonifacius Germanicus legatus & Apostolus Germaniam in tres diocæses distinxit Herbipolensem, Bambergensem, & Erfordiensem. *Hedio lib. 6. c. 7. Tom. 2. concil.*

Childericum deposuit & Pipinum in regem vnxit Romani Pontif. auctoritate. *Reg. lib. 2.* Causam, cur Clodoueani monarchiam amiserint, historici tribuunt eorum vitijs, præsertim sacrilegijs in Ecclesias, & vsurpatis electionibus Sacerdotiorum, quibus non modo indignos sed & laicos intrudebant.

Circa ann. 740 Ina Occidentalium Saxonum rex suum regnum Rom. pontifici tributarium facit. *Polyd. lib. 4. Ang.* Sic paulò post circa an. 775. Offa Merciorum rex. *Ibid.*

Lullus Mogont Burchardus Herbipolensis episcopi, Thatuinus, Nothelmus, Egberrus Eborac. Vuilibaldus Angli omnes natione, librorum scriptioe celebres.

H V M A N A.

Contra Vlid Miramolium, Saraceni in Hispania rebellionem insurgunt. Ad eos motus sedandos Abucar cum imperio mittitur, deinde alij. Nam multi occisi sunt paucis annis, adeo ut annis vix 20. à capta Hispania plus quindecim imperarint, donec eam Abderamen abduceret è Babylonis imperio. *Vasam, Rhoderic. Tolet.*

Maroan occidit fratrem Vlid Saracenorum & Persarum Miramolium & regnat annis 6. Ex ea cæde multæ seditiones. In Hispaniam mittit Iuzaf (Iosephum) qui Christianis fuit iniquissimus. *Vasam.*

* VIR singularis religionis & prudentiæ. Hunc aliqui prætermittunt, & cum sequenti confundunt. Vnde sequentes Stephani nunc dicuntur tertij, nunc quarti, &c.

Alphonfus Catholicus Lucensem ciuitatem, Tindem, Asturicam, magnam Castellæ partem Abulam vsque, & in Portugallia Bracaram, in multis ciuitatibus episcopos instituens, Christianis restituit. *Vasam.*

Petrus Pulcher Toletanus de Pascha erranter celebrato elegantem libellum conscribit. *Idem.*

Verus Hispalensis sub Pipino. *Triuh.*

Vt S. Pelagius, reliquiarum in Hispania rex Saracenis perpetuo fortiter restitit, ita & Gener ipsius ob Ormilandam filiam in vxorem acceptam Alphonfus, qui proinde Catholici nomen & sibi comparauit, & posteris. *Vasam.*

I B L O N D. lib. 1. decad. 2. & Irenic. 3. cap. 70. nominat hoc loco Gregorium 4. cui volunt Pipinum reddidisse Rauennatem Exarchatum & alias Ecclesiæ terras vsque ad stagna Venetorum. Platin. & Regino id referunt ad Stephanum.

Deficiente Orientis Imperio & Imperatore Catholicos vexante, hic pontifex insignia, dignitates, & titulos Imperij ad reges Francorum transfert. *Palmer. in Chron. Naucler.*

Stephanus Pacis formulam perfidi Aistulphi Chirographo exaratam, de vexillo Crucis pendentem, in publica supplicatione prætulit, cunctis Deum contra perfidiam inuocantibus. *Blond. li. 10. dec. 1.* In Franciam ad Pipinum venit. In D. Dionysij D. D. Petro & Paulo altare dedicauit an. 733. ad illud Pipinum & filios eius Carolum & Carolomanum denuo reges inunxit ac regnū ipsorum posteritati hereditarium declarauit. *Regino lib. 2. Sigeb.*

A sapientia commendatur. *Sabell.* à prudentia & amore cleri, *Plat.* à liberalitate in pauperes & peregrinos, extructis etiam multis Xenodochijs & locupletatis. *Ibid.* concionandi munere fungebatur. *Bergom. lib. 10. Platin 10. oppida.*

Pipinus æmulatione patris Aistulphum Long. regem perterret, & ut res Romano Pontifici restituar iure iurando datisque obsidibus obstringit. Quod cum minus perfecisset, 756, collatis signis re ipsa adimplere coëgit, scilicet, ut quæ ex Romano ducatu oppida inuaserat, restitueret, Hexarchatum etiam Rauennatum cum

Anni Christi. 752

94

STEPHANVS II.

Anni mundi. 4840

Rom. dies.

Patriarcha.

4840

Antiochia Theophylacto.

Constantinopoli Anastasio

Iconomacho.

Principibus.

Constant. Imp. octogesimo secundo.

Maroan Saracenorum & Persarū Miramolino. an. 6.

Gabra Maschel Æthiopia.

Aistulpho Ital.

Pipino an. 18. Franc. Rege decimo octauo.

Alphōso Catholico Hisp. trigesimo septimo.

95

STEPHANVS III.

4840

die. II. Rom. an.

5.

mens.

1.

4844

Vacat mens. 1.

Patriarchis.

Antiochia Theodoro 2. ann. 16.

Constantinopoli Anastasio Iconomacho, deinde Constantino 2. Iconomacho an. 12.

Constantino 5. Copronymo Imp. octogesimo secundo.

Maroan Sarac. & Pers. Miramolino decimo nono, deinde Mahomete, an. 5.

Gabra Maschel Æthiopia, deinde Nalek, an. 11.

Aistulfo, & post eum Desiderio ultimo Longobardorum, & Ital. Reg.

Pipino Franc. Reg. 18.

Alphōso Catholico Hisp. rege 37. mox Froila, an. 13.

752

756

Anni Christi.

Anni mundi.

torā flamina, Aemiliæque Græcis Imperatoribus ereptum in ius Romani Pontificis reponeret. *Blond. Dec. 2.*

H V M A N A.

Turci siue Turcomani ex Scythia, Tartariæ Orientali Turquestan nomine, erumpentes, Alanos, Colchos, Armenios, Cappadocas & magnam Galatiæ partem, ad extremum Persas & Saracenos gladio infestant, rege eorum Selduch. regnante Pipino Caroli Magni patre ann. 756. *Egnat. lib. 2. Guliel. Tyrius lib. 1. de Hieros. cap. 7. Plat. Tunc suafu Christianorum coeperunt se in modum crucis tendere propter luem, quæ apud eos grassabatur. Sigeb.*

Constantini an. 23. ineunte Caroli Magni regno transierunt portas Caspicas, & relicta Scythia occuparunt minorem Armeniā, indeque inuaserunt in minorem Asiam quam ferè totam obtinuerunt an. 1052. duce Sadoch Tanehumeth. Crebris & miris prodigijs id Deus portendit quorum spectator fuit Paulus Diaconus, *ipse lib. 22. rerum Romam, Sigeb.*

Carolo Magno primum negotium à Pipino patre in Gaisfridum Aquitaniam ducem proficiscente, datur in Aruernia aduersus quosdam nobiles, qui ecclesiasticos vexabant. Ecclesias ibi non modo composuit futuræ suæ magnitudinis primum exhibens specimen, sed etiam auxit, Mosacenum cœnobium ædificauit, &c. *Annon.*

Froila Sacerdotes Hispaniæ castitatem, quam sacri Canones præseribunt, seruare cogit, neglectam à Vitizæ temporibus. *Vasens.* Maurorum multa millia cæcidit, Ouētensem ciuitatem condidit. *Idem.*

Huius tempore Abderamen venit in Hispaniam, eamque occupauit, occiso Iuzaf, seque Miramolium Hispaniæ appellari iussit circa ann. 758. Hinc Hispania Miramolino Babylonis & Persidis subiici desit. *Idem.*

Mosquæam Cordubensem opere adeo superbo extruxit, ut reliquas Saracenorum facile superaret, quæ hodie in Cathedralem Ecclesiam consecrata est. *Idem.*

Moritur postquam illic imperasset ann. 33. relinquens 11. filios & 9. filias.

M P A V L V S pont. cum paucis comitibus cellas infirmorum & pauperum & victorum lustrabat & necessaria subministrabat. *in eius vita.*

Nullum in sacro ministerio officium omisit. *Craniz. metropolis. lib. 2. cap. 1.*

A mansuetudine & beneficentia in pauperes & calamitosos ab historicis extollitur.

Salim Arabis Theodorum Antiochiæ episcopum in Moabitidem regionem exulatum mittit, edicit ne Christiani nouas ecclesias extruant, ne de fide sua Arabes doceant, ne crucem Christi aspiciant, an. 16. Copronymi *Diac. lib. 22. Rom.*

Christianis colligendorum vestigialium munus ademit, sed paulo post coactus est restituere, quod Saraceni ignari essent arithmetices. *Ibid.*

Habdalas Saracenorum quoque princeps, an. 17. Coproni. tributa Christianis solito grauiora imperat, & quidem etiam monachis & Heremitis. Ecclesiarum cruces & vasa Iudæis vendit. Vigiliis nocturnas celebrare & literas discere prohibet. Iudæis & Christianis characteres

756

96
M P A V L V S I. Romanus Stephani 3. frater.

4844

ann.

10.

4856

768

mens.

10.

Vacat an. 1. mens. 1.

Patriarchis.

Antiochia Theodoro 2. à Petro septuagesimo secundo.

Constantinopoli Constantino secundo Iconomacho, deinde Niceta Iconomacho, an. 13. mens. 2. dies 22.

Mahometicos inscribi iubet Hierosolymis, quod declinantes multi in Romaniam aufugerunt. *Ibid.* Ex ecclesiis Sterquilinia fecit & reliquias Sanctorum effossas dispersit. *Iuo in Chron.* Turri in ipsum lapsa iusto Dei iudicio an. 776. perijt. *Diakon. lib. 22.*

Sabinus Bulgarorum rex fuga sibi consulit, quod populus imaginum cultum defenderet, quem ille Copronymi gratia persequebatur. *Blond. lib. 1. dec. 2. Nauclet. gener. 26.*

Aistulphus propter afflictum Romanum pontificem de equo lapsus cervicem frégit. *Gaguinus lib. 3. de Franc. an. 756. Sigeb.*

Pipinus Exarchatum tredecim vrbes complectentem cum Pentapoli vrbes alias sedecim comprehendente, iterum S. petro & successoribus eius in perpetuum possidendum concessit, donatione in tabulas relata. *Sigonius lib. 3. Italia.*

An. 757. Constantinus Pipino organa musica misit, hactenus Germanis & Gallis incognita. *Auentinus lib. 3. Annalium. Marianus Scotus. Annon. de Gestis Francorum lib. 4. cap. 64.*

Nempe Pipinus sacre Musice erat studiosus, quare & paulo ante, an. scilicet 751. Romanam cantandi consuetudinem, vt suauiore & diuinis laudibus congruentiorem in Gallias attulerat. *Sigeb. Aemylius. Quod perfecit Carolus eius filius an. 774. Sigeb.*

Pipinus creauit Senatam, vulgo Parlamentum, mobile quidem, nunc autem ex constitutione Hutini regis statarium Lutetiae Parisiorum. *Gagui. lib. 4.*

Eius ope Phrisij deuicto duce Radolbo ad Christianismum sunt conuersi, docente Bonifacio, deinde Vvilibrordo Anglo. *Trit. de regibus Franc. sed hoc videtur pertinere ad Pipinum Grossum, siue Seniore, vt supra. mox Vlftrano Senonensi episcopo, qui secum assumpserat Ansbertum & quosdam alios ex Fontanello coenobio. Volater. lib. 21.*

Theophylactus Patriarcha Antiochenus, scriptor ecclesiasticus. S. Sturmus primus Abbas Fuldensis. Crodogandus, siue Beritingrandus.

Sanctus Burchardus episcopus Herbipolensis ducatum Orientalis Francie nactus est a Pipino: nec is est qui omnia decreta conciliorum & Pontificum digessit in locos communes. *Sigeb. Iren. lib. 3. cap. 76.*

Ambrosius Ansbertus temporibus Pauli Pont. & Desiderij Longobardorum reg. opus in Apocalyp. complet. *Ipsè in sine. Contra Centuriatores, qui eum in decimam Centuriam conferunt. Sic in aliorum multorum etatibus indocte sepius hallucinantur, siue quia perfunctorie dumtaxat legerunt, vt quoquo modo eorum fragmentis, sita infarcirent, siue, vt in singulas centurias, eos, quos habebant in manibus, distribuerent, non tam de veritate & fide historia vel rei laborantes, quam vt quouis modo satisfacerent Typographis laborem urgentibus & stipe eorum egestatem placantibus.*

Nalek Abissinorum siue Aethiopum imperatoris tempore templa & loca alia religiosa magno numero conduntur per vniuersam Aethiopiam, cum antea essent rara.

Reges deinde consecuti omnes non solum Christiani, verum etiam sancti feruntur, quos tamen annos imperauerint, non inuenimus vsque ad Icumuanlach, sub an. 1260. *Marius Victorius de Regg. Aeth.*

Anni Christi.

756

Principibus.

Eisdem Impp. & regnant.

Abdala Babylonia & Persia, an. 19.

Nalek Aethiopia, deinde Bazen, Sensaghed, Baharsaghed, an. 3.

Et nono Arabum apud Hispanos Miramolino Abderamen, an. 33.

Froila Hispania trigesimo octauo, deinde Aurelio, ann. 6.

768

Anni mundi.

4844

HVMANA.

Anni Christi.

766

CONCIL. Gentiliacum in Francia praesente Pipino & legatis Imperatoris, contra Gracos de Trinitate & SS. imaginibus: *Sigeb. Abb. Vpper. lib. Conc. Regino in Chron. Emil. lib. 2. Annonius lib. 4. c. 67. Ado in Chron.*

Anni mundi.

4854

Ab an. 765 vsque ad an. 933 per annos 168 nominantur quidem reges Aethiopiae 43, in indice, quem a Boderiano sum nactus, sed anni, quibus quisque regnauerit desiderantur. Itaque in eis partiendis vsi sumus duntaxat coniectura. Sed neque singulos diu oportet regnum tenuisse, quando quadraginta tres vix annos 158 expleuerunt ac si cuique tribuas 4, existit summa 172, superiore quatuor annis maior.

Hi autem apud Mariam Victorium hoc nominantur ordine. Bazen, Sensaghed, Baharsaghed, Ghermafer, Sa-laiuba, Callulafien, Sargue, Zarai, Bagahama, Gianuscheda, Zeoneghiz, Malgene, Sepharad, Agdais Abrahama, Azbaha, Asfa, Astrad, Amfi, Ahau, Arada, Aladoua, Alameda, Tabena, Chaleb, Gabra, Maschel, Constantinus Bezaagher, Asfa, Arma, Gianasfa, Gianascheda, Freseunai, Adarahaz, Aizar, Delnahad, Mada.

757

Schisma 8. Theophylactus Rom. contra Paulum sedit in schismate aliquot menses. Constantinus 2, ex Laico contra canones electus, sedit an. 1. d. 24. Hunc quidam inter pontifices numerant.

4845

756 Pipinus Exarchatum tredecim vrbes complectentem cum Pentapoli vrbes alias sedecim comprehendente, iterum S. Petro & successoribus eius in perpetuum possidenda concessit donatione in tabula relata. *Sigonius lib. 3. Italia.*

757 Thassillo Bauarorum rex concilio Francorum habito (quod primi Parlamenti institutionem nonnulli putant) Francorum beneficiarium se esse professus est. *Anno. Ado. Regino.*

Chilpingis Aruernensis & Anningus Pinctauiensis comites congressi cum Pipini exercitu caduntur an. 761. *Sigeb.*

Pipinus inde Aquitaniam, Lemouiciam, Santoniam &c. subigit. *Idem.*

Rebellantem Gayferum, siue Vnipharium ducem, Aquitaniae septem annis praелиis vicit & totam Aquitaniam ad Gerunnam flux. vsque iterum subegit. *Idem.*

767

Schisma 9. Philippus siue Philippicus contra Constantinum a Laicis & clerici electus sedit. an. 1. di 24.

4855

Saracenos clades acceptas vlturos tertium in Franciam redeuntes trans Pyreneos repellit. *Emil. lib. 2.*

Mortuo Garzia Ximeno primo Nauarrae regi successit Garzias Ennicus, qui Pampelonem & multas arcas & municipia a Mauris liberavit. *Vasens.*

n LAVDATVR a pietate & doctrina. In Litanis nudipes incedebat cum toto clero. Vocatum platina verum Petri successorem.

768

97 Stephanus 4. dictus 3. Siculo monachus, an. 4. mens. 5. di. 24.

4856

Cosmam Alexandriae episcopa Antiochenus & Hierosolymitanus excommunicarunt, quod imaginum religiosam memoriam improbaret. *Diac. lib. 22.*

Desiderius Longob. rex ann. 769, simulans orandi pietatem, Romam ingressus, multos caput & excacat. *Sigeb.*

772

Vacat d. 9. Patriarchis. Antiochia Theodoro 2. a Petro septuagesimo secundo. Constantinopoli Niceta Iconomacho:

4860

Pauliciani a Paulo & Ioanne Samosatenis q. Paulio annitae, Manichaeorum secta quingentis annis post D. Paulum & Pauli discipulos (imo pluribus) *Euthy in Panopl. part. 2. tit. 2. text scriptis Photy.* Catholicos Romanos appellabant, se vero Christianos. *Ibid.* Sic Arriani in Hispania Romanos vocitabant homines nostrae religionis, inquit Turoens. *lib. 1. de gloria Martyr.*

An. 768 finis 72 Patriarchatum Antiochenorum: Nam quis post Theodorum a D. Petro septuagesimum secundum illic episcopus fuerit, vsque ad Antiochiam per Gallos recuperatam, incertum est: nisi quod 787 Theodoritus Patriarcha Antiochenus, & 1090 vsque ad captam ciuitatem a Latinis 1097 Ioannes eiusdem Ecclesiae pres

byter in Eccl. historiis memorantur & Petrus qui à Leone 9. confirmationem obtinuit 1050. Theodorus Balfamon. 1186. Ioachimus hodie 1580.

Latinos enim præter eos septem qui occasione belli facti sub Godofredo Bulloneo sic federunt. Bernardus de Valentia episcopus antea Arelatensis ann.33. Rodolphus ann.4. Aimarus Lemouicensis 50. Rodolphus Lemouicensis. 3. Rainerius Lucensis 20. Elias Regienfis 8. Christianus ordinis prædicatorû Martyrio coronatus cum 4. eiusdem ordinis, post quem Antiochia iterum à Saracenis capta.

Constantinus Imp. omni scelere imbutus, Deo auersus, tyrannus, apostata, vefanus, Veneris cultor, mactator puerorum, inter quos Hanij filius, magus, & sacrilegus (aiunt Palmer, Sigeb. Diac. & Suidas) catholicos, qui SS. imagines apud se habebant, & post votum vxorem volebant ducere, ac se à iuramentis & immundiciis abstinere, crudelissimè afflixit, vt plures occiderit martyres, quàm vllus vnquam Imperatorum gentilium. Sigeb. in Chro. vnde igne cælesti periit, Sigeb.

Cum Habdala Saraceno pacem ea lege fecerat, vt ille Christianos, qui in ipsius essent dominatu, affligeret. Blond. lib. 1. Deca. 2. à Theodora seu Irene eius cadauer defossus, publicè crematum est. Sabell. Enn. 8. lib. 8.

HVMANA.

Saxones vel Thuringi, itémque cæteræ, quæ iuxta Rhenum sunt nationes, ex antiquo Francis tributariæ (Nota) leguntur. Quibus deinde à regno eorum deficientibus Pipinus genitor Caroli bellum intulit, quod tamen filius maiore fœlicitate peregit. Helmoldus in Chronis Sclauorum, cap. 3.

Abdala 100. armatis nauibus ducem Manucha præficiens mare Medit. infestat & Christianos atrociter necat, Cassinensi monasterio euerso. Chron. Cassinense.

An. 771. moritur Afcia primus Aragoniæ comes, qui Iaccam ciuitatem, multas arces & oppida à Maurorum seruitute liberauit. Balindus f. successit. Vasus.

Carolus Magnus Aquitanos omnes & Vascones in deditionem accipit, & bellum Aquitanicum finit capto Hunaldo duce Aquitanix, & tota eius familia. Iuxta Dordonam fluium ædificat castrum Francicum (sic enim legitur apud Eginardum) siue, vt vulgò, Fronciacum (quasi, vt quidam ludunt, Frons Saracenorum.) Sigeb.

Lescus quispiam primus apud Polonos equi sui calces ferreis soleis munit, cū equi de more illius tēporis soleas nullas haberent. Crom. hist. Polo. lib. 2. Paulò ante an. 800.

CVM optimo quouis pontifice comparari potest. Eo nemo post Petrum, Romanorum pontificū diutius vixit.

Instituit diplomata, seu literas apostolicas, quas Bullas vocant, plumbo obfignari, vt diuturnius esset sigillū: nam antea vrebantur cera. Polyd. Virg. lib. 8. de inuent. rerum cap. 2. Alij hoc referunt ad Stephanum 3. Statuit vt quotidie in atrio Latēranensi alerentur 100 pauperes. Plati. Scripsit libros contra Iconomachos. Sigeb.

A castitate, fortitudine animi & liberalitate in pauperes commendatur ab historicis. Tyberi exundante, lembis & scaphis victum aduchendum curat iis, qui erant aqua circumfusi. Romæ aquæ ductus, muros, templa & alia ædificat: captiuos pecuniæ vi liberat.

Leo, mali cõrti malum ouum etiam sacris imaginibus

Anni Christi.

Principibus. Constantino Imp. octogesimo secundo.

Abdala Babylonix & Persiæ Miramolino vigesimo primo.

Hispaniæ vero Abderamē.

Ghermaaser Aethiopiæ.

Desyderio Ital. Reg.

Carolo I. Magno an. 46. Franc. Reg. decimo nono.

Aurelio Hispaniæ.

CONCIL. Lateranense Episcoporum Gallix 12, & plurimorum Italia, contra Cōstantinum pseudo-papam Desiderij regis. Long. fratrem ex Mutioli. 7. Plati. Palmer, Sigeb. Aemil. lib. 2. Nauclet. In eo damnatur. 7. falsa synodus Cōstantinopolitana contra imagines.

768

4856

772

98 O ADRIANVS I. Romanus an. 23. mens. 10. di. 17.

4860

4884

796

Patriarchis.

Constantinopoli Niceta Iconomacho, deinde Paulo 4. an. 4. mens. 6. dies. 13. Tarasio an. 21. m. 1. d. 25.

Anni christi.

Principibus. Constantino 5. octogesimo secundo. Postea Leone 4. eius fil. an. 5. Imp. usque ad Etrenem Imperatricem an. 10. cum fil. Constantino 6.

Abdalo deinde Abdala secundo, siue Madlth an. 18. Moysē an. 21. Babylonix & Persidis Miramolino.

Hispaniæ vero Abderamē, deinde Hissēm siue Izeca, qui & Isimen an. 7.

Saliuba Aethiopiæ & per ordinem Callula-Sion, Sargue, Zarai, Bagaharnat, Gianscheda.

Desyderio Ital. Reg.

Carolo I. Magno Franc. R. decimo nono.

Silo Hispaniæ quadragesimo an. 8, deinde Alphonso cog. Casto an. 41.

773

CONC. Lateranense (quod Sigeb. vocat vniuersale) presente Carolo & Episcop. 153. Sigeb. & lib. Concil.

Hispanicum contra Felicem hereticum. Annoni. lib. 4. cap. 83.

Duriense an. 779. Regi. lib. 2. Genuense. lib.

779

Anni mundi.

bus bellum indixit. Iacobitas Hereticos è Syria in Thraciam collocauit. Zo. 3. Diac. lib. 23. Rom. Noli mirare, si mox imperium per Rom. pontificem ad alienos translatum sit. Zsu. bid per totum sui regni quinquennium cum Irthuma & Madaij Arabum regibus. vario Marte in Asia & Syria confligit. Diac. lib. 23.

Bulgarum regem Telericum à suis fugatum excepit an. 778, quo anno Carolus Longobardorum regnum vastauit. Schanaburgense Chro. Hildebrandum Spoletanorum ducem sequenti anno se sponte subiicientem amplectens. Sig.

Coronam ex Iaspidibus & aliis gemmis confertam ex ecclesia abstulit & suo capiti imposuit, sed paulò post febre correptus interiit. Diac. lib. 23. Blond. lib. 1. dec. 2.

An. 781. Lapidea arca effoditur cum hac inscriptione, Christus nascetur ex virgine. in eum credo &c. Diac. li. 23. Sig. Platonem fuisse multi existimarunt. Gigas in Floribus temp.

An. 786. Politianus episcopatum Alexandrinum inter Saracenos administrabat.

Carolus in Italiam ab Adria. vocatus contra Longobardos, inuiti & nolētis Pont. pedes exosculatur. Plat. Aemyl. lib. 2. Donationem à Pipino patre factam Rom. Ecclesiæ non tantum confirmauit, sed etiā auxit. Plat. Adr. in epist. conc. Luer. & epist. ad Cōstantinum & Irenem. vel potius restitutionem. Nam Pipinus duntaxat pontifici à Longobardis erepta restituit. Hist. or.

Vicit Longobardos capto Desyderio eorum rege 22 & vltimo, in quo defecit regnum Longobardorum ab Alboino acquisitum, ab Auhari & Agilulpho formatum, anno postquam Italiam occupauerant 206, siue 213, siue 224 (neque enim conuenit inter scriptores) Blond. dec. 1. lib. 2.

Paulò post etiam regnum Boiorum finit, Tassilone Desiderij genero rege eorum nouissimo & filio Dedone, qui propter Desiderium bellum mouerant in monasterium detrussit.

Eodem an. Carolus ritum cantus ecclesiastici authenticum è Romana ecclesia, accersitis ex vrbe summis musicis, in Gallias transfert. Sigeb. Aemil. lib. 2.

Adelgisum Desiderij filium, qui ad Græcos confugerat, & contractis copiis Constantini consensu & auxilio ad recuperandum regnum Longobard. redierat, delect & perimit. an. 789. Sigeb.

In Agyptum & Africam Christianis pauperibus elemosynas misit. Sigeb. Carthaginem. Vsperg. Hispaniam vsque ad Cordubam recuperauit profligatis Saracenis. Ptol. in rudimento, Plat. in Adriano. Compostellensem ecclesiam locupletauit. Erphordensis lib. 58. Albinus consilio in sacris rebus omnia gerebat. In terris occupatis, passim Episcopatus & scholas constituebat ad fidei propagationem, in quibus Græcæ & Latinæ literæ docerentur. Crantz. ius lib. 1.

Hispaniam transit & Nauarram cepit & duos Saracenorum regulos sibi subiecit. an. 778. Sigeb. Regino.

Caroli Magni tempore Ogerus Danorum Dux Indiam superiorem occupauit & Ioannem regis Frisonum filium, presbyterum Ioannem dictum imperio præfecit, ei que 14 Barones qui alias vicinas terras tenebant, subiecit, vt vbi Christiana religio permaneret. Vuernerus in fasciculo temporum. An id verum nescio. Nam non video qua parte Dani per tot terrarum & æquorum spacia

4888

in Indiam peruenire potuerint. Me mouet tamen, quod paulò post Elfredum Anglorum regem sub an. 870. multa munera per Sigelium Schireburgensem episcopum ad S. Thomam Indiam misisse ait Vuilhelmus 2, cap. 16 de Anglis.

Carolus rex Francorum & Longobardorum, Patrius Romanorum nostris obtemperans monitis, arque nostram in omnibus adimplens voluntatem, per sua laboriosa certamina plura dona in perpetuum obtulit possidenda, tam prouincias quàm ciuitates seu castra, & territoria, imò & patrimonia, quæ à perfida Longobardorum gente detinebantur. brachio forti, eiusdem Dei Apostolo restituit, cuius esse dignoscantur. *Adrianus in epistola in Concil. Lateranensi habita, & epist. ad Constantinum, & Irenem Augustos missa* Ne quis putet Carolum Mag. quicquam de suo dedisse Ecclesiæ.

Trecentis etiam primis annis vsque ad Constantinum Christi & martyrum facta, vt eorum memoriam in oculis perpetuo ferrent, alij in tabulis expresserant, alij in vestibus sacratis, alij in pretiosis repositoriis, in quibus incruenta sacrificia peragebantur, imagines pinxerant. Et sanè hæc euidenter ad nostra vsque tempora ostenduntur, durabuntque per sæcula. *Actione sexta Nicena 2.*

Tolericus Bulgarorum dux baptizatur an. 778. *Sigeb.* An 782. Sanguis de cælo in terram profluxit, qui significauit funestos conflictus Francorum & Auarum. item Auarum & Boiorum, denique Auarum & Francorum, in quibus omnibus Carolus victor euasit. *Sigeb.*

Thesias Arabum dux Emesæ Iudæos & Christianos ad Menzerizandum (id est, characteres Mahometis accipiendum) compulit. *Diac. lib. 23.*

Spoletini, & Reatini sese & vrbes agròsque S. Petro & Rom Pontifici subdiderunt. *Aemil. lib. 2. Blond. decad. 2. lib. 1.*

Leo 4. Imp. Coronam auream, quam Mauritius Deo uouerat, ex ecclesia S. Sophiæ abripiens & capiti imponens, carbunculis in eo enatis febre correptus miserè perit, vltione diuina, vt putatur. *Blon. dec. 2. lib. 1. Plat.*

In concilio Lateranensi confirmatio Rom. Pontificis, Archiepiscoporum & Episcoporum cum omnibus inuestituris sub pœna anathematis & bonorum publicatione concessa est Carolo Mag. *Sigeb. & Ca. Hadrianus. & Ca. in Synodo 63 dist.* Ita tunc primum tutela Rom. Pontificis à Constantinopolitanis Imp. ad Carol. Magnum Imp. & eius successores translata est.

Iuardus an. 770 iussu Caroli martyrologium post Eusebium, Hieronymum. Bedam scribit. *Bergo. li. 10. Hedio. lib. 6. cap. 22.*

Paul. Diaconus Aquileiensis Cancellarius Desyderij simul cum eo à Carolo captus, integram Historiam Longobardorum, siue Langbardorum; annorum 205, vsque ad an. Christi 773 conscripsit.

Eutropij Romanæ historiæ Ecclesiasticam immiscuit, duòsque alios libros à Iuliano ad Iustinianum primum vsque adiecit, Senex admodum obiit in Casinensi cœnobio. *Sigeb.*

An. 790. Flaccus Albinus Gallus iuxta Bergomensem lib. 10. Anglus iuxta alios, veteris & noui testamenti textum Caroli Mag. iussu correxit. *Sigeb. & ipse epistola sexti lib. in Ioan.*

Anni
Christi.

790

786

S. SEPTIMUM vniuersale Concilium, Nicenum 2. contra Iconomachos pro retinendis imaginibus, Episc. 350. Palmer. in Chro. siue 325. Naucl. siue 306, siue 342, siue 330. Cui loco Adriani (qui illud celebrandum curauerat) presuerunt Petrus archiepiscopus, & Petrus monachus presbyter. Abb. Vsperg. lib. conc. Adriani illud confirmauit. Iuo Parte 4. cap. 127. & 128. Ex eo quoque testimonium sumit Nicolaus primus ad Michaelem. Imp.

Anglicanum.

4882

800

Ethnici

Anni
Christi.

796

794

Francfordiense, Episcoporum Gallo. Germa. & Itolorum, presentibus legatis Adriani, Theophilo seu Theophylacto, ac Stephano episcopis, contra Felicem Vrgelitanum seu Orieltanum Episc. qui adoptionem humanæ naturæ Christi inducebat. Annoni. lib. 4. de gest. Franc. cap. 85. Aemil. lib. 2. Abb. Vsperg. Ferunt aliqui in eo concilio damnatum fuisse Concilium Elibertinum episc. 19 presb. 36 in Hispania paulo antea celebratum. Errant Magdeburgenses rapsodi, qui istud Concil. referunt ad annum 700. Aiunt etiã in eo damnatum Nicenum 2, de quo in margine.

Forouiliense in Aquilegia præside Paulino Aquilegiensi de fide & moribus, maxime de Trinitate contra Felicem. tom. 3. Cone.

Bauaricum contra Felicem. Anno. lib. 4. cap. 33.

Ratisbonense contra eundem. Sigeb.

800

Anni
mundi.

4884

4888

Ethnici (i. Saraceni septies à Constantino expulsi Hierosolymis, denuo eam adoriuntur & capiunt & Iohannem Patriarcham eiiciunt, sed ille restituitur recuperata vrbe postquam Carolus copiis Imperatorem adiunisset. *Henric. Erfordiens in vita Constant. c. 69.*

Madij Saracenus Christianos obsidet in Natolia vr-bibus. *Diac. lib. 23. Rom.*

Aaron alius Saracenorum dux multa mala Christianis infert, etiam postquam pacem cum Imperatrice agitasset. Nam in Cyprum irruit, Capadociam, Gallatiam, Romaniam. *Diac. Ibidem.*

Felix, cui adhærebat Eliphandus Toletanus episcopus, Ratisbonæ de errore conuictus missus est Romam, vbi coram Adriano pont. Palinodiam cecinit & suæ ecclesiæ restituitur. *Annal. Franc. aliunde videtur errorem contraxisse. Nam Beda in 7. c. 10. Noua hæresis (inquit) in Angulis occulte susurrat, Christus est adoptiuus. Christus nuncupatius est Deus.*

Aiunt Ado Viennensis ætate 6 & Regino lib. 2 Chro. Pseudonymam Nicenam, quam Septimam Græci appellant, pro adorandis imaginibus Synodo Francfordiensi abdicatam penitus. Quod si verum est, cum Nicena illa deinceps obtinuerit & pro Oecumenica recepta sit, prouincialis hæc Oecumenicæ derogare non magis potest & debet, quàm illa Cypriani Africana, quæ cum cætera rectè statuerit, prauè Anabaptismum contra Romanam defendit. Præterea vt nec statim nec absque magnis dissidiis Calcedonenis illa sanctissima probata est, vt apparet è Diui Gregorij epistolis ad Brunichildam & alios, in quibus docet ne tum quidem post annos fermè ducentos in Galliis fuisse receptam penitus, sic hic potuit contingere. Adde Patres, qui Francfurtum conuenerant, non satis habuisse perspectum Nicenæ sententiam, ac fuisse deceptos falsis rumoribus & scriptis. Nam contra eam sic dimicarunt, ac si ad statuendam imaginum adorationem simpliciter incubisset, cum potius de retinendis imaginibus sanxisset & egisset aduersus Constantinopolitanam septimam Pseudonymam, quæ de illis confringendis & quinino tollendis, paulò antè Canones tulerat. Alioqui hæc cum illa idem planè iudicauit ac censuit. Nam libri illi quatuor, qui nomine Caroli Magni & Synodi Francfordiensis circulerunt, & quos superbe hæretici contra Nicenam ostentant, passim inculcant retinendas esse SS. imagines in ornamentum ecclesiæ & memoriam rerum gestarum (hæc eorum verba sunt in præf. & lib. 2. c. 2. & alibi) seque duntaxat armant aduersus nescio quam prætentam imaginum adorationem, quam nec Nicena ipsa agnouit Iconomachos autem expugnant cum alibi tum præfatione libri primi. Et Claudius à Carolo ipso Taurinensis episcopus constitutus, dum eas è sua diocesi subtulisset, statim vt hæreticus exceptus est ab ipsismet Gallis episcopis, qui maxima pars fuerant Francfordiensis Synodi. Hinc contra istum Ionnæ Aurelianensis libri ad Ludo. Pium de imaginum cultu.

Anno 791. *Palmerius & Polyd. lib. 4 de Anglis.* Academiam olim Athenis Romam attractam Carolus Mag. Lutetiam transfert. *Vvernerus in Fasciculo.* Idque opera 4 Monachorum Bedæ discipulorum Rabani, Albani, Claudij, Iohannis Scoti, Erfordiensis, cap. 69.

Ac

Ac tanta illam prouentuum ac possessionum amplitudine locupletauit, quantam vix omnes Gallia ac Germania, quæ inde postea nata sunt, academiæ possent æquare. *Curio lib. 2 Chronologie.* Ita tribus aut quatuor sæculis extinctum literarum lumen, in mundo rursus accendit. *Ibid.*

HUMANÆ.

Sub Mose Saracenorum Miramolino Arabes intestino bello in varia Domina dispersuntur.

774 Idnabala Saracenus Cæsaraugustæ regulus ab aliis regulis domestica seditione pulsus à Carolo Magno restituitur & finitimi reges vectigales fiunt. *Vasens ex Annal. Franc.*

Vindekindus Saxonum dux an. 777 cum Saxones victi essent & à Carolo fidem suscipere, in Normaniã fugit, inde postea rediturus & bellum renouaturus. *Sigeb. Regino.*

Saxones cæsis suorum 30 mill. sese tandem post bellum 33 annorum Carolo dedunt, & quia à Christo defecerant, Christiani iterum fiunt, & Vindekindus eorum dux ex sacro fonte à Carolo suscipitur. *Sigeb. & Chron. Misens. Krant. lib. 2. hist. Sax. cap. 6. Eginhar. Anonius lib. 5. cap. 1. Helmold. in Chron. Slauo. cap. 3.*

Ad Albim flu. Bargadauenses & Norduitæ sese ei dedunt & fidem Christi suscipiunt. Saxones Orientaliores & Slani ultra & citra Albim habitantes ei paulatim subiiciuntur an. 780. *Sigeb. Regino, Magdeburgo ampliato. Cramzins.*

An 784 Daci in Anglia à Bitrico rege Saxonum Occidentalium repelluntur. Sed illi haud multo post reuersi bonam eius partem occupant. Ita regnum Northumbriæ ab illo anno per an. 30 & amplius tam finitimorum, quam Barbarorum iniuriis expositum fuit. *Polyd. lib. 4. Aug.*

Primus Flandriæ, quæ tunc erat vacua, inculta & nemorosa, an. 792 Comes designatur à Carolo Lidericus Harledecensis. *Iac. Meier. de Fland. Sigeb.*

P DOCTORVM amator, ita vt eos vndecumque præmiis alliceret.

Agrotos visere, eleemosynas largiri, prædicationibus quibus plurimum ob eloquentiam & doctrinam valebat, incumbere, ei peculiare fuit.

Captum Romani excæcauerunt, lingua eius radicitus abscissa. quæ postea ei diuinitus restituta est. In custodiam missus noctu per murum euasit & à Carolo restitutus est. *Regino lib. 2 Chron.*

Litaniae trium dierum ante Ascensionem Domini induxit.

Oravit pro Campulo à quo fuerat verberatus, ne Carolus ipsum capite truncaret ceu seditiosum & Sacræ sanctitatis reum.

Sub hoc pontifice translatum est imperium à Græcis ad Francos.

Carolus Academiam Papiensem instituit. *Gagui. lib. 4. Sabell. Ennead. 8. lib. 9.*

Bononiensem à Theodosio fundatam renouat.

Mutins lib. 9.

Ticinensem condidit. *Polyd. lib. 4 de Ang.*

Osnarburgensem, in qua literas Græcæ & Latinas doceri iussit. *Grantzins in Metropoli lib. 1. ca. 2.*

Anni christi.

796

800

99
P S. LEO 3. Romanus sedit annis. 4.

4844

4888

Patriarcha.

Constantinopoli Tarasio.

Principibus.

Constantino sexto solo Orientis Imperatore an. 5.

Superioribus regnantibus, Usque ad Carolum Magnum Imperatorem Occidentis declaratum.

Et Eirenem solam imperio Orientis potentem.

Et Egbertum Anglorum regnum condentem.

Zeoneghiz Aethiopiæ prætorio, deinde Malgere.

Summa à Christo nato ad hæc noua Occidentis imperia an. 800

Octaua Centenarij finis.

Anni mundi.

Anni christi.

796

Anni mundi.

4884

Parisiensem an. 791. *Palmerius*, de qua paulò antè. Ex Bedæ Angli discipulis monachi quatuor, duo Scoti, & duo Angli Albinus sine Alcuinus & Ioan. Scotus (alius à Fræscano scholastico doctore) Rabanus & Cladius primi posuerunt Theologiæ sedem in Academia Parisiensi, *Gaguinus in Carolo Mag. Robertus Gonletus in compendio de fundatione vniuersitatis Parisiensis.* è qua breui tempore prodierunt innumerabiles Theologi hæreticorum perpetuæ cruce, qui tantam sibi tota Europa famam & auctoritatem compararunt, vt spatio quadringentorum annorum, vix extrâ eam aliquis Theologus alicuius nominis reperitus sit.

De Ioanne Scoto mihi suspectum est, aut fuit longæuissimus. Si quidem vertisse dicitur Ecclesiasticam Hierarchiam è Græco iussu Ludouici 2 Imperat. ad quem fuerat missa à Michaele Constantinopolitano Imp. sub an. 858.

Quin & Franciscus de Zarabellis cardinalis super Clementinam de Magistris q. 5. quatuor studij Parisiensis fundatores nominat Rabanum, Alcuinum, Claudium, & Hæstorum siue Clementem.

Tum floruerunt per ordinem, Rabanus, Angelomus, Haymo, Strabus auctor glossæ ordinariæ (et si hanc palmam Alcuino tribuant Antonius Florentinus & Gaguinus) Bertramus, Remigius Altifiodorensis, Pascasius Corbientis, Amalarius, Anselmus quidam auctor glossæ interlinearis, Ionas Aurelianensis, Icarus & alij vsque ad Hæresim Berengarij ann. 1150, & Scolasticos 12 sæculi.

HUMANÆ.

Alphonsus cog. Castus Hisp. rex virtutibus omnibus ornatus prodicione cuiusdam comitis Gani Carolum Magnum in Roncesualle vicit, qui in Hispaniam venerat, ipsum vt regno pelleret. *Vasens.*

A Mauregato an. 5 à Veremundo annis tribus regno pulsus, restitutus est & post restitutionem regnat an. 32. *Idem.*

Eius anno quinto ad summum pontificatum Leo 3. euectus Compostellam sedem episcopalem constituit, corpore Apostoli diuinitus reuelato, postquam diu latuisset ob Saracenorum persecutiones & dominatus. *Idem.*

Anno regni tertio occidit 70 millia Saracenorum cum ipsorum duce, qui ad Asturias depopulandas venerant. *Idem.*

LIBRI CHRONOGRAPHIÆ
TERTII FINIS.

OCTAVO hoc seculo continuata est doctrina, de qua heretici hodie pugnant. Missa in Germani Constantinopolitani liturgia Theoria, Caroli Magni fragmentis de ritibus veteris Ecclesiæ: Alcuini libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Vualafredi Abbatis libro de officiis diuinis. Maximi monachi de Ecclesiastica Mystagogia. Clauis Ecclesiæ. Absolutio. Beda homil. in die SS. Petri & Pauli, in Marc. lib. 1. cap. 2. Damascenus lib. 4. de Orthod. Confirmatio. Illa vnctio quæ per manuum impositionem ab Episcopis, vulgo confirmatio dicitur &c. Beda in Ps. 26, in 8. cap. Acto. & Hom. in Octaua epiph. Conc. Arelat. cap. 18. Extrema vnctio. Bed. lib. 2. in Marc. cap. 6. Septem sacramenta. Beda tractans illud Matthæi, quoniam Nazareus vocabitur. Si in typo Samsonis gesta consideremus, in eo quoque sacramenta Domini præfigurata cognoscemus. Septem crimes habuit. Hinc septiformis Spiritus & septem Ecclesiæ sacramenta sunt, &c. Quod & ex Augustino citat. Vualafredus Abbas lib. de diuinis officiis, Alcuinus de Ecclesiasticis dog. Liberum arbitrium, Damasc. lib. 2. Orthod. cap. 4. in parallelis. contra Manich. lib. de heresibus. Bed. in 2. c. Genes. lib. 8. in Iob. cap. 8. in Ps. 118. Iustificatio ex gratia fides est charismatum spiritus, non nostre voluntatis, Damasc. lib. 4. de Orthod. cap. 11. Præueniente se gratia mens hominis spontanea ad fructum boni operis assurgit, Beda in Mar. lib. 1. cap. 4. In 3. cap. 1. Ioan. Iustificationem conseruari & augeri bonis operibus Pelagianum dogma non iuuat, quod dicitur de homine se sanctificat, quia id quidem per liberum arbitrium fit, sed non sine diuino auxilio & gratia, Beda in cap. 3. 1. Ioan. lib. 3. in Iob. cap. 1. lib. 6. in Cant. cap. 8. lib. 1. in Prou. cap. 5. 2. 2. in 3. & 12. cap. Exod. lib. 1. in Extran. c. 1. in Ps. 25. 77. 90. Aponius lib. 2. in Cant. Albinus in 3. cap. Eccles. Damascenus in parallelis & alijs li. passim.

4888

800

Primatus Romanæ Ecclesiæ. Beda in Natali D. Benedicti, Carol. Mag. lib. 1. de imag. cap. 6. Damasc. in lib. de defunctis. Patres Synodi 2 Nicenæ, Concilia huius sæculi. Ansbertus lib. 3. cap. 5. in Apoc. Cælibatus sacerdotum. Beda lib. 1. in Lucam ca. 4. Claves Ecclesiæ. Absolutio Ansbertus lib. 7. in Apoc. cap. 16 & lib. 1. cap. 1. lib. 5. cap. 11. Beda in Mat. 16. Ioan. 20. & c. Veritas Eucharistiæ, Transubstantiatio, sacrificium Carol. Mag. lib. 2. de imag. cap. 27. & expressissime lib. 4. cap. 14 & in li. de ritibus veteris eccl. Beda in Boetii li. de Trinit. in Prouerb. lib. 3. ca. 31. in Marc. lib. 4. c. 14. In Luc. lib. 6. c. 22. in Ps. 21. li. de muliere forti. Hom. in Epiphania. lib. 2. de Taber. c. 2. in Ps. 48. Deum pro mortuis per Missarum celebrationes & elemosynas inuocamus. Damascenus lib. 4. Orth. c. 14. Aponius lib. 3. & 6. in Cant. Germa. Constantinop. epist. ad Thomam tom. 2. Conc. & in Theoria Liturgiæ. Ansbertus li. 2. c. 2. in Apo. Unalefridus & Alcuin. ubi supra Pœnitentia & eius partes. Damasc. de Orthod. fide & in Parallelis. Beda in Ps. 1 & 4. lib. 4. in Luc. cap. 15. Aponius lib. 5. in Cant. Carol. Mag. de ritibus veteris Ecclesiæ. Ansbertus lib. 1. in Apoc. cap. 1. Intercessio, auxilia, reliquiæ Sanctorum Beda in cap. 4. Luca afferens post Augustinum lib. 1. de Trin. c. 6 & alibi, distinctionem Græcam de duplici adoratione *κατὰ πρόσωπον* & *δουλεύσας*. Item lib. 2. in Luc. c. 7. lib. 3. in Iob. & de Reuelatione S. Michaelis 10. 7. & in pluribus. Homiliis de Sanctis diuersis. Damasc. in orationibus de natiuit. Virg. & c. in Cant. Ecclesiasticis. lib. 3. de imaginib. lib. 4. de Orthod. cap. 16. lib. pro defunctis. Basilius Ancyranus. Theodorus Hierosol. Tharasisus Const. Theodosius Amorienensis. Adrianus Pap. in 2. Syn. Nicenæ. Cosmas in hymnis. Germa. Const. in Theoria & in epistol. Beda & Isuardus in Martyrologiis, Ansbertus lib. 5. cap. 12. in Apoc. Hæresis contra imagines hoc sæculo præsertim arsit. Hanc refutarunt & earum legitimum usum docuerunt Damascenus lib. 3. item lib. 4. Orthod. c. 8. ubi cultum imaginum Apostolicam esse traditionem docet. Germanus Constant. Gregor. Cyprius, Adrianus Pa. & alij Nicenæ 2. conc. & c. Beda in historia Anglorum sapius. Preces pro defunctis & Purgatorium. integrum de eo opus Damasceni extat ab Oecolampadio defunctorum hoste etiam versum. German. in Liurgia Theoria. Beda in serm. ad populum 10. 7. fo. 503. in pro. li. 2. ca. 11. in ps. 6. in 37. in Luc. ca. 2. Albin. in 1 & 3. Ps. pœnit. & 3 de Trinit. cap. 21. Ansbertus lib. 9. cap. 20. in Apoc. & lib. 10. cap. 21. & ceteri. Superfluum esset cetera capita persequi. Nam pro his omnibus Damasc. quatuor libros de Orthod. fide diuinitissimos condidit. Beda. Albinus libros diuersos, Carolus Mag. fragmenta de ritibus veteris Ecclesiæ. Germa. Constant. rerum Ecclesiasticarum Theoriam & c. Quare & totum sæculum contra se pugnare Centuriatores docent Cen. 8. cap. 2. de loco & propagatione Ecclesiæ sparsim ca. 3. de persecutione & tranquillitate Ecclesiæ. cap. 4. de doctrina col. 300 & seqq. cap. 5. de heresibus. toto cap. 6. de Ceremoniis. ca. 7. de Politia Ecclesiæ. per totum cap. 8. de Schismatibus. cap. 9. de Synodis per totum cap. 10. de Episcopis & doctoribus. sequentibus denique capp. Idem confirmant quotquot isto sæculo scripserunt contra Iconomachos siue Iconoclastas: huius spatij vniuersa concilia, vniuersi denique historici.



CHRONOGRAPHIÆ

GILB. GENEBRARDI THEOLOGICI
PARISIENSIS DIVINARVM
HEBRAICARVMQVE LITERARVM
professoris Regij,

LIBER QVARTVS.



OSTREMVM hunc librum à Carolo Magno auspici-
bimur, quoniam cum eius Imperio, Ecclesiæ regnum
maxima, in nostro Septentrione præsertim incrementa
cepit. Tum Germania, tum Saxonia, tum Dania, Chri-
sti suauitatem gustare cœperunt. Tunc in Polonia reli-
gionis fundamenta publicè iacta sunt. Bulgaria, Vnga-
ria, Boëmia, Moscouia, Lithuania, pleræq; aliæ Septem-
trionis gentes se deinceps Christo dederunt. Denique vt ab Ecclesia siue
sede Apostolica constitutum fuit hoc nouum Occidentis Imperium, ita ex-
titit Ecclesiæ salutare, & fœlix, dum signa in Barbaras & perfidas gentes in-
tulit, eâsq; pietati subiecit. Accedit, quòd interualli à Domini corporatio-
ne vsque ad nos dimidiū in istud sæculum incurrit. Non admodum quidem
refert, vnde exordium ducamus, cum singulis centum annis insignes atque
memorabiles mutationes toto orbe contigerint, quæ merito librum pecu-
liarem sibi possint vindicare. Verum id negotij aliis relinquimus. Interim
quia mirabiles illæ sæculorum vicissitudines in animis pingere possunt vni-
uersæ historiæ breuem quãdam imaginem, ad quam adumbrandam com-
paratur Chronographia, priusquam pergimus, lubet id illustrare exemplo
& duum mille annorū res memorabiliores per singulos, centenarios insigni
humanarum rerum inconstantia documento exortas attingere. Nec altius
incipiemus, quoniam, vt iam pridem memini, ante Monarchiam Persicam
omnia apud exteros sunt incerta.

Sub annum ergo ante Christum quingentesimum plus minus, (Neque
enim necesse est, vt tempus sit tam exactum & definitum) Monarchia Baby-
loniorum Nabugdonosore auctore cœpit, è qua secundum huius operis li-
brum sumus exorsi.

Hinc an. 400. Persarum secunda, quæ appellatur, Monarchia per Cyrum,
à quo res & scripta Græcorum propriè incipiunt,

300. Macedonum siue Græcorum per Alexandrum Magnum.

200. Indorum, Parthorum, Carthaginensium noua regna & principatus.

100. Romanorū per Scipiones & reliquos Rom. duces, qui traiecto Me-

diterraneo in Asia & Africa res gerere cœperunt & prouincias remotiores suo populo subiicere.

o. Regnum Dei, per Christum æternum regem, cuius solium est ad dexteram Patris in excelsis, terra scabellum pedum eius. Constituta Rep. in perpetuam Monarchiam ab Augusto & pace per totum orbem firmata. Atque inde per singula etiã sæcula mirabiles mundi vicissitudines extitere, quas lib. 3. delibare cœpimus.

100. enim anno post Dominũ natũ Imperij ad externos principestranslatio facta est. Neruam, Traianum, Adrianum Hispanos, &c. Vnde deinceps licuit cuilibet quantumuis obscuro & de obscura gente in illud irrepere.

200. Nouum Persarum imperium per Artaxersem, deleto Parthico.

300. Imperij Ro. ad Christianos principes trãslatio Constãtiũ, Cõstantinũ Magn. &c. in quorum potestate perpetuo deinceps vsque ad Turcas mansit.

400. Imp. Ro. laceratio, è qua varia noua regna emerferunt, in Gallia, Hispania, Anglia, Italia, Africa, Asia.

500. Imperij Occidentis extinctio vsque ad Carolum Magn. & in vnos Græcos siue Constantinopolitanos contractio. Clodouei Francorum regis conuersio & sacra inauguratio.

600. Mahometis & Saracenorum apostasia, atque inde nouum horrendũque imperium, quod Miramolinum siue Amira vocatum est, Romano mutilato, Persico exciso.

700. Saracenorum, Arabum siue Alarbarũ, Turcarum, Maurorum noua ac diuersa regna siue Caliphæ & Sultaniæ, in India, Asia, Syria, Aegypto, Lybia, Lybiæ interioribus, Africa, Hispania, insulis maris Mediterranei, Oceani, Aethiopici, Indici, Atlantici,

800. Imperiũ nouũ Occidẽtis per Francos Septentrionalibus gentibus salutare, faustũ, Christi prenuntiũ, è quo huius quarti Libri initium ducimus.

900. Imperij Occidẽtis è Francis ad Longobardos & Germanos non ita scelix translatio, Matri certè sedi Apostolicæ diu luctuosa.

1000. Noua regna Poloniæ, Vngariæ, Boemiæ & Septentrionaliũ populorũ.

1100. Noua regna Occidentalium Christianorum, præsertim Francorum in Asia, Syria, Iudæa, &c. profligatis Turcis & Saracenis.

1200. Nouum imperiũ & Barbaricũ gentis incognitæ Tartarorũ, magna totius Orientis, seorsum Christiani Indorum regni amplissimi calamitate.

1300. Nouum feruile & ferum imperium Othomanorum siue Turcarum magno nostro dedecore, ignauia, veterno, pernicie.

1400. Noũ imp. Tamerlanis Scythæ, q̄ feritatẽ Turcarũ aliquatũ repressit.

1500. Noua imperia Sophi in Perside, Lusitanorũ & Hispanorum in Indiis & nouo orbe, quæ Turcis & Saracenis perniciem videntur ominari.

Paxit Deus, vt iã Christiani suas habeãt vices, & regna Tartaricis, Saracenis, Turcicis, Mauricis armis amissa recuperẽt, impia extinguaũt, noua ad ipsius & Christi sui gloriã condãt in orbe nouo ac veteri, quò corpus peccati deleatur, Perditiõis filius Mahometes interficiatur spiritu oris Dñi, ipse denique Dñs vbiq; agnoscat, regnet, floreat in sæculorum extrema. Amen.

Anni
Christi.

SEPTIMÆ

ÆTATIS SI-

ue vltimæ pars

posterior.

A Caroli Magni Imperio
ad an. 1584

quæ & ipsa in octo sæcula
rectè distinguitur.

800

Octauũ sæculi extremum
& noni principium.

a An. Dom. D. CCC. quo
nouum Occidentis imperiũ
Carolus magnus. Francus
condit, & Egbertus regnum
Anglicum.

900

Decimi sæculi initium.

b An Dom. D. CCCC.
quo Carolus simplex rex 30.
regni Franciæ suscipit, Ab-
deramen Hispaniæ Mira-
molinus fit, infelix sæculum
inchoat.

1000

Vndecimi sæculi initiũ

c An. Dom. M. qua re-
gnum Polonia per Boleslaũ
Hungariæ per S. Stephanum
cœpit, Corbudense in Hispania
Saracenicum desit. Ottho
3. Imp. obiit. quo denique Hu-
gonis Capeti familia se in re-
gno Francorum subactis
competitoribus confirmatam
videt.

Anni
mundi.

Oc nono sæculo Saraceni tentant iterum
Gallias Europa vastatur ab obscurissimis
gentibus, vt Gallia à Normanis, Vngaria
a Bulgariis, &c.

Earum ad Christum plena conuersio.
Carolus cum sua posteritate hoc sæculum metitur.

Nam eius Imp. fuerunt. Carolus Mag. Ludouicus Pius,
Lotharius, Ludouicus 2. Carolus Caluus, Carol. Crassus
Alnolphus.

Pontifices viginti à Leone 3 ad Ioannem nonum.

Precipui scriptores diuini, Carolus Mag. Hincmarus,
Haymo, Angelomus, Amalarius, Rabanus, Remigius An-
tiffiod. Ionas Aurelian. Paschasius, Idiogra, Ansegilus, Stra-
bus auctor Glossæ ordinariæ, Leo Philosophus Imp.
Photius, Theophylactus Bulg. Freculphus Lexouienfis,
Anastasius Bibliothecarius. Ado Viennensis.

Humani etiam sua serie infra per Chronologiam re-
censentur.

Hæretici. Claudius Taurinensis, Theoda pseudopro-
phetissa in Asia. Godiscalcus Gallus, Bertramus. Fredeuar-
dus eques, Ioannes Scotus. Græcorum hæresis de Spiri-
tus S. processione, quæ aperte erumpit Photio Patriarcha
frigidam suffundente.

Caluinitæ. Claudij Taurinensis opiniones laudant, Ber-
trami, Fredeuardi, Godiscalci aliquot capita. In singulis
scilicet sæculis suæ perfidiæ socios habere voluerunt.

b SEPTENTRIONALIVM, vt Moscouitarum, Sue-
corum, Polonorum, Vngarorum, Slauiorũ partium con-
uersio vsque ad ann. 1000.

Monasteriorum & templorum & episcopatum aedi-
ficationes.

Græcæ & Hebraicæ literæ florent.

Latinae iacent.

Pares Franciæ instituuntur.

Impetij ad Longobardos per Berengarium & Saxo-
nes per Conradum translatio, vnde inter vtrosque dissen-
tio an. plus 40.

Ratio eligendi Imperatores instituitur.

Decimi sæculi Pontifices viginti septem vsque ad Sylue-
strum 2, Aquitanum,

Imp. Ludouicus 3, Conradus Germanorum primus,
Henricus 1 Otthones tres.

Scriptores sacri. Gilbertus siue Giselbertus. Radulphus,
Suidas. Oecumenius, Smaragdus, Regino, Moses Bar-
Cepha, Gerardus. Luitprandus. Vuitichindus.

Hæretici. Græcorum schisma contra Latinos. Noui An-
thopomorphitæ in Italia. Manichæorum quædam se-
cta Philippopolim translata.

A Caluinitis Schisma Græcorum, cuius causa à Turca
absorpti sunt, probatur. Aliqua habent cum Manichæis
communia.

c M V N D V M ignauia tædet.

Pietas exardescit.

Infinita monasteria apud Græcos & Latinos construun-
tur.

11 Sæculi Pontifices vnde viginti vsque ad Vrbanum 2 Gal-
lum.

Imp. Henricus 2, Conradus 2, Henrici 3 & 4.

Scriptores. Fulbertus Carnotensis, Humbertus, Heri-

bertus Abbas, Euthymius, Ioan. Xiphilinus, Berno Augiensis, Algerus, Bruno Herbipolens. Albericus. Petrus Damianus, Leo 9. Lanfrancus, Adelmannus. Brixienfis, Guimundus Auerfanus, Therianus, Leontius, Hermenopolus. Hildebertus Turonenf. Hildebertus Cenomaneuf Lambertus Scanaburgens. Sigebertus, Anselmus Cantuariensis. Ino. Minardus, siue Meginhartus, Burchardus Marianus Scotus. Ioan. Micrologus, Hermanus Contractus.

Heretici. Berengarius. Bogomili; Basilius monachus, Henriciana siue Simoniaca hæresis ab Henrico quarto Imp.

An se Berengarianos, Bogomilos, Henricianos, Calunitæ negare debeant, vel velint ipsi loquantur.

1100 d. TO TVM hoc sæculum transigitur in terra sancta, à Gallis præfertim.

Factiones Gibellinorum pro Imp. & Guelphorum pro Pontifice.

Theologia Scholastica fundatur per Bandinum, Petrum Longobardum, &c. propter subtiles Græcorum cõtra Latinos disputationes de trinitate, de processione Spiritus S. Berengarium & Petrobusianos de sacramentis, Porretanum & Aballiardum Theologiæ miscentes Philosophiam, vt subtiles illæ quæstiones deciderentur & amputarentur.

Ordines Hospitaliorum, Templariorum, & similium contra Turcas instituti & confirmati.

12. sæculi. Pontifices sedecim vsque ad Cælestinum.

Imp. Henricus 5. Lotharius Saxo, Conradus 3. Fredericus Aenobarbus. Henricus 6.

Scriptores. Petrus Alphonfus, Honorius Augustodunensis. Odo Cameracens. Hugo Victorinus, Rupertus Tuitiensis. D. Bernardus, Petrus Cluniacensis, Richardus Victorinus, Bandinus, Petrus Longobardus, Hugo Etterianus, Leo tuscus, Io. Salisburienfis, Anselmus Anelbergens. Potho presbyter, Berengofus, Ecbertus, Petrus Blesensis, Petrus Rhemensis Cantor, Otho Frisingensis, Marcus Alexandrinus, Theodorus Balsamon, Zonaras, Cedrenus, Conradus, Abbas Vspergensis, Hugo Lincol. Nicetas Coniates. Saxo Grammaticus, Conradus Hirsaugiensis, Ioan. Beletius, Gratianus, Petrus Comestor, Helmandus, Guliel. Tyrius, Hildegardis & Mechthildis feminae eruditæ. Samuel. Israelita.

Heretici. Clancularij Berengarij, Duradus de Vvaldach, Tendemus, Henriciani, Petrobusiani, Arnoldus Brixianus, Porretanus, Petrus Aballiardus, Eudo de Stella, Apostolici, Publicani, Cathari siue Patareni, Infabbati, Corterij, Vvaldenses siue pauperes de Lugduno. Agenenses, Hæretici de Barulo. Hæresis de Dogmate Dei Mahometis: Hæresis de corruptibilitate diuinorum mysteriorum.

Calunitæ in multis conueniunt, cum Henticianis, Petrobusianis, Apostolicis, Publicanis, Patarenis, Vvaldensibus, Agenensibus, Hæreticis de Barulo.

CHRISTIANORVM per Tartaros vastatio in Oriente & Septentrione

Expeditiones in terram sanctam ob eius amissæ recuperationem.

Scholastici doctores innumeri.

Ordines mendicantium sub principium huius sæculi. Ita inter superiores recentiores ordines & hos vix centum anni intercedunt.

Anni Christi.

Anni mundi.

Duodecimi sæculi initium.

1100 d. An. Do. M. C. quo Urbanus auctor expeditionis in infideles moritur. Godofredus rex Hierosolymorū constituitur. Paschalis 2 pontif. max. eligitur, Bernardus Patriarcha Antiochenus, Dabertus Hierosolymitanus primi e Latinis.

Decimi tertij sæculi initium.

1200 e. Ann. Dom. M. CC. quo tartari gens ante hac ignota regnum suum condūt delecto presbytero Ioanne Indo. Noua regna Scotia, portugalica, Boemia exoriuntur. Constantinopolis capitur à Francis & Venetis. Philippus Aenobarbi f. Imperium Occid. suscipit.

Anni Christi

Anni mundi.

13. sæculi Pontifices duodeuiginti vsque ad Bonifacium octauum.

Imp. Philippus Aenobarbi F. Ottho 4, Fredericus 2, Conradus 4, Rodolphus, Adolphus.

Scriptores. Innocentius 3, Gulielmus Pariensis, Ioa-chimus Abbas, Alexander Halesius, Bonauentura, Albertus Mag. Thomas Aquinas. Aegidius Romanus, Ioannes Scotus, Iacobus Victriacus, Richardus de Media villa. Henricus Gandauens & plerique alij Scolastici, Nic. Cabasilas, Hugo Cardinalis auctor Concordantiarum, Vincentius Beluacensis, Durandus episcopus Mimatenfis, Accursius. Nicolaus Liranus.

Heretici. Albigenfes siue Albiani, Almaricus, Baiolenses & Concordenses Albigenfium secta. Petrus Ioannis, David Dinatius, Gulielmus de S. Amore. Desiderius Longobardus. Raimundus Lullus, Hermannus Italus.

Calunitæ hos habent patres Albigenfes, Almaricum, Petrum Ioannis, Desiderium Long.

f. BOSSVLI siue aciculæ marinæ inuentum.

Turcarum in Oriente inter se & cum Christianis conflictus varij.

Vbique calamitas.

14. sæculi Pontifices decem vsque ad Bonifacium nonum.

Imp. Albertus primus. Henricus 7. Ludouicus 4. Ba-uarus, Carolus 4. Vuenzeslaus.

752 Sriptores. Guliel. Nangiicus, Alanus Insulensis. Nicephorus Calixtus. Bartholus, Georgius Pachimeres, Ioan. Cantacuzenus, Maximus Planudes, Durandus de S. Pontiano, Guido Carmelita, Martinus Polonus, Gregor. Ariminenfis, Ioan. Andreas, Paulus de Perusio. Ioan. Hisdinus, Franc. Petrarcha, Radulphus Tungrenfis Franc. Maronis Sorbonicæ inuentor, Guillelmus Occam, Astefanus, Nicephorus Gregoras. Aluarus Pelagius, August. de Ancona, Herueus, Gulielmus Antiffiodorensis.

Heretici. Fratricelli, Templarij, Dulcinistæ, Barlamus & Acindinus, Iacobus Iusti, Begardi & Beguinæ, Flagellantes, Lothardi, Ioan. de Poliaco, Bononarus, Marsilius Patavinus, Bartoldus de Borbach, Bartolomæus Ianouesius, Adamitæ in Boëmia, Ioan. Vuicleffus, Guil. Albus, Turelupini.

Calunitæ conspirant cum Fratricellis, Begardis & Beguinis, Flagellantibus, Lothardis, Marf. Patauino, Io. Vuicleffo.

g. EMANVEL Chrysoloras studia Græcarum literarum in Italiam refert.

Vssumcassanus Persiam rapit.

Ars Typographica reperta.

15. sæculi Pontifices tredecim vsque ad Alexandrū sextū. Imp. Robertus. Sigismundus, Albertus, Fredericus 3. Maximilianus.

Scriptores. Paulus Burgensis, Io. Gerson. D. Antoninus, Blondus, Aeneas Syluius, qui & Pius pont. Frossardus, Leonardus Aretinus, Capreolus, Petr. de Aliaco, Thomas Campesius, Ioan. Dominici. Io. de Turrecremata, Baldus, Angelus. Thomas Vvaldensis. Matthæus Palmerius, Bessario Card. Marcus Ephesius, Laonicus Chalcondylas, Ioan. de Indagine, Dionys. Carthusianus, Platina. Franc. Philelphus, Ioan. Trithem. Baptista Ferre. Sabellius, Gabriel Biel, Albertus Crätzius, Matthias Palmerius Pifanus, Ioan. Nauclerus, Ioan. Maior.

Decimi quarti sæculi initium.

1300 f. An. Dom. M. CCC. quo Otomanus Turca de genere Scytharū siue Magog Turcicum Imperiū condit, Antichristi regnum fundans.

Et sedes Apostolica in 70. annos Auenionem Clemens transfert.

Et Albertus primus Imperium Occidentis adit.

Decimi quinti sæculi initium.

1400 g. An. Dom. M. CCCC. quando Tamerlanes mundi terror, & Græca litera in Italiam reducuntur, è qua 700 annis exulauerant, quo denique Robertus Palatinus comes fit Occid. imperator.

Heretici. Ioannes Hus, qui anno 1401. se prodit, Hieronymus de Praga, e quibus varia & multiplices sectae Zisca.

In Caluinitis saeculo sequenti renascentur. h RELIGIONIS in deterius mutationes, apud mahometanos per Ismaelem Sophum in Perside, Per Cheribum in Africa.

Apud Christianos per Lutherum in Germania, per Caluinum in Gallia, per alios alii in locis.

In melius per Lusitanos in Indiis, per Hispanos in nouo orbe, vt quando in aliquibus locis fides deficit, in aliis proficiat.

Linguarum professio exoritur in Germania, Gallia, & aliis locis per Andronicum Contablam Graecum, Lapidanum, Reuclinum Capnionem, Galatinum, Sancten Pagninum.

Haereseon fructus per totam Europam caedes, seditioes, intestina bella, sacrilegia, Simonia, latrocinia, Circumcelliones &c.

16. saeculi Pontifices duodecim vsque ad Gregorium decimum tertium.

Imp. Maximilianus idem, Carolus 5. Ferdinandus, Maximilianus 2. Rudolphus 2.

Scriptores. Ioan. Ekius. Ioan. Roffensis, Thomas Morus, Thomas Caietanus, Ambro. Catarinus, Ioan. Gropperus, Stanislaus Hosius, Reginaldus Polus, Gaspar Contarenius Cardinales, Hieronymus Seripandus, Aloisius Lipomanus, Cornelius Iansenius, Vuillelmus Lindanus, Hieronymus Oforius, Melchior Canus, Fridericus Naussea. Claud. Sanctius episcopi. Syluester Prieras, Conradus Brunus, Ioan. Cochleus, Ioan. Driedo, Ioan. Arbores. Iodoc. Cliroueus, Albertus Pighius, Erasmus Roterodamus, Sanctes Pagninus, Petrus Galatinus, Fredericus Staphylus, Petrus Soto, Alanus Copus, Ioan. Hefselius, Petrus Canisius, Franc. Turrianus, Sixtus Senensis, Laurentius Surius, Nicolaus Sanderus, Guill. Alanus, Claudius Spenceus. Anton. Demochares. Iacobus Billius, Gentianus Heructus, Iac. Pamelius & innumera biles alij.

Heretici, Lutherani, qui & Protestantes, Zuingliani, Caroloftadiani, Seruetiani, qui & Samofatenses. Anabaptista, Osiandrini. Antofandrini, Mediosandrini, Stancariani, David Georgius, Trinitarij, Antitrinitarij, Autotheani, Campanista, Caluinista, siue Huguenotij, Anticaluinista, Lutherocaluiniani, Adamista in Hollandia, Suencfeldiani, Antisuencfeldiani, Confessionista, Stoici siue Illiricani, qui & Flacciani, Adiaphorista, Ancadiaphorista. Impositorij, Bisacramentales, Trisacramentales, Quadrisacramentales, Recalcitrantes, Vbi quitarij, qui & Brentiani, Bibliista, Ansdorfiani, Maiorista, Tropista, Antidemoniaci, Infernales, Adessenarij, Antinomi, Athei siue Epicurei, Puritani & Laicocephali in Anglia. Vncti in Surria comitatu Angliae. Familia de amore, & Illuminati in eadem Anglia, cum multis aliis, ita vt non modo a nostris Hostio, Lindano, Praeolo, Staphilo, Sanctio, verum etiam ab ipsismet, vt Lanathero, Lipsiensibus, &c. plus ducentae sectae numerentur.

Caluinita cum his omnibus in aliquo scelere coniunguntur. Nam istorum omnium sunt colluies.

Anni Christi.

Anni mundi.

Decimi sexti saeculi initium.

1500

h An. Dom. M. D. quando nouus orbis aperitur, Ludouicus 12. Pater populi dictus regnum Galliae inuit, Sophus Persarum.

Quae sic membratim demonstrari possunt.



Anni Christi.

Anni mundi.

SEPTIMAE AETATIS, siue vltimae.

Pars posterior, quae incipit anno mundi 4888. Christi 800, ab Eirena sola imperante in Oriente, Carolo magno imperium nouum Occidentis suscipiente, Egberto Anglorum regnum condente ad annum 1584.

799

800

a LEO tertius. Sigeberto. 4. Roman. sedit an. 4.

Patriarcha. Constantinopoli Tarasio.

Principibus. Constantino 6 solo Orientis Imperatore octogesimo quarto.

Mauregato & Veremundo an. 3. Hisp. regnum occupantibus. Vsque ad imperatoriam consecratione Caroli Magni.



ORONAVIT an. 800 vel 801 in Imp. Carolum Magnum, petente vniuerso populo & ter acclamante, Carolo Augusto & a Deo coronato magno & pacifico vita & victoria, ipsa nocte Natalis Christi. Inde factum est vt etiam hodie imperatores Occid. inungantur & consecrentur a Rom.

Pontifice. Sabell. Ennead. 8, lib. 9. Blond. Dec. 2, lib. 1. Annoni. lib. 4, cap. 90. Sigeb. Deinceps imperium Romanum, siue Occid. mansit penes Francos plus 100 annis.

Ita Carolus Mag. factus est primus Imperator Occidentis post vltimam Valentiniani caedem iure & nominatione Ecclesiae ac gratia Apostolicae sedis, vt eius veluti brachium dexterum esset. Deinde transactione cum Imp. Graecis, quae tamen facta est autoritate Romani Pontificis. Nam Carolus legatos Michaelis Curolopatas ad Leonem 3 remisit, vt ab eo libellum foederis acciperent. Vnde tam ipse quam successores exceptis aliquot posterioribus Imp. Germanis non se putabant satis in imperio firmatos, donec coronam auream essent cum sacra vnctione ab ipso Rom. pontifice consecuti. Contra eos qui iure belli factum imperatorem tradunt. Nam non occupat armis imperium Occidentis, minus Italiam & urbem Romam, vt qui ad eam duntaxat vocatus contra Longobardos venisset, tanquam amicus, & socius Italiae, filiusque Ecclesiae non tanquam hostis.

Honorabilem & venerandum virum eum appellat Zona, 10, 3. castum, facundum, constantem, liberalem in pauperes Antoninus lib. 14. Tardum ad irascendum, velocem ad condonandum & mitem, Ioan. Oppidanus, doctum & sapientem Bonfin. dec. 1, lib. 9. Amantem virorum doctorum lib. Pontif. cui diuinitus visus & vox reddita sint cum ab aduersariis vtroque fuisset orbatu. Sigeb. vocis non meminit. Diac. lib. 2, Rom.

Carolus conuenit de diuidendo Imperio cum Eirene postea cum Nicephoro vt ille Orienti, ipse vero Occidenti praeset, Venetiae vero sui iuris inter vtrumque essent. Plati. Blond. dec. 2, lib. 1.

Hac pacta postea renouauit Michael Curolopates an. 812. deinde Ludouico filio Caroli Leo Imp. post Michaellem.

Hinc deinceps qui in Gallia & Germania fuere Imp. dicti sunt Occidentis, Constantinopolitani autem Orientis, vbi notent & vlciscantur Imperatores & Principes Christiani atrocem iniuriam sibi a Centuriatoribus factam, qui Cent. 8, cap. 10. in Leone P. arribuunt ipsorum Imperij creationem, siue translationem praecipuis Antichristi operibus.

Per Daciam Metanastas & lazyges transiens Sacro-
dores passim iussit Christi religionem populo tradere.
Bonjin. rer. Vngar. lib. 9. dec. 1.

In Pannoniis Slaui & Hūni conuertuntur per Bonifa-
cium, qui ibi diaconos & episcopos constituit. *Mutinus
in Chron.*

Ex Holfariæ ecclesia per Heridagum, qui primus illic
episcopus à Carolo constitutus est & Ansgarium succes-
sorem in omnes Slaui & Danorum regiones fides
propagatur. *Hemoldus cap. 3. & 4.*

In Suecia per Herbertum Lincopensem, qui ab eodem
Carolo ad Biornium regem Sueuorum & Gotthorum
mixtus fuerat & primus in Ostrogotthia episcopus con-
stitutus. *Gotthus lib. 17. cap. 1.*

In Germania Saxones & Dani & Germani ferè om-
nes præsertim Boreales, conuertuntur. *Crantzius lib. 1.
Sige. cum quibus Car. Mag. per 30 amplius an. bella gef-
t, multis eorum in Flandriam, Brabantiam, Vasconiam
translatis. Vesper.*

Obotriti, qui Christiani erant, Saxonum in Franciam
translatorum pagos occuparunt. an. 803. *Sige.*

Hierosolymam & terram sanctam à Saracenis diue-
xatam Constantinus Imp. adiutus copiis Caroli Magni
Christianitati restituit. *Ptol. Lucensis in Rudimento, & Er-
fordiensis ubi supra.*

An 798 à matre Eirene oculis & imperio orbat, co-
dem die, quo ille ante annos 5 Nicephorum & Alexium
Mofolim iniuste excæcarat & aliis quibusdam linguas
præciderat. *Zom. 10. 3.* Ad illud Matris facinus sol per dies
17 suos abscondit radios & ipsa post annos 4, aut 5 à fer-
uo relegatur in exilium. *Diac. lib. 23. Rom.* Interea iustum
Dei iudicium obseruandum. Nam Constantino isti in
deliciis erat leui de causa excæcare ministros suos. *Diac.
& Blond. lib. 1. dec. 2.* Martis fides hoc toto anno in cælo
non est conspectum. *Regino lib. 6. Ado eta 6.*

Commercium nundinarium centum librarum auri
largitus est Ecclesiis Ephesi ad Ioannis Apostoli mini-
sterium. *Diac. Ibid.*

Slaui nos Theffaliam, Græciam & Peloponesum te-
nentes, pace cum Arabibus facta, sibi Eirene tributarios
fecit, multis cæsis an. 784. *Diac. lib. 23.*

Nicephorus Imp. Christianos exules ex omnibus
prouinciis in Sclauinias ferri iussit, eorumq; bona ven-
didit. *Idem lib. 24.*

Hunni siue Auari à fide deficiunt, ad Sicambriam,
siue Budam à Carolo subacti Christiani fiunt. *Gaguin.
lib. quarto Bonfin. de Vngar. dec. prima.* hodie vocantur
Hungari.

Veneri feriunt fœdus cum Imperatoribus Orient. &
Occid. vt neutri subessent, nisi præstando vtrique homa-
gium, sed suis legibus vterentur. *Naucl.*

Historia Slaui an. 800 incipit apud Helmoldum.
Gotthia & Suetia circa idem tempus fidem Christi am-
plectuntur. *Ioan. Mag. lib. 5 de Gent. Sept.*

Egbertus anno eodem Regnum Angliæ, quod ad hunc
vsque diem durat, condit, subacta præter Scotiam tota
pene insula, i. regulis Merciorum, Cantij, Northumbriæ,
Danorum, Saxonum, lege data, vt omnes tam Britanni
quàm Angli & Saxones insulam habitantes, præter Sco-
tiam, Angli dicerentur, insulæque in perpetuum Anglia
vocaretur. *Polyd. Maior.*

Anni
christi.

Eirene imperij Orientalem
recuperationem.

Anni
mundi.

Alphonsi Casti. in regnum
Hispaniæ restitutionem.

Aaronis Saraceni in Persa-
rum regē inaugurationem.

An. Dom. DCCC, quo Carolus
Magnus nouum Occidentis impe-
rium, Sedis Apostolica concessu &
munere. suscipit.



NONVM SE-
PTIMÆ AETA-
tis sæculum.

800

99

4888

817

a LEO III. fedit adhuc
an. 16.
mens. 5. di. 18.
id est in vniuersum an. 20
mens. 5. dies 18.
Vacat dies 10.

4905

Patriarcha.

Constantinop. Tarasio, dein-
de Nicephoro an. 9.
Theodoro Iconomacho an. 6.

Principibus.

Eirene sola an. 4.
Nicephoro octogesimo sexto
an. 3.
Stauratio Iconomacho an. 1.
Michaelē 2 Curolopatē SS.
Imaginū propugnatorē, an. 2.
Leone 5. cog. Armenio ex ord.
Orientis Imp.

Contra

Anni
christi.

800

Carolo Magno Francorum
rege & primo Occidentis
Imperatore an. 16 vsque ad
Ludouicum.

Persarum & Saracenorum
rege, siue Miramolino Aa-
rone an. 12, deinde Maho-
mete, an. 5.

Sepharad Aetiopia pre-
tioso an. 4. Inde Agdai, A-
braha, Azbaha.

Hispania Alphonso Casto
quadragesimo primo, annis
itexum 32.

Egberto Primo Angliæ rege
an. 37.

717

Anni
mundi.

4888

Carolus tamen restituisse Fardulphum Normanorū
regem an. 808 narrat Vvillimus libr. secundo de Anglis,
cap. 1.

Contra Nicephorum omni tyrannidis genere fero-
cientem sæpius seditiones excitatæ describuntur à Diac.
lib. 24. Rer. Rom.

Nicephoro ergo & Stauratio filio eius extinctis, qui
suos subditos miris artibus argento emunxerant, Michael
Imp. paci studuit, & contra Manichæos & Attinganos
capitalem sententiam promulgauit. *Zom. tom. 3.*

Digladantibus inter se Saracenis, Christiani in Sy-
ria, Agypto & Africa cædibus & aliis grauissimis cala-
mitatibus afficiuntur. Hierosolymis loca sancta subuer-
tuntur. Multi in Cyprum & Constantinopolim euadūt,
erga quos liberalitas Michaelis Imp. & Nicephori Pa-
triarchæ enituit. *Paul. Diac. lib. 24.*

Michaël Curolopatēs imp. per Nicephorum patriar-
cham, & alios Pios promulgar capitalem pœnam in Ma-
nichæos, Paulitanos, Attinganos in Phrigia & Lycœ-
nia degentes, quam postea in exilij supplicium commu-
tat, adductus disceptatione mota, An hæretici essent in-
terficiendi. *Diac. lib. 24.*

Monacho cuidam in sanctas Imagines iniurio linguam
excidi iussit. *Zonar. in Mich.* Errant enim, qui scribunt
eum fuisse Iconomachum.

S. Slauius Episcopus Aquitaniæ martyrio coronatur.
Sige.

Hitto Frisingensis Episcopus versionem SS. Biblio.
pro virili restituit.

Carolus, vt supra dictum, duas Academias Parisien-
sem & Papiensem instituit. *Guagui. lib. 4. Sabel. Ennead. 8,
lib. 9.* Bononiensem à Theodosio fundatam renouat.
Mut. lib. 9.

Sermones Patrum, homilias Sanctorum & Martyro-
logia diligenter inquiri & conscribi iussit. Omnium item
nationum, quæ ipsi parebant, memorabilia gesta, in lite-
ras nondum relata, scribi mandauit. *Crantzius in sua Sa-
xonia. lib. 2. cap. 2 & 9.*

Gallicianam D. Iacobi ædem inuisit, ditatque am-
plissimis prædiis & denariis. *Sabel. Ennead. 8, lib. 8.* Spolia
& thesauros in Vngaria repertos per episcopatus & mo-
nasteria largissime distribuit, multis ecclesiis ædificatis.
Saxonia Crantzij lib. 2. cap. 6. Auent. lib. 4. annal.

De eius expeditione Hierosolymam versus, Franci
scriptores nihil tradunt, præter Turpinum Remensē
Archiep. & ex exteris Erphordiensē cap. 69.

Bellis Saxonis sine imposito secundo & trigesimo
quàm inchoata fuerant anno, vt rebellandi facultatem
eriperet, decies mille Saxones cum vxoribus & paru-
lis in Galliam transtulit, ex quibus Brabantij & Flamin-
gij, & inter Heluetios Schuitzes aut Suuitzi, Gall. *Suiffes.*
& Gallos vicissim in Saxoniam. *Acta Treuirensium,* Vol-
cadi Abbatis S. Dionysij Parisiensis opera apud ponti-
fices ad multa vsus est, vt antea Pipinus pater. *Sige. Blond.
lib. 1. dec. 2.*

Brabantinorum & Flamingiorum origo à Saxo-
nibus in Franciam à Carolo Magno translatis. *Aemyl.
lib. 3.*

Duodecim pares Franciæ instituti à Carolo: sex Ec-
clesiastici, tres Archiepiscopi & Duces, Remensis, Lau-
dunensis, & Lingonensis, tres Episcopi & Comites, Bel-
louacensis, Nouionensis, & Carthalaunensis: sex Laici.

4905

LIBER QVARTVS

530

3. Duces, Burgundiæ, Normaniæ, & quitaniæ, 3ⁱ Comites, Flandriæ, Tholofæ, Campaniæ, qui hodie mutantur pro arbitrio regum. *Gaguin. lib. 4.*

Guido Caroli Magni comes totam Angliam in dedicationem accepit, & arma Regum & Ducum, qui se dederant, subscriptis nominibus singulorum obtulit Carolo. Atque ita tunc primum tota Anglia à Gallis subiugata est. *Guil. Nang.*

Carolus sibi subegit omnem Aquitaniam, Vasconiam, & vniuersas Gallias, Italiam, Germaniam, Hungariam, Sclauoniam, Baiouariam seu Bauariam, Daciam, Saxoniam, Angliam, Britanniam, Frisiam, & optimam partem Hispaniæ, *Guilhelm. Nangiac.* Venetias, quas Pipinus occuparat, Nicephoro reddidit ann. 809. *Anno. libr. 4. cap. 96.*

Intra annos 47 quater Romam ad vota persoluenda & orandum profectus est. *Eginardus in eius vita.* Inter cœnandum sibi liberos D. August. de Ciuit. & historias legi curabat. *Crantzins in Saxo. lib. 2. cap. 8.*

72 annos natus Aquisgrani moritur Domini 815. Persiæ rex ei misit horologium æneum & duo candelabra, quæ Aquisgrani in D. Mariæ reposuit. *Chronica Saxon.*

Anno sequenti Saraceni Barchinonam recuperant, sed Francorum copiæ urbem obsident & Baleares insulas contra Saracenos tutantur. *Ibid.*

Gallicia iterum redit ad Saracenos. Nam eius rex cum suis subditis victis à Carolo fidem Christi suscepisse circa an. 807 dicitur. *Chronica Saxonica.*

Normani dum Hybernos Christianos infestant, propulsantur à Scotis sub Carolo Magno. *An. lib. 4. cap. 98. Rheg. lib. 2.*

Egbertus quatuor regna Britanniae in Anglia in vnum redegit, regnare incipiens an. 800, sed Eardulphum Nordanybrorum regem Carolus restituit an. 808. *Vuil. cap. 1. lib. 2.*

Chumeid. an. 807. Saracenorum dux ob Christianorum in Rhodo afflictionem, tempestate copias & classes amittit. *Diac. lib. 24. Sigeb.*

Crunnus Bulgarorum, rex, victo Nicheph. caput amputauit & ex cranio eius poculum fecit. *Diac. lib. 24. an. 810 Sigeb.*

Alcuinus siue Albinus præceptor Caroli, Claudius, Isuardus Io. Mailrosius, Bedæ auditores, viri doctissimi, primi ornant scholam Parisiensem. Egidius Atheniensis, Eginhardus Caroli Cancellarius, Turpinus Remensis Archiepiscopus, Paulinus Aquileiensis, Fortunatus Treuirensis, qui librum de diuinis officiis scripsit, Trilinguis quidam interpres, cuius meminit Angelomus *lib. 2. Reg. cap. 5. clarent.*

Paul. Diaconus inssu Caroli vitas Sanctorum conscripsit, ex quibus Carolus vnicuique festo anni convenientem Lectionem, quæ in Ecclesia legeretur, assignauit. *Sigeb.*

Quidam tribuunt Paul. Diacono hymnum. *Vi queant laxis, &c. alij Alcuino.*

Carolus Mag. triennio ante obitum testamento diuidit Gazas suas in tres patres: vnam secundum morem Christianorum filiis, seruis domesticis, & pauperibus duas alias 21. Metropolitanis Ecclesiis, quæ solæ suo Imperio suberant, ex quibus erat Burdegalensis, imper-

| Anni Christi. | Anni mundi. |
|---------------|-------------|
| 800 | 4888 |
| 813 | |
| 813 | |
| 813 | |
| 817 | 4905 |

CONCIL. Aquisgranum episc. 365. Ptol. Lucensis. le. Gotthus lib. 17. ca. 1. Lupoldus de Zelo Christian. religio. Helmod. Chron. 5.

Carolus quique concilia reformatoria (vt vocant) celebrari fecit per Gallias. Sigeb. & Anno. lib. 4. c. 101.

Moguntinum. an. 813. Sigeb.

Vormaciense.

Remense. eod. an. Sigeb.

Turonense 3. eodem an. Sigeb.

Cabilonense 2. eod. an. Sigeb.

Arelatense, 3. eod. an. Sigeb.

Synod. apud Villam Theodonis per Carolum Mag. congregata, ad cohibendam tyrannorum quorundam in Sacerdotes Domini grassantium vim.

Ticinense. potius conuentus Imperialis fuit, quam Synodus Episcoporum.

| Anni Christi. | Anni mundi. | Text |
|---------------|-------------|---|
| 817 | 4905 | titus est Sigebert. in Chron. & Gagu. lib. 4. Aimon. lib. 5. cap. 10. |
| 817 | 4905 | Nouem Cathedrales seu Episcopales sedes erexit: Monasteriensem Lugdero præfule, Mindensem Heriberto præf. Halberstadensem in Saxonia Hildegrino præf. Osnaburgensem in Saxonia S. Vuihone præf. Bremensem Vuilchado præf. Padeburnensem Harimatio præf. Verdensen Suniberto præf. Hanbergensem Heridago præf. Hildemensem Gunthero præf. Duos episcopatus in Metropolitanas sedes, Hamtugensem, Saltzburgensem seu Iuuaniensem, <i>Kram. lib. 2. Sax. ca. 5. 6. 10. & lib. 2. c. 14. Ireni. lib. 3. cap. 40 & 44. Cornipolii. in Chron.</i> |
| 100 | | Vacat dies ii. |
| 817 | 4905 | STEPHANVS 5, dicitus III. mens. dies 24. |
| | | Patriarcha. Constantinopoli Theodoro Iconomacho. |
| | | Principibus. Leone s Orien. Imp. an. 8. |
| | | Ludouico I. Pio an. 26. Occid. Imp. & Franc. Rege 20. |
| | | Azbaha Actiopum. Hinc Asfa. |
| | | 3. Abdala Babylonia & Persa Miramolino, an. 17. |
| | | Halihatan Hispania Miramol. |
| | | Alphonso Casto Hispania rege quadragesimo primo. |
| | | Egberto Anglia primo reg. |
| | | CONCIL. Vormaciense circa hac tempora. Onuph. |
| | | titus est Sigebert. in Chron. & Gagu. lib. 4. Aimon. lib. 5. cap. 10. |
| | | Nouem Cathedrales seu Episcopales sedes erexit: Monasteriensem Lugdero præfule, Mindensem Heriberto præf. Halberstadensem in Saxonia Hildegrino præf. Osnaburgensem in Saxonia S. Vuihone præf. Bremensem Vuilchado præf. Padeburnensem Harimatio præf. Verdensen Suniberto præf. Hanbergensem Heridago præf. Hildemensem Gunthero præf. Duos episcopatus in Metropolitanas sedes, Hamtugensem, Saltzburgensem seu Iuuaniensem, <i>Kram. lib. 2. Sax. ca. 5. 6. 10. & lib. 2. c. 14. Ireni. lib. 3. cap. 40 & 44. Cornipolii. in Chron.</i> |
| | | HVMANA. |
| | | Aaron Saracenus Asiam ingressus Nicephorum Imp. ad emendam pacem cogit. Soluta pace Cyprum vastat, Chumeid mittit ad populandam Rhodum Carolo Mag. dona ingentia & elephantem mittit. <i>Aemil. lib. 3.</i> |
| | | Annis 813. Mahomet eius successor in Perside ab Abdala fratre vincitur, ita vt ipse Gaddam, frater vero Ægyptum & Africam acciperet. <i>Sigeb. Diac. lib. 24.</i> |
| | | Eodem Michaël Imp. & Crunnus Burgatorum rex inter se dimicant. <i>Ibid.</i> |
| | | Eodem Mauri Centuncella Tusciæ oppidum, & Nicean in Narbonensi prou. vastant. <i>Annal. Franc. & ex Hispania in Corsicam irrumpunt. Ibid.</i> |
| | | Hildefonsus Asturiæ & Galliciæ rex an. 798 Vlisipponem capit, 70 Maurorum millia cædens de præda loricas, mulos, & captiuos Carolo mittit. <i>Ado, Rheg.</i> |
| | | An. 810. Normani ducenti nauibus in Frisiam irruunt, ac tribus præliis victores centum libras auri pro tributo exigunt. <i>Rheg. lib. 2. Eginar.</i> |
| | | VIR SANCTVS, exorauit pro inimicis restituendis. |
| | | Remis Ludouicum inaugurauit Imperatorem & Hirringardin Augustam. <i>Plat. Annal. Franc.</i> |
| | | Damascenus adhuc florebat. Nam à Leone 5 Imp. Const. est persecutionem passus. |
| | | Hoc libro deinceps non potuimus, magno nostro dolore, trium sedium Apostolicarum & Patriarchalium successiones persequi, quod iam Saraceni illas, non quidem extinctas (ô miraculum) sed nobis incompetas reliquerint. |
| | | In earum interim locum imperatores Occidentis, & reges Angliæ, Poloniæ, Scotiæ, Portugalliæ, Turcarum, prout eorum regna his posterioribus sæculis exorientur, subrogabimus, vt nostri studij fructus ad plures ac potentiores orbis nationes dimanet |
| | | Qui volet, ex aliis chronicis appingere poterit, principes Scotiæ, Sueuiæ, Daniæ, Nauarræ, Moscouiæ, Tartarorum, &c. seruatâ temporum proportione & singulis eorum cum pontificum rationibus diligenter collatis ne vllus existat error, quando omnes omnium rex & annales inter se conferentur. |
| | | Slauu Boëmi ab. an. 805 bello fracti & Francis subiecti cœperunt paulatim ad religionem assueferi. Horum duces quatuordecim baptizandos curauit Ludou. Imp. Bathurico Reginoburgensi in episcopum constituto, sub an. 816. <i>Marii. in Chro. vitiose in Sigeb. 846.</i> |

Eodemanno Ludouicus, qui in Synodo Aquisgrani de Gotthorum & Suenonum conuersione consilia captauerat, Ansgarium ad Biornum regem doctores petentem misit, qui in Byrca Suediæ metropoli Ecclesiam collegit. *Lupoldus de Zelo Christ. Reli. Helmold. Chro. c. 5. Ioan. Goth. lib. 17. cap. 1.*

Illis annis 26 quibus imperauit Ludouicus Pius Dani, Normani, Bulgari, Saraceni ecclesiam diuexarunt. Eius ægrotantis cibus per 40 dies solummodo fuit corpus dominicum. *Anno. lib. 6. cap. 19.*

H V M A N A.

Mortuo Sanctio Garfia rege Nauarræ interregnum fuit 4 annorum, dum mitterent, qui decretum afferrent summi pontificis & leges, quibus vterentur Nauarræ, regno interim administrato per 12 viros. *Vasens in Chron. Hisp.*

Postea Ennicus Arista vnctus & primus rex Nauarræ appellatus est. *Idem.*

Post Abdalam tertium in quatuor Tetrarchis abiit imperium Arabum.

Halihatan equitum quinque millia ad corporis sui custodiam delegit, partim è Christianis Apostatis, partim Eunuchis. *Vasens.*

P A S C H A L I S sanctitate conspicuus, liberalis erga peregrinos, captiuos multos redemit, templa vel noua ædificauit, vel collapsa magnificè restaurauit, incendium, quo Burgus (Anglorum schola) absumi cœperat, signaculo crucis repressit, Græcos monachos cœnobio donauit, Lotharium coronauit, præclara multa egit, quæ Christi decent vicarium. *Plat. Sigeb. & c.*

Ludouicus Imper. renunciat iuri eligendorum pontificum, & Romanis restituit. Confirmat donationes & restitutiones factas Rom. pontif. *Vola. lib. 3. c. Ego Ludou. & seq. dist. 63.*

Vbi non dat Pontifici Romam & Italiæ aliquot regiones, sed restituit. Nam illis antea potiebatur sub Longobardis.

Nam in diplomate Ludouici istud inter cæt. habetur. Nécnon exarchatum Rauennatem sub integritate cum vrbibus & ciuitatibus, oppidis & castellis, quæ piæ recordationis Dominus Pipinus rex ac bonæ memoriæ genitor noster Carolus imp. beato Petro Apostolo, cum prædecessoribus nostris iamdudum, per ordinationis paginam restituerunt. Hæc igitur non fuerunt ab illis donata, sed è manibus Longobardorum erepta, ecclesiæ reddita.

Rex Bulgariæ sub Ludouico an. 817. Christianam religionem suscepit. *Sigeb.* quod fecerat Telericus superiori sæculo, tamen gens aut mansit in superstitione Ethnica, aut fidem postea abiecit, nam paulò post, sub imperio Theodoræ & Michaëlis circa an. 851 aut 860 tota illa gens Christiana facta traditur. *Crom. lib. 3. Polon. ca. 1. Zon. tom 3.*

Harjoldus seu Sebaldus Danorum rex cum vxore & filiis suis Mogunti à Rabano baptizatur, & parte quadam Daniæ & Frisiæ à Francis occupata à Lud. donatur. Regno enim fuerat exutus. Deinde cum Erico altero Danorum rege, de permissu docendi Christum agitur & impetratur *Helmold. cap. 5. Sax. de Danis sub an. 825.*

Anni
Christi.

817

824

IOI
b P A S C H A L I S R O -
manus monachus, an 7.
mens. 3. dies 17.

Vacat dies 4.

Patriarcha.
Constantinop. Theodoro Ico-
nomacho, deinde Antonio,
an. 13.

Principibus.
Leone s. Armenio Orientis
Imp. octogesimo nono, &
post eum Michaelē 3 cogno-
mento Traulo, id est, Balbo,
an. 9. Iconomachis.

Ludouico Pio Occident.
Imper. & Franc. Rege. vige-
simo.

Anni
mundi.

4905

4912

Anni
Christi.

817

Afra Æthiopum an. 7, de-
inde Amsi.

Abdala 3. Babylonia &
Persia.

Halihatam, deinde Abde-
ramene, an. 20. Hispaniæ
Miramolinis.

Hispaniæ Rege quadrage-
simo primo Alphonso Casto
deinde Ramiro, an. 7.

Angliæ Egberto.

820

CONCIL. Aquisgranense pri-
mum & secundum pro canonicorum
regula, & contra Iconomachos. *Plat.
Sigeb. Lib. Concil. Valefrid. Strabo
lib. De exordi. & increm. rerum Ec-
cles. c. 8. Aimoin. lib. 5. ca. 10. Nau-
cl. collocat sub Gregor. 4.*

823

Romanum Episc. 30, in quo Pa-
schalis accusatus se purgavit. *Plat.
Sigeb. Blond. dec. 2. lib. 2.*

824

Anni
mundi.

4905

4908

4911

4912

In Tullensi territorio iuxta villam Commerciam puella quædam circiter annorum 12 post sacram Communionem, primo per decem menses pane, deinde omni cibo & potu per triennium abstinuit. *Annon. lib. 4, cap. 113, & Sigeb.*

H V M A N A.

Siciliam post eiectos Carthaginenses Romani Romanorumve Græci Imperatores semper tenuerunt, donec Saraceni ab Euphoneo exarcho, qui spe obtinendæ Siciliae & Italiæ Imperatorem se nominarat, contra Michaëlem Balbum attracti è Cauerno, cum in subigenda magna Sicilia parte ei strenuam nauassent operam, illo cæterisque Græcis trucidato, eam sibi vendicarunt an. 820, vsque ad Constantinum Monomachum.

Dalmatia Græci imperij iugum excussit imperante Michaële Balbo. *Zon. tom. 3.* Vnde regnorum Dalmatiæ, Bosnensium, Croatiæque origo, quæ aliquandiu his proximis annis Hungariæ reges tenuerunt.

Thomas cognita cæde Leonis Imp. vniuersas Orientis Prouincias occupat, cum Saracenis pacem init, Michaëlis copias contra se missas, passim in Asia cædit. *Zon. tom. 3.* in Thraciam irrumpens Constantinopolim obsidet, quam cepisset, nisi Mortagon Bulgarorum princeps suppetias tulisset. Fugiens igitur Adrianopoli obsidetur, vbi captus manibus & pedibus truncatus, in asino per triumphum à Michaelē circumducitur. *Ibid.*

Luiduitus Pannoniæ dux à Ludouici fide deficiens, tandem profligatus est. *Annales Franc.*

Bernardus quoque Italiæ rex rebellionem contra eundem meditatus an. 819 oculis & regno priuatur. *Ibid.*

Lupus item Vasconum rex eodem anno ob eandem causam in exilium deportatur. *Sigeb. Aimoi. lib. 4, cap. 102.*

Lotharius à Paschali Pap. Coronam regni & nomen imperatoris atque Augusti consequitur. an. 823. *Ibid.*

Ebbo siue Ibbo Remorum episcopus & quidam alij ram episcopi, quam principes Ludouico abrogant imperium, & Lotharium ac Pipinum Cæsares designant, ob vxoris suæ Iudith libidines & tyrannidem, quam & in monasterium recondunt, quin & ipse Ludouicus in monasterium D. Methardi abditur, donec biennio nondum exacto ab aliis principibus restituitur, eique Lotharius supplex reconciliatur an. 839. *Sigeb. & alij.*

Post multa bella inter Lud. imp. & filios imperij proceres eo rem deducunt, vt cõstituta tetrarchia Ludouicus Germaniam, Carolus Franciam, Lotharius Italiã teneret: cum Imperio & Prouinciis, quæ inter Rhenũ & Mosellã flumina ad veteres Mediõmatrices & Treuiros pertinēt. Quæ Ludouico attributa sunt regnum Orientale, quæ Carolo Occidentale dicta sunt, vt ab imperio Lotharij discernerentur. Ea vero pars Galliæ, quæ vtrique regno interiecta vtrumque ceu limes dirimeret, à Lotharij nomine tum primum Lotharingiæ vocabulum acquisiuit.

Lodouicus Lotharium primogenitum fil. Italiæ regem imperiique consortem fecit: Pipinum secũdo natũ Aquitaniæ: Ludouicum Iuniorem Bauariæ Reges designauit. *Amyl. lib. 3. Blond. l. 2. dec. 2. Crãtzins lib. 2, c. 25.* Quæ diuisio licet sacramentis Optimatum imperij cõfirmata, mortuo patre maxima bella & cruentas strages peperit vt nulla maior cædes legatur apud Francos vnquam extitisse. *Gagui. lib. 4. & Naucler. in Chron. verum aliquantò post*

imto fœdere aliter inter se & Carolum Caluum regnum diuidunt.

c EVGENIVS eruditione, facundia & sanctitate clarus, in pauperes liberalis, exules restituit & suis sumptibus iuuat, principes inter se pugnantes hortatus est, vt in Saracenos arma verterent. *Plat.*

Rabanus Maurus Fuldenfis Abbas, & postea sub Leone 4. Monguntinensis Archiepiscopus, Strabus Fuldenfis Monachus primus coaceruator Glossæ ordinariæ, natione Gallus ex Bergomenfi & Vincentio, Haymo Alcnini auditor, & tertius Halberstatensis Episcopus, S. Aufgarius Episcopus Hamburgensis, qui per monachos Corbeienfis monasterij Danos & Ericum sine Herioliam eorum regem conuertit, Amalarius Treuerensis, Ansegisus abbas Lobienfis, Ionas Autelianensis, qui contra Claudium Taurinensem episcopum de imaginum cultu differuit, Theodorus Studites, qui ad Paschalem pont. scripsit, item ad Michaellem Imp. Bellator, Hamulus Lugdunensis Latine & Hebraicè doctus, Angelonus. viri celebres & scriptores Ecclesiastici. *Trip. Krant. lib. 2, cap. 25. Sigeb. in Chron.*

Suetia & Dania tunc primo fidem Christianam profitentur. *Anno. lib. 4, cap. 114. Sigeb. Saxo Grammat. lib. 9. de Dania.* At paulo post à fide deficiunt.

Ibbo Remorum episcopus Danis per vnam ætatem concionatur. *Annal. Franc.*

Strabus Chronicon Hirsaugienfe incepit, quod postea alij continuarunt. Eius auditor Ruthardus floret.

Pauliciani & Athingani Manichæorum noua secta, è Gentilismo, Christianismo & Indaismo, præcipuè in Phrygia & Lycaonia. *Zon. & Diacon. continuatur.* Istit Michael Balbus Imper fauit. *Ibid.*

HVMANA.

Musicæ Hydraulica, vulgò Organa, tunc primum cœpere in Francia ad Aquas graneas, ad Græcorum imitationem, industria cuiusdam Georgij Veneti sacerdotis, & sumptibus Ludouici regis. *Auent. lib. 4. Annal. Annon. lib. 4. de Gest. Franc. cap. 114.* Qualia Constantinopoli ex auro Michael Imp. conflat. *Zon. 10. 10. 3. & Copronymus Pipino regi misera an. 757. Anno. lib. 4. hist. cap. 4.*

Sub hoc Michael Imp Dalmatia excusso iugo imperij Græci sese in libertatem asseruit. Vnde regnorum Dalmatiæ, Bosnensium Croatiæque origo, quæ aliquandiu his proximis annis reges Pannoniæ tenuerunt.

* TANTAE sanctitatis, vt nondum presbyter, sed Diaconus summi pontificatus gradum conscenderit.

Hactenus autè hi pontifices à Ludouico Pio sui pontificatus confirmationem petiuerunt. Nam adeo premebatur Christi Ecclesia, vt electus adire pontificatum recusaret, priusquam ab Imp. confirmaretur.

Post imperium translatum in Occidentem, gliscebatur Schisma seu æmulatio Græcorum contra Latinos.

Ann. 826. Cœnobium Clunianense à Vvarino Matiscensi comite conditum quidam aiunt. Atqui 910. à Guilielmo Aquitanix Duce & Aruerniæ Comite, cuius Beruo primus fuerit Abbas, docet Chronicon Clunianense.

Anni christi. 102. Anni mundi.

824 c EVGENIVS II. cog. pater pauperum, an. 4. 4912
828 mens. 6. dies 24. 4916
Vacat dies 3.

Patriarcha.
Constantinopoli Antonio.

Principibus.
Michael 3. Balbo Iconomacho Orient. Imp. 90.

Ludouico I. Pio cum fil. Lothario Occid. Imp. & Franc. Reg.

Ahan Aethiopiæ, an. 4.

Abdala 3. Babyl. & Persiæ.

Abderamene Hispaniæ Miramolinitis.

Hispaniæ reg. Ramiro quadragesimo secundo.

Angliæ Egberto.

Schisma 10.
Zinzinus in schismate contra Eugenium à quibusdam creatus sedit dies aliquot.

828 * VALENTINVS Roman. mens. 1. dies 10. 4916

828 Vacat dies 3. 4916

Patriarcha.
Constantinop. Antonio.

Principibus.
Eisdem Imp. & regnant. Arada Aethiopiæ.

Anni christi.

Anni mundi.

827. D. Marci corpus ex Alexandria à mercatoribus Venetias defertur, vbi nunc religiose seruetur, ædificata in celebriore vrbis loco ecclesia. Alij sub Gregorio 4. qui huic successit, id factum narrant.

Abderamen Hispaniæ Miramolinitis persecutionem mouet contra Christianos. *S. Eulogius.*

HVMANA.

828 104 d GREGORIUS III. 4916
844 (alias Leo 4.) Rom. an. 16. 4932
Vacat dies 15.

Patriarcha.
Constantinopoli Antonio,
deinde Ioan. 6. an. 6.
Methodio confessore, an. 4.
mens. 3.

Principibus.
Eisdem Imp. & Theophilo Iconomacho an. 13. Orient. Imp.

Arcada Aethiopiæ, deinde Aladana, an. 4.
Alameda, an 6. Tabena.

Abdala, deinde Mahomete an. 40. Babylonia & Persidis.

Abderame, deinde Mahomete, 35. Hispaniæ Miramolinitis.

Hispaniæ rege quadragesimo secundo Ramiro, deinde Ordonio, an. 10. Alphonso 3 cog. Magno, an 46.

Angliæ Egberto, deinde Eteluuolfo, an 20.

CONCIL. Rom. Plat. Aquisgranense.

Post Abdalam 3. in quatuor Tetrarchias imperium Arabum Saracenorum sic diuisum est, vt in Perside, Mesopotamia, Syria & Aegypto quatuor reges per vim creari, eam Monarchiam, quæ annos propè ducentos perdurauerat, conuulserint. *Theophanes Isaurus. Anastasius Bibliothecarius, Sigebertus sub an. 830.*

Aliqui Mahometem quartum ei suggerunt per 40. annos vsque ad an. 871.

d FESTVM omnium Sanctorum iam ante 220. ann. institutum Romæ, monente hoc pontifice, & consentientibus vniuersis Episcopis, Ludouicus imp. in Gallias & Germaniam inuexit. *Sigeb. Guil. Nang.*

In Germaniam veniens in Synodo Aquisgrani sedit, Lud Pium & eius filios reconciliauit. *Plat. Sigeb. Auent. l. 4.* Gregoriopolim contra Saracenos straxit. an. 836. *Sigeb.*

Aimoinus siue Annonius monachus & notarius monasterij S. Germani Parisiensis, historiam Francorum ad hæc tempora conscripsit. *Iose. lib. 4. cap. 11.* & alias sæpè. Certissimum argumentum falsè ei adscribit integrum librum quintum, cum contineat historias vsque ad annum 1165.

Christianus siue Druthmarus Aquitanicus. *Trieb.*
An. 843. Theodulphus Abbas Floriacensis profas & versus, qui in Ecclesiis cantari cœperunt, composuit. *Sigeb.*

HVMANA.

Saraceni, qui Italiam & Romam afflixerant, Vaticano direpto reuersuri in Africam, tempestate oborta naufragium faciunt ann. 834. *Martinus in Chron. Rannph. lib. 5. cap. 30. Massæus.*

Circa 8, 8, qui erat Ludouici Pij vigesimus tertius, Nortmani ad fines Hollandiæ & Galliæ primum appulerunt, qui multis postea annis hinc inde cum valido exercitu vagantes multa mala perpetrarunt, donec ab Arnulpho Imp. funditus delerentur ann. 895. *Triebem. in Chron. Hirsang. Sigeb.*

Ann. 839. Ernicus Arista vnctus est, & appellatus rex Nauarræ primus. & ab eo reliqui omnes. *Vasæus.*

Alphonso 3 cog. Magno regnum Hispaniæ adit ann. 841. *Idem.*

Theophilus quinquies congressus cum Saracenis in Asia Romanas prouincias vastantibus bis victor rediit, ter cæditur. *Zon. 10m. 3.*

Saraceni cum non possent è Sicilia expelli, Ludouici exercitus duce Bonifacio, ex Italia in Africam irruit, magnamque stragem edidit, Afris prælio victis an. 818. Quo moti è Sicilia ad Africam tuendam, recesserunt. *Sigeb. Naucl. Gener. 28.* fuerat autem in Siciliam euocati ab Euphemio, qui Monacham duxerat. *Zon. 10m. 3.*

An 844. ex Africa redeuntes, Beneuentum occupant. *Sigebert.*

Mahometes Hispaniæ Miramolinus motam à patre Abderamene persecutionem continuat. Nostros tributis affligebat, quorundam Christianorum eius voluntati fauente nequitia. Si tamen Christiani & non potius operarij iniquitatis appellandi sunt, qui vt priuilegium Chirographa exigendi obtineant, sortem Domini à rege mercantes, importabili census onere colla agrauant. &c. *D. Eulogius in memoriali Sanctorum lib. 3, cap. 5.*

VIR fuit, pius, primusque Pontificum mutauit nomen suum. Nam antea Osporcius appellabatur. *Platin.* Successores Magna ex parte id sunt imitati.

Ex Anastasio Bibliothecario, qui hoc vixit tempore, contrarium elici docet Onuphrius. Eum scilicet Sergium ante Pontificatum vocatum fuisse. Et Iohannem 12. prius nomen primum omnium mutasse cum ante Pontificatum Octavianus diceretur.

Nec istud est abrenunciare baptismo, in quo nomen solet baptizato imponi, vt cauillantur Centuriatores. Nam nominis prima impositio non est de essentia baptismi. Sed nec Paulus abrenuntiauit Baptismo quando se sic appellauit, multo post baptismum, neglecto veteri Saulis nomine, nec circumcisioni Petrus, quando nomen Petri siue Cephæ à Christo sibi imponi passus est, abiecto veteri, &c.

Lothario coronauit, Ludouicum eius filium regem Longobardorum designauit, Ludouici filios de regno digladiantes ad pacem per legatos perduxit, & regni partitionem approbauit. *Cranz in lib. 1. cap. 33. Metro.*

HVMANA.

Antrasia ab Lothario Imp. qui ei imperabat Lotharingiæ nomen obtinuit. *Plat.* Falluntur qui scribunt eum fuisse regem Franc. & Imp.

Galliæ pars ab Oceanno Britannico vsque ad Mosam fluuium, ex quo cessit Carolo Caluo, post diuisum regnum inter fratres, deinceps obtinuit nomen Franciæ *Sigeb.*

Radulphus iuxta quosdam primus Aquitaniæ Dux, cum antea esset regnum.

Ragenarius dux Normanorum, qui ann. 846. Parisiis D. Germani monasterium diripuerat, magnificè sese effrens ob victoriam subito concidit, & post triduum effluit. Socij verò eius plerique disenteria perierunt. *Quintus Annonij cap. 20.*

Post annos septem alia Normanorum manus per mare Britannicum ostia Ligeris ingressa, Nannetum urbem inuadit, Turonum & Andegauiam occupat. Sed tandem cum annis 20. Franciam vexassent, in patriam suam reuersi in sese inuicem mutuis cædibus, aded fauierunt, vt de regia stirpe tantum vnus puer remanserit. *Sigeb.*

Michaël. Imp. cum adoleuisset matrem omni potestate priuatam in monasterium relegauit, relictam ab ea in ærario pecuniam in luxum, crapulas, ludos, minos, adulatorum profudit, eo redactus inopiæ, vt vestes etiam regias venderet. Basilium Macedonem, à quo postea interceptus est, cuius opera in domandis & exercendis equis vnus erat. Cæsarem creauit, tradita ei in vxorem concubina Eudoxia. *Zon.*

LEO 4. vir sanctus precibus abegit Basilisum è templo D. Lucie precibus & victoriâ de Saracenis obtinuit, non sine armis tamen.

Pedes

Anni Christi. 844
847
Anni mundi. 4932
4935

e SERGIUS II. Rom. an. 3.
Vacat mens. 2. d. 15.

Patriarcha.

Constantinopoli Methodio confessore.

Principibus.

Theophilo Orient. Imp. 91.
Lothario Occid. Imp. an. 15.
Carolo 2. Caluo eius fratre an. 36. Franc. Reg. 21.

Tabena Aethiopiæ, mox Caleb, an. 4.

Mahometæ Babylonici & Persidis.

Hispaniæ Miramolinis, Mahomete.

Alphonso 3. cog. Magno Hispaniæ rege quadragesimo tertio.

Eteluolfo Angliæ.

106.

Anni Christi. 847
855
f LEO III. (*Sigeb.* 5.) 4935
Rom. an. 8. 4943
mens. 3. dies. 9.

Vacat dies 15.

Patriarcha.

Constantinop. Ignatio an. 16.

Principibus.

Eisdem imp. & Theodora cum fil. Michaeli 4. an. 13.
Orient. Augusta.

Caleb Aethiopiæ, mox an. 7. Gabra. Maschel.

Mahomete Babylonici & Persidis.

Mahomete alio Hispaniæ Miramolinis.

In Occidente eodem imperatore & Francorū rege.

Anni Christi.

847

Alphonso 3. cog. Magno Hispaniæ reg. quadragesimo tertio.

Eteluolfo siue Adilulpho Angliæ rege secundo.

CONCIL. Romanum Episc. 47 siue 64. *Platin.*

Moguntinum, in quo Godescalcus hereticus damnatur. *Sigeb. & Bernard. de Lutsemb.*

855

Anni mundi.

4935

4943

Pedes eius populus exofculatus est more antiquo inquit Platina.

Mœnia urbis refecit 15 tures addidit, Vaticanum montem, in quo sita est Basilica D. Petri, aucto murorum ambitu aded cinxit, vt urbs Leoniana diceretur, nostro tempore Burgus S. Petri, Pontificum Romanorum perpetua sede & principis Apostolorum basilica clarus. Cuius sunt septem pontæ. Nam urbis mœnia, quæ nostra ætate 14 millia passuum complectuntur, portas 20 habent. (Ex quibus 13 sunt urbis Romæ, septem urbis Leonianæ) Turres autem vel integras vel semifactas, 67 Onuphrius in sua Roma.

Instituit, ne in presbyterio seu chorolaicis esse liceret, quo tempore Missarum solennia celebrantur. *Sigeb.* iuxta ecclesias iussit claustra seu scholas construi, in quibus ecclesiastici clerici imbuantur disciplinis. Leopolim, in qua Centumcellenses propugnaculum contra Saracenos statuerent, ædificauit. *Liber Pontif.*

Præter alia miracula, Saracenorum naues, precibus excitata tempestate in mari submersit. *Plat. & alij.*

Sub eo, an. Dom. 850 tres Arabum persecutiones in Hispania contigerunt intra decennium, quas tribus libris describit D. Eulogius Cordubensis, qui in illis occubuit. Regnabant in Hispania latè persecutionis auctores Haldaragman huius nominis tertius, & filius postea Mahomet. *Rasis Maurus de Arabum historia.*

Recafredus interea Cordubensis episc. iussu Tyranni Dei Ecclesiam misere conturbat, & Eulogium in carcerem coniecit. Quia nimirum Martyres cohortabatur, & ad Martyrium incendebat. *Ex eius vita per Aluarum scripta.*

Georgius Syrus illuc cucurrit ad Martyrium è monte Sina, sed persecutiones cessasse reperit. *Ipse epist. ad Seruos Dei, filios S. Sabæ quingentos, apud Eulogium lib. 2. memoriali Sanctorum.*

Anastasius presbyter Cardinalis S. Marcelli & Bibliothecarius Rom. Ecclesiæ in Rom. Concilio ob officio & sacerdotio deponitur, quod parrochiam suam annis quinque contra canones deseruisset. *Plat. Luitprandus.*

Adilulphus, seu Athulphus Rex Angliæ insulam suam voto tributariam facit pontifici, abundantius, quam fecerant superiores Reges, Inas 11. Anglorum siue Occiduorum Saxonum Rex, & Offa Merciorum Rex, an. Christi 740. *Polyd. lib. 4 & 5 Angl. & Sabelli.*

Theodora iussit SS. Imagines in templis restitui. *Zonar. in Theodor.*

Sub Theodora & Michaeli Theophylactum Burgariæ episcopum aliqui ponunt, rectius aliquanto inferius, vt suo loco ostendam.

Ieron Anglus in Hollandiam Euangelium ferens à Tyrannis occiditur.

Theoda Sueuica an. 848 se prophetissam mentitur, & extremum diem certo definit. Moguntia palo alligata verberibus afficitur & in exilium mittitur. *Sigeb.* Egnatius lib. 2. eam à filio Michaelis imp. in monasterium detrusam narrat.

An. 849 Godescalcus Belga errores quosdam seminari. *Sigeb.* præcipue de prædestinatione è libris D. Aug. male perceptis. *Raba epist. ad Euerard. comitem.* Cucullam

abiecerat, Rabano in Synodo imponens, quod se inuitum Monachum fecisset. *Hatto ad Orgarium.*

Liparam insulam. 851. Saraceni occupantes D. Bartholomei ossa dispergunt. *Sigeb.*

Pauliciani hæretici cum Saracenis coniuncti multas clades imperio inferunt. *Zon. tom. 3.*

Nicolaitarum hæresis repullulat. *Sigeb.*

Sub Ludouico 2. Monachi aliqui e cœnobio Corbeix, per Vandalorum prouincias transeuntes, ad Rannos seu Rugianos (qui habitant in maris corde) veniunt & eos Christianos faciunt. *Helmod. in Chron. Slaui. capite sexio.*

Idiota (nam aliud eius nomen ignoratur) Lupus Seruatus. Theophanes Nicenus, Theodorus fr. Hymnographi apud Græcos. Ido Paneburgensis. Freculphus Lexouienfis, qui scripsit historiam rerum gestarum ab initio mundi vsque ad Bonifacium D. Gregorij successorem, Ansegisus Senonensis, Norgerus, Rambertus, Vvandelbertus, Salomon Baro. *Triib.*

Methodius inter Moranos, Sclauos & Polonos ecclesias colligens inuenit characteres literarum Vandalicarum & sacra multa in vulgarem sermonem conuertit. Claruit a tempore Lud. Pij vsque ad Arnulphi imperium, nisi duo fuerint eius nominis. *Auent. lib. 4.*

Cyrillus frater impetrauit a Pontifice, vt sibi Slaunicæ vsus in aliquibus sacris aliquandiu concederetur. *Æneas Sylvius Boem. hist. cap. 13.*

Ignarus siue Hincmarus Rhemensis Archiepisc. librum de variis capitulis Ecclesiasticis hoc tempore scripsit contra Ignarum Laudun. qui infantes baptizari prohibebat.

HVMANA.

Classis Arabum Venetam & Constantinopolitanam vicit, Dalmatiam inuasit. Anconam vi captam spoliatamque incendit.

Nortmanni, siue Dani, e Cimbrica Chersoneso egressi Frisiam, deinde Gallias bellis infestant. Aquitaniam & eius metropolim Burdegalam, Pictauos, Sanctones, Aurelianenses Turonenses, Parisienses, & multa alia oppida depopulantur. *Aemil. lib. 3. Blond. libr. 2 de cis. 2.*

Saraceni Cycladas insulas populantur, multis Christianis partim cæsis, partim in captiuitatem abductis, quod a Michaële Imp. essent deserti. *Zon. tom. 3.*

POST Leonem 4. Recentiores, præsertim hæretici, nominant quendam Ioannem 8. siue vt Sabellius inscribit. septimum Anglicum, vel iuxta alios, Moguntinum, quem nugantur ementito sexu partim sedisse annum vnum, mens. 1. dist. 4. partim an. 2. & semis. Nam mendacium non sibi constar. Esse autem fabulam multis argumentis euinci potest. Primum qui hoc tradunt, omnia ponunt incerta. Nam aliis dicitur, Ioannes septimus, aliis octauus. Aliis Anglicus, aliis Moguntinus. Aliis annum vnum, alius annos duos sedit. Sed nec Ioannes Septimus esse potuit, quia Græcus ille erat & hanc tempestatem centum sexaginta an. præcessit. Nec Octauus, quoniam ille Romanus erat & decem annis præfuit.

2. Nullam huius mentionem faciunt, qui ordine proximè sunt secuti historici, & a quibus omnem

Anni Christi.

Anni mundi.

107

| | | | |
|-----|-----|--------------------------|----------|
| 855 | g | BENEDICTVS III. | 4943 |
| | | Rom nolens & inuitus | |
| 858 | PP. | creatus, an. mens. dies | 2. 6. 9. |
| | | Vacat dies 15. | |
| | | Patriarcha. | |
| | | Constantinopoli Ignatio. | |

Pontif

Anni Christi.

Anni mundi.

855

4943

Principibus.

Michaële solo Orien. Imp. nonagesimo secundo.

Lothario monasterium sponte ingresso, Ludouico 2. an. 20. Occid. Imp.

Carolo 2. Caluo an. 36. Fræcor. Reg. vigesimo primo.

Constantino Aethiopia, deinde Bezaagher.

Mahomete Babyl. & Persidis.

Mahomete Hispanie Miramolino.

858

4946

Pontificum historiam habemus, Anastasius bibliothecarius, Ademar, Luitprandus, Regino, Herimannus Contraeus, Lambertus Schanaburgensis, Otho Frisingensis, Conradus Abbas Vspurgensis, Leo Hostiensis, Ioan. Cremonensis.

3. Soli Marianus Scotus & Martinus Polonus ante 300 annos, anno scilicet Do. 1320 rem euulgarunt. Nam quod Sigebertus id videatur dicere, fictum est, eique inspersum, vt fidem faciunt tum antiqua eius manuscripta exemplaria, in quibus nihil tale reperitur, tum Chronica Guiliel. Nangiaci, in quibus cum totus liber alioqui Sigeberti ex scriptus sit, hoc vnum desideratur.

4. Quin nec Martinus Polonus nec Platina, nec alij post eum, vt veram & certam historiam, sed quasi ab incerto rumore & obscuris auctoribus acceptam referunt, & tam variè, vt vix duo inter se de circūstantiis conueniant.

5. Sed nec apud eundem Martinum nec reliquos historicos vllum vnquam fecit numerum aut in catalogum Pontificum introiit, quod Ioannes, qui apud omnes septimus natione Romanus multo ante extiterit, anno videlicet 705. Ioannes qui apud omnes octauus idemque Romanus, sederit 20 annis post. id est an. 874, vltimus verò Ioannes, sit constanter vigesimus tertius vel vigesimus quartus, quem isthac non omiffa, oporteret saltem ab istorum aliquo appellari vigesimum quintum anno 1410. Quæ tamen diuersitas, apud nullos hinc incæpit, sed ab annis centum inferius, ab anno scilicet 95, in Ioanne duodecimo, vt illic docebitur.

6. Auentinus lib. 4. Annalium Fabellam esse, asserit à Theodola nobili scorto ortam. Ego, e recentioribus adulatoribus, in Romanæ sedis odium, dum post diffidium inter Romanos Pontifices & Imperatores Germanos excitatum, imperatorum gratiam inire, ab eis opes & honores consequi vellent.

7. Est enim ratio hæc ineluctabilis. Leo nonus epistola ad Michaëlem Constantinopolitanum & Leonem Acridanum episcopos, anno a Passione millesimo & vigesimo, vt ipso scribit cap. i. post annos centum septuaginta, inter cætera argumenta, quibus eleuat auctoritatem Constantinopolitanæ sedes, eam negat comparandam in puritate, integritate, gratia à Deo accepta cum Romana, quod fæmina in illa sede aliquando sederit. Proculdubio non hoc argumentum vsum fuisset, si intellexisset tale aliquid aduersum Romanam Ecclesiam, cuius puritatem tuebatur, posse obici. Verba eius sunt cap. vigesimo tertio Absit autem, vt velimus credere, quod publica fama non dubitat asserere, Constantinopolitanæ Ecclesiæ contigisse, vt Eunuchos, contra primum S. Niceni concilij capitulum, passim promouendo, fæminam in sede Pontificum suorum sublimasset aliquando. Hoc tam abominabile scelus, detestabileque facinus, & si enormitas ipsius, vel horror, fraternaque beneuolentia non permittit nos credere, considerata tamen incuria vestra erga Sanctorum censuram canonum, qui Eunuchos in aliqua parte corporis imminutos, non solum ad clericatum, sed ad pontificatum etiam indifferenter & solenniter adhuc promouetis, fieri potuisse penfamus.

8. Denique tempus quod illi ascribitur, non habet locum, iuxta Anastasij bibliothecarij computationem,

qui tamen hac vixit ætate & vitas Romanorum pontificum descripsit vsque ad Nicolaum primam pontificem proximum, curus creationi non modo interfuit, imo & Adriani 2. & Ioannis octani, vt ipsemet nominat, verum etiam docuit post Leonem 4. Sedem dies tantum quindecim vacasse. Benedicto 3. mox creato & magnis motibus exortis propter electionem à Lothario sedatis.

9. Anastasius inquam horum temporum oculatus historicus his verbis. Sanctiss. Leo Papa 4 obdormiuit in Domino 16 calend. Augusti, sepultus ad S. Petrum cessauit episcopatus dies 15. Quo mortuo, mox omnis clerus Romanæ sedis, vniuersi proceres, cunctusque populus ac Senatus congregati sunt Domini clementiam exorantes vt beatificum illis in omnibus demonstrare dignaretur pastorem, qui Apostolatus culmen regere valeat tranquille. Qui diuinitus æthereoque lumine inflammati, vno consensu vno conamine Benedictum pro tantis, quibus pollebat sacris operibus Pontificem promulgauerunt erigerem. Miro verò vniuersa Halacri studio plebs & populi cætus ad Callisti titulum properantes, eum cum hymnis & canticis spiritualibus ad Patriarchium Lateranensem perduxerunt, & vt moris est in Pontificali solio collocarunt.

Ita post Leonem non Ioannes fœmina sed Benedictus statim successit. Valeant igitur, qui aniles nugas de quadam statua fœminæ & sede stercorearia iactitant.

Deinde fingite Centuriatores hoc verum esse, ac mulierem fraude, ementito sexu, detestante mundo aliquandiu extitisse Romanæ Ecclesiæ caput, an id magis ridiculum, quàm quod vos probatis, laudatis defenditis, Reginam Angliæ palam, aperte, videntibus, scientibus patientibus vobis (ô portentum, ô scelus) Anglicanæ esse dicique caput.

Tum & hoc erat monstrum, quo portendebatur emeruros in Romana Ecclesia impuros hæreticos. i. Centuriatores & Caluinitas, qui facerent fœminam Anglicaniam, siue illa esset meretrix, siue non in suo regno Pappillam Ecclesiæque caput.

Quæ res vt Naturæ monstra, ita Sed, Apostolicæ nihil præiudicij affert. Nam tunc omnia perinde habenda sunt, ac si toto illo biennio Sedes vacasset. Vnde ab ea Ordinem, Beneficium, vel aliquid spirituale sunt consecuti denuo id debuere consequi & ex integro repetere, quòd illa ad conferendum nullum ius nullamque potestatem habuisset. An fraus, an perfidia hominum fidem Dei euacuere potest. Rom. 3.

Benedictus lachrymans, diu reluctatus & inuitus pontificatum suscepit, Ægrotos inuisit, pauperes aluit, calamitosos consolatus est, viduas & pupillos defendit. Clericos ad honestè incedendum & viuendum compulit. Mart. Polon, Plati.

HVMANA.

Patronas Michaelis dux Amer Saracenorum ducem in acie interficit. Zon. tom. 3.

Piaustus plebeius longam principum, regumque Poloniæ posteritatem per multa sæcula vsque ad Cazimirum Magnum propagauit circa tempora Ludouici Balbi regis Germaniæ Ludouici Pij F.

h NICOLAUS Sanctissimus, beatissimus Zelo feruentissimus. Denique post B. Gregorium vsque in præsens,

Anni Christi.

Anni mundi.

Alphonso 3. cog. Magno Hispaniæ rege quadragesimo tertio.

Et eluolfo Angliæ secundo & per ordinem Edelbaldo mens. 6. Eldeberto an. 5.

CONCIL. Ticinense, tom. 2 concil.

Schisma n. Anastasius 3. contra Benedictum sedit dies aliquot, non longè post coactus abdicauit.

108.

h NICOLAUS I. magnus & pietissimus Romanus absens & inuitus eligitur an. 9.

mens. 7. di. 13. 4956

Vacat mens. 7.

858

868

nullus

Anni Christi.

Anni mundi.

4946

Patriarcha.

Constantinopoli Ignatio, deinde Photio an. 7.

Principibus.

Michaele solo Orien. Imp. nonagesimo secundo.

Ludouico 2. Occiden. Imp. quarto.

Carolo 2. Caluo Fran. Reg. vigesimo primo.

Asfa Aetiopia, mox Arma, deinde Gianasfa.

Mahomete Babyl. & Persidis.

Mahomete Hispaniæ Miramolino.

868

4956

nullus Romanorum præsul illi videtur æquiparandus. Regibus ac Tyrannis imperauit, eisque ac si Dominus orbis terrarum, auctoritate præfuit, piis humilis, blandus, pius, mansuetus apparuit, impiis & à recto tramite exorbitantibus terribilis, atque auctoritate plenus extitit vt merito credatur alter Elias (Deo suscitante) nostris temporibus resurrexisse, & si non corpore, tamen spiritu & virtute, Regi. lib. 2. Scripsit plures epistolas, vir cathedra illa dignissimus.

Scripta vna epistola ad Michaëlem Imp. longè doctissima & altera ad omnes Asiæ & Lybiæ Catholicos aucta legatorum suorum rescindit, & Ignatij patriarchiæ depositionem, & Photij consecrationem illegitimam esse pronuntiat. Zon. tom. 3. & tom. 2. conc.

Eius decreta in vnum collegit Gratianus & in aliquot titulos distribuit.

Vualdradem pellicem Lotharij, legatus Nicolai Pap. an. 864 excommunicat. Sigeb. Ipse autem epistola Lotharium monet vt ab ea absteat, ni & ipse velit excommunicari. Regi. lib. 2. Legatos in Galliam misit, qui renuntiarent se nullum sapientem episcopum in toto regno Lotharij inuenisse, qui in canonicis esset institutus disciplinis. Regi. lib. 2.

Epistolam, quam post Pantaleonem Centuriatores nomine S. Hilderici Augustani Episcopi ad Nicolaum primo pro clericorum coniugiis afferunt, esse fictitiam, à nemine citatam, nulli cognitam, tempori non congruentem docet. Spenceus lib. 1. de continentia cap. 12. Nam Hildericus 70 minimum annis fuit Nicolao posterior. Infra.

Contra Nicolaum Photius patriarcha Const. concilium habuit, ex quo tempore Constantinopolitana Ecclesia à Romana palam discedit, Spiritus sancti processionem à solo patre petulanter defendens. Nilus lib. quodam Greco manusc. vbi & docet veterem Romanam vsque ad Christophorum Papam cum noua in fide consensisse, qui sedit anno 905.

Ignatio à Barda iniuste patriarchatu eiecto, quod ipsum ob dimissam vxorem & consuetudinem cum Nuru sua excommunicasset, Photius successit. Vnde postea secuta magnæ turbæ, Basilio restitutionem Ignatij iuxta canones procurante, Zon. tom. 3. Photio libros contra sedem Apostolicam scribente, lib. Pontif.

An. 858. Dæmonium, quod iam triennium in pago Camonti, non procul à Bingio, suis præstigijs Moguntinam ciuitatem & vicinos incolas affligebat Sacerdotes Moguntini litanis & aqua benedicta tandem abegerunt, Sigeb. Auent. lib. 4. Annal.

Constantinopoli scholas Bardas Cæsar instaurauit, singulis doctoribus publica stipendia decreuit, & omnibus magnum & communem doctorem præfecit Leonem Philosophum Zon. tom. 3.

Hunni & Bulgari olim Christiani, sed à Scythis victi circa an. 500 in paganismum relapsi, magna ex parte cù suo rege Trebellio (qui paulò post ingressus est monasterium) iterum ab idololatria ad Christi fidem, Sacerdotibus eo à Rom. Pontifice missis conuertuntur an. 866. Synod. Constant. Platin. Sigeb. & Rhegi. lib. 2. Ludouici Imperatoris vndecimo. Paulò post quod ea regia esset obnoxia Imperatori Orientis, Græcos ritus suscepit. Platin.

Sed

Sed cum Trebellij filius ad cultum gentilitatis redire cogitaret parens e monasterio egressus copias confcribit & filium capit, atque oculis orbatum in carcerem conicit sub. ann. 865, Sigeb. Zon. 10.3. Minoreque filio in regnum locato ad monasterium reuertitur. Chron. Hirfang.

Nogerius S. Galli abbas sequentias siue profas composuit, quas Nicolaus pont. cantari concessit. Trib. Marty. Polo. Chron.

Certis autem in locis obscuræ & parum Latinæ de industria factæ sunt, vt concentus & tonus atque adeo sonus esset iucundior. Nam musici & cantores in omnibus linguis id præcipuè obseruant. Quod de suorum Rabinorum hymnis annotat Elias libr. quarto Bahur Rad.3.

Slauï & Dalmatæ vna cum Sueropilo suo rege, prædicationibus Cyrilli & Methodij fratrum Christiani fiut. Chro. Polon. Bonfin. lib. 10 dec. 1. Blond. dec. 2. lib. 2.

HVMANA.

Tunc regnabat Polonis Semouitius Piasfi fà quo sequentes Polonorum reges vsque ad Iagellonem orti sunt & Silesiæ principes ad hunc vsque diem. Cro. Polo. lib. 1. cap. 13.

Quo tempore Suatoplugus Morauorum rex primum cum ea gente nomen Christo dedit. Idem lib. 2.

In quo & Morauorum regnum finem accepit à Germanis, Vngaris, Boëmis & Polonis disceptum. Ibid.

Theodoricus ex genere Regum Francorum primus comes Hollandiæ constituitur à Carolo Caluo. Mater histor.

Britanni ingenti numero Gallias ingressi, cuncta fere deprædantur. Palmer. ob quam calamitatem Carolus cum rege eorum Heruspoo fœdus inuit, eisque locum habitationis in Galliis concedit an. 861. Sigeb. Rhegi. lib. 2.

Anno 861 incipit historia rerum Moscouitarum apud Sigismundum Liberum. Tum enim tres fratres Varaij, Ruricus, Sineas, & Trubor apud Russos Septentrionales dominantur. Mansit autem deinceps imperij Russici sedes Kiouia Aliquanto antè apud australes quatuor principatus fundarant tres alij fratres eius, Sciecus, Torenus cum sorore Libenda. Chron. lib. 2.

Anno 869 in agro Brixienti triduo sanguinem pluit. COMMENDATOR à liberalitate in pauperes, pietate in Nicolaum antecessorem, humilitate Nam episcopis ministrabat & pedes eorum lauabat & dono miraculorum. lib. Pontif. Anton. 111. 16. cap. 1. §. 10.

A populo & clero electus sine imperatoris consensu. Primus Alfredum sextum anglorum Regem corona regia insigniuit. Polyd. lib. 5. hist. Anglic. Qui in Iuliam munera ad S. Thomam misit. Quilielmus lib. 2 de Anglis, cap. 16.

Et Ozoniensem scholam aperuit cum nullus eo tempore in toto regno eius, Grammaticæ doctor existeret. Ranulphus lib. 6, cap. 1. Psalterium trāsferre cœperat in linguam suam. Ibid.

Tunc primum Græci cœperunt vti campanis beneficio Venetorum. Sabell. Ennead. 9. lib. 1

Valafridus, Otfriidus, qui exemplo Caroli Magni conatus est linguam Germanicam scribere & regulis grammatices astringere, Vuerembertus, Hardinundus, Rab-

bani

Anni christi.

Alphonso 3 cog. Magno Hispaniæ rege quadragesimo tertio.

Anni mundi.

Edelberto Anglorum rege quarto, deinde Edelredo an 9.

865

CONCIL. Romanorum 113. episc. contra duo prouincialia, Metense & Aquisgranense, que Theobergam non esse Lotharij legitimam uxorem pronuntiauerant, facta alterius ducenda potestate. Plat. lib. Conc. Regino lib. 2.

4953

Conc. Ro. 2. & 3 contra Photiū & c. Episc. 113. Plat. & Lib. Conc. Rhegi. lib. 2.

109

i ADRIANVS 2. doctus & optimus Roman. mens. 9. di. 12.

868

4956

874

4962

Vacat di. 12.

Patriarcha.

Constantinopoli Photio, deinde Ignatio iterum an. 7.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant. Basilio Macedone an. 20. Orien. Imp. nonagesimo tertio.

Giarasfa Aethiopia & post eum Gianscheda.

Mahomete Babylonia & Persidis vicesimo sexto Miramolino.

Anni christi.

Mahomete Hispaniæ Miramolino deinde Almudiano an. 2.

Anni mundi.

Alphonso 3. cog. Magno Hispaniæ rege quadragesimo tertio.

Angliæ quinto Edelredo, deinde Alfredo. an. 28.

868

CONCIL. Vuormaciense contra errores Græcorum.

4956

870

OCTAVVM vniuersale Concilium Constantinopolitanū 4 episc. 383, siue 300 contra Photium inuasorem sedis Constantinopolitane. In quo etiam can. 3. latum est anathema contra Iconomachos. Præfuerunt legati Adriani Donatus Hostiensis, Stephanus Drevesinus siue Nephesinus, episcopi, & Marinus Diaconus. Plat. & lib. Conc. Anno. lib. 5, cap. 25. Huic in decreto Gratiani multi canones attribuuntur, qui non extant in exemplari Græco. Hac Synodo confirmantur 7 præcedentes generales.

4958

Acciniacense, cuius acta ab Hincmaro Remensi Archiep. conscripta.

Pontigonense. Ann. lib. 5, cap. 33.

Colonienfc. Sigeb.

874

110.

k IOANNES 8. Rom. doctus, antea Cardinalis an. 10. dies 2.

4962

884

4972

Vacat di. 2.

bani auditores. Tribem.

Fronto Danorum rex in Britanniam irruit, suorum maiorum ditionem recuperaturus. Vbi & à Christianis, quos subegit, Christianus factus est circiter an. 870. Crantius in Dania lib. 4, cap. 15. Filius eius Gurundus siue Gormo ab Alfredo Britannicæ rege captus cum 30 proceribus & maxima satellitum turba baptizatur & sortitur Orientalium Anglorum & Northumbrorum prouincias. Vuil. lib. 2 de Ang. cap. 14.

HVMANA.

Saraceni ex Alexandria, Ægypto & Africa in Siciliam ingenti multitudine irrumpunt, & omnia ferro incendioque vastant. In Chronico Casimensi.

An. 870 cum Persis bellum gerunt. Sigeb. Carolus Caluus Franc. Carolomannum filium, qui abiecto habitu sacerdotali, regnare moliebatur, cepit & oculis priuauit. an. 872. Sigeb. Rhegi. lib. 2.

870. Gerardum quandam comitem sibi obstrepentem debellat. Hunc Gerardum de Ruffilone, cognominatum, & ab eo Burgundionum comitum originem deductam nonnulli tradunt, quod cum ei agellus in Prouincia remansisset, Theoderici pater fuerit, cuius filius Falco, à quo Gerardus secundus, qui Vualterum patrem Renaldi primi Burgundiæ Bisuntinæ comitis progeniuit. Et si alij Gerardum à Ruffilone malint Caroli Martelli temporibus extitisse.

Quocumque tempore extiterit is videtur conditor, aut certè Dotator prioratus Semimurenfis apud Mandubios in Burgundia, in quo ossa Gerardi diuitis religiosè conseruantur, & exequiæ quotannis solenniter celebrantur, à quo & annulum pronubum D. Virginis è trāsmatinis partibus habent.

Contra Saracenos & Manichæos pugnat Basilius & traiecto Euphrate terras eorum populatur, & tandem Chrysochiorum eorum principem interficit. Zon. tom. 3.

Tarsensium & Melitineorum Saracenorum copia cum Esma eorum Amyra ab Andrea duce cæduntur. Ibid.

Inter Saracenos & Græcos, Saracenos & Francos ab anno 867 ad 873 in Italia ad Beneuentum, Ragusium, Bareos Longobardiæ urbem varia prælia. In illis Sultanus eorum cog. Adalgifus captus Capuamque ductus fraude elabatur. Zon. tom. 3.

Ludonicus Imp. contra Normanos & Slauos in Germania res gerit. Sigeb.

Basilius Macedo pecunias publicas, quas Michaël in largitiones exhauserat repetiuit publicato edicto, vt qui ab ipso pecunias accepisset absque iusta causa, eas redderet.

Post Mahometem Saracenorum & Persarum Miramolinum siue Amyram 25 historici nullum ordine nominant. Sed pro rerum gestarum cum nostris ratione, qui fuit annus Dom. 871. At Hispanorum Arabum Miramolini in Hispanicis Chronicis nominantur apud Rasim, Rodericum Toletanum, Vasaum.

k SCRIPSIT quatuor libris vitam D. Gregorij Pontificis Romani, vbi se Ioannem Diaconum inscribit. fuit Latinè & Græcè doctissimus. Trib. Catolum Caluum inagurauit imperatorem. In Gallia Ludonicum

Balbus

Balbus Francorum regem coronauit. Romam reuerfus Carolum Crassum Diademate imperij adornauit. Saracenos parato exercitu ex Italia & Sicilia profugauit. *Plat. Sigeb. Suplem. Chron.*

In Galliam profectus est, ubi multa gessit. *Annon. lib. 5. à c. 32. ad 37.*

Tres Imperatores coronauit intra quatuor annos, quod nulli alij Pontificum vnquam contigit. *Amyl. li. 3. Carolum Caluum, Ludouicum 3 Balbum, & Carolum 3 Crassum. Annonius in locis supra citatis & Oritho Frinsinger. lib. 6 hist. cap. 7. & 8.*

Photio misit pontificalem stolam, humerale indumentum, penulam & sandalia, ut ostenderet se eum in Constantinopolitanæ sedis patriarchatū fuscipere. *Oftan. conc. Constantinop. sessio. 4.* Hæc insigni ita postea Patriarchas inflarunt, ut deinceps se Romano Pontifici æquales, interdum superiores dixerint.

In Synodo apud Treugas, Flandris primum ex nemorosus locis ad meliorem cultum perductis, episcopum dedit. *Plati.*

Basilium post Ignatium è viuis sublatum, quem restituerat Adrianus, Phorium restituit in pristinam sedem. Vnde iterum eum expulit Leo Philosophus ac in monasterium Armenianorum relegauit, in quo videtur mortuus. *Zon. tom. 3.*

Circa an. 875. Russi bello à Basilio Maced. afflicti pacem petunt & Christi doctrinam amplectuntur, post miraculum libri Euangeliorum ab igne illæsi & intacti. *Zon. tom. 3.*

Hoc tempore mota est quæstio à Fredeuardo equite de manducatione corporis Domini, sitne illa vera an tropica, sensibilis an insensibilis, modo corporeo an spiritali, ad quam Paschasius Abbas Corbeiensis Latine & Græcè doctissimus, doctissime respondit, nonnulla tacite corrigens, quæ de ea quæstione Bertramus presbyter paulò antè, minus scitè & commodè ad Carolum Caluum rescripserat. *E Paschasij libro de Sacramento altaris.*

Hinc librum de Eucharistia scripsit Ioan. Scotus, à quo Berengarius postea videtur suam blasphemiam hausisse. Sed is lectus in Vercelleni Synodo omnium sententia damnatur. *Lanfrancus lib. de verit. Euchar.* Et auctor graphis discipulorum conficitur. *Crinus de honesta discipl.*

Remigius Antissiodorensis, Io. Scotus (alter à Franciscano doctore subtili, nam Palmerius videretur confundere) Aristotelis moralia de secretis secretorum, siue de recto principum regimine è Græco in Chaldaicam, Arabicam & Latinam linguam conuertit, & ex eodem Dionysij Hierarchiam in Latinum Ludouici iussu, ad quem missa fuerat à Michaele Imp. Constant. *Sigebertus. Nauclerus. Franco, Bertamus, Afferius Britannus, Milo & Hubaldus Galli, Paschasius Corbeiensis. Trithemius. Sigebertus.*

Carnotensis antistes indutus Camisia interiori D. Virginis magnam edit Normanorum stragem. *Guauguin. lib. 5.*

Anastasio Romanæ vrbs Bibliothecarius vertit è Græco in Latinum Dionysij Hierarchiam & septimam Oecumenicam Synodum Nicenam. Hubaldus cantus de multis Sanctis condidit, qui passim cæperunt cantari

Anni
Christi.

874

Patriarcha.
Constantinopoli Ignatio iterum, deinde Photio iterum an. 9.

Principibus.

Basilio Imp. nonagesimo tertio.

Carolo 2 Caluo, Ludouico 3. die 2 Barbo an. 2. per ordinem Occid. Imp. & Franc. Regibus.

Carolo 3. Crasso siue Grosso primo. 2 annis cum Balbo, postea solo Occi. Imp. septimo an. 12.

Ludouico 4. cum fratre Carolomanno, filiis spuris Balbi an. 5. Franc. reg.

Gianascheda Aethiopia & per ordinem Fresennai, Adasahaz.

Almudio Hispania Miramolino apud Cordubam, deinde Abdala an. 25.

Alphonso cog. Magno Hispania rege quadragesimo tertio.

Alfredo Anglia sexto.

884

Anni
mundi.

4962

4972

Anni
Christi

879

CONCIL. Trecentense. presentibus Romano Pontifice & Ludouico Balbo Franc. Reg. qui ibi à Pontifice eligitur Imperator. Sigeb. Palmer. & ca. Miror. cum seq. dist. 50. Simoin. lib. 5. cap. 37. In eo Flandri sunt Torneacensis diocesis. Pla.

Macrense, in finibus diocesis Rhenensis.

884

III.
** MARTINVS II.*
(siue priori nomine ut quidam aiunt.) Marinus I.

885

Gallus an. I.
mens. 5.

Patriarcha.

Constantinopoli Photio iterum.

Principibus.

Basilio Orient. Imper. nonagesimo tertio.

Carolo 3. Occid. septimo.

Ludouico & Carolomanno Franc. regibus.

Aizar Aethiopia.
aliis alibi, ut supra.

Anni
mundi.

4967

4972

4973

Sigeb. Henricus Antissiodorensis. Trib.

Giselbertus siue quisquis fuit auctor libri qui inscribitur altercatio Synagogæ & Ecclesiæ. Nam Ioan. Scotum ut coetaneum allegat. Suo tempore ibi vnam tantum Eucharistiæ speciem exhibitam multitudini declarat.

HUMAN A.

Ann. 876. Carolus post adeptum imperium consuetudines Francorum negligens, Græcos & insolitos amictus affectabat, & talari Dalmatica indutus & supernè Baltheo accinctus vsque ad pedes pendente, capite vero inuoluto serico velamine & Diademate superimposito procedebat. *Sigeb.*

Ann. 874. locustæ Galliam depopulantur, quæ ut castrorum acies turmatim volantes, duces cum paucis itinere vnus diei præmittentes ad metanda loca venturæ multitudini, circa horam nonam veniebant, ibique solis ortum expectantes, per spatium vnus diei aërem velabant, donec ad mare Britannicum peruenientes, ventorum flatu in profundum demersæ sunt. Vnde secuta pestis & fames, quæ penè tertiam hominum partem consumpserunt. *Sigeb. Rheg. lib. 2.*

Ann. 876. Caroli Calui copiam à Ludouico & fratribus, Calui nepotibus in Germania caduntur. Eo itaque fugato tres fratres regnum Germaniæ partiuntur. *Rheg. lib. 2.* Eorum minimus Carolomannus contra Slauos multa prælia confecit, perpetuoque victor regnum suum amplificauit. *Ibi.*

Ann. 877. & seqq. Gallia tumultibus plena propter Normanos, itémque dissentiones de successore Ludouici Balbi, *Sigeb. Rheg. lib. 2.*

Normanni siue Dani totum Angliæ tractum à Septentrionali parte Tamasis fluij sibi subiecerunt, postea Galliam repetentes Andegauum urbem occupant. *Guil. Nangiac.* ob Ethnicas suas impietates vindicandas, passim in templa & Christianos sæuiunt per Saxoniam, Lotharingiam & Franciam an. 882. *Helmold. cap. 7.*

Britones mortuo Salomone suo rege, de regno inter se contententes, à crebris Galliarum incursionibus cesarunt. *Palmer. in Chron.*

* *MALIS* artibus pontificatum adeptus, non diu sedit.

Scholas Saxonum prece Alfredi regis omni tributo relaxauit & magnam partem Sanctæ crucis ad ipsum misit. *Ranulph. lib. 5. cap. 3.*

Circa illum annum Dani grauissimo bello victi, Anglia excedere coacti sunt, præter eos, qui Christiani fiebant. Nam & illi manserunt, & eorum rex Gormo Northumbriæ ab Alfredo præfectus est. Post annos 5. Rollo Danus Angliam inuasit. *Vuilelmus lib. 2. cap. 14. de Anglis.*

Saraceni an. 885. Cassinense monasterium occupant, Bertharium Abbatem ad altare D. Martini mactant, spoliis Italiæ onusti, Garilianum redeunt. *In Chron. Cassinensi.*

Eodem ann. Godefridum Northmanorum ducem post Frisiam acceptam Carolus Crassus de Sancto Baptismo suscepit. *Sigeb.*

Theophylactus Bulgariæ episcopus. Nam à Photio Patriarcha Bulgaris missus episcopus legitur in libro

fratrum Prædicatorum contra Græcos.
 HVMANA.
 Mahometes Albategnius Ararensis Arabs Mathematicus an.884. scribebat libram de motu stellarum an.743. post Ptolomæum. *Ipsè ibid.*
 Tum comperit annum solarem constare diebus 365. & quarta diei, minus centesima sexta parte ipsius diei. *Ipsè c.52. & 53. sui lib.*
 Carolus Crassus Æram Christianã siue annos à Christo nato primus suis diplomatibus & epistolis subscripsisse fertur. indeque exemplum eius desumptum sub an. 888. Cum Orientales principes, recentis adhuc Basiliensis concilij tempore ab Orbe condito iuxta Eusebianam supputationem, multis annis alioqui redundantem & mendosam suis literis subnotarent,
 Eo Caroli Crassi tempore circiter an. 884 Normani trans Daniam populi, in Germaniam & Galliam irrumperere incipiunt. Quibus non parum addiderat virium ea Imperij Romani diminutio, quæ post Ludouicum Pium contigit. Prius enim est intestinis bellis exhaustum, postea in 4 portiones diuisum, dum Lotharius Italiam, Lotharingiam & Burgundiam possideret, Ludouicus Rhenum & Germaniam, Carolus Galliam, Pipinus Aquitaniam. *Helmold. cap. 7. Chronici Sclauorum,* Vbi obseruaposteritatem Gallorum iure hæreditario possedisse Germaniam.
 Alpredus Angliæ rex horas 24 diei noctisque in tres partes distribuebat primas octo ad legendum, scribendum, meditandum & orandum, alias octo ad disponenda regni negotia, reliquas ad corporis sui curam. *Chronici Hirsung.*
 I N I T I O sui Pontificatus ad senatum populum que retulit, ne in creando pontifice Imperatoris auctoritas expectaretur, utque libera essent & Cleri & Pop. suffragia. Quod institutum à Nicolao I. tentatum, potius quam inchoatum fuerat. Moritur collachrymantibus omnibus.
 Nonnulli historici secuti Sigebertum in Chron. post Marinum PP. nominant quendam Agapitum PP. qui sederit an I. & inter hunc & Stephanum collocant Basilium, quem voluit sedisse an. 4. Nos sequimur Platina & magnam partem scriptorum.
 HVMANA.
 Nortmanni post varias incurfiones in Franciam à Carolo Crasso subacti, cum Rollone duce suo (qui postea dictus est Rupertus) baptizantur, & ex contractu matrimonij Ducis eorum cum Gisla filia Simplicis, habuerunt ad habitandam, vltra Sequanam fluuium, Neustriam regionem (quod ea esset rebellis in Francos) eamque ex suo nomine Nortmanniam vocauerunt. *Blond. lib. 2, dec. 2. Guil. Nangiac. an. 888. Sigeb.*
 Multi Iudæi præbita & promissa ipsis ab Imper. Orientis pecunia, Christianam fidem amplectuntur. *Idem.*
 M STEPHANVS. eo tempore pontificatum inuit, quo Gallia à Normanis, Anglia à Dacis, Pannonia ab Hungaris, Italia à Saracenis affligebatur. *Sigeb.*
 HVMANA.
 Sub an. 888. Italiæ nouum regnum exoritur per Beré-

Anni Christi.
 885
 886

112
 I ADRIANVS III. 4973
 Rom.an.I. mens. 2. 4974

Patriarcha.
 Constantinopoli Photio iterum.

Principibus.
 Eisdem Imperantibus, & regnant.

886
 892

103
 M STEPHANVS 6. 4974
 dictus 5. Rom.an.6. d.II. 5980
 Vacat dies 5.

Patriarcha.
 Constantinopoli Stephano ann.7.

Anni Christi.

Anni mundi.

Principibus.
 Leone 9 Philosopho an. 17. Orient. Imp. nonagesimo quarto.

Carolo Crasso 3 Occi. Imp. & Franc. Rege ad Eudonem siue Odonem seu Othonem Franc. Reg. usque.

Aizar Aethiopia, deinde Delnabad an. 4.

Abdala Hispania Miramolino.

Ordonio 2. Hispania Rege an.8.

Alfredo Angliæ sexto.

CONCIL. Colonienfe. Tom. I. Concil.

Vuormaciense. Ibid.

Moguniacum.

114
 a FORMOSVS Romanus. an. 5. mens. 6. 4980

Vacat. mens. 2. 4985

garium in annos 80 siue vsque ad annum Othonis Magni tricesimum secundum, qui Adelbertum depulit.
 Eius reges fuere Berengarius an.36 quem, postquam contra eum regnassent Guido an.6 Lambertus an. 5. Ludouicus Bosonis f. an. 5. Ioannes decimus coronauit an. 916. 2 Hugo an. 20. 3 Lotharius cum patre an. 12, & solus an. 4. 4 Berengarius 2 an. 4. denique Adelbertus. an.4.
 Supplicium feruentis aquæ & candentis ferri (quod in vsu quæstionum erat) prohibuit. *ca. Consulisti, 2 qu. 5.*
 Bulgari ruptis foederibus bellum gerunt cum Græcis sed vincuntur à Leone Imp. necnon & Agareni. *Zon. 10. 3. Cedrenus.*
 Saraceni ex Aphrica in Italiam descendentes, Fraxinetum castrum occupant. Hinc deinceps magno exitio Italiæ esse ceperunt. *Sigeb. Guil. Nang.*
 Vsque ad Carolum Crassum & annum 888 iudera erãt. Galliæ siue Franciæ & Germaniæ reges. Nam nostrorum armis perpetuo Germania succubuerat.
 Eo mortuo non solum Francorum regnum, sed imperium scissum est.
 Vnde multis locis noua regna emerferunt, vt Burgundicum siue Iurense à Radulpho inchoatum in annos 142, in transiurenfi Burgundia, vbi hodie Sabaudia Ducatus & Heluetiorum hodiernorum pagi. *Arelatense* ab Alpibus ad Rhodanum vsque, cui Boso præfuit (Viennæ præfertim.) *Italicum:* cui Lambertus Vuidonis filius, deinde Ludouicus eoque depulso Berengarius, *Lotharingum,* cuius primus rex fuit Zuendibolchus.
 Et ducatus, vt Burgundicus. Hinc ab eodem an. 888. i. initio imperij Arnulphi & regni Gallici Odonis, annos Richardi primi sui ducis & sequentium Burgundi incipiunt.
 Carolus enim Crassus propter ignauiam & quòd Nortmannis Galliæ partem concessisset, regnumque imminui passus esset ab optimatibus regni circa an. 890 repudiatus est. *Sigeb. & copiosius Otho Frising. Chr. 6. cap. 9. li. 5. cap. 42.*
 Ab Ordonio Hisp. rege, ob ipsius in suos comites iniurias Castilia prouincia deficit & Indices duos creat. *Vas.*
 n Hic Arnulphum Carolomanni filium Imperatorem coronauit, Carolo Crasso à Francorum principibus remoto & à suis deserto, eo quòd non animaduertisset in Normanorum duces captos, sed cum muneribus dimississet in Reip. perniciem. *Rbeg. lib. 2, Blond. lib. 2, dec. Sigeb.*
 In eius electione Romæ magnum extitit dissidium. Commendatur à sanctitate à Luithprando Ticinensi, qui de eo multa scribit lib. 1, hist. c. 1. & 8, vt & Ab. Vspersensis.
 A S. Petro ad hunc vsque nullus creatus est pontifex, annos plus minus 900 qui per omnium ordinum Ecclesiasticorum gradus ad Diaconatum, vel sacerdotium saltem in Romana ipsa Ecclesia non ascendisset. *Onuphr.*
 Primus enim omnium Rom. Pontificum Formosus ex aliena Diocesi factus est, cum ante ipsum non nisi ex presbytero vel Diacono Cardinalibus creatus esset. *Idem.* Sed hæc obseruatio falsa est, vt pleræque eius aliæ. Telephorus enim à Petro 9 ex Anachoreta, Dionysius 26 ex Monacho Pontifex est institutus, &c.
 Negligentia Episcoporum multi Abusus irrepperunt in Ecclesiam, qui propter bella non poterant reprimi. *Plain.*

Hundeus Nortmanorum rex fidem amplexus à Carolo de baptismo suscipitur an. 896. *Sigeb. ab Auentino Huntho & Rollo.*

Hatto Abbas & Moguntinensis Archiepiscopus. *Sigeb. Constantinus Afer.*

Alanus Britonum rex, quod Normanos vicisset, duodecim eorum millibus cæsis, decimas Deo & B. Petro Romam misit. *Rbeg. lib. 2. Sigeb.*

Cyrellus Morauorum præful Suatocopum regem Morauia ad fidem Christi perduxit. *Aeneas Syl. hysto. Boemia, c. 13.*

Saraceni Taupominum & Lemnum insulam occupantes, crudeliter in Christianos sæuiunt. *Zom. tom. 3.*

Ioan. Marius sine Meyeras 2 parte promptuarij Concil. scribit quidem Synodum præfulum Gallia, præfibus Ioanne & Paschali legatis Formosi Pontificis Viennæ Allobrogum, siue Delphinatus celebratam auctoritate Ludouici Balbi, sed vt multis aliis in locis, sic hinc nimium credulus fuisse videtur. Nam certum est ex Sigeb. Naclero, & aliis omnibus Ludouicum Balbum obiisse an. 880. nec potuisse attingere Formosi tempora. Quod annotatum esto aduersum istos, qui satis impudenter istud Concilium proferunt contra Ecclesiasticum cœlibatum.

Hic Pontacum iniquè taxat Nicolaus Viguierius in Burgundionum Chronico, vafre autè, ne istius præfenti fictique concilij fides ex inscriptionis errore conuelli possit, Marium corrigat, dum in eo legendum censeret, *Authoritate Ludouici regis Bosonis filij* (qui Arelate sedem regni, abebat.) Nam primum hoc pro suo in genio facit, deinde in hæresis salebras se conicit, dum ficti concilij fidem ex inscriptionis temeraria correctione contra Ecclesiam asserere conatur.

HVMANA.

Odo, quem Franci neglecto Carolo Ludouici Balbi filio sibi præfecerant, Danos ad Axonam fluuium vicit, & Vualterum seditionem molientem oppressit. Cum autem in Aquitania Ramnolfum & fratrem eius Ebulo-nem ac alios rebelles domaret, Carolus in regnum paternum à Francis reuocatus & à Falcone Remensi inunctus an. 894. contra eum arma capit, sed frustra, etiam si ab Arnulpho Imp. auxilia obtinisset. Quare non nisi Odone mortuo, ad Fræcorum regnum rediit post annos tres. *Rbeg. lib. 2.*

Liliorum insignia ab hoc instituta & vsurpata primum quidam narrant.

Zuenteboldus Arnulphi filius Lotharingia rex Lugdunum obsedit & Treuirim occupauit. *Sigebert. Rbegi. lib. 2.*

Carolo Crasso regnante Berengarius & Guido Itali inter se clam partiti fuerant regnum & cesserat Berengario Italia, Guidoni Francia. Mortuo illo Berengarius Italiam occupat. Guido Romam abit, vt à Pontifice consecraretur. Dum abest, Franci Odonem regem designant, itaque mutato consilio Italiam inuadit & collatis signis ter vincit atque ita inuito etiam Arnulpho Imp. Italia potitur an. 897. *Sigeb. & Luitprandus lib. 1. cap. 6. de rebus Europæ, qui historiam actuum Berengariorum edidit.*

Arnulphus cum multis copiis Longobardiam ingressus vrbes multas capit, Romam expugnatis muris in-

Anni
Christi.

892

Patriarcha.

Constantinopoli Stephano,
deinde Antonio 2. an. 8.

Principibus.

Eisdem & Arnulpho an.
12. Imp.Odone an. 9. Reg. Franc. vi-
gesimo quinto.Delnahat Aetiopia, deinde
Madai & Sabata regina
an. 40.

Abdala Hispa. Miramol.

Ordonio 2 Hispa. Rege qua-
dragesimo quarto, an. 8.

Alfredo Anglia sexto.

898

Anni
mundi.

4980

4986

greditur

Anni
Christi.

895

Schisma 12.
Sergius 3. electus in schismate
contra Formosum sedit dies ali-
quor.CONCIL. Triburienfe episc.
26. Germania pro tuenda Episcopali
auctoritate, contra quosdam Laicos.
*Rbegi. lib. 2. Chron. & tom. 2 Conc.
Gratian. 2. q. 5. Sigeb. illud reijcit ad
ann. 899.
Moguntinum.*

898

IIIS
O BONIFACIUS 6.
Tuscus (seu vt aliis placet
Romanus) dies 26.

898

Patriarcha.

Constantinopoli Antonio
secundo.

Principibus.

Eisdem Imperantibus, &
regnant.

Froila 2. Hisp. reg. an. 1.

Anni
mundi.

4983

4986

4986

greditur & hostes Formosi pont. capitali supplicio afficit. Postea contra Guidonem mouet, sed ægrotus recedere cogitur an. 901. *Iidem.*

Radulphus circa an. 890. in Burgundia regnum constituit quod multos annos postea durauit. *Rbeg. lib. 2. Sig.* Hic Gallia & Francia multas insignes mutationes est experta. *Ibid.*

Morau qui à Francis subacti erant, & ad fidem Christi adducti, spe recuperandæ libertatis arma capiunt, ac religione abiecta Hungaros sibi adiungunt, & more eorum capita prorsus detondunt, Christianos infestant cædibus, ecclesiisque incendunt, aded vt in tota Pannonia vna tantum superesset Ecclesia. *Bauaria Episcopi ad Ioan. 9.*

Turcæ, ceu Hungari è suis finibus erumpentes, contra Morauorum regem accersiti ab Arnulpho Imperatore. Saxoniam, Thuringiam, Alemaniam, Franciam & Italiam ferro igneque vastarunt. *Sigeb. Regino lib. 2. Guiliel. Nangiæ.* Quam sæuitiam in Germania continuarunt, donec consensu principum Henricus Auceps ad imperium est vocatus. Turcarum autem vocabulo hic sunt abusi propter Hungarorum perfidiam.

O DE TEMPORE, quo sedit magna contentio inter scriptores. Sed & magna confusio ob Cæsares Germaniæ omnia in Ecclesia miscentes & tanquam porcos feros, vineam Domini depascentes.

Leo Philosophus Imp. scripsit libros βασιλικών. Quo tempore patriarcharum administrabat Photius auctor Nomocanonis, sæculo tam infelici apud Latinos, vt nullum illi haberent, quem Græcis æquo Marte possent opponere, Græcis propugnantibus dogma de processione Spiritus S. è solo Patre.

Hic enim Photius primus secessionem apertam fecit à Latina Ecclesia, dum apud nos regnarent Caroli Caluus & Crassus.

HVMANA.

Leo Turcos Istrum accolentes, Ungros nomine, muneribus in Simeonem Bulgarorum regem sibi adiungit an. 898. qui Bulgaros vincunt & plurimos capiunt. Victoria tandem penes Bulgarum fuit. *Zom. tom. 3.*

Turcæ, seu Hungari in Bulgariam à Leone euocati cœperunt Pannonias & postea Carantanos & Marahenses diuexarunt. Ad eos propulsandos Zondebaldus Sla-uorum Morauensium rex ab Arnulpho ducatum Boemorum, qui hætenus à principe eius gentis administratus fuerat, accipit, sed postea tributum impetatori denegans, Hungaris per tractas munitiones, quas clausas appellant euocatus, sub iugum redigitur. *Luitprand. lib. 1. cap. 3. de rebus Europæ.*

Non prius Ecclesia à Northmanis & Danis pacem habuit, qui in Galliis, Burgundia, Lotharingia, Vuormacia, & aliis Germaniæ vrbibus grassabantur, quam ab Arnulpho Imp. propemodum deleti sunt, & rex eorum Hundeus, consilio Caroli fidem amplexus est. *Helmold. cap. 7. Sigeb.* Eorum nihilominus reliquiæ in Daniam recedentes Prumiense monasterium & loca Arduennæ proxima populantur. *Rbeg. lib. 2.*

Deniq; cum per ann. 70. Christianos passim afflixissent, tandem ab Arnulpho cæsi sunt ad centum millia, vix vno atq; altero è Christianis amisso. *Helmold. c. 7. an. 895. Sigeb.*

Fames maxima hoc tempore, vt multi cogerentur ve-

Sci humanis carnibus. Ab. V. sperg. MAGNO odio persecutus est Formosi nomen, cuius ordinationes omnes rescidit, & damnauit. Iam enim tum incipiebat Pontificum virtus & integritas deficere propter Arnulphum & seqq. Germaniæ imperatores sibi Ecclesiæ iura rapientes & libera Ecclesiæ suffragia in eligendis pontificibus tollentes.

Hæc Ecclesiæ captiuitas durauit annis ferè 140 in qua apparuit pessimam electione præstare optimè principum nominationi. Quod proinde sæculum ab Historicis infælix inscribitur, vt mox notabimus.

Formosi cadauer è sepulchro eruit & indignè habuit. Quod tamen fabulosum censet Onuphrius.

Constantinopoli multæ turbæ, quod Leo Philosoph. Imp. quarto vxorem duxisset. Nicolao, deinde Eutymio Singelo patriarchis quartas nuptias improbantibus & ecclesiastica censura notantibus. Zon. tom. 3. Cedrenus.

Vualdridus Bauarus, Bernardus Pictauiensis. Plat. in Stephano 5. Trib. de vir. illustr.

HVMANA.

Agarenos Asiam populâtes vincit Andronicus, postea Imperatori suspectus ad eos deficit. Zon. tom. 3.

Sahata concubina superiorum Æthiopiæ imperatorum se in imperium insinuant multam tyrannidem exercuit, templa & loca omnia religiosa expilauit, sacrum aurum & argentum terræ infodit. Maria. Victorius de Regib. Æthiopiæ.

Vndique bella consurgunt, hostes sæuiunt, inimica gens Paganorum insequitur populos Christianorum, Conc. Tribur. cap. 34. Quod ad Normanos & Danos pertinere, qui bis Parisiorum mœnia oppugnarunt, & in Burgundiam recedentes, Senonensem urbem, sed frustra tentarunt, per Macronem fluuium Treas incenderunt, vicinas vsque ad Virundunum & Tullum populantes, &c. Siegb. & Rhegi. lib. 2.

q VNIVERSA acta Stephani improbat & abrogat.

HVMANA.

Carolus Crassus ab obmatibus regni repudiatores cum post carolum Magnum inter omnes reges Francorum maximæ esset autoritatis, breui in tantam tenuitatem venit, vt panis quoque egens, ab Arnolpho iam rege facto, stipendia miserabiliter exigeret ac ab ipso paucos ficos gratanter susciperet. Osh. Frising. li. 5. c. 42.

r POST Photium Constantinop. Patriarcham vtraque parte conueniente, post longam concertationem de Primatu illud vsurpari cœptum est, vt ambo episcopi, Rom. scilicet & Constantinop. Oecumenici & vniuersales appellarentur. Hic quidem vniuersalis patriarcha, quod cæteris esset dignior & primum post Papam haberet locum, ille vero vniuersalis Papa, quod Papæ nomē vide retur excellentius. Atque hic fuit litis huius finis inret hos duos. Onuphrius.

f HUNGARI an. 900. Bauariam deuantantes simul Ecclesiis igne perdunt. Auent. lib. 4. Annal.

Anni christi. 898 899 901

116

p STEPHANVS septimus dictus sextus Romanus an. I. mens. 3.

Vacat d. 3. Patriarcha.

Constantinopoli Antonio 2. Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.

Leone scilicet philosopho Ori. Imp. nonagesimo quarto.

Arnulpho Occid. ann. 12. imperatore octauo.

Sahata regina Æthiopiæ.

Abdala Hisp. miramolino.

Froila Hisp. reg. quadragesimo quinto.

Alfredo Angliæ sexto.

117

q ROMANVS Gallestanus Tufcus, mens. 3.

Vacat d. 8. Patriarcha.

Constantinopoli Antonio 2. Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.

118

r THEODORVS II. Rom. dies. 20.

Vacat d. 11. Patriarcha.

Constantinopoli Antonio 2. Principibus.

Eisdem Imp. & regnant,

deinde apud Hispanos Alphonso 4. an. 5. apud Anglos

Alfredo, deinde Edouardo

an. 24.

119

f IOANNES 9. Romanus monarchus, an. 2. di. 15.

Vacat d. 9. Patriarcha.

Constantinopoli Antonio 2. Principibus.

Eisdem Imp. Carolo 4. Simplicis an. 27. Franc. Rege vigesimo sexto.

Sahata regina Æthiopiæ.

Abdala Hisp. & Cordube Mira. deinde Abdera. an. 40.

Alphonso 4. Hisp. R. 46. Edouardo Angliæ septimo.

Anni christi. 899 901

COCIL. Rauenense episc. 74. presentibus Francorum Archiepiscopis, pro ordinatione Formosi contra Synodum Stephani, cuius Synodi acta coram Episcopis combusta sunt. Plat. Siegb.

Anni mundi. 4987 4989

901

ANNVS Dom. DCCCC. quo Carolus Simplex Rex Franco-

rum trigessimus regnum suscipit, Abderamen Hispania Miramolius factus est. infelix sæculum cœpisse fertur.

NONO sæculo permansisse veterem doctrinam à Sectarijs oppugnatam sic constat. Missa continuata isdem ritibus & modis, vt scriptores huius sæculi de Ecclesiasticis siue diuinis officiis fidem faciunt, Amalarius Archiepiscopus Treuirensis, Angelomus, Rabbanus de Institutione clericorum, Remigius Antissiod. Hincmarus in capitulis, Strabo de exordijs et incrementis rerum Ecclesiasticarum, Fortunatus Treuirensis lib. de diuinis officiis, Corporis Christi veritas, Sacrifcium, Transsubstantiatio. Rabbanus lib. de Sacramento Eucharistiæ, & lib. 1. instit. cleri. c. 33. ubi formam Missæ describit. Paschasius lib. de corpore & sanguine Domini, ubi Canonis Missæ meminit & eius multa exponit, Transsubstantiationem ponens c. 19 & 50. Sic Haymo 1. Timot. 2. Theophylactus in 26 Matth. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 6. Photius in bibliotheca, & alijs scriptis. Transsubstantiationis habet semina Bertramus ipse. viiur enim vocabulis permutationis, commutationis & cōuersionis, lib. de corpore & sang. Domini, quantumuis sit à Sacramentarijs corruptus & suppositus. Baptismi effectus, necessitas, cæremoniæ variæ, aliena fides. Hincmarus epistola ad Hincmarum Laudunensem, Haymo super Ascensione Dom. Theophylactus multis locis, Rabanus epistola ad Reginaldum, lib. 1 & 2 de instit. cler. Photius in Bibliotheca, Leo Imp. in suis constitutionibus, in quarum 17 baptizatum illuminationem dicebatur. Sæctorum, preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, festa. Idiota cap. 1 & 4 contempl. de Virgine. Haymo hom. de Virginibus. Raban. lib. 4. ca. 10 de Sermonum proprietate. Si quis (inquit) contra hanc sententiam venit, non Christianus, sed Eunomianus & vigilantianus creditur. epist. ad Orgarium. lib. 2. de instit. cleri, cap. 15. & passim. Ionas Aurelia. libris 3 de imaginibus. Concil. Cabilo. ca. 45. Moguntinum cap. 36. & c. Photius in Bibliotheca. Leo Imp. in constit. Strabus auctor Glossæ ordinaria multis locis. Liberum arbitrium, Fides, Iustificatio, Gratia, Bona opera. Haymo in 1 cap. Malachie, lib. 1 in Esaiam, in 4 Heb. super Euang. in octaua Pasche super Psal. 26. 135. super cap. 6. Roman. Raban. epist. ad Humbertum episc. lib. 14, in Ierem. lib. 4. in Ecclesiasticum cap. 6. & lib. de modo Pœnitentiæ. Theophylactus passim. Photius in Bibliotheca. Angelomus in 7 cap. 3 Reg. in 13 cap. 4 Reg. Strabus in Glossa Ordinaria saepe. Idiota lib. de Diuino amore cap. 17. 22. 24. & c. de vera patientia c. 7. 13. 17. Pœnitentiæ & eius tres partes. Rabbanus lib. 8 in Ecclesiasticum cap. 3. & lib. 7. epist. ad Reginaldum Chorepiscopum lib. 2. cap. 30. Instit. cleri. capi. 1. 16. 30. & lib. de modo Pœnitentiæ. Conc. Cabilonense cap. 33 & 45. Haymo in c. 6. Heb. Clauis, Absolutio. Nicophorus Cartophylax libello de potestate ligandi & soluendi, quem vertit Oecolampadius. Theophyl. in 16 Matth. & 20 Ioan. Photius in Bibliotheca. Primatus Romani Pontif. Hincmarus ad Hincm. Laudunensem. Quin & hæc etas eum Apostolicum simpliciter appellabat. Photius Grecus in Nomocanone Theophylact. in Ioan. 21. Preces & oblatio pro mortuis. Purgatorium. Haymo in 3. c. & 6 prima Corinth. & in Ps. 6. & inferiam 6 Pentecostes, & lib. 2 super Esaiam. Raban. lib. 8 com. in Eccl. c. 14. Concil. Cabilonense c. 39. Photius in Bibliotheca, Nam Græci orant & offerunt pro mortuis. Confirmatio, Chrisma & alia sacramenta. Raban. libris de inst. cleri. Theoph. in Marc. 6, ubi de oleo unctionis extreme aperte. Haymo. sup. Ps. 26. sup. 6 Heb. & sup. Euang. Hincmarus ad Hincmarum Laud. et ad Tornacensem Eccl. Synodus Arelatenfis, Cabilonensis & alia huius sæculi. Nicolaus Papa in Epistolis. Hæc & alia agnoscunt Centuriatores in epistola 9 Centuria. Patrum (inquiunt) superiorum sensum atque intellectum in ipsam Dei scripturam importarunt, ac piaculum duxerunt, si quis ab eorum ductu vel latum unguem deflectere auderet. Quod postea confirmat initio col. 1. Membratim deinde indicant ca. 4 de doctrina col. 205. & seqq. cap. 6 de Cæremoniis & ritibus Ecclesiæ pag. 227. & seqq. c. 7 de Politia & Gubernatione Ecclesiæ col. 289. & seqq. cap. 9 de Synodis col. 301. sparsim. cap. 10 de Episcopis & Doctoribus Ecclesiæ col. 484. & seqq. sparsim. Unde qui refutarunt.

hoc sæculo Claudium Taurinensem, Godiscalcum & similes, simul istos sunt execrati, Adde totius huius curricula Synodos vniuersas, que non paruo fuere numero. Adde & historicos: nam hi omnes cursum Ecclesiæ nostro similem planè pinxerunt.

* *



NFOELIX dicitur hoc sæculum, exhaustum hominibus ingenio & doctrina claris siue etiam claris principibus & pontificibus, in quo nihil ferè dignum memoria posteritatis gestum sit: vnde ferunt tunc repertum fuisse quoddam monstrum capite canino & cæteris membris humanis, quod statum illius temporis mirificè referrer.

Hoc ipso infœlicissimum, quod Ecclesia sub Cæsariibus esset captiua, sinè vllò bono fere pontifice, sine vllò celebri Conc. &c.

Regna autem Occidentis sine magnis principibus. Quare circa an. 900 sub Carolo Simplici quisque præfecturas, comitatus, ditionesque, quæ antea regij Domini fuerant, non solum retinere, sed tanquam proprium priuatimque dominium possidere & ad posteros quoque transmittere cepit ea tantum lege, vt Regi fidem suam obstringerent. Hinc primordia Feudorum in Francia. *Annales Rhemenfes.*

Sic & in Germaniæ. Nam Germani sua feuda à Conrado primo suo rege, qui eodem cum Simplice sæculo vixit, si habere fatentur, quem & constat primas illum in Germania de Feudis perpetuis leges condidisse. Sicque Ducum, Comitum, Marchionum, aliarumve præfecturarum dignitas, quæ olim temporaria fuerat, & morte finiebatur. Iuris priuati & hereditarij esse cepit.

Apud Græcos & Hebræos aliquanto foelicus. Nam Græci sub Leonè philosopho doctrina & rebus bellicis florebat. Hebræi, præsertim hi, qui Gheonim appellantur, nomine literario tum erant clarissimi, vt è Cabbala R. Abraham Leuitæ apparet.

Græcia literatis abundabat, quoniam & ipse Leo imperium administrans philosophabatur, cuius laudatur à Suida responsum, ad quendam Eunuchum, qui honoraria philosophorum tribui volebat militibus, Vtinam (inquit) mei imperij temporibus contingat, vt quæ sunt militum potius in doctores & literarum professores consumantur.

Quidam hunc Papam fabulantur martyrio coronatum Haiburgi, quæ vrbs est Germaniæ. Nusquam enim legitur Pontificem Romanum illic fuisse præter Benedictum quintum, qui eò loci relegatus ab Othone Imperatore, tædio animi moritur, vt Platina in eius vita docet.

Cum Arnulphi milites lepulculum versus Romam fugientem insectati essent cum clamore, Romani terrefacti sese de muro deiiciunt & hostibus per factos acervos murum ascendendi locum faciunt an. 900. *Sigeb.*

Normanis in castra Ecclesiæ intransibus pax aliqua in Occidentis imperio & regnis affulsit, vnde & sequenti centenariio secuta est mirabilis & crebra gentium, populorumque Septentrionalium conuersio. Quare vt hoc sæculum infœlix prædicetur à chronologis Lutheranis, mihi tamen infœlix, conuersionibus scilicet gentium præcipue Septentrionalium, Moscovitarum, Sueuorum, Polonorum, Slauiorum, Hungarorum, &c. quo episcopus illustris constituti Magdeburgensis, Misnensis, &c. reges Sancti Henrici duo, Othones tres Robertus, &c. populus & clerus pietate ardens, addò vt illo plura col-

legia.

Anni
christi.Anni
mundi.

DECIMVM
SÆCVLVM.

120

901 t BENEDICTVS III. 4989

Rom. an. 3. mens. 4. 4992

904 Vacat dies 6.

Patriarcha.

Constantinopoli Nicolao
Mystico, an. 2, deinde Euthymio Sycello, an. 5.

Principibus.

Leone 6 Imp. nonagesimo
quarto, deinde Alexandro
2. Constantino 7. Leonis fil.
an. 41. per ordinem, Orient.
Imp.

Arnulpho Occidentis octavo
& post eum Ludouico
Iuniore 4. dict. 3, an. 10. Occident. Imp. nono.

Anni
Christi.

901

Carolo 4 Simplice Fr. Reg.
vigesimo sexto.

Sahala regina Aethiopia.

Abderamene Hispania, &
Corduba Miramolino.

Alphonso 4 Hispan. quadragesimo sexto, deinde Ramiro, an. 19.

duardo Angliæ septimo.

904

Anni
mundi.

4989

legia, templa & monasteria condita, restaurata, dotataque sint, quam vllò alio. *Bruscus de episcopis, item libro de monasteriis*, per annos videlicet 150, quousque sub annum 1060. Henricus 4 turbavit Hæresibus & facinoribus multis totam Ecclesiæ pacem, denique literæ & disciplinæ viguerunt, maximè apud Græcos, Hebræos & Arabas. Sed hæc Sigillatim deinceps demonstrabimus.

Hoc verò vno infœlix, quod per annos fere 150 pontifices circiter 50 à Ioanne scilicet 8. qui Nicolao & Adriano 2 Sanctis pontiff. successit, ad Leonem 9 vsque, qui primus à Deo vocatus velut alter Aaron, antiquam pontificum integritatem è cælo in sedem Apostolicam reuocauit, à virtute maiorum profus defecerint. Apostatici, Apostaticie, potius, quam Apostolici. Tanti sceleris rei sunt Germanici Imp. qui ita premebant Ecclesiam, vt sublatis canonicis electionibus, pro libidine, & sapius pecunia & pactis summos darèt pontifices, & recularer electus Pontificatum suscipere, priusquam ab illis confirmarentur. Aliqui etiam vi, aut largitione sedem inuadebant. Vnde minimè mirandum, si tam paucis annis tot extiterint, ac breui tempore semper vixerint, quando non per ostium, sed per posticum, id est, Imperatorum tyrannidem ingrediebantur. Quo etiam factum, vt imperium multum ab illo apice declinaret, in quo fuerat à Francis collocatum & Berengariana hæresis oriretur. E tanto Pontificum numero, quinque modo, & satis tenuiter, laudantur, Martinus 2. Agapetus 2. Ioan. 17. Sergius 4. Gregorius 6. Virtute postea Leonis 9, & seqq. Pontiff. adempta est illa vsurpatio Henrico 4 magnis et si motibus atque ita restitutus est Sedis Apostolicæ antiquus candor, species & perfectio.

Suato copius Morauia rex bello victus ab Arnulpho, eremum petiit, vbi cum tribus aliis, quos illis eremi cultores reperit, incognitus sanctissimè ad mortem vsque vixit. *Sylvius cap. 13 Boem.*

Edouardus ordine 13 Anglorum rex an. 901 ab Ethelredo Cantuariensi Episcopo more maiorum coronatur. *Polyd. lib. 6 Ang.* Postea cum eius incuria religio ferè intercidisset, episcopis vel nullis, vel ex aula & bello assumptis à Pontiff. increpatus Synodum cogit, in qua à Pleimundo, qui Ethelredo successerat, vno die multi episcopi ordinantur. *Ibid.*

Ad Slauos & Polonos Cyrillus & Methodius doctrinam Christi propagant sub Arnulphi imperio, *Aene. Sylvius lib. 1. cap. 13.*

HUMAN A.

Imperium Occidentis, maximè Italiæ, quo annis circiter centum & decem Franci potiti fuerant, ad Longobardos transfertur, Berengario 4. Longobardo Duce Foroiulensi à quibusdam Italis electo in Imperatorem, & Vvidone in regem Italiæ. *Blond. dec. 2. lib. 2, & Luitprandus lib. 1 de Rebus per Europam gestis cap. 6.*

Nam post mortem Arnulphi imperium confunditur, dolentibus Romanis atque vniuersis Italiæ populis quòd in Germaniam translatum esset. Quare nec à Romanis, nec à summo pontifice deinceps coronati sunt Germanici Imp. vsque ad primum Othonem, Vnde & in Italia quidam Berengarij vsurparunt imperium. *Trit. in Chron. Hirsang.*

4992

Hinc

Hinc Ludouicus de genere Francorum vltimus coronam à Pont. non accepit propter incendium bellorum, quibus vniuersa flagrabat Italia & propter plurima pericula, quæ ipsi Germaniæ ingruiebant. Erfordiensis. Quid si illa negligentia causam diuino quodam iudicio præberit transferendi ad Germanos imperij. Franci à Pontifice imperium erant consecuti, debuerant igitur eodem medio illud retinere.

Imperauit an. 10, iuxta alios sex. Hungaros in Germania vicit.

Nam primo eius anno Hungari in Morauiam & Bauariam impetum fecerant, deinde scilicet pugna cuiusdam successu elati Bauariam, Sueuiam, Franciam, Saxoniam vastabant. Luthprandus.

Zuendebaldus frater à Lotharingis perimitur, eo quòd rapinis & cædibus omnia turbaret. Ephordiensis.

Transferrur imperium ad Longobardos apud Italos vsque ad Othonem Mag. Onuph.

Hinc Berengarius 1, an. 4, apud eos, apud Germanos Conradus 1, an 7.

CONSTANT. Imp. rythmis & omnis generis versibus obitum coniugis suæ deplorauit. Zon. tom. 3.

Rythmi ergo etiam inter Græcos, vt Latinos, hoc tempore inualuerant.

Philosophiam quæ penè in obliuionem venerat ordinatis doctoribus excitauit. Zon. tom. 3. Quare Simeon Bulgaria rex Constantinopoli, à puero scilicet, non solum Demosthenis Rhetoricam, sed & Aristotelis Syllogismos didicit. Luthprandus lib. 3, cap. 9.

Romanus Imp. præter alias largitiones etiam æs alienum pro debitoribus exoluit, cuius summa ad nouemdecim centenarios excreuerat, tabulis in medio foro crematis, item pretium pro iis, qui Constantinopoli in conductis domibus habitabant. Zon. tom. 3.

Filios suos creauit Augustos & Constantino, cui Helenam filiam despondera, prætulit, ac ita depressit, vt is arte pingendi coactus fuerit sibi victum acquirere, donec post 26 annos paternum regnum recuperauit. Sigeb. Zon. tom. Volater.

Constantinus recuperatum imperium prudenter administrauit, donec à filio Romano & coniuge poculum infectum bibens, & ex eo aliquantum recreatus secessit in Olympum ad Theodorum Cyzicum virum pium, ibique se Deo consecrauit.

VE TVS Roma vsque ad Christophorum Papam cum noua (i. cum Constantinopolitana ecclesia) in fide consensit. Hæc Nilus Græco quodam libro manus. in Bibliotheca regia docenda sibi proposuit.

Christophorus Leonem Papam, cui alioqui erat familiaris pontificatu exiit. Verum eum male quæsitum peius amisit mense sexto vel septimo ciectus in Monasterium.

Methodius Morauorum episcopus Vuorzynoum in Boemia vltimum paganorum ducem, vna cum coniuge Ludinulla ad baptismum adduxit an. 905, quæ miraculis claruit. Schedelius.

HVMANA.

Carolus Simplex tulit edictum memorabile ac religione

| Christi. | Anni mundi. |
|----------|---|
| 904 | 121. |
| 904 | v LEO 5 Ardeatinus. 4992 mens. 1. dies 10 Patriarcha. 4992 Constantinopoli Euthymio Sycello. |
| | Principibus. Constantino 7. Orient. Imp. nonagesimo quinto, & Romano Lacapeno eius vitrico imperium occupante per 26 annos. Ludouico 4. dict. 3, Occident. Imp. nono. |
| | Carolo 4 Simplicie Francorum Rege vigesimo sexto. Sabata Aethiopiæ Hispaniæ Miramolino Aberamen. Rege Hispan. quadragesimo septimo Ramiro 2. Angliæ Reg. septimo Eduardo. |
| 904 | 122 x CHRISTOPHORVS I. Rom. mens. 7. 4992 Patriarcha. 4992 Constantinopoli Eutychio Sycello. |

| Christi. | Anni mundi. |
|----------|---|
| | Principibus. Eisdem Impp. & regnant. |
| | CONCIL. Gallicanum de bonis ecclesiasticis Aemil. lib. 3. |
| 905 | 123 y SERGIVS III. Rom. 4993 an. 7. mens. 4. dies 16. Vacat dies 7. 5001 |
| 913 | Patriarcha. Constantinopoli Euthymio Sycello, deinde Nicolao Mystico iterum, an. 13. |
| | Principibus. Eisdem Impp. & regnant. |
| 913 | 124 z ANASTASIVS III. 5001 Romanus, an. 2. Vacat dies 2. 5003 |
| 900? | Patriarcha. Constantinopoli Nicolao Mystico iterum. |
| 910? | Principibus. Constantino 7, cum Romano Orient. Impp. |

gione plenum contra profanos locupletissimorum cœnobiorum opes, maleficio regum, qui de alieno plus æquo sunt liberales, adeptos, & iam episcoporum iura inuadentes. Coacto igitur concilio diuitias pontificum sanctas esse constituit Cœnobiorum libertas sanciri nondum potuit, quod eorum facultatibus Robertus equitum magister, ac Hugo fratres militem alebant, ac iam cum factionis suæ hominibus occupare regni ius contendebant. Aemil. lib. 3, Franc.

HVMANA.

Bellum non omnino extinctum, pactione cum Rollo ne Normanorum duce facta extinxit. Ibid.

Hac tempestate in Babylonia florebat R. Amram R. Sifanæ filius qui puerum formulam & ordinem (Sic appellant. Breuiarium Iudæorum Hispanicum) in Hispaniam detulit. R. Abraham in Cabbala.

y LATERANENSEM ecclesiam, quæ temporibus Stephani sexti penè corruerat, reparauit, diuersisque donariis atque ornamentis locupletauit Rebus in pontificatu suo confirmatis in Gallias venit. Nauclemus.

Christophorum e monasterio tractum in vincula coniecit. Formosi nomen persequitur, cuius corpus defossum truncari capite iussit. Nihil mirum si isti pontifices prodigiosi essent. Nam non more maiorum eligebantur, sed à Cæsaribus intrudebantur.

910 Gulielmus dux Aquitanie & Aruernie comes vir pius Cluniacensem monasterium in fundo paterno inchoauit. & Bermonem primum abbatem præfecit designatis prouentibus ad victum monachorum. Plat. Sigeb.

Regino Monachus & abbas Prumiensis, suos annales à Christi natiuitate ad annum 905 deduxit.

HVMANA.

Saraceni à Fraxineto & Gafeliano monte exeuntes Calabriam, Apuliam, Beneuentum, ac Romanorum vices ita occupant, vt vnquamque mediam Romani, mediam Saraceni tenerent. Sigeb.

An. 910. Franci infelicitè cum Hungaris pugnant in finibus Bauariæ & Franconiæ.

911 Imp. moritur sine liberis & Ratisbonæ sepelitur. Nox igitur sequenti anno Hungari nemine resistente, Franconiæ & Turingiam populantur.

Annus Christi 912 erat an. 1000 condita vrbis Florentiæ. Palmer.

Post Hunnotum & Danorum strages, tertia Hungarorum irruptio defecit tempore Ludouici 3, & Conradi 1. Collecto enim exercitu, omni Bauaria & Sueuia potius sunt & Rheno contiguis locis. Saxoniam quoque vsque ad Britannicum Oceanum, igni atque cruore compleuerunt. Helmoldus in Chro. Slaworum cap. 1 & 8.

z Ad 6 Viencensis hoc tempore historiam per sex atates digestam, vsque ad annum 900 perduxit.

Oddo suæ Ottho (quem quidam cum Odilone 4. Abbate Cluniacensi confundunt) instituit in Burgundia Ordinem Cluniacensem sub regula D. Benedicti, an. 913. Vincentius in Specul. lib. 2. Antonin. 2 parte histo. tit. 15. cap. 16. Sabel. Ennead. 8, lib. 1. Chronicon breuè & succinctum composuit. Trit.

Stephanus Metensis, qui officium de Trinitate, quod in o Etouis Pentecostes cantari solet, ex Alcuini libro exornauit. *Sigeb.*

Rathbodus Vltraiectensis Nannonis philosophi discipulus. *Trit. de viris illust.*

HVMANA.

Bulgari variis incursionibus vastarunt Græciam. *Zon. tom. 3. & Cedrem.*

Amputato capite statuae referentis Simeonem Bulgarorum Principem, ipse statim (quod mirum est) comperitus est mortuus *Zonar. tom. 3.*

Mortuo Ludouico Iuniore sine masculis, genus Garlinguorum, seu Caroli magni defecit in Imperatoribus. Conradus enim Imp. non fuit Ludouici filius, sed Conradi Ducis Saxonum. *Honor. & Contractus.*

Conradus ergo primus Imp. Germanus.

Ann. 912. apparuit cometa præter morem rutilantior quem Imperij à Francis ad Saxones translatio secuta est, vel comitata, quod sine magnis motibus & cædibus fieri vix potuit. *Contract. & Honorius in Chronic.*

Conradus Imp. Guormonem Daniæ regem ad eò bellis attriuit, vt & pacem supplex peteret & Christo nomen dare vltro promitteret. *Helmod. c. 8. Idem & Otto apud Danos & Slauos fidei immemores paulo post egit. cap. 9.*

Morbo correptus priuatis odiis sepositis suasit, vt Imperium à Barbaris afflictum commendaretur Henrico Aucupi hosti suo, cui & per fratrem Eberardum insignia Imperij misit.

Hungari & Saraceni Italiam depopulantur. *Antonin. 2. par. histor. ibidem.*

Hungarorum in Italiam incursiones deuastationesque igneæ facies, stellæ micantes ac hinc inde oberrantes magno hominum stupore præsignificasse feruntur. *Naucler. gener. 31.*

a BERENGARIVS Ludouicum Bosonis f. qui annis 5 contra se regnabat in Italia, regno & oculis priuauit.

Circiter an. 915. Ennius Gotthus Arragonium regnum instituit. Epyreneis montibus Mauros in Tarracensem & Celtiberiam reuersos depellit.

Berengario Italiæ & Rodolpho Burgundiæ regibus postea de regno Italiæ inter se dissidentibus, auctoritatem suam apud vtrumque regem interposuit, quo minus armata manu confligerent. *Sabel. lib. 1. Ennead. 9.*

Eius nepos Sanctius Maior cum filio Ferdinando potitus regnis Legionis & Castellæ, inde Mauros vniuersos depellit, Ferdinando Castiliæ & Legionis, Garcia Nauarræ, Sanctio Nepoti Arragoniæ regnum attribuit. Hinc prodire deinceps tres regum Hispanicorum familiae.

Garcia non longa fuit posteritas. Quare regnum Nauarræ crebro mutatis vicibus, nunc Hispanos, nunc Gallos dominos habuit.

b. IOANNES Papa bellator & triumphator de Saracenis maximus, sed tandem in vinculis necatus.

Saracenos totam Italiam, Calabriam & Apuliam vastantes auxilio Constantini Imp. Græci tribus præliis ita attriuit, vt intra tres menses penitus ferè extincti sint. *Luitprandus, Blondus.*

Anni christi.

Anni mundi.

Conrado I. Occid. Imp. decimo, an. 7

Carolo 4. Simplicis Fr. Reg. vigesimo sexto.

Sahata regina Aethiopia.

Abderamen Hispania, Miramolino.

Ramiro Hispan. Rege quadragesimo septimo.

Eduardo Angliæ septimo.

125.

915 a LANDVS, siue Lando Sabinensis. 5003

916 mens. 6. dies 21. 5004
Vacat dies 26.

Patriarcha. Nicolao Mystico iterum.

Principibus. Eisdem Imp. & regnant.

126.

916 b IOANNES IO. Rom. 5004
929 an. 13. mens. 2. dies 3. 5017

Zipti

Anni christi.

Anni mundi.

Patriarcha. Constantinopoli Nicolao Mystico, Deinde Stephano 2. an. 3. Tryphone, an. 6.

Principibus.

Constantino 7. cura Romano Orient. Imp. nonagesimo quinto.

Conrado 1. Occident. Imp. decimo, & postea Henrico I. Aucupe, an. 18.

Carolo 4. Simplicis Fr. Reg. vigesimo sexto, & postea fugato in Angliam Ludouico eius filio, Rodolpho Burgundione, an. 2. Franc. Reg.

Sahata Regina Aethiopia, & post eam Ambasandin Ghemaosfare, Girgaz, Dergua, Michael.

Abderamen Hisp. Miramolino.

Ramiro Hisp. Reg. quadragesimo septimo, deinde Ordonio, 3. an. 5. Ordonio, 4. an. 5.

Eduardo Angliæ septimo deinde Adolstano, an. 16.

CONCIL. in altam pago Rhetia. Aucut. lib. 4.

127

929 c LEO 6. Roman. mens. 7. dies 15.

930 Vacat mens. 1. 5018

Ziptinæus siue Liptineus siue Spitigneus Dux Boemiarum factus est Christianus, & nominatur episcopus Pragensis Vvittech, an 921. *Sigeb. Plat. Sabell.*

An. 923. sanguis dominicus Augiam delatus est, *Sigeb. Reginonis continuator.*

An. 926. Leuæ non longè à Bruxella & Antuerpia vniuersale studium cœpit Ioanne Brabantia duce. *Ireni. lib. 12.*

Hungari ab Alberico Capuanorum principe, Pontificis odio euocati Italiam grauius, quàm vnquam antea fecerant Saraceni, diripiunt. *Iidem.*

Morauia à Pont. obrinent, ne deinceps episcopis Boariae subiciantur, sed habeant peculiare Archiepiscopum, quod Boarios Slauium perpetuos esse hostes dicerent. *Auent. lib. 4. Boiorum.*

Guibertus, seu Vuicpertus, siue etiam Vigipertus (variè enim eius nomen scriptum legitur) Princeps Lotharingia ingressus monasterium, sanctè vixit. *Sigebert. Plat.*

Rutgerus Treuirensis, qui librum Decretorum scripsit, obiit anno 928. *Continuator Reginonis.*

Notingerus, siue Notingus Constantiensis. *Naucl.*

HVMANA.

Ludouicus III. Conradus I. & Henricus I. Coronam Imperij non acceperunt Hungaricis incursionibus impediti. Hinc Historici eos ferè vocant Germanorum reges non Imperatores.

Henricus Imper. laronibus & sicariis valentibus, non modo veniam, sed arma & agros conferebat, vt ipsis in bello contra Barbaros vteretur. *Sigeb.*

Cum vngaris conflicturus, vouet Simoniacam hæresim se toto imperio expulsum. *Luitprand. lib. secundo, cap. 8.*

A Rudolpho Burgundionum duce lanceam dominicam, cui Clauis artificiosè affixi erant, magnis pollicitationibus impetrat. Quod munus non tantum auro & argento copioso, sed & magna Sueuorum prouinciæ parte compensauit. *Luitprand. lib. 4. cap. 12.*

Ea vsus est pro Labaro. Quare & præeunte hoc signo victorifero, semper hostes suos terruit, & in fugam conuertit. *Ibid.*

Cum Hungaris pacem in 9. annos. Deinde bellum contra Lotharingos & Francos gerit & imperata facere cogit. *Contin. Regino.* Slaui, Danis, Dalmatis & Boëmis tributum imponit. *Ibid. Sigeb.*

Berengarius 2. pacem cum Hungaris sancit, vt tranquillam possideret Italiam. Ita Hungari ad alias gentes turbandas sese conuerterunt. *Bonfinus.*

924. Lotharingia tota ad Germanos à Francis concessit. *Reginonis appendix. Sigeb.* Francis Normatico bello occupatis & Normanis sub diuersis ducibus sese in Aruerniam, Aquitaniamve effundentibus. Nam quamuis Neustria Rolloni eiusque genti esset attributa, ab eorum tamen vexationibus Francia non quiescebat.

c LVITHPRANDVS Ticinensis post superiorem Ioannem, alterum Ioannem II. subiicit, Sergij Papæ & Marociæ nobilissimæ Romanæ filium. At quotquot de Romanis pontificibus scripserunt (fuerunt autem pluri) non alterum Ioannem, sed Leonem sextum, & illi Stephanum 7. subiiciunt. Post quos Ioannem ipsum II.

Sergij P. filium communi consensu referunt. *Onuph.*
Leo intestinos Italiae motus, qui multos iam annos durauerant, pacate studuit. *Plati Nauclerus.*

HVMANA.

Ordonij Hipa. regis tempore Almanzor dux Saracenorum bellicosus.

Rodolphus Burgundiae dux secundus indeque Franciae rex Vuillelmo Normanorum Principi Britonum oram maritimam donauit, quam tamen alij a Carolo Simplicem Rolloni ante traditam ferunt, sed fortasse posterior fuit prioris donationis confirmatio.

Hungaros Burgundiam populantes in Italiam traicere coegit.

929 Carolus Simplex Peronae miseranda sorte obiit post quintum suae custodiae annum. *Annales Remenses, Abbas Ospergensis.*

d STEPHANVS pacis, mansuetudinis, religionis studiosissimus. *Cranzius & Schedeuir.*

Nuba Danorum, seu Normanorum Rex ab Henrico Imperatore superatus, cogitur cum suis baptismum suscipere, & Bosbo ipsi Christum adnunciat. *Vuich. lib. 1. Saxonum & Luitprandus, lib. 3. cap. 13.*

An. 931. Henticus Imp. regem Abroditarum Christianum facit. *Sigeb. & Brandeburgi incolas an. 920 ubi Otho primus episcopatum erexit. Chron. Mersburg. Munster. in Cosmog. & Sarabos. siue Vandalos, qui tunc Delemantici nominabantur. Ibid. Magdeburgum ad Albim restaurauit, atque Vandalis metropolim statuit, Episcopo Adelberto, qui inter Vandalos praecelaram nauarint operam. Cranzius lib. 2. cap. 30. Vandal.*

HVMANA.

631. Britonum reliquiae Normanos omnes cum suo duce Felocam, qui in maritimis Britanniae regionibus remanserant, die D. Michaelis. conspiratione, peremerunt.

Illud facinus. Incon. Normanorum Ligerim accolentium princeps vlciscens regione iterum potitur. *In annalibus Britonum.*

Raimundus Tolafatium comes & Ermigandus Gothiae & Lupus Lacinarius Vasco Rodolpho Burgundionum regi suum obsequium fidemque deuouerunt. Quorum Vasco equum ferebatur habere annorum plusquam centum, adhuc tamen validissimum. *Luitprandus lib. 5. Annales Remenses.*

e REGI Angliae negligenter res sacras in suo regno curanti, nisi emendetur, minatur excommunicationem. *Polydor. lib. 6. Angli.*

HVMANA.

In suos carceres clauditur ab Albrico fratre Roman occupante & eam ab Hugone Italiae & Prouinciae rege strenue defendente. *Annales Remenses.*

Qui quidem Hugo an. 936. exercitu suo fame pestique consumpto, ab oblidione urbis Romae recessit affinitate prius cum Albrico hoste suo inita. *Ibid.*

Nouergiae reges Christianam religionem amplectuntur Volcquardo ibi verbum Dei propagante & Henrico Imp. annitente. *Cranzius. in metrop.*

Firtheftanus primus Episcopus Vintoniensis in An-

Anni christi.

Patriarcha.
Constantinopoli Triphone.
Principibus.

Constantino cum Romano Orient. Imp. nonagesimo quinto.

Henrico 1 Occid. Imp. 11
Rodolpho Burgundione,
an. 2. Francorum rege vigesimo septimo,

Degna Michael Aethiopia, deinde Bedegaz.

Abderamen Hisp. Miramolino.

Ordonio Hispaniae rege quadragesimo nono.

Adelstano Angliae octauo.

128

d STEPHANVS 8, dict.

7. Romanus an. 2.

mens. 1. dies 12

Vacat dies 10.

Patriarcha.
Constantinopoli Theophylacto.

Principibus.
Eisdem Imp. & regnant.

Hispan. reg. Sanctio cog. Crasio, siue pingui, an. 10.

Aethiopiae Arma Culandin.

129

e IOANNES II. Rom.

an. 4.

mens. 10. dies. 15.

Vacat dies 12.

Anni mundi.

930

5018

932

5020

932

5020

937

5025

Anni christi.

Patriarcha.
Constantinopoli Nicolao Mystico, deinde Stephano 2, an. 3. Tryphone, an. 6.

Principibus.
Eisdem Imp. & regnant
Rodolpho Burgundione, deinde Ludonico 6. dicto 4. Transmarino ex Anglia, reuerso an. 27 Franc. Reg.

130

f LEO 7. Rom. an. 3. mens. 6. dies 10.

Vacat dies 3.

937

5025

940

Patriarcha.
Constantinopoli Theophylacto.

Principibus.
Constantino 7. an. 16, cum Romano Lacapeno Orient. Imp. nonagesimo quinto.

Othone 1. cog. Magno, an. 36. Occid. Imp. duodecimo, vel potius Germanorum rege. Ludouico Fr. Reg. vigesimo octauo.

Bedegaz Aethiopia, deinde Arma.

Abderamen Hispaniae Miramolino.

Sanctio Crasse Hisp. Reg. quinquagesimo.

Adelstano Anglorum reg. octauo.

937

CONCIL. Erophordienfe contra Imperatorem, qui monachos eiecerat e claustris. Lambert. Schafna. in hist. Germ.

Anni mundi.

glia. lib. 6. hist. Angli.
Curricula militaria, quae torneamenta vocantur & equestres ludiarque palestrici, tum primum apud Germanos excogitantur ab Henrico Imp. & magna pompa ac solennitate Magdeburgi habentur an. 935, in quibus decretum est, vt magnatum scelera punirentur. *Munst. in Cosmograph. Chronicon Saxoniae.*

Tempore Henrici Imp. Louanienfis Academia in Brabantia fundatur. *Grassarus.*

An 933. Henr. pacatis vbique hostibus. Hungaros aggredditur & ad 40 millia caedit. Hac victoria libertatem patriae & restituit & summam auctoritatem in imperio & apud exteros sibi comparauit. *Luitprandus.*

Marchias seu limitaneas praefecturas passim constituit, vt in officio regiones continerentur, vt in Cymbrica Chersoneso Slesuicensem Marchiam. Brandeburgensem contra Henetos, Misnensem contra Boemos, Lusaticam contra Polonos & Silesios.

935 Normani in Biturigum, Turonensiumque agros magno agmine irruentes ab accolis ad vnum fere caesi sunt. *Chronicon Burgundia.*

Britones paulo post, qui Normanorum metu in Anglia diti fuerant profugi, Alano Barbatorta duce Adelstani regis auxilio patriam repetunt. *Annales Remenses.*

Maioresque urbium partem (an. 937,) ex quibus deieci fuerant recipiunt, maxime vero Nanetensem, in qua Alanum paulo post ducem constituunt, cum iam alij Britones Inhaelem Berengarium in vrbe Rhedonenfi ducem haberent. *Annales Remenses & Britan.*

Tum Hungarorum Barbaries Franciam totam immaniter deuastabat. *Iidem.*

Fons sanguinis largissime fluxit Genuae, in praesagium fortasse imminentis ruinae ipsius: nam eodem anno capta est a Saracenis. *Martin. in Chron. Sigeb. & Antonin. 2. par. historia, tit. 16, cap. 1. §. 15*

f OTTO primus Paganos Saxoniam incolentes ad Christi fidem perduxit. *Martin. in Chron.*

In Zelandia & Scandia Othnicarus Albus sacerdos doctrinam Christi propagauit. *Saxo Gram. lib. 10.*

Denique Othonis primi tempore Nortuegi, Liouones, Escones, Curoni, Luxates conuersi sunt. *Henr. Token. Ecclesiae vero Slauorum, Vuagrorum, Obotritorum siue Kycinorum maximopere auctae sunt. Helmold. cap. 12. ibi Aldeburgi primum episcopum gessit Marco. Ibid.*

Vni siue Vvno Hamburg. episc. Gormone ab Henrico superato, qui Christianos crudelissime fuerat persecutus, in Daniam veniens, multos ad Christum reducit. Insulas maris passim visitat, conuersis Heroldum praeposit. Et alterius progrediens, Anscarij exemplo mare Balticum ingreditur & ad Byrcam ciuitatem ad littus maris sitam appellens Suecos & Gotthos iterum Deo lucratur, vbi & moritur an. 9. 6. *Helmoldus.*

Aldedagus Hamburgensis potestatem a Leone 7, in omnem Septentrionalem plagam, ad episcopos & Ecclesias constituendum accipit. *Cranzius lib. 3, cap. 16 & 17. Metrop.*

Romanus Lacapenus Imp. Theophylactum filium suum minimum de tonsa coma clericum fecit, vt per gradum ordinem posset adipisci patriarchatum urbis Imperatoriae. *Zonar. tom. 3.*

5025

5028

5025

HVMANA.

Otto Imp. veterum more consulum securim sibi præferri præcepit, qua nocentes percutiebat. *Crantzius lib. 3. Metrop. cap. 12.*

Regno Lotharingo sibi cedenti, Henricum fratrem Ducatus nomine præfecit.

g STEPHANVS Germanorum primus pontificium apicem est consecutus. *Nacler.*

Anthropomorphitarum hæresis repullulat, dicentium Deum esse corporeum, & habere humanam formam. Eos sua eruditione & libris repressit Racherius siue Catherius Veronensis Episcopus. *Sigeb.* Prius exorta fuerat circa annum 400. *Sozom. lib. 8. cap. 11.*

Parnassum Longobardiæ ciuitatem, quæ tota ea hæresi contaminata erat, vicinæ vrbes capiunt & incendunt, omnibus pene trucidatis & agro diocesis inter tres Archiepiscopatus Mediolanensem, Placentinum & Cremonensem, diuiso. Qui è tanta clade superferunt, eiu-rata hæresi oppidum Cremam haud procul inde distitum extruere permitti sunt. *Bergomen.*

S. Huldricus Augustanus episcopus annis 50. S. Conradus Constantiensis. S. Vigilbertus Lotharingus, siue Vgibertus eius regionis princeps singulari pietate, & miraculis. *Bergomensis.*

Magdeburgum fit Archiepiscopatus, & ei subiiciuntur sex suffraganei: Merspurgenfis, Misnensis, Gizenfis, Brandeburgensis, Hamburgensis, & Borensis. *Krantz. lib. 3. c. 24. Irenic. lib. 3. cap. 38.* nempe tota Vandalia vsque ad Panim fluium.

HVMANA.

Guilielmus secundus à Rollone dux Normaniæ, pius alioqui, interfectus est, ann. 943. Huntho eius successor eandem fidem secutus est. *Lazius.*

Paulò post ille Ducatus in Comitatum versus, tandemque occupatus à Francorum Regibus, diuturnorum bellorum inter eos & Anglos seminarium extitit. *Munst. lib. 4. Cosmog.*

R. Saadias Haggæon scribebat in Babylonia commentarios in Biblia & Talmud. libros item in hæreticos sui temporis, maxime in quendam Hanielem Balcim, qui legem è suo capite interpretabantur & scholam ad id aperuerat. *R. Abraham in Cabbala.*

Librum scripsit de lingua Hebraica & alterum de elegantiss. Vnde ab eo orditur auctores Grammaticos Abben Ezra initio Mozne.

h MARTINVS totum se religioni addixit, templa reparauit, pauperes liberaliter fouit, omissis bellis præcessorum pacem coluit. Quare Otthoni & Lothario Hugonis Italiæ regis filio auctor fuit, vt ab armis discederent, cum tota Italia, præter famem aliis etiam acerbis calamitatibus premeretur. *Plat. Bergomenf.*

Sub dirarum denunciatione Franciæ Burgundiæque Principes ad obsequium fidemque regis sui redire compulsi.

Vuilelmus Normanorum princeps primus cum rege in gratiam rediit. Deinde Vuilelmus Pictauiensis comes, Britones Hugo Magnus & Heribertus.

Pacis auctor & intercessor Otto Cæsar fuit, cum ad eum in Lotaringiam rex Francus, ipsique Principes se con-

Anni
christi.Anni
mundi.

131

940 g STEPHANVS 9, di- 5028
ctus 8. Germanus, an. 3.
943 mens. 4. dies 12. 5031
Vacat dies 10.

Patriarcha.
Constantinopoli Theophy-
lacto.

Principibus.
Eisdem Impp. & regnant.

Arma Aethiopia.

Halibatan Hispania Mi-
ramolino, an. 16.

Ramiro 3 Hispan. Reg.
an. 25.

Edmundo Angliæ, an. 6.

941 C O N C. Suesionense cuius de-
creto episcopatus Rhemensis Hugo-
ni Heriberti filio adindicatur & cõ-
firmatur. *Annales Rhemenses.*

132

943 h MARTINVS III. (si- 5031
ue Marius Sigeb.) Rom. 5035
an. 2.
947 mens. 6. dies 10.
Vacat dies 12.

tulissent.

Anni
Christi.Anni
mundi.

943

5031

Patriarcha.

Constantinopoli Theophy-
lacto.

Principibus.

Eisdem Impp. & regnant.

Sbinahani Aethiopia, de-
inde Tredda-Gabez regina,
an. 50.

843

C O N C. Bonnense Episc. 22.
Lambert. Schafr. in hist. Germ. &
Rheginonis Continuatio lib. 2.

947

5035

tulissent. *Annales Rhemenses.*

Termodus quidam Normanus, cui Setricus rex (qui è Dania à patre pulus in Neustriam paulo antè aduenerat) opitulabatur, Normanos à Christo ad paganismum redire & in Francum regem res nouas moliri suasisit. Sed bello aduersus eos suscepto ab Hugone magno partim perempti sunt, partim fugati, Eburonibus Rhotomago in obsequium Ludouici regis receptis. *In Normannica histor. & Annal. Rhemens.*

Duces Hungarorum duo præcipui Bologubes & Gylas Imp. Constantinum conuenerunt, atque imbuti doctrina Christiana, sacro lauacro tinguntur. Muneribus ornati & doctore verbi assumpto (cui Hierotheo nomè fuit. *Volater.*) redeunt. Hac occasione verbum Dei in illis regionibus plantatur. Verum alter in pristinam Idolomaniam relabitur, Gylas vero religionem & iurandum fideliter tuetur. *Zom. tom. 3.*

Gylas videtur esse Geylas filius Toxis, qui Hungaros Christianos olim sub Carolo Magno effectus, deinde relapsos, doctoribus è vicinis gentibus accersitis, iterum ad fidem perduxit. an. 964. vel iuxta Cromerum 990.

A pontifice Rom. postulauit, vt Strigonensem Ecclesiam metropolitanam esse iubeat, ac cæteros episcopatus in Hungaria erectos sua autoritate confirmet. *Bonfin. lib. 1. dec. 2.*

Pilgrinus Batauenfis & Laureacensis episcopus cum Vuolphango viro eo sæculo doctissimo, in Hungariam profectus, ecclesiam Christo lucrificet. *Auent. li. 5. Annal. Boiorum.*

Eliga vxor ducis Rufforum, qui Romanos classe infestarat, defuncto marito Christo nomen & fidem dedit. *Zom. tom. 3.*

HVMANA.

Otho Lotharingorum & Francorum Duisburgæ concentum an. 944. egit. *Reginonis continuator.*

945. Burgundiam subegit & imperio adiunxit. *Sigeb. & Abbas Vsperg.* Conrado rege addicente.

Normanni qui nuper è Dania aduenerant, in sedes Britonum, post cæfos Berengarium & Alanum ipsorum duces, nullo postea repugnante sese iniecerunt. *Annales Rhemenses.*

Ludouicum rex Franc. Hagroldi cuiusdam Daniæ regis patria sua profugi filij dolo circumuentus, cum amicè ad eum venire putaretur, captus est, comitésque eius cæsi, nec ante dimissus, quam Normans, ducique illorum sua iura libertatèque restituisset obsidibus datis. *Iidem.*

Post Sbinahanni Aethiopiæ regem in Mariani Victorij Aethiopicis iam anni singulorum regum definitè exprimentur, nempe ab an. 940. ad nostram vsque memoriã.

Tredda Gabez puella regia Aethiopum nupsit regulo Bugnæ, è quo suscepit filium, in quem fraudibus fœmineis ad Athaliæ exemplum potestatem totius Aethiopiæ transtulit, cæso vniuerso regni semine vnico infante regio excepto, qui ex Axuma prouincia, vbi erat sedes regia, in Sabam euasit ad septem illius prouinciæ principes. Atque ita in istius reginæ posteritate per ann. 333. in quinque scilicet nepotibus, tam florens mansit imperium, donec Ican Nuamlach sub an. 1265. ad suam familiam, id est, primam restitueret.

Nam iam olim à temporibus Salomonis reges duntaxat sumebantur è maribus profapiæ Dauidicæ, quæ illic regnare caperat per Meilic Salomonis filium è regina

Saba. *Marinus Victorius de regibus Aethiop.*

944. Abdala Saracenorum rex à Gallitiæ rege Radimiro vincitur, quod ingenti terræ moru significatum ferunt. *Luitprandus. Sigeb.*

I AGAPETVS tota Italia bello ardente pontificatum inuit. Non malus Papa sed malo tempore. Nam à vitæ innocentia & Christianæ religionis amore celebratur. *Nauder. Bergomens.* Pacis fuit studiosus. Quare Albertum Berengarij filium Venetos, postquam Ottho ab Italia discessisset, vexare, pro virili prohibuit. *Platin.*

Hugonem Magnum diris obstrictum pronuntiauit, quousque regi Franc. Ludouico satisfecisset, resque bello ereptas reddidisset. *Annales Remenses.*

Frontho Daniæ rex petit ab Agapeto Pont. sibi doctores mitti. *Saxo Gram. lib. 9.*

Manasses grauisimo scandalo episcopatu Arelatensem reliquit, vt ad Veronensem, deinde Mantuanum, postremo Tridentinum transfugeret, quod huiusmodi sacerdotium permuratio antiquis ecclesiæ canonibus aduersaretur. *Luitprand. lib. 4. c. 3.*

Bruno Colonienfis plurimos Normanorum in sua prouincia passim vagantium Holfatos, Danos, Nortalingos & Dithmarfos ad religionis & imperij. Rom. obedientiam adduxit. *Cyant. Saxo lib. 3. c. 12.*

S, Dunstanus, & Odo Seuerus, Cantuarienses, qui de trãsubstantiatione & plurima alia scripserunt. *Polid. lib. 6. Aug.* Osuualdus Floriacensis. Alphredus, Ethelouldus. *Idem lib. 7.* Serlo & Fridegodus Britanni.

Vuilielmus Otthonis Imper. filius, Archiepiscopus Moguntinus Chronica scribit.

Luitprandus Ticinensis Diaconus historiam rerum per Europam gestarum libris sex ab an. 857 ad 930 vsque Otthonis Magni fere continuat.

HVMANA.

An. 950. Ottho Venetos eorumque regem subegit, deinde bis Italiam ingressus, primò vicit Berengarium quartum Italorum regem, secundo eum Regno pellit. *palmer & Volat.* Idem Ottho Magdeburgum ciuitatem Germaniæ condidit, ad petitionem Edditiæ vxoris suæ, cum antea esset ibi tantum arx extructa.

Hungari Noricum, Italiam, Franciamque petunt, & Baioriam depopulantes victi ab Otthone, immensa, cæde iuxta Augustam urbem Alemanniæ, necantur. *Herm. contra. in Chron.*

Dania ab Otthone subiugata & ad fidem plenius conuersa in tres Episcopatus diuiditur, atque Hamburgensi metropoli subiicitur. *Helmod.*

Constantinus Imperator regnauit cum Leone patre, Alexandro patruo, & matre annos tredecim, cum Romano Lacapeno viginti sex, postremo solus quindecim. *Zonar. tom. 3.*

947. Actis & niuosa hyems à Nouembris initio vsque ad æquinoctium vernali in Polonia perdurauit. *Crom. lib. 3. Polo.*

K POTENTIA patris fretus pontificatum sibi assumit. Venationibus magis, quam precibus deditus, &c. Monstrum hominis Platinæ.

Ioannem hunc 12. primum in pontificatu nomen suum mutasse docet Onuphrius, cum antea Octavianus vocaretur, vt Guilielmus Bibliothecarius scribit.

Contra

| Anni Christi. | 133 | Anni mundi. |
|---------------|--|-------------|
| 947 | I AGAPETVS II. Iunior Romanus. an. 7. mens. 9. dies 10. | 5035 |
| 955 | Vacat d. 12. Patriarcha. Constantinopoli Theophylacto, deinde Polyucto an. 17. Principibus. Eisdem Imp. & Constantino solo Orient. Imp. nonagesimo quinto. Tredda Gabez Regina Aethiopiæ an. 50. Halihatan Hisp. Miramolino: deinde Hissen. ann. 29. Ramiro 3. Hispaniæ rege quinquagesimo primo. Eduardo Angliæ ann. 9. | 5043 |
| | CONCIL. Virdunense. Annal. Rhemenses. Mosomense, iudem. | |
| | Ingelhemense Episc. 30. vel 34. præsede Marino siue Martino legato Apostolico, præsensibus Outhone Germanorum, & Ludouico Franc. Reg. de Episcopatus Rhemensis controversia, & tota ea, que iamdiu regni Gallicum inter Ludouicum regem & Hugonem Magnum conturbabat. <i>Herm. Contractus in Chron. Lambert. Schafn. in hist. Germ. & Continuatio Reginonis lib. 2. Treuerense de eadem controversia. Annales Rhemenses. Augustianum 2 apud Vindelicos Episcop. 25 præsente Imperatore Herm. Contract.</i> | |
| | K IOANNES 12. Romanus an. 9. mens. 3. dies 5. | 5043 |
| 955 | Vacat dies 1. | 5051 |

| Anni Christi. | Patriarcha. | Anni mundi. |
|---------------|--|-------------|
| | Constantinopoli Polyucto. Principibus. Costantino solo & post eum, Romano. cogn. Pueri eius filio Orien. Imp. nonagesimo sexto. Otthone I. Mag. Germanorum & Romanorum Imp. duodecimo. Lothario an. 31. Franc. Reg. vigesimo nono. Tredda Gabez regina Aethiopiæ. Hissen Hispaniæ Miramolino. Ramiro 3. Hispaniæ Rege quinquagesimo primo. Alfredo Angliæ decimo & per ordinem Eduino an. 4. Edgardo an. 16. | |
| 958 | CONCIL. Ingelheimense 2 Episc. 16. præsente Outhone. Continuatio Reginonis. | 5046 |
| 963 | CONCIL. Romanum plurimorum Archiepiscoporum, omnium propè Episcoporum Italia, præsente Otthone Imp. qui illud coegit contra Ioannem 12. Papam. Continuatio Reginonis, & Luitprand. lib. 6, cap. 6. & sequentibus. In eo electus est Pontifex Rom. Leo. 8. | 5051 |

Contra eos, qui hoc Sergio, multò ante tribuunt.

Ottho rebus feliciter contra Berengarium gestis à Ioanne 12 coronatur & inungitur, in Germanorum primum imperatorem, atque à Romano populo salatur Augustus. *Sigeb. Aemil. lib. 3. Palmer. in Chron. Luitprandus lib. 6. cap. 6.* Fuit primus, qui post translatum ad Germanos Imperium Imperiales titulos ritè suscepit. *Palmer.* nam à Ludouico 3 vsque ad ipsum deinceps Imperij corona caruerunt.

Giselbertum auctorem libri Altercationis Ecclesiæ & synagogæ circa an. 960 ponunt, sed nos supra aliter an. 880.

Multa monasteria per Otthonem, aut restaurantur, aut ampliantur, aut ædificantur. *Sigeb.*

958. Bruno Colonienfis Archiepisc. Nortalingenses, Danos, Holfatos, Stormaros, Dithmarfos & reliquos in Chersoneso Cimbrica ad fidem Christianam conuertit. *Chron. Mesburg. Sigeb.*

In Synodo Romana Ioanni pont. vitio datur, quod matutinas & canonicas horas neglexerit, & se crucis signo non munierit. *Luitprandus. lib. 6. c. 7.*

Sub Romano const. Imp. Christi effigiem nullis factam manibus, sed diuinitus linteo impressam, Agareni ea pacem sibi redimentes, Constantinopolim transmittunt. *Zon. 10. 3.*

Ethelstanus Anglorum rex ab Otthone magno Ensem Constantini Magni, cuius in capulo clauus Christi hærebat, Lanceam, qua latus eius transfossus, partem Scruis & spineæ coronæ impetrauit, quorum partes aliquot idem rex Malmes buriensibus donauit. *Ranulphus lib. 6. c. 6.*

Helena Ragorum (Tuscorum, habent Chronica Trittemij) regina legatos ad Otthonem Imp. mittit, vt episcopos & presbyteros assequatur, ad Christi doctrinam in sua gente prædicandam, an. 959 & Adelbertum, qui postea Magdeburgensis episcopus factus est, recipit. *Continuatio Reginonis.*

HVMANA.

Regnum Nauarræ ultra montes Pyreneos, ab Eneco Comite Bigorræ sumpit originem, anno 961. Nam è montibus Pyreneis in vicinam Nauarræ planitiem descendens cum magno exercitu, eam totam regionem è potestate Saracenorum eripiens, meruit primus rex in eo loco salutari. *Volater. lib. 22.*

956 Arnulphus Flandriæ comes multa cœnobiis detraxit, quæ suæ diuisit nobilitati, sed eo misere mortuo possessiones receptæ sunt intercessionem Emmiæ Reginæ apud Lotharium regem. *Meyer. in Chron. Fland.*

Bardas Phocas legionum domesticus Agarenos Orientales repressit, eisque vrbes multas ademit. *Zon. tom 3.*

Romanus Imp. matrem & sorores aula exegit. quæ postea doloris impatientia quæstum prostitutione corporis quæsiuerunt. Hoc imperante Nicephorus Phocas legionum prefectus Cretenses Agarenos vincit, deinde in Syria Berræam capit Sic Leo eius frater Agarenos Orientales vel necat vel profligat passim grassantes. *Zonar.*

Cruces in vestibus apparuerunt, & signum in sole. *H. r.*

contra in Chron. Multa horrenda portenta contigerunt. Sigeb.

Tres Reguli Hungarorum bello per Otthonem capti suspendio perierunt; & Hungari ita iterum prelio attriti sunt, vt vltra mutire ausi non fuerint. Sigeb. in Chron.

Transfertur Imperium Italarum siue Longobardorum ad Germanos per Otthonem Mag. Berengatio 4 cam Alberto filio mortuis.

I H I C ET sequentes pontifices variè ab historicis collocantur. Quin & ante hunc aliqui nominant Benedictum quintum mens. 6, quem eiecit Ottho Imp. de sede, compellens clerum, vt illius loco Leonem susciperet.

Leo 8 damnato per contumaciam Ioanne 12. in Concilio Romano, ex Laico electus est Roman. Pontifex: vnde natae sunt Romae maximae seditiones. Sigeb. Palmer. Luitprand. lib. 6, cap. 8 & 9. Ipse cum toto clero & populo Romano in Concilio potestatem eligendi Rom. Pontificem, & ius inuestiturae Imperatori iterum contulit. Plat. Sigeb. & Ca. in Synodo distm. 63.

Nicephorus Imp. Orientis in Siciliam veniens capit Anabazam, Rosum, Tarsum, Mopsuestiam, classem Aegyptiam. Cyprum quoque recuperat & Syriae ciuitates prope Libanum vsque ad Antiochiam.

Ob leges iniquas fuit omnibus exosus. Praetextu enim bellorum omnis generis exactionibus subditos premebat. Ob frequentes expeditiones inopiam pecuniae causando annua dona iam olim templis & piis domibus concessa penitus sustulit. Deceuit ne fundi Ecclesiarum augerentur, quod illae opes a sacerdotibus in Ecclesiae utilitatem non conferrentur. Sumpta occasione contentionis inter episcopos & patriarcham de suffragiis, auctoritatem designandi Episcopos sibi vendicauit: Vnde in vacantem ecclesiam mittebat aliquem suorum seruorum, quo parca sumptus necessarios faciente ipse reliqua sibi vendicabat. Praeterea decreto sanxit, vt milites in bellis interfecti pari cum Martyribus honore colerentur: quod ratum non fuit. Patriarcha Polyeucto, primoribus sacerdotum, & principibus senatus strenue resistentibus. Zon. 10. 3. in vita Nicephori & Zimisca.

Arrepta licentia conferendi episcopatus pro suo arbitrio, mox quoque cum suis policitis ipsam religionis formam praescribere conatur, itaque milites consecrare siue inter martyres referre decretis, hymnis, aliisque diuinis honoribus. Patriarcha & nonnulli primarij sacerdotes & laici Deum timentes sese opponunt, atque triennio ab vsu sacrae communionis remouent. Zon. tom. 3 & i. in eius constitutionibus lib. 1. Iuris Orientalis pag. 22.

Eodem tempore, quo Nicephorus Phocas ius conferendi episcopatus & sacerdotia in Oriente sibi sumpserat. Zon. 10. 3. Ottho primus, an. scilicet, 961. hoc iure in Occid. vti cepit, Nam Landouardus Mudensis episcopus primus inter omnes antecessores suos inuestituram (vt loquebantur) & regalia suscepit de eius manu. Crant. lib. 3. Metrop. c. 33. Quapropter longa de hoc iure fuit in Ecclesia & miserabilis concertatio. Hoc enim duo Henrici Pater & filius, hoc idem duo Frederici auus & nepos, defendere & tueri tentarunt. Sed vicit Christus, vt ius suum Ecclesiis Imperatores reliquerint, aut potius relinquere propter infortunia coacti fuerint. Idem. l. 2. c. 29

Anni Christi.

963

964

135
I LEO 8. Romanus an. 1. mens. 4.

Patriarcha.

Constantinopoli Polyeucto

Principibus.

Eisdem Imp. & post Romanum, Nicephoro Phoca an. 10. Orient. Imp. & regnant.

Anni mundi.

5051

5052

Anni Christi.

964

964

134
m IOANNES 12 profugus, Leone 8. vrbe fugato, iterum Pontificatum obtinuit, mens. 3. d. 28.

Patriarcha.
Constantinopoli Polyeucto.
Principibus.

Iisdem, qui prius.
Mieslao autem Polonorum principe & Christiano an. 35.

IN CONCILIO quorundam Episcoporum Leonem 8. deposuit & damnauit eius acta, & Concilium Romanum collectum ab Otthone. Sigeb.

964

Schisma 13.
* Benedictus 5. Romanus mortuo Ioanne 12 à Romanis contra Leonem 8, electus sedit,

964

135
n LEO 8. Romanus, post Benedicti coactam abdicatione restitutus ab Imperatore sedit. mens. 8. di. 22. Vacat m. 6. d. 15.

964

CONCIL. Romanum multorum Episcoporum praesente Imp. contra Benedictum 5. Contin. Rheginonis.

965

136
o IOANNES 13. Roman. an. 6. mens. 11. dies 5. Vacat d. 13.

971

Anni mundi.

5051

5052

5052

5052

5053

5052

5053

5060

Ottho ad Comitem Abbatiam Lauresheim petentem scriptum est, inquit, Nolite sanctum dare canibus. Quod quamuis à doctoribus spiritualiter intelligendum esse praedicetur, ego tamen satis me dare canibus sanctum censeo, si monasteriorum praedia, quae à religiosis viris Deo sunt militantibus tradita, tulerò, & saeculo militantibus dederò. Luitprandus lib. 4. c. 5.

m H I C incipit historicorum varietas in recensendis huius nominis pontificibus. Nam aliqui ex hoc Ioanne 12 cum bis pontificatum tenuerit duos faciunt. Sed perperam è Lamberto, horum temporum vicino. Quod & fatentur Magdeburgenses Cent. 10, c. 10. pagina. 530 & Cent. 11. c. pagina. 10. 519. Quod arguit Ioannem siue Ioannem Anglicam (vt qui nunquam in rerum natura extiterit) nunquam agnitam fuisse inter pontifices. Alioqui ab ipso, vt potè octauo, diuersitas debuisset auspicari.

Odelricus episcopus Rhemensis Theobaldum Vetulum siue Veteratorem Carnutum comitem excommunicat, quod Codiciacum aliaque eius Ecclesiae oppida vilisque pertinaciter obtineret. Quo exemplo permotus Heribertus comes Sparnacum reddidit & aliorum reddendorum spem fecit. Annal. Rhemensis.

HVMANA.

Nicephorus pacta vetera renouat cum Imperatoribus Occid. Ottho vicissim confirmandae amicitiae causa, petit Theophaniam priuignam Nicephori, Romani, autem filiam filio suo. Quod cum indignè ferrent Graeci, & legatos in itinere violassent, Apuliam & Calabriam, quaeque adhuc in Italia vrbes eis parebant, depopulatur, donec Theophania filio suo nubit.

Anno 960 legari Russorum ab Otthone doctores & Sacerdotes impetrant. Praecipue Adelbertum ex monasterio Corbeiensis doctrina & sanctitate insignem. Verum is vix euasit ipsorum manus, priusquam firma pietatis fundamenta iecisset. Chron. Hirfangiense.

* Platina & nonnulli alij hunc numerant inter Roma. Pontifices.

n AN. 964 Mieslaus principatum Polonicum post patris Zemomissi funus, anno seq. 965. Christianum baptismum cum tota gente suscepit. Hinc deinceps Poloni publicè Christiani. Ante quem annum supputatio temporum apud eos est incertissima. Quare hic eorum Chronica proprie incipiunt, Cromerns.

HVMANA.

Cum inter filios regnum Francorum, aequa lance partitio fieret, vt & omnes regni titulo decorarentur, sub hac tempora Lotharius solus regnum obtinuit & fratribus portionem, quae regis Franciae imperio esset obnoxia, assignauit. Quod postea obtinuit in tertia Capetiorum familia in hunc diem.

968. Adalberrus quintus Italiae rex anno regni sui quarto ab Otthone pellitur, ac sic Italiae regnum, quod per 80 annos ferme steterat, desit.

o I N remunerationem collocati in se beneficij ab Otthone Imper. Otthone eius filium Augustum appellauit. Palm.

Polonis Ægidium Tusculanum Cardinalem religionis plantandæ gratia, dedicat Apostolum vt ibi dioceses & Episcopos 13 constituat *Chron. Polonia. Crom. lib. 3.*

Ei Ottho in Rauennensi plurimorum episcoporum Concilio urbem & terram Rauenatensem aliâque à suis maioribus ablata reddidit, quæ vel Constantinus donauerat, vel Carolus Mag. restituerat. aut ante illum Iustinianus vel Arithbertus Longobardorum rex confirmauerat.

Gerardus Cameracensis Episcopus doctissimus. Quidam ad hæc tempora referunt Stephanum Episcopum Heduensem.

Vuitichindus siue Vuindichinus monachus Corbeienfis, vitam Pauli Eremitæ, gesta item Henrici I. & Otthonis I. Imper. ac historiam de origine & rebus Saxonum vsque ad an. 973 tribus libris conscripsit. *Sigeb. Tri. extat eius historia & alia multa tam prosa, quam metro.*

Mieslaus siue Miesclaus 14 Poloniæ Dux omnium Ducum Polonorum primus Christianus fit an. 965. Ex quo tempore tota Polonia Christianam fidem retinet. *Bonfin. lib. 1. de reb. Vngar. dec. 2. & Marti. Cromer. lib. 3. histo. Polon.*

Boleslai primi Boemorum ducis filiam ducit, septem mulieribus Ethnicis repudiatis, cuius disciplina totum se ad propagandam Christi religionem conuertit, regiones in dioceses distribuit, Archiepiscopos duos Gnesnensem & Cracouiensem instituit, reliquis verò Ecclesiis episcopos attribuit, Pofnaniensi, Smagorouiensi, Crusuiensi, Plocensi, Culmensi, Lubusensi, Camenensi. *Crom lib. 3.*

Huius filium Boleslaum Adelbertus in fide erudit, qui ad Boruffos postea veniens Martyr Christi euasit. *Crantz. lib. 2. cap. 29. Vandal.*

Stratiquates Boleslai Boemorum regis filius, olim clero ascriptus, cum ad episcopatum quendam vocaretur eum tanquam suo genere indignum contempsit. At cum postea alium quendam splendidiorem ambiret, propter familiæ dignitatem obtinuit quidem, sed dum à Moguntino consecratur, statim à diabolo arreptus, miserèque tortus expirauit. *Ibid. cap. 28.*

An. 970. Hatto Moguntinus episcopus murium moribus conficitur. eiusque nomen parietibus & chartis inscriptum abraditur in turri, quæ à Muribus nominata in hunc vsque diem in Rheni flumine conspicitur, quod pauperes famis tempore in quodam horreo per speciem murium cremasset. *Maria. Scotus. Martini chronicon. Honor. in Flor.*

956 Haraldus Rex Danorum cum vxore & Sueuone filio baptizatur, conspicatur Poponem adhuc clericum per miraculum ferrum ponderosissimum candens in fidei Christianæ probationem manibus citra noxam gestantem: vnde iussit subditos omnem prorsus idololatriam einrare, & vnum solum Deum adorare, cum antea Christum simul & idola colerent. *Sigeb. & Krantz. lib. 3. c. 25. Vuitichia. lib. 3. histor. Saxon.*

In Nouergia & Anglia ecelesias Christi adiuuit, Hacquinum Nouergie principem restituit, prius pietate instructum, vt Christianis deinceps nihil molestiarum afferret. *Crantz. lib. 3. c. 38.*

Anni
Christi.

965

Anni
mundi.

5053

Patriarcha.
Constantinopoli Polyucto,
deinde Basilio an. 4.

Principibus.

Nicephoro Phoca Orient.
Imp. nonagesimo septimo, &
ea caso, Ioane Zimisce an. 6

Othone Occid. Imp. duodecimo.

Lothario Franc. Reg. vigesimo nono.

Treda Gabez regina Aethiopia.

Hissen Hispania Miramolino.

Ramiro 3. Hispania Rege
quingagesimo primo, deinde
Veremundo 2. an. 17.

Edgardo Anglia duodecimo.

Mieslao primo Polonorum
Principe Christiano.

972

Concil. Rauennense presente. Imp.

5060

Anni
Christi.

972

973

137
p BENEDICTVS 5.
dictus 6. Romanus an. 1.
mens. 6.

Patriarcha.
Constantinopoli Basilio.
Principibus.
Eisdem Imperatibus usque
ad Otthonem 2. & regnant.

CONCIL. Ingelheimense 3.
propter Ada. beronem Sancti Vual-
rici Augustinensis Episcopi nepotē.
Herma. Contr. in Chron.

Anglicanum. Polyd. lib. 6. hist. Angl.

973

974

138
q DONVS II siue Dō-
nus, Rom. an. 1.

Vacat dies 2.
Patriarcha.
Constantinopoli Basilio.
Principibus.

Ioane Zimisce Ori. Imp. no-
nagesimo octauo.

Othone 2. Iunioris an. 10.
Occid. Imp. decimo tertio.

Lothario Franc. Reg. vige-
simo nono.

Treda Gabez regina Aethiopia.

Hissen Miramolino Hisp.
Veremundo Hispania rege
quingagesimo secundo.

Eduardo 2. Anglia an. 3.
Mieslao Polonorum primo.
Christiano Principe.

974

975

139
r BONIFACIUS 7.
Roman. mens. 7. di. 5.
Vacat di. 20.

Anni
mundi.

5060

5061

5060

5061

5062

5062

5063

Ermundus Suecorum rex Erici filius Haraldus fœderatus, Christianis equus. *Ibid.*

Supererant adhuc in Oriente Manichæorum reliquæ, quas precibus Theodori Patriarchæ Antiocheni Ioan. Zimisces Imperator ex Orientis partibus Philopolim in Occidentem transtulit. *Zon. tom. 3.*

Vuormatienses, Spirenses, & Moguntinenses canonici monasticam vitam commutant in secularem, *Monster. in Cosmog.*

HUMANÆ.

Ottho Imperator in Saxonia prope Goslariam an. 968 auri & argenti fodinas primus aperuit. *Sigeb.*

Hermannum totius Saxonie ducem primum constituit. quamuis non nisi mediocri loco inter Saxones natus esset. *Holfatiense Chron.*

Russi Bulgariam occupant, è qua vix abigi potuerunt. *Ibid.*

p A CINTHIO Rom. ciue capitur & in arcem S. Angeli includitur, donec illic fame moreretur (iuxta alios strangularetur.)

Nonnulli hic duos Benedictos faciunt quintum & sextum, ob perturbationem successionis è bellis ambientium & vi imperatorum intrudentium.

Sub Ioanne Zimisce Suidas *Ipse in voce Adam*, vbi est mendum 45 annorum. Nam Zimisces ait mortuum anno Dom. 1018 quem constat minime peruenisse ad annum 984. Mirum autem est nonnullos asserere Suidam non fuisse Christianum, cum vbique liber ipsius reclamet, seorsum in voce *επιμαρτυρον*, qui est epitome libri cuiusdam Hesychij.

Zimisces expertus iram Dei sanire in Imperium & Imperatorem, quod Nicephorus proximè sibi ius pro suo arbitrio episcopos designandi, sublatis electionibus, rapuisset, illo iure Ecclesiasticis cesit. *Zon. tom. 3. de Russis triumphat. Ibidem.*

In Anglia Dunstanus Cantuariensis, principe Edgardo opitulante, resistit cupientibus sacerdotum connubia introducere, & nouis aliis dogmatibus ecclesiam obturbare. *Folyd. lib. 6. hist. Ang.*

q HIC omittitur à quibusdam. Apud Sigebertum mendosè legitur Nonus, nam in antiquis exemplaribus manuscriptus est Donus.

Circa hanc tempestatem Camaldulensis professio auctore Romoaldo, in Apennino instituitur. *Sabel. lib. 2. Ennead. 9.*

r TRES sequentes pontifices inuicem contendunt de Papatu.

Malis artibus Bonifacius Pontificatum adeptus, male amisit.

Basilicam D. Petri compilans aufugit & seditionem pòst in Romanos mouit.

Obserua pessimos istos Pontifices breui tempore absumptos. Imperatores verò, quorum scelere pontificatus, sic erat promeritalis, nihilo fuisse feliciores.

In Boemia, quæ nuper Idololorum cultum abiecerat, episcopatum Vuolfangus instituit. *Chron. Bavarie.*

In Slauinia in 18 pagos dispersita pagi omnes præter tres ad fidem Christi sub Ezicone quarto Aldeburgenfi

episcopo perueniunt. *Helmold. cap. 14. e quodam Magistro Adam, qui Hamburgensis ecclesie pontificum gesta scripserat.*

Herigerus, siue Henricus. *Triib. Sabel. lib. 2. Ennead. 9.*
Angilbertus siue Engelbertus, Theodoricus S. Albani *Triib. in Chro. Hirsaug.* Adelbertus siue Albertus Lobien-
sis, Erardus Luneburgenfis, Smargdus. *Triib. de vir. illust. Briferdeus.*

HVMANA.

Otho 2 cum a Lothario Francia Rege armis denuo Lotharingiam recepisset, eius quendam tractum Coloniensi & Leodiensi episcopis attribuit, reliquum donauit Carolo Lotharij fratri, ea lege, vt beneficio Imperatoris tanquam Imperij prouinciam possideret.

Otho ne bello Danico occupato Henricus Boiorum dux in Batariam irruit, sed ab Imp. postea captus Treuirim in exilium mittitur. *Auent. lib. 5. Annal.*

NEQUE bene neque male, tempore Othonis mortui post tot bella.

Regnum Hungariae initium tunc primum accepit a S. Stephano Geislae filio, qui postquam ab Imperio defecisset, a S. martyre Adelberto Pragenfi Episcopo factus est Christianus, & studio Gizlae vxoris, cum tota sua gente, Hungarica & Translyuana, quae haecenus idololatriae fuerat dedita, baptizatus fuit, statuis Martis & Herculis vbique disiectis. *Ritius lib. 2 Aeneas Syl. cap. 16. hist. Bohem. Bonfi. dec. 2. lib. 1. Naucler.* Alij hoc referunt ad Sergium 4. *Sigeb.*

Stephanus Hungariae rex ad Benedictum pontificem Legatos mittit, vt regium sibi diadema & nomen assignaret. Quod & impetrauit. *Cromerus lib. 3. de rebus Pol.* Nonnulli hoc referunt ad an. 1000. praefinitè.

Miecislus Polonorum dux Lambertum Cracouensem episcopum ad Benedictum pontificem ablegat regium diadema sibi & posteris petendum, verum repulsam patitur. *Cromer. lib. 3. Pol.*

Otho 2 animam agens in 4 equas partes regium diuisit Thesaurum. Primam ecclesiarum, 2 Pauperum, 3 filiorum, 4 ducum, qui relicta patria malorum fuerant participes, esse voluit. *Chron. Saxon.*

HVMANA.

Otho 2. Theophaniam Nicephori Imp. priuignam duxit in vxorem.

Coronam Imperij insigne a Benedicto suscepit, & bellum gessit contra Graecos & Saracenos in Italia. *Palmer. & Lambert. Schafnaburge. in histor. German.*

Ex infelici contra Saracenos praelio ad mare fugiens a nautis intercipitur & defertur Rosanam Tarentini litoris urbem, vbi a nautis liberatur. *Mart. Polo. vel e nauis hostium in mare exiit ac natando euasit, Auent. lib. 4. Annal.*

Quam cladem praesignificauerant an. 979 flagrantes per totam noctem in caelo visae acies, ac mutuis vulneribus se conficientes. *Sigeb. Vspersens.*

Confusae sunt admodum istorum temporum historiae vt vix duo scriptores conueniant, quantum ad annos & numerum Pontificum Roman. Nos sequimur Sigibertum, Platinam & quosdam alios.

Anni Christi.

975

984

Patriarcha.
Constantinopoli Basilio.
Principibus.
Eisdem Imp. & regnant.

140

BENEDICTVS 6.
dictus 7. Rom. an. 8. menses 6.

Vacat di. 5.

Patriarcha.
Constantinopoli Antonio
3. an. 6. Nicolao 2 Chryso-
berge an. 13.

Principibus.
Eisdem Imp. & regnant.
& Basilio Porphyrogenito
cum Constantino fratre an.
50. Orientis Imp. nonagesi-
mo nono.

Tredda Gabbez Regina Ae-
thiopiae.

Hissen Miramolino Hisp.
deinde Abdemelec an. 7.

Veremundo 2. Hisp. Rege,
deinde Alphonso 5. an. 27.

Eduardo 2 Anglia, deinde
Ethelbredo an. 28.

Mieslao Polonorum primo
Christiano principe.

Anni mundi.

5063

5072

Anni Christi.

984

984

141
IOANNES 14. Pa-
piensis (aut iuxta alios
Romanus.) mens. 3.
Patriarcha.

Constantinopoli Nicolao 2.
Chrysoberge.

Principibus.
Basilio Porphyrogenito, cu
Constantino fratre Orient.
Imp. nonagesimo nono.

Othone 3 ob eximias vir-
tutes dictus Mirabilia mu-
di, an. 19. Occid. Imp.

Lothario Franc. Reg. vige-
simo nono.

Tredda Gabbez regina Ae-
thiopia, deinde eius filio an.
60.

Abdemelec Hispania Mi-
ramolino.

Alphonso 5 Hisp. Rege
quinquagesimo tertio.

Ethelredo Anglia decimo
quarto.

Mieslao Polonia principe.

BONIFACIUS 6.
Ioanne 14 capto & in
carceres coniecto, ite-
rum Pontificatu tenuit
mens. 4. di. 6.

Vacat dies 10.
Patriarcha.

Constantinopoli Nicolao 2.
Chrysoberge.

984

142
IOANNES 15. Rom.
mens. 8.

Vacat dies 7.
Patriarcha.

Constantinopoli Nicolao 2.
Chrysoberge.

Principibus.
Eisdem Imp. & regnant.

Anni mundi.

5072

5072

An. 980. Montisferrati Marchionum origo in Alera-
mo Saxoniae ducis filio & Alifia Othonis 2 Imp. filia e-
mergit.

981. Hala ciuitas ad salis fontes in Saxonia aedifi-
catur,
Gens Leuitorum ad idololatriam delabatur. *Guliel. Nangiac.*

MENSE 3. sui pontificatus a Romanis capitur, & in mole Adriani inclusus pædore carceris, & inedia moritur. Putant iugulatum.

Otto 3 Guisonem urbem Poloniae primariam, sup-
plicandi gratia, ad S. Adelberti tumulum proficiscitur. *Auent. lib. 5. Annal.*

Paternae, auitaeque virtutis amulus Christiana pieta-
te Remp. iuuat & auxit, viros eruditos amauit plurimum, ingenius disciplinis condigna stipendia largiens. Nec minus religioni intentus antiqua templa diruta restaurauit. *Cusp. Regnum Danicum tenuit, adeo vt etiam de episcopis illi prouiderit. Cramz. lib. 3. cap. 17.*

Alter Salomon. Nam annos vix natus vndecim praepositus est imperij competitoribus, & inauguratus tantam virtutis & sapientiae speciem praebuit, vt mirabilia Mundi nuncupatus sit. Praefuit imperio an. 19. *Honorius. Sigeb. Blondus.*

HVMANA.

In imperio Aethiopico matri Tredda Gabbez successit filius e regno Bugnae susceptus Anonymus. Quod nunquam acciderat. Non iam a temporibus Salomonis reges duntaxat creabantur. e profapia David quae illic regnare ceperat per Meilech filium Salomonis, & Reginae Sabae. *Mar. Victorius de regibus Aethiop.*

In cuius usurpationis detestationem in Aethiopum annalibus filius & nepos existunt sine nomines. Tres reliqui Zalibala, Imra, Naakutobab nominantur, siue quia memoria eius facti iam esset extincta, siue quia tres hi sanctitatis nomine fuerunt apud eos celeberrimi.

Per hos autem sex regnum traditur in Aethiopia annos 333 administratum, Aegyptio etiam regno eis tributum annum pendente. *In annal. Aethiop.*

MISTAVVS Rex Vandalorum atrocem in Christianos saeuitiam exercebat, Bernardi Saxoniae ducis odio in extrema tamen senecta animum ad religionem adiecit. *Cramz. lib. 3. Metrop.*

Tunc etiam Brandeburgensem & Hanelbergensem dioecese horribiliter Vandali vastarunt. *Ibid. cap. 35.*

HVMANA.

Basilus Porphyrog. Burgaros debellauit & ad caeteros terrendum quindecim captiuorum millibus oculos eruit, in singulis centuriis, relicto vno monoculo, qui dux itineris esset locis domum reuertentibus, nouo crudelitatis exemplo.

PALAM malus & auarissimus, ideoque clero exosus. Omnia enim rapiens cognatis & nepotibus suis largiebatur.

Bilungus Vifilai filius Herulorum & Vandaliae interioris ad Orientem siue Obotritorum rex fidem Christi

fufcipit & Virginum cœnobium Megalopoli, quæ deinde Vuifmaria, instituit. Sed paulo post à Mifialo filio odio Nouercæ flagrantē seductus religionem & coniugem, quæ erat Vuagonis tertij episcopi Aldemburgensis foror etiam si ex ea Hodicam filiam fufcepit, rupudiat an. 986. *Marscalcus, Helmod. cap. 14.*

HVMANA.

An. 983; vbique locorum grauitè laboratum est fame. *Sab. lib. 2. Ennead. 9. Plat.*

Carolini vltima Clodouinorum (quæ prima fuit stirps Regum Galliarum) æmulati, etiam ipsi Monarchiam perdidērunt, & in alienam familiam Hugonis Capeti transferunt. Nam electiones clero diripuerant. Abbates, equites armatos constituiebant & Monachis præficiēbant, ita vt Laicus Abbas diceretur, ille vero qui curam monasterij gerebat non Abbatis, sed decani titulum præferret, & c. *Frouardus Episcopus & Annonius.*

y COMMENDATVR ab eruditione, scriptor videlicet, quo tempore Crenfcentius Romanus patricius tyrannidem Romæ exercuit.

Crenfcentius Numentanus Romam occupat, vsurpata consulari & tribunitia potestate & in Hetruriam pontificem secedere cogit, sed eam illi tandem restituit, osculatus cum seditionis suis, Iohannis pont. pedem imperatoris iam metuens. *Plat. Blond.* Quod cum denuo tentasset sub Gregorio 5 ab Imp. capitur & spectaculi loco per urbem circumducitur, eiusque membra paulatim præsecantur, tandem ante urbis mœnia patibulo suspenditur. *Naucler.*

S. Odilo post S. Maiolum quarti abbatis Cluniacensis officio per annos ferme sex & quinquaginta functus prouexit illum ordinem: Primus creditur instituisse festum (vt vocant) omnium Animarum, per omnia sua monasteria. *Volater. lib. 2. & Anton. 2. parte iii. 15. cap. 15.* Quidam scribunt Ioannem 16 eius consilio edixisse vt illud festum in omnibus ecclesiis celebraretur. *Polyd. lib. 6 de inuent. rei. cap. 8. & R. Barns citat ex Ioan. Stell. Bergom. lib. 12.*

Sigismundus Liberus in Moscou, & Vulodimirus Prussiae dux Christianam fidem simul cum baptismo fufcipiunt. *Munster. in Cosmog. & Chron. Polon. lib. 2. cap. 3.*

HVMANA.

Mortuo Ludouico rege Francorum siue hærede regnum per Hugonem Capetum transit ad nouam & tertiam progeniem, scilicet Comitum Parisiensium. Nec tamen penitus defecit genus Carlingorum: nam Hugo Capetus per multebrem sexum à Carolo Magno descendebat. Habuit enim Hacuidam matrem, filiam Henrici Imperator ex Maltide, filia Ludouici 3. Iunioris Imp. quem diximus fuisse vltimum Imperatorem ex familia Caroli Magni. *Chronica Franc.*

Anglia fit tributaria Daçis. *Polyd. lib. 7. histor. Angli.*

990. Imperium Moscouiticum initium sumit.

Grana tritici & pisciculos minutos imbris immixtus pluuisse in Gallia apud Albanum ferunt. *Palmer. in Chron. & Sigeb.*

Ignis è Rheno ascendit, quo vicinæ conflagrarunt

| Anni christi. | 143 | Anni mundi. |
|---------------|---|-------------|
| 985 | y IOANNES 16. Rom. ann. 10. | 5073 |
| 995 | menf. 8. di. 10. | 5080 |
| | Vacat dies 6. | |
| | Patriarcha. | |
| | Constantinopoli Nicolao 2. Chrysoberge, deinde Sisinnio, 2. an. 3. | |
| | Principibus. | |
| | Eisdem Impp. | |
| | Lothario vigesimo nono Ludouico 7 dicto. Ultimo re. ex Caroli Mag. genere an. 1. | |
| | Hugone Capeto 1. an. 9. ex Gallis & Parisiensium Comitum familia successiue Franc. Reg. | |
| | Filio Tredda Gabez Aethiopum pretioso an. 60. | |
| | Abdemelec Hispania Miramolino, deinde Abdaramen mens. | |
| | Zulema aliquot mensib. Almohado an. 5. | |
| | Alphonso 5. Hisp. Reb. quinquagesimo tertio. | |
| | Ethelredo Angliæ decimo quarto. | |
| | Mieslao Polonorum primo Christianor. principe. | |
| | CONCIL. Remense. Episcoporum talius Francia, contra Arnulphum Remorum Archiepisc. per Hugonem Capetum collectum. Sigeb. & Volater. Quidam post Ioan. le Maiare 2. part. Concil. hoc concilium referunt ad tempora Benedicti 7. Sed quomodo id stare possit non satis video. | |
| | Aliud Remense siue Mosouense. Annonius Martinus Polonus. | |

| Anni christi. | 144 | Anni mundi. |
|---------------|--|-------------|
| 995 | z GREGORIUS 5. Saxo, ann. 2. | 5083 |
| 997 | menf. 5. dies 10. | 5085 |
| | Vacat di. 15. | |
| | Patriarcha. | |
| | Constantinopolij Sisinnio 2. | |
| | Principibus. | |
| | Basilio Porphyrogenito Orient. Imp. nonagesimo nono. | |
| | Othone 3. Occi. seu potius Germanorum Imp. decimo quarto. | |
| | Hugone Capeto Franc. R. cum filio Roberto trigesimo primo. | |
| | Filio Tredda Gabez Aethiopum pretioso. | |
| | Almohadi. Hisp. Miramol. | |
| | Alphonso 5. Hisp. rege quinquagesimo tertio. | 5090 |
| | Ethelredo Angliæ decimo quarto. | 5090 |
| | Mieslao Poloniae principe. | |
| | CONCIL. Romanum de sanctione electionis Imperatoris in Germania. Platin. | |

villæ, an. 991. *Schanaburgensis.* Deinde hyems sæuissima ab initio Nouembris vsque ad Maium, deinde paucis interiectis tepidis diebus vsque ad Iulium, quo mense præglacii rigore stagna & flumina concreta sunt, arbores, fruges & pascua exaruerunt, fames & pestilentia atrox sæuit. Denique anno seqq. Slaui in Orientales Saxonas incursum & vastatio. *Chro. Saxonia.*

z DE GENERE. Otthonum antea Bruno dictus imposuit. Otthoni 3. Coronam insigne imperij: Imperium Germanis penitus concessit: quod extincta Caroli Magni sobole, Italia perpetuis seditionibus conflictaretur, vt eam maiestatem vel ad suos, vel ad alienos suo arbitrio transferrent. Quare consentiente Otthone in Synodo Romana Septem viros ELECTORES Imperij instituit, Moguntinum, Coloniensem Agrippinæ, & Treurensem Archiepiscopos, Ducem Saxoniarum, Comitem Palatinum, Marchionem Brandeburgensem, & vt eorum arbitrum, ducem Bohemiarum (nondum enim dicebatur rex. (Decreuit præterea, vt qui ab his Germanis Proceribus electus esset, diceretur Cæsar: post confirmationem autem & coronationem ab episcopo Romano susceptam vocaretur Augustus. Itaque (vt scribit Geruasius lib. ad Otthonem 4 Imp.) ex eo tempore à Romana sede pendet Germanorum Imperium. *vide Blond. deca. 2. lib. 3. Irenic. lib. 3. Krantzium. lib. 4. cap. 25. & Platinam.*

Hoc ἀκράτων & incertum docet Onuphrius in suo Chronico, & in libro de Comitibus Imperatoribus, ac quæ de 7 electoribus traduntur sub Gregorio 10, non instituta ostendit. Nam de tanta re inter tot historicos, qui eo ferè tempore in Germania floruerunt, nulla est mentio. Silet Sigehertus, Ottho Frisingensis, Schanaburgensis, Vitichindus, Luithprandus, & Annonij continuator. Sabellicus dubitat Ennead. 9 lib. 2. Auentinus etiam aliter sentire videtur.

Annonius, siue potius Annonij continuator Floriacensis monachus. *Trish.*

Radulphus vt ipse significat lib. 20. c. 1. in Leuit. qui & scripsit historiam rerum Francicarum & breue chronicon.

Rosumita, quæ Latine & Græcè docta multa scribit, seorsum de gestis Otthonis Imp. *Trish.*

An. 997 Vuilperolphus præsul Argentinenfis vir scelerata vitæ, secreto Dei iudicio à muribus corroditur. *Munst. in Cosmog.*

Imperatrix Maria nomine, filia regis Arragonum ob adulterium publicè igne concrematur. *Krantz. ius. lib. 4. cap. 26. hist. Saxo.*

Vladimirus siue Vuladimirus Russiae dux ducta Anna sorore Imperatorum Constantinopolitanorum Constantini scilicet & Basilij Christi fidem suscepit. Peruni, id est, fulminis simulachrum argenteo capite, auribus aureis, aluentem proiecit, in Borysthenem urbem illam quodentem proiecit. 12 filios procreauit, multa templa extruxit, & splendore Græco exornauit. *Matt. Mechoi. lib. 2. Chron. Polo. cap. 13. an. 990.*

Gilbertus Remensis præsul organa, quæ calefactæ aquæ violentia modulatos edebant sonos fabricauit & Horologium. *Erphordiensis.* Cæsar Otthonis & Roberti Hugonis filij Reg. Franc. præceptor, qui & tandem Romanus euasit pontifex, dictusque est Syluester. In Hispania schola in Hispania sua didicit.

HVMANA.

Cum his Monarchiæ in Germania initiis concurrunt principatus familiæ Hugonis Capeti in Gallia, regium nomen in Polonia & in Hungaria. Ottho enim in Polonia profectus regem & Imperij Romani amicum Boleslaum Poloniæ principem nominavit. Hungaria autem regis nomen vsurpavit, postquam Stephanus Hungariæ dux Christianismum professus est, duxitque Gilelam sororem Henrici Sancti, qui huic Otthoni successit, Henrico approbante & confirmante.

Eudo siue Odo quidam cog. Magnus Abbas ob multitudinem occupatorum monasterium Monarchiam Gallicam inuasit, quam tamen testamento hæredi legitimo voluit reddi. At eam Hugo Capetus Parisiensis comes præripuit, quam vt in sua familia firmaret, renuntiavit iuri nominationum, electiones clero attribuit, ad religionum animû conuertit, ob quam neglectam Carolini regno exciderant.

Sabaudiensis Comitatus erigitur auctore Beraldo Hugonis Saxonix ducis filio. Ab eo enim Sabaudix principum & Marchionum Segusianorum Stêmua emanare creditur. *Franse. temp.*

Almarus Saxonix ducis filius, qui Alisiam Otthonis 2 filiam duxerat, primas Dux Montferratenis. *Sabel. Ennead. 9. lib. 2.*

Alfricus Cantuariensis. Abba siue Abo patria Aurelianensis, qui ex Aureliana schola in Angliam venit, ibique Literas docuit & multa edidit. *Trieb.*

NONNVLII recentiores hunc ex albo Pontificû Roman. profus expungunt, quod vi & contra canones pontificatum Roman. inuasit. Hinc (inquiunt) in nominis numero nulla est eius ratio habita à tribus Pontificibus proximè succedentibus, qui Ioannis nomen habuere.

Viuente Gregorio sedem per tyrannidem occupavit.

Sed cum seditioso Crescentio pœnas dedit ultore Otthone 3

Nec inter Pontifices numerandum aiunt, quæ viuente adhuc Gregorio sedem occupavit & reliquit. *Onuph.*

* QVDIAM loco istius nominant Agapetum quendam.

Malis artibus pontificatum dicitur consecutus. Magnus fuisse perhibetur. His temporibus cuique licebat in sedem Petri irrepere propter iura Ecclesiæ ab Imperatoribus rapta. Captiua erat Ecclesia & gemens sub Germanis Imp. ab Arnulpho ad Henricum 4, quem Gregorius 7, ann. Dom. 1080. in ordinem reduxit fulminibus Apostolicis.

Iuxta alios doctissimus Mathematicus, & Philosophus monachus è Floriacensi cœnobio, propter insignem doctrinam primum Archiepiscopus Rhemensis, deinde ab Otthone III. Rauennas. denique Papa. *Ann. lib. 5. cap. 46. Guil. Bibliothecarius.*

Verum quoniam admodum pauci in Occidente Philosophiæ & Mathematicæ operam dabant, ab imperito vulgò de magia suspectus fuit. Sed perperam, vnde quæ de eius morte & Diaboli percussione feruntur fabulosa sunt, vt ex eius Epitaphio à Sergio Papa successore Laterani posito constat. *Onuphrius.*

Nullus scriptorum affirmare dubitat, Syluestrum 2.

| Anni Christi. | | Anni mundi. |
|---------------|---|-------------|
| | 145 | |
| 997 | ∴ IOANNES 17. Græcus, mens. 10. | 5085 |
| 998 | Vacat dies 20. | 5086 |
| | <i>Patriarcha.</i> <i>Constantinopoli Eulogio siue Sergio an. 20.</i> | |
| | <i>Principibus.</i> <i>Basilio Orien. Imp. nonagesimonono.</i> <i>Otthone 3. Occid. Imp. decimo quarto.</i> <i>S. Roberto an. 34. solo Franc. Reg. trigesimo secundo.</i> <i>Filio Tredda Gabez Aethiopum pretioso.</i> <i>Almohadi Hisp. Miramol.</i> <i>Alphonsois. Hisp. Reg. quinquagesimo tertio.</i> <i>Ethelredo Angliæ decimo quarto.</i> <i>Mieslao Polonia principe Christiano.</i> | |
| | Gregorius 5. pulso & exosculto Ioanne, pristinae fedi restituitur ab Otthone 3. Imp. | |
| | 146 | |
| 998 | * SYLVESTER 2. Aquitanus (antea Gerebertus vocatus) an. 4. | 5086 |
| 1002 | mens. 1. di. 10. | 5090 |
| | Vacat dies 23. | |

lite

Anni Christi.

998

Patriarcha.

Constantinopoli Eulogio siue Sergio.

Principibus.

Eisdem Imperantibus & regnant.

Almohadi Miramolino.

Alphonso 5. Hisp. Rege quinquagesimo tertio.

Ethelredo Angliæ decimo quarto.

Mieslao, deinde Boleslao cog. Crobio 2. Polonorum principe Christiano & rege primo. an. 25.

An. Dom. M. quo per Boleslaum regnum Polonia cepit, & Cordubense in Hispania Saracenicæ debet.

1002

DECIMO saculo continuatam

Ecclesiæ doctrinam, cui oblatrât hæretici, hinc apparet. Missa continuata iisdem ritibus & solemnibus, quibus ante ex auctoribus de diuinis siue Ecclesiasticis officiis huius memoria liquet. Nam Rhegino libris de Ecclesiastica disciplina in eo totus est, qui & lib. 1. c. 8. Nulli (inquit) Presbytero absque sacerdotali alba, stola, & casula Missam celebrare liceat, & c. Remense item concilium, & Herigerus Abbas libro peculiari de diuinis officiis. Gratia Dei, fides, iustificatio. Radulphus lib. 16. c. 3 in Leuit. Renouatio vita inchoatur à fide, qua creditur, in eum qui iustificat. impium, bonisque moribus augetur, & roboratur de die in diem, cum magis magisque renouatur interior homo. Gilbertus Altercat. cap. 3 & 5 Deus auctor est salutis, liberum arbitrium tantum capax. velle, posse, perficere solius est adiutricis gratiæ, siue quia nec baptismus, nec fides, nec opus effectum habet meriti, sola igitur mater re solius est adiutricis gratiæ, siue quia nec baptismus, nec fides, nec opus effectum habet meriti, sola igitur mater gratia libero arbitrio succurrit pro libertate æterna consequenda. Eucharistiæ veritas, sacrificium, transubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. Gilbertus Altercat. c. 8. Post consecrationem est corpus Christi verum, non tantum sacramentaliter, verum etiam essentialiter, & cap. 9. In modica particula tantum habes, quantum in magna. Denique scribit Christum in sacramento tam esse integrum ac perfectum sub alterutra specie, quam sub utraque. Item, transire substantiam panis in substantiam corporis ac sanguinis Christi. Denique sufficere unam tantum speciẽ exhiberi populo. Regino. li. de disciplina Ecclesiæ. Suidas multis locis. Radulph. li. 11. c. 3. in Leuit. lib. 14. c. 4. Oecumen. in 1. cap. 10. & 11. & c. Heb. 5. & c. Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniæ. Gilbertus Altercat. cap. 1, 3, 5, 7, 8. Radulphus. li. 10. cap. 1. in Leuit. Smaragdus in Ioan. c. 3. Regino libris de

5090

literis, morbusque ornatissimum fuisse. *Blondus dec. 2. lib. 3.*

Scripsit de Sphæra pulchrum opus, item de compositione Astrolabij & quadrantis. Item Arithmetica, denique libros, dialogos & epistolas complures. *Trieb. Chr. Hirsaug.*

Boleslaus cognomento Crobius, primus Poloniæ rex appellatus, socius & amicus Rom. Imperij à tributo & omnium Imperatorum iurisdictione immunis ann. 1001. à Pontifice Rom. & Otthone 3. Imperatore. *Martinus Cromer. in hist. Polo. lib. 3. Craniz. lib. 4. hist. Saxo. c. 36. Matth. Mechoui. lib. Chro. Polon.*

Fulbertus Carnotensis Episcopus edidit illa Responsorialia (vt vocant) *Stirps Iesse, & c. & Chorus noua Ierusalem.* Composuit etiam hymnos & orationes quasdam. *Trieb.*

Vuillelmus Abbas, qui anno 1000. templum D. Benigni Diuionensis condidit.

Herigerus Abbas Lobienis inter alia scripsit librum de corpore & sanguine Christi. *Trieb.*

HVMANA.

Alpharabius Arabs philosophus & astronomus, Aneadad phil. & medicus, *Bergo. & Sabell.*

Sub hæc tempora, & an. 990. Saracenorum Miramolinus è Corduba misit nauales copias duce Auidamahim ad Christianas naues & vrbes maritimas infestandas. Quæ nauim palestina mœperunt, in qua erant quatuor insignes Rabbini Babylonici.

E quibus R. Samarias venditur in Ægypto Alexandriæ. R. Hosiel in Africa Alkiroanis, quæ prouincia tum erat potentissima Saracenicarum Occidentalium, vbi genuit R. Hananelem, qui moriẽs reliquit in loculis decem aureorum millia.

Rabbi autem Mose & R. Henoc filius in Hispania Iudæis Corduhensibus, qui nondum erant exercitati in scriptis Talmudicis. Ab iis R. Mose præfectus scholæ, quem appellabant Synagogæ iudicem, factus est. Arque hinc in 400. annos literæ Hebraicæ florere in Hispania incipiunt, & præcipuum Iudæorum Gymnasium decrecente propter Ismaëlitarum persecutiones Babylonicæ. R. Abraham. *Leuita in Cabbala.*

disciplina Ecclesiastica vetus agenda. Pœnitentia & eius partes tres. Radulphus lib. 3. cap. 3, 6, 7. in Leuit. lib. 20. cap. 3. lib. 6. cap. 1. Gilbertus Alterc. cap. 7. & 21. Tria remedia sunt cuiusque anima Baptismus, pœnitentia, Mariyrium &c. Regino lib. 1. de discipl. Eccles. cap. 272. neminem ad communionem admittendum, nisi confessus sit & Dominicam orationem & Symbolum Apostolorum memoriter teneat. Claves absolutio, Radulphus lib. 12. c. 1. in Leuit. lib. 5. c. 4. lib. 11. c. 1. lib. 12. c. 1. lib. 18. c. 4. lib. 3. cap. 1. 6. lib. 20. cap. 4. & 5. Regi. lib. 1. de Eccles. discip. cap. 295. &c. Suidas Oecumenius multis locis. Confirmatio & reliqua alia sacramenta. Gilbertus Alterc. cap. 5. ubi coniugium vocat sacramentum, 8. Vetus Agenda. Regino de disciplina Eccles. qui lib. 1. cap. 115. modum inuengendi infirmos explicat. Primatus sedis Apostolicæ. Smaragdus super Marcum, cap. vlii. Regino in Chron. passim. Luitprandus lib. 3. cap. 14. ubi Sedem Romanam nominat summam atque vniuersalem Præfatus sedem lib. 6. cap. 6. ubi Romanum Episc. vocat summum pontificem & venerabilem Papam. Quin eum Apostolicum hac etas nominabat. Regino & eius continuator. Liberum arbitrium bona opera. Radulphus lib. 3. in Leuit. cap. 1. lib. 10. cap. 1. Gilbert. Alt. cap. 5. Suidas multis locis. Hic Oecumenius. Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, festa. Radulphus in prefatio, & lib. 1. cap. 4. in Leuit. Orationis sacrificium non nisi Domino soli offerendum est. Nam etsi Sancti rogantur à nobis, non tamen ut nos ipsi saluent (Domini siquidem est salus) verum ut nobis salutem impetrent. At illoqui maledictus, qui spem suam ponit in homine. Hac igitur est latría, qua soli debetur Deo, adorandi & sacrificandi deuotio. Et lib. 3. cap. 1. Oecumenius Scholiorum Græcorum auctor, in illud 2. Pet. 1. c. dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis. Hinc enim colligit Sanctos preces post mortem pro vniuersis fundere &c. Gilbertus Alterc. c. 16. 20. Luitprandus li. 5. cap. 13. lib. 6. cap. 6. & passim alibi. Vniuersalibus libris gestorum Saxoniorum spatim. Regino lib. 1. de Eccles. discip. Vetus agenda. Preces pro defunctis, Purgatorium. Gilbert. Alterc. cap. 5. probans illud dicto 1. Cor. 3. ignis opus eius probabit. Luitprandus lib. 4. cap. 7. pro delictorum expiatione, celebre exequiarum officium, viamque Deo hostiam offerre. Mathildis post obitum Henrici Imp. coniugis sui non desit. Regino lib. 1. de discip. Eccl. rap. 190. Cetera idem & ceteri huius seculi auctores prolixè confirmant. De quo contra se testimonium ferunt. Centuriatores Cent. 10. c. 1. de loco & propagatione Ecclesie col. 9. & seqq. sparsim cap. 3. de Persecutione & tranquillitate Ecclesiarum sparsim, col. 24. & seqq. c. 4. de doctrina, ex professo col. 272. per totum. cap. 6. de Ceremoniis & ritibus Ecclesie col. 483. per totum 7. de Politia & Gubernatione Ecclesie col. 380. & seqq. per totum ca. 9. de Synodis col. 429. per totum fere ca. 10. de doctoribus & episcopis col. 920. & sequensibus sparsim. nam his non dissimulant irati sunt, quod illas sententias sint amplexi. Sparsim denique cap. de Martyribus, de miraculis &c. Huc facit quod ex instituto multi hac etate scripserunt de heresibus, item contra scisma Græcorum & novos Manicheos, quorum sordes isti lambunt, Adde totius huius memoria tum Synodos, tum historicos. His enim omnibus Ecclesie status planè idem representatur.



V B an. 1000. Regnum Hungariæ initium sumit à S. Stephano de Attilæ posteris. Ut Moscouiticum, an. 990 post pauld inchoabit Boëmicum, vt proximè cepit Polonicum, nempe 1001.

Et apud Arabes in Hispania multis imperium sibi vèdicantibus & aliis alio inclinantibus intestina seditione grauitè laboratur. Hinc Hali, Cazin, Abderamen Haia, Abderamen alter, Mahometes quidam, Hissen Humeia intra, 7 annos regnantes, finem regno Cordubensi attulerunt, quod trecétis iam annis steterat: Anno ergo 1000 regna Cordubensis ferè finis fuit.

Hebraicæ literæ illic florere incipiebant. R. Ioseph Ben Isaac R. Mosis primi Scholæ Cordubensis præfècti discipulus vniuersum Talmud in linguam Arabicam vertit ad Alhachim regem Saracenorum. R. Abraham in Cabbala.

R. Hai Gaon in Babylonia Geonim. i. Talmudicorum Iurifconsultorum excellentissimus & postremus de domo David, & regio Iechoniæ sanguine. Neque tamen fuit principes exulum, quod neque ipse, neque parentes eius magistratum illum voluissent pecunia à Regibus Mahometanis, in quorum regione exulabant, emere. Annis 40 Scholam Iudaicam administravit. Ibid.

R. Seriram patrem R. Hai Gaon, bonis eius publica-

Anni Christi.



Anni mundi.

**V N D E C I M V M
S Æ C V L V M.**

147

1002

a IOANNES cognom. Siccus (ait Blond.) 18. aliis 17. Romanus. mens. 4. dies 20.

5090

1002

5090

Vacat di. 19.
Patriarcha.
Constantinopoli Eulogio siue Sergio.
Principibus.
Eisdem Imp. & regnant.
Boleslao Polonorum rege primo.

tis

Anni Christi.

Anni mundi.

148

1002

b IOANNES 19, aliis 18, an. 4. mens. 4.

5090

1007

5095

Vacat dies 19.
Patriarcha.

Constantinopoli Eulogio siue Sergio.

Principibus.

Basilio Imp. Orient. nonagesimo nono. Otthone 3. & post eum S. Henrico 2. cog. Claudio (non Claudio, vt perperam quidam scribunt) an. 22. Occident. Imperat. decimo quinto.

S. Roberto Franc. Reg. trigésimo secundo.

Alphonso 5, deinde Veremundo 3 Hisp. an. 10.

Ethelredo Angliæ decimo quarto.

Boleslao Polonia rege primo.

tis rex Mahometanus patibulo affixit. Ibid. Eo tempore celebris erat R. Samuël sacerdos filius Hophni, & multos libros scribebat. Ibid.

Tum magia publicè à Saracenis docebatur. Maximè Hispali.

Sub an. 1000. Babylone insignis Saracenorum Academia, in qua disciplina, præsertim Medicæ & Astrologicæ Chaldeorum, Arabum, Persarum, Aegyptiorum, Iudæorum (alias Indorum) docebantur. Chron. Cassinense lib. 3. cap. 34.

1002. Robertus Franc. Rex Ducatum Burgundiæ Henrico duce sine liberis mortuo suo regno adiungit.

Circa illa tempora. i. anno 1000 Basilio Porphyro genito imperante Saracenorum imperium, quod quadringentos ferè annos Christianos valde afflixerat, declinare incepit propter domesticas dissensiones, cum plures Saracenicum dominatum inter se diuississent & quatuor de summo caliphatu siue pontificatu semper contenderent. Inde enim in Oriente illorum potentia Turcis præualentibus paulatim concidit. In Hispania & Africa item Christianis propter ipsorum bella ciuilia suas res agentibus.

b A D otium conuersus, nihil memoria dignum gessit.

Aegypti Sultanus rupto fœdere, quod cum Basilio habebat, Hierosolymitarum templum ac monasteriû propinquum spoliat. Zon.

Borno seu Bernardus Augiensis. Contract.

Danorum rex solenni stipatus comitatu Romam venit, pontificem rogat, vt Ecclesias sui regni quæ satis multa essent, è iurisdictione Hamburgensis Archiepiscopus eximat, Responder pontifex se breui missurum Cardinalem, qui earum regionum conditionem exploraturus, eaque facturus esset, quæ rei Ecclesiasticæ congruerent. Crantz. libro. 5. Daniel cap. 2. Hoc postea perfecit Gregor. 7. Nam cunctos Daniæ, Nouergicæ & Sueuicæ episcopos ab obedientia ipsius exemit & Rhenensi subiecit.

S. Vvibertus à Zuttiberi Idoli cultu reuocauit Sorabos, Vandalicè per interpretem Euangelium docens, ac Lucum Idolo destinatum ita excidit, vt nullum apparet vestigium extructo S. Romani sacello. Obiit an. 1012. Chro. Mersburgense lib. 2. cap. 6.

Henricus 2 castitatem cum vxore sua S. Cunigunda Sigifridi comitis Palatini Rheni filia vouet. Episcopatum Bambergensem in Prouinciam Moguntinæ fundat, plurima item monasteria. Chron. Hirsung.

H V M A N A.

Eius tempore maleficio duarum vetularum iuuenis quidam in formam asini mutatus est, ita vt cunctis vidètibz asinus appareret, quod multis impossibile videtur, non intelligentibus permissione diuina malignum spiritum oculos hominum mirandis Iustificationibus illudere posse. Ibid. Tale narrat August. in libr. de Ciuitate Dei.

Primus Imperator creatus à septem Electoribus. Atque ita deinceps non per successionem sanguinis, sed vi electionis constituti sunt imperatores Germanici.

Basilius Orientis Imper. totam Bulgariam subegit. Zon. tom. 3.

c SERGIVS vir sanctissimæ vitæ & ante pontificatum & in pontificatu, in pauperes liberalis, in amicos iucundus, in delinquentes clemens, in Deum totam mentem conuertens, iuste & integrè omnia gubernabat. *Platin.*

Ipsius hortatu principes Saracenos, Sicilia expulerunt. *Platin.*

Eo mirabilior, quòd istius temporis Pontifices, vt intrusi ab Imperatoribus potius, quàm electi, monstra essent. Hi sunt fructus oppressæ à Tyrannis Ecclesiæ, & electionum ereptarum. Sed & turbata hic fuit legitima successio, vt olim in Synogoga sub Antiochis paulò ante Machabeos; Hanc Labem Centuriatores agnoscant à Germanus Imp. exortam, quos laudantes tantopere. Nam illi iura Ecclesiæ sibi rapuerant & iure Herodis Ecclesiæ providebant.

1008. Burchardus primò Lobienfis monachus, deinde Episcopus Vuormatiensis, veteres Ecclesiæ canones in vnum volumen decretorum in 20 libris distinctum conegessit, adiutus ab Olberto Leodiensi siue Genblacensi Abbate, suo olim magistro. *Sigeb.* Eos postea Gratianus dum redigit in epitomen non parum corripit. Quanquam alij malint eum sua ex decreto Iuonis Carnotensis Episcopi delibasse.

Meginfridus Monachus Fuldensis Chronographus, è quo multa in suo opere de Hirsaugiensis Monasterij historia commiscuit Trithemius. *Ipsè in Chron. Hirsaug.*

An. 1007. Sorabi & Vandali ad Elystram Misniæ fluium habitantes Vuiliberti Mersburgensis prædicatione conuertuntur. *Chron. Mersb. lib. 2. cap. 6.*

1008. Brunus Magdeb. à Prutenis manibus pedibusque, & tandem capite truncatus martyr Christi efficitur. *Sigeb. Marian Scotus.*

Oddar cum 60 focis martyrum etiam à Slaui patitur. *Helmol.*

Idem Vuolfridus à Suecis, quod Torstam Idolum in concione concidisset. *Crantz. lib. 4. cap. 8. Metrop.*

HVMANA.

In Lotharingia inxta montem Castrilocom fons aque in sanguinem vertitur.

Muchamet Perfidis, Corasimiorum aliorumque populorum rex Pisafirium Syriæ Calipham, qui in Bagdeg sedem habebat, ope Turcorum, vincit. Inde cum Indis bellum gerit, Sed deficientibus Turcis tandemque signa cum Persis conferentibus & in acie Machumetum occidentibus Taugrolipix Turcorum rex Persarum rex euadit, & conculcatis indigenis omnes magistratus in suos transtulit, & inter eos Persidem vniuersam diuisit. Inde subiiciet Babylonium Calipham sub an. 1051.

Razis Medicus Arabs, siue Pænus, qui ab aliis Bachilo, ab Auicenna etiam Meqæthus Almanfori Saracenorum regi sua dicat scripta.

Almanfor regnabat in Hispania & Mauritania, cum R. Henoch magna celebritate profiteretur Talmud Cordubæ & academiæ Hebraicam à patre ceptam excoleret anno Dom. 995. *R. Abraham Leuit. in Cabbala.*

Ioannes Serapion, Isaac Benimiram Medici Razis æquales. *Schedelius.*

Campanus Longobardus Astronomus, qui errorem

Ptolo

Anni Christi.

Anni mundi.

1007

C SERGIVS III Rom.

5095

1009

an. 2. dies 15.

5097

Vacat dies 8.

Patriarcha.

Constantinopoli Eulogio siue Sergio.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.

CONCIL. Francfordianum præfento Imp. Consil.

Bambergensis.

Anni Christi.

Anni mundi.

1009

d BENEICTVS 7,

5097

1020

di. 8, Tusculanus, an. II. mens. I. dies 13.

5108

Patriarcha.

Constantinopoli Eulogio Sergio, deinde Eustratio an. 16.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.

Filio Tredda Gabez Aethiopiæ pretioso.

Veremundo 3 Hispan. 54, deinde Ferdinando cogno. Magno, an. 40.

Ethelredo Angliæ decimo quarto, & per ordinem Edmundo, an. 40.

Canuto, an. 20.

Boleslao Polonia rege primo.

Protomæi in supputatione motus Lunæ & aliarum stellarum, ortum ex ignoratione motus octauæ spheræ, qui non nisi longi temporis obseruatione deprehenditur, animaduertit. *Idem & Bergomensis.*

His ferè suppres Almæon, Azophi, Azarchales Arabes astronomicis studiis insignes. *Schedelius.*

Granatæ regnabat Badim de semine Philistim, Plurimi faciebat R. Samuelem Leuitam, quem aiunt fuisse locupletissimum, conduxissetque multos librariorum ad scribendum Misna & Talmud, quos Scholasticis pauperioribus largiretur tam in Hispania, quàm toto Occidente. *Ibid. R. Abraham.* Palestinos vocat Saracenos, qui tunc occupabant regnum Granatæ.

d RITIVS lib. I, de Reg. Sicil. putat hunc nominatum fuisse Stephanum.

Mortuus in nigro equo visus dicitur, circa locum defossi thesauri elemosynis destinati. *Uicelius in Epitom.*

Pannonos Christianam religionem communiter & publicè recepisse quidam scribunt. *Palmer.* an. 1010. Transyluani quoque victo & capto Giula fidem partim metu, partim sponte amplexi sunt, & ipse Giula cum vxore & liberis baptizatus, à Stephano Hungariæ rege dimittitur. Similiter & Bessi & Bulgari ab eo superati. *Bonfinius dec. 2. lib. 9.* Sicque Ecclesia Hungarica ad annos ferè 40 pacatissima. *Ibid. lib. 1.*

Apud Saxoniam in Colbecke villa Halberstadeni Othbertus quidam cum decem & octo sodalibus, viris 15, & fœminis tribus, choreas ducens nocte Natalitiorum in cœmeterio S. Magni, cum non desisterent admoniti à Sacerdote, eius dira imprecatione, sine quiete per annum integrum in eodem statu manserunt inuicem manibus hærentes, & non multò post interierunt. *Vincenii in Speculo, & Crantz. lib. 4. cap. 33.*

An. 1016. etsi terra sancta & Hierosolyma esset sub Saracenorum potestate, tamen in Sina monte monachi Christiani fuerant, inter quos Simon Syracusanus. *Sigeb.*

Anno eodem Rex Poloniae Russos deuicit & Christianos fecit. *Chron. Saxonia.*

Venedi intima Germaniæ incolentes Saxoniam vastarunt. Sed ab Henr. Imp. victi Christo nomen dederunt. *Nauch.*

HVMANA.

Henricus Imp. coronam sumpsit Imperij ab hoc Pontifice, qui eum salutauit Augustum, *Sigeb. Palmer.* per ipsum tota Germania, Gallia, Italia, erant pacatissima, vt aureum hoc imperante vigere videretur sæculum. *Herm. Gygæ.* Claudus est appellatus, quòd in bello contra Adrianum Marchionem, quem Nobiles & Episcopi Itali Imperatorem Mediolani declararant, captis & deceptis custodibus elapsus, de muro se præcipitans, luxato fractòve crure deinceps claudicauerit. Arduinum interea duobus præliis & vicit trucidauit.

Græci & Saraceni in Italia tumultuabantur.

Cum vxore Chunegunde perpetuam seruauit castitatem. *Crantz. lib. 3. cap. 32. Saxon.*

An. 1005. Arduinum Imperatorem salutarium ab Italis acie interimit, vniuersas cis Padum vrbes subigit, Italianam componit. *Palmer.*

Bernardum Saxoniam ducem rebellantem subigit, Sla-

uos &

uos & Polonos, qui ei auxilio venerant, tributarios faciunt. *Helmoldus cap. 16 & 17. Slat.*

An. 1009. Balduinum 4 Flandrensum comitem & ceteros rebelles domat. *Sigeb.*

Ann. 1013. Cunctos Saracenos Italia, Calabria, Campania, Picentino agro, expellit, & Apuliam diu ab eis possessam recuperat Ismaele duce dato, indeque Romam veniens Augustus consecratur. *Cuspinianus. Sigeb.*

Hunc Platina Henricum I. nominat, sed quia Germani indiffentione tempore Longobardorum orta alium Henricum elegerunt, quem primum vocant, & Platina inter Henricum 4. nullum quintum agnoscit, sed tantum 6 & 7, Germanorum numerum amplecti est satius. *Onuphr.*

Comitatus Bellouacensis in Francia datur ab Odone Comite Campaniæ, Rogerio Bellouacensi Episcopo, in permutationem Castrum, quod dicitur Sanctum Cæsaris, siue Sincerium apud Biturgias, quod iure patrimonij erat ipsius episcopi. *Sigeb. & Guil. Nang.* Ipse vnà cum Aliaco & Moguntiacum cum Comitatum Ecclesiæ cathedrali S. Petri siue Episcopatu in perpetuum donauit. *Sigeb.*

Rex Noricum reuersus è Francia in regnum suum, à gente sua perimitur, quod abiurata idololatria baptizatus esset. *Guil. Nang.*

Dum Samuel Bulgarorum rex contra Basilium bellum gerit, commoda ex Bulgarico bello occasione oblata & rupto cum Imp. fœdere, Saraceni & Turci an. 1012. Hierosolymam expugnant Calipha Ægyptio principe, & Ecclesiam S. Sepulchri demoliuntur. *Zon. tom. 3. Palmer. Naucler.*

Samuelem Basilius vincit & captiuus 15000 oculos eruit, singulis Centuriis vnum relinquens monoculum, qui cæcos ad suum principem denuo elapsam reduceret. Quo territus intra paucos dies expirauit. Hinc Basilius regia sobole & proceribus Daudis Archiepiscopi in fidem gratiamque receptis, totius Bulgariæ dominium obtinet. *Zon. tom. 3.*

Crabata & Siomij se eidem subiiciunt. *Ibid.*

An. 1013. Sueuo Danorum rex magna crudelitate totius Angliæ regnum subegit, in illis motibus Elphegus Cantuariens. martyrio afficitur. *Polyd. lib. 7. Ang. Ad Canutum filium solum an. 1017 regnum Angliæ peruenit, quod coniugio Ennimæ Ethelredi vltimi regis filia prudent. iustèque firmavit. Ibid. Nouergiam deditione accepit. Ibid. Romam limina SS. Apostolorum salutaturus inuifit.*

1014 Nubes magna in Flandria cecidit & multa hominum millia submersit. Multa etiam horrenda signa in cælo apparuerunt, indeque secuta est magna hominum perniciës. *Chron. Hirsang.*

An. 1018. Ranimirus Sanctij Maioris filius Aragonum rex primus. *Vasens.*

Suidas hoc anno adhuc viuebat. *Ipsè in voce. Adam.*

Maximas dat turbas passim in Orientali Imperio Bardas Slerus. Mesopotamiæ præfectus, seque imperatorem salutandum curat, adiuctis Arabibus belli sociis. Post aliquot tamen victorias, quibus Imperatorum fratrum res ad extremum perduxerat, cæsus ad Cosroem Babylonium fugit, à quo in carcerem missus pœnam perduellionis luit. *Zon. 10. 3.*

Anni
Christi.Anni
mundi.

1016

CONCIL. *Aquisgranense* presente Imperatore Henrico: in quo dicuntur decreta fuisse ieiunia in Vigiliis S. Ioan. Baptiste & S. Laurentij. vide *Krant. lib. 4. ca. 35. & Sigeb. in Chron.*

5081

1017

Noniomagense, in Cosmidromio

Salenumstadiense.

Schisma 14

Altero pontifice cuius nomen ignoratur, & qui in schismate electus erat, vrbe exacto, Benedictus 7 sedem recuperat. *Plat.*

Perse

Anni
Christi.Anni
mundi.

1020

151
e IOANNES 20, aliis
19, Tusculanus an. 11.
mens. 1. dies 9.

5108

1031

Vacat dies 8.

5119

Patriarcha.
Constantinopoli Eustratio.

Principibus.
Basilio Porphyrogenito nonagesimo nono, & postea Constantino 8 eius fratre, an. 3, Orient. Imp.

S. Henrico 2, decimoquarto, & post eum, Conrado 2 cognom. Saliquo an. 15. Occident. Imp.

S. Roberto trigesimo secundo, & postea eius filio Henrico 1, an. 30, Franc. Reg.

Filio Tredda Gabez Aethiopiū pretioso.

Hispaniæ Ferdinādo quinquagesimo quinto.

Angliæ & Daniæ Canuto decimo sexto.

Poloniæ Bolcsiao reg. primo, deinde Miecislao, an. 9.

Perse Saracenorum iugum excurrere duce Inargo nuntur, cum quibus Cosroës Babyl. congressus sapius vincitur, donec soluto Barda & tribus millibus Romanorum captiuorum vitur ad Persas partim concidendos partim profligandos. *Ibid.*

Elapsus Bardas, Imperatori tandem reconciliatur, & Iberiam adiens Georgium illius principem, vt suis finibus contentus sit, compefcuit, filio eius accepto obside. *Ibid.*

Imp. pacata Iberia principem Tripolitanum, Damascenum, Tyrum, Berytium sibi seruire cogit. *Ibid.*

Pazinacæ gens Scythica Imperante Constantino Bulgariam populabundi inuaserunt, qui licet vltra Istrum reicerentur, sapius tamen reuertentes, fines Romani Imperij infestare deinceps non destiterunt. *Ibid.*

CONRADO Imperij diadema tribuit, quia & vicissim eum à Romanorum violentiis & clandestinis motibus defendit. *Volater.*

Vita eius pluribus prædicatur. *Plat.*

Guido Aretinus monachus S. Benedicti in Italia primus excogitauit nouam rationem cantus, quam solmifationem vocant, per sex syllabas seu notulas digitis leuæ manus per integrum diapason distinguendas, Vt, re, mi, fa, sol, la, Scalæ Musicæ auctor. vt planum siue Gregorianum cantum in artem redigeret. *Sigeb. in Chron. Pal.*

Theodoricus Hirsfeldensis, Aribo. Bruno Herbipolensis, qui in sacra Biblia, & in Symbolum Athanasi, commentatur. *Trib. Euerbinus Doleiensis.*

Heribertus hymnos & cantus complures in Ecclesia Eiefteni cantari postea solitos componit. *Bruscus.*

Misteno Vuagitorum princeps Holfatos & finitimos populos crudeli bello vexat adeo vt nullum ferè Christiani nominis vestigium trans Albim flu. manserit. Ipse tandem fidem amplectitur & regno suo eiectus Bardeuici diem claudit extremum circa ann. 1025. *Helmold. cap. 16.*

An. 1028. Græci ad pristinum errorem relapsi sunt. Spiritum sanctum procedere à solo Patre insonantes & Romanam Ecclesiam excommunicantes. *Herman. Gigas.*

Otherus laicus cum aliis 15 viris & fœminis à nocte natiuitatis Domini in integrum annum saltarunt, imprecatione Ruperti sacerdotis, donec à S. Heriberto ep. Coloniensi à maledicto absoluti sunt & Ecclesiæ reconciliati, è quibus fœminæ mox obierunt, viri paulò post, paucis relicts, tremore membrorum, quod passi fuissent ostendentibus. *Chron. Hirsang.*

Dithmarus Mersburgensis episc. septem libris Chronicorum, res sub Orthone primo & successoribus gestas, vsque ad annum 1021 congeffit.

Robertus Franc. Rex, aliquas Sequentias & responsoria (vt vocant) quibus etiam nunc vitur Romana Ecclesia, composuit, Profam, scilicet, S. Spiritus ad sit nobis gratia, &c. Responsoria de natiuitate Domini, Iuda & Hierusalem, &c. de S. Petro Cornelius Centurio, &c. de Martyribus Cœcede nobis Dom. &c. &c. O Constantia Martyrum, &c. *Guilielmus Nangiac. Trib.*

Sequentiam item illam diuinissimam, Veni sancte Spiritus, & emitte calius lucis tue radium. *Trib. in Chron. Hirsang.*

Ad fluuium Carum ann. 1023, habet consilium cum

Henr. 1.

Henr. 2 Imp. de stabilienda Rep. Christiana & regno, imperioque firmandis concordia, legibus, optimisque institutis. *Sigeb. Auent. lib. 5.*

HVMANA.

1027 Henticum filium in regni societatem cooptat sexto anno ante suum obitum. Alterum Robertum natu minorem ducem Burgundiæ instituit. *Chron. Benignianum.*

An. 1010, vel iuxta alios 1025. in Hispania regnorum & Titulorum permutatio facta est, Ferdinandus enim Sanctij maioris filius, occiso vxoris fratre Veremundo, regnum Legionum ac materno iure Castellam occupauit, seque Castellæ & Legionum regem appellauit. *Ritius lib. 3. Hisp.*

An. 1016. Ramyrus Ferdinandi frater nothus testamento patris Aragoniam adeptus, primus Aragonum rex designatus est. *Ibid.*

Conradus non paucos hostes in exordio regni sui habuit. Pacatis autem patriæ rebus comitantibus Rudolpho Burgundiæ & Canuto Angliæ, Daniæ & complurium aliarum gentium regibus in Italiam ad compescendos illic motus & pro corona à Io. Pontif. obtinenda abiit, filium suum Henricum 3. Romanum regem declarans. *Auent. Lambert.*

Vandalos maris Baltici accolæ ab imperio & fide Christi desciscentes crebris bellis domuit *Cram.*

An. 1025 à Polonis Boemi antea stipendiarij, studio Predislai deficiunt, eis etiam Morauiam eripientes. Pomerani autem opera Belæ Vngari, tum quidem in Polonia exultantis in Polonorum potestatem redacti sunt. *Crom. lib. 4.*

Ferdinandi Magni tempore Castella, Nauarra, & Legio per connubium Sanctiæ, quæ Veremundi vnica erat soror & hæres, coniunguntur, Denique Aragonia morte Ramiri fratris. Ideoque Magnus & Hispaniæ monarcha nominatus fuit per an. 40. *Vasans.*

Eius pater Sanctius maior Nauarræ rex post mortem Sancti Comitris Castellæ factus Comes, non se comitem sed regem Castellæ scripsit. Hinc deinceps Castella regio titulo decorata est. *Idem.*

Sub an. 1020. R. Ezechias successit scholæ R. Hai Haggæon in Babylonia, sed calumnia suorum biennio post à Rege Saraceno necatus est, cum tota sua familia, duobus exceptis filiis, qui fugerunt in Hispaniam ad R. Ioseph Leuitam Hannaghid, quosque mota persecutione in regno Granatæ ipse R. Ioseph interiit. *R. Abraham in Cabballa. nempe anno Christi 1064. R. Ioseph sacerdos in Chron. regum Francia & Turcia.*

In hoc R. Ezechia deserunt Gheonim. i. Iurisperiti Talmudici, imò & Scholæ Babyloniæ, quæ antea adeo erant celebres, vt ad eas ex Occidente ipso Hispaniis, Africa, Aegypto, Palestina Iudæi filios studij causa mitterent, *Ibid.*

Tunc in Hispania R. Selomo, quem Baal hassirim Haffekulum. i. magistrum canticorum dimensione certa constantium vocat Abben Ezra Gen. 3, floruisse videtur. Nam cum ait refutasse quasdam opiniones Rab Samuel filij Hophni, qui tunc viuebat in Babylonia. Ita circa isthæc

Anni
Christi.Anni
mundi.

1023

CONCIL. Saligustadense. Bucchardus, qui & interfuit è Trithem. In eo componitur dissentio singularium consuetudinum in diuinis officiis, ieiuniis, festis, & c. 20 canonibus. Videtur idem cum proximo.

1030

CONCIL. Triburiense iussu Conradi Imp. In eo agitur de statu Ecclesiæ, & precipue de ieiuniis. Sigeb. Plati. Irenic. lib. 3. cap. 48.

5118

tempora

Anni
ChristiAnni
mundi.

1030

152
f BENEDICTVS 8,
dict 9, Tusculanus, an. 13
mens. 4. dies 9.

5108

1044

5132

Patriarcha.
Constantinopoli Eustratio,
deinde Alexio, an. 16.

Principibus.
Romano Argyropilo Zoa
marito, an. 6.

Michaeles. Paphlagone
Zoa adultero, an. 7, mens. 8.

Michaele 6. Calaphate à
Zoa adoptato, mens. 4, per
ordinem successionis, Orient.
Imp.

Conrado 2, decimo sexto, &
post eum Henrico 3 Nigro
Occid. Imp.

Henrico I. Franc. Reg. trigesimo tertio.

Filio Tredda Gabboz,
Aethiopum pretioso.

Hispania Ferdinãdo Magno
quinquagesimo quinto.

tempora, Poëtica Hebræorum quæ hodie vsurpatur è Iathed (i. Iambo) & Tenuoth (i. Ispondæis & syllabis) cum Rythmis initium sumpsit.

f H v n c propter ignauiam eiecerunt Romani, in eius locum Ioannem Sabinum, qui Syluester 3 est appellatus, sufficientes.

Henricum 2 Imp. coronauit, de cuius ætate illud Vuitichindi historici. Non bella pacem disturbabant, non classica quietem rumpebant, non rapina grassabatur, non fides mentiebatur, adhuc iustitia sui vigoris, adhuc potestas sui iuris erat.

Mortuus horrenda imagine apparuit cuidam se iudicio Dei damnatum dicens, sine lege vixi, idè talis appareo, &c. *Vuicelius in Epitome.* Audis quales pontifices nobis obtrudebat Germanica tyrannis.

An. 1041. Berengarius Turonensis, Archidiaconus Andegauenis hæreticus docet panem & vinum in Eucharistia post consecrationem esse tantum figuram & sacramentum, & non verum Corpus & Sanguinem Christi. *Sigeb. Volat. Bernard. de Lutemb. & ca. Ego Berengarius dist. 2. de consec. Malè etiam sentiebat, (teste Oecolampadio) de Matrimonio, & Baptismo paruulorum. Multi dicunt eum Magia (erat enim præstigiator. *Polyd. lib. 9. Angl. hist.*) vna nocte fuisse Romæ, & eadem legisse Turoni vnam lectionem *Guilielm. Nangiac.**

Animam agens pœnitentia ductus ista verba immurmurabat. Nos sanè credimus post benedictionem Ecclesiasticam illa mysteria esse verum corpus & sanguinem Saluatoris, adducti veteris Ecclesiæ autoritate, & cæt. *Spenceus Apolog. lib. 8, cap. 5. Gagni. in vita Henrici 1. Guilielmus Bibliobecarius Malmerberienf. lib. 3, de Gestis Anglor. Calunitæ, quem errantem amplectuntur, resipiscentem sequantur.*

Richardus Viridunensis Abbas, Adelboldus, Alphanus Salernitanus doctissimi. S. Hugo monachus Cluniacensis. *Volat. lib. 21. & Trith. Chron. Cassinense.*

Multi volunt nomen CARDINALIVM hoc tempore exortum fuisse. *Volater lib. 21. R. Barns.*

Sed quanto sit antiquius vide Vvolfgangum Lazium lib. 2, cap. 2 commentariorum Reip. Roma. cœpit ergo potius esse in pretio, non in usu.

Henricus Franc. rex templum D. Martini, quod Camporum appellant, Parisiis an. 1034 struxit, propter victoriam de Eudone Campaniæ comite & Balduino Flandrensi reportatam. *Gagni. lib. 5.*

Cazimirus Cluniacensis monachus atque Diaconus, Regni Poloniæ hæres, dispensatione Benedicti, de tea rogati à Polonis, absolutus religione, coronatur Rex, anno 1041. *Matthias Mechouiensis lib. 2. Chron. Polon. cap. 13.*

Ad id adacti sunt Poloni quod anno 1038. Raxa Regina pueri Cazimiri mater, abusa sua potestate intestinis dissidiis omnia miscuisset, ob quæ clam cum filio fugam arripere coacta fuit, & accessissent externorum irruptiones. Russi enim Septentrionalem Poloniæ oram, Boëmi duce Prædislao Meridionalem & Occidentalem vastabant. *Crom. lib. 4. Polon.*

Huius dispensationis gratia iniunctum equitibus Polonis, vt in festis, solempnibus inter sacra fasciam lineam candidam instar stolæ, qua sacerdotes & diaconi vtuntur.

Ccc

tur, de collo suspensam gerant. *Ibid.*

Plebeis autem, ut de singulis capitibus quotannis obolum vnum in Lucernam perpetuo in æde D. Petri arsuram pendant, qui etiamnum S. Petri numus dicitur. Omnibus demque Polonis, ut rotunda in morem Monachorum tonsura capillorum vrantur, nec infra auriculas, ritu barbarico, quisquam omnino comam promittat. *Ibidem.*

HVMANA.

Amer Calepiræ filius Agarenorum princeps pacem ære grandi redemptam dat Romano Argyropilo. Eamque vidua & filius Ameri cum Michaële Paphlagonone in an 30 renouarunt. *Zon. tom. 3.*

Africanæ Agarenorum naues circiter mille mare mediterraneum infestant. Siciliam occupant, donec Georgius Mamaces eam Michaëli Monomacho iterum subiicit. *Ibidem.*

An. 1038. Canuto rege ex Anglia in Normaniam transiente, ut in Richardum, qui cum sorore eius Hestrita repudiū fecerat, armis animaduerneret, Normanus cum suis fugit in Siciliam. Apuleiæ autem vrbes & castella Italorum discordia & timiditate inductus, partim vi, partim dolo cepit. *Saxo Gram. lib. 10 de reb. Danicis Sigebert.*

Canutus Malcomum Scotorum regem rebellem subegit. *Vincen. lib. 25, cap. 15.*

Circa an. 1034 a rege Burgundiorum Rodulpho, quod subditi sæpè in eum insolescerent, Burgundiæ Regnum diuiditur in Comitatum & Ducatum: ille donatione cessit Conrado Imperatori: hic Henrico I Francor. regi. *Guaguinus lib. 5, ca. ultimo. Platin. Aemyl. lib. 3. Sigebert. in Chron.*

Conradus Imp. Misconem parte Poloniæ & ducatu donat. *Auent. lib. 5.*

Cappadociam, Armeniam, Paphlagoniam, totumque ferè Orientem fames & locustæ aded afflixerunt, ut multa suis sedibus relictis hominum agmina alio commigrare coacta fuerint. Verum Romanus Argyropilus auro ad patrios lares redire eos compulit. *Zon. tom. 3.*

Contra Imp. Constantinopolitanum Arabes in Mesopotamiam incurrunt, Pazinacæ in Bulgarium, Agareni in oram Illyrici maritimam. *Zon. tom. 3.*

Romanus Argiro in fidiis Michaëlis Paphlagonis, cum quo vxor Zoe Constantini 8 filia consuetudinem stupri habebat, sublatu est.

Zoe tandem incidit in hydropisim & Michaëlem Calaphatè ex sorore nepotem hæredem imperij instituit, seque in monasterium abdidit. Sed inde excitata seditione reuocata est ad Imperium & sibi adiungens Theodoram sororem, Michaëlem è fuga retraxit & luminibus priuauit.

LARGITIONE consecutus pontificatum, nondum mortuo successore. *Plat.*

Huius temporis schisma diligenter describunt Herma. Contractus in Chronico, Leo Hostiensis hist. Cassinensis lib. 11. Otrho Frising. lib. 6, cap. 32 & 33.

Anni
Christi.Anni
mundi.

*Angliæ & Daniæ Canuto
decimosexto, & per ordi-
nem Haraldo, an. 4.*

*Canuto 2. an. 2.
Sancto Eduardo 3. an. 24.*

*Polonia, Miecislao, deinde
Cazimiro Monacho, an. 24.*

1044 **C**ONCIL. Constantiense præ-
sente Henrico. *Abb. Vsperg.* 5132

153

1044 **G** SYLVESTER III. 5132

1044 **R**omanus contra Bene-
dictum, mens. 1. 5132
dies. 19.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant.

Benedictus 8. Pulso Syluestro restituitur, & sedit cum Ioanne 20. menses.

Tandem exactis Pontificatu Ioanne 20. & Benedicto 8. durante etiam schismate electus est Gregorius.

Anni
Christi.Anni
mundi.

HVMANA.

Milierculæ duæ cauponatrices, in via, qua ibatur Romam, hospites in equum, suum, vel asinum mutare solebant. *Vincen. lib. 25, cap. 28. Erphrodiensis in vita Henrici 3.*

Zoe restituta tertio viro Constantino Monomacho iungitur & in omnes imperij partes edicta misit, quæ & magistratus vendi (quod erat antea factitatum) prohiberent, & omnia iniustitiæ genera de medio tolli iuberent. *In consti. Imp. Græcorum, lib. 1.*

Henrico 3 imperante corpus Gigantis incorruptum in sepulchro Romæ inuentum est, quod erectum Urbis mania superant, cum hoc epitaphio, filius Euandri Pallas, quem lancea Turni militis occidit, iacet hic. *Nacl. Crant. Marim. in Chron.*

An. 1041. Boëmia bello iterum facta est tributaria Imperatori. *Contract. Lambert.*

Eodem Theodoricus comitatus Montis Belgardi auctor. *Lazius.*

Eodem tempore 28 anno, postquam Sueno Danus totius Angliæ imperio potitus esset, Angli alienigenas expellunt, legem sancientes, ne quis Danorum, vnquam Angliæ rex creetur. *Polyd. lib. 8.*

Edouardo Ethelredi filio, qui in Nortmania regnantibus Danis latuerat, regnum tradunt in annos 24. *Ibid.*

ALII laudant, alij vituperant. Sed miraculo corporis eius tumulari probatur non fuisse hominem malum. Vide mira apud Platinam.

Hungari à Christiana religione deficientes in paganismum. episcopis & sacerdotibus interfectis, pœna capitis Christianismum retinere coguntur ab Andrea Rege quarto Vngariæ, & Vela eius fratre. *Nacl. & Bonfin. lib. 2, dec. 2.*

S. Eduardus tertius, rex Angliæ, fuit clarus miraculis: solo tactu morbum strumæ siue scrophulæ sanabat: quod Diuinum munus ad posteriores aliquot Angliæ reges manauit, sed prius recitatis quibusdam hymnis, nec sine sacris cæremoniis. *Polyd. Virgil. lib. 8 hist. Angl.*

Cum ipsi ab exactoribus ingès auri vis, quod viritim in vniuerso collegerant regno, offerretur, dæmonem vidit circa illud colludere. Eo spectaculo territus subditis restitui iubet. *Eod. lib.*

Vulfandus Vigorniensis, & Vincentius Leodiensis Episcopi insignes. *Sabel. Ennead. 9, lib. 2.*

In Concilio Sutriano propter schismata & simultates, quæ ex Pontificum electionibus exoriebantur, ablata est Romanis electio Pontificis Rom. & concessa est Imperatori. *Crant. lib. 4, hist. Saxo. cap. 41.* vel potius rapta.

Hinc Henricus Imper. iuramento adigit Romanos, ut ab electione Pontificis Romani abstinerent. *Nacl. Sigeb. Alij scribunt Clementem 2. eam ipsis prohibuisse. Blond. lib. 3, dec. 2.*

Zoe Imperatrice tertio nubente nuptiale sacrum peragere detrectat Alexius Patriarcha. Postridie tamen coronationis ritum solenniter peregit. *Zon.*

Gregorius Thessalonicensis.
Cegenes & Tyrachus Pazinacorum duces ad Monomachum deficientes baptizantur & suis Scythis idem persuadent. *Zon. tom. 3.*

154
1044 **H** GREGORIVS 6, 5132
1046 **R**omanus, an. 2. 5134
mens. 7.

*Patriarcha.
Constantinopoli Alexio.*

Principibus.

*Theodora cum Zoe sorore
mens. 3. Imp. in Oriente,
postea Constantino 9. Mono-
macho siue Gladiatore, ann.
13. Orient. Imp. centesimo
sexto.*

*Henrico 3. cognom. Nigro
Occid. Imp. decimosextimo.*

*Henrico I. Franc. Reg. tri-
gesimo tertio.*

*Filio Tredda Gabez, de-
inde nepote etiam Anony-
mo, an. 70.*

*Hispaniæ Ferdinãdo Mag.
quingagesimo quinto.*

*Angliæ S. Eduardo deci-
mo nono.*

Polonia Cazimiro.

1046 **C**ONCIL. Papiense Herm. 5134
Contract.

HVMANA.

Anni Christi.

Anni mundi.

Seythæ Triballos, Seruios, Dyrrachium & finitas gentes infestant. *Ibid.*

Cum claruisset virtus Nortmannorum in bello Berengarij contra Hunnos, Georgius Mumaces sub Constantino Monacho eos cum Longobardis vocauit, in belli societatem contra Saracenos iam annis 230 Siciliam obtinentes. Quibus, post eis Siciliam ereptam, cum contra pacta inique prædam dispartiretur, illi Guilielmo Farabato duce, Apuliam Græcis eripuerunt.

Paulo post Mumace in Epeiro, in acie obruncato Saraceni Siciliam recuperant vsque ad annum 1060.

Nepos Treddæ Gabez Reginae Æthiopum in eorum annalibus, etiam est anonymus, ob impium auiæ factum, quæ exemplo Athaliæ regium sanguinem penè extinxerat, vt contra leges patrias filio suo imperium relinqueret.

Turci, quos supra in Asiam ab Agarenis in ipsorum perniciem accersitos docuimus, Babylonis in suam potestatem redactis totum ferè Orientem subiugant. *Zon. tom. 3.* Nam circa ann. 1051. Sadone, primo eorum principe, (.i. rege è R. Ioseph. in Chron.) cui successit Dogrillâ, Asiæ regnum occupant. *Haito Arm.*

Mahomet Sultanus Persidis, Sogdianæ & Mediæ Turcos contra Calipham armat, seque è iure Caliphæ eripit. Turci postea, cum ipsis pacta stipendia minimè soluerentur, atrociniis & bellis continenter incumbentes, in Armenijs, Cappadocia Galatia, Bithynia peculiare regnum incipiunt an. 1051. donec Tartari ab Armenis euocati an. 192. post principatu deturbantur.

DIE natalis Domini quo ipse in Pontificem consecratus est, Henricum 3. Imper. & eius coniugem Agnetam coronauit. *Herm. Contractus, & Nacler. in Chron.*

Pontifex creatur in Synodo imperante & cogente Henrico, verum eo abeunte, veneno à Romanis tollitur.

Imp. Romanos iurate cogit, nullum se deinceps Pontificem vel electuros vel consecratos, nisi quem Imperator dedisset. *Onuphr.* Principium sequentium motuum, qui iusto Dei iudicio, Imperium & Imperatores labefecerunt.

Sub Henr. 3. Robertus Guiscardus Græcos prælio superatos, Calabriae finibus præter Sacerdotes eiecit. Necnon Saracenos ex improviso adortus, ab obsidione Capuæ repulit. *Sabel.*

S. Algerus non ex Corbienti (sicut putat Trithemius) sed ex Leodiensi canonico monachus Cluniacensis, Adelmanus Brixienis Episcopus qui Berengarij fuerat condiscipulus sub Fulberto Carnotensi episc. S. Lanfrancus Abbas Cadomenis postea Cantuariensis Archiepiscopus. Guido Abbas de S. Cruce S. Leofredi, doctissimis suis scriptis, quorum nonnulla extant, se opponunt Berengario. *Trihem.* Hos Caluinus pro sua modestia vocat imperitos, Barbaros, & Sophistas, quia non fuerunt, vt ipse sacramentarij.

Per vim pontificatum occupat, nullo cleri populique consensu. Inde moritur irato Deo, die pontificatus 23. Aded inoleuerat hic mos, vt cuique ambizioso, & principi gratioso liceret Petri sedem inuadere.

An. 1048. Constantino Monomacho sumptus suggerente Christiani Hierosolymis templum & cultum Dei

reparant

CONCIL. Sutrinum non longè ab urbe Roma, presente Imperatore Henrico 3. ad tollendum schisma celebratum. Itaque Benedicto qui residebat in Palatio Lateranensi, Syluestro, qui sedem Pontificiam ad S. Petrum collocauerat, & Gregorio, qui suam sedem habebat ad D. Mariam, Pontificatus expulsiatis, electus est Sindegerus, siue Suigerus Brambergensis Episcopus, qui postea dictus est Clemens 2. *Blond. libr. 2. dec. 2. Herma. Contractus.*

155
CLEMENS 2, Saxo.
1046 mens. 9. 5134
1048 Vacat mens. 9. 5136

Patriarcha.
Constantinopoli Alexio.

Principibus.
Eisdem Impp. & regnant

156
1048 **D**AMASVS II. Ba.
1048 uarus, dies. 23. 5136
Vacat mens. 6.

Anni Christi

Anni mundi.

Patriarcha.
Constantinopoli Alexio.

Principibus.
Eisdem Imp. & regnant.

157
1048 **L**EO 9. Alsatus in
Germania, an. 5. 5136
mens. 2. dies 6.
Vacat m. ii. d. 26. 5142

1054 *Patriarcha.*
Constantinopoli Alexio,
deinde Michaelæ Cerulario
an. 8.

Principibus.
Constantino 9 Monomacho
siue Gladiatore Orien. Imp.
centesimo sexto.

Henrico 3 cog. Nigro Occi.
Imp. decimo septimo.
Henrico 1. Franc. Reg. trigesimo tertio.

Nepote Tredda Gabbez
Aethiopum pretioso, an. 70.

Hispania Ferdinando Ma-
gno quinquagesimo quinto.

reparant. Daber enim Caliphæ Ægyptij filius cum Argypilo Imp. isto fœdere id concessit Nicephoro Patriarchatum ibi administrante. *Tyrus de bello sacro cap. 5 & 6.*

Fuerat enim paulò ante solo æquatum à Sultano Caliphæ auunculo Orestis, qui illic pontificatum administrabat. *Ibid. cap. 4.*

Franco Leodiensium scholasticus scribit de quadratura circuli. *Sigeb. Theodoricus Moguntinus. Chron. Hirsaug.*

Hic natus clarissimis parentibus ab Henrico Imperatore renunciatus Rom. pontifex, consilio Hugonis Cluniacensis Abbatis & Hildebrandi monachi, deposito Pontificali ornatu, vt priuatus Romam ingreditur quòd Imperator Pontifices creandi nullum ius haberet, illo ad clerum populùmque Romanum pertinente. Propterea eo libentius eligitur PP à clero Rom. & in suo Pontificatu ita piè degit, vt ad eius sepulchrum edita sint miracula. *Sigeb. Platin.*

Ita Ecclesiæ ius de eligendo Pontifice, expulso Imperatore restituit. De multis Sanctis cantus composuit, & multa alia scripsit, præsertim librum contra varios Græcorum errores, quibus imbuebantur à Michaelæ Patriarcha Constantinopolitano, & Leone Acridano Bulgarorum Episcopo. *Sigeb.*

Claruit autem multis miraculis. *Hist.* Domus eius pauperibus & peregrinis semper patuit. Totus Eleemosinarius, vsque ad miraculum apparentis Christi in specie leprosi. Damnat hæresim Berengarij. Primus, qui sedem Apostolicam ab Imperatorum inuestitura restituit, cum per annos 150, id sibi iuris isti magna temporum infelicitate raptuissent. Cætera enim perfecta sunt à sequentibus Pontificibus, præsertim Gregor. 7, quem Leo Cardinalem creauerat.

In Germania (quo venerat ad Maguntinum Concilium) Ecclesias, Sacella, Altaria, in diuersis locis absque numero consecrauit, & quod multi pontificuli hodie facere erubescunt, per sese facere non desepxit. *Chron. Hirsaug.*

Contra Normanos auxilium ab Imp. postulauit qui à prioris Henrici temporibus in Calabriam, Samniam & Campaniam confluerant, ab Italis ob belli peritiam vocati. Nam non vt hospites viribus & numero aucti iam se gerebant, sed vt indigenæ, prætereaque omnia diuina & humana, prout viribus plus poterant, confundebant, ann. 1053. *Herm. Contractus.*

In Natali D. Lucae concionatus est Bambregæ. *Histor. Bambergensis.*

Nonnulli exterarum nationum principes missis ad Pontificem literis, per legatos, subiectionem ipsi promittunt. *Contractus.*

Per epistolam Constantinum Imperatorem sibi concilians, misit tres legatos Constantinopolim ad conuincendos 14 Græcorum errores, qui vt Simoniaci donum Dei vendebant; vt Valesij, hospites suos castratos etiam ad Episcopatum promouebant; vt Arriani, rebaptizabant Latinos baptizatos in nomine S. Trinitatis; vt Donatistæ in sola Aphrica, sic illi in sola Græcia orthodoxam esse Ecclesiam iactabant; vt Nicolaitæ, nuptias sacerdotibus concedebant, vt Seueriani,

maledictam dicebant legem Moſis: vt Pneumatomachi profeſſionem S. Spiritus è ſymbolo detrahebant: vt Nazareni, Iudaifmum obſeruabant, paruulos morientes ante octauum diem à natiuitate baptizari, mulieres in partu vel menſtruo periclitantes communicari, vel ſi paganæ eſſent baptizari, prohibebant: Latinos vocabant Azymitas, eorum eccleſias clauderant: de fermentato ſacrificabant: Romanæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanam præponebant, *Sigebert. penes quem horum ſides eſto.*

Obtinerunt legati ab Imperatore, vt Nicetas Monachus cogn. Piſtoratus, quem ipſi coram eo vicerant, librum ſuum contra Romanos inſcriptum de Azymo, de Sabbato, & de nuptiis Sacerdotum, anathematizaret & incenderet. *Sigeb.*

Scriptis ad Africanos Episcopos Petrum & Ioannem, qui contra Grunnitanum Episcopum dignitatem Eccleſiæ Carthaginenſis defenderant.

Reſpondit Michaëli Conſtantinopolitano Episcopo & Leoni Acridano, qui hæc tria præcipuè damnabāt, quod Latini Azymis panibus in Sacramento vterentur, quod in quadrageſima obſeruarent Sabbata, quod ſuffocatis veſcerentur.

Petrum Patriarcham Antiochenum designatum, & apoſtolicam approbationem poſcentem confirmauit.

Ad Thomam Carthaginenſem ſcripſit, in qua ei authoritatem conuocandi Synodos, quodius ſibi Grunnitanus Episcopus arrogarat, tribuit.

Andream Hungarorum regem cum Imperatore æquis propoſitis conditionibus in gratiam redire detrectantem anathemate feriit. *Herman. contractus.*

Fredericus Cardinalis frater Godefredi Lotharingi Conſtantinopolim mittitur, vbi indiſtæ ſynodo, cum Imper. & Patriarcha ad eſſe dedignarentur, egreſſus vrbe Sandalia ſua more Apoſtolorum publicè ſuper eos excuſſit. Quo quidem facto, ita omnes terruit, vt Imp. & Patriarcha cum omni clero & populo ſequenti die, ſacco & cinere obuoluti ad eum procederent, & Apoſtolicam authoritatem in eo proni in terram venerarentur. *Erphordienſis.* Poſtea factus eſt Pontifex, Stephanus 10 nomine.

An. 1050. Machetad Scotorum princeps (Nam nondum Scoti ducem regis nomine gaudentem habebant) Romæ argentum, ſeminando, pauperibus diſtribuit. *Marian Scotus.*

Templum ſepulchri Chriſti Hieroſolymis à Saracenis & Turcis deſtructum. Leone 9 Romanorum Pontifice procurante apud Imperatorem Conſtantinopolitanum eſt reædificatum. *Palmer. Plat.*

Ann. 1052. Henricus Imp. in Saxonia, apud Goſlarem omnium conſenſu iuſſit patibulo ſuſpendi quosdam hæreticos, qui inter alios errores, omnis animalis eſum iuxta Manichæos execrabantur. *Herman. Contract.*

Dedit Leoni Pontifici Beneuentum urbem Italiæ. *Nauch.*

Petrus Damianus Episcopus Hoſtienſis, Theoduinus Episcopus Leodiſienſis, Lambertus Leodiſienſis monachus, Erhardus, Hildebertus viri celebres. *Triſt. de ſcript. Eccleſ. Anton. titul. 16, cap. 8.*

Anni
Chriſti.Annia
mundi.Annia
mundi.Annia
mundi.Annia
mundi.Annia
mundi.Annia
mundi.Annia
mundi.Annia
mundi.

HVMA

HVMA NA,

| Anni Chriſti. | Anni mundi. | Text |
|------------------|----------------|---|
| 1052 | 5140 | <i>Romanum aliud. Fern. Contrac. Vormaciense, in quo Gerardus Leucorum quintus episc. in album Sanctorum allegitur. Sigeb. 158</i> |
| 1054 | 5142 | I VICTOR 2. Sueuus an. 2. mens. 3. di. 14. |
| 1157 | 5143 | Vacat d. 4. Patriarcha. Constantinopoli Michaelæ Cerulario. Principibus. Eisdem Imp. & Theodoro centesimo septimo Orientis Imp. & regnant. |
| 1055 | 5143 | Concil. Florentinum præſide Pontifice Rom. & præſente Imp. Henrico, de ſtatu Eccleſiæ. In eo multi Episcopi propter Simoniam & fornicationem damnatur & episcopatu priuatur. Her. Cont. Palm. Plat. |
| 1057 | 5145 | m STEPHANVS IO, diſt. 9, Lotharingus. |
| 1058 | 5146 | menſ. 7. di. 18. Vacat d. 13. Patriarcha. Constantinopoli Michaelæ Cerulario. Principibus. Theodora Imperatrice Orient. an. 2. Henrico tertio, & deinde quarto. an. 50. Occid. Imp. Henrico 1 Franc. Reg. trigesimo tertio. Ferdinando Magno Hisp. quinquagesimo quinto. S. Eduar. Ang. decimonono Cazimiro Polonia. |
| 1758 | 5146 | 160 n BENELECTVS 9, diſt. 10. |
| 1059 | 5147 | Campanus. mens. 9. dies 20. |
| | | HVMA NA. Turci Nomades, qui è Tartaria exierant primum regnante apud Francos Pipino, & victis Hungaris ſibi duces conſtituerant, eperantque ſines Capadociæ & Aſiam minorem, cum regionibus vicinis à mari Ionio ad Egæum vſque tandem regnant apud eodem Francos Henrico Roberti filio an. 1050 regem ſibi primum deligunt ductis inter centum nobiliores familias fortibus Seldoc. <i>R. Joſeph ſacerdos in chroniciſ regnum Francia & Turcia. Sadonem vocat Haito Arm.</i> Anno ita 1050 Turca nomine Seldoc filium Mynuth in Galatiam latè penetrauit, Pamphylis & Lycos afflixit, Rhodios terruit. Ac regnante Henrico, deinde Philippo eius filio bene pugnavit cum Sultano Egyp̄ti occupata Syria, Hieroſolymis, donec redeuntes Saraceni, Hieroſolymam vicinæque vrbes eis excuſſerunt ſub Aduentum Gotofredi Bullonij. <i>R. Joſeph Ibid.</i> Duces alij Turcici Dogriſſa, Aſpal, Melecha, Artol, Belchiaroth, qui præceſſerunt Solymanum ſtirpis Orthomanicæ caput, tempore belli ſacri, paucis annis occuparunt reliquum minoris Aſia. I HVMBERTVS Syluæ candidæ Cardinalis Græcos ſcriptis oppugnat. Nicetas Piſtoratus Studites & Leo Acridæ in Bulgaria Archiepiſcopus Latinos. <i>Sigebertus, Tribemius.</i> Victor in Florentina Synodo episcopos quosdam ob Simoniam & ſcortationem episcopatu priuat. Bruno Signius. <i>Chron. Caſinenſe lib. 4, cap. 33.</i> Henricus 3 impotenter ferens ſuum exercitum fuiſſe ad interneſionem cæſum à lauis Luſatiis, ægritudine paulò poſt obiit, buccella panis ſuffocatus. Poſt mortem Monomachi Theodora illius coniugis ſoror imperium ſola tenuit, ac nullum maritum in Imperij ſocietatem adduxit. Cum morbo grauiffimo laboraret ſuaſu procerum Imperium Michaëli Stratotico admodum ſeni delegauit. STEPHANVS arguit Henricum 3 quod Pontificum authoritatem minueret. Vir longiore pontificatu dignus. Mediolanenſis Eccleſia, quæ ante 200 circiter annos ſe à Romano Pontifice ſubduxerat, huic Stephano PP. ſe ſubdidit. <i>Sabel.</i> Marbodus Rhidenſis, Rogerius Colonienſis, Ruthardus Hirſfeldenſis. <i>Chron. Hirſaug. Lambertus.</i> |

Ccc 4

Eiectus est sede, orta Romæ contentione de electione ipsius. Subrogatus est in eius locum Gerardus quidam episcopus Florentinus.

Simoniace enim, per vim & metum contra canones & iuramenta pontificatum obtinuerat. Petrus Damiani quadam epistola, qui hoc vixit tempore. Cætera Herman. Contractus. Lambertus Scanaberg. Leo Ostiensis. lib. 2. histor. Cassinens. cap. 102.

Post huius tempus ob insignem librorum copiam, quæ hæcenus apud nos desiderata est omnia erunt clariora. Vnde ex obscurissimis tenebris historiarum egressi, paulatim in apertissimam lucem procedemus. Onuph.

o T V N c primum Lateranensi Consilio Romanorum Pontificum electio ad Cardinales Episcopos est delata, ita tamen vt à clericis Cardinalibus reliquoque clero & populo Romano comprobanda esset. Ca. in nomine Domini dist. 23. Polyd. lib. 4. cap. 10.

Hic ergo incepit libertatem Ecclesiæ contra Germanos Imp. asserere.

Decretum fecit contra Papas per largitionem creatos. Et Berengarium ad palinodiam compulit. Plat.

Helmandus Chronicon ab orbe vsque ad suam ætatem. i. annum 1066 colligit.

Guiscardus Apuliæ dux Ecclesiæ Beneuentum, Trojam & reliquas Apuliæ ciuitates restituit, Sabell.

HVMANA.

R. Isaac multos scribit libros. Explicationes locorum Talmud difficilium dicat R. Ioseph Leuitæ R. Samuelis filio, qui Granatæ cum tota Iudæorum Synagoga à Saracenis illic imperitantibus an. 1064 interemptus est. R. Abraham in Cabbala.

Idem R. Isaac charus fuit Regi Saraceno Almechmad. Astrologiæ nomine, in qua ille vt in disciplinis Græcis erat versatus. Ibid.

Ferdinandus Mag. sub mortem tribus filiis regna sua diuisit, dans Sanctio natu maximo regnum Castellæ. Alphonso Legionis & Asturiarum, Garcia Calliciam, cum Portugallia. Cuius diuisionis impatiens Sanctius, regna ipsorum occupauit, altero fratre pulso, altero in vincula coniecto.

In collocandis Imperatoribus Constantinopolitanis mirè admodum variant scriptores, tam Græci, quam Latini.

p STATVIT ne quis Ecclesiastica beneficia ab vlllo Laico accipiat, quod tunc Simonia dicebatur. Ca. per Laicos. 16, 9. 7. Monachos arceat ni vocentur, à populorum prædicatione. Ca. iuxta 16, quast. 1.

Vir doctrina non vulgari præditus. Miraculis clariuit. Vnde liber Constantini Afri de Dæmoniaco & Claudio curatis ab Alexandro Papa. Chron. Cass. lib. 3. cap. 34.

In concilio Mantuano iterum (vt quidam volunt) statuitur. Papam à solis Cardinalibus eligendum esse: Neminem debere interesse Missæ sacerdotis, quem certo nouerit esse concubinarium, Ca. præter hoc. dist. 32.

An. 1063 quarta pars Hierosolymæ datur incolenda solis Christianis à Calipha Agyptio, Bomenfore Elmonstiensabe, cum antea promiscuè habitarent cum Saracenis. Hinc illa quarta pars semper deinceps cessit in

Table with columns for year (Anni Christi, Anni mundi), Patriarcha, Principibus, and names of rulers like NICOLAUS 2 Albrox, ALEXANDER 2 Mediola.

Table with columns for year (Anni Christi, Anni mundi), Patriarcha, Principibus, and names of rulers like Isaacio, Eudoxia, Henrico 4, Philippo 1, Ferdinando Magno, Honoriu 2 Cadolus.

ius Patriarchæ Tyrius lib. 9, c. 17 & 18. An. 1064. Septena hominum milla cum episcopis Moguntino, Traiectensi & Bambergensi, multisque Bavarie proceribus terram sanctam visunt, qui multa ab Arabibus auri spe passi, ineterfectis plurimis tandem à Comite de Ramula liberati sunt. Sigeb. Marianus. Scotus. Constantinus Ducas magnum studium impendit, vt controuersias dirimeret & decreta scriberet. Et quamquam indoctus erat, tamen literas amabat & doctos colebat, dicere solitus se malle ex doctrina, quam imperio nobilitari. Zon. Galli ad debellandos Saracenos in Hispanias proficiscuntur. Sigeb. Alij dicunt Balduinum tutorem Philippi illud bellum simulasse, vt facilius quosdam nobiles Vasconie regi rebelles reprimeret. Ordo Vallis umbrosæ è Benedictinis descendens, per Ioannem Gualbertum Florentinum an. 1070 originem capit. Palmer. in Chron. Volater. lib. 21. Sub eo sunt Syluestri eodem habitu, dicti à quodam Syluestro, qui enim ordinem inchoauit in monte Fano prope Fabrianum in Marchia Anconitana. Michael Pfellus poeta & philosophus, filiorum Ducæ præceptor. Zon. tom. 3. Guntherus, Theodoricus, Lambertus de legia, Meginfredus, Adrianus, vterque historicus. Chr. Hirsang. Trib. de viris Illust. Osbernus. Hermannus Contractus Comes Veringensis tunc scripsit suum Chronicon ab orbe condito ad annum Christi 1054 cui continuator aliquis superaddidit annos 10. Hymnos etiam dulci melodia composuit, vt, Salue regina miseri. Alma redemptoris & alia multa. Trihem. An. 1066. Episcopi & principes Imperij frequentibus comitis Triburie in ripa Rheni conueniunt. Collatis ibi de morum licentia & vitæ turpitudine, quam Bremensi Archiepiscopo tutore agebat Imperator, sententiis ipse Archiepiscopus, nisi Cæsarem confestim reddat, iudicatur hostis: Cæsari quoque ad principes venire detrectanti, regnum abdicandum esse decernitur. Lamber. & Auent. lib. 5. Annal. Vzi Gens Scyrica, Pazinacis fortitudine & numero præstantior Const. Ducæ freti ignauia Istrum cum vxoribus & liberis traiciunt, cæsisque Nicephoro Botoniante & Basilio Apocape superato Danubio, eum locum deinceps libere incoluerunt. Zon. tom. 3. Vuandali & Slaui interfecto Gottschalo suo duce piisque omnibus, à fide Christiana iam tertio ad Paganissimum deficiunt an. 1065. Munster. in Cosmog. Rerum successu elati duce quodam Bluffone Hamburgense, Sturmarios, & Holfatos aut prosternunt aut victos in patriam ducunt. Transalbinos vexant, ad suos cum ingenti præda redeuntes, in Domesticos religionem abiicere detrectantes, pari crudelitate faciunt & Radigasto suo Deo immolant. Helmold. cap. 22, 23, & 24. Bluffo reuersus à suis, iusto Domini iudicio obtruncatur. Ibid. Quidam vir alioqui robustus dum esset in mensa consumitur à muribus, cæteris qui accumbebant illæsis.

HVMANA.

Fasc. tempor. & Nacler. in Chron.

Pazinacæ & Bulgaris Vzos grassantes in Macedonia & Græcia ad internecionem deleuerunt *Zon. tom. 3.*

Ignauia & auaricia Imp. Ducæ Saracenis animus cre-
scit, nostris decitur. Inter hæc turbas ipse moritur re-
lictæ Imperio viduæ & tribus impuberibus filiis. Qua
occasione Barbari denuò Mesopotamiam, Melitenem,
Ciciliam, Cappadociam, Cælosyriam aliâque infesta
reddebant. Quin & Turcæ post varios belli euentus, to-
tius penè Asiæ regionibus Pontum spectantibus suba-
ctis & regnum & sedes suas ibi fixerunt. *Zon. & Cuspi-
nianus.*

An. 1066. Harduicus Rex Nordanimbrorum spe re-
gni Angliæ ob fratrum dissidia erectus, cum classe mille
nauium traicit, sed capto Eboraco cum suis ab Haral-
do Anglico necatur. *Sigeb.*

1067 Guilielmus Bastardus siue nothus, Normanorum
Dux, Haraldo ultimo Anglorum totius Angliæ Rege
victo & cæso, regnum Angliæ & conquestoris nomen est
adeptus. Post regem interfectum mox penè omnes eiuf-
dem regni pontifices misit in exilium, nobiles & princi-
pes trucidauit mediocres in seruitutem militibus dedit,
vxores indigenarum aduenis suis matrimonio copulauit
& in ciuitate Eboracensi plus centum supra mille sacer-
dotes barbarè occidit. *Chron. Hirsaug.*

1070. Hinc Francis, illinc Scôtis Angliam bello in-
uadentibus, Angli partim fame mori, partim humana
carne vesci coguntur. *Sigeb. Marian. Scotus.*

Eodem idem Guilielmus Nortimbriam in extremam
redegit vastitatem. ex eo tempore Normani ex Dacis
orti Angliam occuparunt. *Polyd. Virg. lib. 8 & 9. Angl. Re-
gnum Normanorum in Anglia durauit 69 an. & mens. 3,
hoc est ad an. Christi 1136, quo traflatum est ad Fran-
cos. Polyd. lib. 11 hist. Ang.*

Guilielmus autem numeratis apud Anglos sacri æ-
dibus reperit 45017. parochialia templa. Habet enim ap-
ud eos quilibet vicus etiam si vix sit ignium viginti, pa-
rochiale vnum. *Maior. lib. 3. cap. 6. Scoto paulò ante mor-
tem, viribus è graui morbo receptis igni & ferro agros
Francicos perdidit. Verum intestini equi saltu ruptus bel-
lo finem imposuit & pœnas crudelitati suæ debitas luit.
Polyd. lib. 9.*

Guilielmo Ruffo minori filio Angliam reliquit, Rober-
to Normaniam. *Idem lib. 10.*

1067 Carinthij, Austriaci, Norici, Vindelici ciuili
bello inter se sauiunt.

An. 1069, Henricus Imp. ipsa hyeme. fluminibus pas-
sim glacie congelatis, Luticios subiicit. *Sigeb.*

Constant. Ducas moriens iureiurando Eudoxiam
obstringit, ne imperium, nisi filiis traderet. Verum
sex mensibus post Romano, Diogeni nupsit, quod
existimare imperio ruenti opus esse strenuo propugna-
tore.

Diogenes deinde ad Theodosiopolim contra Sarace-
nos pugnans captus, Ab Axam Sultano certis conditio-
nibus dimittitur. Ei reduci contra iusurandum Michaël
Ducæ f. oculos eruit. Ex quo cum vulneris curatio negli-
geretur, capite intumescente, ac verminante, misere mor-
uus est.

Turcæ Diogenis & Michaëlis Parapinatij ignauia,
præter Persiam & Ægyptum, cuncta ferè Asiæ loca suo

Anni
christi.

1565

CONCIL. Mantuanum con-
tra Honorium pseudopapam, libidi-
nosus clericos, & Berengarium (quem
victum rationibus cõpulerunt quar-
to ad palinodiam. Lanfr. de Sa-
cram.) presentibus Imperatore Hen-
rico 4. & Alexandro Roma. Pontif.
qui iureiurando se à crimine Simo-
nie liberans, confirmatur in Pon-
ficatu.

Vuormatiense. Sabel. Ennead.
9. lib. 3.

1071

Moguntinum, praside Mogun-
tino Archiepiscopo, & Imperatore
assidente, de ordinatione Caroli Cõ-
stantiensis episcopi, qui deiectus est
ab Episcopatu. Lambert. Schafn. in
hist. Germanorum.

1073

Erphordiense indictum ab Epif.
Moguntino plurimorum Epif. Ger-
mania, prasente Imper. de decimis
Turingiæ Moguntino Archiepi-
scopo soluendis. Lambert. Schafn.

Anni
mundi.

5153

5161

5161

Anni
christi.

1073

163
q GREGORIVS 7.
proprio nomine Hilde-
brandus, natione Hetru-
scus, patria Soanensis,
an. 12.
mens. 1. di. 3.
Vacat an. i. m. 4. d. 27.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne sep-
timo, deinde Cosma an. 5.
mens. 9. Eustratio 2. an. 3.
Nicolao 3. an. 27.

Principibus.

Eisdem Imp. & Michaeli
Ducæ filio centesimo decimo
tertio, Parapinatio, an. 6.
deindeque Nicephoro Bo-
toniate an. 3. ac postea Ale-
xio Conneno an. 33. Impe-
ratoribus Constantinopolita.

Hispaniæ Sanctio secundo
quinquagesimo sexto, dein-
de Alphonso 6. an. 26.

Angliæ Guilielmo Bastar-
do vigesimo primo.

Poloniæ Boleslao secundo,
deinde Valadislao 1. an.
20.

Anni
mundi.

5161

5175

iuugo submiserunt ad ipsam vsque Constantinopolim: &
Hierosolymis magna impunitate pios opprefferunt per
annos ferè 30, vsque dum solennis expeditio Gotfridi
Bullonij suscipitur. *Tyrus lib. 1.*

Parapinatus sponte se abdicauit imperio quod se con-
seruare non posse videbat, contra vndique concurrentes
hostes, Monasticum habitum induens cum coniuge Ma-
ria Alana in solitudinem secessit.

q АВНОС cepit vitas pontificum vsque ad Hono-
rium 2 Pandulphus Pisanus.

Confirmat ordinem monachorum Vallis vmbrosæ.
Volat. lib. 1. Indixit ex more veterum, abstinentiam car-
nium in die sabbati. *ca. Quia dies de Consecr. dist. 5.* Romæ
conciones habebat. *Benno.*

Omnium bonorum consensu pontifex creatur. formu-
la electionis ipsius extat apud Plat. Hæricum 4 Imp. mul-
ta in Ecclesia temere molientem, omni prius priuatum
imperatoria administratione anathemate percutit, nec
absoluit, donec deposito regio ornatu, nudis pedibus,
quanuis asperrima esset hyems & gelu cuncta rigesce-
rent, ad se veniret petens veniam & pollicens integram
obedientiam & emendationem. Vir dignus pontificatu
ad deprinendam Politicorum Supercilium. Monar-
chas terruit nominis sui & Zeli claritate. Captiuitatem
Ecclesiæ & seruitutem, quam à principibus patiebatur,
restituit, vlulantibus Centuriatoribus.

Culcor & defensor iustitiæ & libertatis Ecclesiæ acer-
rimus.

Miraculis coruscavit. *Martinus Polonus.* signa & pro-
digia per orationes faciebat. *Lambertus Schafnab.* Dono
prophetiæ præditus. *Vincentius Gallus ex Guilielmo histor.
in Speculo libro 25, cap. 44.* semper in Ecclesiastico rigore
constantissimus. *Oitho. Frising. libro sexto, cap. 32.* In-
ter omnes Romanos Pontifices præcipui Zeli authori-
tatis. *Ibi. cap. 36. consentiunt Gotfridus Viterbergensis in Chro.
part. 17. Trit. in Chron. Naclerus Gen. 37. Crant. in Metrop.
lib. 5, cap. 20. Sabel. Ennead. 9 lib. 3. Tyrus lib. 1, cap. 13. denique
Anselmus, Bernardus Corbiensis, Marianus Scotus, Mar-
tinus Polonus, Blondus. Abbas Vsperg. Soli Centuriatores
reclamant.*

An. 1079. Boleslaum 2. cog. ferum Polonorum regem
regni titulo & iure pellit. *Cromer. lib. 5.* Vnde successor
Vladislauus regem se appellari non est passus, quòd inun-
ctus & coronatus solenniter Pontificis interdicto non
esset. Quod obtinuit vsque ad an. 1295. *Ibidem.*

Laudatissimus & Zelo singularis verèque Apostoli-
cus, Quare audita Stanislai episcopi nece Boleslaum Po-
loniæ regem, difficilimis alioqui temporibus, excom-
municat. Aulicos quosdam Henrici Imp. quorum con-
silio Sacerdotia, Pontificatus, Monasteria vendeban-
tur, ac Lupi, non pastores præficiabantur, reperunda-
rum postulauit, & execratus est fulmine apostolico.
Henrico præcipiens, vt illos aula, prætorio, curia, exigeret.
Postremò Henricum ipsum, solenniter missò per
omnes ferè orbis partes anathemate excommunicauit.
Noluit enim pati, vt istius voluntas requireretur in eli-
gendo Rom. Pontifice, item vt episcopatus imperij ter-
minis inclusos Imperator pro suo arbitrio distribueret.
Nam quæ sunt Dei Deo. Quid principi politico cum re-
bus Ecclesiæ? Denique vt maritos faceret sacerdotes, vt
vicissim sacerdotes maritos, contra receptum ecclesiæ
maioem.

Adeo piam causam adiuuit Deus. Exorti enim motus Henricum ipsum perdidit, & Imperij superbiam valde attriuerunt, isto de imperij gradu ignominiosissime deiecto.

Pont. proceres & populum sacramento praestito sancte soluit, & vt Rudolpho adhaerent sanctius imperat. Eius enim est videre, ne quid detrimenti res Christiana à Principibus patiat. An non Samuel Leuita, Dei auctoritate Saulem regem creauit, deinde peccantem publice deposuit Dauide substituto & inuncto? An non Elias Dei spiritu reges constituit & abdicat, non modo in Israel, sed & in Syria? 3. Reg. 19. An non Hieremias Sacerdos accipit potestatem super gentes & regna, vt destruat & aedificet, euellat & plantet (cap.) An Apostolica auctoritas minor est quam prophetica. Quo modo igitur illud Spiritus S. impletum, Pro patribus nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram? Quare stat immota vox vel potius oraculum D. Ambrosij epist. 33. Veteri iure à sacerdotibus donantur Imperia, non usurpantur. Et illud Petri Cluniacensis epist. 29. lib. 6. Quamuis Ecclesia non habeat Imperatoris gladium, habet tamen super ipsos Imperatores imperium. Vnde ei sub figura prophetici nominis dicitur, Constitui te super gentes & regna, vt euellas, destruas disperdas, discipes, aedifices, plantes. Hæc contra Centuriatorum euularus.

Vladislao Boemorum duci petenti vt sibi, suoque populo liceret rem diuinam Slauonica lingua peragere, non assensit, quod id Christiano instituto minus congrueret, & linguis titulo crucis non sine Dei prouidentia dedicatis decerperet, per quas Sanctorum communio per totum orbem conseruatur atque colligitur, vti linguarum diuersitate confusio atque dissidium per mundum viget. *7. ps. lib. septime Registri ad Boemorum ducem, Et Olaus Mag. lib. 19, cap. 19.*

Henricus 4 Zelo eius inuidens conatus est vi quemdam in sedem Apostolicam ipsius loco intrudere.

Falsa de illo, à quo iuste fuerat excommunicatus, sparsit indicto apud Vuormaciam concilio an. 1076 Episcoporum 24, ad quod superuenit quidam apostata, Hugo Blancus, propter mores improbos à Cardinalatu depositus, plenus minarum, deferens secum de vita & institutione Papæ, scenicis figmentis consimilem tragediam, scilicet vnde oriundus, quo pacto ab ineunte ætate conuersatus, quam peruerso ordine sedem Apostolicam occupauerit, quæ ante Pontificatum, quæ post eum adeptum flagitia commiserit. *Tribem. in Chronico Hirsang.*

Sed bona causa vincente annoque sequenti totius penè regni principibus eius imperio renuntiantibus in comitiis Openheimensibus necessitate compulsus Romam venit, vt nudis pedibus & corpore solis lanceis tecto, in terramque prostrato veniam peteret absolutus non diu permansit in iureiurando, vt proinde eum dunuo excommunicare oportuerit, & in ipsius caput iuste ea attrahere ob quæ miseri Centuriatores cælum terramque contra Christi vicarios obstantur. *Ibid.*

Constantiensem, Bambergensem, Moguntinensem, & plures alios episcopatus pecunia vendidit. Ratisbonensem, Augustensem & Strasburgensem pro gladio, Monasteriensem pro Sodomitica immunditia, Abbatiam Fuldensensem pro adulterio, *Ibid. ex Stephani Halber-*

Anni Christi.

1073

1074

1087

Anni mundi.

5161

5162

5162

5175

CONCIL. Romanum ad reformationem morum. Antonin. tit. 16, ca. 1. §. 21. In eo praesertim agitur de Simoniacorum excommunicatione. Abb. Vsp. & prohibitione vxorum presbyteris facta, non nouo edicto (vt voluit Centuriatores censur. 11, cap. 7. pag. 382. sicut docet Spenceus lib. 1. de Continent. ca. p. 12.) Sed iuxta antiquos canones. ait Lambert. Schaf. in hist. Ger.

Erphordienfe praside Moguntino Archiepiscopo, vbi de cœlibatu sacerdotum actum sit, quidam hic collocant.

Anni Christi.

1074

1076

1076

Anni mundi.

5162

5164

5164

Erphordienfe, praside Moguntino Archiepiscopo, vbi de cœlibatu sacerdotum actum sit, quidam hic collocant.

Aliud Concilium Romanum Episc. 110. in quo notati sunt Anathe-mate Gilbertus Rauennas Archiepiscopus, Hugo Cardinalis & (si Antoni. credimus) Henricus Imperator, omnes etiam simoniaci, maxime hi qui à Laicis recipere inuestituram. (Nam inoleuerat mos, praesertim in Imperio, vt Episcopi ab Imp. eligerentur & annulo ac baculo pastoralis inuestirentur ab Imp. Guil. Tyri. lib. 1. bel. Sac. c. 13.) Vincet. in Specul. lib. 26, c. 82. Crant. lib. 5. hist. Sax. cap. 6. Plati. & omnium optime R. Barnus in vita Pont.

Henricus Imp. vt se vlsciferetur, indixit Concilium Vuormacie Episcop. 24, quæ xauكتورant Pontificatu Gregorium 7 misso ad eum cum epistola decretali Concilij Rolando quodam, qui ipsi nomine Concilij publice interdiceret munus Pontificis. Ab. Vsp. in Chro. Lambert. Schaf.

stadenfi epistola ad Vuoramum Episc.

Clam accedens ad vxorem suam specie adulteri (adeo enim ei infensus erat, vt omnes diuortij occasiones quaereret) ab ipsa & ancillis pugnis, sedilibus & quibuscunque instrumentis multatus extruditur foras. Hinc morbo deinceps sex Hebdomadas laborat. *Chron. Magdeburgense.*

Conradum filium incitat, vt cum nouerca coeat. *Crantz. in Merop.* In eamque licet legitimam vxorem & honestissimam inaudita scelera commisit multis vi opprimendam prostituens. Vnde non modo vt Schismaticum, hæreticum & Simoniacum, sed etiam vt Nicolaitarum hæresis æmulum Urbanus secundus in Romana Synodo iterum excommunicauit. *Trit. in Chron. Hirsang.*

Primus inter omnes Imperatores Occidentis per Papam depositus. *Ibid.*

Vult à se vocari vel ordinari pontifices etiam Romanos. Hinc illa graues & perniciosæ turbæ inter eum & Ecclesiam, quæ integrum sæculum durarunt.

Introducere conatur sacerdotum coniugia & maritos episcopos designat. *Lambert.* cui quia se sanctissime opponit Gregorius, à Magdeb. Cen. 11, cap. 7. pag. 382. traducitur quasi primus publico edicto sacerdotibus coniugia interdixit, & populum eorum sacrificiis interesse aut illos pro sacerdotibus habere vetuerit, quasi etiam vsque ad hoc tempus sacerdotibus integrum fuerit vxores ducere. Quod falsissimum docet Espenceus lib. 1. de Continentia praesertim 12 ca. è signatis antiquissimorum Pontificum, Patrum, Canonum, Conciliorum, Historiarum tabulis. Et Lambertus, qui hac scribebat tempestate, Clericis (inquit de hoc Pontifice) illicita & contra scita canonum contracta coniugia prohibebat, contradicentibus Regis (Henrici) fautoribus & clericis. Hinc Henriciana hæresis apud Abb. Vsp. *Nauc. vol. 2. gener. 36.*

Marianus Scorus Fuldensis monachus Theologus, & insignis historiographus, praeter alia annales ab orbe condito duxit optimo ordine vsque ad annum Domini 1082 qui erat ætatis suæ 56. Sig. cuius continuator fuit Dodechinus.

Ioannes Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitanus se tunc Dionis Nicæi historiam in epitomen redegisse testatur in vita Augusti.

S. Guitmundus Lanfranci Canthuariensis quondam discipulus, Aueranus Aquiliæ Archiepiscopus, & Hildeberrus (qui prius fuerat ex Berengarij sectatoribus) Turonensis Archiepiscopus, Albericus, Vuolfelmus & Leufredus aduersus Berengarianam hæresim acerrime scripserunt. Venericus. *Trit. Drogo. Chron. Fland. S. Hugo Clunianensis. Chron. Hirsang.*

Gisfbertus Anglus commentatur in Esaiam prophetam. *Trit. de script. Eccl.* alius ab Anselmi discipulo, qui altercationem contra Iudæos paulò post condidit. *Chron. Hirsang.* Imo verò antè. Namis pertinet ad superius sæculum, vt illic docuimus.

Petrus Eremita Ambiensis, primus modum orandi per calculos (quod vulgò Patenostros vocamus) docuisse traditur. *Polyd. Virg. lib. 5 de inuent. rer. ca. 9.* Factus est dux Christianorum in bello Turcico. *Guil. Tyri. lib. 1. de bello sacr. c. 11. Plati. Bonfin. lib. 5. Vngar. dec. 2.*

Ordo Grandimontensis sub regula S. Benedicti inchoatur per Stephanum Aruernum nobilem, apud Lemonicenses, vbi statuitur illius ordinis prima sedes in quodam

monte, qui toti familiae nomen dedit. *Volater. lib. 21. Guil. Nangiac. Polyd. lib. 7 de inuent. rer. cap. 7.*

Ordo Carthusiensium an. 1084. sumit initium a S. Bruno Colonienſi Theologo & Canonico Rhemenſi. *Sig. Plat. Vel. li. 21. Polyd. de inuent. li. 7. c. 3.* Qui propter quandam apparitionem mortui vale dixerat mudo *Fasci. temp. Summa Antonini, Franc. de Puteo Lugonensis Schedelium.*

Philippus rex Franc. ſæculares clericos Eccleſiæ S. Martini de Campis quam ipſius pater Henricus conſtruxerat mutauit in monachos ordinis Cluniacenſis. *Guiliel. Nangiac.*

Quam tunc deploratus fuerit Eccleſiæ ſtatus & ferme noſtro ſimillimus cernere licet apud Siebertum, Vincenti. & Antõni. Magnæ ſimilitates inter Imperatorem & Pontificem: Sacerdotes erant moribus deprauatiſſimis, & propterea ipſi & res ſacræ populo contemptibiles: quilibet ex plebe audebat de ſacris myſteriis diſputare: ſacramenta etiam ab infantibus turpiter tractabantur: in extremo vite viaticum Dominicum contemnebatur: decimæ presbyteris debita igni cremabantur: Corpus Domini ſæpe pedibus cõculcabatur, & ſanguis effundebatur, multaq; alia ſcelera in Eccleſia patrabatur. Qua occasione multi hæretici prophanis nouitatibus plebem ab eccleſiaſtica diſciplina auertebant. *Sig.*

Dux Polonorum ipſo die Natali Dom. an. 1077 a quindecim episcopis in regem conſecratur. *Lambert. Schanab.*

An. 1079 Boleslaus deuictis Ruſſis ad ſuos Polonos rediit, Stanilaum Cracouiẽſem, qui ipſum ob tyrãnidem excommunicauerat, ad Aram interficit. *Crom. li. 4. Polo.*

Cuius facinoris an. ſeq. pœnas luit, nam mente captus mortem ſibi conſciſcit. *Ibid.*

Eũ Greg. Pont. anathematizarat audita Stanilaui nece, &c. *Matthias Mechoui. lib. 2. Polo. cap. 20.*

Theofridus carmine & proſa historias, aliãque reliquit. *Bruscus de Monasteriis.*

Vuilhelmus de muſica, de ratione computi, de Aſtrolabio & ſimilibus commentatur. *Chron. Hirſaug.*

D. Guilielmus monachus & Bibliothecarius Malmſberienſis ſcripſit hitoriam Angl.

In Londinenſi conuentu an. 1078 auctore Lanfranco, ſex Angliæ ciuitates, Bathonia, Lincolnia, Sarisberia, Exonia, Ceſtria, atque Ciceſtria ſunt Episcopales ſedes, quæ antea erant in oppidulis. *Polyd. lib. 9. hiſt. Angl.*

Lambertus Schaſnaburgeniſis, Herueldeniſis monachus curſim obiter attingens prima tẽpora ab orbe condito ad annum Chriſti 1040 ab hinc diligenter perſequitur hitoriam ſuorum temporum per annos 37, vſque ad annum Chriſti 1077.

HVMANA.

An. 1075 Kiouia a Boleslao Polonorũ principe, qui duobus annis poſt rex conſecratus eſt capitur. Ideo Ruteni populabundi Poloniã inuadũt, ſed vi reputũtur. *Crom. l. 4.*

Eodem Robertus 2. Burgundiæ dux S. Roberti regis Francorum nepos obiit & Semnoiaci in templo a ſe condito ſepelitur. *Chron. Burgundiæ.*

Hugo nepos ſucceſſit qui mortua Iolanda vxore an. 1097. ſeipſum cilicio obnubens cluniacenſium inſtituto ſe dedicauit & Othoni fratri qui in ſacrum bellum proſectus eſt ducatum reliquit. *Ibid.*

Boemia Ducatus tunc primum ann. 1086. erigitur in regnum

Anni Chriſti.

1079

Aliud Concilium Romanum tertio conuocat Gregorius Papa, in quo excommunicat Sigifridum Moguntinum Archiepiscopum cum omnibus Episcopis & clericis assentientibus Henrico Imp. in quem denuo anathema renouat, & Imperio iterum priuat. Ille metu amittendi Imperij (nam iam principes propter Pontificiam excommunicationem ab Imperatore se subducebant) supplex veniam petit a Gregorio, qui post preces multorum & preſtium ab Imp. iuramentum obedientiæ & pacis cum abſoluit. Plat. R. Barnus. Multi & ferè omnes ita confundũt iſta tria Concilia Romana, ut vix ex ipſorum ſcriptis iudices an unicum vel trinum fuerit. Fortaſſe iſtud eſt concilium Roma. in quo diſputatum eſt contra Berengarij errorem, quem ipſe tunc iterum quinto & poſtremo abiurauit. Thom. Vald. 10. 2. de Sacramenti cap. 43. ex actis illius concilij, quæ ipſe legit.

5167

Eduenſe 19. 9. 3.

Anni mundi.

Anni Chriſti.

1080

Schiſma 16 durat. an. 29.
Rodulpho Sueniæ Ducæ, qui a Saxonibus & nõnullis Principibus Theutonicis ſuaſu Pontificis electus fuerat Imperator, occiſo, Henricus Imp. in Concilio Brixienſi Episcoporum Italiae, Longabardiæ & Germaniæ, purgatus de criminibus ſibi obiectis a Pontif. cum iſdem inſimulat, & curat eligi in Pontificem Gilbertum ſive Vuicbertum Rauennatem Archiepiscopum, qui dictus Clemens 3. ſedit an. 17, vel vt alij volunt. 21.

5168

1085

CONCIL. Moguntinum, preſente Henrico Imp. pro Clementis ordinatione contra Gregorium Sigeb.

5173

1087

164
r VICTOR III. Beneuentanus, an. I.

5175

1088

menſ. 4.
Vacat m. 5.

5176

regnum. Nam Vratiſlaus, quod debellaſſet Leopidũ Auſtriæ marchionem, Moguntia ab Henrico Imp. rex declaratus, inungitur ab Engelberto ſeu Gilberto Treuitorum Archiepiscopo. *Aeneas Syluius hiſt. Boem. cap. 22.* At Matthi Mechoui. in Chron. Polon. lib. 3, cap. 4. ait id eueniſſe ſub Victore an. 1087.

An. 1079. Turci in Arabes & Saracenos inualuerunt, ac Armeniam Syriamque depopulantes, multas vrbes ipſamque Antiochiam ceperunt. *Sigeb.*

Præter Antiochiam, duce Belphet, ceperunt vtramque Ciliciam, Iſauriam, Pamphiliam, Lyciam, Piſidiam, Lycaoniam, Cappadociam, Galatiam, vtrumque Pontum, Bythiniam & Aſiæ minoris partem, incolis abductis & eccleſiis deiectis. *Tyrinus lib. 1. cap. 9.*

Nicephorus Botoniates cum Michaclem terruiffet. ſocietate Turcicorum bellorum imperium ſibi aſſeruit. Verum coniuratione Comnenorum fratrum violenter oppreſſus monaſterium imperio relicto ingredi coactus eſt.

Comneni fratres ita inter ſe partiti ſunt imperium, vt Alexius imperij titulum vſurparet, cæteri alia noua nomina fortirentur, & ſingulis cederent certi annui redditus ex imperij reliquiis. Sic dilaceratis Imperij redditibus Alexius conuertitur ad rapinas & exactiones. Cũque corrupta pecunia pro aurea & argentea aereã ſignafſet, tributum tamen loco auream dependi voluit. Amiſit in mari Chium, Leſbum, Samum, Rhodum inſulas, quas Turci duce Zarcha occuparunt ſubacta littorali Aſia.

An. 1081 Robertus Guiscardii filius ex Italia in Epidamnum expeditionem ſuſcipiens Caſtoriam, Lariffam & alia oppida ſubegit, Raimundus verò, vbi ex Aſia ferebro inclufus, tanquam mortuus domum relatus eſſet de Alexij perfidia conqueſtu ſuos ad arma concitat, traiectoque mari, ad eundem Epidamnum, Imperatorem ad Europæam coloniã ad pacem compulſit. *Chron. Caſſinenſe. cap. 48. lib. 3.*

Pazinacæ ſub Alexio Comneno, Macedoniã & Thraciam depopulantes, primo victores, deinde victi, in Moglenem traducti ſunt. *Zon. tom. 3.*

OPERA Henrici 4 veneno in calicem inuſo, dum ſacrificat, necatur. *Plat. & Faſc. temp.* Alij tradunt eum obiiſſealui profluuiõ. *R. Barnus.*

Deuſdedit Card. Canonum volumen, iubete hoc Victore, in ordinem redegit. *Plati.*

Itali ſuaſu Victoris Papæ, ſub vexillo S. Petri, Africam infeſtis ſignis ingreſſi centum millia Saracenorum occiderunt, & eorum præcipuam vrbeẽ euerterunt. *Chron. Caſſinenſe. lib. 3. cap. 70.*

Continuatur ſchiſma ſuperiore Pontifice cœptum, de quo ſic Hermoldus in chron. Slauiorum cap. 30 Gilbertum Rauennæ ſedis episcopum ordinari fecit in Papam) Henricus 4. Darauitque hoc ſchiſma 25 annis. Deſuncto enim Gregorico ſucceſſit Deſiderius (qui Victor) poſt quẽ Vrbanus; deinde Paſchalis, qui omnes Imperatorem cum Papa ſuo excommunicationis ſententia damnarunt, continent ſe apud reges Franciæ, Siciliæ, Hiſpaniæ, qui Catholicam partem tueri videbantur. Mortuo autem Gilberto, qui & Clemens, ſopita ſunt ſchiſmata & rediit vniuerſa Eccleſia ad Paſchalem.

Machtrilda quoque comitiſſa Pontifici fauebat, quæ & omnes ſuas poſſeſſiones ad altare S. Petri obtulit, quæ

S. Petri patrimonium vocantur. *Mart. Pelonus.*
Anful rex Galliciæ Christianus vicit Saracenos in Hispania, & Toletum maximam eorum urbem per aliquot annos obsessam tandem expugnat. *Sigeb.*

Anni Christi.
1087

Basilus monachus errorem Berengarij restaurat.
Euthymius contemporaneus Alexij imperatoris. *7pfe Panoplia part. 2. Trit. 23.* Cum Iudæi seruiissent annos 1000 *part. 1. Tit. 8* est ergo mendum apud Sixtum Senensem dum eum ait claruisse sub an. 1180 pro 1080.

Sic Ioan. 8. Curulopates, qui à Nicephoro Imp. Irenes successore tempore Caroli Magni ad Alexium Comnenum id est, 300 ferme annorum, siue vsque ad Christi 1085 historiam contexit.

Vigebat adhuc Michael Pfellus. Nam eum suæ tempestatis philosophorum principem & amplissimum virum appellauit Ioan. Curulopates initio sui historiarum compendij.

An. 1087. Bogomili Messalianorū secta non multo ante ætatem Hermenopuli. *Ipsa libro de sectis.*

Tempore Alexij Comneni secta Bogomilorum in Oriente grassatur, auctore quodam Basilio medico, qui 15. annos sua peruersa dogmata didicerat, & 52. docuerat, qui & in Theatro combustus est. *Zon. tom. 3.*

Pauliciana hæresis è Manichæis orta à Ioan. Zimisce Philippopolim translata adhuc durabat. Nam Alexius Com. Imp. disputatione multos ab ea reuocauit. *Ibid.*

Grammaticorum scholâ construxit, in qua publicè docerentur pauperū liberi, magistris & pædagogis cõstitutis. victuq; tam doctibus, quam discipulis, ordinatio. *Ibi.*

Constantinus patria Cartaginensis Babylone disciplinis Chaldæorum, Arabum, Persarum, Ægyptorum, & Indorum percèptis an. 39 peregrinationis in patriam rediit, deinde in Italiam traiciens monachus Cassinensis efficitur, vbi è diuersis gentium linguis transtulit complura opera artis Medicæ, *Chron. Cassinensi lib. 3. cap. 34.*

Elfuuardus librum de rebus Anglosaxonum in Britania, ante Normanorum imperium vulgat.

An. 1088 Religio Christiana Toleti ab Alphonso 6 Castiliæ re fugatis Saracenis tradi cœpit. *Sigeb.*

HVMANA.

Idem Alphonfus nulla relicta mascula sobole filiam Theratiam ex pellicè natam Henrico Lotharingiæ comiti Gothofredi Bullonei ex Gulielmo fratre nepoti cū Portugallia, Galliciæ parte dotis nomine vxorem dedit. Vnde Portugallia reges originem trahunt. *Rytius lib. 3. Hisp.* additis aliquot urbibus cum titulo comitatus.

Eo enim duce Galli in Lusitaniam appulerunt eamque vi Mauris ademptam Portugalliam nominarunt. *Ibi.*

Alteram despondit Remundo Berégario Tolosæ comiti. Ita à Remundo postrema regum Castiliæ stirps per Alphonsum filium propagata est.

Cyprus, Chreta, Chios, Lesbos, Samus, Rhodus & aliæ insulæ, quæ vel defecerant, vel à Zarcha Turco occupatæ fuerat à classe Alexij imp. breui recuperantur. *Zon. tom. 3.*

Tum vixisse videtur Elias Cretensis Nazanzeni doctus interpres. Nam in suo commentatorū proœmio ipse scribere tradit in exilio, quod sanè in hoc annos Saracenicæ sæuitiæ vel Constantinopolitanorum tumultuum inuidere videtur.

1088

Anni mundi.
5175

Patriarcha.

Constantinopoli Nicolao 3.

Principibus.

Alexio Commeno Orient. centesimo decimo quinto.

Henrico 4. Occid. Imp. decimo octauo.

Philippo 1. Franc. Reg. trigésimo quarto.

Nepote Tredda Gabez Aethiopum pretioso.

Hispaniæ Alphonso 6, quinquagesimo septimo.

Angliæ Guilielmo Bastardo vigesimo primo, deinde Guilielmo Ruffo an. 13.

Vladislao 1. Poloniæ principe.

CONCIL. Beneuentanum, in quo presidente pontifice rursum Imperator & laici dantes sacerdotia & clerici accipientes Simoniaci declarantur & excommunicantur. *Chron. Cassinense lib. 3. cap. 71.*

Stampense. Iuo in epistolis.

5176

Anni Christi

Anni mundi.

1088

1100

165

VRBANVS II. Galus ex oppido Castellionis, in diocesi Rhemensis, an. 12. mens. 4. di. 19.

Vacat dies 13.

Patriarcha. Constantinopoli Nicolao 3.

Principibus.

Alexio Commeno Orient. Imp. 115

Henrico 4. Occid. 18.

Philippo 1. Franc. Rege trigésimo quarto.

Alphonso 6 Hisp. 57.

Guil. Ruffo Ang. 22.

Vladislao 1. Polon.

SCRIPSI contra hæreticos. *Plati.* Cum iam esset statutum, vt clerici septem horas canonicas quotidie dicerent: totidem iussit in concilio apud Claromontem an. 1096 recitari quotidie in laudem D. Virginis, & instituit ipsius officium in Sabbathis. *Anton. tit. 16. c. 1. Nauclear.* Ordinem Cisterciensem an. 1098 excitatum in Burgundia ab Ardingo Anglo, vel vt alij volunt, Roberto Molifnense, primus confirmauit. *Platina.*

Galiciæ regem cum tota S. Iacobi Diocesi Anathemate percussit, quod prouinciæ episcopum in carcerem coniecisset.

Eius monumento marmoreo inscriptum est, Urbanus 2 auctor expeditionis in infideles. *Onuphrius.*

Excommunicauit in Gallia eos, qui à laicis ad dignitates Ecclesiæ eueherentur. Quare Henricus Sueffionum episcopus pontificatum, quem à Philippo rege acceperat, Pontifici tradidit. *Aemyl. lib. 3.*

Philippum Francorum regem, qui repudiata vxore Bertha, Fulconi cuidam ereptam coniugem pro vxore habebat, excommunicatione coegit eam dimittere & legitimam recipere. *Aemyl. lib. 3. Sigeb. Anno.*

Petro Nauarræ regi tertio octo decimas & ius Patronatus Ecclesiarum, belli sacri prætextu, petenti concessit. *Vasau.*

Post orationem Urbani in concilio Claromontensi, instigatore Petro Hispano (*Helmold. Ibid. cap. 31.*) Eremita an. 1096 expeditio maxima facta est contra Turcas & Saracenos, militum 600000. (*Fuchorius cap. 4.*) ad Hierosolymam recuperandam: quæ 490 circiter annis, postquam eam Saraceni occupassent, capta est, 39 die obsessio nis an. 1099 & Idib. Iulij (*Aemil. ait 4 Nonas*) feria 6. hora qua Christus mortuus est, ducibus Godefrido Bilionensi, siue de Bullo Lotharingiæ principe, Eustathio & Balduino eius fratribus, Hugone Magno fratre regis Francorum, Podiensi siue Aniciensi in Atuernia episcopo, Roberto comite Normanorum, Raymundo comite Tholosæ (cum Gottis & Vasconibus ait Fuchorius) Boemundo duce Apuliæ, & infinitis aliis nobilibus. *Guiliel. Tyr. li. 1. de bell. Sac. c. 17. Blond. dec. 2. li. 4. Plat. Aemil. li. 4. Fuch. cap. 2 & 19.*

Aduit huic expeditioni Alphonfus 6 rex Castiliæ, *Ritius lib. 3. de reg. Neapol.*

Tribus diuersis itineribus eo contenderunt, per Constantinopolim, indeque Calcedonem trecenta millia descriptorum peditum, & centum millia galeatorum equitum. *Ionius lib. 1. virorum Illust.*

Ad Nicæam primo Solymanus Turcarum Imp. victus. Ad Antiochiam Corbana Parthorum, Medorum & Assyriorum dux.

Nam ante Hierosolymam, Niceam, Antiochiam, multasque ciuitates à Barbaris possessas receperunt, non de imperio & fortunis dimicantes, sed de religione & sacrorum autoritate.

Ægyptius Caliphas ad Hierosolymam superatur, cum Godefrédus admota turri lignea, ex eaque in hostilem murum demisso ponte, trucidatis, depulsisque Barbaris primus in urbem peruasisset. Ex quo omnium procerum consensu Hierosolymæ rex appellatus est, quam & Christiani reges tenuerunt vsque ad octogesimum septimum annum, quo eam Saladinus Ægyptius nostris eripuit.

Die, quo expugnata est Hierosolyma Sol aliquot gradibus retrocessit. *Fucher. hist. cap. 21.*

E Latini orbis prouinciis omnibus eo confluerunt, exceptis Orientalibus Francis, Saxonibus, Thuringis, Bauaris & Alemannis, intestinis nimirum bellis occupatis (aut potius pietate carentibus, qui equitum, peditumque turmas suam solum transeunte ludibriis excipiebant, stultos eos appellantes, quod sua temere desererent, & aliena appeterent. *Abbas Vispurgensis Germanus.*

Godefridus Bilionius ab vniuerso exercitu constitutus primus rex Hierosolymitanus, noluit coronam auream suscipere, quod Christus ibi tulisset spem. Dabertus electus est primus Patriarcha. *Blond. dec. 2. lib. 42. Tyr. lib. 9, cap. 2 & 15.*

Philippo Regi Francorum Biturigensem Comitatum 40000 libr. (alij dicunt 60000 aure.) Harpinus Comes vendidit ut proficisceretur Hierosolymam. *Guil. Nang. & Mater histor.*

Fucherius Carnorensis, in sacra expeditione Cappelanus Balduini fratris Godefridi ducis Lotharingi, historiam rerum per annos 29 gestarum ab ann. 1095 vsque ad 1124 breuiter & magna fide perstrinxit.

Milites inopia iumentorum vtuntur ad sarcinas suas veruecibus, capris, subus, arietibus, interdum etiam equitantibus. *Fuch. cap. 5.*

Occiduorum Christianorum in Orientem profectio significata est caelitus, infinita multitudine locustarum orta ab Occidente, & tanta vt inter volandum nubibus compararetur & solem obumbraret. *Zon. tom. 3.*

Alexij Conneni & Graecorum hic vituperatur perfidia. Nam Latinos, comitatu denegato, aut interuerso, aut infecto, auxiliis interceptis, clam etiam instigatis atque adiutis Turcis, impediuerunt.

Ann. 1097. Nicea vrbs quinta hebdomada obsidionis expugnata nostri. *Fucher. cap. 4.* Eodem anno Balduinus frater Godefridi fit Comes Edessae Mesopotamiae & Medorum Metropoleos. *Fucher. cap. 6. Tyr. lib. 4. cap. 2.*

Denique Turci ex Orogorgo, Nicea, Antiochia Pifidia, Iromo, Heraclea, Tarlo, Manustra: ex Armenia minori, Samosata, Sororga, Antiochia Syriae, Albara, Marra, Antorado, Ptolomaide, Ramula, & denique Hierosolymis, aliisque infinitis locis a sacro milite eieci sunt. *Iidem.*

Ann. 1099 id est, tertio expeditionis anno Hierosolyma in nostrorum venit potestatem, cum prius totus fere Oriens, vsque ad Euphratem fuisset recuperatus. Tanta fuit sacrorum militum in Barbaris perdendis celeritas.

Boemundo Antiochia cessit principatus, Balduino Edessae, Tancredo Tyberiadis & totius Galileae, Tolofano, Seleucia, Godefrido Hierosolymorum cum regio titulo. Caeteri principes ad patriam rediere solum.

Nobiles aliqui Sacerdotes, inter quos & Petrus Masfilienis nocturno oraculo de loco, vbi Dominica latebat lancea, quae contra hostes victoriam datura sit admoventur. *Iidem.*

Boemundus Rogerio fratri vrbe Melphi cedens, cum 12. milibus armatorum nomen sacrae militiae dedit, & Antiochia 9 mense obsidionis capta, communi consensu princeps in ea constituitur, deinde Constantiam Philippi Francorum regis filiam duxit *Ritius lib. 1. de reg.*

Anni Christi.

1088

BELLVM SACRVM.

Idem Vnicbertus per schisma contra Urbanum sedit vsque ad ann. 1100. Sigeb.

CONCIL. Melphicum praeside Pont. dist. 32.

Troianum in Apulia eadem praeside 25. 9. 6.

Placentinum, Episc. totius Italiae, praeside Pontif. ad hominum, maxime sacerdotum malos mores corrigendos. In quo inter alia, Gregorij decreta acta contra Henricum & Clementem 3. Antipapam confirmantur: Toletanus Archiepiscopus fit primas totius Hispaniae. Platin. Volater. Tyr. lib. 1. cap. 14. dist. 70.

Romanum in quo inuestitura Ecclesiarum laicis prorsus adimitur, quod & seq. anno repetitum in Claromontensi. Matthaeus Paris.

1100

Sicilia.

Anni mundi.

5176

5188

Anni Christi.

1088

1095

1100

*Claromontense in nostra Aruer-
nia, praeside Pontifice, Episcoporum
& Abbatum 310. adeo vt vocetur
generale. In eo agitur de Ecclesia
reformatione, & praecipue de expedi-
tione contra Turcas, & decretum
est vt singuli profecturi Hierosoly-
mam signum crucis vel in pileo vel
in vestimentis consuerent. Plat. Guil.
Tyr. lib. 1. de bel. sacro cap. 14 &
15. Fucher. lib. de expedit. Hieros.
cap. 1.*

*Parisiense à Gallis, Anglis,
Normanis, Flandris, & Lotharin-
gis celebratum aduersus Turcas.
Ab. Uspersg.*

Anni mundi.

5176

1183

5188

Sicilia. Fulcher. cap. 7, & 17. Tyr. lib. 5. c. 17.

Ann. 1098. Cisterciensis ordo Roberto auctore, deinde Stephano Hardingo, qui regulam scripto complexus est, ex Benedictinorum monasterij Molismi in episcopatu Lingonenfi secessione. *Sigeb.*

HVMANA.

Rogerus Normanorum dux potitus tota Sicilia & tota propemodum Apulia & Calabria primus regium nomen illic vsurpauit, regni haereditate in Filium Guilielmum cog. Malum translata, cui successit Guilielmus cog. Bonus.

1098. Edgarus omnium Scotorum primus ex sacra vnctione inauguratur. *Maior libro 3, cap. 11. Boethius lib. 12.*

Frustra igitur Scoti altius regni sui initium reputant.

1099. Magnus Noricorum rex cum Haraldo, filio Haraldis regis quondam Anglici, Orcades, Menemas & alias Oceani insulas sibi armis subiicit. *Malmesburgensis lib. 4, cap. 25. Angl.*

In sacro bello nauarunt Italicæ Resp. Veneta, Genuensis & Pisana, sed eo consilio, atque adeo euentu, vt belli sumptus, labores & pericula in socios deriuarint, praemia & fructus ad sese transtulerint. Nam Genuenses perceptis tota Syria spoliis, etiam maris dominio potiti sunt, se per Aegium, Hellepontum, Bosphorum Thracium, & Pontum Euxinum ad Tauricam Chersonesum dispergentes. Veneti ex Creta Istriæ Illyricoque peropportuna sibi subiecerunt. Peloponnesum & Cyclades insulas ad Thessalonicam vsque vna ex patre, ex altera maris Ionij insulas & littora, donec bello inter has resp. orto, maris imperium Venetis celsit.

Variè à Guilielmo Ruffo Angl. rege pugnatum est cum Scotis, Northumbris & Vuallis.

1095. Magna vi Sultanus Aegypti Turcis Hierosolymam eripuit. Sultano quatuor annis post Christiani. *R. Ioseph sacerdos in Chron.*

1096. quo bellum sacrum contra Saracenos conclusum fuit, Germani priusquam in terram sanctam iter caperent, Iudaeos vel necant vel baptizari cogunt.

Spiræ & Vuormanæ caesorum numerus fuit ad octingentos. Ibi plures vtriusque sexus sibimet ipsis vel vxoribus, liberis, amicis necem intulerunt, praueuente percussore. *R. Ioseph. sacerdos. in Chro. regnum Franciae & Turciae.*

Rabbi quidam Eleazar de interfectus lamentationem condidit. *Ibid.*

Moguntiae caesi sunt mille trecenti, sexaginta autem coniecti in carcerem. Ibi quidam Isaac filius Dauid necauit duas filias suas vespere Pentecostes, inde igne domum suam succendit. *Ibid.*

Denique Synagogam, cum qua se ipse exussit. *Ibid.*

Coloniae domus eorum expilatae sunt, & libri legis calcati & lacerati die Pentecostes, quo lex data fuerat caelitus & terra tremuerat. Ipsi vero in fugam coniecti. Mar Isaac, qui noluit fugere in Ecclesiam tractus, quod imagines despuisset, probrisque ac conuitiis affectisset, interfectus est. Similiter & mulier. Qui fugerant, beneficio Cardinalis latitarunt in septem pagis. Nisi quod Colonenses irruentes in pagum Nozam Samuelem fi-

lium Afer peremerunt, & duos eius filios ante ostium domus ipsius suspenderunt. *Ibid.*

Vablazachi, R. Leui Ben Samuel, cum tota familia, Domina Rachel senior, R. Selomo Sacerdos, & reliqui Iudei, quotquot comprehendi poterunt, necem subiere. Multi consecrarunt suas manus, se mutuo perimentes, vel in paludes vrbi vicinas præcipitantes, ne ab incircuncisis illuderentur (Sic Verpi nos appellant) *Ibid.*

In medio aquarum filium suum collum denudantem R. Semuel filius Iehielis ense decollauit, ipso quidem Patre Benedictionem maestationi congruentem præcinente, filio verò, Amen, respondente, & cæteris astantibus orationem. Audi Israel, concinentibus. *Ibid.*

Idem Ilanicæ contigit propè Coloniam. Nam primarij Iudæorum sponte se obtulerunt ad maestandos cæteros ne in hostium venirent manus, deinde se ipsi de turri præcipitarunt. *Ibid.*

Zamaræ, Miræ, Crapanæ, Gildæ, Treueris, Mizæ, Risboraci, Pragæ alij necati sunt, alij se propria manu sustulerunt. Quæ persecutiones durarunt 4 menses ab Iar scilicet (.i. Aprili) vsque ad mensem Ab (Iulium) *Ibid.*

Sed miser reticet veram huius crudelitatis causam. Nempè, quod Turcas præmonirent, &c.

Anni Christi.

1088

1100

Melchiese coactum ab Urbano Pontifice, Ca. eos qui dist. 32.

Barense, in quo Anselmus Cantuariensis ab Anglia tum eiectus Græcos de processione S. Spiritus refutauit. Edner. in vita D. Anf.

Romanum, presente eodem Anselmo contra Principum Laicorum inuestiuras. *Ibid.*

Anni mundi.

5176

5188

An. Dom. MC. quo Urbanus moritur, Godefredus rex Hierosolymorum constituitur, Egdarus primus rex Scotia nominatur, Paschalis, 2 Pontifex Max. eligitur, Bernardus sit Patriarcha Antiochenus è Latinis primus, & Dabertus Hierosolymitanus.

VNDECIMO seculo doctrina continuatio sic ostenditur. Missa iisdem ritibus, ut antea. Beruo Augensis lib. de officio Missæ, Hildebertus Cenomanensis, Anselmus Cantuariensis, Iuo Carnotensis, in sermonibus de rebus Ecclesiasticis, Ioan. Micrologus à multis istorum laudatus ob aliquot nauos, & alij scriptores de diuinis officiis vel Ecclesiasticis. Bernoldus Constantiensis libro, quem inscripsit, Ordo Romanus. Concilium Saligustadense. Burchardus, Guimundus, Lanfrancus & ceteri qui Berengarium expugnarunt. Gratia Dei fides iustificatio, Anselmus lib. 1. Cur Deus homo. cap. 9 & 10, lib. de concordia Presc. & Prædest. lib. de Cõcordia Gratia, & liber. Arbiur. De meditatione redempt. huma. c. 7. & in Episc. ad Rom. c. 4. & 7. in 3. c. 2 Corinth. Alger. cap. 2. lib. de Euchar. Beruo ser. de Natuii. Dom. Eucharistiæ veritas, sacrificium, transubstantiatio adoratio Missæ, ritus. Algerus libris luculentis de Euchar. Beruo serm. de Paschate, & lib. de Concord. Offic. Damia. Episc. ad Blancam. Adelmannus episc. ad Berengarium. Lanfranc. libris contra Berengarium in Orthodox. de Sac. Euch. Anselmus in c. 10 & 11. 1. Cor. in 7 & 10. Heb. Alberic. de Sac. Guimond. de eod. Humbert. in responsione ad Niceta librum. Iuo de conuenientia veteris & noui sacerdotij, & Trac. de signif. indumentorum Sacerdotalium. Euthymius in Panop. apud quem part. 2. tit. 21. est caput inscriptum de Transmutatione corp. & sang. D. Beruo Augiens. li. de reb. ad Miss. spectantib. Baptismi effectus, necessitas, aliena fides ceremoniæ. Anselmus in 3 & 15. cap. Math. in 4. cap. 2. Corint. & aliis multis locis. Algerus lib. 3. de Euchar. cap. 4. 6. 7. Iuo de Sacramentis Neophytorum, & de Sacramentorum dedicatione. Leontius & Hermenopulus de scētis. Euthymius in Panoplia & c. alij passim. Pœnitentia, & eius partes tres. Ansel. lib. Similit. c. 99. & seqq. item 144. ubi sicca pœnitentia, que est sin e compunctione, & Humida, que habet virumque Iuo episc. 34. lotio pedum sacramentum pœnitentia est & remissionis & c. Minardus ad Guntherum de fide. Euthymius in Panoplia, Clauis Ecclesiæ, Absolutio. Ansel. in 16. cap. Math. & in Euang. enarrat. Iuo in Epistolis, Petrus Damianus in Epistolis. Conc. Salegunstadiense cap. 18. & c. Euthymius in Panoplia. Confirmatio & reliqua alia sacramenta & eorum vsus. Algerus li. 3. de Euchar. cap. 4. & c. Minardus episc. ad Guntherum de fide. Anselmus multis libris, ut in episc. de diuersitate Sacramentorum, & c. Beruo serm. de Pentecoste. Iuo sermo. de sacramentis dedicationis, de sacramentis Neophytorum. in tractatu de conuenientia veteris & noui Sacerdotij, de excellentia sacrorum ordinum. Micrologus, & c. Primatus sedis Apostolicæ. Beruo epistola ad regem Hungaria. Lanfranc. de Euchar. sacramento, Anselmus in Mat. 16. Hinc hac etiam etate Pontifex absolute Apostolici nomine in conciliis, ut in Salegunstadiensi intelligitur. c. 18. Humbertus contra Nicetam. Liberum arbitrium, bona opera necessaria. Anselmus dialogo de lib. Arb. & de similitud. ca. 182. lib. de Concord. Grat. & lib. Arb. li. de lapsu hominis 2 & 15. c. 1. Cor. in 5 c. 2. Cor. in 2 c. Galat. Beruo sermo de Resur. Dom. Sanctorum preces, suffragia, inuocatio reliquiæ Imagines, festa. Beruo de diuinatione Demon. contemnenda. Ser. 1. & 2. de S. Marco & aliis sermonib. de concordia Officiorum. In Episc. ad Hugo. Lausanens. Ansel. lib. de excellentia Virginis. Sigebo. Iuo Serm. de Sacramentis dedicationis, & de conuenientia

Anni Christi.

1100

1118

nientia Sacerdotij. Petrus Damianus inuestina in Cadaloum. Euthymius in Panoplia. Leontius & Hermenopulus de scētis. Preces pro defunctis, purgatorium. Ansel. in 5 & 12 cap. Math. in 3 cap. 1 Corinth. Algerus, & c. Beruo in episc. ad Augienses fra. Euthymius in Panoplia, & in Euang. Nam etiam Graci orant & offerunt pro defunctis.

Cetera iidem & ceteri huius seculi auctores prolixè confirmant. De quo contra testimonium ferunt Centuriatores cent. 11. c. 2. de loco & propagatione Ecclesie. col. 17. & seqq. sparsim. cap. 3. de persecutione & tranquillitate Ecclesiarum sparsim col. 30. & seq. cap. 4. de doctrina, ex profess. col. 225. seq. c. de hæresib. col. 238. & seqq. Per totum c. 6 de Caremonis & ritib. Ecclesie col. 247. & seqq. Per totum 7 de Politia & Gubernatione Ecclesie, col. 349. Per totum c. 9 de Synodis. col. 444. Per totum ferè c. 10. de doctoribus & episcopis col. 516. & sequentibus quibus non obscure irascuntur, quod receptam à patribus doctrinam sequuti sint & scriptis mandauerint. Sparsim c. de Martyribus, de Miraculis. Huc facit quod ex instituo multis hac etate scripserunt de hæresibus, item contra Berengarium & Bogomilos, quorum sordibus isti maculantur. Adde totius huius centurie Synodos, que non exiguo fuere numero. Denique historicos, qui Ecclesiam nostræ similem planè descripserunt,



DVODECIMVM SÆCVLVM.

1100 a PASCALIS II. Tuscus, an. mens. 6. dies 7.

Vacat dies 3.

Patriarcha. Constantinopoli Nicolao tertio, deinde Ioane octauo, an. 24.

Antiochia Bernardo primo ex Latinis, an 33, post eam recuperatam.

Anni mundi.

5188

5206



XPETENTE populo, eligente clero, collaudante Cardinalium senatu nolens & latitans, quodd diceret humeros suos nequaquam oneri suffecturos. Pontifex efficitur. Plati.

Valde hallucinantur hi qui scribunt eum primum iussisse decimas persolui sacerdotibus. Huic & pontificatum & gubernationis annos prædixit Albertus Alatrius episcopus. Plati.

Henricus 4 sexaginta duo prælia gessit. Fasci. temp. Ex eius nomine, quodd ipse ius inuestituræ mordicus sibi vendicaret, Simonia dicta est Henriciana hæresis. Abb. Vespergens.

Propter labem Simoniacam & cætera peccata, quæ illi impingebantur, iussu Paschalis pont. & Principum, qui ad generalia comitia conuenerant, Moguntinus, Colonienis, & Vuormaciensis episcopi ei imperialia insignia & indumenta detrahunt & Henrico filio tradunt, eumque in Imperium substituunt. Helmold. in Chron. Slauorum. cap. 32.

Ipse quidem conquerebatur se sustinere ignominiam, quantam nemo regum, qui ante se fuerant. Verù immerito. Nam per minas Paschalis ius assignandorum episcopatum in suis regnis extorserat. Quodd concilium Lateranense mox reuocauit, anathemati illum subiciens & reliquos principes, qui deinceps idem attentarent.

Præterea coniugia sacerdotum contra canones introducebat. Sed & suoromet scriptorum præiudicio vrgeri poterat Nam quadam epistola ad Hildebrandum (sic contemptim Gregorium 7 vocabatur) quam laudant Centuriatores, cent. 11. cap. 8, col. 423, se ab imperio deponi posse, si à fide exorbitasset, non vlla alia causa professus fuerat. Cum ergo Hereticus Schismaticusque esset quidni Centuriatores, iustissimè imperio est abdicatus?

Vexatio deinde patrum, & quidem Spiritualium periculosissima. Quare istius exemplo Imperatorum in Romanos Pontif. insurgentum misera fuit mori nec in posteris imperium diuturnum. Henricus enim iste, à quo mali principium, fugatus à filio, captus, depositus, in car-

cere mortuus, & Spiræ quinque annis iacet insepultus. Henricus quintus eius fil. nullis relictis liberis interiit. Fredericus 1 Syriacæ intentus expeditioni in amnis transru merfus est. Philippus eius f. ab Otthone de Vvirelsparth comite Palatino miserè Bambergæ occisus est, eo die, quo à medico ei venaincisa fuerat. Ottho quintus eius successor & æmulus, postquam fuit ab Innocentio 3 excommunicatus, perpetuo infælix, donec ab omnibus derelictus, præ mentis dolore infirmatus post multas angustias moreretur, cum annos tantum imperasset 4. Fredericus alter tres Romanos infectatus pontifices, nunquam non habuit rebellantes subditos, tandemque in Sicilia morbo correptus Manfredi nothi sui dolo necatus est. Ludouicus denique Bauarus demum à Ducissa quadam Austria veneno sublatus est in venatione, vt proinde Carolus quartus successor sapienter pacem maxima laude & fructu à pontifice redemerit, &c. vt suo annotabitur loco. *Hæc membratim confirmantur ab Ola. Mag. libro. 16, c. 30. Tritem. in Chron. Hirsang. Crantzio, &c.*

Sacri belli duces an. 1100. Epistolam ad Pontif. ob res fœliciter gestas scribunt totius belli summam breuiter complectentem, vbi diuinitus lanceam Domini, munus non visum à tempore Apostolorum à se inuentam prædicant, quæ circumlata pignus victoriæ perpetuo extiterit. *Marian. Scotus continuat.*

Petrus Alphonfus Iudæus Alphonfi regis Hispaniarum medicus ætatis an. 44 ab Alphonso ipso de sacro baptismo suscipitur, 1105. *Ipsæ præfatione dialogi sui.*

Hoc tempore passim colligebantur concilia, & quicunque à Laica manu episcopatum aut aliam ecclesiastici iuris inuestituram accipiebant, excommunicabantur sub an. 1111. *Sigeb.*

Tumque conuentio inter Paschalem & Henricum 5, qua priuilegium de inuestitura Episcoporum & Abbatum Imperatori concedebatur, Simoniaca plurimis conciliis & œcumenicis & prouincialibus declarata est. *Vsperg.* Hanc censuram minimè omnium hodie curant Principes.

An. 1110. Ascetinus Balduino rege, à Gibelino legato pontificio primus creatur episcopus Bethleem. *Tyrinus lib. 11, cap. 12.*

Iuo Carnotensis Episcopus Pannoniam. i. delecta Pontificum, & Patrum, exemplo Isidori & Burchardi, redegit in vnum volumen, quo Iurisperiti vsque ad Gratiani tempora vsi sunt, scripsit & alia multa. *Sigebert. & Trib. de script. Eccles. Zacharias. Chrysopolitanus Episcopus.*

Anselmus Laudunensis Glossæ marginalis & interlinearis in vtriusque Testamenti libros ex patrum scriptis collector, Anselmus Lucensis Episcopus, & Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, qui obiit an. 1109, Rupertus Tuicensis Abbas, Berengosius Abbas, Hugo Carthusianus, Echardus Vrangienis, Rudolphus Trudonensis sanctissimi Theologi. *Sigebertus, Platin. & Tribem.*

Cœnobium Clareuallense construitur sub primo eius Abbate D. Bernardo anno ætatis ipsius 27. *Guiliel. Nangiac.*

Sigebertus Gallus Celbatensis (seu Gemblacensis) monachus. Annales à fine Tripartitæ historiæ, id est, ab anno Christi 381, vsque ad annum 1112 perduxit. Cui

Anni christi.

1100

Hierosolym. Daberto è Latinis primo, an. 3. mens. 3. deinde Ebremaro an. 4. Gibelino an. 4. Arnulpho an. 7.

Principibus.

Eisdem Imp. vsque ad Henricum 5. Imp. Occid.

Et Ludouicum 8, dict. 6, Crassum Franc. Regem, trigessimum quintum.

Nepote Tredda Gabez Aethiopum pretioso, deinde Lalibala, an. 60.

Hispania Alphonso 6, deinde Alphonso 7, an. 19.

Anglia Gulielmo Ruffo deinde Henrico 1, an. 35.

Polonia duce Vuladislao 1, deinde Boleslao 3 cog. Crinousto, an. 36.

1118

5206

successit

Anni christi.

1100

Hierosolymorum Gotofredo Bullonio, an. 1, mox Balduino fratre, an. 18.

Portugallia rege primo Alphonso Lotharingi Henrici filio, an. 73.

Edgaro Scotorum primo rege, an. 9, deinde Alexandro Fers, an. 17.

BELL A SACRA.

1102

CONCIL. Lateranense, Episc. Italia & Gallie. In eo Anathema contra Henricum 4 Imp. promulgatum confirmatur. Abb. Vsperg. Palmer.

1105

Florentinum, Episcoporum 340. preside Paschali, contra Fluentini illius loci Episcopum, qui metu quotidianis portentis, quæ tunc accidebant, dicebat iam tum natum esse Antichristum. Sabel. Ennead. 9, lib. 3. Palmer. Fuit etiam contra Henricum 4 Imp.

1118

Anni mundi.

5188

successit appendix 103 annorum, incerti auctoris, nempe vsque ad an. 1216. Scripsit & librum de Viris illustribus ordinis sui Benedictini, & multa alia.

S. Agnes nobilis mulier, natione Romana, & Abbatissa Hierosolymæ. *Tyri. lib. 18, cap. 5.* suum ordinem Sanctimonialium auspicatur. *Volat. Polyd. lib. 7. De inuent. c. 5.* S. Marina virgo obiit Venetiis an. 1113.

Vuilielmus Anglicus Tyri primus Archiepiscopus post sacrum bellum constituitur ann. 1115. *Tyrius lib. 13, cap. 23.*

Ottho Bambergensis Episcopus, regionem Pomeraniam cum duce Vuerislao ad Christi fidem conuertit. *Crantzius lib. 5, cap. 45. Munster in Cosmogr.* Alij referunt ad tempora Calixti 2, hoc est, ann. 1124. *Abb. Vsperg. Naucier.*

Multa vbique prodigia contigerunt: Sus in Gallia apud Legiensem parochiam enixa est fœtum hamana facie: Gallinæ quatuor pedibus nascitur. Biceps infantulus sexu duplex natus est Namurci. *Sigebert. Guiliel. Nangiac.*

Innumerae aues aperto cœlo dimicantes, exanimæ in terram deciderunt: In Italia sic terra per 40 dies tremuit, vt illa quædam vehementia motus alium in locum fuerit translata: Multi sacro igne accenduntur membris instar carbonum nigrescentibus, Talia multa leguntur tunc accidisse.

Ordo Præmonstratensis sub regula D. Augustini an. 1116, vel 1120 initium habuit à Noberto nobili Lotharingo cum 13 sociis, qui postea breui tempore mirabiliter creuit. *Chron. Hirsang. Continua. Sigebert. Aemil. lib. 5.* Alij hoc ad ann. 1137 reiciunt, alij ad tempora Urbani 2.

10a. Zonaras apud Græcos Annales suos ab orbe condito ad mortem vsque Alexij, hoc est, ad an. Christi 1117 perduxit, vno tomo Iudæorum, duobus aliis Imperatorum gesta recensens. Eos enim in tres partes distribuit. Prima est Hebræorum. 2 Græcorum. 3 Latinorum. Sic Honorius presbyter Augustodunensis apud Latinos vsque ad idem tempus.

Anna Alexias libris 20 de rebus ab Alexio patre gestis Zonara narrationem persequitur.

Basilius quidam medicus habitu monachali auctor & hæresiarcha sectæ nefariæ Bogomilorum, communi suffragio & iussu Alexij Imperatoris apud Constantinopolim in equestri theatro comburitur. *Zon. tom. 3.*

Alexius Imp. apud Philippopolim multos Manichæorum, qui vulgò Pauliciani dicebantur (nam magnam multitudinem Manichæorum Ioannes Zimisces, vt diximus, in ea loca ex oriente transtulerat) ad fidem Catholicam traduxit. *Zon. tom. 3.*

Polydorus lib. 4 de Iuuent. rer. cap. 10, & lib. 11. histo. Angl. notat circiter hæc tempora Principes vbique gentium cœpisse sibi ius declarandorum Episcoporum & Abbatum vendicare, cum hætenus partim penes clerum, partim penes populum, partim penes Monachos, partim penes hos omnes fuisset.

Hoc hodie principes de Simonia nihil solliciti post tot conciliorum censuras mordicus tenent, detestabiliore etiam modo & libidine. Nam hic remanebat quædam antiquæ electionis species, nec erat simpliciter liberum Principibus, quem vellent, nominare, Testis Vincentius

5206

lib. 26.

lib. 26, cap. 10 hisce verbis. Privilegium de inuestitura episcopatum vel Abbatiarum, tam per annulum, quam per virgam erat, ut regni eius Episcopis vel Abbatibus *libere*, prater *violentiam*, & *Simoniam* electis inuestituram virgæ & annuli princeps conferret. Post inuestituram verò canonicè consecrationem acciperent ab Episcopo, ad quem pertinebant.

Contra hoc sacrilegium Concilium Lateranense habitum tunc fuit. Nam in eo Henricus 4, qui hoc sibi vendicabat, anathemate idè est percussus & reuocatum quicquid ipsi à Paschali Pont. concessum fuerat *Palmer. Pius 2 in Epitome lib. 4, decad. 2.*

Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus libertati Ecclesiasticæ patrocinans & acerrimè resistens Henrico Anglorum Regi, qui tale eius sibi iam vsurpabat, recusauit eos consecrare, quos ipse. Rex elegerat vel abortiuos religionis filios (ut appellabat) & tandem obtinuit, ut audito iudicio Paschalis Pontificis Romani abstineret ab huiusmodi electione. *Polyd. lib. 11 Angl.*

Responsum autem Paschalis inter cætera his verbis factum est. Sed quia te hac dignitate expoliatum esse conquereris, quam Apostolorum Canones, & Antiochena Synodus, decreta quoque Romanorum pontificum sub Anathematis interdico ab omni sæculari remouent potestate, valde miramur. Nemo enim spoliatur ea re, qua semper extitit nudus, nec eius scimus expoliationem, cuius inuestituram nunquam agnouimus. *Ibid.* Sic iniquè Henricus Anglus de non recipiendo concilio Lateranensi & Anselmi disciplina causabatur.

Rex Hungariæ renunciauit Pontifici inuestituras Episcoporum & Abbatum. *Mart. Capel.*

1100 Godofredus primus receptæ Hierosolymæ rex suffragiis omnium, quod primus in muros eius se intulisset. Corona tamen abstinuit ob reuerentiam loci, in quo Christus crucifixus fuerat. Inde Caliphæ Ægypti in Syria duces vicit. *R. Ioseph Sacerdos in Chron. Regum Francie & Turcie.*

Boëmundus autem Antiochiæ princeps & Balduinus Edessæ prospere etiam pugnarunt contra Turcas, nisi quod ad extremum Boëmundus captus est *Ibid.*

Hierosolymus à Christianis regnatum est annis 88. *Ibidem.*

Balduinus Edessæ princeps Godofredo succedens bene pugnavit cū Saracenis & Turcis. Aco in littore Ascalonis cepit post 20 mensium obsidionem. A Turcis Edessam est fugatus in Charrarum obsidione. *Ibid.*

1109 auctus præsidio Bertrandi Tholosani comitis, qui recens aduenerat, Tripolim deditio est consecutus.

1111 Berytum vi cepit. Eodem anno Sidonem deditioe, recreatus copiis filij regis Nouergie, qui Ioppen tunc appulerat.

1113 Infelicitè cum Turcis è Perside profectis belauit, sed hi 1115 à Rogerio Antiochiæ principe delati sunt.

Tum Balduinus Christianis in Arabia trans Iordanem inter Saracenos versantibus agrum, & habitationem Hierosolymis dedit.

Tanquam Caliphæ eripuit, indè que an. 1118 moritur. *Ex eodem omnia hæc.*

| Anni Christi. | Anni mundi. |
|---------------|-------------|
| 1100 | 5188 |
| 1105 | 5193 |
| 1107 | 5195 |
| 1108 | |
| 1109 | 5197 |
| 1110 | |
| 1112 | 5200 |
| 1118 | 5206 |

| Anni Christi. | Anni mundi. | HVMANA |
|---------------|-------------|--|
| | | Henricus I Angliæ rex incarcerato Robertus fratre, ac cunctis penè Normaniæ Principibus captis aut cæsis, totâ Normaniam obtinuit. <i>Sigeb.</i> |
| | | An 1100 regnum Portugallie siue Lusitaniæ diuisum ab Hispania, & Muris paulò ante ereptum, propriû regem habere, cepit Alphonsum Henrici comitis alicuius partis Lotharingie filium. <i>Blond. lib. 2. Geor.</i> |
| 1114 | 5202 | Alphonfus enim 6 Hisp. rex Filiam snam Tarasiam Henrico Lotharingo desponderat, relicta ei Portugallia dotis nomine, cum titulo Comitatus. |
| | | Ex eo connubio Alphonfus nascitur, qui se ducem Portugallie appellauit per an. 27, donec cum Ismaro & 4 aliis Saracenorum regibus prælium commissurus rex ab exercitu saluatus est. <i>Vasus.</i> |
| | | Post eos victos regnavit annis 46. qui cum 27 quibus dux appellabatur, summam 73 constituunt, vsque ad annum 1185. Ei enim contigit, quod Saporis peræ, & Theodosio Iuniori, ut à cunis princeps esset. Soram ferè Portugalliam, quanta nunc est, à Saracenorum Tyrannidem liberauit. <i>Idem.</i> |
| 1116 | 5204 | Duodecim annis ante (nempe Christi 1098 <i>Maiores lib. 3. c. 11. Boethus lib. 12.</i>) Scotiæ regnum inceptat ad Edgaro. Ei enim primos Regis titulum, nomen, vñctionem Scoti impetrarunt ab Urbano 2 expeditionis sacræ occasione, cum antea Heluetico & Tartarico more per Hordas & diuersos Principes viuerent. Quare fictè illius regum initiû altius ducitur siue à Fergusio Hyberno an. 330 ante incarnationem, siue ab alio Fergusio Scythæ Christiano, quem Scotorû in Albionem postliminio redeuntium regem contra Romanos effectû aiunt, Palladio euangelizante an. D. 441, siue à Kenetho Magno, quem deletis Pictis fingunt extremam Britannie partem Scotiam appellasse. Nam hæc carent probatis auctoribus. Ita ad hunc vsque diem reges duntaxat habuere octodecim per annos 476. |
| 1101 | 5189 | Schismatici sub Paschali 2. |
| | | Post Clementem 3, successit in schismate Albertus Attellanus qui sedit, an. 4. |
| 1101 | 5189 | Syluester 3, Romanus, antea vocatus Theodoricus succedens Alberto sedit. m. 3. d. 15. |
| 1102 | 5190 | Vtrisque coactis renuntiare Pontificatui successit in schismate Maginulphus Romanus, qui non longè post decessit. |
| | | 167 |
| 1118 | 5206 | b GELASIVS II. Caietanus, monachus, vir sanctissimus (<i>Plati.</i>) an. 1. |
| 1119 | 5207 | Vacat dies 2. |
| | | Gregorius 8, dictus antea Burdinus, Bracharenfis Episcopus, contra Gelasium ab Henrico Imp. creatus in schismate sedit, annos aliquot. |

& aliis multis insulis maris Mediterranei occupatis. Tyr. lib. 18. c. 4. 5. & 6. Er Theutonicorum, qui ordo ex vtroque priorum mixtus erat. Nam & ipsi hospitio excipiebant peregrinos, & necessitate exigente, etiam armis pro religione pugnabant. Chro. Colon.

Edimerus Anglus, Heruens Britannus, Honorius Augustodunensis Theologi scriptores. Trii.

Ludouicus Crassus quinque pontifices max. in Gallia vidit, Vrbanum, Paschalem, Gelasium, Calixtum, & Innocentium. Aemil. lib. 5.

HVMANA.

Alphonfus 7 Imperator Hispaniæ dictus est. Eius morte rursus separatum est regnum Legionis à regno Castellæ duobus relictis filiis Sanctio & Ferdinando. Vasceus.

Eius tempore Almohades Arabum genus in Hispania imperare cœpit. Hi nullos Christianos inter suos viuere sunt passi, sed vel fidem abnegare cœgerunt, vel crudeli martyrio petemerunt. Idem.

Lud. Crassus bene pugnavit cum Henrico Cæsare & Henrico Anglo.

1119 Balduinus 2, tertius Hierosolymorum rex Gazum Saracenorum Damasci regem duobus præliis ad Antiochiam vicit.

1122 Ad Edeffam à Balac Turca per insidias captus est, & detecta coniuratione 50 Armeniorum, qui eum eripere voluerunt, Cairum Ægypti transmissus, donec an. 124 post octodecim menses redimeretur.

Inde Bursienſium Turcam è Persia fines Antiochiæ inuadentem profligauit, 24 tantum militibus de suo exercitu desideratis.

1126 Fines Damascenorum vastauit.

1129 Auxilia consecutus est ex Occidente.

1130 Turcas duce Rodotiam ad Antiochiam cecidit.

CALIXTVM Pontificem fuisse de Deo ac de hominibus bene meritum scribit. Platina.

Electus est in Cluniacensi cœnobio, in quo Gelasius obierat. Noluit prius pontificatum suscipere, quam intelligeret, se à Cardinalibus confirmatum, qui Romæ in Italia remanserant.

Inter cætera ingenij sui opuscula libellum de S. Iacobo Apostolo edidit. Multa etiam vtiliter cõstituit, quorû pleraque in decreto Gratiani habentur. Chron. Hirsaug.

Omnes eo tempore Papæ bellarunt pro Hierosolymis seruandis contra Saracenos.

Calixtus excommunicationis fulmine in Rhemenſi conc. Henricum s̄ adegit, vt omne ius inuestiendi episcopos, Ecclesiæ restitueret. Plat. an. 122.

Literæ Imp. sic incipiunt in Chron. Hirsaugiensi In nomine S. Trinitatis & indiuiduæ. Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imp. Augustus pro amore Dei & S. Romanæ Ecclesiæ & Domini Papæ Calixti & pro remedio animæ meæ dimitto, Deo & SS. Apostolis Petro & Paulo Sanctæque Ecclesiæ Catholicæ omnem inuestituram per anulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis canonicam fieri electionem & liberam consecrationem, &c.

Sub eo tandem pax inter Ecclesiam & Imperium facta anno plus minus 50. ex quo inter Gregorium 7, & Henricum 4 discordia ingens ab sacerdotiorum collationem

Anni Christi. Patriarchis. Constantinopoli Ioanne 8. Anni mundi.

Antiochia Bernardo è Latinis primo.

Hierosolymis Guarimundo an. 10.

Principibus. Calo Ioanne Comneno (cognomen Mauro, Tyrius. lib. 15, cap 23.) Constantinopolitan. siue Orient. Impp. 116. an. 25.

Henrico 5. Occident. siue Germanorum Imp. decimo nono, an. 20.

Ludouico 8. dict. 6. cognom. Crasso siue Grosso, an. 28.

Franc. Rege, trigesimo quinto.

S. Zalibala Aethiopum pretioso, an. 60.

Hispaniæ Alphonso 7. quinquagesimo octauo.

Angliæ Henrico 1. vigesimo tertio.

Poloniæ Boleslao 3.

Hierosolymorum Balduino rege secundo. Mox Balduino Burgensi, an. 12.

Portugalliæ primo rege Alphonso.

Scotiæ Alexandro Fers.

CONCIL. in Apulia. Colonienſe, Chron. Hirsaug.

1119 C CALIXTUS II. Burgundus, an. 5. 5207

1125 mens. 10. dieb. 6. 5213
Vacat dies 8.

Anni Christi. Anni mundi.

Patriarchis. Constantinopoli Ioanne 8.

Antiochia Bernardo è Latinis primo.

Hierosolymis Guaremundo.

Principibus. Iisdem in Oriente & Occidente Imperantibus & regnantibus.

S. Zalibala Aethiopum pretioso.

1119 NONVM generale & primum apud Latinos œcumenicum Concilium Lateranense Patrum 900 contra Saracenos & Turcas, de recuperanda terra Sancta. Plat. Crant. lib. 3. hist. Saxon. cap. 40. 5207

1119 Remense prius à Gelasio indictum, celebratur à Calixto, presentibus legatis Henrici Imp. Quo in concilio proscripti sunt ab Ecclesia simoniaci, & pro sepultura, chrismate, & baptismo pretium exigentes: Imperatori quoque interdictum est aqua & igni, quod nollet reconciliari Ecclesiæ Rom. Guil. Nang. Paulo post Henricus Imp. ratione eius concilij, iratus Francis, proposuit Remensem ciuitatem destruere, sed ei strenue restitit Ludouicus Franc. Rex. 5207

1120 Neapolitanum in Samaria, reformatorium vt vocant, ad corrigendos mores in omnibus penè valde deprauatos, preside Guaremundo Hierosolymitano Patriarcha, & presente Balduino Hierosolym. Rege, cum multis aliis Orientalibus Episcopis. Eo in concilio edicti sunt 25 canones. Guil. Tyri. lib. 12. de bel. sacr. cap. 13. 5208

emerferant. In ea Episcoporum & Abbatum electiones, quas Imperatores & reges vsurpauerant, Clero & Monachis restitutæ sunt. Abbas Vſperg. in vita Henrici 5. Tyrius de bello sac. li. 1. cap. 13, Ottho. Frising. lib. 7. cap. 16. Pandulphus Pisanus in vita huius Calixti.

Henricus Angliæ rex ad confirmandum statum sui regni, tam sacerdotum quam populi Principes conuocauit Sarisberium. Inde vsum Comitiorum Angli etiam hodie frequenter retinet. Polyd. lib. 11. Angli. Histor.

An 1119. Ioannes Indorum Patriarcha vnus de Maximis Romam venit ad Calixtum Pontificem. Schedelius.

Hoc sæculo florebat Ioannes Indiæ presbyter & rex. Is Christianam doctrinam Nestorianismo diluit. Samiados fratres Persarum & Medorum reges vicit atque Ecbaranam regni sedem expugnauit. Exercitum per Tigrim coagulatum hyeme traduxit, vt Hierosolymitanæ ecclesiæ subueniret. Vbi tum ex aëris intemperie multos ex suis amisit, atque re infecta domum rediit. Frising. lib. 7. cap. 33.

Ottho Bambergensis Pomeraniæ partem, quæ intra Viadrum & Poloniam sita est, ad Christianam religionem, vna cum principe ipsorum Vuerceslao, an. 1124 conuertit. In eius vita lib. 2. cap. 4. 5. 6. & seqq.

Vicelinus idem tentat in Holfatia & Vádalía. Helmold.

1123 Dominicus Michael Venetianus cum 70 nauibus nauigans in Syriam Ægyptios obsidentes Ascalonem tanta strage affecit, vt ad duo millia mare videretur versus in sanguinem. R. Ioseph sacerdos in Chron.

1124 Tyrum ad deditionem compulit. Hinc eam urbem Phœnicum florentissimam Christiani post longam obsidionem capiunt. Tertiam partem vrbis Dominico assignant, duæ aliæ partes manserunt penes Balduinum 2, regem Hierosolymorum tertium. Tyrius lib. 13. c. 13. & 14. Palmerius in Chron.

Eodem Rupertus Abbas Limpurgensis in Diocesi Spirenſi introducere conatus est prætextu cuiusdam reuelationis sibi factæ eum viuendi modum, vt non solum monachi à carnibus secundum regulam S. Benedicti abstinerent, verum etiam à piscibus, ouis, laeticiniis, & vino. Cui cum multi se opponerent, auctoritate episcopi in Hassiam est relegatus ad cœnobium Britenaun, deinde reuocatus, in abstinentiæ proposito cum suis fratribus perseuerans inter multas persecutiones paulo post obiit. Chron. Hirsaug.

HVMANA.

1121 Interit R. Hai Gaon in Babylonia Gheonim (i. Talmudicæ Rapsodiæ interpretum) nouissimus & peritissimus, adeo vt in eius luce ambulent omnes legis studiosi ab ortu solis ad occasum. Quin & cum eo extinctæ ferè sunt scholæ Hebraicæ in Oriente, ad quas Iudæi suos olim filios trans mittebant ex Ægypto, Palestina, Hispania, toto denique Occidente, & deinceps verò in Hispaniam translata. R. Abraham in Cabbala.

Hic ergo notanda doctorû Iudaicorum successio: Primi post Prophetas & captiuitatem Babylonicam fuerunt Scribæ & Leges doctores à diebus Zorobabel vsque ad Simeonè Iustû. Secûdi Tannaïm auctores. Mishna siue cõtextus & fundamētum Talmudici à Simeone Iusto, quæ vltimû istorû faciunt, vsque ad Rabbi Hakk ados, quæ vltimû, quando edita est prior illa pars Talmud an. Christi 180. sub Antonino. Tertij Amoraim auctores Ghemara siue

complementi & decisionis Talmudicæ à Rabba, (qui mox post R. Hakkados extitit) primo istius generis doctore, ad mortē vsque Rabbenæ & Rab. Simæ filij Rabbe & Rab. Afae, qui posteriorem partem absoluerunt. Atque hi omnes vique sunt annis 827. Tot enim numerant à Zorobabele ad mortem vsque Rabbenæ.

Quarti Seboraimq; speculatiui, Scholastici doctores, quorum primus Rab. Iose. vltimus Rab. Isana annis 187. Quinti Gheonim (practicis Iurisconsultis respondentes) quorum primus Rab. Hanina, postremus Rab. Hai, vsque ad annum Dom. 1121.

Sexti Rabini, qui se deinceps exercuerunt in Bibliorum & aliorum Theologicorum librorum tractatione. Ex eadem Cabbala, Cozzi & Tisbi. Elia.

Hic Pontifex familiaritate doctorum & præclarorum virorum mirificè delectabatur. *Platina.*

Sub hoc Arnulphus Romæ concionator, quod infestaretur acris vitia, clericorum, præsertim superbiam, auaritiam & luxuriam noctu ab iis capitur, & submergitur. *Chron. Hirsang.*

Oththone Haluerstatensem Episcopum à suis canonicis accusatum conuictumque, quod pro consecratione cuiusdam Ecclesiæ 30 solidos accepisset, deposuit, eique Rodolphum substituit. *Ibid.*

Ludovicus Crassus in ordinem Ecclesiasticum sequens, bona eius sibi vsurpans, se in consulto Episcopos & Abbatos elegi nolens ab Stephano Episcopo Parisiensi excommunicatus est. Vnde, etiam si absolutionem ab Honorio obtinisset, quam D. Bernard. improbavit binis ad ipsum Honorium literis, grauib; admodum & acerbis, non diu superuixit, & Philippum filium regio ornatum diademate Parisiis equo deturbatū subita morte amisit.

Tandem (Tanchelinum vocat Trithem in Chron. Hirsang.) Adamitarum hæresim cõdens multos Antuerpiæ seduxit sua eloquentia & subtilitate. Hic negabat Corporis & sanguinis Christi perceptionem ad salutem prodesse: nihili faciebat sacerdotes & episcopos: suis hæresibus non assenties occidi iubebat per suos sectatores. Habebat enim circiter tria millia militum qui eum vbiq; sequebantur. *Continuat. Sigeb.*

Ad eam hæresim ex hominum animis eradicandam illius loci constitutus est Episcopus Norbertus auctor Præmonstratensis ordinis, qui suis cõcionibus aded profecit, vt ferè omnes ad fidem Catholicam conuersi fuerint, adferentes in ecclesiam Corpus Dominicum, quod per decem annos in cistis & foraminibus secluserant. *Continuatio Sigeb.* Ex his videtur etiam tunc Christianos manu propria sumpsisse corpus Christi.

Hugo de S. Victore Parisiensis Theologus, Fræco Haffigiuiensis Abbas, Ambercus Archiepiscopus Remensis, Rupertus Abbas Limpurgensis, Odo episcopus Cameracensis, viri doctissimi. *Plat. Trithem.*

S. Osmundus Sarisberiensis præter alia, vitam D. Anselmi & libellum de Ecclesiasticis officiis concinnat, in quo digerit preces horarias, quas Catholici in Anglia etiamnum obseruant. *Polyd. lib. 9. Angl. Ranulph. lib. 7. c. 3.*

An. 1125. Vniuersa ferè Pomeranorum natio à Boleslao Polonorum duce subacta in Christi castra transit, Oththonis Bambergensis sedulitate. *Helmod. cap. 41.*

Anni
Christi.Anni
mundi.

Calixtus Papa cum esset Guilielmi Burgundicæ Comitiss filius, & proinde Henrici Imp. consanguineus (& vt quidam volunt ex genere Francorum Regum) fretus ipsius fauore, apud Surtium captum Gregorium 8. pseudopontificem pelle induit vsina, ac ita camelo impositum ad Canense cœnobium relegauit. Ita grauissimo & periculossimo schismati finem imposuit. *Guil. Tyri. lib. 12. cap. 8.*

1123

Romanum Concilium, in quo pax inter Pontificem & Imperatorem confirmatur: quod Imperator in Comitibus Vuormatiæ inuēstura cessisset Rom. Pontifici. *Continuatio, Sigeb. Plati.*

5211

Tholosanum præside Calixto contra quosdam hæreticos monachos, in bona Ecclesiæ & Sacramentum Eucharistiæ blasphemos. *Fascicul. temp.*

169

1125

d HONORIVS II. Imolenensis, an. 5. mens. 2.

5213

1130

Vacat dies 8.

5218

Patriarchis.

Constantinopoli Ioanne 8.

Antiochiæ Bernardo.

Hierosolymis Guaremundo, deinde Stephano, an. 2.

An. 1127.

Anni
Christi.Anni
mundi.

1125

Principibus.

Calo Ioanne Cõneno Oriët. Imp. cetero decimo sexto.

Henrico 5 decimo nono ac post eam Lothario 2. an. 13. Occid. Imp.

Ludovicò 8. dict. 6. Magno cognom. Crasso Franc. Reg. trigesimo quinto.

S. Zalibala Aethiopum pretioso.

Alphonso 7 Hispania quinquagesimo octauo, deinde Alphonso 8, an. 20.

Angliæ Henrico 1. vigesimo tertio.

Poloniæ Boleslao 3.

Balduino 2, Hierosolymorum rege tertio.

Portugalliæ Alphonso rege primo.

Scotio Alexandro, deinde Dauide, an. 29.

1127

CONCIL. Cretense in Francia Tyri. lib. 12. cap. 7.

5215

1130

Londinense, præside legato Romani Pontificis, ad corrigendos prauos mores sacerdotum. *Polyd. lib. 11. Angl. hist.*

5218

1130

Schisma 17. Celestinus 2 in schismate à quibusdam Cardinalibus Pontifex renunciatus est, at sedulo se abdicauit & cessit Honorio secundo.

5218

An. 1127. In Syria gemino prælio cum Saracenis feliciter nostri conflixerunt. *Sigeb. Cont.*

Conradus Imp. septuagesima millia equitum infinitamque peditum multitudinem contra Turcas eduxit *Munzer.*

In Concilio Cretensi instituta est regula Templariorum militum, decretumque vt candido pallio vterentur. Cum hætenus nouem tantum essent equites illius ordinis, ex eo tempore aded exercuerunt numero & opibus, vt ante 50 annos fuerint circiter 300 equites & infiniti penè fratres inferiores, quos vocabant Seruientes. Nulla etiam erat regio Christianorum à qua ipsi maxime possessiones dono accepissent. *Tyr. lib. 12. cap. 7. Sigeb. Contin.*

An. 1126 in Germania & Italia Corandus Sueuorum dux cum Fratre Frederico contra Lotharium Cæs. arma capiunt, donec victi D. Bernadi operâ ipsi reconciliantur. *Cromer. lib. 5. de reb. Polo.*

An. 1128 Boleslaus rex Cilicium indutus, paucis sacerdotibus & aliis piis hominibus stipatus, ad S. Ægidij Sepulchrum in Galliæ Prouincia iter pedibus confecit. *Cromer lib. 5. de rebus Polon.*

An. 1130. Magnus Gotthorum rex Christianam fidem est complexus. *Olaus Mag. lib. 2. de Genibus Sept. c. 7.*

HVMANA

An. 1127 in Parochia Genlacensi, cum quidam frumentum moleret, farina ardere cœpit. *Helmod. c. 41.*

Vuillelmus Burgundiæ princeps à suis occisus est, Sic Carolus Flandriæ comes *Chron. Hirsang.*

Circiter hæc tempora conscriptus est liber Iudaicorum Annalium à nobis versus, qui inscribitur Seder Olam, siue series mundi: summè est authoritatis apud Iudæos. Quare R. Selomo, R. Kimhi & recentiores Hebræi non raro eum citare solent.

Item liber Cabbalæ R. Abraham Leuitæ Hispani, rege Alphonso 7, qui imperator Hispaniarum appellabatur, Heroicis Caudibus tam claro, vt R. Ille Abraham eum regem regum appelleret. Nam sæpius de Saracenis triumphauit, Cordubam eis ademit, &c.

Tum hæresis Sadduceorum vexabat Iudæos in Castilia. Quidam enim Abben Altras librum scripserat, Sopher Abu Alprag (Abu autem Alprag doctor ipsius erat) in quo docebat Talmud & Misna, & cæteras patrum constitutiones esse inanes & in sua parte veram esse Synagogam.

Contra quem superior Rabbinus suam dictauit Cabbalam probans Synagogæ, siue Ecclesiæ veritatem primum à Successione. Nam ipsam suos census referre per 26 ætates idem perpetuo sentientes ad prophetas nouissimos Haggeum, Zachariam, Malachiam, quorum iam successio facile ad Mosem reuocari possit. Nam decem esse ætates Synagogæ magne ab iis R. Iohanan Ben Zachai, qui fuit ex reliquis Synagogæ magne sub Vespasiano. Inde sub Tãniã (doctoribus Misna siue cõtextus Talmudici) quinque ætates secutas esse, mox septem sub Amoraim doctoribus Ghemara, siue Talmudicarum decisionum). Rerum quinque alias sub Gheonim (interpretibus Talmud) & à Gheonim ad suam ætatem vsque tres, quæ numero 36 ab ipsis prophetis existant.

Secundò e *communione*, quin Synagogæ diffusæ per totum orbem terrarum ita sentiunt in Hispaniis, Africa, Ægypto, Palestina, Arabia, Babylonia, Perside, Elemaride, Græcia, Germania, Italia, Gallia (nam Iudæis tum nostra Gallia abundabat) & communiter recipiunt Talmud & Misna ac reliquas Patrum traditiones. Quam præterea communionem probat ex eo quod Patres & Magistri nunquam discrepent. בעקר הספוד אלה בחלרותיה, in radice præcepti, sed in appèdidibus & circumstantiis, vt non contendunt, an lucerna sit accendenda Sabbato necne sed quo oleo sit accendenda, quo non. Non disputant an quis teneatur recitare *Kiriat Shema* (suam de Deo vno confessionem è Deut. 5) manè & vesperi, sed quando manè, & quâdo vesperi ne vel tardius, vel ocysus id fiat atque ita in reliquis.

Contra autem eos non posse haberi pro vera Synagoga. Primum quia sunt sine successione. Anam enim & Saul filius eius ad quos referunt suam originem, fuisse discipulos R. Iuda & ab eo se separasse, aliamque ab ipso doctrinam secutos esse, solo ambitionis nomine, nec posse dicere, Ecce hoc accepimus ab hoc vel illo doctore.

Secundo quoniam paucos habent suæ communionis. Habere enim tantum vnam Synagogam in desertis Hispaniæ, paucos in Ægypto, & Palestina, qui à cæteris non recipiantur, sed anathematizentur.

Hæc periocha est totius illius libri R. Abraham, quam hic volui paucis complecti, vt Centuriatores videant si cõmunibus omnium populorum notionibus, axiomatibus, argumentis nitendum sit, ad discernendam puriorem religionem à Spuria, se ab eis esse damnandos.

Cæterum præter has duas veræ Ecclesiæ notas. Successionem dico prophetarum atque doctorum & communionem omnium fidelium atque temporum, alias habemus, nempe testimonium Scripturarum, deinde perennem successionem Apostolicæ Cathedræ. Denique testimonium cunctorum scriptorū, tanquam veritatis testium. Hi sunt nostri census, hæ sunt nostræ possessionis tabulæ, ô Impij!

e **LOTHARIVS** Imperator corona Imperiali ab hoc Pontifice est insignitus & compescuit schisma contra Innocentium. *Palmer. in Chron.*

Nam multa hic Pont. ab Antipapis passus est Ann. 1133 restitutus est contra Petrum Leonis, qui se Anacleum appellat, à Lothario Imp. in vincula coniecto quodam Italiæ principe, *Chron. Hirsang.*

Anselmum Hanelburgensem an. 1138 misit ad Caloioannem Orient. Imp. Constantinopolim, qui in conuentu S. Sophiæ de processione Spiritus S. contulit. Nechoite Nicomediensi Episcopo contra disputante. Lege libros tres eiusdem Anselmi τῶν ἀτιμεμένων quos rogatu Eugenij 3 edidit.

Ad cum Caloioannes legatos misit. *Cuspinianus de Imp.*

Cum in Galliam venisset Innoc. Iudæis Parisiensibus sacræ legis volumen precioso panno volatum offerentibus resp. ondit, Deus omnipotens auferat valamen à cordibus vestris. *Annales Franc.*

Confirmat ordines monachorum Præmonstratensium & Cisterciensium. *Platin.* Posterius antea receptus fuerat à Rom. Pontifice Urbano 2.

Anni
Christi.

1130

1144

170

e INNOCENTIVS II.
Roman. an. 14.
mens. 7. dies 13.

5218

5232

Patriarchis.

Constantinopoli Ioanne 8.

Antiochia Bernardo, deinde Rodulpho, an. 4.

Americo, an. 50.

Hierosolymis Gulielmo an. 15.

Principibus.

Eisdem Imp. vsque ad Manuelem Orient. Imp.

Conradum 3. Occid.

Philippum cum patre & solum Ludouicum 9. dict. 7. Iuniolem seu Lenem Franc. Reg.

S. Zalibala Æthiopum pretioso.

Alphonso 8. Hispaniæ quinquagesimo nono.

Henrico 1. Angliæ vigesimo tertio, deinde Stephano Franco, an. 20.

Boleslao 3. Poloniæ Principe, deinde Vualadislao 2, an. 7.

Balduino 2. Hierosolymorum rege tertio, mox Polaco, an. 12, deinde Balduino 3, ann. 20.

Alphonso Portugalliæ Rege primo.

Dauidæ Scotiæ.

Anni
mundi.Anni
Christi.

1130

1130

1131

1144

Anni
mundi.

5218

5218

5219

5232

CONCIL. Herbipolense, præsentate Lothario Imp. In eo confirmatur ordinatio Innocentij. *Munster. in Cosmog.*

Claromontense, præside Papa contra Anacleum Antipapam & eius factionis socios. *Polyd. lib. 5. Angl.*

Remense, præside Innocentio, qui in eo damnat schismaticos, & Ludouicum Iuniolem coronat, præsentate patre Ludouico Crasso. *Guil. Næg.*

Placentinum.

Ludouicum Iuniolem Regem Francorum Remis inungit. *Anno. lib. 5, ca. 52. Pet. Venerabilis. lib. 5, epist. 2. Pisanos & Genuenses conciliat. Platin.*

Hoc tempore populus R. multa cum finitimis Tiburtinis, Tusculanis, Albanis, Prænestinis, & reliquis Latij populis bella gerere cœpit, quæ Tusculi excidi tandem, quinquagesimo post anno, finita sunt. Quorum occasione Innocentio Pont. qui pacem, quam bellum mallebat à ciuitatis administratione submoto, Senatores aliquos (non Coss. vt Platina & Volateran putant) Equites, patritius, qui omnibus præstet, iudicisque alij, veterum Romanorum exemplo instituuntur. *Onuphris. & vicissim Populus ab electione Pontificis penitus excluditur. Idem.*

Manuelli Const. Imp. pro Mahumeto decreta condenti, pacis prætextu, & alia in religionis capitibus molienti resistunt Theodosius Constantinopolitanus Patr. & Eustathius Thessalonicens. *Nicias lib. 7, de eius gestis. Anathma in Mahometis deum, quem nec genitorum nec genitum, sed holosphylon esse asserit, ex omnibus carcheticis libellis aboleri satagebat, sed idem fortiter restiterunt. Ibid.*

Ludouicus Iunior Franc. Rex vno ferè mense ante mortem patris Alienoram, siue Alienordim, siue etiam Leonorem hæredem Guilielmi Ducis Aquitanix duxit in vxorem apud Burdegalam urbem. *Aemil. lib. 5.* Harum nuptiarum causa eius pater Ludouicus Crassus primus (nam & ipse illud idem postea edicto confirmauit) remisit diocesi Burdegalensi iura regalia in eligendis archiepiscopis, episcopis, & abbatibus, vt apparet ex tabulis ameræ rationum Lutetianæ.

Petrus Abailardus (qui nonnullis Bailardus, Aliis Alardus dicitur) Britannus hæreticus, & summus philosophus, primò relicta vxore monachus apud Diuum Dionysium, demùm Abbas in Britannia. *Guiliel. Nangiac.* Præter Deum aliquid æternum constituebat, & quid tertium præter creatorum & creaturas. *Bernard. de Luizemb.* Docebat Christum non assumpsisse carnem vt hominem liberaret, Timorem Domini castum non esse in futuro sæculo. *Bernar. epistol. 190.* De Trinitate sapiebat Attium, quanquam ab Alberico Remense & Leutaldo Nouariense Sabellianus iudicatus sit. *Ortho. Frising. libro primo de Frider. cap. 17.* de persona Christi Nestorium, de gratia Pelagium. *Bernar. epistol. 192.* Male insuper sentiebat de processione sancti Spiritus, quem negabat esse ex substantia Patris vel Filij: De anima Christi, de descensu Christi ad inferos, de Sacramento altaris, dicens post consecrationem priora accidentia quæ remanent pendere in aère: de potestate clauium, de originali peccato, de concupiscentia, & de aliis multis religionis capitibus. *Bern. epistol. 183 & 189 & 190.* Arnaldus de Brixia alter ex Italia hæreticus se illi adiunxit. *Bern. epistol. 189 & 195.*

Petrus de Bruis Petrobusianos sacramentarios multis erroribus deformes creat. *Petrus Cluniacens. epistol. 1 & 2, & alibi.* in Septimania, Arelatensi, Ebredunensi. Dienfi & Vuapiciensi episcopatibus, denique in Vasconia & Narbonensi & Tholosana prouincia. *Idem.*

Apostolicos, qui se dictitabant iuxta Apostolorum doctrinam vitam instituere, videtur appellare Bernard. *Ser. 65 & 66. super Cani.*

Primi negarunt post Berengarium Missam esse sacrificium à Petro Cluniacensi, Tractatu contra Petrobuanos: siue de sacrificio Missæ.

Henricus Tholosanus Petri Brui discipulus monachus, hæreticus, negabat oblationes pro mortuis aliquid prodesse: damnabat sanctorum inuocationem: olei & chrisimatis consecrationem, ecclesiasticam excommunicationem, peregrinationes religionis voto susceptas, omnes denique ecclesiasticas constitutiones spernebat. Talem insinuat Bern. epist. 241. & lib. de vita Bernardi cap. 5.

Vuilbertus Carnotensis, Conradus Hirsaugiensis. Hugo de Folieto Corbientis monachus auctor libri De claustro animæ & corporis. Guiliel. Nangia. Tribem.

Maximus Armeniorum pontifex, imo omnium episcoporum Capadociæ, Armeniæ, Mediæ & Persidis doctor eximius. Tyr. lib. 15, cap. 18.

Calo Ioannes Imp. Constant. frustra Syriam tentat, Gabulensi episcopo firmiter resistente. Itaque in Syrios eremitas effudit bilem, eosque trucidauit an. 1143. Frisingens. lib. 7, cap. 28.

Sed pœnas mox suscepit. Nam dum in Cilicia aprum traicere conatur sagitta manum suam perfodit. Inde veneno serpente mallens mori, quam iuxta Medicorum præscriptum brachio mutilari imperium. Manuelli filio reliquit. R. Ioseph Sacerdos in Chron.

Polacus Septuagenarius Hierosolymorum rex quartus ab an. 1131 ad 1142 bellum ciuile à Tripolitano duce motum propter Halim Antiochiæ principissam compescuit. Turcas è finibus Antiochiæ & Tripolis insigni eorum clade repulit, Hugonem præfectum Ioppæ aduersum se conspirantem & Ismaelitis clam foederatum præfectura exiit. Ibid.

Calo Ioannem Francos expellentem ex agro Antiocheno ad pacem compulit. Inducias Sanguino Turcæ dedit. Ope Theodorici Flandri, qui recens Hierosolymam cum exercitu venerat, arcem trans Iordanem Turcis extorsit. Ibid.

Damasci regem contra Sanguinum Turcam defendit. Inde lapsu equi ex cruris fractura expirauit. Idem.

HVMANA.

1131 Philippus puer paulò antè regio ornatus Diademate Parisiis equo deturbatus, subita morte periit. Conti. Sigeb.

Eodem Lotharius Imperator expeditionem mouit in Danos & Siauos eosque subegit. Chro. Hirsang.

1133. restituto Innocentio Pontifice Pandecta, Codicem, & alios iuris ciuilis libros suo tempore à tincis & blatis liberatos per Vuernherum Iurisconsultum, (eum Accursius nominat Irnerium) edixit legi in scholis publicis, & ex ipsis iura in foro dari. Carion. in Chron. lib. 3.

Hinc emerferunt eo tempore doctissimi iuris interpretes, inter quos post illum Vuernherum (qui ob eminentem eruditionem dictus est Lucerna iuris) Azo primas obtinuit, qui obiit Bononiæ an 1200.

Antea per 600 amplius annos Romanæ leges ex Italia exulauerant. Nam cum eam Gotthi, Franci & Longobardi occupassent & lacerassent, patrias leges in illam intulerant, Romanis legibus oppressis & forma Iudiciorum mutata.

Anni christi.

1131

Pisanum pro fide Christiana tuenda in Syria & contra Pseudopapas. Plati. Quidam etiã voluit fuisse contra Henricum monachum Tholosanum hereticum.

5219

Stampense, in quo D. Bernardus, Petrum qui se Anacletum nominabat, repudiari persuadet approbato Innocentio. Vincent. lib. 27, cap. 6 & in via D. Bernardi lib. 2.

1131

Moguntinum, presente Lothario, & preside legato Apostolico Trib. in Chron. monast. Hirsang.

5219

DECIMUM vniuersale Concilium Lateranense, Patrum mille pro iure cleri & contra pseudo pontifices. Plati. lib. Concil.

1140

Suessonense, presente Legato Pontificis contra Abailardum sub Lud. Seniore Franc rege. Ottho Frising. lib. 1. de Frider. cap. 17.

5228

1141

Senonense, presente Ludouico Iuniorè, & multis Episcopis atque Abbatibus, contra Petrum Abailardum peripateticum, qui timens iudicium Concilij & eorum quos ipsemet elegerat, pronocauit ad sedem Apostolicam. Guil. Nang. Bernard. epist. 189 & 191.

5229

Anni christi.

1137

Antiochenum plurimorum Episcoporum Orientis, preside legato Apostolico Petro Archiepiscopo Lugdunensi, contra Radulphum Patriarcham Antiochenum, qui depositus est & reclusus in monasterium, Tyri. lib. 15. cap. 16 & 17.

1130

Schisma 18. Anacletus 2 nomine Petrus, à quibusdã Cardinalibus electus Pontifex Rom. sedit contra Innocentium an. 7. mens. 9.

1138

Post eius mortem à suæ factionis Cardinalibus creatus est Victor 4, qui cum sedisset menses aliquot consilio D. Bernardi cessit Innocentio. Aemil. lib. 5. Plati. In hoc schisma componendo D. Bernardus septenniũ laborauit. Fascic. Temp.

1144

171 f CELESTINVS. II. Tuscus, mens. 5. di. 13. Vacat dies 13.

1144

Patriarchis.

Constantinopoli Michaelè Iuniorè an. 4. mens. 6. Antiochia Aymerico. Hierosolymis Guilielmo.

Anni mundi.

5225

5218

5226

5232

5232

Vuernherus iuris interpretes, qui auditor Iurisconsultorum Constantinopoli fuerat, Lotharium Saxonem minus in bellis ciuilibus impeditum hortatur, vt lites præcipiat ex legibus Romanis iudicari & easdem Romæ & Bonomiæ enarrari. Sola enim Græcia studia veteris illius doctrinæ, sicut & cæterarum ferè artium retinuerat, vt indicant commentarij in ius Romanum Constantinopoli scripti, glossæ & enarrationibus doctorum Italicorum similes.

Hoc occasionem dedisse iuri pontificio multi scribunt. Nam & Gratianus, qui Pontificum decreta congeffit, sub Lothario vixit. Tunc & Theologia scholastica siue disputatrix de suo incremento meditatatur.

1134 Magnus rex Danorum se in potestatem imperatoris tradidit obsides dedit iuramentum præstitit, se successorésque suos non nisi imperatoris & successorum eius permisso regnum adepturos. Postea in Daniam regressus, cum episcopis quinque presbyteris 60, & Nicolao patre suo ab æmulis occisus est Chro. Hirsang.

1135 reges Daniæ, Poloniæ multique alij principes ad conuentum Magdeburgensem à Lothario indictum venientes pacem in annos 10. iurant. Ibid.

1136 mortuo siue virili sobole Henrico I. Anglorum rege regnum Angliæ à Normanis translatum est ad Francos per Stephanum Francum illius nepotem ex Adela sorore & Stephani Blefensis comitis filium. Polyd. lib. 12. hist. Ang.

1137 Lotharius Rutgerum Apuliæ principem impugnatorem Ecclesiæ & hostem publicum de Italia proscriptit. Ibid.

Intercedente Diuo Bernardo Fredericum & Conradum duces Bambergæ in gratiam recepit. Frising. libro. 7. cap. 19.

1138 Conradus 3 dux Alemanicæ siue Sueuiæ in regem Romanorum eligitur reiecto Henrico cog. Superbo Bauariæ duce Lotharij genero, cui ab ipso Lothario dudum regalia fuerant commissa in generali principum conuentu, qui iam vsque ad eò de adipiscendo se certum arbitrantur, vt nulli Principum de regno verba facere dignaretur. Ibid.

Bellum gessit contra Vuelphonem ducem Bauariæ ob quandam discordiam exortam inter se & Innocentium Papam. Ibid.

Ducatum Bauariæ contulit Lupoldo Marchioni Austriæ, quem tamen postea Fredericus Imp. legitimis hæredibus restituit. Ibid.

Quidam in Alemania Pseudoimperator (Nam se Henricum cog. Superbum, de quo proximè, fingebat) post multas pugnas & cædes, patefacta eius impostura, Cluniaci in monachum attonsus est. Ibid.

Quidam Ioannes à Temporibus vel Stampis fertur dixisse annos 361 à tempore Caroli Magni, cuius ipse erat armiger, vsque ad Ludouicum Iuniorè. Guiliel. Nang. Guagni. lib. 6. Ignatius. Nauc. & Sup. Chro.

f PRIMVS sine vilo populi interuentu Papa creatus est lege à præcessore Innocentio 2 posita, qua populus omnino à Pontificis comitiis exclusus est, & ad solos Cardinales Põtificis electio, paulatim etiam cleri primoribus exclusis, vel in Cardinalium collegio cooptatis redacta. Onuphrius.

Vna re felix, quod nullis seditionibus vexatus fuit.

Quo tempore Hierosolyma iterum capta est à Saracenis. *Vuicelius.*

Capta etiam Edessa Mesopotamiæ vrbe ab Alaph sine Sagnino Turcorum principe, omnes Christiani, quot quot fidem noluerunt eiurare, cum Hugone episcopo miserè mactati sunt. Mulieres item, in ludibrium Christi, aris impositæ violantur, deindeque interficiuntur. *Bonfinius lib. 6. Vngar. dec. 2. Sigeb. Continuat.*

Eadem ferè tempestate sub Imperio Manuëlis Comneni Clizastlanes Sultanus magnam Christianorum multitudinem Laodiceæ in Phrygia pecudum more partim abegit, partim occidit. Inter quos & Salomon pontifex. *Nicetas Coniat. in Annal.*

Gerardus à Nazareth Laodicensis Episcopus, de vna Magdalena contra Græcos & alia scribit. Ioannes Sarifburiensis,

Ludonicus Rex, quod expugnato Viçtriaco in Ecclesia 1300 diuersis sexus & ætatis homines cremati essent, terram sanctam pœnitentiæ causa adiit, vbi integrum annum substitit. *Sigeb. continuator.* Idem an. 1155 S. Iacobum in Galicia, exinde post quatuor annos môtém S. Michaelis de periculo maris religionis ergò petiit. *Ibidem.* & an. 1177 in Angliam ad B. Thomam. *Ibid.*

Alphonfus rex Portugalliæ primus multa gerit contra Saracenos, à quorum tyrannide an. 1147. Olisipponem liberauit,

HVMANA.

Albo Ali Abinzeni. (i. Auinlena ex posteris Senis nomen enim patris ipsius erat Eli, inquit Elias in Tisbi rad. *Abentros* siue *Abenrois*, Mesue Medici, & Philosophi Arabes, *Aben Tumert* Astrologus Cordubæ florent ab annos 1140. Regnabat Mauris Africa & Hispaniæ *Albo Haly* *Aben Tefin*, qui in illis motibus periit, quos pro Imperio quidam *Abdelmon* concitabat. *R. Abraham in Cabbala.* *Sabellicus* Enneade 9 ponit sub *Alexandro* 3. an. 1159.

Rabbi *Iehuda* *Leuitas* incidit in eadem tempora. *Abben Ezra in 9. cap. Daniel.*

1122 Mundus desolatus est ab academiis (Iudæis) quia mortuo R. *Ioseph* *Leuita* in Hispania cepit contra *Israëlitas* persecutio in terris. Arabum auctore *Ben Temurath* *Saraceno*, qui eos extirpauit ex vniuerso regno suo *Africano* & *Hispanico*. *R. Ioseph sacerdos in Chron.*

Sed eos recepit in suum *Alphonfus* *Hispaniæ* rex, qui & de *Saracenis* multas retulit victorias, eisque eripuit *Gabaracam* urbem in confinio vtriusque regni sitam. *Ibid.*

Iudæis autem in *Gabaraca* humaniter exceptis præfecit *R. Iudam* cuius maiores fuerant de *Granatè* potentioribus & ditioribus. *Ibid.*

BELLATOR contra Saracenos pro Hierosolymis. *Platina.*

Huius consensu factum concilium in Gallia contra *Abellardum*, qui rationibus victus, non modo sententiam mutauit, sed & monasticam vitam professus est. *Summa Concil.* Serio fuisse conuersum & sanctè mortuum *Petrus Cluniacensis* in epistolis testatur.

Anni
Christi.

Principibus.

Manuele Commeno an. 38.
Orient. Imp. centesimo decimo septimo.

Conrado 3. an. 14. Occident.
Imp. vigesimo primo.

Ludouico 9. dict. 7. Iuniorè
an. 43. Franc. Reg. trigesimo septimo.

S. Zalibala Aethiopum pretioso.

Alphonso 8. Hispaniæ quinquagesimo nono.

Stephano Franco Angliæ vigesimo quarto.

Vladislao Polonia.
Balduino 3. Hierosolymorū rege quinto an. 20

Alphonso Portugalliæ rege primo.

Dauide Scotiæ.

CONCIL. Lateranense, ne laicus clerico vim inferret. *Plati.*

172
g Lvcivs II. Bononiensis, mens. II. di. 4. 5232
Vacat d. 2. 5233

Anni
mundi.Anni
Christi.

Patriarchis.
Constantinopoli Michaelè Iuniorè.
Antiochia Aymerico.
Hierosolymis Gulielmo.

Principibus.

Isdem Imperantibus & regnant.

CONCIL. Gallicanum contra Petrum Aballardum Peripateticum.

173

h EVGENIVS III.
Pifanus. an. 8. 5233
mens. 4. di. 20
Vacat di. 2. 5241

1145

1153

Patriarchis.
Constantinopoli Michaelè Iuniorè, deinde Cosma 2.
mens. 9. Nicolao 3. an. 3.
Theodosio 2. an. 2.

Antiochia Aymerico.

Hierosolymis Gulielmo,
deinde Fucherio an. II.
dies. 17.

Anni
mundi.

S. Amedeas Lausannensis, Drogo Hostiensis Episcopi doctissimi.

Mesopotamiæ populi ferè omnes ad fidem Christi reuertuntur. *Palmer.*

Edessa paulò post à Turcis capta, Episcopus capite truncatur, & multa Christianorum millia trucidantur, an. 1145. *Sigeb. Continuator*

HVMANA.

Cum oppidum Vuemsbergam iis conditionibus Conradus Imp. cepisset, vt mulieribus saluis abire liceret, portantibus de suis rebus, quamcumque vnaquæque possidet, illæ solos maritos in humeris & paruos liberos in sinu atque amplexu gestantes, cæteris rebus militum prædæ relictis. Qua philostorgia motus Imper. omnibus conuiuio exceptis ignouit.

Moriturus præterito filio ætate iam maturo Fredericus Anobarbum imperio destinauit.

Henricus cog. Leo dux Brunsvicensis & Saxonie vir bellicosus & mirabilis, de quo veteres miranda canebant in carminibus Teuthonicis, quo modo scilicet corio infusus equino & per Gryphonem de nauigio exportatus maris periculum euaserit, cum Gryphonibus pugnaerit, Draconem occiderit, per mare cum leone transierit, & similia multa. *Chron. Hirsang.*

Sub Cælestino Lucioque pontificibus Rotgerus, quem Innocentius euocato in Italiam Lothario regno Neapolis exegerat & in insulam Sicilia compulerat, declarato Apuliæ duce Rainone Lotharij nepote, recepit omnia, tantum Italiæ regis titulo abstinuit contentus in posterum rex Sicilia appellari. *Ritus de Regg. Sicilia.*

Pænos affecit magnis cladibus & regem Tuneti iniquis conditionibus ad pacem coëgit pacto stipendio in annos 30.

Hinc redacta ex Africa classe Manuëlem Imp. appulso in Asiam Christianos male accipientem bello persequitur. Corcyram, Eubœam, Insulas cepit, Corinthum, Tebbasque vrbes expugnat. Suburbia Constantinopolis igne ferroque vastat, donec rediens in Italiam classe Imperatorum & Venatorum fufus est. *Ibid.*

Hic videtur esse Rodericus Siculus Orthonis Frisingensis, quando sic scribit lib. 1. hist. Frederici. Rodericus Siculus expugnatis in Græcia Athenis, Corintho, Thebis opifices, qui Sericos pannos (vel potius bombycinos. Nam Serica ex arborum lana conficiuntur, non ex vertme texere solebant deduxit capriuos, & collocavit in Panerno Sicilia vrbe præcipiens vt eam artem docerent suos. Inde factum, vt quam texturam prius Græci soli inter Christianus habuerunt, cum Romanis communicata sit ingeniis.

Hoc ergo æuo delitiæ, istæ vestium innotuerunt Italiæ, indeque Occiduis populis.

h DISCIPLVVS S. Bernardi, qui ad eum sedentem in Petri cathedra scribit libros de Consideratione, religione & eruditione refertissimos, quos Pontifices debent semper habere in manibus.

Instituit Tornacensem Episcopatum in Gallia, cum per annos circiter 600 à tempore S. Medardi fuisset sub Nouiodunensi Episcopatu: Electo in Episcopum An-

Selmo Laudunenſi Abbate. *Guiliel. Nang. Continuatio. Sigeb.*

Ad Armenios id per legatos petentes Sacrificij formam, iuxta eccleſiæ Romanæ conſuetudinem tranſmiſit. *Otho. Friſing. lib. 7. cap. 32.*

Treueros venientem ad Synodum cum 18 Cardinalibus, episcopis & abbatibus multis per tres menses, propriis ſumptibus copioſiſſimè Aldeberus loci Archiepiſcopus aluit. *Chron. Hirſaug.*

Cardinales nutu diuino perciti hunc Pontificem elegerunt. *Plati.* Ille per Diuum Bernardum impetrauit à Conrado Imperatore & Ludouico Francorum rege, vt Christianis in Aſia contra Alcoraniſtas opem ferrent. Hinc vterque cum magno exercitu in terram ſanctam profectus eſt; tempore Balduinorum. Illa fuit tertia expeditio contra Turcas. *Tyri. libro 16. cap. 18.*

Bellum ergo ſacrum tertium Eugenij tempore D. Bernardo oppidatim & regionatim ad illud exhortante, poſt Edellam à Turcis captam, cui præſuerunt Córadius Imp. & Ludouicus Iunior. Hanc expeditionem Tyrius ſcripſit, ex Græcis Nicetas Coniates. ex Hebræis R. Ioſeph Sacerdos.

Nam S. Bernardus miraculis clarus Francofordiam veniens Imperatori Conrado & Principibus perſuadet, vt expeditionem contra Saracenos in Aſiam ſuſcipiant, ſeque cruce ſignent. *Helmold. in Chro. Slaunorum, cap. 60.* Spiram habet R. Ioſeph.

Contractus eſt exercitus maximus ex Germania, Gallia, Italia, Hiſpania, Anglia, Hungaria, atque adeo Europa tota. *Chron. Hirſaug.*

1146 Partem exercitus deſtinant in partes Orientis, alterum in Hiſpaniam, tertiam ad Slauos, qui iuxta Saxones habitabant. *Ibid. cap. 61.*

Manuël Imp. Conſt. per legatos ampliffima munera Conrado afferentes exemplo patris ſui, fædus cum eo renouat. *Friſing. lib. 7. cap. 28.*

Interim tamen farinæ gypſum miſcuit, ex quo Conradi exercitus in Syria miſerè periit. *Nice. in Annal.*

1148 Ipi cum veniſſent Hieroſolymam iunctis copiis cum Balduino tertio & Hieroſolymorum quinto rege Damascum obſident: ſed diſſidio ac dolo cuiuſdam Aſſyrij, obſidionem ſoluere coacti ſunt, & ita quiſque ad ſua nauigauit. *Tyri. lib. 17. cap. 2. & Aemyl. lib. 5. Gagui. lib. 5.*

Miferabilis fuit interitus exercituum Imperatoris Conradi & Ludouici regis Franc. legati Imperatoris Conſtantinopolitani dolo, *Helmold. in Chron. Slaunorum, cap. 61.*

Itaque neceſſarius magis, quàm turpis fuit Conradi & Ludouici reditus in patriam propter clades acceptas, partim Græcorum artibus & perfidia, partim Turcorum ſtrategematis & dolis, partim Latinorum ipſorum pecunia vel fauore corruptorum ſtudiis, quos tamen adiutum è tam loginquis terris venerant. *R. Ioſeph. ſacerdos ubi ſupra.*

Inde deinceps Latinorum potentia in Oriente vſque ac interitum debilitata eſt, quem annis poſt triginta quatuor, nempe Chriſti 1182 Saladinus attulit. *Idem.*

Hoc vnum proſpere ceſſit de vniuerſo opere, quòd

Anni Chriſti.

1145

Principibus.
Manuele Comneno Orientis Imp. centeſimo decimo ſeptimo.

Conrado 3. Occid. Imp. vigefimo primo.

Ludouico 9. dict. 7. Iunior Franc. Reg. trigefimo ſeptimo.

S. Zaliba Aethiopum pretioſo.

Alphonſo 8. Hiſpania quinquageſimo nono, deinde Sanctio an. 14.

Stephano Franco Anglia vigefimo quarto

Boleſlao Criſpo Polonorum principe an. 27.

Balduino 3 Hieroſolymorum rege quinto.

Alphonſo Portugallie rege primo.

Dauidè Scotia.

1153

Anni mundi.

5233

5241

Anni Chriſti

1145

1145

1147

1148

CONCIL. Vezelium ſive Vezeliacum in Burgundia, pro expeditione contra Turcas, præſide Eugenio, & præſente Ludouico Rege cum Aleonora Regina, & aliis Regni Principibus, qui poſt ordinationem habitam à D. Bernardo crucem accipiunt ſacram militiam profeſſi. *Plati. Ioan. le Meire.*

Parieſe quoddam Concilium fertur tunc celebratum ab Eugenio. *Ioan. Fili.*

Ptolomaicum præſente Conrado 3 Tyri. lib. 17. cap. 1.

Remenſe, præſide Eugenio & præſente D. Bernardo, contra hæreſim Gilleberti Pictorum Episcopi, Abalardi ſubtilitatem ſecuti, quam ipſe eo in Concilio publice recantauit. *Bernard ſerm. 80 in Cantica. Ant. tit. 17. cap. 1. ſit etiam contra quendam nomine Eonem, qui ſe magnum prophetam, ſmo vero Dei filium per quem omnia oratio concludebatur, cum dicèretur per aiora, &c. prædicabat, & ex ſuis diſcipulis alios conſtituebat Angelos, alios Apoſtolos. Contin. Sigeb. Otho Friſing. lib. 1. de Frederico cap. 5051. vſque ad 55.*

Anni mundi.

5233

5233

5235

peregrinus exercitus Liſbonam in Portugallia ceperit & eam Portugalenſi regi vindicari. *Ibid. cap. 62.*

Sugerius Abbas S. Dionyſij, regni Francorū negotia ob abſentiam regis, iuxta illius cœnobij prærogatiuam, adminiſtrabat. *Friſing. lib. 1. de Frederico. c. 55.*

Gilbertus Porretanus Pictauorum episcopus, ob inguem eruditionem Vniuerſalis dictus, proſcribitur ab Eccleſia in concil. Remenſi, quòd negaret diuinitatem; quæ Deus eſt, eſſe Deum. *Bernard ſup. Cantica ſer. 80. Contin. Sigeb. Rem. paulò aliter narrat Otho Friſing. lib. 1. de Frederico. cap. 55. 56. 57.* Quatuor ſcilicet Porretanus obiciebantur: primo quòd aſſereret diuinam eſſentiam non eſſe Deum. 2. proprietates perſonarum non eſſe ipſas perſonas. 3. Theologicas perſonas in nulla prædicari propoſitione. 4. Diuinam naturam nõ eſſe indeterminate incarnatam. De tribus vltimis ob exortum Cardinalium contra D. Bernardum & Gallos episcopos tumultum, ſimul ob Theologicas rationes, quæ hinc inde habebantur, nihil eſt decretum. De primo Romanus pontifex definiuit. Episcopus verò præmiſſam ſummi Pontificis ſententiam reuerenter excipiens; Archidiaconis ſuis in gratiam receptis, cum ordinis integritate & honoris plenitudine ad ſuam diœceſim reuertit.

Malachias Episcopus Ardinachenſis ſue Armachanus in Hybernia doctiſſimus & ſanctiſſimus miraculorum dono clarus obiit an. 1148. *Bernard. in eius vita.*

Eudo de ſtella qui ſe dicebat eſſe Chriſtum ann. 1148.

Narrabat Gabuleniſis in Syria Episcopus Eugenio Papæ, quòd ante non multos annos Ioannes quidam vltra Perſidem & Armeniam in extremo Oriente agens rex & ſacerdos cum gente ſua Chriſtianam profiteretur religionem, Verum Neſtorij fermento permixtam. *Friſing. lib. 7. cap. 33.* Quem poſt aliquot annos à Tartaris deletum ex Marco Veneto annotabimus.

An. 1148 Rogerus Sicilia rex Archiepiscopus Africæ, qui Romam vt conſecraretur venerat, ad ſedem ſuam remittit liberum. *Sigeb. Conti.*

An. 1146. Ludouicus Francorum rex Hieroſolymam, voti cauſa abiit. *Annon. lib. 5. cap. 53.*

Robertus Nazarenus episcopus crucem Chriſti erigens contra incendium, flammam & fumum, impellente vento ea in exercitum Turcicum conuertit. *Tyri. lib. 16. cap. 11.*

Libri quarti, Ioannis Damasceni de Orthodoxa fide è Græco in Latinum tranſferuntur per Burgundionem iudicem & ciuem Piſanum, qui maiorem etiam partem operum D. Chryſoſtomi è Græco in Latinum conuertit. *Antoni. tit. 17. cap. 1.*

Archiepiscopus Vliſbonenſis in Hiſpania inſtituitur an. 1147. *Meier. in hiſt. Fland.*

An. 1152. quatuor Archiepiscopus inſtituuntur in Hybernia, ſicut illic ſunt quatuor prouinciæ, Armachana, Dublieniſis Caſtellenſis & Tuameniſis. Quarum Armachana 15 habuit episcopatus. Dublieniſis 5. Caſtellenſis 13. Tuameniſis 10.

Templarij vt eſſent conſpectiores ſuis candidis clamydibus aſſuunt cruces; panni rubei. *Tyri. lib. 12. cap. 7.*

Ortho præbyter Prumiſienſis ann. 1152. ſcribebat lib. de Domo Dei. *Ipe. Ibid.*

HVMANA.

Anni Christi.

Anni mundi.

Rabbi Moses Hispanus, Ben Maimon (qui & contractis dictionibus dicitur Rambam) videtur floruisse circa hæc tempora. Hunc Iudæi habent in summo honore, adeo vt eum insigniuerint titulo מורה נבוכים, id est, Doctoris iustitiæ.

Ipsæ præfatione Maimonim, quo opere cõplexus est, vniuersum Talmud lingua purè Hebraica, in eorum gratiam, qui nesciunt linguam Talmudicam, vel vt impuram & barbaram, fastidiunt, se scribere tradebat. an. 1108 excidij Hierosolymitani, Mundi 4936.

Idem in quadam epistola de Astrologia, meminit suam esse fuisse in Australi plaga quendam impostorem, qui se predicans præcursores ac nuncios Messie sue Christi mox venturi, multos Iudæos ac Arabes seduxit ementis miraculis.

1146 persecutio secunda Iudeorum, quinquaginta ferè post primam, in Germania mota prædicationibus Rodolphi monachi, quando Conradus Imp. arma sacra induebat ad expeditionem Hierosolimitanam. R. Ioseph. Sacerdos.

Contra eam quidem nixus est S. Bernardus Abbas vrgens illud Psalmi, Ne occidas illos, ne forte obliuiscantur populis meis. Ibid.

In ea tamen 1147. R. Simon Coloniae capite truncatus est, & multi alij interfecti. R. Isaac super suo libro occisus. Item R. Patar. & Rabbanus Iacob Mideus. Alij Spiræ, Coloniae, Moguntiae, se baptismo metu obtulerunt, & post ad Iudaismum redierunt. Idem.

Conradus Imp. Iudæos à Gallia Germanique populo eiectos recepit ac in suis municipiis, præsertim Norimbergæ tutum hospitium concessit. Frising. libr. 1. cap. 37. de gestis Friderici.

In Francia persecutio duntaxat fuit pecuniaria dum Ludouicus rex absoluit ære Iudaico Christianos secum in terram sanctam profecturos, quo edicto Israël valde est debilitatus, quod ei multa vndique deberentur. R. Ioseph sacerdos in Chronicis regum Francia & Turcia. (Nam eunctæ Iudæorum opes fere sunt in vsuris & cõpositæ.)

In Anglia se baptizari ferè permiserunt. At in Franciam se recipientes reuersi sunt ad Iudaismum. Idem huius tertie expeditionis infelicem exitum, hanc persecutionem ascribens.

R. Eleazar erat tredecim annorum, quando illa contigit. Vnde & eam maior factus scripto mandauit & deplorauit.

Eustathius Thessalonicensis Archiepiscopus in libros Homeri scripsit commentarios, sicut & in Dionysij descriptionem orbis. Nicetas lib. 7.

Aleonora repudiata à Ludouico Rege in ipsius odiura an. 1152 nupsit Henrico Duci Normaniæ & Andegauensi Comiti, qui postea fuit Rex Angliæ: Ex quo habuit filios quatuor, Henricum, Richardum, & Ioannem postea reges Angliæ, & Ganfridum Comitem Britanniae: filias totidem, quarum alia collocata est Regi Castellæ, ex qua nata est Blanca Regina Franciæ, mater S. Ludouici: Altera Alexio Imperatori Orientis: Tertia Saxoniæ Duci, vnde natus est Ottho Imperator. Quarta Tholosano Comiti. Quæ nuptiæ fuerunt causa grauissimi belli inter Francos & Anglos. Guiliel. Nangiac. Guagni lib. 6. Amyl. lib. 5.

1150

Baugentiacum, in quo Ludouicus Leonoram uxorem repudiavit, ex qua habebat duas filias. Mariam & Alisam. Ioan. Til.

5238

Trenirensis, cui interfuit Eugenius cum 18. Cardinalibus & D. Bernard. In eo libri S. Hildegardis recepti sunt. Trith. in Chro. Hirsang.

Lincopianum in Suecia. Magnus lib. 18. hist. Gotthorum cap. 18.

Anni Christi.

Anni mundi.

i AMATOR & nutricius pauperum. D. Mariæ rotunda templum extruxit. Famis tempore qua tota ferè Europa conflictabatur, victum egenis etiam extra Romæ mœnia degentibus, largissimè suppeditauit. Plati.

Tunium & Tenebium Egypti pagi à Christianis inhabitabantur. Nicetas lib. 5. in Manuele.

Tamiathi insignis virgini dicata ecclesia habebatur in precio, inter medios Saracenos, quod vbi olim Christus eum parentibus substitisset. Herodem euadās. Ibid.

1153

174
i ANASTASIVS III. Romanus an. I. mens. 4. di. 24.

5241

1154

Vacat di. 1.

5242

Apud Francos Politici bonis Ecclesiæ inhiantes, nihil non contra Ecclesias & monasteria moliti sunt. Claramontensis comes, eiusque nepos Podiensis Guillelmus, & alter de Polinaco comes. Sic Guillelmus Cabilonensis. Sed eos repressit Ludouicus rex. Anno lib. 5. cap. 56. Guagni. lib. 6.

Rupertus Buconiensis, Petrus Mauritijs de monte Bufserio in Aruernorū finibus cog. Venerabilis Abbas Cluniacensis. Nicephorus Basilaces Paulinarum epistolarum insignis interpres. Nicet. lib. 7. de Manuele.

S. Hildegardis miraculis & prophetis illustrissima, D. Bernardo chara libris multis per reuelationem conscribit, partim Latinè, partim Teuthonicè. Chron. Hirsang.

Et per Spiritum S. coacta multis in locis Verbum Dei prædicauit. Ibid.

Manegoldum Abbatem Hirsaugiensem durius delinquentes monachos secundum regulam monasticam corrigentem, ideoque infirmorum odia contra se prouocantem adduxit, vt seueritatem in maximâ mansuetudinem commutaret sicque pax inter eum & fratres summa conualesceret. Ibid.

Eodem tempore floret & multa scribit S. Elizabeth monialis in Sconangia diocesis Treuerensis prophetisfa & reuelationibus clara. Ibid.

Hæresis Publicanorum in Anglia. Polyd. lib. 13. Ang. quos alij Catharos, alij Patinos. Concil. Lateran. c. 27.

Catharorum hæresis ex Tandemi reliquijs, primarijs Arnoldo, Marfilio & Theodorico, quos Egbertus S. Florini Abbas oppugnauit. Chron. Hirsang.

Cardensis hæresis de corpore & sanguine Domini male sentiens. Ibid.

Guillelmus Aquitaniæ dux & Pictauiensis comes D. Bernardi discipulus eremiticum vitæ genus apud Gallos restituit, vt deinceps eius ordinis fratres non Augustiniani, sed Guilelmitæ dicerentur, vsque ad Innocentium 3. qui eos Eremitarum S. Augustini nomine appellari voluit. Parisiis, relicta eremo, prima iecit cœnobij fundamenta, Anastasij, deinde Adriani Pont. iussu. Bergom. lib. 12. & Chron. Colon.

Fredericus hoc tempore suscipit imperium, sex expeditiones in Italiam moturus & multas turbas in Ecclesia excitaturus. Nicet. lib. 7. de gestis Manuelis. Et in Armenia, vbi contra Turcas pugnabat, in rapido quodam amne submergendus. Naucler. Tyrinus.

Sub 1153. Galfridus cognomento Arturus, quod de Arturo Britanorum rege fictitio multa scripserit, item de Ambrosij Merlini eius vatis prædictionibus & c. Balens.

Hæresis Armeniorum Monophysitis cõsentanea. Nicet. lib. 17. Orthodoxia. Hinc Manuel Imp. sub. an. 1170 ad eorum Catholicum, Theorianum legat, qui ab illa eum reuocaret, cuius disputatio ibidem extat apud Nicetam.

Vterque tamen errat, si quidem Catholici siue summi Armeniorum Pontificis ad Græcos responsio, quam ipsi afferunt, non est supposita. Nam Armenij fatebantur duas quidem esse naturas in Christo & vnam. sed diuersa ratione. Vno modo naturam pro parte Constituti accipiebant, altero pro Constituto siue Composito, vt cum apud Aristotelem nunc compositum, nunc partem Compositi significare dicitur. Sic in Christo (inquiiebant) duæ sunt naturæ. id est, duæ partes Constituti, deitas & humanitas, & vna natura, id est, vnum Constitutum ex vtraque natura, Christus siue persona Christi. Afferebant pro simili hominem, in quo duæ naturæ existunt, corpus & anima, & vna natura, id est, vnum è corpore & anima compositum. Multum ergo aberant à Monophysitarum sententia.

Illo artificio Græci sæpius vsi sunt in Christianos Orientales, vt quos cernerent in sedem Apostolicam propensos, hæreseos infamia traducerent, vel etiam, quia præ se alios solent contemnere.

Hinc eos suspectos habeo, quotiescunque de Syris, Maronitis, Æthiopicis, Persis, Indis, Georgianis, Ægyptiis scribunt, eos vel Iacobitas, vel Nestorianos appellantes. Nam qui versus eos peregrinantur, Catholicos offendunt, nec nisi quibusdam ritibus & ceremoniis à nobis differentes vident.

Mota quæstione de dogmatibus Mahometis, Manuèle Imperante, Deum Mahometis anathematizandum visum est, vt qui solitarius asseratur, auròque solido constans, (Holosphoros) qui nec genuerit, nec genitus sit, nec sibi similem quenquam habeat. *Nicetas lib. 26. Oribo. & li. 20. Anathematismo 22.*

HVMANA.

R. Beniamin auctor libri Massahoth, id est, Profectio- num, siue vt interpres Benedictus Arias vertit. Itinerarij, genere Hispanus, tunc vigeat. Narrat enim se Ludouico Rege & Alexandro Romano Pontifice, qui mox fedebat, Lutetiam venisse Regni totius caput, in qua (inquit) sunt sapientum discipuli, omnium, qui hodie in omni regione viuunt, doctissimi, atque hi noctu diuque legis studio incumbunt. Loquitur de Iudæis tum Lutetiæ de- gentibus & studiis suis Hebraicis incumbentibus.

NORVEGIAM sub gelido axe (Onuphrius Sueciam addit) sua prædicatione ad Christi fidem perduxit, antequam esset Roma. Pontifex. *Plat. Ioan. Stella in Cron.*

Templorum restaurator insignis. Guilelmi Siciliae regis ob rapta Ecclesiæ bona excommunicari subditos omni sacramento liberat. *Plat. Gradensem Ecclesiam primatum super omnes Venetorum, Istriæ Liburnorum Ecclesias obtinere declarauit. dec. 2. lib. 5. Blondus.*

Inter eum & Fredericum Imp. leui de causa persecu- tionis exardescunt.

Vuilhelmus seu Guilelmus huic Pontifici reconciliatus ab eo declaratur & coronatur Rex vtriusque Ci- cilia, quam acceperat in feudum. *Cran. li. 6. cap. 16.* Ex quo tempore Regnum Siciliae appellatum est Patrimonium Petri. Immo verò longe ante. Nam D. Gregorius Magnus in Epistolis Siciliae patrimonium suæ Ecclesiæ apellat vt supra in Bonifacio 3. docuimus ad an. 607.

D. Bernardus Abbas Clarenallensis oraculum sa-

Anni Christi.

Anni mundi.

Principibus.

Manuele Comneno Orien. Imp. centesimo decimo sep- timo.

Frederico 1. Ahenobarbo siue Barbarossa an. 38. Oc- cid. Imp. vigesimo secundo.

Ludouico 9. dict. 7. Franc. Reg. trigesimo septimo.

S. Zalibala Aethiopum pre- tioso.

Hispania Sanctio tertio se- xagesimo.

Angliæ Stephano Fræco vi- gesimo quarto.

Polonia Bolelao Crispo.

Balduino tertio Hierosoly- morum rege quinto.

Portugalliæ Alphonso.

Scotia Dauide.

175

K ADRIANVS Antio- ch. an. 4. mens. 10.

Vacat dies 3.

5242

5247

10.

culi

Anni Christi

Anni mundi.

1154

Patriarchis. Constantinopoli Constanti- no 4, deinde Luca an. 12.

Antiochia Aymerico.

Hierosolymis Fucherio, de- inde Amalrico an. 23

Principibus.

Manuele, Comneno Orien. Imperatore. 117

Frederico 1. Ahenobarbo seu Barbarossa Occid. Imp. vi- gesimo secundo.

Ludouico 9. dict. 7. Fr. Reg. trigesimo septimo.

S. Zalibala Aethiopum pre- tioso.

Sanctio tertio Hispania se- xagesimo.

Stephano Franco Angliæ, vigesimo quarto, deinde Henrico 2 Andegauensi an. 34.

Boleslao Crispo Polonia.

Balduino 3 Hierosolymo- rum rege quinto.

Alphonso Portugalliæ.

Dauide Scotia, deinde Macolmo an. 12

5242

5247

1159

culi vitæ sanctimonia & summis miraculis clarus obiit an. ætatis 63 & an. Christi 1153. *In eius vita lib. 5. cap. 2.* postquam centum quadraginta sui ordinis monasteria per se, et si alienis impensis construxisset. *Chron. Hirsaug.* Alexander 3 PP eum in Sanctorum numerum retulit an. 1165.

Eo intercedente Fredericum & Conradum duces Bambergæ Lotharius Imp. in gratiam recepit. *Frising. lib. 7. cap. 19.* Sic an. 1144 eodem conciliante Theobaldum. comitem Ludouicus rex. *Sigeb. Cont.*

Balduinus 3, qui Hierosolymorum rex fuit ab an. 1142. ad 1162. Afcalonem capit ibique Episcopum constituit. *Tyrius lib. 7. c. 30.* vel 1157 iuxta R. Ioseph.

1158 Norandinum ab obsidione Speluncæ vrbis ma- gna eius clade remouit. *R. Ioseph in Chrpn.*

Eius denique tempore Sagninus Turca cum nostris multa bella in Oriente gessit, Edessa etiam expugnata. Germani & Franci in terram sanctam venere. Norandinus Sagnini filius Damasci Dominum vi se constituit. Post Francorum reditum fines Antiochiæ vastauit, Remundi loci principis capite ad Baldensem Calipham misso, Manuël de manibus R. viduæ Remundi Antio- chiam recepit. Turcæ Hierosolymam frustra obsedere. *Ibid.*

1157 Americus Patriarcha Antiochenus ignomi- nia affectus à Reginaldo Castellano, qui hæredem Antiochiæ in vxorem duxerat, Hierosolymam fugit. *Ibid.*

Sed postea an. 1160 à Balduino restituitur, post- quam Reginaldus ad Edessam fuisset à Turcis captus. *Ibid.*

Visto admirabilis Tondali militis in Hibernia his tem- poribus facta dicitur *Chron. Hirsaug.*

Post Reginaldum Boëmundus eius priuignus in Pa- triarcham & Episcopos sæuit frustra intercedente Baldui- no Hieros. rege. Quod dissidium res Turcarum mire au- xit. *Nauc. gener. 39. Tyri. lib. 22.*

1158 Liuania Regio, quæ hodie vocatur Lisland. ce- pra est tunc primum à mercatoribus Christianis explo- rari: vbi cum plurimi lucri causa sæpe aduentarent, S. Menardus tunc presbyter doctissimus Christum prædica- cans multos eorum, inter quos erat Cobbe Liuania Princeps, à gentilitate ad fidem Christianam traduxit. Ipse postea rogatu Cobbe Principis ab Alexandro 3. PP. designatur illius loci Episcopus, vbi nunc est Riga Metropolis *Cram. lib. 7. c. 13.*

Eodem an. Siciliae rex Gulihelmus captam Sibyllam quæ est Metropolis insulæ Geræ inter Africam & Baby- lonem Ægypti, Christianis incolendam dedit, præposito Archiepiscopo. *Sigeb. Continuat.*

HVMANA.

Eodem Manuel Imp. Const. proficiscitur in Cili- ciam contra Turum principem Armeniæ, qui illam pro- uinciam ei eripuerat depulsis Græcis. *R. Ioseph vbi supra.*

Sequenti 1159 litem inter vtrumque diremit Balduinus Hierosolymorum rex. *Ibid.*

Mediolanum septem annos iam obsessum Friderico Imp. Iudæi produnt. *Bergo. lib. 12*, quæ urbem postea diruit & sale conspersit auctoribus defectionis securi percussis.

Brixiam, Cremam & alia multa Longobardiæ oppida idem cepit. *Cro. Hist. Aug.*

Malcolmus Scoti rex quartus regi Anglorum homagium primus præstitit.

An. 1158 eiectis, qui supererant in Obotritorium terra Sclavis, incolas ex Hollandia Frisiæque Henricus Saxo substituit. *Helmod. cap. 8.*

Ducem Boëmiæ regia dignitate & titulo insigniuit, ob res præclare ad Mediolanum gestas renunciatione & confirmatione publicè & solenni ritu facta.

A Gunthero poëta versibus celebratur.

I CONFIRMAT ordinem Carthusiensium. *Facic. temp.*

Optimè præfuit, quatuor Antipapis è medio sublatis, quos contra ipsum crexerat Fredericus Imp. bello furens contra Italiam.

Doctissimus fuit præcipue in sacris literis, decretis, Canonibus, & Romanis legibus. *Conti. Sigeb.*

Alphonso Portugallensium nouo & primo regi coronam per Albertum Cardinalem tradit, ea lege, vt quotannis Portugallenses reges duas auri libras Ecclesiæ Romanæ perfoluant. *Garybay. p. 4. lib. 34. c. 16.*

Romæ moritur sublatis prius è medio quatuor Schismaticis pontificibus, quorum seditionibus Ecclesia Romana penè subuersa est.

Cæsarianos Pseudopontifices excommunicatos, quamquam integra ætate, senex iusto Dei iudicio sepeliit. Favebant ei legitimo Pontifici duo Reges, Ludouicus Galliæ & Guilelmus Siciliæ. *Jouius lib. 1. viro. illustr.*

Eo tempore Guelphorum & Gibellinorum factiones Italiam præcipue miscebant. Guelphi auctoritatem Romani Pont. contra Cæsarem tuebantur.

Frederici Imp. vim metuens ad Venetos confugit. Verum Otthone Imperatoris F. qui cū classe pontificem repetebat, à Venetis victo & capto, pax Italiæ est reddita. *Cromer. lib. 6. de rebus Pol.*

Ad eius pedes procubuit Fredericus Imp. petens absolutionem excommunicationis, *Plati.* Ferunt Ludouicum Francorum & Henricum 2. Anglor. reges, pedites ei inseruisse stratoris officio, ac leua dextræque frænum equi ipsius tenentes eum per Tociacum urbem magna cum Pompa deduxisse.

Cuius eos pudere non debuit. Nam & magnus ille Constantinus longe potentior, & Sanctior, prius id honoris Syluestro Christi vicario exhibuerat. *Photius in Nomenclone.*

Illum prensabat Emanuel Orientis Imp. Occidentis Imperium ambiens, non ignarus inimicitiarum eius cum Friderico. *Plati.*

Fredericum Occidentis, Emanuëlem Orientis Imperatores Guilielmū Siculum & Longobardos dissidentes in gratiam reduxit. *Martinus Polonus.* Henricum quoque regem Anglorum & eius filium. *Continuat. Sigeb.*

Præter vnum D. Petrum, qui 25 ferè annis, Syluestrum primum & Adrianum primum, quorum vterque 23 annis præfuit, cæteros annorum numero in Pontificatu superauit. *Ibid.*

Cazimiri regis Poloniæ leges, quibus (an. 1079) post

Anni Christi.

Anni mundi.

176
1159 I ALEXANDER III. 5247
1180 Senensis, an. 21. dies. 19. 5268
Vacat dies 14.

Patriarchis.

Constantinopoli Luca, deinde Michael 3, an 9. Charitone an. 1. mens. 2. Theodosio. an. 6.

Antiochia Aymerico.

Hierosolymis Amarico.

Principibus.

Manuele Commeno Constantinopolitano siue Orient. Imp. 117.

Frederico Ahenobarbo siue Barbarossa Occid. Imp. vigesimo secundo.

qua

Anni Christi.

Anni mundi.

1149

5274

Ludouico 9, dict. 7, Francorū Rege, trigesimo septimo.

S. Zalibala Aethiopum pretioso, deinde Imra. an. 40.

Sanctio 3 Hispania sexagesimo, deinde Ferdinando 2, an. 17. Alphonso 9, an. 38.

Henrico Andegauensi Anglia, vigesimo quinto.

Boleslao Crispo Polonia, deinde Miecislao sene, an. 4. Cazimiro, an. 17.

Balduino 3 Hierosolymorū rege quinto, deinde Almerico rege sexto, an. 12. Balduino quarto, an. 2.

Alphonso Portugallia rege primo.

Macolmo Scotia, deinde Vuillelmo, an. 49

Schisma 19, quod durauit an. ferè 20

Octavianus, qui & Victor 4 contra Alexandrum à tribus tantum, vel vt alij volunt quinque Cardinalibus factione Imperatoris Ahenobarbi electus PP. sedit an. 4, mens. 7.

1180

5268

quatuor Russiæ prouincias occupatas regnum suum ornauerat, confirmat. *Funcius.*

Inter Sanctos Bernardum Clareuallensem Abbatem an. 1165, id est, duodecim post eius mortem annis retulit, & Thomam Cantuariensem Archiep. 1174. i. tribus post eius necem.

Sub hoc Alexandro totus tunc orbis Christianus mutuis bellis ferè collidebatur. Veneti cum Hungaris, & Græcis de Dalmatiæ dominatu decertabant. Græcorum Imp. Emanuël ab Alexandro Pontif. non ignarus inimicitiarum eius cum Friderico magnis pollicitationibus & donis Occidentis imperium ambiebat. In Anglia Henricus rex Thomam Cantuariensem cum occidisset, à filio regno pellebatur. Fredericus Imp. Longobardiam & Italiam vexabat. Germaniam Henricus Saxonum dux moribus concitabat. Boëmia ciuilibus bellis distinebatur. *Crom. lib. 6. de rebus Polon.*

Alexander Lutetiam se contulit & sacella multa in S. Germani de Prato Ecclesia dedicauit. *In Chronic. Monasterij. S. Germani Pratenfis, quorum ibi fragmentum pendet de Sacellorum quorundam cancellis.*

1175 Fredericus Imp. totum imperium Romanum turbat, propter inobedientiam & rebellionem contra sedem Apostolicam. Excommunicatus Pontificem verbis scriptis, & armis persequitur, cunctosque cum illo sentientes. *Chron. Hist. Aug.*

In Asia Emanuël Orientis Imp. in prælio quodam captus à Turcis, mox ex pacto dimissus, paulò post obiit. *Cromer. Ibid.*

Almericus Hierosolymorum rex sextus ab anno 1162 ad 1173. In eum Ægyptij rebellauerunt nec voluerunt, vt patri fecerant, tributum pendere, donec Soltanus audiens Siracum à Norandino Turca Damasci principe missum in Ægyptum cum exercitu properare, se iterum ei subdidit, malens nostris esse tributarius, quam Turcis.

Cum Norandino, qui annis 29 Alepi Dominum se gessit, sapius pugnavit.

Siracum eius decem in Ægypto vicit & Soar Sultanum liberauit.

Saladinum Siraci nepotem Alexandriæ obsedit donec Hugonis Cæsariæ principis captiui interuentu, pace facta, tota Ægypto Siracus cessit.

1163 Hugo & Godofredus Germaniæ Principes Tripolim appellentes Norandinum cæciderunt. Sed paulò post ad Antiochiam capti sunt à Norandino bellum gerente contra Boëmundum Antiochiæ principem, Callumnosum Manuëlis in Cilicia ducem & Turum regem Armeniæ.

1165 Pelusium cepit. Mox Siracus à Norandino missus in auxilium Sultani Soar, proditione ipsum Soarem occidit, & Sultanum se Turcarum primum constitui à Calipha Ægyptio impetrauit.

Cui mortuo successit Saladinus, qui per 20 annos bella varia cum Christianis gessit, eòsque tandem dominio terræ sanctæ exiit. *Hæc omnia è R. Joseph ubi supra.*

Idem Almericus ad reges occidentis, an. 1170 legatos misit contra Saladinum omnia in Syria expugnantem.

Quin & ipse an. 1171 ea de causa Constantinopolim venit. *Ibid.*

1175 Balduinus 4 rex fit Hierosolymorum septimus, sed quia adhuc erat puer, nempe annorum 13, administratio

demandata est. Remundo Tripolis principi. *Idem.*
 Cum Saladino multa bella gessit vario Marte. Zoram
 propè Damascum eripuit. Regnavit ab an. 1175 ad 1186.
Ibid.

Petrus Longobardus cognomento Magister sententiarum, qui Episcopus Parisiensis. an. 1160 salutatus est, eessione Philippi Ecclesiæ illius Archidiaconi, Ludouici regis fratris, qui alioquin a maiore parte electus fuerat. *Aemyl. in Lud. Juniore. Contin. Sigeb.*

Primus Latinorum Theologiam per antiquorum libros sparsam in certam methodum artèmq; redegit, æmulatione Io. Damasceni, qui ante quingentos annos idem Græcis & Syris præstiterat. Illa autem methodus illo Danielis Versiculo recoli potest, *Est Deus in cælo reuelans mysteria.* Nam apud vtrumque primus liber est de Deo deiq; essentia, natura, proprietatibus, attributionibus. Secundus de cælo cæliq; & rerum cælo comprehensarum creatione. Tertius de reuelatione, siue incarnatione Domini, & rebus ad eam pertinentibus. Quartus de Mysteriis & Sacramentis.

Gratianus Bononiensis monachus, rapsodus libri Decretorum, quem & summo Pontifici confirmandum obtulit.

Petrus Trecensis cognomento Comestor vel Manducator, auctor scholasticæ historiæ, si nonnullis credimus, fratres nothi. *In vita Gratiani.* Alij contra putant eos nec Germanos nec *αυχοβους* fuisse: sed ipsi falluntur, quod ad eorum tempus pertinet.

Richardus à S. Victore Theologus Parisiensis. Lucas S. Cornelij Abbas. Richardus Cluniacensis Chronographus.

Contra Petri Longobardi aliqua capita scripserunt Gulielmus episcopus Senonensis, Ioannes Cornubiensis in suo Eulogio, & Ioachim Abbas.

Hugo Etrerianus, qui ad hunc Alexandrum suos tres libros de processione Spiritus S. scripsit, & apud Emanuelem Imp. Constantinop. magnæ fuit auctoritatis, Errat enim Trithemius, dum illum locat sub Alexandro 4. Multa Græcè & Latinè scripsit.

Leo Tuscius interpres Liturgiæ D. Ioannis Chrysostomi se eius *αυχοβου* se esse scribit.

Banduinus alter auctor librorum 4 sententiarum Theologicarum. Nam nescitur vter, ipse an Petrus Longobardus fuerat cuculus, alienum sibi supponens partum, ut fit in Plinio & Solino. Hoc vnum scitur Theologiam Scholasticam ab his duobus præcipuè fuisse fundatam, ob subriles Græcorum contra Latinos disputationes de Trinitate, de Processione S. Spiritus, ob Berengarianos & Petrobussianos contra Sacramenta multa temerè & curiosè effundentes, ob Gilb. Porretanum. Petr. Aballardum philosophos Theologiæ philosophiam admiscentes, ut spinosas & subriles quæstiones deciderent & amputarent. Amulati sunt Damascenum, cuius 4 libros de Orth. fide citant, ordinem & methodum sequuntur.

Otho Frisingensis Episcopus filius S. Leopoldi, frater Henrici ducis Austriæ & Freder. Imp. patruus, Chronologiam ab orbe condito ad annum Christi 1150 octo libris pertexuit Primus Bauaros rationem disputandi Aristotelicam docuit. *Aen. Syluius.*

Helmoldus canonicus Bursoniensis Historiam Hænetorum siue Sclavorum à Carolo Magno ad Fredericum Enobarbum ceu vsque ad an. Christi 1168 perduxit.

Anni Christi. 1159

Anni mundi. 5247

CONCIL. Claromontense. preside Alexandro Rom. Pont. contra Victorem, & Fredericum Imp. celebratum fuisse, testantur Platina & aliqui alij.

Cisterciense habitum Morimundi. Helmold. lib. 2. cap. 9 de Sclavis.

1163

5252

Turonense, preside Alexandro Papa, quo in Concilio acta Concilij Papiensis, in quo Victor Pseudopontifex, & Fredericus Imp. presuerant, damnata sunt, & uterque excommunicatur. Contin. Sigeb. Aemyl. lib. 5.

1164

5252

Calixtus 3 Victori in schismate succedens, sedit ferè an. 6.

1169

5257

Paschalis 3 antea appellatus Ioannes, à quibusdam electus post mortem Calixti, iussus tandem est à Frederico Imp. se abdicare pontificatu: sic finitum est schisma, postquam sedisset an. 7. mens. 5.

1180

5268

Petrus

Anni Christi.

Anni mundi.

1171

5259

CONCIL. celebre plurimorum Episcoporum, coactum ab Henrico Angliæ rege Casseli, que vrbs est Hybernia insula, ad corrigenda ea que minus ritè secundum dogma Christianum fiebant in Hybernia (nam singuli pro opibus plurimas habebant uxores) quam ipse Henricus nuper edomitam ab Alexandro Papa dono acceperat, cum iam ab initio post Christianam religionem acceptam Hyberni sese ac omnia sua in Romani Pontificis ditione dedidissent. Polyd. lib. 13. Aug. hist.

1178 vel 1180

5256 vel 5268

Vndecimum generale Concilium (secundum vniuersale Latinorum) alijs primum Lateranense, preside Alexandro Rom. Pontif. Epif. 280. (vel 300 ut ait Tyrius lib. 21, c. 26.) cum Orientalium, tum Occiduorū: continens 50 capita de reformandis moribus, tam Laicorum quam Ecclesiasticorum, & ne infidelibus arma deferantur. Antonin. tit. 17, c. 1, Tom. 3. Concil. In eo secta Vaudensium damnatur. Item Catharorum qui etiam patini & Publicani. In ea etiam lex salutaris de duabus tertijs suffragiorum Cardinalium ad euitanda in posterum Schismata facta est.

Petrus Blesensis Archidiaconus, Thomas Græcus, Arnoldus Abbas Bonæuallis, Guibertus Abbas Gemblacensis, Petrus de Riga Remensis, Ganfredus Antistiodorensis, Ioannes Episcopus Carnotensis, Balduinus monachus Abbas Fordienensis, postea Vuigornienensis Episcopus, Balduinus Archiepiscopus Cantuariensis, Ecbertua Abbas S. Florini, Odo Cantianus scriptores Ecclesiastici. *Trit. de scripto. Contin. Sigeb.*

Ordo Vailhelmitarum seu Guilelmitarum (quos vocant heremitas) sumpsit initium à Ioanne Bono Manuano. *Sabel. Ennead. 9. Fascicul. temp.* Nomen autem à Guilielmo Aquitaniæ duce & Pictauiensium comite, qui eam familiam condidit, ut sectarentur collectam ex D. Augustini operibus regulam.

S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, cognomèto Bequetus, fit martyr in Anglia, an. 1171. *Tyr. libro 20, c. 23.* Quam ob eadem Henrico secundo tunc Angliæ regi specie penitentia inunctum est inter cetera ab Alexandro Pontifice Rom. ut ipsius subditi possent libere ad Romanam curiam prouocare: & ne deinceps vllus esset rex Angliæ, quem Roma Pontifex non designasset. *Polyd. lib. 16 hist. Ang. Blond. lib. 5, dec. 2.* Henricus 8 Angliæ Rex ipse S. Martyris reliquias incendit, ann. 1538.

Petracensis vrbs vltra Iordanem in finibus Moab, secundæ Arabiæ metropolis an. 1167 episcopali dignitate insignitur. *Tyr. lib. 20, cap. 3.*

An. 1163 Rugiani Sclavorum gens ab Erico Danorum rege vincuntur & Christo lucrifunt. *Saxon. libro 15, & 16.*

Finlandi ab Erico Sueuorum rege cruento prelio superati Christum agnoscunt. *Ioan. Nag. Goth. lib. 19, cap. 3.*

An. 1172 Petrus Legatus Rom. Pontif. sese Agennensibus hæreticis opposuit. *Contin. Sigeb.*

An. 1182 Ioannes Cardinalis ab Alex. Papa constantinopolim missus, petente id Manuele Imp. ut Græcorum ecclesiam Romanæ vniret, à Græcis immaniter occisus est & per vicos vrbs rapatus. *Sigeb. Contii. Manuelis odio Andronicus hanc patrauit eadem. Cuspinian. de Imp.*

Ordo Carmelitarum (qui tunc variegata Chlamyde induebantur) initium habuit in desertis Syriæ, Almerici Antiocheni antistitis opera. *Polyd. lib. 7, de inuento. re. c. 3.* Sed eorum origo altius repetitur nempe à Prophetis Elia & Eliseo, qui Carmelum montem terræ sanctæ primi consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scriptura filios Prophetarum appellat. In Europam eum postea induxit Albertus patriarcha Hierosolymitanus. Primi sunt mendicantium.

Milites D. Jacobi sub ritu S. Augustini approbante Alexandro PP. exoriuntur in Hispania. Primus eorum magister fuit Petrus Ferdinandus. *Polyd. ibid. cap. 5.*

Calatranensès milites à loco denominati auctore Sanctio rege circiter an. 1160 oriuntur. Nigrum vestitum cū rubra gestant cruce ac Cisterciensium emulantur regulam. *Polyd. lib. 7, de Inuent. cap. 5.*

Burgundio Pisanus Chrysostomum in Ioannem in Latinum vertit. *Contin. Sigeb.*

1163 Quidam hæretici de secta Catharorum, siue Cataphrygum se mundos & solos Christianos asserentes, ceteros immundos & hæreticos, nec sibi obesse vlla flagitia, allegantes illud Pauli, Omnia munda mundis, vbi de Flandriæ partibus Coloniam venissent, nec die Do-

minico

minico Ecclesiam intrarent , detecti sunt. *Chro. Hirsaug.*

Cum eorum hæresiarchis Arnolde, Marfilio, & Theodorico publicum disputationis certamen inuit Eckbertus Abbas cumque nullis rationibus ad sanitatem reuocarentur, Colonia exusti sunt cum quinque aliis maribus & duabus fœminis. *Ibid.*

Ex reliquiis Tandemi Adamiæ, de quo supra , cuius errores, et si per fratres S. Norberti præmonstratensis in inferiore Germania & magna ex parte fuere extincti, repullularunt tamen in diuersis mundi Prouinciis, præcipuè in regno Boëmiæ, in Alsatia, Turingia &c. vt vsque in præsentem diem duret, quamuis occultè. *Tritem. in Chron. Hirs.*

Vualdensium (qui sic dicti sunt ab Vualdo Lugdunensi eorum authore) siue pauperum de Lugduno variæ hæreses exoriuntur, anno 1170. *Guido Carmelit. lib. de hæresibus Bernardus Lutzeburgus* eas reiiicit in annum 1218. Inter multa dogmata quæ ipsis attribuit Æneas Syluius cap. 35 hæc sunt, Preces pro mortuis & purgatorium ignem esse inuentum auaritiæ Sacerdotum : delendas sacras imagines : Confirmationem & extremam vnctionem non esse sacramenta, auricularem confessionem esse nugacem : Sacerdotem quocunq; loco, quocunq; tempore sacrum Christi corpus conficere posse, & sufficere si verba sacramentalia tantum proferat. Idem fortasse cum hæreticis illius temporis, quos auctor) qui tunc degebat) continuationis historiæ Sigeberti vocat Agenenses.

HVMANA.

Ann. 1162 Cingi siue Cangi Tartarus faber extra Imaum Magnus Cham siue Imp. gentis suæ per seditionem creatur, mox vicinos subigit & tandem Vmcanum ipsum dominum suum, qui à Latinis presbyter Ioannes vocabatur, & in India & Serica, non Æthiopia, imperabat. Illic deinceps imperium Orientis desit esse penes Christianos, mansit tamen religio incolumis, vnde & totus Oriens Christianis resperisus est, & prouincia Tenduc, vbi erat presbyteri Ioannis Regia tota penè Christiana. *Hæc ex M. Veneto, qui horum fuit spectator.*

Inde eius posteritas in Scythia & India latissimè regnat, collocata regni Metropoli in Catay & Quinsai, & tota Scythia Tartariæ nomen sortita.

Quidam Sardenis mente captus, elapsus à parentibus, diu more ceruorum vixit, gradiens pedibus manibusque & vescens eorum pabulo. Tandem cum Rex Sardinia insula venaretur, captusque fuisset cum seruis aliis, parentibus eum alloquentibus nihil respondit, sed nec appositum panem & vinum gustare voluit, contentus herba : ynde & paulò post media nocte clam, manus parentum euadens, ad ceruos rediit, nunquam postea visus ab aliquo. *Abben Ezra in cap. 4. Daniel.*

1163 Moguntia ob necem Arnaldi Archiepiscopi, iussu Frederici Imp. mænibus exucta est, & sic sine muro per annos triginta septem permansit *Chron. Hirsaug.*

1164 Oceanus in inferiore Germania per 12 miliaria effusus in terras, multa hominum millia, maximè circa flumium Vueseram submersit *Chro. Hirsaug.*

1166 Siracus Turca occiso Soarè Sultano Ægypti, se Turcarum primum à Calipha Ægypto cõstitui obtinuit.

Anni christi.

1177

CONCIL. Northantoni in Anglia celebratur à quodam Cardinale nomine Hugone legato Rom. Pontificis, conuocatis tam Anglicanis quàm Scotis Episcopis, ad componendas lites inter Cantuariensem & Eboracensem Archiepiscopos, qui contendebant de primatu in Scotos Episcopos, qui celsit Eboracensi. *Polyd. lib. 13 hist. Aug.*

5265

1178

Concilium alterum Northantoni coactum Episcoporum Anglia, preside Hugone quodam Cardinale legato sedis Apostolica. In eo multa & varia pro Christiana religionis statu aguntur. *Polyd. lib. 13. Angl. hist.*

5266

Anni mundi.

Anni christi.

1181

177
m LVCIVS III. Lucensis, natione Tuscus, an. 4.
mens. 2. dies. 18.
Vacat dies 12.

5279

1185

5283

Patriarchis.
Constantinopoli Theodosio, deinde Basilio Camatero, an. 3. mens. 6.

Antiochia Aymerico.

Hierosolymis Heraclio, an. 24.

Anni mundi.

Nam præcedentes Sultani erant Ismaelitæ siue Saraceni. *R. Joseph sacerdos in Chron.*

Eo deinde mortuo Saladinus nepos Sultanus designatus est, qui ingressus ad Calipham Dominum suum, vt de more adorans Sultanismi insignia de manu eius acciperet, Calipham occidit cum tota ipsius familia eiusque Thesuros direptos militibus suis distribuit, seque Sultani & Caliphæ titulis simul eodem die exornauit. *Ibid.*

Inde per 20 annos varia bella contra Christianos gefit, eosque tandem Dominio terræ sanctæ exiit. *Ibid.*

Bernæ fundamenta iecit Bertoldus 4 Zeringiæ & Burgundiæ minoris dux, necnon Geneuæ & Lausanæ princeps, qui obiit an. 1185. Eam Bertoldus 5 deinde 11 cum suis pagis imperio attribuit. *Chro. Burg. & Helueticum.*

Cum Berna (quæ lingua Heluetica Vrlum sonat quòd cum ædificaretur casu occurrisset, vsus) Friburgum vrbs ædificari cœpta. *Nauch. Munst.*

1170 Ingens terræ motus Orientem concussit subuersis multis vrribus, vt Tripoli Syriæ, Antiochia, Cæsarea, Alebia, Emesa, Amafo. *R. Joseph in Chron.* Prænuntius claudis nostrorum, qua Orientis possessione excussi sunt à Turcis, principe Saladino.

1171 In Gallia prope Aureliam multi Iudæ cõbusti sunt, quòd increbruisse eos puerum in fluuium misisse. inter eos R. Iehiel, F. R. Dauid, & R. Iekuthiel, sacerdotes discipuli R. Samuël. *Ibid. R. Joseph.*

Hunc diem Iudæi Franci & insulani anniuersario luctu & ieiunio recolunt. *Ibid.*

Eodem Colonia R. Benjamin & R. Abraham Scriba de adulterato argento accusati pœnas euaserunt Iudæis eas 140 aureis redimentibus. *Ibid. ex R. Ephraim. F. Iacob.*

1176 R. Mose filius Maiemon absoluit suum Misna quo totum Talmud lingua purè Hebraica elegantissimè est complexus.

Tzetzes tunc Græcè varia commentatur.

1177 Blesis habitantes Iudæi puerum Christianum in cruce egerunt die Cœnæ Dominicæ. *Sigeb. Cont.*

Ob quæ & huiusmodi alia Gallia & Germania vulgus passim in istos sæuiit. *Frising. lib. 1, cap. 37. de gestis Frederic.*

1179 Philippus Franc. accusatoribus Iudæorum, quòd singulis annis funderent sanguinem innoxium aurem non præbuit, sed pro eis legem tulit. *R. Joseph. in Chron.*

1180 Colonia ob puellam inuentam mortuam in Rheni ripa, Iudæis fluuium nauicula traicientibus, Iudæi plerique occisi sunt, Cæteros Fredericus Imp. 500 aureis multauit. *Ibid.*

Miecislaus senex Monarcha ter deiectus Polonia principatu,

m LVCIVS literatus fuit. *Tyr. li. 22. cap. 7.* Vixit. an. ferme 50 in Cardinalatu. *Onuph.* Principibus auctor fuit, vt in Asia laborantibus Christianis suppetias ferrent. *Plati.* ab vrbe deiectus est, quòd ex ea consulum nomen abolere nite retur.

Primus iuxta constitutionis formam positam in 11 Concil. Lateranensi creatus est pontifex.

Ad hunc vsque Nicolaus Maniacutius Heroicum carmen de Romanis Pontificibus edidit & nomina 178. Pontificum centum viginti quatuor. versibus scite conclusit.

Theodorus Balsamon iurifconsultus & theologus,

Antiochenus

Nam

Antiochenus postmodum Patriarcha (sed nomine tenus. Nam Latini adhuc Antiochia potiebantur, in eaque Latinos Pastores præficiant) multa hoc tempore scripsit, ut ipse de se testatur in præfatione super Nomocanonem. *Nicetas quoque lib. 3* de Isaacio. Sed aliquot errores suis libris immiscuit, ex Ioanne Citri episcopo, qui eum audiuit, responsis ad Constantinum Cabasilam Dirrachij Archiep.

Sedit contra Aymericum tertium è Latinis Patriarcham capta à Turcis Antiochia an. 1186. Tum enim Isaacius Imp. Theodorum Balf. patriarcham nominauit. Quemadmodum postea Hierosolymis captis illic Græcum Laconicum siue Leontium virum eruditum Patriarcham Hierosolymitanum constituit an. 4. Deinde Dositheum (*Nicetas lib. 3*.) Vnde intelligitur Isaacium colluisse cum Saladino. Vel alter Patriarcha Antiochenus erat titulo tenus duntaxat. Nam vel quando Latini erant Patriarchæ, non desierunt Græci suos instituere & continuare vsque ad hodiernum; qui Ioachimus nominatur.

Ad interrogationis cuiusdã Marci Alexandria Patriarchæ respondit, sed peruersè in multis & contra Canones *Ioannes Citri episcopus ubi supra.*

Petrus comestor iuxta quosdam, viget.

Hoc tempore bella terræ sanctæ inualescebant. *Vnicelius.*

Saladinus Castro de Vado Iacob vi expugnato, Templi milites ferris medio dissecuit sub an. 1180 reliquos sacerdotes capite damnauit. Plebi vitam promisit, si nepotem bello captum restituerent. *Sigeb. Cont.*

Armeniorum rex cum omnibus episcopis & regni subditis, an. 1181 se sedi Apostolicæ subiicit.

Eodem Balduinus Hierosol. rex Aegyptiorum regem Saladinum non longe ab Ascalone superauit & in fugam vertit. *Chron. Hirsang.*

Balduino mortuo 1182 Saladinus à Remundo Tripolis Principe, qui inimicitias exercebat cum Guidone Lusignano nono & nouissimo Hierosolymorum rege, inuitatus multas vrbes Christianis eripuit, indeque per dedicationem Hierosolymam. *R. Joseph in Chronicis.*

Postquam omnes captiuos occidisset præter Guidonem regem & magistrum militiæ eius. Qua potito victoria Acco, Berytus & cæteræ regni vrbes sese dederunt præter Ascalonem. *Idem.*

Eodem an. 1182 Heraclius vltimus è Latinis Hierosolymorum Patriarcha ad Lucium Papam & Philippum regem venit petito auxilium contra Saladinum Aegyptium. *Gagui. lib. 6.* Claves vrbs & Sancti sepulchri ipsi attulit regnum eius iuri subiiciens. *R. Joseph.*

Inde Philippus exercitum Hierosolymam misit, sed intempestiuè. Quin & Heraclius venerat conquestum auxilia post cladem à Saladino factam. *Blond. de decli. lib. 6. dec. 2.*

Eius anno septimo Hierosolyma capitur. Tum contra eum sedit Laonicus siue Leontius Græcus.

Guillelmus Tyrius Archiepiscopus quintus ex Latinis, suam historiam de bello sacro Latinorum contra Turcas & Saracenos. 84 annos complectentem, ab anno Christi 1100 vsque ad annum 1184 persequitur.

Scripsit etiam historiam Orientalium, annorum 570. Acta Synodi Lateranensis & alia quædam *Ipsè lib. 21.*

Anni
Christi.

1181

Anni
mundi.

5279

Principibus.

Alexio puero Commeno, an.
3. Orient. Imp. 118 & post
eum Andronico Commeno
tyranno, an. 2. Orient. Imp.
119.

Friderico 1 Barbarossa Oc-
cident. Imp. vigesimo secun-
do.

Philippo 2 cogno. Theodato
& Augusto, an. 43 Franc.
Reg. trigesimo octauo.

S. Imra Aethiopia pratiofo
an. 4.

Alphonso 9. Rege Hispania
sexagesimo secundo.

Henrico 2. Andegauensi
Anglia, vigesimo quinto.

Cazimiro 2 Polonia.

Balduino quinto Hieroso-
lymorum rege octauo an. 6.

Alphonso Rege Portugal-
lia primo, deinde Sanctio
an. 26.

Vuillemo Scotia.

1185

5285

Anni
Christi.

1185

CONCIL. Veronense, præ-
sede Lucio Papa, ut Christiani occi-
dendi Principes Asianis contra Tur-
cas ferrent suppetias, & contra Ro-
manorum superbiam. *Platin.*

Anni
mundi.

5285

cap. 26. Octogenarius obiit sub. an. 1219. Heroldus.
Alexij Comneni tempore dogma motum est de my-
steriis altaris, illane essent corruptibilia, an incorrupti-
bilia. Ea esse incorruptibilia confirmauit Alexius. *Nice-
tas lib. 27, Orthodoxia.*

Ann. 1183. Multi hæretici combusti sunt in Flandria,
iussu Philippi Flandrensis Comitis, & Guilelmi Re-
mensis Archiepiscopi, sedis Apostolicæ legati. Illi dice-
bant omnia æterna à Deo, corpus autem hominis & tem-
poralia à Luciabelo creata esse: bapstismum paruulorum
& Eucharistiam reprobabant: sacerdotes ex sola auaritia
missas celebrare calumniabantur. *Guilel. Nangia. Vincent.
lib. 29. cap. 26.*

Septem millia Cotarellorum, qui regionem Bituri-
gensis vastabant, ab illius terræ incolis interficiuntur, ipsi
persequantur maximè viros Ecclesiasticos, quos mi-
feris mortibus conficiebant. Sacrum Christi corpus pedi-
bus conculcabant, & Ecclesias incendebant.

HVMANA.

Andronicus, ut Alexio puero nepoti imperium ra-
peret, ex aula summouit æmulos, deinde puerum 15. an-
nos agentem neruo arcu eliso immaniter strangulatum,
arcæque plumbeæ inclusum, in mare demersit, atque
desponsatam illi Annam Francorum Regis filiam vxor-
em duxit.

Alexium vindicaturus Vuilielmus Siciliae rex, præ-
lio aggreditur Tyrannum & vincit. Qua occasione Isaacius
seditione excitata fugientem comprehendit, & mu-
tilat altera manu & oculo. Deinde scabro camelo facie
ad caudam versa, per urbem circumducit, vbi vulgi tu-
multu vncis & harpagonibus penè frustulatim discer-
ptus est.

Eustathius Theffalonicensis episcop. qui in Home-
rum & alia scripsit, adhuc vigeat.

Tartari circa an. 1180. Duce Cingis aut Chonigast
ab Oriente progressi Europam Orientaliorem misere
affligerunt, indeque hodie in Hordas diuisi cogno-
scuntur.

Alphonso 9. Hispaniæ rex Blancae nostræ D. Ludouici
matris parens regnat an. 38.

Iudæi è Francia expulsi sunt, & eorum synagogæ e-
uersæ, vel mutatae in Ecclesias, edicto Philippi Regis,
quod Christianum puerum in Christi ludibrium cruci
affixissent, & grauissimis vsuris vexarent Fræciam. *Aemil.
lib. 5. Gagui. lib. 6.* Verum non multo post tempore re-
deuntes ab eodem admittuntur. *Aemil. lib. 6.*

Inter eos fuisse aiunt R. Selomonem Iarhhi, quos rex
in Germanias expulit. Est autem magni nominis Rabbi-
nus, ordinarius veteris testamenti & Thalmud interpres,
qui videtur cognominatus Iarhhi, q. Lunensis. Luna au-
tém oppidum est Prouinciæ Aquitanicæ, vbi Iudæos man-
fisse scribit D. Greg. lib. 3. epist. 21.

1175. Saladinus Damascum eripuit filio Norandini ad-
huc puero, qui principatum tenebat Alepi, eique præpo-
suit Sirofidulum fratrem. Inde Ciliciam. *R. Joseph.*

1177. Hierosolymam obsedit, deinde in biennium pa-
cem dedit. *Ibid.*

1179. Reuersus profligatus est, paucis è Christiano

milite desideratis. Paulo post Euphratem transgressus, Carras in Mesopotamia cepit. Edessam quoque & vrbes vicinas fratri Norandini obtemperantes. Mox in Cœlesyriam conuersus, Alepum prouinciæ caput expugnauit. *Ibid.*

1182. à Remundo sollicitatus, bellum vltimum contra regem Hierosolymitanum suscepit, quo multas vrbes, & Hierosolymam ipsam nostri amiserunt. *Idem.*

1187. VRBANO 2. sedente, Hierusalem fuerat Sultano Ægyptio & Saracenis erepta. Urbano hoc 3. Pontificatum gerente, recidit in eorundem seruitutem.

Dissidentibus enim inter se Christianis, scilicet, Guidone Lusignano Rege Hierosolym. & Raimundo comite Tripolitano, Saladinus Calipha Ægyptius post maximam stragem nostrorum ferè 22000. recepit Hierosolymam cum suo Rege ad Tyberiadem capto anno 1187. 2. Octobris, feria 6. anno 88. (Æmil. 89.) ex quo regnum Hierosolymorum cæperat esse penes Latinos. *Æmil. lib. 5. Blond. lib. 6. dec. 2. 87. Iouius lib. 1. virorum Illustrium.*

Campanas Basilicæque omnes præter Salomonis templum euerti iussit. *Simoneta lib. 5. cap. 82.*

Guilel. Nangiacus Isaacij Orientis Imperatoris meminit sub nomine Curfac, quæ ait alios vocare Isaquinum, sed id non mitum in historia aliena.

Græci mox post captâ Hierosolymam videntur egisse cum Saladino, vt Patriarchæ constituendi ius reciperent. Nam Leontium, virum eruditione & virtute præstantem Hierosolymorum patriarcham extitisse & obiisse ann. 1187. quò scilicet vrbs capta est, ei que Dositheum successisse Isaacij Imp. familiarem, scribit *Nicetas lib. 2. de Isaacio.*

Vrbanus de Turcarum victoriis certior factus, Venetias pro comparanda classe contendit. Sed Ferrariæ in itinere, cum negligentius sacrû bellum à Christianis principibus suscipi cerneret, animi mæore interijt. *Plasi.*

Pacem fecit inter Philippum Franciæ regem & comitem Flandriæ an. 1186. *Chron. Fland. lib. 6.*

Decimas Poloniæ indicit pro recuperanda terra sancta. *Chron. lib. 3.*

Bellum Vngarorum cum Venetis composuit. *Idem.*

Danos excommunicat quod sacerdotes ferrent coniugatos. *Saxo lib. 15.*

Epistolarum eius particulæ innumeræ extant in Iure Canonico.

HVMANA.

Ann. 1185. Fredericus Imp. omnes Hetruriæ ciuitates præter Pistorium, agraria priuat ditione, & multa in Italia peragit. *Chron. Hirs.*

1188. Salduinus persequitur reliquias nostrorum, qui in Oriente supererant. *R. Ioseph.*

Henricus 2. Andegauensis, Anglorum rex, Cumbriam & Northumbriam recepit. Vuallos ad defectionem inclinantem domuit. *Polyd. Maior.*

Deinde an. 1189. moritur. Arque hic Normanorum i. externorum hominum in Anglia principatus finis fuit, post annos 122. quam Guilielmus primus regno Angliæ positus est. *Polyd. lib. 13. Angl.*

QVIDAM Historiographi hunc præmittunt. Totus autem in bellis fuit contra hostes Christi, vt

| | | |
|--------------------|--|------------------|
| | 178. | |
| Anni Christi. 1185 | 11 VRBANOVS 3. Mediolanensis an. 1. mens. 10. di. 25. | Anni mundi. 5283 |
| 1187 | Vacat d. 11. | 5285 |
| | Patriarchis. Constantinopoli Basilio, deinde Nicolao s. alias Niceta an. 6. mens. 6. | |
| | Antiochia Aymerico, deinde Rodulpho 2. an. 33. Hierosolymis Heraclio. | |
| | Principibus. Eisdem Imperantibus & regnantibus, & post Andronicum, Isaacio 2. Angelo an. 16. Orientis Imperatore. 120. | |
| | S. Imra Aethiopum pretioso, Balduino quinto Hierosolymorum rege octauo: denique Guidone Lusignano. an. 1. | |
| | CONCIL. Parisiense, presente Philippo Rege, Episcoporum Gallia, pro expeditione contra Turcas. Gaudi. lib. 6. | |
| | 179. | |
| 1187 | 10 GREGORIVS 8. Be-neuentanus. | 5285 |
| 1188 | mens. 1. dieb. 27. Vacat d. 20. | 5286 |

| | | |
|--------------------|--|------------------|
| | Patriarchis. | |
| Anni Christi. 1188 | Constantinopoli Nicolao s. siue Niceta. Antiochia Rodulpho secundo. Hierosolymis Heraclio. | Anni mundi. 5276 |
| 1191 | Vacat. mens. 8. | 5279 |
| | Principibus. Eisdem Imperantibus & regnantibus. S. Imra Aethiopum pretioso. Hierosolymorum & Ægypti Calypa Saladino. | |
| | 180 | |
| 1188 | p CLEMENS 3. Romanus. an. 3. mens. 5. | 5276 |
| 1191 | Vacat. mens. 8. | 5279 |
| | Patriarchis. Constantinopoli Nicolao quinto, alias Niceta. Antiochia Rodulpho. Hierosolymis Heraclio. | |

reciperet Hierosolyma. *Vuicelius.* Tractans de recuperanda Hierosolyma Pisis moritur. Pontificatus die 57.

Perpetua per annos plus minus 50. inter populum Rom. & pontifices discordia de vrbs administratione fuit, cui Populus Patricium quendam summa cum auctoritate præfecerat: senatoribus creatis, ab Innocentio 2. ad hunc vsque. Nam eius rei occasione Innoc. 2. & Cælestinus 2. animi dolore defecerunt. Lucius 2. penè interfectus est. Eugenius 3. Alexander 3. Lucius 3. Vrbe pulsati sunt. Vrbanus 3. & hic Gregorius 8. exules fuere, donec nouissimè conuentum, Clemente 3. vt Senatores confirmarentur, Patricij verò loco, præfectus reponeretur. *Onuph in Platinam.*

Leontius & Hermenopulus, qui de sectis scripserunt. Nam hic Bogomilos non multò ante suam ætatem ortos tradit.

Simeon Metaphrastes circa hæc anni 1200. tempora.

1188. in Monasterio Schonangiensi Cisterciensis ordinis Vuormaciensis diocesis, non longè ab Heildeberga, S. Hildegundis moritur, quæ sumpto habitu, simulato sexu, Iosephi nomine, illic, vsque ad mortem incognita permansit. *Chron. Hirsaug. Casarius prima Dialogorum. distinctione.*

S. Margarita monialis miraculis clara in Monasterio montis S. Ruperti apud Bingen. *Ibid.*

Imra Aethiopum rex, inter eorum Sanctos relictus, Presbyter consecratur. Rex magnæ abstinentiæ & virtutis, adè vt sacrificium incruentum peragens, ministerio Angelorum panem & vinum in corpus & sanguinem Domini consecrandum reciperet.

Miraculis clarus suis precibus stirit cursum Nili. Tributi loco à rege Ægypti materiam, præsertim ligna ingeniosi operis è Hierosolymis sibi exportari iussit, è quibus templum construeret, vsque hodie tota Aethiopia venerabile *Mari. Victor. de regg. Aethiopia.*

HVMANA.

CLAREBANT Thebites ben Chorath genere Iudæus Hispanus & Alfraganus Astronomi & Mathematici.

An. 1188, vel vt alij volunt 1202. Tartari Scythica gens è finibus suis, quierant ad Tapuros montes vltra mare Caspium egressi deuicto & interfecto Indorum rege (Christiano & Presbyteri Ioannis nomine nostris, tunc cognito. *Marc. Venetus & Osorius de rebus Emanuelis Portug.*) eorumque excusso dominio, cui seruierant, Asiam penè omnem victores longe latèque peruagati & Rha siue Volga flumine transmissa ad Occidentem progressi, vicinis Russorum Polouncis Campestria ad Tanaim & Mæotim Paludem habitantibus bellum intulerunt, eosque & Russos suppetias ferentes deleuerunt, & omnem illam oram cum Taurica Chersoneso habitare cæperunt. *Cromer. lib. 7. Polo.*

p VIR scientia literarum, facundiæque clarus, sed & vitæ puritate, animique integritate præclarior, sui que acer castigatior. *Anton.*

Quarti belli sacri auctor. Cum Frederico pacem iniit. 1188. Fridericus Imperator, cum Conrado filio mi-

ore. Philippus rex Francorum, Guilelmus Siciliae, Richardus Angliae, Odo Dux Burgundiae, Philippus comes Flandriae, Henricus Comes Campaniae, Theobaldus Comes Blesensis, Episcopi quamplurimi, & omnes fere regni Fraciae barones, quartam expeditionem contra Turcas precibus huius Clemētis Papae suscipiunt, seque cruce insigniunt; cum audissent Hierosolymam & totam Syriam praeter tres vrbes Tyrum, Tripolim, & Antiochiam & quasdam arces à Saladino fuisse occupatas. *Palmer. in Chron. Gagui. lib. 6. Bland. 6. dec. 2.*

Philippus rex Franc. decimam bonorum omnium ab eis exegit, qui se non comitarentur Hierosolymam. Quae decima Saladini dicitur ad hunc vsque diem. *R. Ioseph.*

Verum 1189. Fridericus in Armenia dum in flumine lignaretur, submergitur. *Continuatio Sigeb. Palmer. Guil. Nangiac. & à filio Conrado Tyrum effertur, ubi & sepe litur. R. Ioseph.*

1191. autem Philippus & Richardus coniuncto exercitu contra Saladinum prosperè primum bellum gerunt: sed mox discordia, diabolo instigante, inter ipsos orta, Philippus in Galliam reuertitur. Richardus autem inchoatum bellum strenuè prosequitur: sed anno sequente & ipse quoque domum reuersus est, Christianosque in terra sancta multis periculis expositos reliquit. *Chron. Hirsaug.*

Alioqui Saladinus pacem Christianorum postulans, regnum Hierusalem se illis redditurum, ciuitatem ipsam reaedificaturum; & Damiatam cum adiacente regione ad 20. miliaria quietè possidendam concessurum, modò vltèrius non procederent, promittebat. *Ibid.*

Nam eorum aduentu audito timuit, statuitque dimissa eis regione, in Aegyptum se recipere. *R. Ioseph.*

Porro Gallus cum Anglo, & Veneti cum Pisanis, qui etiam classes suas in Asiam miserant, ex eo tempore postea diuturnis & grauibus bellis inter se conflictati sunt. *Cromerw. lib. 6. de reb. Pol.*

Anglus in illa expeditione Cyprium inter eundem occupauit, eiecto Isaacij Comneni praefecto, qui in dominum suum rebellauerat, *R. Ioseph.* & Hierosolymitano regi donauit, vt ibi amisso regno habitaret. *Nicetas sub finem lib. 2. de Isaacio Ang.* sed ea lege, vt Guido rex sibi iure regni Hierosolymitani cederet. Atque ita Cypri regno ipse & posteri eius potiti sunt annis ducentis septuaginta quinque, videlicet vsque ad annum 1470. *R. Ioseph.*

Henricus verò Campaniae Comes à Richardo relictus, post Guidonem regnauit, & regni sedem Ptolomaida posuit, ubi anno vno post de fenestra lapsus interiit. *Ibid.*

Ex Frisia etiam & Dacia eò miserunt naues 50. è Flandria triginta septem. *R. Ioseph.*

HVMANA.

Frideric. ante discessum imperij successorem reliquit Henricum 6. an. 1186. despondens ei Constantiam Rogerij Siculi filiam è monasterio mox educendam, quae ad eum Siciliae regnum attulit. Et si autem ea existimaretur nunquam paritura, quod 50. annum attigisset, tamen grauida facta an. 1193. 7. Calend. Ianuarij Panormi enixa est Fridericum 2. (magno Ecclesiae damno) in sacello pu-

Anni
Christi.

1188

Principibus.

Eisdem Imperantibus & vsque ad Henricum 6. Occid. Imperat.

Philippo 2. cog. Theodato & Augusto Francorum Rege trigesimo octauo.

S. Imra Aethiopum pretioso.

Alphonso 9. Hispania, sexagesimo secundo.

Henrico 2. Andegauensi, Angliae vigesimo quinto, deinde Richardo an. ferè 12.

Cazimiro 2. Polon. princip. Hierosolymorum & Aegypti Calypha Saladino.

Sanctio Portugalliae secundo Rege.

Vuillmo Scotiae.

CONCIL. Parisiense, coactum à Philippo Rege, cui decime ab Ecclesiasticis concessa sunt ad bellum gerendum contra Saladinum Turcorum Regem, à quo ille dicta fuerunt Saladina. *Gagui. lib. 6.*

Anni
mundi.

5276

1191

5279

Anni
Christi.

1191

1198

Anni
mundi.

5279

5286

81.

q CELESTINVS I. Romanus an. 6.

mens. 7. di. 11.

Patriarchis.

Constantinopoli Nicolao quinto siue Niceta, deinde Leontio an. 1. Dositheo an.

1. Georgio Xiphilino an. 7.

Antiochia Rodulpho 2.

Hierosolymis Heraclio.

Principibus.

Isaacio 2. Angelo Orient. Imperatore 120.

Henrico 6. an. 8. Occident. Imperat. vigesimo tertio.

Philippo 2. cognom. Augusto & Theodato Franc. Rege trigesimo octauo.

S. Imra Aethiopum pretioso.

Alphonso 9. Hispania sexagesimo secundo.

Richardo Anglia vigesimo sexto.

Cazimiro 2. Polonia, deinde Lesco Albo cum Helena matre an. 8.

Hierosolymorum & Aegypti Saladino, deinde Saphandino.

Sanctio Portugalliae rege secundo.

blico, quod vt spectari partus posset, ne supposititiis censeretur, Henricus extruxerat.

Philippus Theodatus siue A Deo-datus, multa Parisiis vtiliter instituit: Aediles, quos vulgo vocamus Scabinos siue Echeinos, eligendos curauit. Eam vrbe auxit tota illa parte (quae à Paruo ponte ad abbatiam S. Genouefa tendit, quam etiam mœnibus cinxit, plurimos vicos strauit lapidibus, D. Innocentij cœmeterium extruxit, forum vanale (vulgo Hallas, Graecè *φάλας*) in platea, quam Campellos vocabant, aedificauit, nemus Vicenarum (de Vincene) prope vrbe muris cinxit. *Guil. Nang Aemyl. lib. 9. Gagui. lib. 6.*

1190. Londini seditio contra Iudaeos, in qua multi caesi sunt, donec res à Richardo rege componeretur. *R. Ioseph.*

Eodem octoginta Iudaei, iussu Philippi Blaise combusti sunt. R. Iom Tob multos suorum interfecit, ne baptizarentur. *Idem.*

1191. in Anglia primum 150. interfecti sunt, deinde in aliis vrbebus alij, qui baptizari recusabant. *Idem.*

q TORI Franciae sacris interdixit ob diuortium Philippi Regis, qui Ingebergam seu Gelbergam vxorem repudiauerat. *Guil. Nangiac.*

Occupatur & ipse bellis Palestinis, & scelicus Praesul. Ecclesiae perutilis. *Vnicelius.*

Teutonicorum ordinem confirmat, S. Augustini regulam eis praescribens cum alba veste & cruce nigra vt ab aliis differrent. *Polyd. lib. 7. de Inuent.* Et singulis diebus ac noctibus ducenties orationem Dominicam, Symbolum Apost. & Angelicam salutationem repeterent. *Ibidem.*

Constantiam monacham rege Rogerico natam occultè è monasterio Panormitano eduxit, & Henrico 6. dispensatione collocauit, è quo natus Fridericus Sedis Apostolicae matri. Hi sunt dispensationum illegitimarum partus.

Gilbertus Abbas, Alanus Episcopus Antifiodorensis, Philo Episcopus Carpathius, Guarricus Abbas Igniacensis Ioachimus Calaber Abbas Florentinus, vt de se restatur super cap. 9. Apocalyp. Godefridus Viterbiensis, Mauritius Episcopus Parisiensis, cuius exemplo inuoluit mos per aliquot annos in Francia, vt Sacerdotes morientes tabulam, Catholicam fidem de resurrectione complectentem pectori apponerent, quod tunc multi de ea dubitarent. *Guil. Nangiac.*

Ordo Cruciferorum oritur in Italia annum 1197. Volater.

S. Guilelmus Biturigenis Episcopus floruit. Honorius 3. Papa eum in Sanctorum numerum retulit.

In Dania quidam persuadere conantur populo, vt sacerdotibus suis matrimonia decerneret. Et vix hoc schisma à Vualdemaro rege & aliis Principibus repressum est. *Saxo. lib. 15. Dano.*

Isaacius Angelus Imp. viduas Eleemosynis, pauperculas virgines dote, & sumptu nuptiarum magna hebdomade iuuabat. *Nice. lib. 3.*

Xenodochiis Constantinopolim repleuit. *Ibid.* ab eo Blachi & Bulgari deficiunt. *Ibid. lib. 1.*

Marcus Alexandrinus Patriarcha, qui Graecos de multis quaestionibus, diebus D. Isaacij Angeli, & D. Georgij Patriarchae Constant. an. 1203. Christianorum Saracenicam

regna incolentium nomine, consuluit. Ad quas respondit Theodorus Balsamon, sed ut Ioannes Citri Episcopus in suis ad Constantinum Cabasilam Dirrachij Episcopum responsis docet, peruersè & contra canonicas constitutiones.

Theodorus enim Balsamon Patriarcha Anthiochenus (sed titulo tenus) adhuc clarebat. Nam Georgio Xiphilino libros suos in Nomocanonem Photij de dicitur.

An. 1190. 13. Calendas Decembris auctoribus quibusdam ciuibus Bremæ & Lubecæ Ordo Marianorum militum (ad Teutonicorum formam) instituitur in Protonaide, magnis sumptibus ædificato ibi Xenodochio, in usum eorum, qui familiæ inferrentur. Postea cum numerus creuisset, ceu Colonias inde in Germaniam dederunt, ad Christo subigendas Slauorum & aliorum infidelium Septentrionalium terras.

Samuel Iudæus abdicato Mose Christum amplectitur an. 1200. & contra Iudæos de vana Messia expectatione subtiliter disputat.

HVMANA.

In Asia per id tempus Christianorum res in deterius labuntur, nec multo post eueritur. Quin Betica siue Granata à Saracenis subacta est, Anglia & Hybernia insula Romano Pontifici vestigales factæ sunt. In Germania Henricus Imp. cum regnum Siciliae nomine Constantiæ recepisset, ac Fridericum F. trimulum Cæsarem, siue regem Romanorum renunciaisset, moriens longam litem de imperio reliquit. *Cromer. libr. 7. de Reb. Polo.*

Philippus enim dux Sueuorum patrius ac tutor pueri coronatus est ritu solenni Moguntia. Contra quem Otto Saxonum dux ab Innocentio 3. Philippo diris deuoto, confirmatus est. Sicque aliquandiu (per annos ferme octo, quibus Philippus vixit, *Chron. Hirsang.*) Germania intestino bello collisa est, donec Philippo & Orthone interfectis Fredericus iam adultus imperio suscepto pacem restituit. *Ibid.*

In Græcia verò varij etiam motus erant, adeo ut an. 1200. Constantinopoli à Gallis & Venetis capta, Alexius Imp. pulsus Halisiam in Russia confugerit, ad ducem nomine Romanum Polonorum regis Clientem, cui cum Alexius puer à Victoribus suffectus, & paulo post interfectus à suis esset, Balduinus Gallus successit, Orientem que sublato schismate Romanæ Ecclesiæ renunciauit. *Ibidem.*

Philippus Gall. rex Augustus D. Ludouici auus, expeditionem suscepit aduersus Guidonem Aruerniæ Comitem, qui vexabat Ecclesiasticos, Abbatiam euerterat, Episcopum Claromontensem in carcerem incluserat, captamque Aruerniam sui regni peculio adiecit. *Annal. Gallici.*

Ante hanc Phil. Augusti ætatem nullus liber Gallica lingua scriptus dicitur.

Sub an. 1190. tota Francia Iudæos expulit in Germanias (1186. habet R. Ioseph) quos tamen paulò post, nempe an. 1198. Parisios reduxit, Ecclesias ibi grauius affligens. *Antoni. tit. 17. c. 9.* quousque sub an. 1323. penitus exigerentur. In hac eiectione R. Salomonem Iarhi ordinarij veteris testamenti, & Talmud glossatoris fuisse aiunt. Hanc expulsionem Abben Bohan descripsit.

Anni mundi.

1200

Annus Dom. MCC. quo Tartari regnum suū deleto Presbytero Ioanne Vncano Indorū rege condunt. Constantinopolis à Fræcis & Venetis capitur, Theodorus extra urbem in Asiam imperium Græcorum transfert.

DVODECIMO hoc saculo doctrinam contra hereticos sic continuatam liquet.

MISSA. Continuat ritu superiorum temporum, ut scriptores huius saculi de diuinis vel Ecclesiasticis officiis fidem faciunt, Honorius Augustodunensis, Odo Cameracensis, in Canonem Missæ, Hugo Victorinus, Rupertus Tuitiensis, Leo Tuscus in Liturgiâ Chrysostomi, Ioan. Beleuius, Osmundus Sarisberiensis, lib. de Ecclesiasticis officiis, &c.

Gratia Dei, fides, Iustificatio Honorius de predest. & lib. Arbitr. item in Psalm. 17. Saluum me fecit, quoniam voluit me. Retribuet mihi &c. Nota in primis. Gratia à Deo gratis, non ex meritis hominem preuenit, ut ad bene volendum carperetur ipse gratia per pie actionis studiū. Richardus de statu hom. inter. ca. 12. 16. & passim in quest. in epistolas

Anni christi.

1288

Anni christi. 1200 Pauli. Bernardus sermonibus de aduentu Dom. & in cantica serm. 67. Gratia reddit meimibi iustificatum gratis & sic liberatum a seruitute peccati &c. Petrus Cluniac. lib. 2. contra Iudæos cap. 4. Rupertus lib. de victoria verbi. Magister sententiarum lib. 3. dist. 19. &c. Fulgentius lib. de gratia Dei.

Eucharistiæ veritas, sacrificium, transubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. Bernard. sermo de cæna Dom. & in alio serm. de eadē. Petrus Cluniac. contra Petrobusianos, seorsum lib. 1. epist. 2. Magister Sentent. lib. 4. dist. 8. & seq. dist. 10. refutat contraria docentes. Bandinus lib. 4. dist. 9. & seqq. Rupertus, ubi & figuram refutat lib. 16. com. in 6. cap. Ioan. & lib. 7. cap. 7. lib. 2. de sap. cap. 24. in Mat. lib. 10. cap. 26. lib. 2. de diu. offi. cap. 2. 22. & 23. Quin & lib. 1. cap. 28. & seqq. aliquot integram Missæ rationem explicat. Richardus lib. de Sacerdotio Melchisedec. Guil. Signiacensis lib. de sacra

mento Altaris. Leo Tuscus in sua Chrysostomi & Græcorum liturgia versione, & ex Græcis Zonaras, Balsamon, Nicetas Coniates diuersis in locis. Hildegardis lib. 2. vis. 6. & lib. de Sacra. altaris.

Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniæ. Mag. Sentent. li. 4. dist. 3. & seqq. Bandinus lib. 4. cap. 3. & seqq. Bernard. sermo de Cæna Domini & Bapt. & ablut. Ped. & alibi. Rupertus li. 10. de diuin. Offi. cap. 5. & c. lib. 8. Apoc. Petrus Clun. lib. 2. contra Petrobusianos. Balsamon in canones Apostolorum & Synodorum. Zonaras & Nicetas Coniates diuersis in locis. Honorius in speculo Ecclesiæ.

Pœnitentia & eius partes tres. M. Sent. lib. 4. cap. 14. & seqq. Bandinus lib. 4. cap. 13. & seqq. Hugo lib. de conscient. Petrus Cantor cap. 106. & seq. Theodorus Balsamon ubi supra.

Claues Ecclesiæ. Absolutio. Petrus Cantor cap. 21. Absolutio enim spirituale est, pertinet ad potestatem clauium. M. Sentent. lib. 4. dist. 18. & c. Bandinus ibid. Richardus lib. de potestate ligandi & solu. in confessionali. de peccatorum differentiis. Theodorus Balsamon in Canones.

Confirmatio & reliqua alia sacramenta eorum vsus. M. Sentent. lib. 4. Bandinus lib. 4. Hugo libris de Sacramentis, Rupertus lib. de diu. Offi. lib. 5. cap. 15. 16. 17. 18. & c. Honor. in Speculo Eccl.

Primum Sedis Apostolicæ. Bern. serm. de Ioan. Bapt. & libris de consideratione ad Eugenium. Item epist. 133. 237. 285. Richardus lib. de auctoritate Petri. Poibo lib. 1. & 3. de statu domus Dei. Salisberiensis lib. 8. cap. 17. Petrus Cluniac. lib. 6. epist. 44. Zonaras & Cedrenus in vita Leonis Iconomachi, ubi hic Gregorium Apostolicum virum & Petri Coriphei σύμβουλον vocat.

Liberum Arbitrium, bona opera. Bernardus tract. de libero Arb. & passim super Cantica ut ser. 81. 82. & alibi. Magister Sententiarum lib. 2. dist. 24. & c. Bandinus ibid. Honorius lib. de Predest. & lib. Arbitr. Richardus de statu hom. interio. cap. 2. 3. & c. & in explicatione dubiorum. Hugo lib. de Conscientiis & alibi. Petrus Cluniacensis lib. 1. de Miraculis cap. 6. Ioan. Salisberiensis lib. 5. cap. 4. & c.

Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, Imagines. Bernardus multis sermonibus & in Cant. Honorius in speculo Ecclesiæ. Rupert. lib. 4. com. in Zachar. cap. 10. lib. 7. in Cant. Richardus sup. Cant. & c. Petrus Cluniac. contra Petrob. lib. 1. Epist. 1. Sigeb. & Zonaras sparsim. Nicetas Coniates in eadem, ut in Andronico, in Isaacio Angelo lib. 3. in Alexio. Denique de Sanctis extant auctorum huius saculi sermones penè innumeri.

Preces pro defunctis, Purgatorium. Eterianus libro peculiari, de regressu animarum ab inferis. Petrus Cluniac. lib. 1. de Miraculis ut cap. 23. & c. lib. 1. contra Petrob. epist. 1. & 2. Honorius in Speculo Ecclesiæ. sermone de Natiuit. Domini. Mag. sententiarum lib. 4. dist. 20. 21. 45. & c. Rupert. lib. 2. in Leuit. cap. 42. fol. 175. & in Genesim. c. 32. Examinatorium ignem. Bernard. serm. 66. in Cantica. Non credunt heretici ignem purgatorium restare post mortem, & c. Tyri. lib. 18. cap. 32. Sigebert. sparsim.

Cetera ydem & ceteri huius saculi auctores prolixè confirmant, de quo contra se testimonium ferunt Centuriatores Cent. 12. c. 2. de loco & propagatione Ecclesiæ col. 11. sparsim. cap. 3. de Persecutione & tranquillitate Ecclesiarum sparsim col. 38. c. 4. de doctrina, ex profess. col. 775. & seq. cap. de heresibus sparsim col. 833. & seq. ubi Petrobusianorum contra Petrum Cluniac. Apostolicorum contra D. Bernard. ser. 65. & 66. in Cant. suscipiunt patrocinium. Per totum cap. 6. de ceremoniis & ritibus Ecclesiæ col. 858. & seqq. Per totum 7. de Politia & gubernatione ecclesiæ col. 1009. & seqq. cap. 8. de Schismatibus col. 1105. sparsim. toto 9. cap. de synodis col. 1235. & seqq. Per totum fere cap. 10. de doctoribus Episc. col. 1365. & seqq. quos proinde ma-

lodiblis infectantur. sparsim cap. de martyribus, de miraculis. Huc facit quod ex instituto multi hac etate scripserunt de heresibus. Item contra Henricianos, Petrobusianos, Apostolicos, Publicanos, Patarenos, Vualdenses, Agenenses, Hereticos de Bayulo, Clancularios Berengarianos, quorum maleficiis isti fascinoantur. Adde totius huius Centurie Synodos quae non exiguo fuerunt numero. Consule & historicos. Nam & hi sui temporis Ecclesiam a nostra nihil differre quantum ad doctrinam & ritus ostendunt.



H VIT doctissimus Theologus & Iurifconsultus, multasque Epistolas decretales de rebus arduis scripsit, vt in libris quinque Decretalium plura ipsius rescripta reperiantur, quam omnium aliorum simul Pontificu. Est idem belli accensor contra Saracenos. Suos quinque libros decretales legi & obseruari in iudiciis vbique mandauit: quod & factum fuit vsque in praesentem diem. Chron. Hirsaug.

1210. Othonem Imperatorem excommunicauit, quod Marchiam Apuliae ad Romanam Ecclesiam pertinentem per donationem testamentariam Methildis, Rutgeri Principis Siciliae vxoris, & Contradi regis filiae inuaderet, causatus huiusmodi donationem esse inualem, quod facta esset per mulierem sine consensu Principum. Vnde secuta graues dissensiones. Hinc Fredericus 2. in imperatorem designatur. Ibid.

Misit an. 1212 ad Battum siue Baidonem vnum de Tartarorum Chamis siue Imp. aliquot viros religiosos, qui per Croacum & Russiam iter agentes, ibi etiam acceperunt equos Tartaricos, qui aquam & pabulum sub niue norunt querere. Illi vbi redissent, hoc vno impetrato, ne Christianis molestus esset, Saraceni persuadent vt Mahometismo inficiantur. In epist. Asiaticis Ies.

Alij & melius conferunt in annum 1245. & ad Innocentium quartum. Vincent. lib. 3. c. 51.

Ipsa procurante Liouonia Christi fidem amplectitur. Blond. lib. 6. dec. 2.

Eius temporibus orta haeresis in Tholosa partibus, quam D. Dominicus mira celeritate compescuit.

Exorti sunt multi ordines religiosorum, siue monachorum. Dominicus Calaguritanus Hispanus instituit ordinem Praedicatorum, cuius ordinis feruntur fuisse 4143. coenobia. Franciscus Assisiatas Italus ordinem Minorum Palmer. Plati. Horum suo tempore 90. millia fuisse scribit. Sabel. Ennead. dec. 9. lib. 9.

Carmelitarum ordo, cuius prior in monte Carmelo erat Cyrillus Graecus, tunc ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano regulam certam accepit. Ordo Eremitarum S. Augustini. Ordo S. Trinitatis inchoatur a Ioanne Mattha & felice Anachoreta. Gag. lib. 6. Polyd. lib. 7. de Inuent. cap. 21.

Abbas Urspergensis suum Chronicon ab Orbe condito ad haec sua tempora. i. annum 1199. conscripsit & Fredericum secundum. Conradus de Lichtenanu nominatur ab Onuphrio.

Lite apud Graecos de Eucharistia orta, dum Ioannes Xiphilinus Patriarchatu fungeretur, damnati sunt, qui negabant corpus Christi in ea esse incorruptibile & quale nunc est in caelo, aut totum in tota & totum in singulis eius partibus. Nicetas Coniates lib. 3. de gestis Alexij Angeli.

Anni Christi.



TREDECIMUM
SAECVLVM
182.

Anni mundi.

1198

a INNOCENTIVS 3.
Anagninus an. 18.

5286

1216

mens. 7. di. 16.

5305

Patriarchis.

Constantinopoli Georgio Xiphilino, deinde Ioanne 9. Camatero an. 5. Michaele 4. an. 5. mens. 6. qui contra Thomam primum e Latinis sedit. Theodoro 3. an. 2. Maximo 2. mens. 7. Antiochia Rodulpho secundo. Hierosolymis Heraclio, deinde Alberto an. 23.

Principibus.

Isaacio 2. Angelo, Alexio Comneno eius fratre Alexio Angelo Isaacij filio, Alexio Duca cognomento Murzuzlo alijs Murzupho, alijs Myrtilo) tribus his Alexiis anno vix vno, Balduino an. 1. & Henrico eius fratre an. 12. ex ordine Orientis siue Constantinopolitanis Imperatoribus: Theodoro Lascari Gracorum Imp. an. 18.

Philippo an. 10. Otthone 4. an. 4. Friderico 2. an. 38. Occid. Imp.

Philippo 2. Franc. Reg. T. Imra Aethiopum pretioso deinde Naakutolab. an. 50.

Alphonso 9. Hisp. deinde Henrico 1. an. 3. Richardo Anglia, deinde Ioane Richardi fratre an. 17. Lesco Albo Polon. cu matre Helena, deinde Vuladis-lao Lascongo an. 4. rursum Lesco Albo reuocato an. 21.

Hierosolymorum Saphandino Aegypti Calipha.

Anni Christi. Sancti Portu. deinde Alphonsi. 2. an. 12.

Anni mundi.

1199

Vuillmo Scotiae.

5287

CONCIL. Diuionense, plurimorum Episcoporum Galliae, praeside legato Apostolico, qui secundo ex sententia Concilij Philippo Regi & toti regno sacris interdixit propter diuortium Reginae, & secundum matrimonium cum Agnete Ducis Moraviae filia. Gagui. lib. 6. Aemyl. lib. 6. Rex appellauit ad Pontificem, vel ut alij dicunt, ad generale Concilium.

1215

DVODECIMVM aecumenicum Concilium Lateranense, omnium, quae unquam fuerunt in Europa celeberrimum, contra errores Abbatis Ioachim & c. in quo praesuit Innocentius Papa, interfuerunt duo Patriarchae Constantinopolitanus & Hierosolymitanus: Archiepiscopi tunc Graecum Latini 70. Episcopi 400. Abbates 12. Priores conuentuales 800. Simul omnes Patres 1285. Legati Romani & Graeci Imperatoris, Oratores regum Franciae, Hispaniae, Angliae, Hierusalem, Cypri & c. Eo in Consilio actum est de 70. capitibus contra haereses, & ad mores atque statum Ecclesiasticum pertinentibus. Tractatum item est de recuperanda Hierosolyma. Tom. 3. Concil.

5313

TRANSUBSTANTIATIONIS vocabulum auctoritate illius Concilij ad cauedas omnes haeticorum tergiversationes in Ecclesia receptum est. Capite 1. de Sum. Trinit. Idque non secus (vt hoc obiter dicam) atque verbum Homouision antea decreto Niceni Concilij: nec aliud significat, quam Cypriano (ser. de caena) panem vinum in carnem & sanguinem Domini mutari ac conueri, & panem omnipotentia verbi factum carne: Eusebio Emis-

Guilelmus Episcopus Antiodorensis, Absalon abbas, Petrus Senonensis, Stephanus Angelus, Caesarius Heysterbachensis, Eustatius abbas Angelus, Alexander Neckam Angelus.

Helmandus siue Helymandus monachus frigidimontis, in Beluacensi territorio praeter alios libros composuit Chronologiam ab orbe condito ad annum Christi 1210. Guil. Nangia. Antoni. tit. 18. cap. 5.

Albigenses, alijs albiani. Alijs Albij, haeretici. in Comitatu Tholosano inter alias haereses reijciebant omnia sacramenta, damnabant nuptias. Vide eorum errores apud Bernard. Lutzem. in catal. haeret. Talium protectores erant rex Arragonum, Comes S. Egidij. Princeps Fuxi, & Raymundus Comes, Tholosates. Illi Catholicos miserè tractabant, eosque illudentes, quod Sanctos & D. Virginem venerentur, blasphemabant in Dinam Virnem, eam meretricem appellantes. Guilelmus Nangiac. Contra eos a Francis, tam clericis quam Laicis varie certatum est ferè per 12. annos. Tandem victi sunt a Simone Montifortensi Comite, qui contra eos missus fuerat a Philippo Rege Franc. Eique decreto Lateranensis Concilij datus est Tholosanus Comitatus. Polydor. lib. 16. Anglic. histor. Aemil. libro sexto Blond. libro sexto dec. secundo. Fasc. temp.

Dominicus etiam plures eorum ad veram fidem reduxit. Plati.

Apud Marochium Franciscani aliquot predicandi gratia hinc inde vagantes propter Christi nomen necati sunt. Schedelius etat. 6.

1212. Lupoldus Dux Austriae cum magno Christianorum exercitu cruce signato aduersus Albiensis haeticos, qui & Ruptarij & Coterelli de terra sancti Egidij, nisi illi mox partim relictis ciuitatibus & castris fugissent, partim ad Ecclesiam redissent, contra Saracenos a Massamuro Marochij rege nauigio missos in Hispaniam progressus est, & memorabilem obtinuit victoriam, infinita Saracenorum multitudine occisa, caeteris in mare submersis. Chron. Hirsaug.

Almaricus siue Amoricus Carnotensis vir eruditus, sed haeticus, conuictus est viginti errorum, quorum vnus erat: Corpus Christi non magis esse in sacramento Eucharistiae, quam in qualibet alia re. Eius sequaces cum eiusdem ossibus refoffis Lutetiae postea vsi sunt. Gagui. lib. 6. Aemil. lib. 6. Bernard. Lutzemb. in Catal. haetic.

Alij quidam haetici blasphemi in Personas S. Trinitatis comburuntur Parisijs. Gagui. lib. 6.

Alij haetici in Alfatia esum carnum in Quadragesima & quouis alio tempore dicebant esse licitum: negabant fornicationem esse peccatum, quod coitus esset res naturalis. Quare eorum circiter octoginta vno die apud Argentinam comburuntur. Naue. Truth. in Chron. monasterij Hirsaugiensis.

HVMANA.

Isaacius Angelus a fratre, quem a Turcis captum multo auro redemerat, imperio & oculis priuatus est, atque in sordidum carcerem detrusus. A quo postea per filium extractus cum insueti aëris nouitatem & asperitatem ferre non posset, morbo contracto interiit. Ibid.

Alexij Comneni posteritas vno anno pœnas luit impedita clam Gallorum expeditionis contra Turcas, quatuor his Alexijs vno anno miserabiliter sublatis, impe-

rioque in Balduini potestatem redacto.

Bonifacius Montisferrati marchio, Balduinus Flandriæ & Henricus S. Pauli comites, & allobrogum dux in Iunioris Alexij gratiam, classe è Dalmatia ad Bosphorum Thracium adducta è sinu, qui Peramà Byzantio 15. stadiorū intervallo dirimit, occupato, rupta catena ferrea, quæ obtexta fuerat, urbem capiunt deditione, & certis conditionibus Alexio Iuniori tradunt. Alexio altero aufugiente auctis secum Thesauris imperij.

Alexius Ducas post urbem secundo captam fugiens, in Peloponneso comprehensus est & è turri præcipitatus.

Nicetas Acominatus Choniates libris 19. historiam rerum memorabilium quæ in Constantinopolitano Imperio per 88. circiter annos, hoc est, ab anno Christi 1117. in quo desinit Zonaras, vsque ad an. 1205. contigerunt, complectitur.

Post cædem Philippi, Pontificis opera imperium Otthoni commissum est. Sed cum is postea anathemate fuisset percussus, Germaniæ principes Fridericum 2. eligunt.

1212. in expeditione Thuringica Othonis Imper. haberi primum cæpit vsus instrumenti bellici, quod Tribock appellatur. *Chron. Hirsang.*

Frederic. 2. cū Philippo Franc. fœdus init, quod cum esset suspectum Anglo, hic promissione auxiliorum Othonem attraxit in Belgicam. Verum Ottho à Francis profligatus, ab imperio spontè destitit.

Philippus post varia prælia cum Anglo, totam Normaniam septem Episcopatibus constantem recepit anno 331. (alij 260. Aemyl. 270. Polyd 316.) postquam Carolus Simplex eam concessisset Rolloni Duci Normanorum *Guilel. Nangia. Aemyl. lib. 6. Polyd. lib. 15. Angli. histor. Gagui. lib. 6.*

Aquitaniam etiam totam ferè subdidit Philippus: ita ab vniuersa, quam in Galliis habebat possessione, Ioannes Rex Angliæ sua ignauia penè est depulsus. *Polidor. lib. 15. Ang.*

Moriens marcarum centum & quinquaginta millia in terræ sanctæ subsidium legauit. *Chron. Hirsang.*

Galli & Veneti expugnata an. 1200. vrbe Constantinopoli contra Alexium Comnenum, qui Isacium Comnenum fratrem excæcatum detinebat in carceribus, inter se conueniunt, vt Galli Imperatorem Gallum, Veneti Patriarcham Venetum darent: Illi Balduinum Flandrum, hi Thomam Maurocenum nominarunt. *Blond. lib. 6. dec. 2. Aemil. lib. 6. Nicetas lib. vlti.* Sic imperium Orientis mansit penes Gallos 60. ferè annis. *Blond. lib. 8. dec. 2. alij 50. alij 63.*

Obsidioni terra marique in 68. diem continuatæ, finem imposuit insana intra urbem de imperio contentio Theodori Ducæ & Lascaris.

Balduinus Orientis Imperator Græcam Ecclesiam ad tempus Romanæ audientem & concordem reddidit, Illius vnionis facta est mentio ab Innocentio PP. in Concilio Lateranensi.

Thomas primus è Latinis an. 1204. in Constantinopolitana Patriarchatus Cathedra sedit. Contra quem è Græcis extra urbem sedit Michaël quartus mortuo Ioanne 9.

A Philippo Imp. Premissus siue Ottocarus Boëmo-

Anni
Christi.

1215

*seno (homil. 4. in Pascha terre-
na commutari & transire: &
iterum, creaturas conuerti in
substantiam corporis Christi, &
in verba Christi. Nisi mandu-
caueritis, Ioannis 6. panem &
vinum virtute ineffabili in sui
corporis & sanguinis substan-
tiam conuerrere, mutare, &c.
Greg. Nissen in oratio cateche-
tica. Panem sanctificatum in
Dei verbi corpus immutari, vt
citatur Euth. Græcus Panop. part.
2. tit. 21. vbi est caput inscriptum
De transmutatione corporis &
sanguinis Do. Chrysost. (ser. de
Encaniis) nihil substantiæ panis
remanere & (in Liturgia) Deū
visibilia in corpus Christi uer-
batur id est, transmutare.
Augustino) ser. 28. de verbis
Domini) iam non esse panem,
sed corpus Christi. Hierony. in
Marc. Christum transfigurare
panem in corpus suum: Am-
brosio (lib. 4. de Sacram. cap. 4.
& 5. & lib. de iis qui inuitantur
ca. 9.) creaturas & naturas siue
substantias mutari: Damasceno
(lib. 4. de Orthodoxa fide cap
14.) & Hesychio (Leuit. lib. 9.
cap. 21.) panem in carnem Do-
mini supernaturaliter transmu-
tari, & fieri sensibilem transla-
tionem & commutationem: Theo-
phylacto (in 14 c. Marc) trans-
elementari panem in carnem Chri-
sti, vel transformari, in 6. cap.
Ioan. & in 26. Matth. Bedæ, Pa-
nem fieri per transmutationem cor-
pus Christi. Transire enim sub-
stantiam panis, non formam siue
speciē, in Christi corpus, in Boe-
tij librū de Trinitate. Bertramo
ipsi, libro de corpore & sanguine
Domini, quem heretici laudant
propter obscuras & quasi ancipi-
tes de tanta re quæstiones & lo-
cutiones Nam utitur vocabulis
permutationis, commutationis,
conuersionis. Ipse namque (ait)
qui nunc in Ecclesia omnipotē-
ti virtute panem & vinum in*

Anni
mundi.

5303

Anni
Christi.
5303
sui corporis carnem & proprii
cruoris vndam, spiritualiter co-
uertit. Et rursus, (dicit Christus)
verè per mysterium panis & vi-
num in corporis & sanguinis sui
conuersam substantiam à credē-
tibus sumendam &c. Quod &
fatentur Magdeburgenses cētū-
ria 9. cap. 4. pag. 212. Transub-
stantiationis habet semina Ber-
tramus &c. Nam &c.

*In hoc Concilio certus habitus
est Iudæis assignatus. cap. In nō-
nullis de Iud. & Sarrac.*

Anni
mundi.

1215

rum princeps regum diadema suscepit & successoribus suis reliquit. *Cron. lib. 7. Polo.*

Veneti an. 1202. eripiunt Græcorum Imperatoribus Cretam insulam, quæ olim *κατόμπος*, hodie Candia dicitur. *Sabel. Ennead. 9. libro nono.* Circuitus eius 58. millia passuum continet. Ei ritus Græcos retinere permittunt. Inde cum Genuensibus multa bella gerunt, quæ vix componi potuerunt post ann. 70. per Gregorium 10. ea lege, vt Insula sub Venetorum iure & imperio remaneret. Nam Cretenses eis parere volebant, donec omnes vrbes muris exuta, & coloniæ in insulam missæ sunt.

Duce petro Zianeo, Corcyram, Modonam, Doronam insulam circa idem tempus ceperant, & paulò post Callipolim, Nassum, Paramolam, Herineam, cū iam inciperet Tartarorum regnum, & Estensis in Italia marchionatus.

Ioannes Brennus, Christianorum Principum vno consensu Rex Hierosolymitanus designatur, sed nomine tenuus. *Blond. lib. 6. dec. 2.*

Eius filiam Iolam Fredericus 2. prima vxore mortua ducit, accepto dotis nomine regno Hierosolymitano, ea conditione vt statim à nuptiis ad urbem recuperandam proficisceretur. Hinc qui Sicilia regnum possederunt Hierosolymitani regni nomen & insignia simul vsurparunt.

Henricum filium natu maximum Cæsarem factum in carcere necat. Gemellos ipsius filios veneno tollit per Conradum filium & Manfredum nothum regni Siculi & Neapolitani æmulos. Multa bella contra pontifices gerit.

Petrus 2. Aragoniæ rex ab Innocentio 3. Romæ coronatus obtinuit, vt successores sui Cæsaraugustæ coronarentur à Tarraconensi Archiepiscopo.

Eius successor Iacobus Baleares insulas & regnum Valentiniæ ac Murtiæ à Mauris recepit.

Ioannes Rex Angliæ vir impius post sacras ædes à se spoliatas, & sacerdotes pulso regno, & redditibus Ecclesiæ per sex annos retentis, in pœnam religionis contemptæ excommunicatus à Pontifice Rom. non antea absoluitur, quàm diadema capiti ademptum Pandulpho legato Apostolico traderet, nunquam id ipse accepturus aut hæredes nisi à Pontifice Roma. Angliam item & Hyberniam reddidit feudatarias Romanæ Ecclesiæ, promittens pro Anglia 700. marchas auri, & pro Hybernia 300. *Polydor. lib. 15. Angli. histo. Aemil. lib. 6. Blond. lib. 6. dec. 2. Guilel. Nangia.*

Saxo Grammaticus pertexit historiam Danorum vsque ad annum ferè 1200.

Græci odio Latini nominis nolentes parere Constantinopolitanis Imperatoribus, sibi ex sua natione Theodorum Lascarium Imperatorem creant ad Niceam urbem. *Niceph. Gregoras lib. 1.*

Quo anno Balduinus Constantinopolim cepit, Adrianopolim obsedit, sed irruentes Bulgari accitis Scythiis, quos nunc Tartaros vocamus, ei in planitie Oriestriadis casu vitam & victoriam adimunt. Balduinus, cui dimidium vrbs, prouinciarum, veltigalium rerumque omnium, quæ communi bello quæsitæ fuerant, attributum erat, Bonifacium Montisfer. regem Thessaliæ declarat. Venetis Cretam insulam Bonifacio cedente, qui eam

dono Alexij consecutus fuerat, tradit
b CORONAVIT Romæ Fredericum 2 Imperato-
 rem Occidentis, & Robertum Petri fil. Imperatorem
 Constantinopolitanum cum Iola vxore. *Plati. Blond. lib. 7.*
dec. 2. Verus pastor. Plati.

Longobardorum collegium contra Imperatorem ere-
 xit. *Chron. Hirs.*

Confirmavit ordines Prædicatorum & Minorum mo-
 nachorum, biennio ante mortem. *D. Francisci.*

Quo tempore Damiatia capta est à nostris in Asia, &
 pro liberatione captiuorum post tres annos restituta.
 Fredericus 2. anatheinate notatus.

Damiatam autem iuxta litus Nili munitissimam an-
 num 1218. cepit Lupoldus Austriæ Dux, cum vno
 Cardinali Apostolicæ sedis legato, Rege Vngariæ, mul-
 tisque Comitibus & nobilibus, ac copiosa Cruce signa-
 torum multitudine in terram sanctam profectus. *Chron.*
Hirsaug.

Monasticus Vallis scholarium ordo sub regula D. Au-
 gustini originem sumit in Campania, per Guilelmum
 Richardum, Durardum, & Manassem Theologiæ pro-
 fessores: confirmatur ab Honorio.

S. Clara conciuis diu Francisci, ab eo edocta, ordinem
 Virginum auspiciatur. *Volater. lib. Alexander 4. eam in nu-*
merum Sanctarum Virginum retulit an. 1255.

Pruteni coguntur à Teutonicis fidem Christi suscipe-
 re. *Munster. in Cosmog.*

Alexius Comnenus Theodori Lascaris socer, genero
 imperium inuidens quod defendere nequiverat, ad Tur-
 cos se confert. Turcis à Lascari superatis captus vita do-
 natur. Contractis iterum copiis, quantas potuit, nouum
 imperium Trapezuntum condit, complexum Cappado-
 ciam & Colchidem. Hinc imperatorum Trapezuntino-
 rum origo. Sic Orientis imperium diuisum est in Euro-
 pæum & Asiaticum ad Colchidem & Pontum.

Petrum Antiodorensem Imp. in nemorosus Thes-
 salia locis per insidias Lascaris Imp. intercipit, & bien-
 nio in squalido carcere detentum obtruncat. Pro eo vi-
 dua Imperium administrat vsque ab Roberti filij reditum
 ex Gallia.

Sub Ludouico Leone Franc. Rege, Galli suo fermo
 ne Rythmos. i. similiter desinentes versus vsurpasse fe-
 runt. Cum Rythmorum vsus paulo ante cœpisset apud
 Siculos, deinde in Italiam transisset. *Petrarcha prefatione*
ad Epist. famil.

1222. Tartari gens Scythica per Changiuscam pri-
 mum suum regem Georgianam Armeniamque maio-
 rem sibi subegerunt, inde Poloniam Hungariamque
 depopulati sunt. *Blond. libro septimo dec. 2. Plati.* Et Mo-
 rauriam, vicinasque omnes terras incendio, præda, &
 gladio cœdarunt. Contra quos multi principes Cruce
 signati ad Mersburg. conuenerunt, & cum maximo exer-
 citu contra eos processerunt. *Chron. Hirsaug. ubi istud con-*
fert in an. 1238.

Indorum Christianorum dominatu excusso ac vicini-
 edomitibus, Cathainæ amplissimum regnum Magnæ
 Tartariæ nomine condiderunt. Quod regnum per vasti-
 ssimas & latissimas Orientis solitudines ad Oceanum
 vtrumque Orientalem & Meridionalem ex parte vna,
 ex altera ad Tanajm, & Persidis & Turcorum regna ex-
 tensum, vtramque Scythiam ac multas alias terras, vt Se-
 ricam, Ariam, Sinarum regionem, ad quam Lusitani na-

Anni
Christi.

1216

1227

183

b Honorius 3. Roma-
 nus an. 10.
 mens. 7. dies. 13.

Vacat d. i.

Patriarchis.

Constantinopoli Manue-
 le an. 4. mens. 7. Germano
 2. an. 17. mens. 6.

Antiochia Rodulpho secun-
 do, deinde Raimerio an. 20.

Hierosolymis Alberto, con-
 tra quem sedebat Dositheus
 Græcus.

Principibus.

Petro Antiodorensi an.
 5. Roberto eius filio an. 7.
 successiue Constantinopoli-
 tani Imperatoribus.

Theodoro Lascari an. 18. &
 Ioanne Duca Græcor. ex
 ordine Impm.

Friderico 2. nepote Barba-
 rossa Occid. Imp.

Philippo 2. Ludouico Leone
 10. dict. 8. an. 3. per ordinem
 successionis Franc. Reg.
 Naakutolab Aethiopi præ-
 tioso. an. 50.

S. Ferdinando 3. Hispania
 an. 45.

Ioanne Richardi fratre An-
 gliæ, deinde Henrico 3. an.
 56.

Anni
mundi.

5305

5315

Anni
Christi.

1225

1227

1241

Lesco Albo iterum Polo-
 niæ.

Hierosolymis Saphandino
 Aegypti, Calipha.

Alphonso 2. Portugallia
 deinde Sanctio 2. an. 26.

Vuillielmo Scotia: deinde
 Alexandro 2. an. 35.

CONCIL Germanicum, præsi-
 de Conrado Legato Apostolico, con-
 tra Simoniacos & concubinos cle-
 ricos. Tom. 3. concil.

Oxonienfe, præside Stephano Ar-
 chiepiscopo, de officio & statu Ecclē-
 siasticorum. Tom. 3. concil.

184.

c GREGORIUS 9. Ana-
 gninus an. 14. mens. 3
 Vacat. m. 2. d. 1.

Patriarchis.

Constantinopoli Germa-
 no secundo, deinde Metho-
 dio 2. mens. 3.

Antiochia Raimerio, de-
 inde Elia an. 8.

Hierosolymis Thoma de-
 signato duodecimo, sed non
 ineunte, Roberto an. 12 cu-
 ius tertio Hierosolyma à
 Frederico recuperata est.

Anni
mundi.

5313

5315

5293

uigant, complectitur. Ad Boream ignotis circumscri-
 ptum limitibus. Regia sedes Cambalu, cuius ambitus
 28. millia passuum continet. Hodie internis & externis
 bellis valde imminutum dicitur, ex quo repudiato Chri-
 sto se Mahometi addixerunt. Nam initio Mahometem
 nescientes Christianis studebant, pro eis ad Hierosoly-
 mam contra Turcas multa bella gerentes. *Infra ex Hayo-
 ne. Armenio.*

Vincentius Cadlucus primus Polonorum historiam
 conscripsit, & episcopatu Cracouiensi vltro se abdicauit,
 nequicquam aduerfante principe & sacerdotum col-
 legio. *Herbertus lib. 6. c. 8. Chron. Polo.*

Mancia siue seruitia hominum etiam inter Chri-
 stianos nondum his temporibus desijisse testantur con-
 stitutions istius Frederici Imperatoris, De seruis & an-
 cillis fugitiuis, in Placitis Regni Neapolitanæ: sed ea ta-
 men non longè post cessasse conicio ex Bartholo, qui,
 Ad hostes de captiuis, scribit suo tempore (viuebat an.
 1320.) nusquam homines Christianis moribus vendi &
 iam pridem seruitia desijisse.

1219. Hierosolyma à Corandino siue Gordirio Saraceno
 filio Saphadini penitus subruta præter Templum Do-
 mini, Ecclesiamque Sancti Sepulchri, & arcem quam
 Turrim David appellant. *Guilel. Nangia. Trib. in Chron.*
Hirsaugiensis.

1220. Fredericus Imp. in Apulia versans, multa cum
 finitimis Saracenis bella commisit, & plurimis interfe-
 ctis, reliquos suo dominio cœgit esse subiectos, *Chron.*
Hirsaug.

1225. Pestilentia pecorum maxima per triennium ab
 Vngaria in totam Germaniam & Galliam, qua tertia pars
 pecorum interiit. *Ibid.*

Floruit tunc Accursius Florentinus, primus vniuersi
 iuris glossator & adhuc vltimus: licet anno ætatis 37.
 cœpisset studio legum vacare, tamen summus euasit iu-
 riconsultus, natus 78. mortuus est Bononiæ an. Christi
 1279.

Ludouicus Rex Franc. Rochellam urbem expugna-
 uit: tum Lemouicenses, Petragorij, & omnes Aquitaniz
 Principes, exceptis Vasconibus, qui vltra Garumnam
 habitant, ei fidelitatis sacramentum præstiterunt. *Guilel.*
Nangiac. Gagui. lib. 7.

c S. Dominicum auctorem fratrum prædicatorum,
 octennio post eius mortem (nam obierat an. 1220.) &
 S. Franciscum minorum, biennio post eius mortem (nam è
 vita migrauerat an. 1226.) Sanctorum catalogo adscribit.
 Item S. Antonium Vlisbonensem Minoritam, qui dice-
 batur Episcopus S. Francisci: & Elizabethā Hessam Hun-
 gariz regis filiam. *Trithem. in Chroni. Hirsaugiensis. Palmer.*
Krant. lib. 8. hist. Saxo. cap. 4. Plati.

Vetuit ius ciuile legi Lutetiæ & aliis in locis vicinis.
Cap. super specula. De priuilegiis.

Libros quinque Decretalium, eo quo nunc sunt
 ordine digeri curauit per Raimundum Barchinocensem.

Statuit Laicos cuiuscunque essent ordinis prædicare
 non posse. *Cap. sicut. de heret.*

Statuit vt campanæ ad Eucharistiz cœfectionem pul-
 farentur & ad salutationem & laudes D. Virginis. Alij istud
 statutum adscribunt Honorio 3. vt *Abb. Visperg.*

Exactor belli Asiatici contra Saracenos pro recupe-
 randa Hierosolyma diligentissimus.

Crucem prædicat ann. 1234. Contra Stadingenses hæreticos, in confinibus Frisicæ & Saxonie populos, inuiis paludibus & fluminibus circuminctos, quod dudum à sede Apostolica excommunicati & interdicti clausæ Ecclesiasticas contemnerent. Visti, multis ad duo plus millia interemptis, ad vicinos Frisones fugiunt, sicque eorum contra Ecclesiam confœderatio cessat. *Chron. Hirsang.*

Taxatur subinde Frederici 2. mala mens, vt hominis perfidi & hostis Romanorum &c. qui Italiam in factiones diuisit, vt sciret quinam suis partibus fauerent, quinam pontifici. Cæsarianis præfuit Gibel inde Gibelini. Pontificiis Guelphus, vnde Guelphi, alteri alteros diripiebant, trucidabant, &c. Quæ factiones Italicæ per annos ducentos durarunt. *Chron. Hirsang.*

O impietates Frederici 2. planè indigni nomine Cæsaris. Fauisse dicitur Saracenis, spoliator Templorum &c. maximus persecutor Ecclesiasticorum, cuius occasione, Monastica conuersationis feruor in cunctis fermè Germaniæ locis tepuit. *Chron. Hirsang.* Mira verò huius Gregorij laus, vt veri pastoris, qui & istum excommunicauit. *Vuicel. in Epitom. Rom. Pontif.*

Odacharus seu Othocarus, & Vuentzeslaus Reges Bohemiæ dant ius consecrandi Reges Bohemiæ Archiepiscopis Moguntinis, qui per multos annos illud retinuerunt donec aliquis eorum tale ius vendidit Ecclesiæ Prageni. *Tribem. in Chron. Hirsang.*

S. Eshmündus Cantuariensis Episcopus, S. Stanislaus Cracouiensis, Ioannes Friburgensis Episcopus Bofinensis, S. Samonas Gazensis Episcopus, doctissimi Theologi.

Iordanes Dominicanus Theologus suis silentium mensæ præscribit. *Folater. lib. 1. Geographia.*

Tholosa & totus Comitatus à Francis in deditioem accipitur: sicque finitum est bellum contra Albios hæreticos. *Aemil. lib. 7.*

S. Antonius de Padua discipulus S. Francisci obiit an. 1231. *Trieth. in Chron. Monast. Hirsangensis.*

Longobardorum hæresis. Illi Nicolaitarum sectam profitebantur. Erantque eis omnibus matres, vxores, & filij communes. Singulis annis ex Alemania, Gallia, Italia, censum annum Mediolanum, vbi diuersarum hæsum & errorum primatus agebatur, transmittibat. Certis signis circa ianuas domorum. vel supra tecta, peregrinando, habitationes complicum suorum inueniebant. *Chron. Hirsang.*

Dum dira fames grassaretur in Francia, & tanta, vt homines belluarum more herbis campestribus vescerentur (*Guliel. Nangia.*) Guilelmus Niuernensis episcopus singulis diebus alebat duo millia pauperum. *Mater Historia.*

Ann. 1238. Theologi Parisienses post longam disputationem definiunt, neminem posse duo beneficia, si vnum sufficeret ad eum alendum, obtinere sine mortali peccato. *Chron. Francor. & Jac. Meier. in Histor. Flandria.*

Factiones Gibellinorum pro Imperatore Frederico, qui ter fuerat à Gregorio 9. excommunicatus, & Guelphorum pro Rom. Pontifice, ardent in Italia, quæ per 260. fermè annos grauissima & plus quam intestina bella pepererunt. *Plat. Blond. lib. 7. dec. 2. & Aemil. Krant. lib. 8.*

Anni
Christi.

1227

Principibus.

Balduino 2. an. 33. Constantinopolitano. Imp. & Ioanne Duca Græcorum Imp.

Frederico Occid. Imp.

D. Ludouico 11. dict. 9. an. 44. Francorum Rege.

Naakutolab Aethiopum pretioso.

S. Ferdinando Hispaniæ.

Henrico 3. Angliæ

Lesco Albo iterum Polonorum principe, deinde Boleslao Pudico an. 52.

Sanctio 2. Portugallia.

Alexandro 2. Scotiæ.

CONCIL. Lateranense, contra Fredericum 2. Imp. [Plati,

1241

Anni
mundi.

5315

5293

Anni
mundi.

8. *Histor. Saxo. cap. 8. Trieth. in Chron. Monast.* cœperunt sub Alexandro 3. circa an. 1160.

HVMANA.

Fredericus Imp. sublatis æmulis post vexatam Italiam vix adactus à Gregorio nono an. 1228. expeditionem in Syriam suscepit. Ibi id tantum gessit memorabile, quod Hierosolymam à Sultano ex pacto recepit, factis in decennium induciis regemque eius, ritu solenni, coronari se curauit. *Crom. lib. 7. de reb. Polo. Chron. Hirsang.*

Hierosolyma per Fredericum Imperatorem sine sanguinis effusione certis conditionibus à Soldano Aegyptiorum recuperata est, cum quibusdam castellis. an. 1229 siue 1230. *Trieth. in Chron. Monaster.*

1232. Soldanus Babylonie Frederico tentorium mirabile, quinque Florenorum millibus taxatum misit, in quo imagines Solis & Lunæ artificiosè motæ, cursum suum certis & debitis spatiis peragebant, horasque diei & noctis citra errorem indicabant. *Chron. Hirsang.*

Mox reuersum Italici motus excepere, quos ille quidem placidè composuit, sed Hierosolymam multò post amisit. Titulum tamen eius regni etiam posteris & successores eius retinere *Ibid.*

Siciliæ oppida & castra, quæ ad Pontificem defecerant, partim recuperat, partim euerit. *Chron. Hirsang.*

1231. Ludouicum Ducem Bauariæ à Syria redeuntem occidendum curauit, sub ornato, Vetulo de Montanis, Saracenorum principe, sibi fœderato, qui ad hoc facinus seruum percussorem misit. *Ibid.*

Maiorica insula olim regnum Saracenis, qui eam multis annis occupauerant, ab Arragonum rege est erepta. Magna etiam pars terræ quam ipsi in Hispania possidebant, occupata, cum Eremita & Valentia ciuitatibus, à rege Legionis, & eius filio Castellæ rege. *Chron. Hirsang. Blond. lib. 7. dec. 1.*

Academia Lutetiana, quæ propter ciuium in scholasticos seditiones & cædes dilabebatur, quamque Henricus Rex Anglus, ad Oxoniensem scholam occultis nunciis ad se pellicere studebat, à S. Ludouico restituitur. *Gag. lib. 7.*

Henricus Anglorum Rex Francos vicit in Aquitania, Pictones recuperauit, Vascones domuit. *Aemil. lib. 7. Polyd. 16. Angl. Hist.*

1235. Valefios & Sedunenses, vicinos Alpium populos Sabaudia Comes perdomuit. *Chron. Burg.*

Annus Christi 1240. est Iudæis quintus millesimus ab orbe condito, à quo solent plurimum numerare. d' SENE X optimus *Vuicel.* Vacat eo mortuo sedes, donec Cardinales, qui à Frederico Imp. in carcere detinebantur, liberati sunt.

Lyranus è Iudæo Christianus. *Antoninus titul. 24. cap. 8.* Circa annum 1240. Franciscanus factus dicitur. Eius sepulchrum & epitaphium Hexametrum ostenditur Lutetiæ in Franciscanorum capitulo. Se significat scripsisse in Esaiam an. 1293. Lege Paulum Brugensem in prolog. operum Lyrani, qui & ipse paulo post ex Iudæo & Christianus & Episcopus in Flandria extitit.

Baldunus Imp. dominicæ crucis partem cum spon-

Anni
Christi.

1237

Biterrense, præfide legato Pontificio, ad componendum dissidium Comitibus Tholosani & Prouincia. Sed cum Massilienses Comitem suum recipere nolent, ille apud Sabaudia Comitem sororium suum reliquum vita peregit. Chron. Burgund.

Londonense, præfide Onthone Cardinale legato Apostolico. In eo Concilio post longam consultationem multa leges sunt, quæ deinceps sacerdotalem ordinem conseruarunt. Polyd. Virgil. lib. 16. Angl. hist.

1241

185.
dCÆLESTINVS 4. A-nagninus, dieb. 18.

1243

Vacat an. i. m. 9.

Patriarchis.
Constantinopoli Manuele 2. an. 14.

5325

5329

5331

gia & Lanceę ferro Venetis pignori obligat. Quę postea D. Ludouicus, potestate redimendi accepta, in regio sacello Lutetię condidit, institutis ibi Sacrorum ministris. *Gagli. lib. 7.*

Robertus Lincolnensis episc. è Græco aliqua verit.

Dei-parmi milites, qui & Mariani dicuntur, Theutonici post Ptolemaidem in Syria amissam, in Germaniam reuersi, ne otio marcerent. concedentibus Frederico 2. & viassonia ducibus Prussiam Germaniæ & Sarmatię participem & conterminam armis acquirunt, & Christo suoque perpetuo iuri addicunt, *Ioann. Boem. lib. 3. cap. 8. de Gentium moribus.*

Circà hoc tempus Biblia in capitula, quę hodie habemus distinguntur. Scholasticorum videtur esse inuentum, eorum fortasse, qui cum Hugone Cardinali concordantiarum tuere auctores. Nam antè ista tempora Theologi superiores ea non vsurpant, inferiores frequentes, Alexander Alexius, Albertus Magnus, D. Thomas, Bonauentura & ceteri vsque in hanc diem Scholastici. Inuentum tam commodum, vt hodięque Iudæi eo frui velint, quòd eorum in Parshiloth & Haphtharoth partitio sit nimis proluxa.

Distinctio autem veterum partim nulla, partim numerosior & longè pluribus paginis comprehensa, partim cuique propria & arbitraria, vt Hilario, Ammonio, Eusebio, Tatiano, Bedæ, Ambrosio, Euthymio, Oecumenio, Andreæ, Arethæ.

Alexander Villadeus Dolensis, qui scholasticum compendium, quod vocant, metricum complectens ducentis & duodecim versibus Hexametris totius veteris & noui testamenti librorum & capitum summulam composuit, vbi singulæ dictiones singulorum capitum sacre scripturę argumenta perstringunt.

HVMANA.

Iachinus Magni Cham Tartarorum F. Arię, Drangianę & Aracolię terris occupatis, ad regnum Turquestan & Persidis oram, continentibus preliis Turcos lacessit, donec ann. 1242. Batto duce, Gonię Turcorum regi regnum ademit, Vniuersi que ad pontum gentibus subiugum redactis, Mazotidis accolæ superauit ad Poloniam vsque.

Ann. 1240. Tartari, qui ante 30. annos Russiam maxima ex parte subiugatam habitare cœperant, Poloniam finitimam inuasert, & vsque ad Vistulam longè lateque depopulati, etiam Cracouiam incendunt, & Hungariam cum finitimis prouinciis triennio vastant. *Crom. lib. 8. de Polo.*

Hunc annum Christi, Hebræi annum mundi quinquies millesimum faciunt. Quo tempore florebant in Hispania eorum literę & disciplinę.

R. Abraham Abben Ezra Hispanus, qui commentariis vetus testamentum illustrauit. *Ipsè in prefat. decalogi.* Rhodi expositionem Malachię scripsit an mundi 4917. (idest, Christi 1237. *Ipsè ultimo Malach.* Diu ergo floruit.

1241. Mons in Burgundia à montibus dehiscens, vallesque coarctans, multa millia agricolarum miserè oppressit. *Chron. Hirsang.*

Anno sequenti Vuormacię media pars incendio for-

Anni
Christi.

1241

Anni
mundi.

5329

Antiochia Elia.

Hyerosolymis Roberto.

Principibus.

Balduino 2. Constantinopolitano Imp.

Ioanne Duca Græcorum

Imp.

Friderico 2. Occid. Imp.

D. Ludouico Franc. Rege.

Naakutolab Aethiopi pretioso.

S. Ferdinando III. Hispaniæ.

Henrico III. Angliæ.

Boleslao Pudico Polonorum principe.

Sanctio II. Portugalliæ.

Alexandro 2. Scotiæ.

1243

5331

tuito,

Anni
Christi.

1243

1254

186.

e INNOCENTIVS III.
Genuensis an. II.
mens. di. 12.

Vacat, non quidem annos 2. vt quidam putant, sed dies 3. vel vt alij 1.

Patriarchis.

Constantinopoli Manuele secundo.

Antiochia Elia vsque ad an. 1247. Nam quis post eum è Latinis Patriarchis sex creatus fuerit, incompertum est.

Hierosolymis Roberto de inde Iacobo Pantaleone an.

14.

Principibus.

Balduino 2. Constantinop. Imperatore & Ioanne Duca Græcorum.

Friderico 2. Occid. Imperat. & interregno Occid. Imperij an. 17.

D. Ludouico 11. dict. 9. Francorum Rege.

Naakutolab Aethiopum pretioso.

S. Ferdinando 3. Hispaniæ.

Henrico 3. Angliæ.

Boleslao Pudico Poloniæ Principe.

Sanctio 2. Portugalliæ, deinde Alphonso fratre an. 32.

Alexandro 2. Scotiæ.

Anni
mundi.

5331

5342

tuito consumpta est *ibid.*

S. Ferdinandus ab omnibus ferè Hispaniæ finibus Mauros expellit. Vtroque regno Castellæ & Legionis potitus, Cordubam & Hispalim Christianis reddit. *Vausaus.*

Academiam Salmaticensem instituit. *Idem.*
e SCRIPSI Apparatus decretalium & Authenticas: & de iurisdictione imperij, auctoritatęque Pontificis apologeticum, contra quendam Petrum Vineam omnia Imperatori tribuentem. Cognominatus est Pater iuris. *Volat. lib. 22.*

Cardinales vt pileo vterentur roscio & equo veherentur instituit. *Ibid.*

Bene vexatus, à Frederico, tandem hunc deponit à Cæsareatu. Hinc ille omnia vastat incendio, &c. sed perit. *Vuicelius in epito. Rom. Pont.*

Cum Fredericum Italiam infestantem factionesque Guelphorum & Gibellinorum, sumpto à Pisis initio in singulis fere vrribus excitantem à cœpto reuocare non posset, coacto Lugduni concilio, Imperium ei diris deuoto abrogauit, Germanosque principes concitauit, vt Henricum Langrauium Thuringiæ, D. Elizabethę filium successorem ei absenti crearent, & post Henricum interfectum Guilelmum Hollandiæ comitem. Sicque non multo post Fredericus profligato à Pontificiis exercitu & Eutio filio capto in Apulia perijt an. 1250. *Cromer. lib. 8. de reb. Polo.*

Lugduni in Concilio Cardinalibus proprium insigne Pileum rubeum dedit. *Martin. Polon.* Quo significabatur eis etiam caput suum, si opus esset, pro Ecclesia offerendum, eo præsertim tempore, quo Ecclesia à Frederico 2. vehementer oppugnabatur. Reliqua eius ordinis insignia posteriores Pontifices addiderunt, precipuè Paulus 2. *Onuphrius in Plat.*

Stanislaum Cracouiensem Episcopum, & Petrum ordinis Prædicatorum retulit inter Sanctos. *Volat. lib. 22. Antrop.*

Ascelinum ordinis Pred. cum tribus aliis an 1245. in Tartariam mittit in Baiotnoi (Battum alij, opinor, appellant) castra ad eos ad Christianismum inuitandos, sed sine fructu. *Vincen. lib. 31. cap. 51.* Hanc peregrinationem confecerunt an. 3. mensib. 7. Illic multos Christianos reppererunt & principem Cuine, qui clericos Christianos alens in sacello ad maius tentorium erecto quotidie suum habebat sacrum. Clerici autem certis horis cantabant more Græcorum. *Idem lib. 29. & 30. Nauclerus gener. 42 vol. 2.*

Hugo Cardinalis S. Sabinæ, antea Barchionensis monachus, scripsit in vniuersam scripturam cõmentaria iuxta quadruplicem sensum, vt ès numerali citatione & enumeratione capitum, quam nunc habemus.

Primus ex ordine Prædicatorum ad Cardinalatum assumptus, primus in capitula libros sacros distinxit, Primus Biblicum indicem, quem vocant concordantias maiores, cum Conrado Alberstadio monacho collegit, coniunctis quingentorum monachorum è Diuersis cœnobiis operis, atq; omnia Nomina, Verba, Participia, denique omnes tam declinabiles, quam indeclinabiles orationis partes toto Bibliorum contextu comprehensas, in Alphabeticum ordinem digessit, annotatis librorum capitibus & capitum lineis, Labore tam vtili sacrarum

literarum studiosis, vt Græci opera Eutalij Rhodij Monachi, & Hebræi studio R. Isaac Nathan istud fuerint æmulati. Obiit sepultusque est Lugduni an. 1262. *Ex Bibliotheca Sixti Senensis lib. 1. & aliis.*

Albertus Magnus Dominicanus & Ratis-bonenfis Episcopus, S. Bonauentura Franciscanus, Alexander Alefius, Io. Valleis Anglus, Gualterus Pictaueus Episcopus, Ioannes de Rupella Parisiensis, Guilelmus Episcopus Parisiensis, ex oppido Aruernæ Aurilaco, Bartholomæus Brixianus, Gilbertus Tornacensis, Bernardus Parmensis presbyter Compostellanus, Hilarius Episcopus Aurelianensis, Iacobus Achenensis Episcopus, Odo Cancellarius Parisiensis, Henricus Ebredunensis Archiepiscopus, Theologia præfctim Scholasticæ & iuris canonici doctissimi interpretes.

Magnificentia & studij Innocentij 4. S. Ferdinandi Hispaniæ. S. Ludouici Franciæ Regum Theologia & bonæ artes, quæ valde languerant ab annis 100. vires recepere. Itaque præter hos extiterunt alij viri docti innumerales, vt Martinus Polonus Innocentij 4. Pœnitentiarius, qui vitas Romanorum Pontificum vsque ad suam ætatem conscripsit.

Vincentius Bellouacensis Dominicanus historiam vniuersalem, maximè Ecclesiasticam ab Orbe condito ad annum Christi 1250. in suo Speculo historiali complexus est.

Grossioni gens Arabica instingente Soltano Babylonico Christianos miseris modis persequuntur in Asia, & expugnata Hierosolyma templum Sepulchri Domini destrunt. *Blond. lib. 7. 2. Aemil. lib. 7. Guiliel. Nang.*

Iacobus Rex Arragonum duos ordines militum instituisse fertur, quorum alterum amictu albo & nigra cruce insignitum vocauit ordinem D. Mariæ de redemptione captiuorum siue de mercede. quibus scilicet cura esset de redimendis captiuis: alterum appellauit ordinem militum Montesiæ rubenti cruce insignem. Alij hæc institutionem paulò antiquiorem faciunt, & incidisse in an. 1212. ac vtramque militiam aiunt fuisse à Gregorio 9. approbatam.

Frederico 2. excommunicato & decreto Concilij expoliato Imperio, vacauit Imperium per 28. annos vsque ad Rudolphum. *Palmer.* interea multæ sunt ortæ dissensionēs inter principes ob electionem, adeo vt tres ordine electi sint, non quidem Imperatores sed Reges Romanorum. Nam primo iussu Pontificis electus est à quibusdam Principibus, contra Fridericum, Henricus Lantgrauus seu Comes Hassiæ & Thuringiæ, qui non consecutus Imperij coronam obiit ann. 5. Regni, viuo adhuc Friderico, vllas ob Pontificis execrationes nolente cedere Imperio. Mortuo Henrico an. 1259. statim ab Electoribus Imperij, procurante P.P. per Legatum Petrum Caputium, contra Fridericum & Conradum fil. designatus est rex Romanorum & coronatus Vuilhelmus Comes Hollandiæ. Quo mortuo 7. anno Regni, electus est à duobus Electoribus & quibusdam Principibus Richardus Cornubiæ Comes, sed anni Regni ipsius sunt incerti. *Tribe. in Chron. Monast. Hirsaugiensis.* Historici mirè variant hoc loco: alij numerant Conradum filium Friderici, & Vuilhelmum, ac constituunt Interregnum annorum tantum 17. alij 22. alij negant sedem Imperij

Anni
Christi.

1245

DECIMUM tertium vniuersale Concilium Lugdunense præside Innocentio Rom. Pontif. contra Fridericum Imperatorem, qui vocatus ad Concilium & non comparens, hostis Ecclesiæ iudicatur ac deponitur Imperio: Fuit etiam actum de recuperanda terra Sancta D. Ludouico Franc. Rege constituto Duce illius quintæ expeditionis: qui Cruce signatus, ubi in Asiam cum ingenti exercitu traiecisset, redijt in Galliam quinto post anno. *Plati. Aemil. lib. 7. Guil. Nang. Tom. 3. Concil. Vincent. lib. 32. Gagui. lib. 7.*

5333

Henricus deposito Friderico eligitur, cui mortuo succedit Vuilhelmus, quamuis Conradum 3. Friderici f. nonnulli præponant.

vacasse.

Anni
Christi.

1243

RVBER Pileus, & Purpura in eo Concilio primum concessa sunt Cardinalibus; vt admoneretur se semper paratos esse debere sanguinem pro Christiana religione fundere. Illis etiam concessum est vehi equo in vrbe & ferre rubrum galerum. *Plati. Gagui. lib. 7. Aemil. lib. 7.*

1254

Anni
mundi.

5331

vacasse. Sed omnium optimè *Tribe.*

Robertus Sorbona Theologus, primus instituit & ditauit Collegium Sorbonæ, pro scholasticis, qui vacarent Theologia. *Guil. Nang. in Chron. Fran.* Valde sunt inepti Historici recentes, qui Robertum huic è Theologo Fratrem D. Ludouici faciunt.

1248. Conradus Colonienfis Archiepisc. in vigilia Assumptionis primum ponit lapidem maioris Ecclesiæ: quod opus propter ingentem sui magnitudinem & excellentiam, & si perpetuo continuatum, nondum tamen post annos ducentos & quinquaginta quatuor erat absolutum tempore Triterij. *Ipse in Chron. Hirsaug.*

Circiter an. 1245. Tertius Imp. Tartarorum, Regis Armeniorum suafu ad Christum conuertitur & baptizatur. *Han. Arm.*

Defensionem Christianorum aduersus Saracenos suscepit, misso Hielone fratre cum exercitu, qui Persiam Syriæ ac Mesopotamiæ magnam partem debellauit. *Idem* & anno 1258. Mustacenum Caliphum Babylonium Christianos Orientis mirè affligentem, & illud Euangelij ab eis, propositis alioqui pœnis, exigentem, *Dicite Monti huic & transferetur*, in suam potestatem redegit, atque inter ipsius thesauros fame peremit. *Idem.*

Ab hoc Calipha vsque ad Sophim, Persarum populus summo legis doctore caruit. Vnde & Sophium sub an. Christi 1500. suum genus & doctrinam ad Mahometis generum Halim referentem facile admisit. *In Epist. Asiaticis. Iac. Nauarchus.*

Christianis de Hierosolymitano regno cum Aegyptiis certantibus Hielon & Absaga eodem itinere, quo centum ferè annis post Tamenlanes in Asiam inundauit, è Tartaria in Syriam penetrarunt, incertum socij an hostes forent cum religiones Idololatrarum securi neque Christianarum, neque Mahometanarum partium viderentur. Verum illi frustra muneribus Balduini regis inuitati, repudiatis Christianorum sacris ad Mahometis impietatem declinarunt. (Bellum deterius ferè militibus persuadet) *Iouius in Tamerlane lib. 2. vir. Illust.*

Hielion siue Agelonus frater Mangu regis Tartarorum bellis ciuilibus & externis distractus, cum Virboco exercitum & Syriam commendasset, in Tartariam redijt.

Virboco Christianis infesto, quod Germani milites nepotem eius occidissent, multaque contra eos hostiliter gerente, Aegypti Sultanus Meledinus Tartaros Hierosolymæ obsidionem molientes, duce cæso & reliquis fuga dilapsis Syria expulit. *Lib. 4. continuat. historia sacra c. 15.*

Meledinus per Grossinos ex Babylonia accitos Gazam Templariis eripit, Ascalonam & alia loca Hospitalariis. Denique trucidatis iuxta Tyberiadem Christianis militibus Hierosolymam occupat, sine delectu omnes mactat, templum & sepulchrum Domini diruit. *Ibid.*

D. Ludouico ad Cyprum cum classe appellenti ann. 1249. occurrunt Tartari quidam ab Erchaltao Principe cum literis missi, quibus cognoscit Cham Tartarum regem Christi fidem anno abhinc tertio recepisse & baptizatum esse cum magnatum & plebis multitudine maxima, instructumque habere militem, quem in fidei hostes duceret. *Gag. lib. 7. literarum à legatis exhibitarum exemplar superest apud Vincent lib. 13, c. 91.* Ludouicus vi-

5342

ciffim ad Ercaltaum legatos misit additis literis, quæ eum & magnam Cham hortabantur ad permanendum in pietate. misit & tentorium quoddam ex purpura in Sacelli formam constructum, in quo arte singulari depicta erant, quæcûque Christus in corpore pro nobis gessit & alia ad cultum diuinum pertinentia, *Gag. lib. 7. Vinc. li. 3. ca. 92. 94.*

Eum Soltanus (Saphandinum Saladini filium Iouius vocat, sed dudum ille erat mortuus) ad Damiatam urbem in Pelusiaco Nili ostio cepit, qui ut se redimeret in pactionis fidem Christianam Hostiam victori tradidit. *Iouius lib. 1. virorum illustrium.* Quam postea numerato pretio redemit.

Sanctius 2. Portugallia Rex iussu Innocentij 4. Alphonso fratri regno cedit, quod ineptus esset ad eius administrationem. Alphonso autem ducta vxore Beatrice F. Alphonfi decimi Castilia reg. regnum Algarbiorum in dotem accepit. Vnde reges Portugallia se deinceps ita inscribunt. *Vas. in Chron. Hisp.*

In India erat magnus quidam Rex Christianus. Terra Caghat, vnde tres reges in Bethleem venerunt, tota adhuc erat Christiana, sed sub dominio Cham. *Conestabularius Armenia ad Cypri regem apud Vincent. lib. 31. c. 92.*

Tartari quidam ad Lugdunense conc. venerunt ad Innocentium 4. qui domi Christianam religionem edocti, tum sacro baptisate imbuuntur. *Blond. Martin in Chro. alij id factum sub Gregorio 10. Lib. 5. c. 1. continuata Historia sacra.*

HVMANA.

Henricus primus Dux Brabantia, cum antea ipsius maiores essent Louanij Comites.

Circa hæc tempora lingua Germanica cœpit scribi Latinis characteribus: tunc etiam Germani nomina Sanctorum imponere cœperunt suis in baptismo, cum antea peregrinis Scytharum appellationibus vterentur. *Curio lib. 2. Chronol.*

Ioannes de Sacro Bosco Anglus tunc insignis Mathematicarum professor Parisijs, ut licet ex eius Computi Ecclesiastici sine colligere. Sepultus est Lutetia in claustro Mathurinarum. Methodo Aristotelica, non Geometrica Sphæram tractauit.

MAGNA huius Papæ laus, nam pater pauperum, Edicto aboleuit libellum contra paupertatem scriptum à Gulielmo de S. Amore, doctus & scriptor. *Fuicelius.* Sub hoc feliciter fuit in Asia pugnatum, & Guelphi eiectione per Gibelinos, ad sua reuocati. *Idem.*

Ludouicus multa in Regni vtilitatem instituit: Dignitates & officia noluit esse venalia: Blasphemis, & in vanum iurantibus per nomen Dei, cauterium in fronte inussit: Lupanaria prohibuit: vetuit Magistratibus in toto suæ iurisdictionis tractu aut fundos emere, aut liberis sacerdotia procurare, aut eos collocare nuptui, hitiones aula exegit: multa cœnobita & Valetudinaria partim condidit, partim instaurauit & ditauit: beneficia Ecclesiastica noluit conferre, sed ius illud restituit collatoribus ordinariis iuxta antiquos Ecclesiæ canones. *Gagu. li. 7. Chron. Franc.*

Cum ei instituendi pastores à Pont. potestas facta fuisset, ad idque diploma legatus Roma. rediens attulisset. Quod mea (inquit) Romæ negotia strenuè obieris, laudo: quod mihi à Pontifice munus hoc retuleris,

non

Anni christi.

Anni mundi.

187
1254 f Alexander 4. Agnathinus an. 6. 5342
1261 mens. 5. di. 5. 5349
Vacat m. 3. d. 4.

Patriarchis.
Constantinopoli Manuele secundo, deinde Nicephoro, qui non iniit, mox Arsenio an 4. Germano an. 1.

Hierosolymis Iacobo Pantaleone.

Principibus.
Balduino 2. Constantinopolitano Imp.

Anni christi.

Anni mundi.

1254

Theodoro Lascari iuniore,
Duca fil. Græcorum Imp.

5342

Michaeli 7. Comneno Paleologo an. 35. Constantinopoleos & Græcorum Imp.

Interregno Imperij Romani

Haalono Tartaro Fratrem Mangonis Cham quarti Persarum rege, an. 4.

S. Ludouico Francorum Rege.

Naa Kutolab Aethiopum pretioso.

S. Ferdinando Hispania.

Henrico 3. Anglia.

Boleslao Pudico Polonia.

Alphonso 3. Portugallia.

Alexandro. 3. Scotia. an. nis 37.

1261

5349

non probo. Intellego enim, quanto cum periculo animæ meæ & regni id susciperem. Ac protinus diploma in ignem proieci. *Bromard. cancel. in eius vita.*

D. Ludouicus nolebat se immiscere collationibus Sacerdotiorum, dicens: Sat mihi est coram Deo de temporalibus mihi creditis, non etiam spiritualibus, rationem reddere. *In libel. Virga directionis. pag. 32*

Ad Cheradum (sic Græci Strumas, glandularum quarundam induratarum genus vocant) curacionem, Crucis signum primus adhibuit: cum decessores reges solo tactu vterentur. *Nangiac.*

Daniel Russorum dux legatione ad Opiffonem legatum Apostolicum in Poloniam missa, cum promitteret se cum vniuersa gente ad Romanæ Ecclesiæ communionem accessurum & Christianas regiones aduersus Tartaros, qui iam ingentem formidinem omnibus Principibus Christianis incusserant & superiori biennio Poloniam Nogaio & Celebuga ducibus iam tertio vastauerant, defensurum, nomen ac diadema regium sibi & posteris suis, dissuadentibus frustra Polonis, impetrauit. Veram consecutus id quod concupierat, fidem violauit & in Græca communionem permansit. *Cromerus lib. 9. Polon.*

S. Thomas Aquinas Dominicanus discipulus Alberti Magni scholasticæ doctrinæ princeps.

Henricus de Segusia dictus Cardinalis Hostiensis, runc Summam suam edidit: habuit auditorem Gulielmum Durandum, qui dictus est Speculator. Floruit Gulielmus de S. Amore doctor Sorbonicus, qui scripsit contra ordines Mendicantium.

1254. Borussi ad religionem deducuntur per fratres Teutonicos, quibus Fredericus 2. eam terram acquirendam tradiderat. *Naclerus vol. 2. gen. 42. Crantz. in Vandalia lib. 7. cap. 21.*

Eodem tempore Mandanus Lithuanorum dux, abiecta religione Christiana, quam simulatè ad tempus susceperat, infestior in dies Christianis vicinis erat. *Crom. lib. 9. omnemque Masouiam & Cruciferorum terram depopulatur. Idem.*

Sic paulò ante, sub an. 1240. Suentopelici suasu Pruffi religionem Christianam abicientes, Germanos Polonosque omnes, qui apud se negotiabantur, vel sedes inter ipsos posuerant, certa die trucidant. *Idem. lib. 8.*

HVMANA.

Cum Edouardus filius Henrici 3. Anglorum Regis duxisset in vxorem Aleonoram Alphonfi Castellæ Regis sororem, pater eum donauit Principatu Vallia: Hinc fit ut filius Regis Angliæ natu maior vocetur Princeps Vuallia. *Polid. lib. 16. Angl.* Antea cum Ducatus Normaniae esset sub ditione Anglorum Regis dicebatur Princeps Normania à tempore Henrici I. qui Gulielmum filium suum Ducem fecerat eius regionis circa an. 1100. *Polyd. lib. 11. Hist. Ang.*

Iacobus de Bellouiso Iurisconsultus, scripsit in libros Feudorum, quos septies publicè interpretatus fuerat.

Memorable foedus an. 1259. (alij 269.) inter Anglos & Francos, Lutetia in magno Principum conuentu,

praesen

præsentibus Ludouico Francorum & Henrico Anglorum Regibus, percussum est: vt Ducatus Normaniæ. Comitatus Andegauensis, Cœnomanensis, (quorum causa tot olim bella inter Anglos & Francos, & quos à Philippo Augusto receptos Franci ad eam ætatem possidebant) item etiam Turonensis & Pictauiensis cederent in perpetuum Franco: acciperet verò Anglus pro impensis bellicis 150. millia aureorum, & in singulos annos vectigalis nomine dena millia, contentusque esset vltiori Aquitania, & ceterioris parte vsque ad Carantum fluuium, cum finibus Agenensium, Lemouicum, Cadurcorum de quibus tamen ius clientelare deberet Franco, renuncians iuri, quod sibi in Gallia regno vindicare posset, sicque adscriberetur inter Barones Franciæ, ac Par Duxque Aquitaniæ vocaretur. *Polyd. lib. 16. Angl. histor. Gagni. lib. 7. Aemyl. lib. 7. Guilel. Nangiaco.*

Michael Paleologus Iohanni Theodori Lascaris Iunioris filio, ne patri succederet, annum 10. egresso oculos eruit & imperium inuadit, Balduinum Constantino poli expellit, stratagemate Alexij Cæsaris, qui cum 50. satellitibus noctu per cuniculos antiquos ab incolis intro missus, elato clamore horribili & iniecto multis in locis igne ciues ita terruit, vt plena esse omnia hostibus putarent, domique se clauderent. Sic effractis portis reliquos 750, qui ad urbem excubabant, introduxit. *Gregoras lib. 4.*

Ita Imperium Constant. pulsus Gallis post an. 58. vel vt alij volunt 63. Græcis restituit. Nec multo post in Lugdunensi Conc. concordiam inter Græcos & Latinos tredecies scissam & resectam redintegrauit. *Cromerus lib. 9. Polon.*

Circa ann. 1258. totum regnum Persarum, Sultanis dissidentibus, Haalonus Tartarus eripuit persuasus Haitonis regis Armeniæ, capta Babylone, siue Bagdad & Calypha, cuius regnum circiter sexcentos annos durauerat, nempe ab Omare Mahometis nepote.

Regnum autem Persarum, cum extinctis veteribus eorum principibus fuisset penes Saracenos annis 297. & Mahomet vltimus contra aliquos Sultanos & Turcos armasset, atque ab iis postea regno exutus esset, ad Turcos deuenit ann. 1055. per annos 203. vsque ad hunc annum 1258. quo iam penes Tartaros fuit vsque ad an. 1350.

* FESTVM Sacramenti corporis Christi instituit. *Triub. in Chron. Monast. Polyd. de inuent. rer. lib. 6. cap. 8.* Thomas Aquinas composuit officium illius festi cum hymno & prosa, quod misit ab Urbano PP. à quo in præmium retulit columnam argenteam *Nauclear.* Extat. inter eius opera.

Centum annis post. Papiæ cepit lustratio sacramenti, qua corpus Christi in ferculum fertur. *Chronica Bossy.* Atque hinc ad reliquas Occidentis partes manauit, præsertim Andegauum, vbi Berengarius fuerat Archidiaconus & Sacramentariam impietatem sparserat vt corporis Christi presentia preces sint ardentiores, fidei publica fiat professio contra Sacramentarios, debitus cultus Christo exhibeatur, qui nobiscum corporaliter versari dignatur. Sic olim publice circumgestabatur arca Testamenti, manna corporis Christi symbolum continens. *Ios. 6. 1. Reg. 4. ad pacem & misericordiam procurant-*

Anni Christi.

Anni mundi.

1258

CONCIL. Oxoniense, contra Pictos qui ingenti numero confluxerant in Angliam: quos statuerunt cum ceteris alienigenis exterminandos. *Polyd. Virgil. lib. 16. hist. Ang.*

5346

188.

1261

* Urbanus 4. Trecensis an. 3

5349

1265

mens. i. di. 4. 5353
Vacat. m. 5.

Patriarchis.
Constantinopoli Iosepho an. 13.
Hierosolymis Thoma, post quem quis è Latinis federit non litteris traditum.

Anni Christi.

Anni mundi.

1261

5349

Principibus.
Michael 7. Commeno Paleologo cognom. Magno: Orient. Imp.

Existente Interregno Imperij Occident.

Haalono Tartaro Persidis Reg. deinde Abaga Filio, an. 20.

S. Ludouico Franc. Reg.

Naakutolab Aethiopiumpretioso.

Alphonso 10. cog. Sapiente Hispania an. 25.

Henrico 3. Angliæ.

Boleslao Pudico Polonia principe.

Alphonso 3. Portugallia reg.

Alexandro 3. Scotiæ.

1265

5353

dam, ad debitum cultum Deo, qui in arca habitare dicebatur, exhibendum, &c Sic Iudæi hodie festo Septembris, quod חנוכה dicitur, librum legis circum Synagogam ferunt sollemniter, adorant, posteaque in Teba, deinde in Hecal ceu armario reponunt.

Fuit humili loco ortus, fertur enim habuisse patrem futorem veteramentarium: cum Cardinales non possent conuenire ad vnum eligendum ex suo collegio, ex Patriarcha Hierosolymitano creatus est Roman. Pontifex. Plati.

Diu in Thuscia, cum Romana curia permansit, quod Maufredi Siciliae regis potentia ecclesia vexaretur, & Gibelini Guelphis essent potentiores.

Misit in Angliam Orthobonum legatum ad componendum intestinum bellum, inter Henricum regem & eius optimates. *Polyd.*

Ioannes Semeca cognomen. Theutonicus primus glossator, vt vocant, Decreti, Humbertus, Alexander de Villa Dei minorita, Albinus Abbas Ferrariensis, Adamus de Marisco Anglus, Ioannes Episcopus Bossinensis, Dauid Germanus, Vualricus Argentinenis Alberti discipulus, Theodoricus Thuringus, Ioannes Bizuntinus Episcopus, Adeledinus Sagienis Episcopus, Theologiae scriptores, vt ferebant illa tempora, doctissimi.

Libera Christi prædicatio per Aphricam à Saracenis concessa. *Blond. lib. 8. Dec. 2.*

Iam Vuingis victis à Boleslao Polonorum Duce & reliquis ad fidem conuersis, Guesnensis Archiepiscopus autoritate Urbani 4. Episcopum præficit an. 1264. *Crom. lib. 9.*

HVMANA.

Maufredus Frederici 2. nothus Frederici filios legitimos tollit, regni Siculi cupiditate, Henricum iuniorem clam iugulari curat à Saraceno transfuga, Henricum alterum pisce infecto extinguit, Conradum veneno. Sic ex vniuersa Frederici familia tres tantum restabant, Maufredus iste, Conradus cog. Caputus Antiochiæ princeps, nepos Frederici ex notho Frederico, & Conradinus Conradi veneno sublatus.

Neapolim occupat. Nonnullos, qui in Germaniæ Conradinum tollant, subornat, eade nonnulla patris mortem illius diulgat literis commentitijs demonstratis, ac regna iure successionis sibi vindicat. Præsidia pontificia in Apulia opprimit. Regium nomen vsurpat, Siciliam adiungit. Se munit affinitate Iacobi Arragonum regis, filia Constantia filio eius maximo Petro desponsata.

Carolus Andegauensis ab Urbano, qui Maufredum anathemate percusserat, attractus victoriam cum utroque regno obtinuit. Siciliam paulo post amisit, Conradino regna sua repetente, adiuto auxiliariis copijs Frederici Austriaci, Pisanorum, Senensium, & Genuensium, Panormo, Messana & Siraculis exceptis. Conradinum & Fredericum Austriacum in conflictu Marisco postea captos an. scilicet 1269. securi percussit. Vesperarum Sicularum coniuratione Insulam, quam hoc bello recuperauerat, ad extremum perdidit.

Alphonfus 10. cog. Sapiens Hispaniæ rex insignis philoſophus & Mathematicus Septipartitum opus iuris ciuilibus, Hiſpanorum hiftoriã generalem, librum Theſauri, & tabulas Aſtronomicas conſcripfit. Quater decies vniuerſa Biblia cum ſuis Gloſſis, inter tot negotia legit. Imperator Romanorum electus fuit, ſed reſuſcit imperium: contentus ſolo titulo, quem ob eligentium honorem ad tempus in literis ſuis retinuit. *Vaſam. Triem. in Chron. Hirſaug.*

Richardus Cornubiæ Comes, Regis Angliæ frater, eius loco libens imperium aſſumpſit, & Aquifgrani cõſecratus fuit. Cũque per omnes Regini ciuitates aſcendens iter faceret vſque ad Baſiliam, & pecuniæ pro adeptione imperij nimis prodigẽ expenſæ iamiam deficerent, Principes eo relicto omnes ad ſua redierunt, tacite innuentes prædam ſe hactenus ſecutos fuiſſe, non Regem. Qui cernens ſe Principum auxilio deſtitutum, commiſit Philippo de Falckeiflem, & Philippo de Hoenfels ciuitates imperij, aſſumptæque vxore in Angliam reuerſus eſt, nec vltra in Alemaniam venit. *Chron. Hirſaug.*

Abaga Tartarus, Rex Perſarum contra Melchõio Sultanum Aegypti, cum Armenie R. infeliciter pugnat.

Alexius Cæſar Strategopulus iuſſus à Michaele Paleologo obiter tentate Conſtantinopolim, eam cepit cum 800. tantum militibus. *Nicephor. Gregoras lib. 4.* Ita Balduino Græcia expulſo Gallorum imperium apud Cõſtantinopolim 55. annis obtentum finitum fuit. Illud deinceps Græcis reſtitutum manſit penes familiam iſtius Paleologi 200. fermè annis, donec Mahometes Turca Bizantium occuparet an. 1453.

g O P T I M V S Pontifex, vir nempè ſanctæ conuerſationis, & Prophetico ſpiritu (vt dicebatur) illuſtratus. *Chron. Hirſaug.*

Bona Eccleſiæ optimè diſpenſauit. Cum duas filias ex mortua vxore ante Pontificatum ſuſcepſiſſet, vni in monaſterio collocatę 30 tantum libras dedit. Alteri 300. libras dotis nomine. Clerico nepoti tres præbendas habenti duas abſtulit, ſe dicens Deo, non carni & ſanguini velle acquieſcere.

Siculum & Neapolitana regna, quæ, poſt Frederici Imp. necem, Maufredus nothus eius inuaſerat Carolo Ludouici Regis Francorum fratri adixit, à quo Maufredus & mox alio prælio Corradinus Frederici è Conrado filio nepos interfectus eſt. *Crom. lib. 9. Polon.*

Carolus D. Ludouici fratrem inunxit Romæ, Sicilia & Hieroſolymorum Regem, ea lege vt in ſingulos annos 48. millia aureorum (Naucler. 40. mil.) nomine tributi penderet. *Plat Blond. lib. 8. dec. 2. Aemyl.*

Hoc Pontifice Guelphi reuixerunt, Duce Carolo quodam.

D. Ludouicus Franco. Rex, ſignatus cruce, relicta Regni adminiſtratione, Simoni Neclæ & Mathæo Vindocinenſi Abbati D. Dionyſij, cum tribus filiis, Ioanne Philippo & Petro, magna claſſe comparata traiecit in Africam, ſecundo dimicaturus contra Saracenos: ſed anno proximo Carthagine expugnata, Tuneto obſeſſa, & Ioanne Triſtannè priore filio deſuncto, ipſe ex alui profluuiõ (aliq̃ peſte) obiit ad 8. Cal. Septemb. an. 1270. *Gagui. lib. 7. & Aemyl. Blond. lib. 8. dec. 2. Palmer. in Chron. Bonifacius eum inter ſanctos retulit. Gagui. lib. 7.*

Anni
chriſti.

Anni
mundi.

1265

1271

1266

189
g Clemens 4. Narbo-
nenſis an. 5. di. 21.
Vacat an. 2. m. 9.

Patriarcha.
Conſtantinopoli Ioſepho.

Principibus
Eiſdem Imp. & durante
interregno Imperij.

Iiſdem quoque in Perſide
Francia, Hiſpania, Anglia,
Polonia Portugalia, Scotia
regnantibus.

Icum Nuamlach Aethio-
pum pretioſo, an. 15:

D V O Concilia plurimorum ſa-
cerdotum celebrãtur in Anglia per
Othobonum Apoſtolicum Legatum,
de rebuſ ad religionem pertinentibus
quibus etiam nunc in Anglia vni-
tur. *Polyd. Virgil. lib. 16. Angl. hiſt.*

5353

5359

5354

Margarita

Anni
chriſti.

Anni
mundi.

1270

1276

alterum } Northantoni,
fuit } Londini.

190.
h G R E G O R I V S 10.
Placentinus, an. 4.
menſ. 2. dies 10.

Vacat. di. 9.

Patriarcha.
Conſtantinopoli Ioſepho
cogno. Beco, deinde Ioanne
an. 10.

Principibus:
Michaele 7. Comneno
Paleologo Orient. Imp.
Poſt finitum interregnum
Imperij Rudolpho an. 19.
Occid. Imp.

Abaga Tartaro Perſidis.
S. Ludouico Franc. Reg. &
poſt eum eius filio Philippo
3. Audace an. 15.

Icum Nuamlac Aethio-
pum pretioſo.

Alphonſo 10. cog. Sapiente
Hiſpania.

Henrico 3. Anglia, deinde
Eduardo 4. dicto 1. an. 34.
Boleſlao Pudico Polonorum
principe.

Alphonſo 3. Portugallia

reg.
Alexandro 3. Scotia.

5359

5364

Margarita eius vxor, ſanctitatis viri deſuncti æmula, ſe totam Deo vouit, ac Lutetiæ ſuburbanum cœnobium, Franciſcanarum extruxit.

Quemadmodum ab eius viro Ludouico cœnobija Sanctæ Catharinæ Valliſcholarium, Mathurinorum, & Sanctæ Crucis Guilelmitarum Lutetiæ fuerant poſita.

Deſyderius Longobardus multis ſcriptis impugnavit ordines mendicantium: contra quem D. Thomas lib. contra impugnantes religionem, cap. 6.

Tartarorum duces quidam in Aſia religionem Chriſtianam ſuſceperunt, & magnas res in Syria & Perſia ſociis Armeniorum regibus contra Saracenos & Aegyptios aliquandiu geſſerunt. E quibus vnus Caſſanus ſucceſſoribus ſuis Perſarum regibus nomen dedit. *Crom. lib. 9. Polon.*

Icum Nuamlach de familia Dauid Aethiopicum imperium, quod Preſbyteri Ioannis vulgò dicitur, maioribus ſuis ereptum, ante trecentos triginta tres annos à ſtirpe reginæ Treddagaber, ope optimatum, qui res Sabæ prouinciæ gubernabant, recipit, & ex Axuma prouincia in Sabam transfert. *Victorius Regatimus de Regibus Aethiopia.*

Nicolaus Paulus & Maffeus Veneti, cum Chogoralo nobili Tartaro, à Cobila Tartarorum 6. Camo ſiue Imperatore deſtinantur ad Pont. Clementem, vt mittantur, qui Tartaris legem Chriſti prædicent. *M. Paulus in ſuo lib. Cobilam tandem ſacro baptiſmo fuiſſe initiatum tradit Hayto Armenius.*

HVMANA.

1168. bellum ruſticum in partibus Hollandiæ ad deſendos nobiles, ſeque aſſerendum in libertatem: quod diſſipatum eſt. Industria Traiectenſis, Epifcopi, & Comitib. Geldrenſis, multis capris, pluribus occiſis. *Chron. Hirſaug.*

1269. Collegium Quæſtorum ſiue Theſaurariorum à Guilelmo de Saana Eccleſiæ Rothomagenſis Theſaurario Lutetiæ conditur.

1270. Franci & Carolus Sicilia rex tunc in Africa capiunt, captiuos Chriſtianos liberos faciunt, in omnibus regni ciuitatibus monaſteria conſtruunt, *Chron. Martini. Gagui. lib. 7. Aemyl. lib. 7. Continuatio hiftoria ſacra lib. 4. cap. 17.*

In Corandino, Fredericè Conrado filio nepote, illuſtrum Sueuiſi Ducum genealogia defecit, in qua Romanum imperium pluſquam centum & viginti annis tuto quieſcens, incrementa ſui accepit *Chron. Hirſaug.*

Philippus D. Ludouici filius, in Africa Rex ſalutatus, poſt leges barbaris datas, tributumque impoſitum, exercitum in Galliam reduxit, regnavitque an. 15.

h ELECTVS eſt Viterbij poſt triennij ferè vacationem, cum duntaxat eſſet Leodiienſis Archidiaconus, ac eo tempore in Aſia cum exercitu Chriſtianorum contra infideles pugnaret. *Chron. Hirſaug.*

Sapiens & integer. Vniit Latinam Eccleſiam cum Græca, & vt fieret continua expeditio in Saracenos contendit. *Vuicerius.*

In Concilio Lugdunenſi Rudolphus confirmatus eſt Imperator, quòd nollet ire Romam, pro imperij corona, dicens, multorum Alemanorum Reges Italia conſumpſit non ibo Romam. *Chron. Hirſaug.*



In eodem, Minores 25. annis à cura Parochialis Ecclesie exclusi sunt. *Ca. licet canon. de Elef. lib. 6.*

D. Thomas Aquinas obiit ætatis quinquagesimo, dum Lugdunum ad Concilium euocatus, proficisceretur. *Marter hist.*

Emer serunt ex Italia flagellantes hæretici incerto auctore, qui vagantes per Germaniã & Gallias, semetipfos flagellabant, & prædicabant multos errores: vt Aquam benedictã nihil plus habere efficaciam, quam non benedictam Euangeliũ finem accepisse post aduentum sue sectæ: præferebant suam flagellationem Martyrio, &c. *Bern. Lutembur. & Alphons lib. 3. cont. heret.*

Magna pars historicorum Philippum Francorum regem cognominat audacem, sed tanta fuit morum & animi lenitate, vt merito potuerit appellari Lenis. At fortasse quod dicebatur de Philippo Duce Burgundiæ, qui fuit vir strenuus & forti animo, ipsi imprudenter traxerunt ad Philippum Regem Francorum.

Michael Paleologus Imperat. Græcos nolentes Romanæ & Catholicæ Ecclesie fidem ac ritus recipere, varijs modis multauit, bonorum publicationibus, relegationibus, carceribus, excæcationibus, flagris, mutilationibus, & alijs similibus pœnis. Becum Constantinopolitanum Patriarcham, virum excellentis ingenij & doctrinæ, suo edicto aduersantem, cum omnibus ferè ipsius consanguineis coniecit in teterrimos carceres. *Niceph. Gregoras lib. 5.*

Paulò pòst ipse Becus, postquam librum sibi ab Imperatore missum (quem ante 25. annos, cum ea questio agitata esset, ex multis sacræ Scripturæ & sanctorum patrum libris pro Latinis collegerat Nicephorus Blemmydes) diligenter expendisset, & cum sanctorum libris, ex quibus Blemmydes ea excerpserat, ad verbum contulisset, mutata sententia restituit ut suæ dignitati, & deinceps sit ab intimis consilijs Imperatoris, adeo vt sine eo nihil profum gereretur. *Niceph. Gregor. lib. 5.*

Qui an. circiter 1270. partem Imperij Vncami Preto annis à Tartatis ante 100. an. confecti, sub Cobila 6. Chã regebat, de Vncami stirpe quartus erat, Rex & Sacerdos Georgius. *Ex M. Veneto.*

An. 1274. Boleslao gentis Rege quatuor milliaribus à Cracouia Poloni duros falis lapides effoderunt, præcipuas regni opes. *Munst. lib. 4. Cosmog.*

Petrus 3. Regum Aragoniæ primus per mortem Manfredi socii sui fit rex Siciliæ. *Vasaus.*

i **ABSENS** eligitur & primus ex ordine Prædicatorum fit Romanus Pontifex. Antea vocabatur Petrus de Tarantasia & erat doctor Theologus, qui super libros 4. sententiarum & epistolas Pauli scripsit; vir optimus, de quo omnia bona sperabantur: Amator publicæ tranquillitatis. *Triib. in Chron. Monast. Volater. lib. 21. Plati* Alij volunt eum fuisse Longobardum *Fascic. temp.*

Philippus Cancellarius Parisiensis, Thomas à Cantiprato, Richardus Medianillanus minorita Anglus, Albinus Bononiensis, Ioannes Valensis, Guilelmus Arronius, Godofridus seu Guiardus Episcopus Cameracensis, scriptores Theologici.

Philippus Tudertus ciuis Florentius ordinem seruatorum Beatæ Mariæ rededit ad formam. *Polyd. lib. 7. de*

Anni
Christi.Anni
mundi.1273
vel
1272

DECIMUM quartum generale conciliũ Lugdunense secundum præside Rom. Pontifice, Episc. 500. Abbatum 60. & aliorum minorum pralatorum & sacerdotum ferè 1000. Pro terra sancta recuperanda (hac de re nihil fuisse definitum ait Ioan. le Maire) & cõtra Græcos de processione S. Spiritus à filio. Interfuerunt Græcorum & Tartarorũ legati (Guilel. Nang. & Gregoras) & si Tritemio credimus, Michael Paleologus Imp. Græcorum, cuius auctoritate, et si repugnantibus pluribus Græcis (Nicephorus Gregoras lib. 5. Pachymeres lib. 5.) conciliata est quidem (sive per eum, sive per legatos) decima tertia (Triib. in Chron. Monast. Hirsaug.) unio sine concordia vtriusque Ecclesie. sed ea non diu durauit, sicut nec præcedentes. *Gaguinus lib. 7. Aemil. lib. 7. Tom. 3. concil. Blond. dec. 2. lib. 8. Plat. Palmer.*

5364

1276

i **INNOCENTIVS**. 5. Burgundus Tarétasiensis. mens. 6. di. 2. Vacat. di. 9.

5364

5364

Patriarcha.
Constantinopoli Ioãne 10.
Principibus.
Eisdem Imperantibus & regnantibus.
Alexandro 3. Scotia.

1243

Anni
Christi.Anni
mundi.

1276

k **ADRIANVS** 5. Genuensis mens. 1. di. 9. Vacat d. 28. *Patriarcha.* *Constantinopoli Ioanne 10. Principibus.* *Eisdem Impp. & regnant.*

5364

1276

l **IOANNES** 21. (alijs 20. alijs 22.) Lusitanus Vlyssiponensis mens. 8. Vacat m. 6. d. 7. *Patriarcha.* *Constantinopoli Ioanne 10. Principibus.* *Eisdem Impp. & regnant.*

5364

5365

inuent. cap. 4. Sabel. Ennead. 9. lib. 7. Honorius 4. eum confirmauit.

HVMANA.

A Rudolpho Imperatore procreatus est Albertus Dux Austriae, qui & post Adolphum fuit Imperator, à quo domus Austriaca ad hunc vsque diem imperio fruens. *Chron. Hirsaug.*

Ducatus enim Austriae, mortuo sine liberis Duce illius, cum Comitibus Stiriae, Tirolis, & Carinthiae vacabat. *Ibid.*

Quin & Rudolphus Odacharo Rege occiso in bello, Boemiae regnũ suæ ditioni subiecit, deinde regnum Burgundiæ. *Ibid.*

Omnia castella & latibula latronum, qui fuerat multiplicati, quod nullus esset Imperator, motus prædonum reprimens, ideoque omnia gererentur per tumultum sine lege, sine ordine, pro lubitu, destruxit. *Ibid.*

1286. Cancellarium suum in Italiam misit, qui accepta pecunia populos omnes liberos faceret. *Ibid. de quo suo loco.*

k **MORITVR** Viterbij ante consecrationem suam. Reuocauit constitutionem Gregorij 10. de Conclauis, quam reuocationem & Ioannes 21. successor confirmauit. Arque ita sine conclauis reclusionem sequentes pontifices Nicolaus 3. Martinus 4. Honorius 4. Nicolaus 4. Cælestinus 5. creati sunt. Cælestinus vero 5. renouauit, deinde Bonifacius 8. successor, qui & in librum 6. decretalium eam. retulit. A quo deinceps tempore Cardinales in conclauis recluduntur. *Ioan. Andreas ca. ubi Periculum.*

Rudolphum Imp. in Italiam vocauit ad comprimendam Caroli Siciliae regis insolentiam, qui oblitus beneficiorum Innocentij quarti, qui regnum legitimis hæredibus Conrado & Conradino filio eius ablatum, ipsi contulerat, Romæ omnia pro arbitrio gerebat, Deo iniuriam illi factam vindicante. Verum Rudolphus Boemico bello distertus, Pontifici satisfacere non potuit. *Chron. Hirsaug.*

Hayto postquam multa bella confecisset contra Tartaros, Persas, Malec Sultanum siue Calipham Babylonium & Melechdaer Soltanũ Aegyptium, ac per annos 45. eos quinque memorabilibus prælijs superasset. 1. in Pamphilia. 2. in Seleucia, tribus reliquijs in Perside, Præmonstratensem ordinem in Cypro professus & Macarij nomen sortitus, anno 1273. in Domino moritur. *Ex historijs Armeniorum.*

HVMANA.

Tiuo eius filius, Rex Armeniæ ab Emerico Lusignano Cypri Rege, & Villarelo Templariorum magistro, supplicatis contra Mahometanos obtinuit. *Ibid.*

l **VIR** literatus, sed in rebus gerendis parum prudens. Moritur Viterbij, noua super eum camera ruente. In Philosophia & Medicina eruditissimus erat, & multa scripsit, è quibus summula quædam extat, quam Thefaurum pauperum appellant, medicinæ non inutilis. *Chron. Hirsaug.*

Sub eo damnantur, qui asserbant Christum &

discipulos nihil habuisse, ac in his, quæ habuerunt, nullum obtinuisse ius. *In Exirauag. cum inter nonnullos, de Verborum signific.*

Sub eodem dānantur errores Ioannis de Poliaco doctoris Parisiensis *In exirauag. communi Vas electionis.*

Pontifices qui idem nomen habent variè apud historicos numerantur, sed in his, qui nomen Ioannis obtinuerunt, tanta est in numerandi ratione confusio, ut vix quicumque certi liqueat, adeò ut quod de vno dicendum erat, sæpe imprudenter à multis alteri tribuatur. Qui faciunt Ioannem 17. Schismaticum, hunc nominat 20. qui vero illum inter pontifices adscribunt, & simul numerant Ioannem illum 8. si diis placet, sceminam, vocant Ioannem 22.

HVMANA.

Mortuo Duce Austriæ sine liberis Rodolphus Imperator ex concilio principum dedit eum Ducatum filio suo Alberto, quem eius successores etiam hodie possident. *Trib. in Chron. Monast. Hirsang. & Vuolfang. Lazius.*

NON QUAM sacrificabat, quin lachrymas funderet. Sacerdotia non nisi idoneis conferebat. Notarios & tabelliones curiæ Romanæ ut pestiferos sustulit. Gregorium 10. & Ioannem 21. imitatus.

HVMANA.

Dionysius rex Portugalliæ sextus 44. oppida partim instaurauit, partim à fundamentis struxit. *Vasens.* Agricolas appellabat neruos Reipub. vnde & eis consulebat. *Idem.*

Ordines militum Christi, militum Sanctæ Iacobi, & militum Cisterciensis de Auys aduersus Mauros instituit.

Rodolphum Hasburgensem quidam tradunt ciuitatibus Italicis imperij iura vendidisse.

Ann. 1280. Turci, qui à Tartaris attriti fuerat, resumptis animis reuersi ad latrocinandi consuetudinem reliquias imperij Græci in Asia comminuunt, terras subactas in Satrapias 7. partiuntur à mari Pontico & Galatia vsque ad mare Lycium & Carium, flumenque Eumedontem.

Caramannus Alifineus Phrygiam & Antiochiam, Sarranus Ioniam, Sanson Magnesium, Prienen & Ephesum, Calames & Cerasus filius Mysiam, Ottomanus Bythiniam, Amuriada à Sangaro flu. vsque ad Paphlagoniam sibi distribuunt.

Cæteris oppressis se quatuor familiæ extulerunt, Alsumbei, Candelori, Caramanni (hinc Cilicia Caramanniæ nomen accepit) Ottomani.

Candelori Sinopen regionem circa pontum, Caramanni Ciliciam cum obtinuisent, diu Ottomanis restiterunt. Victi confugerunt ad Assumbeum, qui Cappadocum terras & minorem Armeniam possidebat, ex cuius stirpe natus est Vsumcassanus, qui regnum Persicum inuasit, postea.

Iacobus Meyerus ad an. 1278. suum Chronicon Flandriæ deduxit.

Siculi impatientes libidinis & insolentiæ militaris Gallorum communicatis consiliis, cum Nicolao 3. qui

Anni
Christi.

1277

1281

10.

1283

1285

1288

Anni
mundi.

149.

m Nicolaus 3. Romanus, ob vitæ integritatem vulgo dictus Compositus, an. 3.

mens. 8. di 15.
Vacat m. 5. d. 20.

Patriarcha.
Constantinopoli Ioanne

10.

Principibus.
Iisdem Imperantibus & regnantibus, & post Alphonsum Portugalliæ Dionysium, an. 46.

Icum Nuamlac Aethiopiæ mox Lacha-hazeon an. 6

CONCIL. Cantuariense, preside Archiepisco, ad confirmandum statum religionis. Polyd. lib. 17. Ang. hist.

5365

5361

Anni
Christi.

1281

1285

1283

1285

1288

Anni
mundi.

195.

n Martinus 4. Turo-
nensis, an. 4. mens. 1.

Vacat di. 3.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne decimo, deinde Iosepho iterum mens. 1. Mox Georgio siue Gregorio an. 6. mens. 6.

Principibus.

Michaele Paleologo Orient. Imp.

Abaga Tartaro Persidis, deinde Tangadore an. 2. Argone an. 4.

Rodolpho Occid. Imp.

Philippo 3. Franc. Rege.

Iacba hazeone Aethiopiæ pretioso siue Belul.

Alphonso 10. cog. Sapiente Hisp. deinde Sanctio 4. an. 8.

Eduardo 4. dict. 1. Angliæ.

Lesco Nigro Polo. principe.

Dionysio Portugalliæ. Reg.

Alexandro 3. Scotiæ.

CONCIL. Herbipolense, preside Legato Apostolico à latere, multorum Episcoporum, Abbatum, presentibus Rodolpho Imp. Principibus Ducibus & Comitibus, ubi inter alia Legatus nomine Papæ contributionem decimi denarii à clero, & Rex ab vniverso populo exigere ceperunt. *Trite. in Chron. monasterij Hirsang. At Munsterus in Cosmog. refert ad an. 1287.*

196.

o Honorius 4. Romanus an. 2. di. 1.

Vacat m. 10.

Patriarcha.

Constantinopoli Georgio siue Gregorio.

5369

5373

5371

5373

5376

Carolo infensus erat, & Paleologo Byzantino Imp. qui Gallos nuper ex urbe eiecerat, & Petro Arragonio, coniuratione facta an. 1281. die Paschæ ad pulsam campanarum contocantium ad vespas, omnes Gallos ad vnum supra octo millia cum vxoribus etiam grauidis intra duarum horarum spatium contrucidarunt. Vnde prouerbium VESPERAE SICILIANAE, seu Vesper Siculus, de subita cæde. *Aemil. lib. 7. Soli illi superferunt, quos Spirlinga arx munitissima protexit.*

Deficiunt Siculi ad Petrum Aragonium regem (cui Regnum Siciliae debebatur iure dotis Constantiæ vxoris filia Maufredi, quem Carolus vita & regno spoliauerat) qui ad Hipponem Africae armata classe euentum Siciliae conspirationis prestolabatur, propterea à Nicolao 3. Roman. Pontifice hostis Ecclesiæ iudicatus. *Aemyl. lib. 7. Plat. Blond. lib. 8. deca. 2.*

n EVIT vir sanctissimus, adeo ut cæci; muti & claudi, ad eius sepulchrum sanitatem recuperarint. *Trit. in Chron. monast. Hirsang.*

Italicis bellis indignè implicitus, semper tamen pacis expetens. Sub hoc infaniuerunt Vrsina & Annibalica factio. *Vuicelius in Epitome.*

Martinus Polonus à Beato Petro incipiens, vsque ad Honorinum quartum, vitarum opus edidit.

HVMANA.

Tangador Tartarus Persarum Rex relictis sacris Christianorum ad Mahometem descivit, ac se Mahomet Cham appellari iussit. Quin & Christianos persecutus est, clausis eorum templis: Quæ postea successor Argon aperuit, Christianos inire complexus.

Eldad Danus Hebræus historicus scripsit suam historiam, de Iudæis Clausis in Aethiopia, circa annum Domini 1283. qui iuxta rationem numerandi Hebræorum, est an orbe condito 5043. *Ipse ad finem sui libel.*

o VIR bonus & integer, scientiæ & honestatis verus amator. *Chron. Hirsang.*

Cardinales habere noluit nisi paucos, ac eos non minus bonos, quam doctos. *Vuicelius in epitome.*

Ordinem Carmelitarum (qui sic dicti sunt à Carmelo monte Syria) mutatis chlamydis virgulis siue versicoloribus in albas, confirmavit & reformauit. *Klat. Trit. in Chron.*

Ordinem Eremitarum sancti Augustini, Lutetiæ Parisiorum nondum receptum confirmavit. *Trit. in Chron.* Sunt autem, ut id obiter dicam, precipui quatuor Ordines probatissimi, quorum cæteri omnes sunt veluti appendices, Basilij, Augustini, Benedicti & Francisci, sanctorum patrum, *Volater. lib. 21. Geograph. Polyd. lib. 7. de inuent. cap. 4.*

Vacat sedes 10. menses ob ægritudinem Cardinalium qua apud S. Sabinam correpti sunt.

S. Rochus Narbonensis, Guilelmus Dnrandus Mianensis Episcopus, auctor Rationalis, Gilbertus Magnus Anglus, Egidius Biturigenis Archiepiscopus, Guilelmus Lugdunensis Archiepiscopus, Ioannes Genuenensis Ephrem (alius ab Eremita) Græcorum historicus, Arlothus generalis Minoritarum, Guido Bononiensis Archidiaconus, Nicolaus Cabasilas Dyrachij Episcopus.

pus. Ecclesiastici viri & Scriptores,
 Geraldus de Aluernia Chronicon Abbatum Clunia-
 censiū ad an. 1287 protraxit.
 Raymundus Lulius Catalanus Monachus Tuneti in
 Africa, multa scripsit de rebus nimium curiosis: in eius
 libris adnotati fuere plusquam quingenti errores à Pe-
 tro Terracensi Archiepiscopo: vt Deum plures habere
 essentias, (tale quidpiam hodie asserunt noui Trinitarij
 in Polonia) Patrem priorem filio: Spiritum sanctum con-
 ceptum ex patre & filio, &c. quæ tamen omnia, hæretica
 & plusquam diabolica audacia, assererat se à Christo sibi
 apparente in forma crucifixi in quodam monte accepisse,
 vt totum orbem à tenebris, quibus detinebatur libera-
 ret. *Bernard Lutzemburg in catal. hæresic.*

HVMANA.

Palatium Parisiense (vbi Ludouicus Hutinus Parla-
 mentum olim vagum sedentarium fecit) extructum est à
 Philippo Pulchro, Engerrano Mariniō fisci præfecto illud
 opus in insula regia vrbis vrgente. *Aemil. lib. 8.*

Parlamentum quoque Tholosanum Ocitanorum gra-
 tia rex idem instituit. Quo regnante bellum sacrum
 in Oriente, Ptolomaide à Sultano capta, finitum est.
Idem.

Collegium Scholasticorum Choleticum Lutetiæ in-
 stituitur à Ioan. Choletio natione Picardo Cardinali. *Mater
 historiarum.*

Ioanna Nauarrorum regina, Philip. Pulchri vxor
 Gymnasium Campanam, vulgo Nauarricum, Parisiis
 extruit & locuplet. *Ibid.*

Eodem tempore collegium Cardinalium Ioannes Mo-
 nachus nationes itidem Picardus Cardinalis posuit.

1283. Rodolphus Imper. cum circa Moratum ab equo
 deiectus fuisset, in lacum insiliit armatus, ac miro robore
 corporis euasit. Cum inde Friburgum delatus esset, copi-
 is collectis ex omni Suenia, illud & Heluetios Comiti
 Sabaudia, cui erant subditi, eripuit. *Blond. lib. 8. Dec. 2. &
 multa alia. Chron. Burg.*

1286. Pecunia populos Italiae liberos fecit. Lucenses
 ob eam rem duodecim millia nummum proposuerunt.
 Florentini sex millia. &c. *Chron. Hirsaug.*

1287. Vuernerus puer Christianus à Iudeis furtim ta-
 ptus occiditur acubus & cultris ad excipiendum eius san-
 guinem, in oppido Vuesalieni iuxta Rhenum, qui postea
 tanquam martyr signis claruit multis. *Ibid.*

Philippo Comiti Sabaudia, cui Rodolphus multa eri-
 puit, successit Amadeus, à rerum magnitudine Magni cõ-
 gnomen adeptus.

Philippus Pulcher, rex quoque fuit Nauarrae ann. 36.
 propter vxorem. *Vasaus.*

p PRIMVS Pontifex è Franciscanorum ordine. Nam
 errant, qui scribunt Honorium 4. fuisse minoritam.
 Vir bonus, amator religionis & pacis. *Chron. Hir-
 saug.*

Quo tempore Gibelini & Guelphi in Italia in se ar-
 debant, & Soltanus in Asia Christianos crudeliter oppri-
 mebat.

Mulech Sapherapes Saracenorum Soltanus (hoc
 est, Imperator) non quidem Aegyptius, vt quidam

Anni
Christi.

Principibus.

Michaelè Paleologo Orien-

Imp.

Argone Tartaro Persidis,
deinde Regayto an 6.

Rodulpho Occi. Imp.

Philippo 4. Pulchro ann. 28.

Franc. Reg.

Iacba Hazeone Æthio-
pia Belul.

Sanctio 4. Hispania.

Eduardo 4. dicto 1. Anglia.

Lesco Nigro Polo. principe.

Dionysio Portugallia.

Alexandro 3. Scotia.

97.

1288 p Nicolaus 4. Ascula- 5379
nus an. 4.

1294 menf. 1. di. 8. 5382

Vacat an. 2 m. 3. d. 2.

Patriarcha.

Constantinopoli Georgio
sive Gregorio, deinde Atha-
nasio an. 4.

Principibus.

Eisdem Imperantibus &
post Rodolphum Astaulpho
sive Rodulpho ann. 6. Imp.
& regnantibus.

Regayto Tartaro Persidis,
deinde Baydone, an. 4.

Sanctio 4. Hispania, deinde
Ferdinando 4. an. 13.

Iacba Hazeone Æthiopia
pretioso, mox eius liberis Ba-
arsada, Esbrahad, Cadem
saged, Vdim Raab, an. 15.

Anni
mundi.

Anni
Christi.

Eduardo 4. Anglia.
Lesco Nigro Polonia prin-
cipe, deinde Premislo, qui
regium, titulum repetiuit.
an. 6.

Dionysio Portugallia
Alexandro. 3. Scotia: deinde
interregno annorum sex ob
Anglorum irruptiones.

1291 CONCIL. Londinense ad Vuest
monasterium iussu Eduardi Regis.
Eo in Concilio publico edito iussi sunt
Iudaei de Anglia in perpetuam exire:
cautum est etiam vt nemini liceret
dare predia collegiis monachorum si-
ne Regis permisso: neue monachis aut
aliis sacerdotibus emere possessiones,
idque ne eiusmodi possessiones cenobio-
rum aliorumue sacerdotiorum do-
tes fierent. Eam Legem ad Manu-
mortuam vocarunt, quod res semel
data collegiis sacerdotum non rursus
vèderentur magis, quam res mortuae.
Durat in hodiernum diem. Polyd.
Virgil. lib. 17. Anglic. hist.

1292 ASCHAFFENBUR- 5380
gese prouinciale, preside Gerardo Ar-
chiepiscopo Moguntino cum 7. suis
suffraganeis, Abbatibus & presbyte-
ris vbi multa utilia de negotiis Ec-
clesiasticis statuuntur. Trithem. in
Chron. monast.

1294 q S. CAELSTINVS S. 5382
Efernensis, menf. 5. di. 7.
Vacat d. 10.

Patriarcha.
Constantinopoli Ioanne
vndecimo an. 6.

Anni
mundi.

putant, sed Babylonijs, Tripolim, Tyrum, Berithum, Si-
donem & Ptolemaida, nobilissima emporia, quæ sola tunc
à Christianis tenebantur, ferro & igne vastauit, altercan-
tibus inter se finibus, iam dudum per 30. annos Venetis,
Genuensibus, & Pisanis. *Aemil. lib. 8. Plat. Blond. lib. 8. dec. 2.
Fascicul. tempo. Ita dissidentibus inter se Christianis amit-
tuntur omnes portus Asiatici. Tuncque finitum est bel-
lum Sacrum in Oriente.*

Miraculosè per vxorem filiam Haytonis Regis Ar-
menia Mangu Cham Tartarorum à Cingis Cham quin-
tus conuersus baptizatusque est, cum fratre Allan siue
Hielon & tota familia. Deinde Allan exercitum in Pale-
stinam duxit habens in vexillo Christi crucifixi effigiem,
contra Cathos Melechmees, vt Hierosolimam recipe-
ret. *Guil. Nangiac.*

Mox redierunt Tartari ad prisca impietatem. Vnde
hodie sunt Mahometani vel potius Sagomorbare. Nam
habent Sagomorbar Cham pro magno propheta, vt Tur-
ca Mahometem, qui de Deo vno & de Politia & mori-
bus aliqua eis dictata reliquit, inter quæ est editum, quod
vsque hodie iurant successores Cingis Cham, de non affli-
gendis Christianis, neque tributo ab eis exigendo co-
piosiore, quam à reliquis.

Hielon pulsus quidem Saracenis potitus est regno
Syriae & Hierosalem circa an. 1290. At triennio post So-
tanus Babyloniae illud accepit. *Continuat. Nangiaci. Sabelli
Ennead 9. lib. 7.*

Adhuc viuebat & scribebat Nicolaus Lyranus. Ipse
in 2. cap. Esaiæ.

HVMANA.

Inter Philippum Regem Franciae & Eduardum An-
gliae erat capitale odium, quod fuit causa secundi belli
Anglici seu Francici & multorum malorum. *Polyd. lib.
17. Ang.* quo per Carolum Valesium Pulchri fratrem A-
quitaniae ditioni Franciae adiungitur.

Anglia rex Adulphum Imp. pro centum millibus
Marcarum argenti ea conditione in auxilium vocat, vt
diuisa inter Imperij principes pecunia, communiter ei
contra Francos assisteret. Quod non est assecutus, quia
Adulphus acceptam pecuniam in priuatos vsus conuer-
tit. *Chron. Hirsaug.*

Ferdinandus 4. Hispan. mortuus dicitur die sibi dicto
à duobus, quos iniuste tanquam homicidij reos occidi
iusserat. *Vasaus in Chron. Hispan.*

q PERCANNAM deceptus est voce tanquam
caelitus missa insonantem, vt defereret Pontificatum
& Bonifacium institueret. Sedisse biennium aliqui scri-
bunt.

Instituit ante Pontificatum ordinem. S. Benedicti in
Montibus. *Guil. Nangia. Polyd. lib. 7. de inuento. cap. 2. Eum
confirmauit Bonifacius 8.*

Fertur edixisse, Ne deinceps Romani Pontifices &
Cardinales ueherentur equis & mulis, sed tantum asinis,
Christi, cuius haberi vellent vicarij, exemplo. *Mater histo.
O legem nunc prodigosè euerfam?*

Cum rebus agendis parum idoneus haberetur, per-
suasus est vt Pontificatum resignaret, itaque coram om-
nibus in Consistorio, mitram anulum & Sandalia depo-
nens, Pontificatu se liberè abdicauit, *Platin. Relatus est
inter Diuos à Clemente 5. Blond 9. dec. 2. & Mater Histor.*

vel à Ioanne 22. Palmer. vel à Viennensi Concilio Ioannes Meyerus.
S Nicolaus Tolentinus tunc obiit: qui catalogo Sanctorum adscriptus est ab Eugen. 4.

HVMANA.

Michael 7. Comnenus Paleologus cognomento Magnus obiit anno sui imperij 35. sed quòd ad Ecclesiam Romanam deficiuisset priuatus est, etiam à proprio filio Andronico, sacra sepultura. *Nicephor. Gregor. lib. 5. Aemyl lib. 8.*

Angli Normaniam & Aquitaniam inuadunt, capto clauro Blauia, & duobus aliis oppidis circa Burdegalam, à cuius accessu propulsantur per Radulphum Neela Magistrum Equitum. Proditione ciuium in deditioem accipiunt Baionam urbem, *Guil. Nang.* Sibi Adulphum Imp. & Guidonem Flandrum sociant. Hinc bellum inter Francos & Flandros per annos quindecim.

Sub an. 1295. iam tertio Iudæi à Philippo Pulchro tota Francia spoliati & exacti sunt. Quam exactionem ipsi appellant *ḥḳ* quòd ea contigerit 55. anno post quintum mundi conditi millenarium. & in aliquando *ḥḳ* quòd anno 136. post illam Philippi Augusti electionem, quæ incurrit in annum 1190. falluntur. qui in hac R. Salomonem fuisse aiunt. Nam ille est antiquior Abben Ezra, qui se vixisse scribit sub annum mundi 5000. i. Christi 1240. Itaque eum relego ad illam priorem.

Pulsi Iudæi migrarunt in Germaniam. Quare Iudæos Germanos esse de radice siue trunco Francorum scribit. Elias in Tisbi, Rad. *ḳḳḳ*

Cassanus Tartarus Perfarum rex Sultanum Ægypti sub an. 1300. vicit.

INSTITVT duplex manus (vt vocant) in Festis 12. Apostolorum, 4. Euangelistarum, & 4. Doctorum Ecclesie Plati.

Fertur fuisse auctor illius orationis Ecclesiasticæ, Aue virgo gloriosa &c.

Aliquot epistolas Romanorum Pontificum, quas vocant Decretales, in quinque Libros per tres doctissimos viros Guilelmum Ebredunensem Archiepiscopum, Berengarium Episcopum Biterrenensem, & Richardum de Senis, iuris vtriusque doctorem, digeri curauit, easque sub nomine Sexti libri Decretalium in Concilio Lugdunensi confirmavit, & legi in Scholis ac in iudiciis obseruari mandauit. *Præfatio lib. ex. Decret. Paulo aliter Volater. lib. 22. Anib.* Sextum, inquit, Decretalium iuuante Dino Muggellano composuit.

Lustralem annum siue **IVBILEVM** centesimo quolibet anno celebrandum primus instituit anno 1300. *Platin.*

Ingentia bella in Italia excitauit. Excommunicauit regem Gallorum Philippum & totum regnum donauit Alberto Austriacæ domus Cæsari. Captus est postremo Anagnæ in paterna domo dormiens, nihilque tale meruens, indeque Romam perductus, in carcere periit, Atque hinc dicitur. Intrauit vt vulpes, regnavit vt Leo, mortuus est vt canis. Quod tamen falsò & temerè vsurpatum à maleuolis, & principum assentatoribus plerique existimant, quoniam Platina, valde alioqui pronus

Anni Christi.

1294

1303

Principibus.
Michael 7. Paleologo Orientis Imp.
Casano Tartaro Persidis an. 6.
Adulpho Occidentis Imp.
Philippo 4. Pulchro Franc. Rege,
Baasarda cum quatuor fratribus Aethiopia pretioso
Ferdinando 4. Hispania.
Eduardo 4. dict. 1. Anglia.
Premisso Polonia.
Dionysio Portugallia.
Interregno Scotia.

1299.

BONIFACIVS 8. Anagninus, ex nobili familia Caietana, an. 8. mens. 9. di. 17. **Vacat d. 10.**

5382

5391

Patriarcha.
Constantinopoli Ioanne 11. deinde Athanasio iterum an. 8 contra quem an. 1305. Hugolinus Latinus sedit.
Principibus.
Andronico Paleologo seniore, siue maiore filio Michaelis an. 37. Orient. Imp.
Casano Tartaro Persidis, deinde Cambagagano.
Ottomanno 1. Turcorum. Imp.

ad

Anni Christi.

1297

1297

1302

Adulpho & post eum Alberto 1. an. 10. Occid. Imp.
Philippo 4. Pulchro Franc. Rege.
Baasarda cum 4. fratribus Aethiopia pretioso.
Ferdinando 4. Hisp.
Eduardo 4. dict. 1. Anglia.
Premisso Polonia, deinde Vuladislao Loctico ann. 3.
Vuenceslao Boemo an. 5.
Dionysio Portugallia.
Interregno Scotia, deinde Ioanne Balliolo an. 7.

CONCIL. Lugdunense, præside Bonifacio Pontifice, qui animaduertens quousque Principes noua veltigalia sacerdotibus imponere interdum sine iusta causa, interdixit in eo Concilio, ne posthac id facerent neue sacerdotes iniussu Rom. Pontificis illa imposita conferrent. *cap. 3. de immunita. Ecclesie li. 6. Fuit causa magne discordie apud Anglos. Polyd. lib. 17. Anglic. hist.*

Londinense, cum Episcoporum, tum virorum omnium ordinum, præside Roberto Cantuariensi præsule, præsentate Edouardo 2. in quo statuitur, ne in perpetuum Regi liceret tributum vllum Angli imponere, nisi ex Concilij decreto. Id etiam hodie manet inuolatum. Polyd. lib. 17. Angl. hist.

Romanum, quo Philippus Rex Francia Alberto Imperatori subiicitur. Onuphr. Plati.

Parisense, præside Ioanne Cardinali Legato sedis Apostolicæ, qui commissus fuerat à P. P. quod Episcopi Francia vocati in ius Romam, Bonifacio, non comparuisset. Guil. Nang.

Anni mundi.

5385

5385

5390

ad notandas Pontificum maculas, nihil tale reculit, sed nec alij, qui eorum vitas describere. Vnde & cum laudant, tanquam Ecclesiasticæ libertatis æmulum, Imperatoribus Regibusque sua potestate abutentibus formidabilem. Sed & Philippus Rex, cuius opera captus fuerat atque interierat, Deo vinctum suum vlciscente, nunquam deinceps prosperè se habuit, vt ab aliquo Episcopo prædictum fuerat.

Malè tractauit Gibellinos, qui iidem Columnenses & Albi, vt contra Guelphi Nigri dicebantur. Vnde ad Porchetum Episcopum dixit, cinere in oculos sparso: Memento, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem verteris. *Uicelius in Epit.*

Henricus de Gandauo Tornacensis Archidiaconus, Iacobus Genuensis Archiepiscopus, Alexander de Villa, Conradus Halbertadensis Dominicanus, Ioannes Scotus Franciscanus doctor subtilis, (qui obiit an. 1308.) Ioannes Sancto geminianus, Petrus de Palude, Renerus Pifanus, Theologiæ Scholasticæ, vt vocant, acutissimi scriptores. *Trib.*

Circa hæc tempora Nicephorus Calixtus Xanthopulus historiam suam Ecclesiasticam à Christi natiuitate ad annum 625. decurrentem, Andronico maiori Constantinopolitano Imperatori dedicauit. *Ipsè in dedicatione operis. & lib. vlti. cap. vltimo.*

Guilelmus Nangiac monachus monasterij D. Dionysij, prope Lutetiam, Chronographiam vniuersalem ab origine mundi ad annum Christi 1302. digessit, quæ duo eiudem cenobij monachi vsque ad annum 1368. continuarunt. Extat codex hac in Parisiorum vrbe apud cœnobitas S. Germani.

Quidam qui volebant haberi tertij Ordinis D. Francisci, quique vulgo fraterculi siue Fratricelli, seu Fratres de paupere vita, vel Bisochi siue Beguini, & aliis nominibus vocabantur, in partibus Italiae, Siciliae, & Narbonensis prouinciæ, damnati sunt hærescos à Bonifacio 8. (alij volunt id à Ioanne 22. primò factum fuisse.) Ipsi Ecclesiastica sacramenta contemnebant: dicebant Sanctas animas non frui visione diuina ante diem extremum: in suis nocturnis conuentibus post inuocationem Sancti Spiritus, & luminibus extinctis promiscuè coibant cum mulieribus, quæ aderant: Ecclesiæ potestatem iam diu ob corruptos mores Ecclesiasticorum extinctam fuisse: se solos esse Ecclesiam Dei, seque imitari Apostolos, at Ecclesiam Romanam esse meretricem ac Pontifices omnes post Syluestrum I. fuisse impios, quòd in paupertate non degissent, ideo ipsis denegandas esse decimas: Margaritam concubinam Dulcini grauidam ab eo factam, tam erant impudentes, vt affirmarent concepisse de Spiritu sancto. *Mater hist. Supplement. Cronic. Extrauag. Sancta Romana de religiof. domib. Plati. Bernardus Lutemburg.* Dulcinus erat eorum hæresiarcha *Platin.* Manserunt in Marchia vsque ad Eugenium 4. & Nicolaum 5. qui eos comburi iusserunt, sed multi in Græciam fugerunt. *Ano. tit. 24. cap. 9. §. 15.*

Apamiensis episcopatus instituitur à Bonifacio Papa, cum antea ea regio subiaceret Tholosano Episcopatu. *Guil. Nang.*

HVMANA.

Ve&igal quod Malam-toltam vocabant, centesimæ

& post

& post quinquagesimæ omnium bonorum, primo solis mercatoribus, deinde tam clericis, quam laicis impostum est anno 1296. cuius causa magnæ seditiones ortæ sunt postea in Flandria. *Guilel. Nang.*

Tota Lutetia Sequanæ illuione inundatur, vt per 8. ferè dies nauigijs, annonæ consulendum fuerit, nec liceret per vllum ferè vicum incedere absque nauiculis & scaphis. *Guil. Nang.*

Burdegalenses timentes, ne iterum agitata pace cum Anglo ei subderentur, nec mitius cum eis ageretur, quam paulo antea cum Londinensibus, pulsus vrbe omnibus Francis, sui iuris fiunt. *Guil. Nangiæ. Guaguin. lib. 7.*

Fœdus percussum est inter Philippum Reg. Franc. & Eduardum Reg. Angliæ, cui Philippus quadriennio postquam locasset Margaritam sororem, vniuersam Aquitaniam reddidit. *Guilel. Nangiæ. & Polydor. Virgil. lib. 17. Angl. hist. Philippus vniuersam Flandriam subegit. Gaguin. lib. 7. Aemyl. lib. 8.*

1395. Præmilus regni titulum apud Polonos repetiuit, quod fuerat annis 215. intermissum. *Crom. lib. 11.*

1398. Cuncti, qui contra Adolphum Imp. conspirauerunt, misera morte periire. Nam Albertus Ipse Imperij vsurpator & successor à fratris filio necatus fuit. Comes de Holoch & Comes de Ochsenstein similiter fuerunt occisi. Moguntinus Archiepiscop. super sella sedens, repentina morte sublatus est. Comes Bipontinus in ripa Glietiæ submersus. Conradus Episcop. Argentinenfis ante Friburgum à quodam rustico gladio interceptus. Comes Liningensis phreneticus, & variis calamitatibus miser perit. Cæterique penè omnes simili interitu. *Chron. Hirsang.*

1300. Vuenceffaus Boëmus Rex Polonis expeditur, tempore Ottomanii primi. *Chron. lib. 11.*

1302. Factio Rusticorum in Francia ingentes regis copias bello superat. Sed paulo post omnes deleri sunt. *Chron. Hirsang.*

Cambagadus Tartarus Persiæ rex, repudiato Christianismo Mahometismum amplexus, alios suo exemplo pertraxit: cæteros ita pressit, vt non multo post Christiana religio apud eos ferè exoleuerit. Hinc concidit Tartarorum imperium in Asia. Nam Syriam Aegyptij retinuerunt. In reliqua Asia vsque ad Pontum, Turcorum potentia Ottomanii auspicijs restitui cœpit. Parthi Persiam inuolarunt circa an. 1350. duce Gempfa Parthorum Sultano, deuictis posteris Cambagadi.

Reliquiæ Tartarorum in Hordas diuisæ per Europam & Asiam dispersæ sunt, quibus singuli principes præfuerunt. Alij in Taurica Cheroneso confederunt, quæ hodie Gazara, & hi Precopitæ dicuntur, quorum princeps filiam in vxorem dedit Selymo Turcæ, ex qua natus est Solymanus. Alij Mogaj, qui non vnus imperio, sed Reip. more à Senatu reguntur, à quibus Horda Hagutaiorum, seu Zauollensium, quorum Metropolis Samarcanda Tamerlanis patria.

Tunc primum, Tartarorum imperio valde imminuto, an 1300. tyrannicum Imperium Turcorum nullius antea ferè nominis per Ottomanum Turcam (qui regnavit an. 28.) originem habuit, mille annis postquam Ecclesia à Constantini tempore floruerat. *Volater. Paul. Iouins. Illud autem intelligi per Bestiam Antichristi Apocalyp.*

Anni
Christi.

1302

An. Dom. M. CCC. quo Othomanus Turca de genere Scybarum siue Magog. emerfit; mille annis post ligatum Satanam, ne persecutionibus amplius noceret Ecclesie, eis à Constantino sublati & orbe conuerso. Apo. 20. vsque ad hoc tempus, quo solui cœpit & mysterium iniquitatis à Mahomete inchoatum, in apertum proferre.

1390

DECIMO tertio saculo doctrina continuatio sic elucet.

MISSA iisdem ritibus & verbis quibus antea. Innocentius 3. libris de Mysteriis Missæ. Durandus Mimatensis in Rationali diuinorum officiorum. Thomas opusc. 66. de expositione Missæ, & 3. parte. q. 83. Cabasilas Græcus libro de diuino altaris sacrificio. Samonas Gazensis contra Achmed Saracenum. Simeon Thessalonicensis libro de septem Sacramentis.

Gratia Dei, fides iustificatio. Cabasilas in expos. liturgie, cap. 29. de morte Christi quis nescit eam esse solam, qua peccatorum remissionem in mundum introduxerit? sed illud etiam scimus, quod post mortem illam, etiam fide & pœnitentiâ & cœfessione opus est, & c. Bonaventura in tractatu de res. hominis à peccato ad Gratiâ. Innocentius in 7. psal. pœni. Cum nemo iustificetur, nisi ex dono gratiæ patet, quod nullus iustificetur ex merito vite. Nam insusio gratiæ propriè iustificatio appellatur, quam Deus nulli concederet, si eum secundum meritum exigentiam iudicaret. *Audis Romanum. Pont. Thomas in 1. Apoc. Remissio peccatorum gratis datur. Denique Scholastici in 2. senten. dist. 27.*

Eucharistiæ, veritas, sacrificium,

Anni
mundi.

transubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. Cabasilas in expos. liturgie multis capitibus. Innocentius libris de mysteriis Missæ. Thomas lib. de Sacramento Eucharistiæ. in officio festi Sacramenti, & in 4. senten. 3. q. 74. & seqq. lib. peculiari, de Sacramento Altaris. ubi cap. 29. populus non accipit sanguinem sub specie vini. & quare. *Guilel. Parisien. lib. de eadem re. Alexander 4. q. 36. 37. & seqq. S. Samonas disp. contra Achmed Saracenum.*

Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniæ. Thomas 3. q. 66. & seqq. in summa cont. Gentil. lib. 4. D. Samonas Gazensis disp. contra Achmed Sarac. Scholastici in 4. senten. dist. multis. *Guil. Paris. de baptismo & eius partibus. lib. de tempore Baptizandi. lib. de ritu baptizandi. Ioachimus Abbas varijs locis. Albertus Magnus itidem. Hugo Cardinalis & Lyranus similiter in varia Bibliorum capita. Durandus de diuinis offic.*

Pœnitentiâ & eius partes tres. Cabasilas cap. 29. *Guilel. Paris. lib. de Sacramento Pœnitent. Innoc. in 1. & 3. Psalm. Pœnit. Bonavent. in dictis de Pœnitentiâ. Thom. in tract. de Aruiculis fidei cap. 14. & 3. q. 84. & c. Doctores huius saculi in 4. sent. dist.*

Claves Ecclesiæ absolutio. Cabasilas c. 29. Thomas opusc. de forma absolutionis. 3. q. 84. Durandus Mimatensis. de diuinis officijs. Scholastici in 4. senten.

Confirmatio & reliqua aliâ Sacramenta & eorum vsus. Simon Thessalonicensis libro de septem Ecclesiæ sacramentis, (Nam etiam Græci nobiscum tot constituunt, immo & cunctorum populorum Christiani.) Thomas in tractatu de Articulis fidei & Scholastici in 4. senten. *Guilel. Paris. priuatis tractatibus. Durandus Mimatensis de diuin. offic. Hugo. Cardinal. & Lyrans. in Biblia sepius. Cabasilas in expositione liturgie cap. 29. Vltimum (ait Græcus ille, & quidem disputans contra Latinos) olei sacramentum perfecit sacerdotium oratio, quod etiam corporalis morbi medulam & peccatorum remissionem dat is, quibus peragitur, vt habet apostolica traditio & c. ubi & inter sacramenta nominat sanctissimum vnguentum, Ordinationem per impositionem manus, mysterium remissionis peccatorum per sacerdotem, orationem sacerdotis in Matrimonio, vt intelligas hæc sacramenta non esse Papistica, sed etiam Græcorum, & quidem disputantium contra nos.*


Primatus sedis Apostolicæ. Fredericus Imp. episc. 3. & quidem Sedem Apostolicam oppugnans. Græci in conc. Lateranensi. Rusci, Poloni, Boemi apud Vincentium in specul. lib. 31. cap. 39. nuntijs & literis confessi sunt. *Accursius in Authentica vt Eccl. Rom. gaudeat 100 annorum prescrip. vetus Roma habet primam sedem Ecclesiæ, item originem legum, item fontem sacerdotij. Thomas lib. 4. contra Gentil. cap. 76.*

Liberum arbitrium, bona opera. Thomas in summa de Veritate, Mater. 24. q. 1. q. 83. art. 1. & Scholastici in 2. sent. dist. 3.

Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, Imagines, Festa. *Psellus ad Andronicum Imperatorem, ubi infra. Cabasilas in expositione liturgie cap. 33. 34. 48. 49. 50. Thomas 2. q. 83. Innoc. ser. 1. de dicat. templi, & c. Denique Sermones & tractatus penè innumerabiles doctorum huius saculi.*

Preces pro defunctis, Purgatorium. *Psellus ad Andronicum Imp. cap. de exitu animarum, & cap. de benefactis pro his qui è vita decesserunt. Cabasilas cap. 33. 42. quod inscribitur, de iis qui dormierunt, an sanctificentur à Mensa. 44. 45. quod præfert hunc titulum. Quod his, qui dormierunt, perfectior sit sanctificatio. 47. Thomas 3. q. 82. art. 6. & in summa contra Gentil. li. 4. ca. 91. Bonavent. in 7. parte Breuilq. ca. 2. Innocent. in 3. psal. Pœnit. Doctores in 4. senten. dist. 21.*

Cætera iudem & cæteri huius saculi auctores proluxe confirmant, de quo contra se testimonium ferunt *Censuratiore. In episc. nuncupatoria Cent. 13. Tum (aiunt) norme docendi & iudicandi controuersias constituta sunt patrum scripta & conciliorum decreta & c. deinde c. 2. de loco & propagatione Eccles. col. 11. & seq. cap. 3. de persecutione & tranquillitate Ecclesiarum col. 18. & seqq. cap. 4. de Doctrina proluxissime col. 25. & deinceps c. 5. de hæresibus sparsim col. 554. & seqq. per totum sparsim col. 18. & seqq. cap. 4. de Doctrina proluxissime col. 25. & deinceps c. 5. de hæresibus sparsim col. 554. & seqq. per totum cap. 6. de ceremonijs & ritibus Ecclesie col. 590. & seqq. per totum 7. de Politia & gubernatione Ecclesie col. 686. cap. 8. de Schismatibus col. 754. sparsim. cap. 9. de Synodis col. 789. & seqq. Per totum ferè ca. 10. de Doctoribus & episcopis col. 780. & seqq. sparsim in reliquis, vt de Martyribus, de Miraculis. Huc facit, quod ex instituto multi hæc ætate scripserunt de hæresibus. Item contra Albigenes, Almaricum, Petrum Ioannis, Desyderium Longobardum, quorum damnatas opiniones isti recoquunt: addè totius huius Centuriæ Synodos, quæ non exiguo fuerunt numero. Sed & Historici istius curriculi omnes docent non alium fuisse Ecclesie cursum.*



DECIMUM
QVARTVM
sæculum.



Vos Cardinales Columnenses & Philippum regem Franc. regni iure superiori pontifice deiectum restituit. De interfecto Bonifacij quæstionem egit. Vol. lib. 22. Anib. Franciam Bonifacij interdicto soluit.

Sanctimoniam vitæ eius miraculis à morte declarata fuisse tradunt. *Vnicelium.*

Ecclesia Romana sub anno 1300. non à passione Domini, vel potius conceptu siue incarnatione, vt olim, *Beda capite quadragesimo septimo, libri de Natura rerum*: sed à natiuitate numerat. *Lucidus de vero die passionis, capit. tertio.* Sed trium mensium duntaxat differentia,

Ottomanus Turca, qui ab Abagano Perfarum rege Natoliam regendam acceperat, de se augendo cogitans duobus aut 3. an. ante Benedicti 10. Pontificatum, Turcici Imperij iacit fundamenta. Christi trecentesimo, aut certe 301. Et si quingentis ante annis Turcas è Scythia profectos, sedes in Asia collocasse compertum sit. verum neque regem neque imperatorem habebant, diuisi duntaxat per tetrarchias & regulos, nisi quòd metu Gothfredi. Bulonij Solymanum tumultuarium olim ducem crearunt.

Ita Andronico auo in Andronicum Iuniorem nepotem indulgentiore, proindeque Iuniore auxilijs Genuensium imperium iuuadente, occupata Thracia & vrbe Constant. Ottomanus plerasque vrbes Bythinia caput, Prusiam caput & metropolim, suæ gentis, bellique contra Europæos arcem constituit.

Maximè eum nobilitauit Sebastia expugnata.

An. 1303. Occidentalis Tartaria cœpit nostris innotescere, è qua legatus ad Philippum Pulchrum venit, auxilium petens aduersus Mahometanos suas regiones infestantes, promissa suorum ad Christum conuersione, si quidem Christianorum manu assererentur. Re non impetrata discessit,

Circa eundem ann. Flavius quidam Melfensis in regno Neapolitano reperit Aciculam siue Indicem, siue Bosfulum Marinum, cuius cuspis Magnete intingitur, vt perpetuo prospèctet ad Aquilonarem Polum, polaremve stellam. Valet aduersus Maris fluctus, tempestates & pericula, vt scias quo in loco verferis, quo sit deflectendum, &c. Est species Astrolabij. Eo nondum vtuntur Græci, neque Caspii, neque Rubri maris nautæ siue propter ignorationem, siue quia illorum nauigatio est breuis, facilis, littoralis, vsu trita. Tam præstans & necessarium inuentum Deus noui orbis aperitioni præmisit, quòd ad eum nauigatio non nisi emenso Oceano & per altum pelagus fieri possit.

Capcapo, (quem Damasco præfecerat Cassanus magnus Cham, qui deuicto Bandone suo consanguineo Mahometis religionem abiecerat, Christianam amplexus, & rogatu Armenij R. Hierosolymam in potestatem acceptam restaurarat cum Templo dominico, eamque Armenijs, Georgianis, cæterisque è Cypro & latebris conuolantibus inhabitandam, Malaio verò gubernandam an. 1298. concesserat (ad Aegyptum Sult. defecit, & cum eo Hierosolymam expugnat. Hunc Molaius tandem) cum supplementa misisset Cassanus, in fugam vertit an. 1301. & qualècumque pacem Syriæ restituit. *Lib. 5. continuata histor. de bello Sacro.*

b Fuit filius Bertrandi equitis ex oppido Mihandran Burdegalenensis diocesis in Vasconia: vnde antequam electus esset Pontifex dicebatur Bertrandus, Burdegalenensis Archiep.

In eodem, Minores 25. annis à cura Parochialis Eccle-

| Anni Christi. | Anni mundi. |
|---------------|--|
| | 200 |
| 1303 | 5361 |
| | a BENEICTVS IO. dict. 11. Palmerio 12. Taruisinus. |
| 1305 | 5393 |
| | menf. 8. di. 17. |
| | Vacat an. 1. m. 1. |
| | Patriarcha. |
| | Constantinopoli Athanasio. |
| | Principibus. |
| | Iisdem & in Imperio & in regnis & Ottomano Turcarum primo Imp. an. 28. |
| | Cambagado Tartaro Persidis. |
| | Baasarda cum fratribus. Aethiopum pretioso. |
| | 201. |
| 1305 | 5393 |
| | b Clemens 5. Burdegalenensis. an. 8. |
| 1315 | 5403 |
| | menf. 10. di. 15. |
| | Vacat an. 2. m. 3. d. 17. |
| | Patriarcha. |
| | Constantinopoli Athanasio, deinde Niphone an. 3. m. 10. |

| Anni Christi. | Anni mundi. |
|---------------|---|
| 1305 | 5403 |
| | Principibus. |
| | Andronico maiore cum filio Michaelæ Iuniore Oriët. Imp. |
| | Ottomano Turcarum Imp. |
| | Cambagado Tartaro Persidis. |
| | Alberto, Henrico 7. an. 6. ex ordine Occident. Impp. |
| | Philippo Pulchro Franc. Reg. |
| | Andizeone Aethiopia pretioso. |
| | Ferdinando 4. Hispania, deinde Alphonso 11. ann. 42. |
| | Eduardo 4. dicto 1. Anglia, deinde Eduardo 5. dict. 2. an. 19. |
| | Venceslao Boemo Polonia, deinde Vladislao Loctico regnum recuperante anno 28. |
| | Dionysio Portugallia. |
| | Interregno Scotia, ob eandem Anglorum violentiam annis 10. |
| 1342 | 5430 |

Transtulit propter seditiones Italicas, quibus mereri non poterat, magno Christianorum incommodo sedem Pontificiam ab vrbe Roma Auenionem Gallia vrbe, vbi successores mansere an. 70. *Volat. lib. 22. Antho. Plat.* quod captiuitatem Babylonicam Itali appellabant vsque ad Gregorium vndecimum 1. an. 1371. Congessit constitutiones quæ ab eo dictæ sunt Clementinæ, & publicatæ in Viennensi con. *Ibid.*

Guelphorum dux erat Gnedo, Gibellinorum Maphæus.

Leges à Gregorio 10. editas confirmavit, nonnullis additis vel suppletis in Viennensem concilio.

Templariorum ordinem iustis de causis destruxit, eorum bonis Rhodiis militibus concessis. *Ibid.* res Italicas per tres Cardinales administrat.

Archiepiscopum Cambaliensem in Dominio Tartarorum creat Iohannem de monte, ordinis Minorum, & ad eum pallium misit pro successoribus ob loci intervalum. Octo item alios fratres eiusdem ordinis consecrat in Episcopos, mittitque ad illas Orientales partes, vt eius essent suffraganei & adiutores. *In Catalogo Episcoporum orbis.*

Andronicum Imperatorem anathemate percutit.

Lugdunensem ciuitatem ditionis Philippi Pulchri effecit. *Chronicum Comitis à Monte forti. Chron. Burgund.*

Multa collegia monachorum in Aquitania seculari habitu donauit, vt metropolim Ecclesiam diocesis Burdegalensis, & collegiatas S. Seuereni, & D. Emiliani, quarum Abbates conuertit in Decanos.

Denique hæc Sedis Apostolicæ translatio valde fecundauit antiquam Ecclesiæ faciem. Nam præter inauditas dispensationes, & sanctorum Canonum enerationes, periit illud diuinum ius, Sæcularia Sæcularibus & Regularia Regularibus, maximè in Gallia, dum Pontifices huius transmigrationis plusquam Babylonicæ (nam obseruantiam regularis disciplinam Ecclesiasticam penè totam, iura denique confudit, corrupitque) patriæ & principibus impiè fauere gestiunt.

Guido Ferrariensis auctor Margaritæ Bibliorum, Alanus Insulensis, Gerardus Leodiensis, Petrus de Verberia, Hubertinus Casalanus, Gerardus Bononiensis, Malachias Dominicanus, Albertus Patavinus, Guilielmus Hasslingenensis, Ioan. Vitalis Cardinalis, Raymundus Eremita, Richardus Pampolitanus, Bernoldus Cisterciensis, Porchetus Saluaticensis, Guido seu Giso Cameracensis Episcopus, Iacobus Vetulonius Eremita. Marfilus Paduanus, Galterius Burgensis Episcopus Pictauiensis, Ioan. Glodeston, Petrus Aruernus, omnes Theologiæ peritissimi.

Florebant quoque nominatissimi iurisperiti, Dynus Mugellanus, Petrus de bella Pertica Burgundus, Iacobus de Arena Parmensis, qui sæpe laudatur à Bartholo. Richardus de Malunibris Cremonensis, Iacobus de Butrigariis Bartholi præceptor. Oldradus de Ponte Laudensis, Cynus Sigisbuldus Pistoriensis.

Hæresis noua apud Nouarienses per Dulcinum & Margaritam inuenta, qua mares & femina simul habitantes in omnem libidinem prolabeantur, & Anabaptistarum more senserunt nihil habendum proprium, non esse administrandas Resp. Christianis & familia absurda. *Summa concil.*

Beguardi & Beguinæ hæretici in Germania, inter alia asseriebant hominem ad eod perfectum esse posse in hac vita, vt peccare nequeat nec iustior fieri: nullū coitum esse peccatum: ideo licere quidquid natura suggesserit: Christum non esse adorandum in sacramento Eucharistiæ, quod illud esset imperfecti hominis. Dammati fuerunt in concilio Viennensi, & iterum à Ioan. 22. *Clementi. Ad nostrum. de hære. Massens lib. 18.*

Ann. 1309. Equites Hospitalarij S. Ioannis Hierosolymitani, Rhodum infulam cum vicinis aliis quinque à Sarracenis seu Turcis recipiunt, anno 4. obsidionis Hinc cœperunt dici Equites Rhodij & haberi illustres. *Aemil. lib. 8. Blond. libr. 9. decis. 2.* Eam retinuerunt. 214 annis.

Anno 1314. vacauit Imperium, sedes Pontificiæ, & regnum Francorum.

Multi hæretici, quorum auctor erat Lolhaldus quidam nomine Vualtherus, comburuntur in ciuitate Cremenfi vrbe Austria, & aliis in locis, quod dicerent inter alios errores, Missam, Baptismum, & extremam vnctionem nihil prodesse: Luciferum iniuste cœlo pulsum fuisse & tandem restituendum: omnes Angelos & suæ sectæ aduersarios deputandos æternis cruciatibus: D. Mariam non mansisse Virginem: Dominicum corpus in Sacramento mansisse Virginem; Dominicum corpus in Sacramento esse Deum fictitium: matrimonium esse iuratum meretricium: Deum nec scire nec punire mala quæ hic fierent: prætextu charitatis coibant promiscue in locis subterraneis: carnes quouis tempore edebant: dies festos non obseruabant: Merita & intercessionem Sanctorum irridebant, & multa alia eiusmodi profitebantur, adeo pertinaciter, vt cuiuslibet essent ætatis & sexus mallent mori quàm respicere, sic eos fascinauerat Satananas: In Austria & Bohemia vel vicinis locis erant eius sectæ plus 800. millia, vnde cœperunt Behemorum hæreses. *Trib. in Chron. Monast. Husung.*

Ex hac sæcæ Boëmia tunc infecta vsque in præsentem diem, iisdem erroribus & turpitudinibus scætet. *Ibid.*

Georgius Pachimeres historicus & Philosophus, ab anno primo Michaëlis Palæologi ad 23. Andronici senioris historiam Græcorum per annos circiter 58. persequitur.

Cyro Athanasio Alexandrino Patriarchæ (nam etiam Patriarchæ & Hierarchia Ecclesiastica sub principibus Mahometanis durant) suam Paraphrasin in Dionysium dicauit, qui Constantinopolim veniens, fortassis legatus, ad eam edendam ipsum incitauerat.

Eum, quia nonnulli confuderunt cum magno Athanasio, Pachimerem in Historicum & Philosophum diuidunt. Hunc ad annum 370. illum in hunc locum conferentes. Sed perperam.

Fuisse autem hac tempestate Patriarchas Alexandria, Antiochiæ, Hierosolymis liquet è Nicephoro Grægora Pachimeris suppare lib. 10. cap. vltimo. Quorum successiones hoc quarto lib. interrumpere coacti sumus ob causas initio illius commemoratas.

Franciscus Meronius Franciscanus sub ann. 1315. magnanimum illum actum Sorbonicum introduxit, quo ætate per singulos dies Veneris responderetur à quinta matutina ad septimam vespertinam sine præside, sine socio, sine prandio & pastu, sine vlla emigratione, in eadem perpetuo corporis sede & animi contentione, donec cunctis opponentibus satisfactum sit, præsertim Baccalau-

Anni
Christi.

1311

DECIMUM quintum generale Conciliū Viennense, præside Clemente 5. presentibus tribus regibus Franco, Anglo, Tarracoenfi, duorum Patriarcharum Alexandria, & Antiochiæ, Episcoporum 114. alij volunt 300. & aliorū multorū Patrum, contra Sarracenos, pro recuperatione terra sancta, contra hæreses, Templarios, & mores corruptos clericorum, biennio celebratur. Plati. Palmer. Tom. 3. Concil.

Eo in Concilio ordo & nomen templariorū, qui annis 203. (Trit. 184) steterat, condemnatur: eorū redditus D. Ioannis Hospitalariis, qui tunc vocabantur equites Rhodij cœceduntur, Gagni. lib. 7. apud quem vide errores Templariorum.

Beguardi & Beguinæ etiam in eo damnantur.

Approbantur Clementina constitutiones: Festum corporis Christi confirmatur.

In eo etiā decretum est, vt in principalibus Academijs professores honestis stipendijs donarentur, qui Hebraicam, Chaldaicā, Græcam (nam autographum Concilij hanc vocē habuisse testatur Ioan. Andreas inris Canonici interpret) vt Arabicam linguam publicè docerent, vt essent qui apud infideles, qui has linguas potissimum callent, fidem possent propagare, cap. 1. de Magistris in Clementinis lib. 5.

reis

Anni
Christi.

1304

Anni
mundi.

5391

reis primi & secundi ordinis, qui sunt minimum sexaginta & argumenta circiter centum agitant. Nam singuli primi ordinis duo texunt, primus etiam (quem Priorem appellant) nouem. Facinus inexpertis formidabile, at cuius causa nemo hætenus in valetudinis discrimen venerit, plures melius habuerint, siue quia vis audentes diuina iuuat. siue quia mentis contentio non sinit cogitare de corpore, minus de tempore.

1308. Moritur coloniz Ioannes Scotus, Doctor subtilis quo anno Henricus Comes Lutsemburgensis creatur Imperator. *Chron. Hirsau.* Nondum mortuum fuisse, quando in sepulchrum illatus est, ferunt, sed duntaxat lethargo correptum. Quod aperto sepulchro postea innotuerit dum in gradibus Mausolei deuoratis manibus reperi- tus est.

HVMANA.

Philippus Pulcher Iudæos è Francia exegit, & bonis spoliavit. Sed septem annis post Ludouicus Vtinus pecunia, vt ferunt, corruptus eos recepit. *Aemyl. lib. 8. Guag. lib. 7.*

Aurelianensem Academiam auctoritate Clementis confirmaram instituit. *Chron. Franc.*

Templarios tota passim Gallia vno quasi momento deleuit. Quod cum in Germania auditum esset, illis vt postulabant, Moguntiz an. 1311, auditis, nomen tantum & leges mutantur, personis & redditibus distributis in alias sacrorum ordinum familias. Per reliquum orbem Christianum ob nefanda quædam scelera & opiniones prauas de religione, quasi dato à Pontifice signo è consilio Viennensi, totus eorum ordo deletus est.

Nurus eius omnes an. 1313, probri causam dixerunt: Io- hanna quidem Philippi longi vxor absoluta: vt Margari- ta Ludouici Vtini, & Blancha Caroli Comitis Marchiz conuicta. Idem Margari- ta in custodia miserè periit. Blanchæ verò libellus repudij datus. *Chron. Burgund.*

An. 1309. morte Vindonis Marchiz Engolismensium comitatus regi Franciz obuinit. *Gagni.*

Ioannes Meunius Poëta mandato Philippi regi mul- tos libros è Latino in Gallicum transtulit.

Equus pictus Constantinopoli, quo ante sacellum Deiparæ virginis sustinebatur D. Georgius, media nocte bis hinniuit, magno omnium terrore: vt prius fecerat anno plus minus 50. *Niceph. Greg. lib. 8.*

Ioannes Rex Armeniz, dimisso regno Leoni suo nepoti, fit monachus ordinis Minoritarum *Antonin. tit. 24. cap. 9. para. 13.*

Albertus Imp. à fratris filio Ioanne interficitur, cui tanquam prodigo, administrationem Sueuiz ademerat, Iohannes postea ab Henrico 7. perpetuis carceribus in Pisano Eremitarum cœnobio damnatur.

Henricus 7. Imp. pro more Mediolani Ferrea corona decoratur. Postea Romæ à tribus Cardinalibus à Pontif. missis auream coronam, imperij insigne, suscepit. *Trib. in Chro. Aemil. lib. 8.*

Veneno sublatus dicitur à Dominicano, cum sacrosanctum Christi corpus fumeret. Ea de causa 13. aut 14. annorum interregnum in Germania tenuit.

Coitionem factam Helueticorum Alpinorum contra Nobiles in Albertum Austriæ principem propensio-

1315

5403

res, qui se hostem Adulphi Imp. professus fuerat, probavit, & eorum tres pagos, Vrios, Suiffios, & Vnderualdos, inter liberas Imperij vrbes connumerari voluit iis priuilegijs, vt cetera liberi in capitalibus tantum causis iudicem ab Imp. datum admitteret, quem sua lingua Prefectum vocant. Id quod libertatis Helueticæ origo prima fuit. *Stampsius in Chron. Heluetic.*

Quam deinde Lupoldus Bauarus an. 1316. non modò confirmauit, sed & capitalium causarum iudicum perpetuo priuilegio concessit. *Idem.*

In Italiam traiciens Amadeum Sabaudia Ducem, Imperij principem constituit. *Paradinus.*

Imperatorum Constantinopolitanorū tempora apud vllum auctorem vix hīc satis distincta reperiuntur, adeò vt ex collatione Græcorum & Latinorū scriptorum ferè diuinandum fuerit

Ferunt Margaritam Comitissam Hollandia vno partu peperisse 363. liberos, eosque omnes viuos, qui fuerint baptizati. *Annales Hollandia, & Mater historiarum.*

Sic paulò antè, an. scilicet 1269. in Cracouiensi regione, quædam honesta matrona, Margarita etiam nomine, Virboslai Comitis vxor, 36. pueros viuos vno partu edidit. *Herbertus hist. Polon. lib. 7. cap. 13.*

EDIDIT 20. constitutiones, quas Extrauagantes vocauit. Ante Pontificatum Iacobus Cadurcensis vocabatur, Cancellarius Francia, vnde & ope Ludouici Hutini pontificatum Max. est adeptus.

Aureorum florenorum decies ac septies centena milia in arario pontificio reliquit.

Instituit vt ter singulis diebus tintinabula ad vesperum pulsarentur, quò vnusquisque ter salutationem Angelicam recitaret. *Polyd. lib. 6. de inuent. cap. 12.*

Episcopatum Tolosanum in sex Episcopatus diuisit, & Tolosam sedem metropolitani constituit. Sic quoque Episcopatum Pictauiensem in tres, Pictauiensem, Maleaensem, & Lucionensem: cum hi duo postremi antea essent Abbatia. *Continuatio Nangiac.*

In Ludouicum Bauarum censuris ecclesiasticis animaduertit.

Quendam de ordine Prædicatorum Archiepiscopum Soltaniensem creat, ei dato pro se & successoribus pallio. Eo etiam ad partes Aquilonis septem, eiusdem ordinis fratres misit pro cœpiscopis siue suffraganeis. *In Catalogo Episcopatum orbis.*

1320. Vladislauum Polonia principem regem nominauit.

Novam militum religionem in Lusitania instituit, quorum caput est oppidum Syluensis Dioceseos. Huius etiam tempore secta Fratricellorum de opinione excitata est, qui Petro Corbatio Pseudopapæ obtemperabant. *Volat. lib. 22.*

Errorem Lactantij & Irenei de receptaculis animarum vsque ad resurrectionem tenuit & publicè prædicauit. *(de quo post.)* Sed ex decreto Parisiensis facultatis illum retractauit. *Marsil. in 4. dist. 13. art. 3.* Tanti olim fiebat huius Facultatis autoritas.

Damnauit eos qui dicerent Christum & Apostolos nihil possedisse. *Extrana. Cum inter nonnullos, de Verbo, significat. Mater. histor.*

Nicolaus Aqueuillanus. Franciscus Maronius Sco-

Anni Christi.
1315
vel
1316
1315

202
C IOANNES 22. alijs 21.
alijs 23.) Cadurcensis. an.
19. mens. 4.

Vacat d. 16.
Patriarcha.
Constantinopoli Ioanne
duodecimo ann. 4. Gerasino
an. 1. Esaiã an. 18.
Principibus.

Andronico seniore Paleologo, cum Andronico iuniore nepote, Orient. seu Græcorū Imp.

Carbanda Tartaro Persidis.
Ottomano an. 28. & Orchane an. 22. ex ordine Turcorum Imp.

Ludouico 4. Bauario siue Bauaro an. 32. Occid. Imp.

Ludouico Vtino 12. dict. 10.
an. 2. Philippo 5. Lōgo an. 5.

Carolo 4. Pulchro an. 7. filiis Philippi Pulchri, & Philippo 6. Valesio cogno. Catholico, an. 22. per ordinem successionis Francorum Regib.

Aindezeone Aethiopia, deinde Seipharad, an. 28.

Alphonso 11. Hispania. Eduardo 5. dicto. 2 Anglia. deinde Eduardo 6. dict. 3. an. 50.

Vladislao Loctico Polonia.

Dionysio Portugallia, deinde Alphonso 4. an. 31.

Roberto Brusio Scotia an. 24.

Anni mundi.
5403
5423

Anni Christi.

1327

CONCIL. Moguntinum Provinciale. præside Matthia Archiepiscopo Moguntino, presentibus eius suffraganeis, Abbatibus & multis alijs sacerdotibus. In eo multe constitutiones ad Ecclesie vtilitatē sunt edita. Trib. in Chron. Monast. Hirsaug. & Continuatio Nangiac.

1342

1331

Anni mundi.

5415

5423

rus. Petrus Aquensis Archiepiscopus, Conradus Sancto-georgianus. Augustinus, Anconitanus, Guilelmus Och- Anglus (conductitijs Pape oppugnator) dicit Pighius, Guilelmus Abbas Pictauiensis, Marinus prætorianus Episcopus, Guido Maiorienfis episc. Alpharus Minorita, Guilelmus à Petra alta, Adamus Goddamus, Astasanus, siue Astelamis, Monaldus, Lupoldus Carthusianus, Ioan. de tenera munda Carthus. Guido montis Rocherij, Petrus Episcopus S. Pauli, Theologiae scriptores.

Petrus Cunerius aduocatus regius in Senatu Parisiensis conatus labefactare Ecclesiasticorum iurisdictionem temporalem, Ecclesiasticamque libertatem infringere, sibi perpetuam ignominiam accersuit, Bertrando Episcopo Heduarum pro Ecclesie iuribus apud regem Philippum Valesium perorante, & Sigillo summo deformique illi per ludibrium in Chori cathedralis parietem infixo, quod etiam hodie stylis suis scriptoris, pugnisque prætereuntes in perennem impietatis memoriam confodere solent.

Refutatio erat facilis, etiam si Guertij causam impij quidam Principum consilij, venenosam dubia Centuriatorum & Calvinico tincti, restaurare studeant. Contra, quos hæc pauca annotabo. Prima iurisdicatio in fideles, etiam in causis civilibus est Episcoporum. Nam Christus fundamentum iurisdictionis in laicos iaciens, eos hortatur, si se aliqua in re læsos putent, vt adeant non Curiam, sed Ecclesiam. Matth. 18. Et Paulus 1. col. 6. de determinandis in Ecclesia causis præceptum dat. id est, apud Episcopum, vt intellexerunt & interpretati sunt veteres & concil. 3. Carthaginense præsent. August. cap. 9. Et 1. Timoth. 5. aduersus presbyterum accusationem recipiendam à Timotheo episcopo sub duobus aut tribus testibus.

Constantinus Mag. apud Nicepho. lib. 7. ca. 46. iudicium & iurisdictionem in clericos episcopis mandat. & apud Sozom. lib. 1. cap. 9. appellandi è civilibus iudicijs ad episcopos potestatem facit.

Theodosius Mag. leges tulit, vt liceret cuique siue is actor esset, siue reus relicto foro sæculari, etiam lite contestata, forum Ecclesiasticum adire.

Patrem secuti Arcadius & Honorius dant opinionem actoribus & reis, vt causas sæculares ad Episcopos deferant. I. si quis ex consensu, Cod. de Episcoporum audientia, & l. Episcopale, iudem Imp. tantam vim tribunus Episcoporum iudicijs quantam prætorum prætorio. Tantum abfuerunt sanctissimi illi Imp. vt Ecclesie iura abolerent, vt ea auferent fori sæcularis detrimentis.

Carolus & ipse Magnus in constitutionibus ex Carhedonensi & Carthaginensi Synodo clericorum & Ecclesiasticorum lites inter Ecclesiasticos, & non apud sæculares componi debere decernit.

Iustinianus §. si quis contra, 123. Nouel. Monachos & clericos liberat à iurisdictione magistratuum & coram Episcopo citare iubet.

Sic apud Hebræos, Deut. 17. & alibi, ad Tribunal Ecclesiasticum fontes citari iubentur, & Num. 5. Mulier de adulterio suspecta, quàm & adijret (inquit) Sacerdos, &c.

Quin imo apud eos nulla fiebant iudicia, nisi duobus Levitis assidentibus, è Iosepho Ant. libro 4. cap. 8. in ead. dicitur (ait pa. 107.) δὲ οὐδὲν ἕνεκα τῆς ἐκείνου ἐπιπέρας. Quam legem secutus Iosaphat. 4. Reg. 3.

& 2. Paral. 19. vt idem refert initio lib. 9. ματῆς ποτὶ χριστὸν τούτου
ματῆς ἐκ τῶν ἱερῶν. ἢ ἐκ τῶν λαϊκῶν.

Quare Synedrion etiam tempore Christi, de quo Thal-
mudici in Tract. Sanedr. ferè totum Sacerdotibus con-
stabat. Et Phariseorum iurisdictione explicatur à Iosepho
Ben Gorion Hebraico lib. 4. cap. 6.

Sic apud Paganos Ius Pontificium, iuxta quod Ci-
cero pro Domo sua apud Pontifices contra Clodium per-
orat, & de Aruspicum responsis eisdem quandam habuisse
ciuiliam iurisdictionem testatur.

Tertium Conc. Carthag. cap. 9. prohibet, ne Clerici
in Iudicio Laicorum de re ciuili litigent, cum Priuatorum
(id est Laicorum) causas Apostolus etiam Ecclesie deferri
& ibi determinari præcipiat. *Nota vim argumenti.*

Vnde Augustinus testatur se audiuisse multorum li-
res, & Chrysostomus lib. de Sacerdotio quartam officij
Pontificij partem in eo positam docet. Et epistola 1. Cle-
mens, apud Presbyteros Ecclesie negotium fratrum (quos
liber Christianos intelligit) quæcunque illa sint, iudi-
centur. Et lib. 2. Consti. ca. 47. Fiant iudicia vestra secun-
da feria, vt si fuerit discessum à sententia, possit is liberè
vsque ab Sabbathum sedare controuersiam, & pacare dis-
ceptantes in diem Dominicum (tam breui tempore ius
dici Apostoli volebant.) Denique extat non tantum epi-
stola 1. Clementis de iurisdictione Ecclesie in secularia:
verum etiam Anacleti prima Hæc contra nostri æui Cu-
nerianos.

Ioannes de Columna auctor libri, cuius titulus est Ma-
ter historiarum. Guido Parpinianus & Ioan. Andreas Ca-
nonista, Dantes Aligerius Florentinus insignis poeta in
lingua Hetruscorum, obiit anno Christi 1321. & ætatis 56.
vel, vt alij volunt. 61. Gëtilis Fulginas, & Dinus Florenti-
nus medici. Franc. Petrarca & Bocacius.

Durandus de Vualdach in Arragonia Hæresiarcha,
inter alia euomebat matrimonium esse occultam scort-
tationem. *Bernard. Lutzemb. in catal. heretic. Tandem com-
buritur..*

Complures Manichæi cum suo doctore ad ecclesiam
Catholicam se conferentes, sacrum baptismum suscipiunt.
Niceph. Gregoras lib. 8.

Petrus Ioannes Biraensis seu Pyranensis hæreticus,
per Babylonem Meretricem magnam (*Apocalyp. cap. 17.*
intelligebat Catholicam ecclesiam, & Papam per Anti-
christum. *Berna. Lutzemb. Sententia Clementis 6. exhu-
matus, flammis traditur.*

1321. Lothardus Vualterus magister & princeps se-
ctæ, de quo paulo antè, Colonia comburitur. *Chron.
Hirsang.*

Carolus Pulcher fertur primus Regum Francorum
permisisse Papæ decimas, ex suis subditis, vt eius quæstus
fieret particeps. Vel vt Pontifex Ludouicum Bauarum
Imp. hostem Ecclesie iudicatum bello persequeretur.
Chron. Franc.

Gottofredus Plessæus Lutetie Gymnasij Plessæi con-
ditor.

Ordo militum Iesu Christi exortus est tunc primum
in Lusitania an. 1326. *Plat. confirmatus est à Benedi-
cto 11.*

Guilielmus Occamus Imperatoris stipendiarius & à
Papa ob aliquos errores excommunicatus, *Trib. Ioanem*
2. maledictis laerat. *Amyl lib. 8. in eum multa blasphemando*
conscribens. Trit. in Chron. Hirs. & de Script. Eccles.

Anni
Christi.

Anni
mundi.

1327

5415

Schisma 20.

Nicolaus 5. antea dictus Pe-
trus, ordinis Minorum, contra
Ioannem 22. (quem acerrimè o-
derat Ludouicus Imperator) in
schismate ab Imper. Pseudopō-
tiffex Romæ creatus sedit. an. 3.
m. 3. d. 4.

Auenione in carcere moritur.

Anni
Christi.

Anni
mundi.

1315

5403

magna impudentia. Nam etsi Ioannes Papa probabilis
putaret sanctos nondum clara Dei visione frui, quæstio-
ne de hac re orta, quod ita sentire viderentur Tertullia-
nus, Lactantius, Victorinus, Ambrosius, Augustinus
Prudentius, Bernardus, & ex Græcis Iustinus Martyr,
Irenæus, Orig. Chrysof. Theodorit. Oecumenius, Theo-
phylactus, Euthymius, apud Sixtum Senensem in Bi-
blioth. libro sexto annot. 345. *tamen morie præuentus (in-
quit Benedictus Papa successor) isud perficere nequirit.
lege Bonifacij constitutionem libro tertio Alphonsi de Castro
contra hæres. Verbo; Beatitudo. Quin & Occamus ipse fa-
retur Papæ Ioannis verba hæc fuisse. Nunquam tamen
mor intentionis fuit dicere aliquid contra fidem. Et si aliquid
diximus, totum ex tunc reuocamus. Dialogo primo part. 2.
c. 9. & 10.*

Impudens Calvinus Instit. primarum c. 8. num.
133. Ioannem 22. palam asseruisse animas esse mortales,
vnaque cum corporibus interire vsque ad diem resur-
rectionis, & neminem Cardinalium huic se tantæ insa-
niæ opposuisse. Nam nemo Christianus vnquam sensit
animas esse mortales, nedum asseruit, & tota quæstio in
eo versabatur, an sanctorum animæ à Deo facie siue ef-
fentia ante diem Iudicij clarè cernenda retardarentur. Vt
etiam pontifices Maleuoli confitentur.

HVMANA

Cum bella inter Ludouicum Bauarum & Fredericum
Austriacum pro imperio exarsissent, Heluetij, præsertim
Vni, Syluani & Suintenses soli. (Nam reliqui Imperio sub-
diti Frederico studebant) Bauaro adferunt. Quare hic
rebus bene gestis remunerationis loco, *avrovopiav* ab
Henrico septimo antecessore impetratam confirma-
uit, additis immunitatibus & potestate. sese perpetuo
federe, defensionis causa, coniungendi. Quoniam verò
initium confederationis factum est in oppido Suinten-
si, Suintensium siue Suisorum nomen omnibus confæ-
deratis est tributum. Hic ergo incipit Helueticorum
respub.

Henrico 7. mortuo interregnum imperij fuit men-
sum 14. Quatuor electores Ludouicum Bauarum, tres
reliqui Fredericum Austriacum elegerunt. Vnde bellum
ciuile in octennium, donec victus & captus est Frideri-
cus.

Ludouicus Bauarus Guil. Occam scholasticum sti-
pendiarium sibi fecerat, vt se rueretur aduersus fulmina
Apostolica, Innoc. 22. & Benedicti 11. vt eius scripta te-
stantur.

Orchanes filiorum Ottomani minimis cæsis fratri-
bus, Tyrannidem adipiscitur. Mysiam, Phrygiam & Ca-
riam domuit, Prussiam vi cepit, regiam olim Bithyniæ,
vbi accepto vulnere interijt. anno Imperij sui 22.

Niccæam & Nicomediam obsidione fatigatas ferme-
tandem domuit.

Ludouicus Vtinus viuo patre per matris obitum co-
ronatus est Pampelone & appellatus Rex Nauarræ an-
nis 9. *Vasæus in Chron. Hisp.* Engerranum Marinium Lon-
gæuille comitem fisci summum præfectum, tanquam
grauissimè tributi imperandi auctorem, ob quod Cam-
pani, Atrebates, Bellouaci, Burgundi, multique alij po-
puli in se conspirauerant, furcæ suspendit. Paurorum
magnum laqueo fustulit, Claudiam sortilegam, ob cæreum

1335

5424

Signum effectum, vt eo paulatim ad ignem liquefcente sensim ac rabe lenta deperiret, igne consumpsit. Iudæos in Galliam reuocauit. Parlamentum prius motorium, statarium fecit. Philippus Longus exclusa filia Ludouici. Vniat regnum. Naniq; totum an. 6. atque ex eo tempore dicuntur apud Gallos filias non esse hæredes regni. *Idem* eius vltimo i. 1323. Iudæi propter suspicionem veneni in puteis sparsi, in regno Gallico vexati sunt, vt deinceps in eo mansisse non videantur. A Philippo Aug. sub an. 1190. pulsus fuerant. Reuersi, à Phil. Pulchro spoliati & exacti sunt iterum, an. 1295. quam exactiōem Hebræi, norant. 772 id est an. 55. post quinque mille annos orbis conditi, & 177. i. anno 136. post illam primam, in qua fuisse R. Sclomonem aiunt. postea à filio Ludouico. Vniat, reuocari quidem sunt, at post quinquennium aut sexennium vltimo Philippi Longi, 1323. vti dictum, plant sedes mutare non tam Principis iussu, quam Plebis electione coacti sunt. Atque hæc quarta est & postrema eorum exactio, cuius ipsi tamen, non meminerunt, quod illam Vniat, attingeret. Vnde & eam Symbolo 772. tantant, non solum quia annum designat, verum etiam quia significat. *Desunt. Confirmatum est.*

Philippus quintus nunquam ab Ecclesiasticis & populo decimas sibi à Pont. concessas & tributa imperata impetrare potuit. Eius vxor Ioanna comitis Burgundorum filia collegium Burgundum Parisijs extruit fundatque

Carolus Pucher ac etiam 6. rex fuit Navarra. Ducatus Borbonius initium habuit à Ludouico Claramontensi Comite, qui munificentia Philippi Valesij Regis Francorum nominatus est Dux. *Gagn. lib. 8.*

Carolus Franc. Rex, offensus, quod Eduardus Anglorum Rex, vt beneficiarius non iurasset, nomine possessionis Aquitaniae & Pontini in verba Ludouici Regis, deturbatis Anglis, ferè totam Aquitaniam occupauit, exceptis tribus ciuitatibus, Burdegala, Birona, & S. Seuero: Verum biennio post an. 1323. iureiurando, per Eduardum adhuc iuuenem 12. annorum, datus, renouatoque federe, omnem Aquitaniam reddidit. Anglo, precibus Isabellæ sororis Reginae Angliæ. *Gagn. libro 8. Aemil. libro octauo Polyd. Angliæ. histor. lib. 18. Chron. Franc.*

Vltimus Philippi Pulchri f. etiam ad regnum peruenit. Nempe notandum oraculum, vt ceteri hoc exemplo caueant. *Nolite tangere Christos meos.* Episcopus Morianensis vir sanctissimæ conuersationis, coram multis ait, postquam Bonifacius 8. insidijs Philippi Regis esset captus, Hoc nuncium magnam afferet lætitiā Regi Franciæ, sed notabile propter tantum fatuus irruerit in eum & eius progeniem. Quod totum impletum est, non multo post tempore. Nam Rex intercurrente apud inter equi sui cura, mortuus est. Tres autem eius filij, vltimus post alium breui spatio regnarunt, eorumque omnium vxores in adulterio deprehensæ sunt. *Antoninus part. 3. tit. 20. §. 20.*

Isabella Philippi quarti Franc. Regis filia Eduardum Anglorum regem matrum suum cepit, & custodiae mancipauit vsque ad mortem, propter desolationem, vt dicebat, quam cum seruis in regno fecerat. *Chron. Hirsang.*

1324. agitur conuentus nobilium Londini in Angliâ.

Anni christi.

1315

Anni mundi.

5403

1324

2331

Anni christi.

Anni mundi.

vbi inter alia statutum est, vt deinceps suspensio strangulandi statim sepelirentur: qui mos etiam non durat in Angliâ. *Polyd. lib. 18.*

Mortuo Carolo Pulchro absque virili stirpe an. 1327. orta est quæstio (quam adhuc Angli dicunt esse sub iudice) inter Francum & Anglum, de regno Franciæ. Eduardo tertio Rege Angliæ, quod esset filius Isabelle filia Philippi Pulchri iure proximioris gradus cognationis, contendente regnum sibi deberi: contra Philippo Valesio filio Caroli Valesij, fratris Philippi Pulchri decreto legis Salicæ, qua fœminæ à regni successione excluduntur, illud sibi vendicante. At Franci Valesium regem decernunt, Eduardus verò Regis Galliæ solum titulum & insignia assumpsit, quibus eius posteritas in hunc vsque diem vsi sunt. *Polyd. lib. 19. Aemil. lib. 8.* Hinc ortu est funestum & cruentum bellum Anglicum, quod cepit in Aquitania, sæpius intermissum & renouatum.

Vladislaus impetrato à Pontifice Diademate regio, qui illud olim ademerat post cædem D. Stanilai, cum Heduigi vxore Cracouiæ coronatur solenni ritu an. 1320. Ex eo tempore ius coronandi Reges Polonos atque ipsa insignia Regum Gnesna Cracouiam translata sunt. *Herbertus lib. 9. Histor. Pol. cap. 8.*

1326. Comes Geldriæ in Ducem sublimatur à Ludouico Imperatore. Comitatus de Zutphania titulo vsque in hodiernum diem retento.

Alphonfus II. Hispaniæ rex adiutus auxilio Alphonsi 4. Portugalliæ regis fœderi sui infinitas Barbarorum copias vicit, & bellum gerens contra Allibo hacen Marochi regem & Banamarim & alios 4. reges quadringenta quinquaginta Saracenorum millia occidit, Christianis duntaxat 20. desideratis. *Vasem. lib. 1.*

d E Cisterciensium ordine Papa. Confirmauit ordinem Militum Iesu Christi.

Reformauit ordines Benedictinorum & Cisterciensium, condita constitutione, quæ Benedictina dicitur, lectaque est in comitijs Sancti Germani à prato, an. 13. 7. 26. Iunij, celebratis à ducentis circiter Abbatibus Diocesum Remensis & Senonensis. Nam nondum profana erant Monasteria, vt eis sæculares passim præficerentur.

Hunc esse aiunt, qui Benedictinis & Cisterciensibus relaxauit perpetuum usum piscium. Et certè c. 26. constitutionis decernit, vt per totam feriam quartam, & à prima Dominica Aduentus, vsque ad diem Natalis Domini, & à Dominica Septuagesimæ vsque ad diem Paschæ, ab esu carniū abstineant, nisi obstiterit infirmitas. Quasi voluerit licere cæteris temporibus ab Ecclesia non prohibitis.

Censuras in Bauarum à Ioanne, vt in vsurpatorem Imperij, factas confirmauit. *Plat.*

Vir sanctissimus omnibus collachrymantibus sepelitur.

Auenioni sedens collegium & templum Bernardinorum Parisijs fundauit, cuius Bibliothecam Cardinalis quidam Tolosæ Ordinis Cisterciensis libris exornauit, & sedecim operam Theologiæ dantes alumnos perpetuo instituit.

Decretalem edidit, determinans, animas sanctorum nihil habentes expurgabile, statim vt decedunt, ante diem iudicij faciem Dei cernere. *Lazius Cælestinus in Epist.*

203

d BENEDICTVS II. dict. 12. Tolosæ, an. 7. mens. 3. di. 17.

5423

5430

1335

1442

Vacat d. 15.

Patriarcha.

Constantinopoli Esaiæ, deinde Ioanne 13. an. 16.

Principibus.

Andronico iuniore Paleologo an. 13. Græcorum Imp.

Carbanda Tartaro Perfidis, deinde filio Carbandæ.

Orchane Turcorum Imp.

Ludouico 4. Bauaro Occi. Imp.

me vniuersalis historia. id est, decidit, quod Innocentius morte praeuentus non potuit perficere. Paulo supra.

Confirmavit gymnasium vniuersale Heildebergense à Ruperto Palatino Rheni primum fundatum, vt & Urbanus 6. cuius primus director & moderator fuit Marfilius de Ingen Doctor Parisiensis & Canonicus, Theaurarius Colonienfis. *Triib. Chron. Hirsang. & de Script.*

Indulfit praefectis Mediolani, Veronae, Vicentij, Mantuae, Rhegij, Cararij, Patauj, Ferrariae, Mutinae, Argentae, certo illis imperato tributo: vt Marchionum & Ducum titulos praeferrent, & à iure Imperij propter assiduas Imperatorum tyrannides, rebelliones, & impietates, exirent. *Idem.*

S. Lopoldus Babenbergensis episcop. qui de veterum principum Germanorum erga religionem Zelo scripsit.

Petrus 4. Aragoniae rex obiit citatus in sexagesimum diem ad tribunal Christi, à procuratoribus Ecclesiae Tarraconensis, quod eius patrimonium tyrannice vellet usurpare. *Vasans in Chron. Hisp.*

Increbuerunt tunc per vniuersum ferè orbem Christianum greges virorum pariter & mulierum nudis umbilico tenus corporibus obambulantium & flagellantium sese, diuinam clementiam miserabilibus vocibus implorantium, vexillis praeeuntibus. Hi in Poloniam quoque, tunc venere ex Vngaria. Sed cum ea superstitione à flagitijs & haeresibus non penitus immunis esse deprehenderetur, pœnis coërcita & extincta est. *Herbutus lib. 10. cap. 6.*

Custodia Sepulchri Christi an. 1336. Hierosolymis octo Franciscanis committitur à Sultano Aegyptio. *Munster. in Cosmog.*

R. Leui ben Gersom Theologus & Philosophus magnus Hebraeorum scribebat in Pentatheucum anno mundi 5093. i. Christi 1334. *Ipse in Leuit. 2. sectio.*

Hermanus de Schildis Augustinianus Eremita, Simon de Cassia, Ioannes Baconthorpe, Bartholomeus Sancto cordius Pisanus, Ioan. Hasalanus, Theologici scriptores.

Aluarus Pelagius. *Ipse in proemio libri de Planctu Ecclesiae.*

HVMANA.

Puella 9. tantum annorum peperit filium in quadam regione prope Mosellam fluuium. *Mater Historiarum.*

Andronicus senior post multas contumelias obiit in monasterio (in quo ferè biennium agere coactus est) anno aetatis 74. & ex quo Imperium susceperat 50. an. verò Christi 1335. *Niceph. Gregor. lib. 5. & 10.*

Matthias Golaccius gente Toporus tunc Vladislauensis Episcopus, qui solus è 12. quos mater vno partu edidit vixit, reliquis, mox vt nati fuerant, mortuis. *Herbutus lib. 9. histor. Polo. cap. 10.*

Cazimirus 2. meruit Magni cognomentum, non tam virtute bellica & victorijs, quam magnificis operibus & plurimarum arcium & oppidorum munitione, & erga tenues munificencia & liberalitate. *Cromer. lib. 12. Pol.*

Ludouico 4. Caesare, in plerisque vrbibus Italiae noui tyranni extitere. Qui postea Ducum & Marchionum titulis, indulgentibus Pontificibus, sese cohonestarunt. *Cromer. lib. 12. de reb. Polo.*

Per idem tempus Ludouicus Vngarorum rex regnum

Neapo

Anni Christi.

1353

Philippo 6. Valesio Franc. Reg.

Seipharad Aethiopia an. 28.

Alphonso 11. Hispania.

Eduardo 6. dict. 3. Anglia.

Cazimiro tertio (dicto 2.) cog. Magno, Polonorum rege, annis. 37.

Alphonso 4. Portugallia.

Roberto Brusio Scotia, deinde Dauide secundo, an. 41

1341

CONCIL. Anglicanum, in quo multi suo officio abuentes, turpiter deponuntur. *Polyd. Virg. lib. 19.*

5429

1342

5430

Anni Christi.

1342

e Clemens 6. Lemouicensis. an. 10.

5430

1352

menf. 6. di. 28. Vacat di. 12.

5440

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne decimotertio.

Principibus.

Andronico Iuniore, & post eum Calo Ioanne Paleologo eius filio an. 30. Graecorum Imp.

Filio Carbanda Tartaro Persidis, inde Gempsa Partho an. 48.

Anni mundi.

Neapolitanum armis receptum in vltionem Andreae fratris Neapo. regis à Ioanna vxore. strangulati, annitente Pont. Max. Ioannae restituit Illa verò Auenionem Narbonensis prouinciae urbem Pontifici loco mercedis iure sempiterno donauit. *Ibid.*

Philippus Valesius Philippo Eburonicum Comiti ea lege regnum Nauarrae restituit, vt posteri eius reges Francorum patronos suos abnoscerent. *Annales Franco.*

Catholici cognomentum retulit, quod adiectionem Petri Cunerij irritam iudicavit, iura Ecclesiarum augere se potius, quam imminuere velle praedicans. *Ibid.*

Longobardos & Italos trapezitas ob immodicas vfuras expulit & proscripsit. *Ibid.*

Petrus Bertrandus Eduorum Pontifex, qui Cunerio Episcopis temporalem iurisdictionem auferre conanti restitit, collegium Eduense Lutetiae posuit, & Stephanus Burgulus Turonensis Archiepisc. collegium Turonense.

1340. Rex Benamerim, Rex Granatae, & Allibohacen, Rex Marochiorum, cum duobus alijs regibus, dum Tarifam ciuitatem regni Castellae obsident, ab Alphonso 11. Portugalsium auxilio delentur, quadringentis quinquaginta Saracenorum millibus confossis, vt vix tantae cladis nuntius superfuerit, cum tamen e Christiana acie viginti duntaxat milites desiderati sunt. *Garibay p. 4. lib. 34. c. 34. Vasans pag. 175.*

e VI R pius & doctus Monachus S. Benedicti. *Chron. Hirsang.*

Depositionem Ludouici Imp. confirmat, ac principibus mandat, vt nisi ius electionis velint amittere, in eius locum alium eligant, qui mandatis Ecclesiae, vt filium decet, pareat. Alioqui se necessario curam, vt supremum Christi vicarium, de Imperio habiturum. Atque hinc Carolus 4. Ioannis Boemiae regis primogenitus eligitur, & Bonnae à Colonienfi Archiep. inungitur. *Ibid.*

Inscripsit catalogo sanctorum S. Iuonem, qui sub Honorio 4. floruit in iure Canonico, *Sabel.*

Missis in Germaniam legatis fecit praedicare bellum contra Turcos infideles, his, qui suis bonis subuenirent vltra solitas condonationes, indulgens esum ouorum & lacticiniorum in sextis ferijs & quibuslibet ieiunijs, praeter Quadragesimam: quod Treuerensis & Colonienfis Archiepiscopi in perpetuum impetrarunt, sed Moguntino Archiepiscopo recusante aliquid contribuere ad Cruciadam, vt vocabant etiam in hodiernum diem mansit, vt in tota dioecesi non liceat ouis vti tempore cuiuslibet ieiunij, sicuti permittitur in alijs duabus dioecesibus. *Triib. in Chron. Hirsang.*

1350. Iubileum de centesimo Bonifacij ad 50. annos retulit, atque ita Romae annus indulgentiarum, videlicet iubileus secundus celebratus est, multis vndique concurrentibus.

Emit Auenionem urbem Galliae à Ioanna filia Roberti Siciliae Regis: vnde in perpetuum Pontificij iuris facta est. *Plau.* Erant igitur qui putant ipsi datam esse à Philippo Rege Francorum.

Haesim flagellatorum in Vngaria extinguendam curauit, resipiscentes admittendo ad poenitentiam publicam, pertinaces saeculari magistratui tradendo. Sic autem appellabantur quidam Rustici & imperiti, qui praetextu poenitentiae, vtroque sexu mixtum seminudum ince-

ntes

dentis, cruces ligneas in manibus portabant, capitibus caputio & pileo operatis, pendens lineo velamine, flagellis in cuspidis tres nodos & aculeos habentibus, semetipfos publice intra & extra Ecclesiam se cruentabant carmina quaedam fidei partim contraria, partim suspecta cantabant: saepius in terra procidendo in modum crucis orantes clamabant. *Chron. Hirsang.*

Carolus 4. Boëmus Imp. auctor aureæ Bullæ, sigillo quodam aureo roboratæ, multas in Boëmia fundat Ecclesias. *Ibid.*

HVMANA.

Vir bonus, sapiens, doctus, quinque linguarum cognitione ornatus, qui Parisijs diu literis operam dedit, & in auxilium Regi Francorum cum patre suo Rege Boëmiæ aduersus Regem Angliæ venit. *Ibid.*

Cernens superiores aliquot Imperatores ab Henrico 4. propter infectionem sedis Apostolicæ infelices fuisse, pacem cum eius Pontificibus perpetuam firmat. Maximam aurem laudem meruit ob auream bulam, in qua multa ad pacem publicam pertinentia est complexus. Hinc Imperium in eius posteritate adhuc permanet, Deo eius virtutem, & in sanctam Sedem obseruantiam felicitante.

Nam Vuenceslaus, deinde Sigismundus, ipsius filij, per ordinem diu imperarunt, donec Sigismundus, cum sine virili sobole decederet, Albertum Austriæ Ducem filia suæ maritum, hæredem Imperij reliquit. A quo Imperium deinceps ad posteros derivatum per Fredericum 3. Maximilianum Frederici F. Carolum 5. Maximiliani nepotem, Ferdinandum Caroli 5. fratrem, Maximilianum 2. denique Rudolphum, qui hodie imperat.

Vniuersitatem Pragensem ita instituit, vt breui tempore cunctas totius Germaniæ gloria & numero doctorum hominum superauerit, quousque tandem post annos ferme 50. multi commaculata hæresibus, in nihilum redigitur. *Chron. Hirsang.*

Andronicus iunior Græcorum Imperator an. ætatis 45. & Imperij 21. post mortem autem aui 9. ex hac vita decedens an. Christi circiter 1344. reliquit Imperatorem Calo Ioannem fil. natum 12. an tutoremque ei assignauit Ioan. Cantacuzenum. *Laonicus Chalcocondilas lib. 1. de reb. Turci. Niceph. Gregoras lib. 11.*

Ioannes Cantacuzenus, Ioannes Paleologi tutor annis 16. non se pro tutore, sed pro vero Imperatore gerit, donec armis eijceretur. Paleologus Genuensibus, qui sibi in eo bello affuerant, Lesbum insulam dono dedit, qua sunt potiti vsque ad an. 1464. Turca eam eis eripiente.

Nicephorus Gregoras descripsit libris 11. Græcam historiam annorum 145. nempe à capta vrbe Constantino- poli à Latinis, vsque ad obitum Andronici Iunioris, qui contigit anno, vt ipse computat, Orbis conditi 6849. hoc est, numerando secundum vulgarem morem Græcorum, quibus primus annus Christi est, ab orbe condito, 5505. vt liquet ex Nicephori Calixti libro 1. cap. 10. anno Christi. 1344.

Angli ditione ceperunt Caletum, post arctam obsidionem 11. mensium. *Polid lib. 19.* Eam circiter 210. annis retinuerunt, vsque ad annum Domini 1558.

1349. Delphinatus Viennensis (cuius caput est Vienna

Anni
christi.

1342

Orchane (& iuxta quosdam Salaimanio) & Anurate an. 23. ex ordine Turcarum Imp.

Ludouico 4. Bauario, & post eum Carolo 4. Imp. an. 32.

Philippo Valesio, & Ioanne an. 14. ex ordine, Franc. Regibus.

Seipharad Aethiopia.

Alphonso 11. Hispania, deinde Petro cog. crudeli an. 19.

Eduardo 6. dict. 3. Anglia.

Cazimiro Magno Polonia.

Alphonso 4. Portugallia.

Dauide 2. Scotia.

Anni
mundi.

5430

Anni
christi.

1342

Anni
mundi.

5430

Allobrogum) vili 40. mille aureorum pretio venditur (ei testamento relictum falsò ait Polyd. lib. 19.) Philippo Valesio Regi Franc. ab Humberto Principe, post amissum filium vnicum, ordinem Prædicatorum professò, ea quidem lege, vt primus Regis filius Delphinus vocaretur, Delphinatusque eorum esse diceretur (quod etiam nunc obseruatur) sibi que, quo ad viueret, florenorum decem millia quotannis penderentur. *Aemil. lib. 8. Gagui. lib. 8. Mater histor.* Lutetiæ in eorumdem templo sepultus est. Hinc Carolus Regis Ioannis filius, Normaniæ Dux, primus Delphinus, an. 1354. dictus est.

1346. Comitatus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, ad Banariæ Duces peruenerunt, morte Vuilelmi Ducis vsque ad annum 1425. Tunc enim ad Burgundiæ Duces deuoluti sunt. *Chron. Hirsang.*

1348. propter absentiam Pontificum. Nicolaus Remius Romæ scriba publicus, in spem restaurandæ veteris Monarchiæ elatus, ad Augustum Seuerum, Clementem, libertatis, pacis, iustitiæque Tribunalium occupat, Ciues Romanos ac ferè totius Italiæ principes ipsius successibus permotos sibi vel subijcit vel adiungit. Pontificem interpellat vt vel intra certum tempus redeat, vel se pontificatu priuandum sciat, Ludouico, deinde Carolo Imp. cæterisque Germaniæ principibus & Electoribus diem dicit, se altoqui aduersus eos, vt rebelles progressurum. Verum is tandem, dum tyrannus paulatim efficitur, mense septimo Italia pulsus, fugit ad Carolum Imp. qui victum Auenionem ad Pontificem misit. A quo post dimittitur Romam, vt Francisc. Baroncello ciui Romano, qui similem tyrannidis stultitiam mouerat, resisteret, *Volater. lib. 22.*

Ioannes Franc. Rex ordinem equitum Stellæ est aspiciatus in antiqua & nobili domo S. Audoeni ad Lutetiam. Illi stellam aut in caputio aut alio loco conspicuo vestis pro insigni gestabant. Tessera erat Monstrant regibus astra viam.

Eduardus Rex Angliæ adductus æmulatione ordinem Garteriorum equitum numero sex & viginti D. Georgio sacrum instituit. Horum princeps eques, est Rex Angliæ: vtuntur pallio cæruleo, & crus sinistrum infra genu loco (à quo nomè datum est toti ordini, quod garter lingua Anglica significet periscelidem) fibulato gemmis & auro ornato cingunt eique inscribunt Gallicis verbis, Vituperetur qui male cogitat. *Polyd. lib. 19. Angl. hist.*

Vestigal salis Francis imponi cœptum est à Philippo Rege ad belli necessitatem. *Gagui. lib. 8.*

Ioan. Cantacuzenus fraude cuiusdam Apocauci familiaris Imperatoris missus in exilium, iniuriæ impatiens bellum quinquennale gessit contra Ioannem Imperatorem, & Turcorum arma Europæ inferens (non quidem primus, vt vulgò putant, sed tertius, sicuti constat ex Gregoræ lib. 7. & Chalcond. lib. 1.) capta Constantino- poli, & filia data in vxorem Orhani Turco. Imp. Imperio Constantinopolitano est potitus per aliquot annos, donec Calo Ioanne Genuensium, & vt ait Egnatius, Turcorum (quibus primus tradidit in Europa locum ad habitandum, vt idem ait) ope imperium recuperante, coactus est eo se abdicare, & ingredi monasterium, vbi vnà cum Achæmide Meletio quodam è Saracenis ad

Christum conuerso, scripsit contra legem Mahometicam pro religione Christiana. *Chalcondylas lib. 1. de reb. Turci. Egnat lib. 2. & Cuspinia.*

Salimanium tertium siue Solymanum, Turcorum imperatorem nominat Chalcondylas lib. 2. quem ait aliquot annis regnasse. Nostri eius non meminerunt.

Eo interfecto, Amurathes ayo & patre excellentior, à Ioanne Palæologo vocatus Callipolim occupat: in ipsum quoque Palæologum impetum facit. Postea, Seruiâ, Vngariamque ingressus, occupata Adrianopoli, ab Lazaro principis Seruiæ seruo interficitur, regni 23.

1349. magna per vniuersum orbem pestilentia fuit, ab India incipiens, passimque per prouincias, omnes irrepens, .trium annorum spatio, vsque in Alemaniâ, Galliam, Angliam, inque omnes gentes miserabiliter sæuens, mediam hominum partem consumpsit. *Chr. Hirsang.*

Cuius calamitatis causa Iudæis fuit ascripta, quod fontes & aërē veneno infecissent, vnde in diuersis mundi regionibus fuerunt suffocati, submersi, combusti, &c. per integrum biennium.

Hanc plagam excepit sanguinis profluuium, inaudito genere cruciatus infinitos absumens, denique sacris ignis adustio, carnem ad vsque ossa penitus conficiens: adeò vt etiam mortuorum inuadens cadauera insepulta, carnes, antequam sepeliri possent, consumeret. *Ibid.*

1351. Margæta Imperatrix, olim Ludouici Imp. vxor, ab Hollandis; vt vnica terræ illius hæres, inuocata contra Vuillelmum filium eos crudeliter opprimentem, expeditionem mouit. Commisso autē nauali super Mosam prælio, victa cum paucis in Angliam fugit.

1350. Filius Carbandæ Tartarus, Rex Persidis, auctore Gempsa Parthorū Sultano, exutus est Persidis regno. Sic Tartari in Asia regnarunt & Perside ab an. 1222. vsque ad 1350. per annos 128.

Vuladislus Dux albus Polonia, qui è monasterio D. Benigni Diuionensis, dispensatione Papæ, pro successione Regni Poloniae reuocatus est ad Regni administrationem, obiit in ciuitate Argentina an. 1388. 10. Cal. Maij, & vt iusserat, sepelitur in Ecclesia D. Benigni Diuioni, vt constat ex eius epitaphio: quod miror historias Poloniae subtraxisse.

Parthi Duce Gempsa Turca, qui aliquando ante Saracenorum iugum expulerat, an. 1350. Persiam pulsus Tartaris subiugarunt. A Gempsa deinde descenderunt Persarum reges vsque ad Malouchrem, quem Vssumcassanus è familia Assambeorum Turcarum in Cappadocia & Armenia minore regnantium interfecit. Hinc cœpit Tartarorum potentia declinare. *In Epistolis Asiaticis.*

f V I R bonus, amator religiosorum, Canonista maximus, qui Carolum Imperatorem coronauit. *Chron. Hirsang.*

Pacem inter Anglorum & Francorum Reges fanxit.

Præbendas Ecclesiasticas non nisi probatissimis dedit, fecitque vt omnes Pastores ad suas Ecclesias proficiscerentur.

Egidium Carillam Hispanum Auenione ad res Itacomponendas misit *Volat. lib. 22.*

Bernardus Abbas Mōtiscaffini Michael de Massa, Fithatius, Ioannes de Bachone, Gregorius Ariminensis,

Petrus

Anni Christi.

Anni mundi.

1352

1363

205.
f INNOCENTIVS 6.
Lemouicensis an. 9. 5440
mens. 8. di. 6. 5451

Vacat an. i. m. 5.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne decimo tertio, deinde Calixto an. 2. Phileto an. 13. mēs. 6.

Anni christi.

Anni mundi.

1352

5440

Principibus.

Calo Ioanne Paleologo Græcorum Imp.

Gempsa Partho Rege Persidis.

Amurath 1, Turcorum Imp.

Carolo 4. Occid. Imp. Ioanne 1. Franc. Rege.

Seipharad Aethiopia, dein de Vdma Asfan an. 10.

Petro cog. Crudeli Hispanie.

Eduardo 6. dicto 3. Anglia.

Cazimiro magno Polonia.

Alphonso 4. Portugallia, deinde Petro, cog. Iustituario an. 10.

Dauide 2. Scotia.

1363

5451

Petrus Berthorius, Thomas Argentinensis, Henricus à Balma, Ioan. de Tambacho, Armacan, Helnicus Germanus, Henricus Constantiensis, Omnes hi circiter hæc tempora de Theologicis quæstionibus scripserunt.

1354. Balduinus Archiepiscopus Treuerensis obiit, qui ordinarium totius anni breuiarium emendans, in eam formam, quæ nunc est, restituit. *Chron. Hirsang.*

1361. Guilelmus Latinorum tertius an. 10. contra Calixtum Patriarcham Constant. & Philetum sedit.

Bertholdus de Borach Begardus comburitur Spiræ an. 1355. quòd inter alia Blasphemia diceret Christum in passione derelictum, adeo vt etiam de salute dubitaret. *Continuatio Ab. V. Sbergensis & Naucler.* Idem sentit Caluinus libro secundo Institutio. capite decimo sexto. sect. 11. & sepe alibi.

Pragensis Academia & Archiepiscopatus in Bohemia instituitur per Carolum 4. Imper. *Trihem. in Chron. Monast. Munster. in Cosmog. Naucler. in Chron.*

1355. Obijt celebris ille iuriconsultus Bartholus de Saxoferrato, Mathematicum & Hebraicarum quoque litterarum peritus, an. ætatis 56. *Palmer.* alij aiunt 46.

1358 in Aragonia in conuentu Valentiano à rege Petro sublata est temporis per æras numerandi ratio. *Vascus cap. 22. Chron. Hisp.*

Et in Castella paulo post, nempe, 1383. à Ioanne 1. Reg. Et in Portugalia à Ioanne 1. sub an. 1415. à quibus iussum, vt à natiuitate Domini in posterum numeraretur. *Ibid.*

Ioannes Vuiclesus hæresiarcha, quia non potuit consequi Episcopatum Vigoriensem, cœpit tunc sua dogmata euomere in Anglia, & composuit plusquam 200. Volumina librorum, quibus præter suos immiscebat. Martionis & Manichæorum errores. *Aneas Sylu. histor. Bohemi cap. 35.* In 8. sessione Concil. Constantiensis damnati sunt 45. articuli ex eius libris collecti, quorum nonnulli nostra ætate recruduerunt.

HVMANA.

1358. Albertus Dux Austriae Alberti Romanorum quondam regis F. obiit. Ab eo Rudolphi qui hodie imperat, & totius domus Austriae genealogia continuatur. *Chron. Hirsang.*

Albertum Ducem Austriae filium reliquit, qui Vniuersitatem Viennensem in Austria fundauit. *Ibid.*

Et Rudolphum, qui Comitatum Turolis Austriae Ducatui coniunxit *Ibid.*

Ludovicus eodem anno, Vngariæ Rex, propter regnum Dalmatiæ, Venetos, qui illud multis annis possederant, aggreditur, ac primum quidem ciuitatem Iardensem, deinde maritimas vrbes, postremò Damatiam totam occupat. *Ibid.*

Tunc primum in Anglia an. 1361. in conuentu principum anno ætatis Eduardi 50. decretum est, vt deinceps in foro actiones, sententiæ & cætera acta fierent lingua Anglica, nec amplius Gallica vel potius Normantica, vt antea fiebat. *Polyd. lib. 19. Histor. Angli.*

Eodem anno Eduardus Angl. Rex in similitudinem iubilæi Christiani, celebrans iubileum suæ ætatis, exules quosdam reuocauit & custodias omnes dimisit, condonatis malefactorum pœnis: magnas immunitate, præ-

cipue quas vocant Magnæ Chattæ, de integro populo concessit. Hinc Reges iubilæum ætatis celebrare cõsueverunt, vt scilicet Rex vel regina in annos singulos tot pauperes die suo natali vestiatur, eisque largitiones faciat, quot illo die annos ætatis compleuit. *Polyd. Ibid.*

1360. fœdus inter Anglum & Francum initur, & auctoritate Innocentij Papæ ratum habetur. Eius summa erat, vt Anglus Franco cederet omni iure, quod in Franciæ Regnum, in Normaniam, in Andegauenses & Cenomanos haberet: at obtineret Aquitaniam his finibus, ad quos iungerentur Vascones, Pictones, Santones Petragorij, Cadurci, Lemouices, Engolismenses, Caleti, Ginnarum & Pontium Comitatus, ipsæque nullum deinceps vectigal vel iusurandum daret Franco: Francus verò redemptionis nomine ad certam diem tricies centum millia aureorum persolueret, & interea datis obsidibus liber è captiuitate rediret in Franciam. *Polyd. lib. 19. Chron. Franc. Acmil. lib. 9.*

Calo Ioannes Græcorum Imperator cum Amurate Turca, iniit societatem, contra Principes Græciæ Bulgarorum ope fretos, Theodoro natu minimo dato obside, factusque vectigalis filio suo Andronico natu maiori filiam Susmani Mysiorum Regis & sororem vxoris Amuratis, dedit in vxorem *Chalcond. lib. 1. de reb. Turci.*

Hæc fuere initia tristissimæ seruitutis, quæ nihil aliud, præter inane Imperij nomen attulerunt. Nam deinceps militare cogebantur per sese & filios contra quos Turcæ vellent, nec capessere nec vsurpare imperium, nisi accepta ab eis potestate.

Amurates cum 60. milibus Turcarum ann. 1363 vsus Genuensium triremibus numero in singula militum capita aureo nummo trajicit in Europam, tanquam socius vel inuiti Cæsaris ad reliquias belli persequedas & pœnas exigendas de defectoribus.

Mox Callipolim in Chersoneso & aliquot vicina Helleponti oppida expugnat, Thraciam peruagatur, Philipopolim occupat, deinde Adrianopoli, frustra Paleologo initum cum infido hoste fœdus & res perditas deplorante, regni sedem cõstituit, nunquam deinceps de relinquenda Europa cogitaturus.

g VIR doctus & sanctissimæ conuersationis, qui crucem prædicari fecit contra Turcos. *Chron. Hirsang.*

1362. latrunculi de Anglia exeuntes ad 40. millia (societas magna Anglicana dicebatur) per Hispaniam, Galliam, indeque fines Treuirensium discurrunt, mox Alsatiam & alias Germaniæ regiones depopulantur, suum ducem Archipresbyterum appellantes. *Ibid.*

Anno circiter 1368. Roman venit Nestorianus quidam, Maraus nomine Patriarcha designatus, quem summus Pont. consecratum ad suos remisit. Nam Nestoriani, Christiani quorum Patriarchalis sedes est in Mozal, id est Seleucia Parthorum, suum Patriarcham non nisi à 4. Metropolitanis initiari posse sentiunt, aut si numerus hic desit, à solo Rom. pontifice. *In profess. fidei Sind, quam transtulit è Syro And. Masius.*

Romanum enim Pontificem Apostolorum principis successorem appellant. *Iacobus Nanarcus in epist. Asiatica, qui & superiorem historiam recenset.*

Contra Vuicleffum complures viri docti scribunt, Ioannes Kyningam, Stroodus, Richardus Lauinham, Guil.

Anni
Christi.Anni
mundi.

1363 g V R B A N V S 5. Le- 5451
mouicensis an. 8.
1371 mens. 4. 5459
Vacat d. 10.

Patriarcha.
Constantinopoli Phileto.

Principibus.
Calo (sive Carolo) Ioanne
Græc. Imp.

Gempsa Partho Persidis

Amurate 1. Turcorum Imp.
Carolo 4. Occid. Imp.

Ioanne 1. & post eum Ca-
rolo 5. Sapiente an. 16. Fræc.
Rege.

Vdma Asfan an. 10.

Petro cog. Crudeli Hispania,
deinde Henrico 2. an. 10.

Eduardo 6. dict. 3. Angliæ.

Cazimoro 2. magno Polonia.

Petro Portugalliæ, deinde
Ferdinãdo an. 17.

Dauidæ 2. Scotiæ.

Bertho

Anni
Christi.Anni
mundi.

Bertho, Ioannes Gascoyn, Simon Sothray, Thomas Ascheborn, Thomas Vuynterton, Richardus Maydeston, Calterus Dissa, Robertus Humbleton, Ioannes Tyffigton, Ioan. Maronis, Ioan. Mark, Gulielmus VVodfordus, omnes Angli.

Ordo montis oliuarum instituitur anno 1370.

S. Brigitta (altera ab Scotica) Regina quondam Suetiæ Neritiæ, veniens Auenionem (Alij, Romam) ab Urbano 5. confirmationem regulæ ordinis à se instituti impetrauit. *Chron. Hirsang. & Polyd. lib. 6. de Inuent. cap. 4. & Volater. lib. 21. Geograph. Palm. in Chron.*

H V M A N A.

Baldus, Angelus, & Petrus fratres, ex Petro de Vbaldis medico Perusino insignes iuriconsulti.

Baldum leuiter morsum in labro à sua canicula post quartum mensem rabiem concepisse & hydrophobeticum (id est, aquas metuentem) interijisse narrat Martheolus in Dioscoridem.

1366. Ioannes Auentinus libros Annalium Boiorum scribit.

Bellum inter Anglos & Francos renouatur, sed cuius culpa non satis constat. Itaque Cadurci, Lemouicenses, & aliæ plures Aquitanicæ vrbes, quia nimis vectigalium exactioibus ab Anglis premebantur, Carolo Regi Francorum se dederunt: sed paulò post Angli diripiunt Lemouicum principem urbem illius defectionis, & sibi resumunt ius in Franciæ Regnum. *Polyd. lib. 19. histor. Angl.*

Carolus legem tulit, vt Regum filij anno 14. consecrentur & coronentur. *Contin. Nang.*

Ioannes Rex Franc. Burgundiam Ottonis & Philippi neporis principum interitu desolatam inuasit atque eam Galliæ regno coniunxit, excluso Carolo Nauarræ rege. Eam enim sibi hæreditario iure deberi, quod Iohanna mater esset Ottonis, Ruperti filij filia, nec Philippus sobolem reliquisset.

Eam post Carolus 5. Philippo Audaci fratri Turonum duci donauit, vt ei nuptias Margaritæ Flandricæ conciliaret.

Caroli 5. cog. sapientis studio maxima pars Latinorum classicorum in Gallicam linguam conuertitur, eademque opera veteres Romani prosa editi fuere, qui vetere Rhythmo constabant.

Petrus Portugalliæ Rex, cog. Iustitarius, quod iuris esset obseruantissimus, vt litibus pabula subduceret, caudifidos, procuratores, fori rabulas, è regno eiecit. *In hist. Portug.*

Lymiam ciuitatem condidit cum ponte obliuionis Hispaniensium celeberrimo. *Ibid.*

Henricus 2. Petrum cog. crudelem Regem Hisp. occidit, sicque successit. *Vasans.*

h S E D E M Pontificiam post septuagesimum annum Roman Auenione retulit suasionem & literis S. Catharinæ Senensis, & Baldi Perusini Iureconsulti. *Plati.* Cum omnia in Italia Pontificatus oppida defecissent, Tiferatibus Perusinisque initium facientibus, ac Florentinis sollicitantibus. *Volater. lib. 22. Anthro.*

Anni
Christi.Anni
mundi.

1371 h G R E G O R I V S I I. 5459
Lemouicensis an. 7.
1378 mens. 2. di. 27. 5466

Vacat d. 11.

Patriarcha.

Constantinopoli Phileto,
deinde Macario an. 2. mens.
7. di. 6.

Et Amutares traiecto nauibus Genuensium Hella-
sponto plurimas Græcorum & Constantinopoli. Imp.
(à quo fuerat contra rebelles Despotas ex Asia in auxi-
lium euocatus) vrbes cepisset, magnaue strage Bulga-
ros, Serbos & Alanos profligasset, Italiam terrens. *Cro-
mer. lib. 13. Polo.*

S. Catherina Senensis & Baldus Perus. vrgebant Ro-
mam propriam esse sedem summi Pontificatus, quòd
eam D. Petrus suo sanguine consecrasset &c. Domini-
cus tamen Soto dubitat, nùm successor Petri possit vel
sedem suam mutare in aliam Ecclesiam, vel nullibi om-
nino residere, sed manere duntaxat Vniuersalis Ecclesiæ
Episcopus, vt quondam Apostoli per totum mundum
obambulantes. *4. sentent. 10. 2. q. 1. art. 1.*

Turelupini Cynicorum sectam suscitantes de nuditate
pudendorum, & publico coitu. *Bernard. Lutemb.*

Petrus Bercorius mandato Ioannis Francorum regis
conuertit Titum Liuium in Gallicum sermonem.

Richardus Notinghamius, Maximus, Planudes Græ-
cus monachus, Iacobus Lausanensis, Nicolaus Oresmus
Gallus, Guilelmus Anglus, Himbertus abbas Pruliacé-
sis, Mathæus Cracouienfis, Pelbartus Pannonius, Gual-
therus Hunte Anglus, Bartholomeus Pisanus, Richar-
dus Lauinham Anglus, Ioannes Thaulerus Colonienfis,
Gerardus Magnus Dauentrienfis, Paulus Venerus, Theo-
logiæ scholasticæ præsertim scriptores.

HVMANA.

Carolus 5. Franc. Rex secundus à Carolo Magno
iussit Sacra Biblia fideliter verti in Gallicum sermonem,
cum Vualdenses & alij pro libidine ea transferrent. *Ioan-
nes Tili.*

Iohanna Neapolis regina adoptat Ludouicum An-
degauensem fratrem Caroli 5. deinde an. 1415. Alphon-
sum Ferdinandi regis filium. Quo postea exheredato
regnum promittit Ludouico Andegauenfi superioris Lu-
douici nepoti. Hinc bellum inter Alphonsum & Ludou-
icum, qui Iohannæ consensu hæredem instituit fratrem
Renatum Lotharingæ ducem, propter Isabellam vx-
orem Lotharingici ducis filiam. Quoniam verò Renatus
ius suum in fratris Caroli filium transtulit, qui solus
restabat ex Andegauenfi stirpe, & is vicissim in Ludou-
icum II. Carolus 8. expeditionem Neapolitanam postea
suscepit.

Carolus Sapiens Senatoribus promulgantibus sanxit
vt filij regum Franciæ anno suæ ætatis 14. vngerentur &
coronarentur. *Annal. Franc.*

Oresmum libenter audiebat, qui multos Aristotelis,
Ciceronis, aliorumque auctorum libros in Gallicum dili-
genter transtulit. *Ibid.*

Quicquid patri ablatum fuerat, id omne ferè per
fratres & præfectos togatus recepit. Quin & regi-
um ærarium, licet initio regni exhaustum, copiosum
reliquit ad duodeuicies millia nûmum aureorum. *Aemil.
lib. 9.*

Eduardus Anglorum Rex in conuentu principum Re-
gni primus indixit penam immanem his, qui in posterum
vlla Anglicana sacerdotia impetrarent à Romano Pon-
tifice, aut causas, nisi per appellationem, ad eum deferrent.
Polyd. 19. Angl. histor.

Anni
Christi.

1371

Principibus.

Calo Ioanne Græc. Imp.

Gemsa Partho Persidis.

Amurare I. & post eum
Baiazete I. siue Paiazite
siue Paizete (varie enim le-
gitur) an. 26. Turcorum Imp.

Carolo 4. Occid. Imp.

Carolo 5. Sapiente Franc.
Reg.

Vdma Asfan Aethiopia.
mox Dauide an. 33.

Henrico 2. Hispania.

Eduardo 6. dicto 3. An-
glia, deinde Richardo 2. an.
22.

Ludouico Vngaro Polo-
nia rege an. 12.

Ferdinando Portugallia.

Dauide 2. Scotia deinde
Roberto 2. Stuardo an. 19.

1378

5459

Anni
Christi.1378
1389

208

5466
5477

i VRBANVS 6. Neapo-
litanus an. II. mens. 8.

Vacat d. 17.

Patriarcha.
Constantinopoli Nilo an.
20.

Principibus.
Calo Ioanne cum Ema-
nuele fil. Græc. Imp. postea
Andronico 3. & Emanuele
eius filiis, ann. 3. ex ordine
Græcor. Imp.

Gemsa Partho Persidis.
Baiazete I. Turcorum Imp.

Carolo 4. Occident. Imp.
cum filio Vuenceslao Cæsa-
re, postea solo Vuenceslao
Imp. an. 22.

Amutares tertius Turcarum Imperator ex Ogozio-
rum siue Ottomanorum familia, qui plures in bello oc-
cidit, quàm vllus prædecessorum, post 37. bella in Europa
Asiæque confecta tali fortuna, vt in nullo victus succu-
buisset, à seruo quodam Seruiano siue Tryballo, siue Vn-
garo Seruix comitis Lazari Patroni sui necem vindica-
turo, vt Turcis & Latinis placet, vel vt volunt Græci, à
quodam Miloe generoso milite interfectus est, sub an.
Christi 1373. & Imperij 23. (neque enim ratio tempo-
rum & historiæ ferre potest annos 57. quibus legitur a-
pud Calcondylam li. i. regnasse, apud quem, vt obiter id
dicam, numeri plerunque mendosi, aut oblitterati repe-
riuntur) *Ionius de rebus Turci. & Ioan. Egnatius Lonic. Chal-
cond. lib. 1. de reb. Turci.*

Baiazetes Bulgaris Seruissque deuictis cum Marco
Despota & vniuersa nobilitate deleta, in extremam Illy-
riæ regionem & interiorem Macedoniæ & Epyri par-
tem, quæ nunc Albania, Atque Hungariam penetrauit.
Iidem.

In Vualachiam excursiones fecit, totam ferè Græ-
ciam subegit. Constantinopolim obsedit an. octauo
quàm & cepisset, ni Tamerlanes è Scythia occurrens
eum vicisset, atque in caueam detrusum per totum O-
rientem circumduxisset, donec in ea miserè se necaret,
anno 1397.

Vuenceslaus Boëmiæ rex Imperator factus, Ioannem
Galeacium Mediolanensem Vicecomitem, primum Me-
diolanensem, ducem nominat, scepro pileoque eius di-
gnitatis insignibus, per legatos transmissis vrbe ditone-
que grandi pecunia vendita, additaque potestate, vt in
hæredes eam transferre posset. Nam antea Imperatori-
bus eam præfecturam tribuere, quibus vellent, liberum
erat.

Ioannes Galeacius dux factus Veronam & Vincen-
tiam Scaligeris ademit. Carariensibus Patavium, Tarui-
sium, motanaque oppida, cum Tridento, Perusinis, Af-
satiatis, Senensibus, Lucensibus eius imperium mini-
mè detrectantibus.

Florentini contra eum Gallos euocant, qui ad Ale-
xandriam vincuntur, duce interfecto.

Per 900. plus annos vsque ad mortem Cazimiri Ma-
gni, semper Polonia sui generis reges atque principes
habuit. i. vsque ad annum 1370. Vuenceslao Boemo ex-
cepto. Cazimiro nullos mares relinquente iam externi
apud Polonos regnarunt, Ludouicus Vngarus & gener
eius Vuladislav Jagello Lituanus, cum sua posteritate,
quæ ad hunc vsque diem durat & regnat. *Crom. lib. 3. Pol.*

Ludouicus Vngariæ & Poloniæ rex apud Polonos
an. 12. regnat, apud Vngaros an. 41.

Franciscus Petrarcha, insignis poëta, & Ioan Bocacius,
vir amœni ingenij, mortem obierunt: ille 72. anno ætatis,
hic 62. *Palmer. in Chron.*

i POS T Gregorium ingens schisma oritur: Itali Italum
pontificem Vrbanum, Galli Gallum in Italia quem Cle-
mentem 7. appellarunt qui se Auenionem recepit. Alter
in alterum censuris sæuebat. Durauit hoc schisma an.
36. vsque ad Concilium Constantiense.

Tota Resp. Christiana duos tunc habebat pontifices
ab Vrbanò & Clemente. Nam Clementi Galli Cardina-
les & qui cum eis sentiebant Benedictum huius nomi-
nis 23 natione Arragonensem, qui Auenione sedit, an. cir-
citer 30. Vrbanò verò Itali Bonifacium nonum, Inno-

centium 7. Gregorium 12. suffecerunt. Hos alij principes & populi, illum alij sequebantur, *Crom. lib. 16.*

Vrbanus Festum visitationis D. Mariæ instituit *Mat. histor. Annum Iubilei tertio celebrat. Plat.*

Satis infeliciter suum Pontificatum transegit.

Carolus 5. Francorum Rex fuit literarum & literatorum amator summus, ac Scripturarum sacrarum studiosus: iudiciis frequenter aderat: Arma nunquam induit, ex quo Rex creatus est sed mansit rogatus: Quicquid patri ablatum fuerat, id omne ferme ab Anglis recuperavit: Reliquit post mortem decem & octo miliones aureorum, licet initio regni ipsius exhaustum fuisset regium ærarium. *Gaguic. & Chronic. Francor. Aemilius libro nono, ait duodeuicies 100. millia numerorum aureorum.*

Iagello Lithuaniae princeps, cum octo fratribus suis, & tota Lithuania & Samagithia ad fidem conuertitur, & Vladislau nominatur. *Ola. Mag. lib. 2. hist. Septentr. c. 1. Munster in Cosmog.*

Lithuani populi vltimi in Europa fidem Christianam consecuti sunt. *Munst. in Cosmog.* extirpatis Vlnæ idolis à Iagellone, &c.

Ordo monasticus Iesuatorum (sic dicti sunt quod nomen I E S V frequens esset in ore eorum) Senis initium habuit à Ioan. Columbano, & Francisco Vincentio Senensibus. Gestabant pro insigni albam tunicam & capiti quadratum à ceruice ad humeros deiectum cingebantur scortea zona, nudos pedes ligneis soleis in inferiore parte munebant, propterea que canusinum pallium tunica superiectum ferebant. *Sabel. Ennead. 11. lib. 9. Polydor. li. 7. cap. 4. de inuent. rer.* Alij referunt eius initium ad Vrbanum 5. tempora.

Floruit tunc Bartholomæus Salicetus Bononiensis iuriconsultus.

Ioann. Hus pseudo euangelista Bohemorum, hæresis Vuiclefuitarum spargit in Bohemia, sub Vuenceslao Rege. *Aeneas Syl. histor. Bohem. cap. 35.*

HVMANA

An. 1380. Bertholdus Schuartz siue Niger (dubium an fuerit monachus & Germanus) artis chymicæ peritus, apud Venetos excogitauit machinam æneam, quam à sono terribili (nempè à bombo & ardeo) Bombardam dixerunt. *Plat. & Munster in Cosmog. Herburtus lib. 11. Polo ca. 6.* Alij ad Gregorium 11. reiciunt.

Totus Occidens ciuilibus seditionibus agitabatur ob noua vectigalia. *Polyd. lib. 20. Angl. hist.*

1379. Vuenceslaus Boëmiæ Rex, Cæsarem qui vnam fuerunt, ignauissimus, imperium iniit, quem tribus antè annis Cæsarem pater designauerat. Quare & ei Imperium abrogatum an. 1399.

Ortum est graue bellum propter successionem Regni Lusitanie inter Ioannem I. Regem Castellæ & Legionis, qui duxerat in vxorem Beatricem filiam Ferdinandi Lusitanie, & Ioannem Nothum ipsius Ferdinandi, qui exutus monastico habitu regnum paternum obtinebat. *Polyd. lib. 20. Ang.*

Carolus 6. Franc. Rex tantum tres flores librorum pro insigni Regum Franciæ pingi instituit. Cum iam inde ab Odone incertum liliorum numerum per insignia sua

Anni Christi. 1378

Carolo 5. Sapiente. & post eum Carolo 6. Beneamato an. 42. Francorum Rege.

Dauide Aethiopiae an. 33.

Henrico 2. Hispania, deinde Ioanne primo an. 10.

Richardo 2. Angliæ.

Ludouico Hungaro Polonia, deinde Interregno 4. annorum, & Vladislao Iagellone an. 48.

Ferdinando Portugallia, deinde Ioanne an. 50.

Roberto 2. Stuardo Scotia.

Anni mundi. 5466

Schisma 21. & omnium grauiissimum, quod durauit an. circiter 5. alij volunt 30. alij 39. alij 40. nonnulli an. 52.

5466

1378

CLEMENS 7. Arelatensis, à quibusdam Cardinalibus Gallis pseudopapa electus, sedit Aenone contra Vrbanum & eius successorem Bonifacium 9. PP. an. 15. mens. 11. di. 23.

1389

5477

Anni Christi.

Clementi adheesit Francia & Hispania.

Anni mundi.

spargerent & adhiberent Reges. Nunquam alias Francia tam vexata fuerat, quam Carolo 6. iuvene & stulto imperante. Nam præter alia vectigalia tunc primùm ablata sunt vi & armis sacræ decimæ ad necessitates belli. *Chron. Franc.*

Vacat di. 11.

1379

Duo Concilia Gallicana ecclesie, ob electionem Clementis Antipape, habita sunt Lutetia.

5467

Græci dum inter se miserè certant de Imperio, sunt sub potestate Turci Imperatoris, & totam ferè Græciam amittunt: Andronicus cum filio Ioanne contra patrem Calo Ioannem & fratrem Emanuelem à Baiazere precario Imperium obtinet, & eius ope Bizantium expugnavit, quam quarto plus minus annis tenuit, donec Emanuel promissis tributis nomine tribus myriadis aureorum Imperio restituitur à Baiazere, apud quem deinceps Andronicus & eius filius facti Ianissarij, vt vocant, diu manserunt. *Chalcondyl. lib. 2. de rebus Turci.* Quanquam alij institutum Ianissariorum Ammurathi secundo huius nepoti tribuunt.

Primum 3. Idus Septembris.

Alterum 16. Calend. Decemb.

Ioannes primus, Hispaniæ Rex memorabili victoria, casu equi à Lusitanis occisus est. *Vasens.*

Ioannes illegitimus Petri Regis F. ex magistro militiæ declaratus Rex Portugallia, regnum à Castellanis, iam penè Nobilium defectione, possessum recepit. Septem Africæ ciuitatem Mauris ademit, totius Hispaniæ portum. Idem oppidum Almerim extruit.

Scribarum consuetudinem, qua numerabant ab Augusti Imperio sustulit, iussitque vt à Domini natiuitate numeros suos deducerent.

Iagello Lithuaniae Princeps, post Ludouici Vngariæ & Poloniae Regis mortem anno quarto accepta eius in vxorem filia ann. 1386. Cracouiam venit, & suscepto Christianismo, Rex Poloniae coronatur. *Chron. lib. 13.*

1389

K BONIFACIUS 9. Neapolitanus an. 14. mens. II.

5477

1404

Vacat d. 15. Patriarcha. Constantinopoli Nilo, deinde Antonio 4. an. 4. contra quem Latinis quartus fedit Angelus Corarius.

5492

Cuius Poloniae reges vsque ad nouissimum Sigismundum fuere posteri. Huduingam, deinde Annam ea mortua Polonici regni hæredes in vxores duxit. Regno Lithuaniae, in qua Borysthenis fluuij origo, Samagithiam & Russiam in perpetuum addixit. *Munster. Cosmog. lib. 4.*

Academiam Cracouensem instituit, Professoribus è Pragensi Academia accersitis, census è Salinis & Telenio tribuens. *Ibid.*

Denique, quæ Cazimirus 2. de ea ordinanda, impetratis à Pontifice priuilegiis, proposuerat, perfecit, ann. 1401. Tum duæ domus siue Collegia, excitata. Alterum Philosophis & Theologis, in platea, quæ Iudeorum tunc fuit, nunc D. Annæ nuncupatur. Alterum Iuriconsultis & medicis, qua ex vrbe ad arcem itur. *Herburtus lib. 13. Pol. cap. 2.*

Emanuele Paleologo filio Calo Ioannis an. 30. Græcor. Imp.

Gempsa Partho Persidis, deinde Tamerlane an. 5.

K FERTVR confirmasse festum Visitacionis virginis Mariæ.

Ad Onera bella contra infideles secundus indixit Annatas beneficiorum vacantium, vt qui beneficium consequeretur fructus vnus anni aut dimidiam eorum partem fisco Apostolico persolueret. Illud soli Angli recusarunt, tantum in Episcopatibus & maioribus sacerdotiis admittentes. *Plati. Quidam hoc inuentum referunt ad Ioan. 22. sed, si credimus Polydor, lib. 8. de Inuent. cap. 2. multò est antiquius, cum Hostiensis (quem diximus vixisse circa an. 1260.) in cap. Inter cætera, de officio ordin. dicat de ea re sepe reclamatum fuisse & Francif. Zabella scribat in Concilio Viennensi statutum fuisse, vt*

sublatis annatis vigesima pars vectigalium sacerdotium quotannis Rom. Pontifici penderetur.

Hic annorum circiter 30, erat, cum pontificatum inii. Ita tamen vixit in tanta peccandi licentia, vt nihil ei obii- ci posset, nisi quod fortassis Annatarum vsum sacerdotiis imposuit. *Summa Conc.*

1390. Ecclesiam Olyssipponensem metropolim Por- tugallia fecit.

Hoc tempore Albi per totam Italiam visi, quos Boni- facius compressit, eorum duce supplicio affecto. Quidam enim ex Alpibus descendens cum vexillo crucis & alba veste ingentem omnium ordinis, sexus, ætatis cateruam se- cum specie religionis traducebat *Volat. lib. 22.*

Ioan. Rusbrochius, Iacobus Peretz de Valentia, Simon Cremonensis, Conradus Ratibonensis, Gallus Abbas Aula regie, Laurentius Iustinianus Venerus, Dionysius Burgenis eremita, Mattheus Episcopus Vuormaciensis, Ioan. de Hildinio Hospitalarius, Michael Angrianus Bo- noniensis, Gerardus Zurphanus, Renerus Pipernus, Henticus Boicius, Nicolaus Gorranus, Dominicanus, Philippus montis Galerij, Thomas Calensis, Alphonfus Thostatus Episcopus Abulensis, Hugo à Castro nouo, Iacobus Magnus Toletanus, Ioannes Bromiardus om- nes Theologici scriptores.

An. 1391. in conuentu Regis & Principum Angliæ san- citum est, iurisdictionem Rom. Pontificis esse terminan- dam Oceano, itaque nemini Anglo licere in posterum sub pœna perpetuæ custodiæ pro quauis causa agere apud Rom. Pont. vt quispiam in Anglia eius auctoritate ex- communicaretur, neue exequi aliquod tale mandatum, si quod ab eo acciperet. *Polyd. lib. 20. Angli.*

Exoriuntur sectæ Hussitarum, Adamitarum & Ore- bitarum siue Orphanorum in Boëmia, Albanorum in Ita- lia. *Aeneas Syl. Histor. Boem. c. 35. 41. & 43. Bonf. dec. 3. lib. 2. Po- lyd. de inu. lib. 7. cap. 5.*

Boëmica hæresis tam multiplex & diuersa, vt con- trariis semper fluctuet opinionibus. Hic Adamitas cum mulieribus nudos incedentes sine pudore pudenda osten- dentes cernere erit Hic Iacobitas, hic Paulinos, hic Ta- boritas, hic Hussitas, ac varias hæreticorum formas quif- que spectabit. *Matthias Vngaria Rex apud Bonf. lib. 2. dec. 4.*

Benedictus 13. Antipapa fertur à nonnullis, primus Eucharistiam antè se gestasse ad sui custodiam.

HVMANA.

Emanuel Chrysoloras Byzantinus Græcas literas in Italiam quasi postlimio reduxit, quæ per 700. annos ferè exulauerant. *Platin. Palmer. A Ioanne Paleologo missus, vt regum opem imploraret, perfunctus munere in Italia substitit.*

Blondus Foroiulienis historicus seriem temporum ab an. Christi 407. vsque ad 1400. rexit.

Ioannes Frossardus canonicus & presbyter historiam Franciæ, Scotiæ, Hispaniæ, Britannæ, Vasconiæ, Flandriæ ab an. 1326. ad an. 1400. est persecutus.

Academia Erdfurdiensis instituitur anno 1392. *Kran- ti. lib. 10. cap. 15. & Cracouiensis anno 1400. Munster. in Cosmog.*

In Lutetiana multa collegia extruuntur, inter ea For- reticum an. 1391. à Petro Fortet Aurilacensi Aruerni.

Anni
Christi.

1389

Baiazete, (deinde iuxta quosdam Iesu siue Iosue, Musulmane seu Mulsu- mane) Turcorum Imp.

Vuenceslao, & Ruperto an. 10. ex ordine Occident. Imp.

Carolo 6. Franc. Reg.

Dauidæ Aethiopiæ.

Henrico 3. cog. Valetu- dinario an. 16.

Richardo 2. Angliæ, de- inde Henrico 4. an. 14. mès. 6.

Vuladislao Iagellone Po- loniæ.

Ioanne Notho Portu- galliæ.

Roberto 2. Stuardo Sco- tiæ, deinde Roberto 3. an. 16.

Anni
mundi.

5477

Anni
Christi.

1394

Clementi 7. Pseudopontifici successit Petrus de Luna, dictus Benedictus 13. vir doctissimus, à Cardinalibus tanti schismatis, auctoribus electus Papa conse- dit Auenione annos plus mi- nus 30.

1394
alij

CONCIL. Gallicanum, om- nium pralatorum Francia, inssu Ca- roli 6. habitum Lutetia 23. Ianuary contra schisma, in quo Benedictus Antipapa deponitur, qui nihilomi- nus noluit cedere, Chron. Franc.

1398

1400

Annus Dom. M. CCCC. quan- do Tamerlanes mundi terror emer- git, & Chrysoloras studia Græcarum literarum in Italiam reducit, è qua 700. annis exulauerant.

Anni
mundi.

5482

5482

5486

5488

Paulo ante regnante Carolo 5. Sapiente collegium Prælleum à Rodolpho Prælleo, Dormanum, seu Bello- uacum à Ioanne Dormano Cancellario Franciæ, Cardi- nali & Episcopo Bellouaco, Damuillæum à Iohanne Dâ- uilla, amanuensi Regum Ioannis & Caroli 5. cum fra- tre Morinorum Episcopo.

Sigismundus Vngariæ seu Pannoniæ Rex post vnum aut alterum prælium contra Baiazetem cum Gallorum & Vngarorum copiis foeliciter gestum, an. 1395. solenni legatione missa ad Principes Christianos, à Rom. Ponti- fice summam vim pecuniæ præter exercitum & à Carolo 6. Franc. Rege 8. millia militum, cum præcipuis Regni Principibus, quorum Dux erat Ioannes Niuernensis Co- mes, obtinuit, Itaque ducens exercitum in Bulgariam cepit Orizum & Biolinum vrbes: sed cum post 18. diem quo Nicopolim obsidebat, cum Baiazete acie congressus esset, temeritate Gallorum magna clade affectus, fugiens Veneta classe seruatus est, & 300. nobiles Franci capti sunt, quorum 24. redempti sunt 200. millibus aureorum, cæteris cæsis. *Chalcond. lib. 2. Gaguin. lib. 9. Egnat & Volat. Chron. Francorum.*

Ioan. Niuernensis, post patrem Philippum Audacem principatum Burgundiæ obtinuit. Domum è captiuitate Baiazetis reuerfus equites instituit, quorum symbo- lum esset torquis aureus angulosus nexibus & quasi an- nulis concatenatus, ita inter se aptatis, vt figuram crucis S. Andreæ exprimerent, silice annexo & subtus aurei vel- leris effigie dependente, quod in his locis exulasset, in quibus Iafon aureum vellus quæsuerat, ac S. Andreas cõ- cionatus fuerat.

Baiazetes (qui à celeritate cognominatus est lingua Turcica Helderin, & à Græcis Lælaps, quasi, turbo venti seu procella) Turcorum Imperator totam ferè Græciam & magnam Bulgariæ partem sibi subegit. *Ignatius & Io- uinus.* Indignatus quod Emanuel Constantinopolita Impe- rator nollet apud eum fungi munere Ianizarij, Byzan- tium decennio (Egnatius ait octennio) oppugnauit. Quo tempore Emanuel Imp. venit in Italiam & Franciam à Rom. Pontifice, Venetis, Italiæ Ducibus, & Carolo sex- to 6. Pau. Iouius falsò putat eum fuisse 7.) tunc phreneti- co & furioso suppetias petiturus. Sed cum moras aliquan- diu traxisset in Francia, donec rex Carolus curaretur. (nam ex Gaguin. libro nono circa an. 1399. duo Eremitæ Diui Augustini se eum sanaturum receperant, licet fru- stra, vnde supplicio capitis perierunt) coactus est redire Constantinopolim re infecta (si enim Græcis & Gallis historicis credimus, decipitur Paul. Iouius, qui exercitum à Francis antea cõcessum Sigismundo regi Vngariæ non- dum Imperatori, huic datum refert) *Chalcondylas lib. 2. de reb. Turci.*

Tamberlanes seu Tamerlanes) quem Demetrius Mos- cus Temircutlum, Græci Temirem vocant) Scythia, ex latrone & priuato homine factus Imperator, & Dei fla- gellum, incursione in minorem Asiam facta, Baiazetem ab obsidione Constantinopolis (quam alioqui expugna- turus fuisse creditur) retraxit, & cruentissimo conflictu captum secum aureis ligauit, & in ferream caueam in- trusum catenis per omnes Asiæ & Syriæ expeditiones circunduxit, atque si nonnullis credimus, eo vsus est pro scabello, si quando equum conscenderet an. 1402. *Chal- condyl. 2. & 3. de reb. Turci. Egnat. Sabel. Pius 2. libro 2. descrip.*

terræ. Regnauit Baiazetes an. 25. Chalcondyl. lib. 23.

In numerandis Turcorum & Græcorum Imperatoribus sequor Chalcondylam, qui ut erat natione Græcus, rem proprius attingisse videtur. Nam propter Tamerlanem victorem fuit hic Turcorum perturbata successio. Alioqui Latini aiunt Baiazetem habuisse regni successorem filium Cyriscelebem (quem vulgò nominant Calepinum) qui regnarit ann. plus minus 6. cuius filios faciunt Mahometem & Orchanem. Paul. Iouius. Alij eos duos faciunt filios Baiazetis, & volunt Orchanem cum esse qui dictus sit Calepinus. Sed in rebus alienis facile est hallucinari. Earum autem cognitio necessariò est ad multa loca Apocalypseos intelligenda. Vel fortassis Iosue Chalcondyle, est aliorum Cyriscelebres filius Baiazetis qui è manibus Scytharum fugiens, paternum Imperium recuperat, Græcis coniuuentibus: Sigismundum Vngariæ Regem fugat: denique victor Despotam bello lacessens moritur in ætatis flore, postquam annos sex imperasset. i. an. 1413.

Secundum Baiazethis filium Mosem fuisse dicunt, qui superiore fratre mortuo interfecit Orchanem nepotem, & Imperium rapuerit, donec à Mahomete primo necaretur.

Isabella 8. annos nata filia Caroli Regis Franciæ Richardo Anglorum Regi desponsata, inter Francos & Anglos induciæ in 30. annos pactæ sunt an. 1396. Polydorus lib. 20. Ang. historia.

1395. Iudæi se eiecetos quarto & extremo exilio è Francia afferunt. i. ante anno 188. centum ferè annis antequam pulsi sunt ex Hispania.

Hierarch. Dionysij cap. 3. de Synaxi & lib. 4 & 5. hist. Niceph. Calix. lib. 1. cap. 28. lib. 12. ca. 41. lib. 11. cap. 14. lib. 13. cap. 7. & 19. Aluarus lib. 2. de Planctu anime cap. 52. Occam libello de Sacramento Altaris. Hervæus in cap. 7. ad Heb. Corpus & sanguis Christi permanent in Ecclesia in æternum. Propter ista recte dicitur Melchisedec manere sacerdos in perpetuum quia nullus alius ritus instituetur per quem eius oblatio mutetur, & quia Christum designat perenniter pro nobis interpellantem. Durand. libro quarto Sent. dist. 10. q. 1. A principio Ecclesiæ fuit articulus fides ab omnibus concessus quod verum corpus Christi esset realiter in hoc sacramento, & non figuratiuè, nec sicut in signo tantum, nec per solam communicationem Idiomaticum. Scholastici huius aui omnes libro quarto sent. dist. 10. & seqq. Ioan. de tenera munda libro de Sacramento altaris.

Baptismi effectus, Necessitas, aliena fides, ceremoniæ. Pachym. ibidem cap. de Sacramento Illuminationis. Nam sic Dionysius vocat baptismum, Cantacuz. Apol. 4. Niceph. Calix. lib. 7. cap. 33. lib. 14. cap. 12. 17. lib. 16. cap. 35. Scholastici fuisse lib. 4. & sent. & alijs libris.

Pœnitentiæ, & eius partes tres. Pachymeres paraph. in Epistolam Areopag. ad Demophilum & lib. 4. hist. Niceph. Calixtus lib. 11. cap. 34. & lib. 12. cap. 28. Scholastici in eundem lib. 4. sent.

Claves Ecclesiæ, absolutio Ibid. Pachym. in Eccl. Hierarchiam cap. 5. & epist. ad Demophilum. Niceph. Calix. lib. 12. cap. 28. & 41. Niceph. Gregoras lib. 10. cap. vlt. Cantacuzen. in Apologijs. Occam in Dialogo.

Confirmatio, extrema vnctio, & reliqua alia sacramenta, & eorum vsus. Pachym. lib. 11. Historia, Michael Andronici Imp. filius è desperato morbo sancto oleo recreatur, & cap. 4. & 5. Eccl. Hierarch. Scholastici huius sæculi in totum 4. Sententiarum.

Primatus sedis Apostolicæ. Pachymeres historiæ lib. 5. recitans capita Græcorum ad Latinos Principatus sit Romana sedis. Ad eum appellare liceat Græcis. Et memoria Romani Pontificis una cum Patriarchis celebretur, Nicephorus Calixtus, Rom. Pontificem gloria cæteros. anteire lib. 4. cap. 38. Primariam Apostolorum sedem lib. 9. cap. 37. Niceph. Gregoras lib. 5. è libro de ea re. Nicephori Blemmydis, & cap. vlt. lib. 10. in suo contra Latinos alioqui consilio. Occam in Dialogo. item in prologo libelli de Sacramento Altaris, de illo protestor me nihil asserturum nisi quod Romana tenet & docet Ecclesia. Guido Carmelita in summa de heresib. de Valdensesibus. Aluarus in proemio lib. 1. de Planctu Ecclesiæ & cap. 6. 13. 36. 37. 68. Durandus in 4. sentent. dist. 14. q. 5. August. de Ancona libro de potestate Ecclesiastica. Hervæus libro de potestate Papa. Bartholus in constitutione extrauagante, qua incipit. Ad reprimandum. verb. Totius orbis. Post Christi aduentum, sublati monarchiis omne imperium est apud Christum & eius vicarium, & transfertur per Papam in principem secularem, de quo prophetauit Daniel ca. 9. Ipsemet Vuicleffus epist. ad Vrbanum 6. apud Ioannem Foxum Caluinitam lib. 1. com. rerum gestarum. Romanus Pontifex summus Christi vicarius in terris.

Liberum arbitrium, bona opera. Cantacuzenus contra Mahometem. Niceph. Calixtus lib. 1. cap. 3. Occam in Canti-

logio.

Anni
Christi.

Anni
mundi.

DECIMO quarto sæculo perman-
sisse veterem Doctrinam per scripto-
res illius ostenditur.

MISSA. Continuatur iisdem ritibus & solennibus, quibus antea. ut è scriptoribus de diuinis vel Ecclesiasticis officijs liquet, ut Radulpho Tūngrensi, Ioan. de tenera munda, Guil. Antisiodorensi, & Scholasticis huius sæculi, Pachymere Græco in Ecclesiasticam Hierarchiam Dionysij.

Gratia Dei, fides, iustificatio. Cantacuzenus Apol. 1. & 4. Pachymer. lib. 12. hist. Solus Dei est vestras illustrare conscientias, & c. Niceph. Calixtus lib. 1. cap. 5. ex quo capite positi intelligi quid sibi velit Pauli illa conclusio Ro. 3. Arbitramur fidem iustificare hominem absque operibus legis. Occam in Centilogio cœcl. 60. Sententiarum in 2. dist. 26.

Eucharistiæ veritas, Sacrificiū, transubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. Nicephorus Calixtus multis locis, qui è libro 16. cap. 36. demonia ex adibus, quas infestant, abigi celebratione Missæ testatur, ut Augustinus longe ante libro 22. de Ciuit. cap. 8. Pachymeres in Eccl.

logio. Sententiarum in 2. sent. dist. 25. & 26. & 28. ubi de heresi Pelagianorum. Paulus Brugenfis in Biblia passim.

Sanctorum preces, suffragia inuocatio, reliquiæ, Imagines, festa. De iis extant auctoritatum huius sæculi sermones & tractatus pene innumeri testimonia etiam non pauciora, ut Niceph. Gregoras lib. 9. cap. vlt. Cantacuzenus Imp. Constant. integra Apologia tertia contra Mahometanos & orat. 3. contra eosdem. Pachym. lib. 4. hist. & 6. ubi D. Nicolai cura è maris periculo Antiochenus Patriarcha liberatur, item 9. & 11. 12. & in Eccl. Hierarchiam Dionysij. Niceph. Calix. lib. 7. cap. 33. & 34. lib. 14. cap. 2. Sententiarum lib. 4. dist.

Preces pro defunctis, purgatorium. Pachymer. in Eccl. Hierar. cap. 7. de dormientibus. Niceph. Calixtus lib. 8. ca. 31. ubi è nocturna defunctorum memoria. Doctores in 4. sentent. dist. 21. & c.

Non hic possumus Centuriarum testimonium proferre, quando non sunt ultra decimam tertiam Centuriam, quod sciam, progressi, sed quid ipsi sentiant, quid concipiant, non difficile est diuinare ex eo, quod posteriorum sæculorum doctoribus acerbius irascantur, quodque laudent Marsilij Patanini, Flagellantium. Lothardorum & Ioannis Vuicleffi apostasiam, qui de iis tragedias hoc sæculo excitarunt. Verum vti memini non modo ab eius scriptoribus refutati sunt, sed etiam ab omnibus Synodis, qua non fuerunt paruo numero, denique ab historicis, qui Ecclesiæ cursum secundum non planè extitisse docuerunt.

Anni
Christi.

Anni
mundi.



DECIMVM
QVINTVM
SÆCULVM.

210.

1404 a INNOCENTIUS 7. 5412
Sulmonensis an. 2. di. 22.

Vacat d. 23. 5495

1407

Patriarcha.

Constantinopoli Antonio
quarto.

Principibus.

Emanuele siue Manuele
ann. 30. ut dictum est. Con-
stantinopolitano Imp.

Tamerlane Tartaro Persi-
dis, deinde Tzochio eius fi-
lio, an. 22.

Mulsumane Turcorum
Imp. deinde Mose fratre
paucis mensibus.

Ruperto siue Roberto Oc-
cident. Imp.

Carolo 6. Beneamato Fran-
corum Reg.

Dauide Aethiopia, deinde
Theodoro mens. 2. Isaac an-
no. 17.



Vobis annis infeliciter pontificatu
administrato moritur.

Iuris peritus comis ac blandus. Contra
hunc quoque Antipapa Auenionensis
Petrus luna furit, præter quàm quod mul-
tis procerum Italicorum bellis affligebatur.

Creauit multos Cardinales. Eo mortuo vehemens
inualuerunt bella Italica.

Diffidium Galliæ & Italiæ ob diuersos Papas.

HVMANA.

Ab anno 1399. imperabat apud Tartaros siue Barba-
ros Tamerlanes, humili quidem loco natus, verum scientia
rei militaris & fœlicitate eò prouectus, ut duodecies
centena millia hominum haberet in exercitu, ac ad Stel-
lam montem memorabili Pompeij magni victoria & Mi-
thridatis calamitate celebrem Turcis profligatis Impera-
torè que eorum Baiazete capto & in ferrea cauea fera
in modum circumuecto, Iberia, Albania, Armenia, Per-
sia, Mesopotamia, & Ægypto incredibili trium annorum
celeritate vastatis, orbem terrarum nominis sui terrore
impleret. Cum hoc Lithuani duce Vitoldo cum multa
nobilitate Polonica & Germanica configentes vincuntur.
Herbertus lib. 12. hist. Pol. cap. 10.

Baiazetem captum in caueaque duos annos & semis
detentum, donec sibi acuto piscis esse iugulum perfora-
ret, & extingueret, non ut regem, sed parricidam, ut qui
fratrem natu maiorem occidisset, se digna pœna plectere
dicebat, itè se Dei esse iram, quæ deprauati sæculi mor-
tales vlceretur. In eo prælio cæsa narrantur supra cen-
tum & quadraginta hominum millia. Iouius lib. 2. virorum
Illustr.

Primo die tendebat alba, secundo nigra, tertio rubra,
quod primidici deditio è obfessis esse vellet innoxiam,
secundi luctuosam & pœnis mixtam, tertij planè cruen-
tam, & citra veniæ spem & delectu, dicatam ruinis, ignis,
cædibus.

Tandem spolijs vniuersæ Asiæ onustus Samarcandam
restitit, ubi fato functus dicitur an. 1402. Ibid.

Cuius duo filij hæredes sic à paterna virtute degene-
rarunt, ut imperium tueri nequiverint, breuique tem-
pore maximum Imperium collapsum defecerit.

b ANCELVS Corriarius antea dicebatur. Contra hunc etiam sedit Petrus Lunensis. qui Benedictus 13. appellatus est. Itaque extinguendi schismatis causa, quod supra 40. annos, binis ac ternis interdum de summo pontificatu contententibus, valde Ecclesiam afflixit, Pisanum Concilium in Hetruria coit. Sed non modo non oppressum est schisma, verum etiam auctum, cum duobus frustra depositis, tertius Petrus Cretensis de ordine Franciscanorum creatus sit & Alexander 5. appellatus. *Crom. lib. 16. Pol.*

Poloni secuti sunt Concilij auctoritatem. cum antea Gregorium pro Pontifice habuissent. *Ibid.*

Hinc Ioannes Hus & Hieronymus Pragensis Boemiam inficere haeresibus coeperunt. *Ibid.*

Hugo Ambriotus praetor, vel iuxta alios praeses (non autem episcopus, ut male quidam censent) Parisiorum Iudaeorum sectator, orator clericorum (quod aliqui de Scholasticis interpretantur) & Eucharistiae contemptor, ut haereticus a Parisiensi Episcopo perpetuo carceri adiudicatur. Ipse est, qui Bastildum ad D. Anthonij portam munitissimum propugnaculum, & Pontem D. Michaelis extrui curavit, cum Ponticulo & Castello ad propulsandos Scholasticorum noctu vagantium impetus. *Gaguin. lib. 9.*

Ordines Montoliuetensium auctore Bernardo Ptolomeo: Canonicorum S. Georgij de Alga auctore Laurentio Iustiniano, & Mendicantium D. Hieronymi (quos Ioan. 23. confirmavit instituuntur an. Domini 1407.

Iesus siue Iosue minimus filiorum Baiazetis Christianae religioni initiatus mox moritur. *Chalcondyl. lib. 4. de reb. Turci.*

H V M A N A.

Ciuile bellum in Gallia ob controuersias duarum familiarum Ioannis Burgundiae & Ludouici fratris regis Aureliani Ducum, quod magnum multorum annorum malum inuffit Galliae. Burgundio dum rerum est potitus, Carolum regem suo arbitrato regebat: Reginam & eius filiam huc illuc pertrahebat & vexabat. *Polyd. lib. 22. Angli.*

c V M Gregorius 12. promississet se cessurum pontificatu, si Benedictus itidem non recusaret, & fugiente Benedicto in Cataloniam, relicta Auenione, promissum suum reuocasset, Concilio Pisis a Cardinalibus vniuersis habito, vterque est depositus & in locum suffectus tertius, hic Alexander quintus Sanctus Dei. *Crom.*

Qui aded fuit munificus in pauperes, ut de se ipso saepe per iocum diceret, se diuitem fuisse Episcopum, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem. *Plati.*

Ordo Scopetinatorum, siue S. Saluatoris originem habuit a Stephano Bononiensi anno 1410. *Volat. lib. 21.*

Ioannes Gerfon, qui Concilio Constantiensi interfuit, quem indoctum, ut caetera Caluinus lib. 4. instit. cap. 7. sect. 28. sub Ioanne 22. vixisse affirmat.

H V M A N A.

Mediolanensem Ducatum Franci armis repetunt diuturno & atroci bello. Valentinae scilicet, quam nuptui dederat Ioan. Galeacius pater Ludouico Aurelianorum

Anni christi.
Anni mundi.
 Henrico 3. Hispaniae.
 Henrico 4. Angliae.
 Vuadislao Iagellone Polon.
 Ioanne Notho Portugaliae.
 Roberto 3. Scotiae.

211.
 1407 **b** GREGORIUS 12. 1495
 Venetus Theologiae doctor celebris an. 2.
 1409 mens. 7. di. 5. 5497
 Vacat d. 10.

Patriarcha.
 Constantinopoli Calixto an. 13.
 Principibus.
 Eisdem Imp. & regnant.
 Isaac Aethiopiae.
 Ioanne 2. Hispaniae Rege an. 50.

CONCIL. Pisanum plurimorum pralatorum, indictum a Cardinalibus contra Schisma. In eo ambo Pontifices Benedictus 13. & Gregorius 12. accusati de collusione, abrogantur, & Alexander eligitur Papa, sed illud nullius fere fuit profectus, nam neuter voluit cedere, sed nec ad concilium venire, varia causans. *Palm. Platin.*

212.
 1409 **c** ALEXANDER 5. 5497
 Cretensis Theologiae doctor. mens. 10. di. 8. 5498
 Vacat. d. 11.
 Patriarcha.
 Constantinopoli Calixto.
 Principibus.
 Eisdem Imp. & regnant.

Anni christi.
Anni mundi.
 213.
 1410 **d** IOANNES 23. (aliis 22. 5498
 aliis 24. Neapolitanus an. 5. di. 15. 5505
 Vacat an. 2.

Patriarcha.
 Constantinopoli Calixto.
 Principibus.
 Emanuele Constantinopolitano Imp.
 Tzachio Tamerlanis Tartari F. Persidis, Moise, Filio Baiazetis ex ordine Turcarum Imp. Sigismundo an. 28. Occid. Imp. Carolo 6. Franc. Reg. Isaac Aethiopiae.
 Ioanne 2. Hispaniae.
 Henrico 4. Angliae, deinde Henrico 5. an. 9.
 Vuadislao Iagellone Polo.
 Ioanne Notho Portugal.
 Interregno Scotiae 13. annorum.

1414 **DECIMUM** sextum vniuersale Concilium Constantiense in Germania, Patriarcharum 4. Cardinalium 29. Archiepiscoporum 47. Episcoporum 160. (ali) 270. Abbatum & Doctorum 564. praeside in initio Ioanne Papa & praesente Sigismundo Imp. celebratum fuit contra schisma trium Pontificum, Ioannis 23. Bononiae, Gregorij 12. Arimini, & Benedicti 13. in Hispania, qui tres priuati fuerunt electi. PP. Martino 5. Fuit etiam contra hereses praecipue Ioan. Vuicleffi, & Ioan. Hus, & ad schisma tollendum. Denique contravitia tam Laicorum quam clericorum. *Liber Conc. Plati. Palm. Nacl. Durauit annos tres & aliquot menses ab an. 1414. die 5. Nonis. ad an. 1418. inchoatum. ut liquet ex aetis ipsius Concilij. Mirum est quod narrat a die Pasche ad Pentecosten numeratas fuisse 60500. exteras personas quae ad Concil. confluxerant. confirmatur a Martino 3. Platin. Onuph.*

214.
 1417 **e** MARTINVS 5. Romanus, vir optimus & doctissimus, an. 14. mens. 3. 5505
 Vacat d. 12.

Principi Caroli 5. fil. cum eius fratres sine legitima prole decessissent, debebatur.

Galeacij filij ingeniis & fortuna patri dissimiles vrbibus Italicis exciderunt. Duces enim Galeacij validis praesidiis subnixi passim vrbium dominatum arripuerunt. d V N V S de tribus contententibus de Pontificatu. *Crom. lib. 17. Pol.*

Bononiae mansit, ut Gregorius 12. Arimini, Benedictus 13. in Hispania, vsque dum Sigismundi Imp. opera Constantiae Synodus cogere, vbi sunt tres pariter deiectioni, & electus Martinus 5. *Idem.*

Petrus Aquillanus, Thomas Campensis, Iordanus Magdeburgenis, Thomas Haselbachius, Henricus Hefus, Reinhardus Fronthoniensis, Petrus de Aliaco Cardinalis & Episcopus Cameracensis, Ioannes Capreolus, S. Vincentius Valentinus (hic semel in die tantum manducabat, & a Calixto 3. in numerum Sanctorum relatus est. *Volater. lib. 21.*) Franciscus Zarabellus, Ioan. Dominici Cardinalis: Omnes hi Theologiae professores.

Nicolaus Clemangis doctor Parisiensis, qui de corrupto Ecclesiae statu scripsit.

Florent tunc Laurentius Valla doctus Grammaticus Alphonfus Rex Arragonum, Antonius Panormitanus, Ioannes Imolensis, Paulus Vergerius Iustinopolitanus.

H V M A N A.

Alphonfus 5. cog. Magnanimus Arragoniae regum primus fuit rex Neapolitanus. *Vasius in Chron. Hisp.*
 In Synodo Constantiensi Adolphus 2. Cluiae & Amedeus Sabaudiae comites donati sunt iuribus amplioribus ducisque imperij constituti.

e DECREVIT ut singulis deceniis celebraretur Concilium vniuersale. *Plati.*

Pater patriae salutatus, sectis Boemicis valde iniquus. Huius pedes Sigismundus Imperator est exoscularus. *Volater.* qui duos & triginta regulos Mariae Ludouici Pannoniarum regis filiae aduersantes securi percuti iussit. *Egnat. lib. 3. Rom.*

1416. & Amedeum octauum, decimum sextum Sabaudiae Comitem Ducis titulo insigniuit. *Munsterus.*

Antonius a Rampegolis, Ioannes de Turcremata Hispanus, Ioannes Fouentinus, Antonius Parmensis, Thomas de Kempis, Hermanus Stutdorpis, Henricus de Consueldia, Nicolaus Dunkelspuglius Viennensis, Henricus Hefus, Poggius Florentinus, Thomas Vualdenfis, Raymundus Sebeidius, Hermannus Petra Carthusianus. Hi omnes illius temporis insignes Theologiae scriptores.

Paulus de Sancta Maria (ita dictus est postquam ex Iudaeo Hispano Christianus factus) Theologus Episcopus Burgenfis & Archicancellarius Ioannis Regis Castellae, abfoluit suas additiones ad postillas Lyrani super Biblia Sacra, annis 1429. *ut est in eius prologorum initio Glossae ordinariae.*

R. Moses Gerundenfis in Hispania tractatum aduersus hunc Paulum Burgensem scripsit, vbi pressus auctoritate testimoniorum Talmudicorum, dixit non esse incommodum, si nonnulla interdum Talmudicorum dicta minimè admittantur. *Ritius sub finem lib. 2. de caelesti agricult.*

Sub Martino quinto Boemorum hæreticorum ducēs per mortem Ziscæ Cæci orphanos sese dixere. Qui cum Lusatiā, Silesiam &c. diuexissent, in tēpla atque monasteria, in sacerdotes & monachos barbarico furore debacchabantur. Ziscæ autem ducis sui immanitatem sequebantur, qui quasi viuens parum insanisset, moriens cutim sibi detraxi, eamque tympano induci iussit, fore pollicens, vt ad eius tympani sonum, animis ipsorum aduersarij conciderent. *Cromer. lib. 20. Polo.*

Non est hic dissimulādus error auctoris Summæ Angelicæ, cuius occasione Canonistæ futiles quæstiones excitantur, & Petrus Martyr. in 2 Samuel. cap. 13. calumniam inussit huic Pontifici: nam quod ille auctor ait in verbo, Papa, Martinum s. relaxasse alicui matrimonium, cum sua sorore Germana, impudentissimum esse commentum faciliè conuincitur ex ipso Antonino, quē idem citat. Ille enim in summa, *tomo 3. tit. 1. cap. 11. de affinitate in fine* scribit Martinum s. post longam Theologorum & Canonistarum de ea re consultationem, dispensasse cum quodam qui consummauerat matrimonium cum quadam Germana eius, quam (vt loquitur) cognouerat fornicariæ, Germanam propinquam, non sororem vocans.

HVMANA.

Mahometes Turcorum nonus (Ioui. 6.) Imperator, post recepta omnia loca, quæ Tamberlanes in Asia minore occupauerat, Imperatoria insignia ex Prusa quæ hodie Bursa dicitur) in Græciam transtulit, & Adrianopoli vrbi Thraciæ collocauit. *Iouius lib. de rebus Turci.* Vt erat moribus tranquillus & placidus perpetuam habuit amicitiam cum Græcorum Imperatoribus: cum regnasset 12. annos (Ioui. ait 14.) & Imperij successorem designasset Amuratem filium. obiit anno circiter 1420.

Patrum Mosem Imperium paternum vsurpantem interfecit. Inde Bulgaros & Valachos afflixit, tributo magno imposto. Complures principes Turcas è Galatia & Capadocia extirpauit, de cuius linea. iam reliqui successere.

Primus traiecit Danubium & afflictis Valachis Dominatum Bosniae est consecutus.

Ann. 1425. vsus Bombardarum tum primùm à Gallis agnosci cœpit. Thoma Montacuto Satisberienſe Comite Anglo. Cœnomanonum vrbe illis tormentis oppugnate. *Polyd. lib. 23. Angli. Histor.*

Lutetia à Ioanne Burgundiæ Duce occupatur, & Rex Carolus 6. cum tota aula in eius potestatem recidit: postea Philippus Burgundiæ Dux cognita cæde Patris (qui paribus insidiis, quibus antea Aurelianum Ducem sicariis Lutetiae necandum præbuerat, ad Monſteriorum oppidum perierat) iniens societatem cum Henrico 5. Angliæ Rege in patris sui vltionem regem, reginam, Lutetiam, & quicquid suæ factionis habebat ei tradidit an. 1419. eoque tempore apud Trecaſ Catharinam Caroli filiam illi nubere cœgit, ea lege vt ij eorumque liberi Franciæ Regno succederent, & Henricus interea viuente Carolo Regens Franciæ cognominaretur. *Polyd. lib. 22. Aemil. Gagui. lib. 9. & 10.*

Inferregum anni vnus.

Ioanna Puella siue virgo, inope pastore in Lotharingarum Damprenio pago orta, anno ætatis circiter 20.

Anni
christi.

1414

Patriarcha.
Constantinopoli Calixto,
deinde Euthymio 2. ann. 5.
mens. 5. Iosepho an. 15.

Anni
mundi.

5419

Principibus.
Emanuele Paleologo,
& post eum Flauio Ioanne
eius fil. & abnepote Andro-
nici 2. an. 4. & Ioan. Pale-
logo ann. 24. ex ordine Con-
stantinop. Impp.

Tzochio Tamerlanis F.
Persidis, deinde Trochio 2.
an. 18.

Mechmete siue Mahomete
1. fil. Baiazetis Turcorum
9. (iuxta alios 5.) Imp. an.
17.

Sigismundo Occid. Imp.

Carolo 6. & Carolo 7. Vi-
ctore cog. an. 38. ex ordine
Franc. Reg.

Isaac Aethiopia & per
ordinem Andrea an. 4. Hes-
binaam & Ande filiis Iesu.
Ioanne 2. Hispania.

Henrico 5. Angliæ, deinde
Henrico 6. an. 38.

Vladislao Jagellone Po-
lonia.

Ioanne Notho Portugal-
lia.

Interregno Scotia, deinde
Iacobo Roberti. 3. filio, an. 13.

Continuatio Schismatis.

Aure

Anni
christi.

1424

Clemens 8 Hispanus, à quibusdam anticardinalibus factione Alphonſi Regis Arragonum post Benedictum 13. in Antipapam creatus est, sed post reconciliationem Alphonſi cum Martino Ro. Pontifice, coactus est se abdicare Pontificatu an. post quam sedisset ferè quinto.

Sic finitum est tam ingens & diuturnum schisma, & Martinus s. mansit solus verus Pontifex Maximus.

CONCIL. Senensè Onuph.

215.

1431 f EVGENIVS 4. Ven-

1447

tus jan. 15.
mens. 17. di. 21.
Vacat. d. 12.
Patriarcha.
Constantinopoli Iosepho,
deinde Gregorio 3. an. 13.
Principibus.

Ioanne Paleologo Constan-

tinopolitano Imp. an. 24. de

nique Constantino vltimo

an. 8.

Amurate 2. Turcorum 10.
(aliis 6. annis 34. Imp.
Trochio 2. Tartaro Persi-

dis, denique Tranire an. 12.
Sigismundo, Alberto an.
2. & Friderico 3. an. 54. ex
ordine Occid. Impp.
Carolo 7. Franc. Reg.

Anni
mundi.

5512

Aureliam vrbe obsidione Anglorum, qui Lutetiam magnamque Galliae partem possidebant, liberat an. 1429. eius auspiciis multa prælia feliciter à Francis gesta sunt. *Gaguin. lib. 10. Baptist. Fulg. lib. 3.*

Trecaſ, Lutetiamque cepit, inter primos milites in muros ascendens ab Anglis tandem capta Rhotomagi, vt maga combusta est *ibid.*

Tum duæ erant in Gallia factiones, Burgundionum, & Armeniacorum, à Comite Armeniaco, qui Carolo Delphino, deinde Regi contra Anglos operam nauabat.

Louaniensis Academia an. 1427. erigitur à Ioanne 4. Brabantiae Duce. *Monſter. in Cosmogr.*

Hesbinaam & Amde filij Iesu in Aethiopia imperarunt vsque ad an. 1431. i. Eugenium, per annos quinque. Post hos duobus regiae curiae simul cum populo aduersus Dauidicam sobolem rebellantibus, puer quidam in regia sede positus fuit an. 2. Verùm diuino aliter disponente consilio, auctores rebellionis capti fuerunt, regnumque consecutus est Zara Iacob. *Victorini de regibus Aethiopia.*

1424. Rheti (Grizones vocant) ad suæ libertatis propugnationem primo fœdere sese inter se coniungunt. *Chron Heluet.*

Gentiles errores (quos Germani Heidem, nos Bohemos vocamus) primum an. 1417. per Germaniam visuntur, qui excocti sole, immundi veste, intentique furtis, homines falsa sua chiromantia passim decipiunt. *Polyd. lib. 7. de inuent. cap. 7. Krant. lib. 11. cap. 2.*

f AB EVGENIO 4. Georgius Trapezontius Romæ Gymnasio præficitur & multis annis Rhetoricam ac Philosophiam docet. Deinde à Nicolao quinto Eugenij successore scriba fit Apostolicus. Præ morbo, etiam sui nominis memoriam amisit. Æmulos habuit Ioan. de Monte regio ob Ptolomæi opus de magna Construct. versum & scholiis illustrarum, Theodorum Gazam, ob librum de animalibus Arist. quem quoque verterat, & Ioan. Episcopum Aleriensem.

Eugenius in Aethiopiam legatos Theodorum Petrum, Didymum & Georgium mittit ad Zerah Iacob Abyſsinorum Imp. significans Ioannem Palæologum Imp & Græcos conuenisse in Ecclesiæ vnitatem, & ad eandem illum Inuitans, quod reuerenter præstitit. *David Aethiopia Imp. Epistola ad Clementem 7. apud Damianum Goes lib. de Aethiopum moribus.*

Zerah Iacob, pius & fidelis (vnde & rectæ fidei cognomentum retulit) duobus principibus contra posteritatem Dauid rebellantibus, cæsis, sub an. 1331. imperium Aethiopiæ adipiscitur. *Marius Victor.*

Ad Concilium Florentinum legatos misit, Nam illius actus Aethiopes & interfuisse constat.

Gregorius Constantinopolitanus Patriarcha in Concil. Florentino obiit. sentiens cum Catholica Ecclesia: cui successit Bessarion: deinde eo non recepto, Gennadius post captam Constantinopolim.

Ioannes Gritsius Carolus Aretinus, Gerardus Carthusianus, Nicolaus Burgundio Dominicanus, Nicolaus, Amici Ioannes Niderus Dominicanus, Ioan. Segonius Ioan. Noblet Carmelita, Thomas de Corſellis, Ioan. à Spina, Bartholomeus Carthusianus, S. Bernardinus minorita Remensis (hic factiones Guelphorum & Gibellinorum ferè repreſſit Sabel. & cum Nicolaus s. inter san-

Etos numerat an. 1450. *Platin.*) Ambrosius Camuldulensis, Ioannes Episcopus Leodiensis.

In Concilio Basiliensi edita est Pragmatica sanctio, apud Bituriges à Carolo 7. Nonis Iulij an. 1438. probata, & in Senatu Parisiensi publicata 3. Idus Iul. *Gagui. lib. 10.* Damnatæ sunt annatæ Beneficiorum, & deambulationes intempletis dum sacra celebratur. *sessio 21.* Cautum est ne numerus Cardinalium 24. excedat, ac ne quis nepotum Pontificis aut Cardinalium ad Cardinalatum admittatur. *sessio 23.* Festa Conceptionis & visitationis D. Mariæ confirmata fuere. *sessio 36. & 44.*

In eo indultus est Boemis vsus Calicis, quod is iam apud eos inoleuisset. Ea tamen lege, ne diuersum vsum improbraret, ne se ab Ecclesia Catholica in cæteris ritibus dogmatibusque seiungerent. *Chrom. lib. 21. Pol.*

Per id ferme tempus Sigismundus Imp. ab ea gente rex appellatus est, ingressusque Boemiam ad pacandas res animum intendit. Sed diu non postea vixit. *ibid.*

Iacobini & Armenij Ecclesiæ reconciliantur.

Græci ferè omnes cum Ioanne Imperat. Constantinopolim è Florétina synodo reuersi, fiunt infensi Rom. Pontifici, quod ab eo tantum auxilij quantum erat pollicitus non acciperent: & conuentioni, quam cum Latinis de religione iniérant, non stâtes, iterum ad vomitum redeunt, auctoribus Marco Episcopo Ephesino, & Scholario, Græcorum doctissimis. Quibus motus Eugenius, misit viros doctos Constantinopolim, qui rursus disputationes de eadem re cum Græcis haberent: sed ipsi re infecta discedere coacti sunt. *Chalcondyl. lib. 6. de reb. Turci.* Paulò post Isidorus Ruthenus, qui erat ex iis Græcis, qui ad Concilium accesserant, Cardinalis, ad Græcos missus, ipsos cum Romano Pontifice reconciliauit, sed ferò nimis. *Chalcond. lib. 8.*

Metropolitanus erat Kiouensis. Quare vnione Ecclesiæ Romanæ percepta in Russiam rediit. Sed eum Moscuitæ obedientiam Romanam illis prædicantem spoliauerunt, & in necem extremâ impulerunt. *Matthias Michou lib. 2. de Sarmatia.*

In Russia plures sectæ, Græcorum videlicet, Armeniorum & Iudæorum. Vbi etiam est regio Christiana Romano Pontifici subiecta, quæ regit ac præualet, quanquam sit exigua numero. *Ibid.*

HVMANA.

Amurates Turcorum 10. (Latinis 6.) Imperator Mustapham patrum delet, ordinem institutum iam ante ab Ottomano primo rege (*Chalcondylas lib. 1. de reb. Turci.*) peditum militum, quos Ianuas seu Ianizaros vocant, ad sex seu decem millia auxit, & eos ex Christianorum filiis eligendos iussit quorum viribus, qui succedere, totum deuicere Orientem. Duos vniuersæ suæ Monarchiæ præposuit Imperatores seu Bassas, vnum Europæ (quem Bassam Romanæ vocant) alterum Asiæ, qui Bassa Natoliæ dicitur. *Chalcond. lib. 5. Callimachus in hist. Vngaria.* Ipse obiit an. Christi 1450. & sui Imper. 32. vel vt ait Ionius, 31. *Chalcond. lib. 7.*

Fastidita Imperij proferendi cura, ita regno se abdicauit, vt Hali purpurato Mahometis filij nutritio relinquere, & in nemorosum Bichyniæ specum cum paucis sacerdotibus ad contemplationem rerum cœlestium (si

Anni christi.

In Aethiopia interregno duorum annorum, inde Zara Iacob rege, an. 34.

Ioanne 2. Hispaniæ.

Henrico 6. Angliæ.

Vuladislao 3. Poloniæ an.

11. & interregno annorum 4. vsque ad an. 1447.

Ioanne Notho Portugalliæ rege undecimo, deinde

Eduardo an. 5. Alphonso 5. Africano an. 43.

Iacobo 1. Scotiæ, deinde

Iacobo secundo an. 24.

1431

DECIMUM septimum generale Conciliū Basiliense contra Husitas. primum à Martino 5. indictum Papæ, sed ob pestem ibi grassantem, Senas translātū & inchoatū, deinde interruptum ab Alphonso Arragonum rege, continuatur Basileæ, ubi interfuit Sigismundus Imperator, præside Iuliano Legato sedis Apostolicæ, & post eius reuocationem, Ludouico Cardinale Arelatensi, & presentibus multis prælati, ad reformationem Ecclesiæ & componendos mores tam laicorum quàm clericorū. Ea de re acta quæ ad censuras & causas beneficiales attinent confirmata sunt à Nicolao 5. Papa. Fuit etiā contra Husitarū seu Bohemorū hæreses. *Plati. lib. Concil. Aeneas cap. 49. & 50. histo. Bohemi.* Perductum est vsque ad an. 1442. vt constat ex vltima sessione 45. durauitque an. 11. mens. 9. di. 27. In eo damnata fuerunt annatæ beneficiorum & cautum ne Cardinalium numerus 24. excedat. Ac ne quis nepotū Pontificis aut Cardinalium ad Cardinalatum admittatur.

5519

Anni christi.

1439

Schisma 23.
Felix 5. antea Amedæus olim Sabaudia Dux, in concilio Basiliensi contra Eugenium 4. Pontifex electus liberè se Pontificatu abdicauit postquam sedisset an. 9. m. 6. di. 7.

1438

(CONCIL. Gallicanum apud Bituriges omnium Episcoporum Franciæ, pro approbatione Pragmaticæ Sætionis. Ioan. le Maire.

1438

DECIMUM octauum (Græci vocant οβταναν Synodum) œcumenicum Conciliū Florentinum inchoatum quidem Ferraria 5. Idus April. sed inde ingruente peste, translātum Florentiam, præside Eugenio 4. presentibus Iosepho Constantinopolitano Patriarcha (qui Florentiæ obiit. *Chalcond. lib. 8.*) Ioanne Paleologo Orientis Imperatore, multisque Græcorum & Latinorum Cardinalibus & Episcopis. In eo Græca Eccl. ultimo conuenit cum Romana, item cum ea Armeni & Indi vnitatem fidei redintegrarunt, recipientes Sacramentum Confirmationis. *Plati. Volater. Palmer. Naucler. Chalcond. libro 6. de reb. Turc. Bessarion Trapezuntinus*

5526

Anni mundi.

5527

tamen aliquam præbere potest impuritas Alcoranica) abderetur. *Ionius lib. 3. viror. Illust.* Sed pœnitens resiliit, cum certior fuisset factus, de Ladislai regis Hungariæ & Poloniæ, Christianorumque principum aduentu, terra marique Tandem Mahometem secundum ea lege hæredem reliquit, vt esset perpetuus Christiani nominis hostis. *Idem.*

Theſsalonicam Venetis eripuit an. 1444. Qua clade motus Theodorus Gaza Theſsalonicensis & alij viri docti relicta Græcia in Italiam se contulerunt, & linguam Græcam propagare illic cœperunt.

Mustahapa Patruo & Mustapha fratre, quos Græci contra eum adiuuabant occisis, peragrata Thracia & acceptis in deditioem urbibus, Phocidem, Atticam, Beotiam, Ætoliam, Acarnaniam & omnem intra Peloponnesum regionem vsque ad signum Corinthiacum perdomuit.

Ladislauum Vngariæ regem vicit.

Ioannes Castriotus in Epiro & ea Macedonia parte regnans, quæ Albania dicitur, ab Amurate pacem impetravit cessione Croiæ oppidi & filijs tribus obsidibus datis. Inter quos Georgius Scandenbergius, qui magna calliditate post patris mortem euadens, per adulterinas literas Croiam, Epiri & Macedoniae populos recepit, suum que regnum per multos annos tutatus est.

Eduardi 5. Portugalliæ reg. ex filia Leonora nepos exitit Maximilianus Augustus Caroli 5. Imp. auus.

Alphonsus 5. eius successor Africani titulum meruit, multis magnisque victorijs in Africa cōtra Mauros potius. Nam Arzillam ciuitatem & Tingitanā Mauritaniæ Lusitanis domuit.

Carolo septimo Franc Rege Burgundioni omnia, quæ petebat, & ad eò plus quàm posset concedente, factiones diurnæ sunt sopitæ an. 1435. & ex quo cœperant an. circiter 28. *Aemyl.* Anno sequente Lutetia à Francis virtute Ioannis Villarij recepta est post 16. an. quàm in Anglor. dirionem venerat *Polyd. libro 23. Gagui. libro 10.* Anno 1440 sedatæ sunt inimiciæ Burgundionum & Aurelianensium.

Parlamentum Tholosanum à Philippo Pulchro institutum an. 1320. à Carolo 7. renouatur, qui pulsus è Francia Anglis, regnum bellis attitum præsidij munitionibusque firmare statuit. Vnde & Centenarias & Quinquagenarias militum turmas instituit, & vt sine externò pedites, regni fines tutaretur, quinque millium peditum cohortes descripsit, habito delectu Peditum Agrestium, qui vulgo Arcuarij dicti sunt, quia liberi omni tributo arcus sagittaque in militia utebantur.

Ioannes Gattenbergius Argentinenſis Artem IMPRESSORIAM, seu excusoriam, nouum scribendi genus primus excogitauit an. 1440. in vrbe Argentinenſi: inde veniens Moguntiam eam fœliciter perfecit. *Iacob. Vuymſelingius in Epitom. Germanor. cap. 65. & Fulgoſus lib. 8. cap. 11.* Plarina & ferè omnes tale inuentum referunt ad Ioannem (Polyd. vocat Petrum) Faustium Moguntinum sub annum 1452. *Infra.* at Paul. Iouius à Cataynis Indiæ populis per Scythas & Moscos illud ad nos peruenisse scribit. Adde Temistitanos, quorum urbem Patrum memoria Castilij in nouo orbe occuparunt. Ferunt libros Augustini de ciuitate Dei, & Lactantij Firmiani de Diuini institutionibus fuisse primos, qui cypis excussi sunt. *Volat.*

Ladislaus siue Vuladislaus 3. Poloniæ Rex cum magnam partem Hungariæ occupasset, Iohannem Huniadem Transylvaniae siue Daciae praefecit, vt se intestino bello distento, Turcos ab ea parte arceret, Georgium Seruiae Despotam Principatu & liberis ab Amurate spoliatum ad milites contra Belgradum collocauit, Carambeum bassam Phrygiae Huniadis consilio aggreditur & obruit. Pacem dat in annis decem, his conditionibus, vt Amurates totam Seruiam redderet Georgij Despotæ liberis, Moldauiam non repeteret, ab iniurijs abstineret in posterum.

Huniades multos Turcorum exercitus delet, Seruiam partem & Moldauiam recipit. Maximam Seruiæ & Bulgariae partem victricibus armis percurrit. Anatoliæ Bassam Amuratis affinem cum 30. Turcorum millibus occidit.

Ladislaus Poloniæ & Vngariæ, siue Pannoniæ Rex, in non dubiam recuperandi Bizantini Imperij spem elatus, Iuliani Cardinalis exitibus consilijs foedera rumpens, prope Varnam vrbein cum Amurate Turco ad pugnam congressus, post maximam suorum stragem, à Turcis occisus est anno 1444. cum esset certatum totos tres dies noctesque & victoria primum ad Christianos inclinasset, primis Turcorum ordinibus disturbatis, atque in fugam dilapsis. *Chalcond. lib. 7. de rebus Turci. Bonfin. dec. 3. lib. 6.*

Cum eo occisi sunt Iulianus Cardinalis, & Varadiensis & Agriensis Episcopi, qui cruce pro vexillo vtentes, voluntariorum militum numerum duxerant.

Amurates hac victoria elatus Peloponesum petiit, vbi fratrem Imperatoris Const. cum Graecorum exercitu repentina clade obruit, captisque aliquot oppidis, reliquam tributariam fecit.

In prælio quod gerebat aduersus Vuladislaum regem Vngariæ, cum valde timeret, vouit si incolumis & victor euaderet, se commissurum filio Imperium & secessurum in monasterium monachorum Turcicorum. Sed post victoriam cum aliquædiu mansisset monachus, mutato consilio imperium recepit, industria Chatitis Principis, qui tunc Mechmetem eius filium venatum abire iusserat. *Chalcondyl. lib. 7.*

Fl. Blondus Eugenij secretarius 30. libros ab inclinatione Imperij, ad sua vsque tempora, & libros 10. de Roma triumphante scribit.

Antonius Bonfinus Asculanus.

Hic fuit linguæ Latinæ & bonarum literarum illustrator, doctis viris tam in humanioribus quàm in diuinis literis magna stipendia adsignauit. Vaticanam Bibliothecam erexit missis quoque versus viris doctis ad comparandos libros. Quid de veteri factum sit, nescio. Nam Bibliothecæ Romanæ mentio apud D. Greg. lib. 7. epist. 29. Iubileum quintum celebrauit. *Plati. Volat. lib. 22. Anibr.*

Electus supplex rogauit Cardinales, vt maturius, Ecclesiæ consulere, se enim esse indignum tanto magistratu. Tandem inuitus assumpsit Pontificatum.

Officium nullum seu magistratum vendidit. Quinque ducatorum millia ad se Euangelium D. Matthei Hebraicum afferenti promisit *Ekius hom. de S. Matth.*

Ludouicus Cardinalis ex bonis Ecclesiasticis primus.

Anni
Christi.

Nicenus Archiepiscopus & Isidorus Thessalonicensis Archiepiscopus Rutenorum, doctissimi Graecorum in Latinis perinde ac Græcis literis, quod in eo Consilio fuissent auctores Concordiæ Ecclesiarum, in Cardinalium ordinem cooptantur. Chalcond. lib. 6. Durauit partim Ferraria, partim Florentia ferè an. 1. mens. 3. De primatu Romani Pontificis tunc in Concilio tractatum fuit, toto hoc ferè tempore propter Græcos (Nam hoc antea nunquam in questionem venerat) tandem definitum Romanum Pont. in vniuersum orbem tenere primatum, esseque successorem B. Petri, & que sequuntur in Decreto.

Anni
mundi.

1447

216.
g NICOLAUS 5. Saranenensis an. 8. di. 19.

5535

1455

Vacat d. 4.

5543

Patriarcha.

Constantinopoli Gregorio 3. deinde Gennadio 1. post captam Constantinopolim an. 8. (alij nouem) an. Dom.

1452.

Anni
Christi.

1447

Principibus.
Cnostono 11. Dragose cognomento, fratre Ioannis, & ultimo Christiano Constantinopolitano Imperat.

Trause Tartaro Perfidis, deinde Vssumcassano Turca an. 28.

Amurate 2. & eo mortuo, Mechmete seu Mahomete 2 eius filio Turcor. 11. (alijs 7.) an. 32. Imp.

Fridérico 3. Occid. Imp.

Carolo 7. Franc. Rege.

Zarah Iacobo Aethiopum pretioso.

Ioanne 2. Hispania, deinde Henrico 4. an. 17.

Henrico 6. Anglorum.

Cazimiro 4. dicto 3. an. 45.

Alphonso 5. Africano Portugallia rege duodecimo.

Iacobo Scotia.

1455

Anni
mundi.

5535

sui ordinis canes & equos alere cæpit. *Volater. in Anthropol. Quo tempore Turca Mahometes res gerebat in Græcia.*

Moguntia, qui limes est superioris & inferioris Germaniæ inuenta est laudabilis illa ars Typographica circa an. 1453. per Ioannem Faustum *Petrus Appia. 2. parte Cosmog. de eo proximè antè fufius.*

Nicolaus Iaquerius, Ioannes Huxarus, Bernardus Parentinus, Nicolaus Ausmuis, Hugo Parisiensis Tusculanus Episcopus, Oliuerius prior S. Bauonis, Ioannes Vuesfalia Erfordiensis, Leonardus Vtinenfis, Ioannes Capistranus, Ioannes Varenaskrius, Bartholomeus Chanius, Ioannes Raulinus, Felix Malleolus Theologici scriptores.

Matthæus Palmerius Florentinus suum Chronicon vniuersale ab anno 449. in quo desierat Hieronymus, ad an. 1449. deduxit, postea conuictus de hæresi ob librum, quem de Angelis ediderat, comburitur apud Cornam. *Tribe de scriptorib.*

Friburgensis Accademia in Brisgoia instituitur an. 1450. *Munster in Cosmog.* Alij id accidisse ferunt an. 1463.

Bosina gens infecta Manichæorum hæresi. *Sabel. Enead. 10. lib. 6.*

Leo Baptista Albertus, Nicolaus Perotus Episcopus Sipontinus, Franciscus Philelphus, Theodorus Gaza Thessalonicensis, Gregorius Triphernus, Georgius Trapezuntius, (qui oblitus omnium literarum in extrema senectute obiit Romæ, anno 1486.) Victorinus, in Latinis & Græcis doctissimi.

Constantinopolis (quæ hodie Czarigrad. i. regia vrbs appellatur) à Mahomete Turcorum Impera. an. ipsius tertio & Christi 1453 tertio Calend. Iunii, die Martis & 60 die obsidionis expugnatur & Constantinus huius nominis 11. Imperator Constantinopolitanus, vltimus Christianus & ex familia Palæologorum, in illa expugnatione ad vrbs portam fortiter pugnans occiditur anno octauo & Mens. tertio Imperij. *Paul. Ioui. Chalcondyl. lib. 8. Egnati. lib. 3. Gaguin. lib. 10.* De hinc Orientis seu CONSTANTINOPOLITANVM Imperium cæpit esse penes Turcicos & Ottomanicos Imperatores. Tantam crudelitatem in ea exercuit, vt nulla id queat oratione explicari.

Tunc labente illo imperio cæptæ sunt Græcæ literæ à Chrysolora, Bessarione, Gaza, Trapezuntio Chalcondyla, Nufuro, Gemisto, Plethone, Lascare & alijs in Italiam, è qua 700. annis ferè exulauerant reduci, ac deinde in alias Europæ Latinæ partes ferri. Nam post annos circiter septuaginta Andronicus Cantoblaça Basileæ, & Hermotinus Spartanus Lutetiæ ludum istarum literarum primi aperuerunt.

Gregorio tertio mortuo Gennadium primum an. 1452. post captam Constantinopolim Patriarcham Græci creant, & sic deinceps suam Hierarchiam ad hæc vsque tempora perducunt. Omnes autem ex eo tempore fuere monachi, numero vndecim, vsque ad Hieremiam, qui hodie sedet. Cardinalis quidem Bessario annis 20. beneficio Nicolai PP. Constantinopolitanus Patriarcha nominatur, sed titulo tenuis, sicuti ij. qui deinceps è Latinis Romæ hunc titulum ferunt Imperatoria & Despotarum species illic penitus aboletur. Sic inter Turcas & Saracenos Regum & Principum status, non Ecclesiæ

perit,

peri, ne quis hanc ex illis pendere putet.

Nescio autem an is sit Gennadius Scholarius, qui Synodo Florentinae interfuerat, & pro Latinis contra Græcos de capitibus quinque scripserat à Græcorum Patrū testimonijs.

Nam is Patriarcha creatus iterum retraxit omnes Græcos à Ecclesia Latina, à Marco Ephesino persuasus, qui noluit Concilio Florentino acquiescere, et si interfuisset, & contra Latinos disputans, cunctorum, & quidem Græcorum, qui aderant, iudicio victus fuisset: Vnde secuta est totius Græciæ pernicijs, & iugum Turcicum.

Scholarius dicitur, vt apparet ex confessione, quam ipse Mahometo secundo statim post captam Constantinopolim postulanti obtulit, quæ translata fuit in Arabicum ab Achomad Cadde Berrhænsi patre Mahometis Tselepe Scribæ.

Eligitur autem Patriarcha à confratribus sine Principis interuentu, & post consecrationem Canonicam in demortui cathedram sufficitur. Spiritualem habet iurisdictionem in Græcos, præsertim in montem Athos, in quo 45. monasteria, aliquam item ciuilem, ad quam etiam Mahometanis appellare & Christianos citare licet, Moschi, Bulgari, Russi & plerique alij populi cum pro summo Patre agnoscunt & obtemperant. Benedictinorum habitu se ferè induit, vt reliqui Calogeri, Tria Sequinorum millia pendit, vt Turca crucem auream in Patriarchatus pinnaculo toleret, quam alioqui publicè in suis ditionibus non fert. Est autem Patriarchatus situs in antiquo monte, vbi Palatium Constantini Imp. Hæc è D. Ioanne Maumontio, amico meo, qui eo profectus, isthac partim vidit, partim ab ipso Patriarcha accepit.

HVMANA

1450. Carolus 7. prætextu recuperandæ Normaniæ, prius tributum, quod deinceps perpetuum sit, atque adèd auctum, imposuit. Nam Antecessores reges dignitatem suam antea tuebantur solo dominio. Sic autem auctum est, vt cum Carolus duntaxat septemdecim librarum millia imposuisset, offensionem & motus populi metuens, filius Ludouicus 11. augetet vsque 43. millia. Deinde Carolus octauus nonnihil adderet, donec Ludouicus 12. (Pater populi proinde dictus) ad primam originem reduceret, id est, ad septemdecem millia. Qui secuti sunt reges, nullum illorum emulantur. Nam ratione negotiorum sine modo totam ferè Normaniam (nam restabant Caletum vrbs & aliquot vicina loca) recuperauit anno, 1451. post annos 30. quàm Henricus 5. Henrici 6. qui tunc regnabat, pater Anglorum Rex eam occupauerat. Anno sequenti capta primum Burdegala & Baiona ciuitatibus, Franci vniuersam Aquitaniam recipiunt, post annos circiter 299. ex quo Henricus Andegauenus Comes, & mox Angliæ rex eius nominis 2. illam nomine dotis Aleonoræ vxoris (vt diximus) acceperat an. 1153. & post annos 222. quàm Henricus tertius eandem à Philippo Augusto Francorum Rege Ioanni eius Patri paulò ante ademptam receperat. *Polyd. lib. 23. hister. Angl.*

An. 1453. Burdegala & aliquot vicina oppida ad Ioannem Talbotum Anglum Comitem Salopiensem

deficiunt,

Anni
Christi.Anni
mundi.

1449

CONCIL. Gallicanum, Lugdunsi celebratū iussu Caroli Regis ad tollendum Schisma inter Nicolaum & Felicem, qui rogatus à Concilio & Frederico 3. Imp. liberè cessit Pontificatu: vnde vulgo de eo ferebatur carmen.

5537

Lux fulsit mundo, cessit Felix Nicolao. Ioan. le Maire.

Anni
Christi.Anni
mundi.

1455 h Calixtus 3. Hispanus
1458 Valentinus an. 3.
mens. 3. di. 16.
Vacat d. 17.

5543

5546

Patriarcha.
Constantinopoli Gennadio
Monacho.

Principibus.
Vsumcassano Turca Persi-
dis Reg.

Mechmete siue Maho-
mete 2. Turcorum & Con-
stantinopolitano Imp.

Friderico 3. Occidè Imp.

Carolo 7. Franc. Rege.

Zerath Iacob Aethiopiæ.

Henrico 4. Hispaniæ.

Henrico 6. Angliæ.
Cazimiro 4. Poloniæ.
Alphonso 5. Africano Por-
tugalliæ.

Iacobo 2. Scotiæ.

deficiunt, sed eodem anno recuperantur à Carolo 7. post cædem Talboti & multorum Principum Anglorum, qui in pugna, ad Castellionem apud Perragorios occiderant. *Polyd. Ibidem. Gagui. lib. 10.*

Ita cessauit per multos annos bellum inter Francos & Anglos, qui tunc ita exacti sunt è Francia, vt nihil possiderent in Gallia, præter Caletum & aliquot vicina loca. Dehinc ciuilia bella annos aliquot in Anglia & Gallia regnarunt.

Tranifes Trochium Tamerlanis nepotem regno Persidis exiit. Idem postea patitur ab Vsumcassano Turca. Sicque pulsus Tartaris, imperium Persarum iterum ad Turcas peruenit.

h FESTVM transfigurationis IESV CHRISTI instituit ad 8. Idus Augusti, ob victoriam de Mahomete Turca, anno 1456. eo die acceptam ad Belgradum vel ad Taurinum oppidum (quod, nunc Albam vocant. *Mahiac Palmer.*

Ad Vsumcassanum Persarum & Armeniæ principem misit, ad eum in Turcam excitandum. Ferunt Vsumcassanum rescripsisse, se ob eius preces victoriam de hoste reportasse. *Plati.*

Renouauit extrauagantem Martini 5. de conditionibus, quæ necessariae sunt ad emendos annuos census, cum pacto retrouendendi, &c.

Nicolaus Dorbellanus, Ioannes Bononiensis archidiaconus, Ioannes Hagen de Indagine, Ioannes Capgrauus Anglus, S. Antonius Florentinus Archiepiscopus, S. Laurentius Patriarcha Venetus, Ioannes Sabinensis Episcopus, Godeschaldus Hollensis, Iacobus Chrysopolitanus Episcopus, Ægidius Cameracensis Decanus, Theologi.

Ioannes Behaim tympanista, & pecorum pastor vitam Cleri accusans, decimas, deinde vltius progressus telonia, vectigalia, tributa persoluenda esse negabat: quin & aquas & nemora omnibus esse libera volebat. *Munster lib. 3. Cosmog.*

HVMANA.

Ioan. Huniades expeditionem in Turcas continuo sumpsit, 12. triremes instruit, Lesbum cum aliquot castellis per classis præfectum expugnat, Vsumcassanum Regem Persiæ & Armeniæ per oratores contra eosdem induxit. Quare ille victoria potitus, gratularum ad pontificem legatos misit, quod eo impulsore hæc felicitas sibi contigisset. *Volat. lib. 22.* Dictus est fulmineus Turcorum terror.

Mahometem à Belgradi obsidione fortissime depulit, cæsis 40. millibus. Vbi dierum duorum prælijs fessus mortem placidam & gloriosam obiit.

Post hanc cladem Mahometes cogitans de inuadendis maris Aegæi insulis, Vsumcassani bello reuocatus est, in quo duobus prioribus conflictibus attritus est, tertio victor euasit, Persis insolito Bombardarum fragore territis, vnde Vsumcassanus sese ad suos recipere coactus est, amisso filio Zucalde, qui globo itaictus occiderat.

Vsumcassanus ex Assumbeia Turcia stirpe, Cappadociæ, Armeniæ & aliquot vicinorum locorum Dominus, interempto Malaonchee siue Demitio Persarum re-

ge. ex vetusta stirpe Gempse magni apud Parthos Sultani, Persiam inuasit. Alij malunt regem Persarum Trauisem à Tamerlanis stirpe.

Præter Sarochum nepotem magni Tamerlanis apud Caspium mare Samarcandæ regnantem, Hiemselem Babylonæ regem, Aegypti Sultanum, Georgianos, Mesopotamios, finitimisque populos vicit, cum esset iam Parthorum Medorum, Persarumque Dominus. An. 1470. magnas victorias de Sagaraianis retulit. Moritur an. 1478. ætatis 78.

Cazimirus Polonorum rex, 14. annis bellum gessit contra milites Theutonicos, tandemque eis totam Prusiam ademit. *Munster. lib. 4. Cosmog.*

i P R I V S dicebatur Aneas Syluius, fuitque vir bonarum artium peritissimus, scripsit enim complures libros: profectorem contra Turcos cum indixisset, præuentus morte non potuit perficere. *Plat.*

Scribarum breuiatores primus creauit, qui postea à Paulo 2. exauctorati, à Sexto 4. denuo recipiuntur. *Polydor. de inuent. lib. 8. cap. 2.*

Subactarum à Turcis Christianarum gentium miseris, & à cæteris propulsare cupiens Christianos principes atque populos ad pium bellum, crucis vexillo proposito cohortabatur dux belli ipse futurus. *Cromerus & Herbarius hist. Polo. lib. 16. cap. 14.*

Ludouicus de Bononia minor à Nicolao 5. & Calixto 3. in Asiam & Orientis partes missus, vt pro sua prudentia, rerum, locorum, hominumque notitia Christianos Orientis & alios Christianorum amicos excitaret contra Turcam, ad Pium hunc 2. redit, secum adducens Michaelém Imperatoris Trapezundarum, Nicolaum Regis Persarum, Costopam Ducis Georgianæ Maunthem Assenbeck Sultani Mesopotamiæ, Morathum Verbrecht in Armenia Dominum oratores ac nuntios, qui suorum Dominorum literas Pontifici attulerunt, exprimentes fauorem contra Turcam. *Pius ad Ducem Burgundie epist. 376.*

Stephanus Brusleferius, Nicolaus de Cusa Brixienfis Episcopus & Cardinalis, Albertus Bambergensis canonicus, Henricus Herphius, Theologi.

An. 1461. Trapezus à Turca capitur, ducentis annis post eam Imperij caput constitutam. Nam Alexius Conuenus Trapezuntinum Imperium complectens, Cappadociam & Colchidem relicta Europa condidit, sub an. 1261.

Laonicus siue Nicolaus Chalcondylas Atheniensis historiam de origine ac rebus gestis Turcorum, quæ ab anno Christi circiter 1300. ad hæc sua tempora. i. ad annum 1462. contigerunt, libris decem est complexus. Quos gallicos fecit Blasius Vigenerus anno 1577.

Ludouicus Francorum Rex per legatos missos ad Piũ 2. liberam Ecclesiæ & Pontificis Regno obedientiam præstitit: abrogationem Pragmaticæ Sanctionis, & magna in Turcos auxilia pollicetur. *Matthias Palmer. in Chron.* At Senatus Parisiensis non potuit adduci, vt pragmaticam legem tolleretur. *Gagui. lib. 10.*

Petebat Pius vt eam tolleretur, vt pote, quæ Schismatis tempore atque per seditionem mota esset. *Ipsè epist. 375. ad Regem Francia.* Cui Rex se obtemperaturum promisit literis datis Turonis sub magno Sigillo suo die 27. Nouemb. an. Dom. 1461. Regni sui primo.

Anni
christi.

1458

1464

218
i P I V S 2. Senēsis an. 5.
mens. 11. di. 26.
Vacat d. 16.

Patriarcha.

Constantinopoli Gennadio,
deinde Sophronio an. 11.
Principibus.

Mahomete 2. Turcorum
& Constantinopolitano Imp.

Vsumcassano Persarum.

Friderico 3. Occid. Imp.

Carolo 7. & Ludouico 11.
an. 23. per ordinem Franc.
Reg.

Zarah Iacob Aethiopia.

Henrico 4. Hispania.

Henrico 6. Angliæ, deinde
Eduardo 7. dict. 4. an. 23.

Cazimiro 4. Polonia.

Alphonso 5. Africano Por-
tugallia.

Iacobo 2. Scotia, deinde
Iacobo 3. an. 22.

Anni
mundi.

5546

5552

Anni
christi.

1464

1471

219.
i P A V L V S 2. Venetus
an. 2. mens. 10.
Vacat d. 11.

Patriarcha.

Constantinopoli Sophronio.

Principibus,

Mahomete Turcorum
& Græcorum Imp.

Vsumcassano Persarum.

Friderico 3. Occidēt. Imp.

Ludouico 11. Franc. Reg.

Zara Iacob Aethiopia.

Henrico 4. Hispania.

Eduardo 7. dict. 4. An-
glia.

Cazimiro 4. Polonia.

Alphonso 5. Africano Por-
tugallia, rege duodecimo.

Iacobo 3. Scotia.

Anni
mundi.

5552

5459

H V M A N A.

Georgius Schanderbegius Epitorarum Rex vir bellicosus, strenuè in Græcia Turcis resistit, *Aeneas Syluius in descriptione Europa. cap. 15. Volat. lib. 8.* Barletius libros 13 de eius vita reliquit.

Multas victorias de Amurate & eius filio Mahomete retulit. Nec tamen vnquam auctis copijs maius militiæ robur, quam sena equitum, ternaque peditum expeditorum millia hostibus opposuit. Delectu veterani militis, non numero victorias parari prædicans. Vnde & eorum nomina factaque memoriter tenere cõsueuerat, &c. *Ioui. lib. 3. viror. Illust.*

i G E O R G I V M Pogebtadium Bohemiæ regem publico consistorio heresi damnatum an. 1466. regno priuauit *Palmer.*

Matthiæ Hungariæ regi regnum illud donat, qui proinde ante 1468 Georgium vicit, eius filium cepit & tantam regni Boemiæ partem possedit, quantam in eo bello occupasset, Hæretici posteritate regno exuta. Nam Morauia Slesitæque interdicto promulgato deterriti, Georgij partes deseruerunt, Senatus populusque Brunensis, Olomutij, Catholicæ denique omnes ciuitates Bohemiæ & Morauia illum regem Bohemiæ eligunt, eumque Orthodoxæ fidei vindicem perpetuo se habituros profiterentur ac iurant. *Bonfin. dec. 4. lib. 1 & 3.*

Cardinalatus insignia multa excogitauit.

Omnia sacerdotia ipsius tempore Romæ erant venalia, officia & beneficia episcopatus his committebat, qui officium aliquod haberent venale, vnde elici munus posset, *Summa conc.*

Apoplexia solus in cubiculo, nemine vidente, secunda hora noctis moritur. *Ibid.*

Gaza scribit librum de mensibus an. 1470.

Ordo Minimorum I E S V M A R I A E (quos Franci vocant Bonos homines) sumit originem à S. Francisco de Paula (quæ Leo PP. adscripsit inter sanctos) Siculo. *Volat. lib. 21.* postea confirmatur per Sixtum & Iulium.

Henricus Gorricanus, Ládolphus, Dionysius Ricelius Carthusianus, Nicolaus de Vuachenheim Heidelbergensis, Guilielmus Vorillonius, Theologiæ professores.

Baptista vel Bartholomeus Platina historiam Pontificum in hoc Paulo 2. à quo in carcerem trusus est terminauit. Reliquos Onuphrius persecutus est. Poli in Aequicolis,

Poli in Aequicolis quidam hæretici dicentes, nullum verè Christi vicarium fuisse post Petrum, nisi qui Christi Paupertatem essent imitati. *Platina.* Pantaleon peruersa fide & verbis hæc recitauit. Sed sic habet historia.

Hermanus Rissliuch Apostata. Nam à fide Christiana penitus deficiens, eam totam velut stultam dānauit, Aristotelis doctrinam ei præferens. *Bernard. Lutemzeb.*

H V M A N A.

1470. Capnion Aurelijs Pictanique iura discens, linguam Græcam, quam ab Andronico Contoblaca Græco Basileæ didicerat, seminat. *Ipsè Epist. in summ Heb. lexicon.*

Aliquot annis post Eberhardus probus in Vangionum Comitij à Maximiliano Romanorum rege, vno Imperij consensu, Dux primus Vuirtembergensium auctoratur. *Ibid.*

Nnn

Mahometes 2. Turcorum 11. (iuxta Latinos nonus) Imperator duo Imperia Constantinopolitanū & Trapezuntinū euerit: Regna 12. Christianis ademit: cepit 200. vrbes Chalcidem insulam atnis, & Scodram deditione Venetis extorsit: Rhodum oppugnauit: Italiam capta Hydrunte inuasit: in bellis, quæ gessit, plusquam 300. hominum millia perijisse compertum est, *Egnat lib. 3. Iouis hist. de rebus Turci.* Obijt cholica dolore anno 1481. & Imperij ferè 32 ætatis 53. à capta Constantinopoli anno 27. mensè 11. die 5. *Iouis & Palmer in Chron.*

Subiecto sibi Radulone Palatino Transalpinæ Moldanæ à Stephano Palatino siue Vatuoda, qui vix 30. millia producebat, omni æuo memorabili clade apud Barladum annem & Racouetiam paludem profligatus est. Centum viginti millia in eo exercitu fuisse dicuntur. nec prius fugam stitèrè Turcæ, quam Danubium transmiserunt, persequentibus fugientes Vualachis & vsque ad lassitudinem trucidantibus, vel in paludem ac Danubium impellentibus. Bassæ quatuor in eo prælio desiderati, signa militaria capta centum & amplius. *Cromerus & Herbutus hist. Polo. lib. 17. cap. 7.*

Narus matre filia Georgij despote Seruiæ, à qua cum esset ad Christiana instituta à teneris assuefactus, ad Mahometismum ita se contulit, vt matri addictus. Atheum se ageret nullum nisi bonæ fortunæ numen reueritus.

Ann. 1480. à Rhodi oppugnatione post cruentissima prælia, ductu Petri Dambuson summi Magistri natione Gallia repellitur.

Ludouicus 11. Franc. Rex ordinem Equitum D. Michaelis instituit an. 1469. cuius aureum insigne quod Franciscus Dux Britannia recufasset, ipse exercitum mittit contra Britones sed mox reconciliato duce cum Ludouico omnia inter ipsos fuerunt pacata. *Gaguin. lib. 10.*

Diuersoria equis cursorijs primum in Gallia constituit, sublatis sagittarijs Heluetijs ad quinque millia stipendiam dedit, fuit ferox, omnium impatiens. literarum osor, vnde nolebat filium plus Latine discere, quam illa quinque verba, *qui nescit dissimulare, nescit regnare.* Populo formidabilis, vectigalium & tributorum maximus exactor, primus emancipasse reges fertur.

Parlamentum Gratianopolitanum instituit. Diuionense in Burgundia à Philippo Duce institutum restituit.

K I V B I L E V M ad annos 25. reduxit. *Cap. 4. de penitentis & remis. in Extrauag. Comm.* Festum Conceptionis D Virginis confirmauit, cum approbatione officij eius diei. *Cap. 1. de reliq. in Extrauag.*

Bibliothecam Vaticanam libris auxit & restituit. Principes Bosuæ, reginas Cypri, Andreã Paleologum Peloponesi & Leonardum Tocum Epiri Despotas aluit. Tempa, Xenodochia, opera publica restituit, denique Romam ex lutea Lateritiam, sicut olim Augustus ex Lateritia marmoream reliquit. *Volater. lib. 22. Anthro.*

Sixto 4. Platina vitas Romanorum Pont. dicauit, cuius libro à Sixti Pontificatu quatuordecim sequentium Pont. in Pio 5. desinentium vitam subiecit *Onuphrius.* In Paulo 2. cuius iussu in carcere coniectus est, terminauit.

Eidem Andreã Trapezuntius Patris sui Georgij versionem de magna constructione Ptol. dicat. scribens Patrem suum Roma ob æmulorum inuidiam Neapolim discessisse

Anni
christi.

1471

1484

220.

K SIXTVS 4. Sauonen-
sis an. 13.

d. 5.

Vacat d. 15.

Patriarcha.

Constantinopoli Simeone
ann. 9. deinde Maximo an.
10.

Principibus.

Mahomete & post eum
Baiazete 2. ann. 32. Turcico
Imp.Vsumcassano Persarum,
deinde Iacuppo cog. Chior-
zeinal. an. 7.Friderico 3. Occid. Imp.
Ludouico 11. Franc. Reg.
Zarah Iacob Æthiopum
pretioso, mox Bethemariam
an. 10. mens. 2. die 14.Ferdinando 5. cog. Catho.
Hispania an. 30.
Eduardo 7. dict. 4. An-
glia, deinde Richardo 3. an. 2.Cazimiro 4. Polonia.
Alphonso 5. Africano
Portugallia, deinde Ioanne
2. an. 14.

Iacobo 3. Scotia.

Anni
mundi.

5559

5582

Anni
Christi.

1471

Anni
mundi.

5559

discessisse, comitèrque ab Alphonso illic susceptū & educatum cum tota sua familia.

1481. Fratres Boemi siue Picardi à Matthia Rege Vngariæ eijciuntur è Moravia, sicque fugiūt in Vualachiam. Petrus Oxoniensis Theologiae professor in Academia Salmantica libellum confessionis edit, qui per Alphonsum Toletanum & Theologos damnatur & comburitur. *Summa Conc.*

Antonius Florentinus Archiep. fufam historiam ab orbe condito vsque ad an. 1470. deduxit.

Auctor Fasciculi temporum peruenit vsque ad an. 1484.

Guilelmus Hilacensis, Rodoricus Samorensis Episcopus, Iacobus Gruyrodus, Ioannes Tinctorius, Ioan. Betsius, Alexander Ariostis, Nicolaus Denifius, Michael Mediolanensis, Henricus Arnoldi Carthusianus, Paulus Cortesius, Bernardus Decanus Moguntinus, Theologi.

Tubingensis Academia auctoritate Apostolica instituitur à Comite Vuitembergenfi. *Naucler.*

HUMANANA.

Ioannes de Monte regio summus Mathematicus auditor Purbachij, Rudolphus Agricola, (qui obiit an. 1485.) Pomponius Lærus, Ambrosius Calepinus auctor Latini lexi, in literis humanioribus excellentes.

1472. Alphonso 5. Rex Portugallia auream mineram in Guinea aperuit, è qua paruis cū Nigritis mercibus auri plurimum in Occidentem importauit.

Initium illarum nauigationum cœperat Henricus eiusdem loci rex.

1473. David Calo Ioannes Trapezontinus Imp. captus à Mahomete cum vniuerso regio sanguine necatur, qui in suum caput contractam ab eo affinitatem cum Vsumcassano Persarum rege hoste suo interpretabatur. David enim Vsumcassano filiam suam Despinam Catonem elocauerat.

Vsumcassano successit Iacuppus, qui nulla re memorabili gesta impudicæ vxoris dolo periit. Scilicet vt regnum Ismaeli Sopho sororis filio inuadendum obijceret.

Post mortem Iacuppi, Alenante & Morath Chamio eius filiis contententibus, in antiquam Gempsa familiam regnum sub an. 1500. redijt.

1474. Isabella & Ferdinandus 5. reges verè Catholici in annos 30. regnare incipiunt. Hi expugnato regno Granatensi Saracenos Hispania penitus exterminarunt. Iudæos vel Christum agnoscerè, vel regnis suis exulare coegerunt. Inquisitionis officium instituerunt. *Vasens. Chron. Hisp.*

1479. Heluetij primum à rege stipendium accipiunt, sublato ordine Francorum sagittariorum (hos Carolus 7. instituerat. *Gaguin. lib. 10.*) quod latrocinij & rapinis vacarent. *Naucler. in Chron.*

Ludouicus Francorum Rex instituit vt hora meridiana (sicut mos erat ad vesperam) ad pulsus campanæ qui libet è populo Virginem saluaret Angelica oratione obtinendæ publicæ pacis gratia. *Gaguin. lib. 10.* Id primum fieri cœptum est anno 1472. primo die Maij. *Mater historiarum.* Fuit vir ferox, versatili ingenio, & osor literarum, vt qui nollet filium suum Carolum plus discere Latinae linguæ, quam illa quinque verba, Qui

5482

5572

nescit dissimulare, nescit regnare, Primus pressam nobilitatem seruire coëgit, se populo formidabilem præbuit: eum tributis & vectigalibus plus vexans, quam priorum Regum quisquam alius, ita posteris Regibus viam muniens ad nimiam potentiam & opes, vnde dicitur primus emancipasse Reges Franciæ: primus adsignauit equis cursorijs (quos postea vocamus) diuersoria & stathmos: Statuerat, nisi morte præuentus fuisset, morem & ius vnum lingua vulgari & breui libello comprehensum per totam Galliam constituere, ad hæc pondus vnum & mensuram. Vide eius historiam, quam Scandalosam vocant, & Philip. Comineum. Calixtus PP fertur antea statuisse, vt ad meridiem post pulsam cæpanæ fierent preces pro Christianis pugnansibus contra Turcos.

Carolus Burgundiæ vltimus Dux occisus est ad Nācium an. 1476. pridie Id. Ianuarij (alij volunt Nonis) à Renato Lotharingiæ Duce fines suos recuperante. *Gaguin. lib. 10.* Is fuit exitus triumphorum & deliciarū domus Ducum Burgundionum.

Vnicam eius filiam Mariam Maximilianus Frederici Imp. filius sibi connubio copulauit, eiusque iura sibi tuenda & vindicanda contra Francos sumpsit. Ex eo matrimonio Philippus natus est, Caroli quinti. Imp. pater.

Eodem an. 1476. Burgūdia Ludouico 11. se certis conditionibus, legibus & pactis dedit, quæ singuli Francorum reges singulis suis inaugurationibus se inuiolatè seruatos iureiurando pollicentur.

1481. obitu Renati Siciliae regis, Andium Ducis & Prouinciæ Comitis, ac Caroli Cænomanorum Comitis eius fratris, Prouincia ipsi quoque accessit, nec ab eo tempore ad hunc vsque diem parère Francis vnquam desijt.

Facto Regum Franciæ & Angliæ congressu ad Pinguiniacum oppidum Ambianorum ann. 1475. induciæ inter eos constitutæ sunt ad aliquot annos (*Gaguin. ait 7. alij 9. Polyd. in multis annos*) *Gaguin. lib. 10. Polyd. lib. 24. Anglic. histor.*

Iacuppus Persarum Rex fratrem maiorem interfecit, vt regnaret. Ab vxore tandem veneno tollitur.

Ioannes Moschorum dux Tartarorum tributarius & seruus, vxore Græca magis etiam hominum incitante, sumptis armis iugum turpe excussit. Finitimos Russorum principes consanguineos suos astu magis, quam armis subiugauit, & longius ad Occidentem solem prouectu Nouogrodum totius Septentrionis emporium celeberrimum Polonis & Lituaniis extorsit. Nouogrodensis prædæ magnitudine tantus euasit, vt magno hodie sit terrori Tartaris, Turcis, Polonis & cæteris vicinis. *Cromer. lib. 29. d. e. reb. Polo.*

I FERRVM lanceæ, quo Christi latus apertum est, dono Baiazethis per Mustapham Bassam & consecutus. *Iouis de reb. Turcicis.*

Eius tempore inuentus Crucis Titulus in Basilica S. Crucis in medio tēpli pariete oclusus cum triplici lingua, Iesus Nazarenus Re. cætera deficiunt. *Volater. lib. 22. Ant.*

Baptista Trouomala scriptor Rosellæ casuum, Gabriel Biel monachus Germanus, Angelus de Clauasio auctor Summæ Angelicæ, Vuernerus Vuestphalus Carthusianus, Rupertus Episcopus Aquillanus, Guilelmus

Anni
Christi.Anni
mundi.

1484

1491

221.

I INNOCENTIVS 8.
Genuensis an. 8. di. 26.

Vacat. d. 22.

Patriarcha.

Constantinopoli Maxi-
mo, deinde Niphone an. 10.

5572

5580

Anni
Christi.

1481

Principibus,

Baiazete 2. an. 31. Turcico
Imp.Iacuppo Persidis, mox Iu-
lauero an. 3. Baytingiro an.
2. Rustano an. 7.

Friderico 3. Occidēt. Imp.

Carolo 8. an 14. Franc.
Rege.Bethē-Mariā Aethiopiæ,
deinde Schender an. 15. mēf.
6.Ferdinando 5. Hispaniæ,
cum Isabella vxore.

Henrico 7. Angliæ an. 24.

Cazimiro 4. Polonia.

Ioanne 2. Portugalliæ re-
ge decimo tertio.Iacobo 3. Scotiæ, deinde Ia-
cobo quarto an. 52.

5492

Anni
mundi.

5572

Textor, Nicolaus Salicetus abbas, Ioan. Lapidanus, Ioan. Tesseranus Theologi.

A Ioanne Lapidano Theologo Parisiensi rudimenta, linguæ Hebraicæ Reuchlinus Capnion didicit. *Ipse in Apologia.* Reliqua à Iudæo, Abdia ben Iacob Spuono dum legatione fungeretur apud sequentem Pontificem Alexandrum. *Ipse in Epistola in suum lexicon, ubi primum inter Latinos se Grammaticam & lexicon Hebr. emittere assenerat.* Vir magnus, nisi lingua Hebraicæ mysteria Cabballicis nugamentis maculasset.

Albertus Krantius Bambergensis, Ioannes Trithemius Abbas Sphaheimensis, Matthias Palmerius Pisanus, insignes historici. Marsilius Ficinus, Baptista Mantuanus poëta & carmelita, Iouianus Pontanus Philip-pus Beroaldus, viri summa eruditione clari.

HVMANA.

1485. Ioannes decimus tertius Rex Portugalliæ, primus classem misit ad querendas nouas terras, & promontorium Bonæ spei, vnde ingentia auri pondera aduecta & excussa.

Zamoram Africæ ciuitatem tributo decem millium Alosarum sponte à Saracenis oblato suam fecit.

Ferdinandus Magnus Hispaniæ Rex an. 1487. (alij 1462.) Mauris siue Saracenis, decimo post cœptum bellum, ademit Regnum Granatæ, siue Beticum, quod, vt dixi, ipsi 800. ferè annos occupauerant. Hinc sortitus est à Roman. Pontifice cognomentum CATHOLICI. Idem 124. (alij 120.) millia familiarum Iudaicarum Hispania expulit, nec eis permisit aurum vel gemmas Regno exportare. vide Pontanum de bello Ferdinandi.

In his fuit R. Isaac F. R. Ioseph Karn, commentator Pentatheuchi, vt in Portugalensi exilio R. Abraham auctor fasciculi Myrrhæ, qui se fessam urbem Mauritaniæ recepit.

Guinea ab Hispanis 12. gradibus ab æquatore inuenta est. circa quam complures insulæ postea ab isdem exploratæ.

Tumque compertum est regionem torridam, quæ appellabatur, commodè habitari. Quod ante mille quingentos annos Iubam Mauritaniæ regē probasse Solinus narrat, & ante Iubam, referente Strabone, Polybius.

Paulo post nouus orbis veteribus incognitus præter infinitas insulas exploratus est, & America siue Bresilia, quarta terræ pars nominatus, cum ab incolis vocaretur vna sui parte Peru.) quo naues singulis trienniis misisse Salomonē, exportandi auri causa, probabile est, cum scriptura in Paralipomenis illam regionem nominet Paruam, duali numero. i. vtrumque Peru) altera Clobacana. *R. Ioseph parte secunda sue historia.*

Tertio Africæ Australis & Asiæ Orientalis siue Indiæ vltimæ pars cognita est, & circumnavigata.

Quartò terra Australis vltra mare Æthiopicum & Indicum inuenta est etsi nondum interius cognita quintaque terræ pars appellata.

Quo anno bellum Hispanorum perfectum est contra Mauros, eorundem expeditio aduersus Indos Occidentales cœpit, quasi Hispanorum opus sit expugnare infideles & Paganos.

Nam Ferdinandus Isabellæ Regiæ Castiliæ, Legionis, Aragoniæ, Siciliae, vxoris suæ suasu Christopho.

5580

Columbum Genuensem ad vestigandas nouas terras misit, quas & Columbus aperuit an. 1492.

Quo anno 1492. in perpetuum Iudæos suis Hispanicis regnis expulit. 97. post Gallicanum eorum exilium. Et vt hereticos & Mauros pœnitens inde euelleret. Inquisitionis officium instituit, cui etiam Rex ipse subesset. Granatense, Neapolitanum, & Nauarreum regum subegit. *Vasæus.*

Doriphori (quos Lantznechos vocant) tunc primum exorti sunt in Germania.

Ducatus Britannæ Regno Franciæ accessit nomine dotis Annæ hæredis Britannæ, quam, repudiata Margarita vxore, Carolus 8. vxorem duxit, licet ipsa per legatum nupta iam esset Maximiliano Austriæ Archiduci. *Naucler. Gagum. lib. 11. Chron. Franc.*

Mediolanenses mortuo Philippo Maria duce ultimo sese, in libertatem vendicant & ex Plebe 12. viros, Reip. constituendæ causa creant. Verum post duram obsidionem Franciscum Sfortiam, qui Blancam Philippi filiam notham duxera, in urbem & ducem recipere coacti sunt, à quo Carolus Aurelianensis competitor victus est Fridericus Imperat. suum ius neglexit, bellis domesticis detentus, & multitudine competitorum absteritus.

Alphonfus rex Neapolit. quem Philippus hæredem testamento instituerat cum hereditatem longe à se distitam & à competitoribus vndique circumfessam videret, quieuit.

Thoina & Demetrio Paleologis fratribus inter se dissidentibus, Demetrius ad hostem transijt filia ei in vxorem data. Thomas rebus perditis Romam fugit. Sic Mahometes Peloponesum subigit sublato illic Paleologorum & Venetorum Dominatu. Lesbium, Lemnum, Euboeam, siue Nigropontum ponte admirabili super Euripum constructo recipit.

Per id tempus Vngari duce Bathoro ex Turcis quorum erant centum millia insignem & omni æuo memorabilem victoriam Matthiæ regi retulerunt. *Crom. lib. 29. Polo.*

Cazimirus Cazimiri Regis Polonorum filius medicis concubitum suadentibus, si sanus esse vellet, Ne se pollueret, maluit ille mori. *Crom. Ibid. Michaëli Verino pœtæ Hispano vix 18. annos nato paulò post idem visum est. Politianus.*

Boemici motus ab hæreticis excitati, regi etiam periculosi, ita vt Rex de vita sua periclitatus ad Carthanos montes fugere coactus sit, Senatus verò veteris & nouæ Pragæ contrucidatus sit & Monasteria direpta. *Herbutus lib. 17. Polo. c. 10.*

Ioannes Standon Theologus collegium Montis acuti Lutetiæ fundauit, legauitque multa ad Pauperum, vulgo Capetarum, alimoniam.

Carolus 8. cum Cancellario & libellorum supplicum magistris septemdecim consiliarios laicos & sacerdotes creauit, quia Cancellarius tot negotijs se implicare non poterat.

Henricus septimus, Rex Angliæ, ex Elizabetha coniuge tres tantum liberos superstites reliquit, Henricum octauum, Margaritam maiorem natu, quæ Iacobo quarto Scotorum regi nupsit, Mariam Ludouico duodecimo Francorum regi primum, deinde

Anni
Christi.

1484

1482

Anni
mundi.

5572

5580

Carolo

Anni
Christi.

1492

1503

222.

m ALEXANDER 6.
Valentinus Hispanus an.
11. di. 8.

Vacat m. i. d. 4.

Patriarcha.

Constantinopoli Niphone,
deinde Pachomo (qui præfinitè sedit an. 1500.) an. 10.
Principibus.

Baiazete 2. Turcico 12. Imp.

Rustano Persia, deinde
Agniato mens. 6. Carabe an.
1. Aluante an. 4. Ismaele Sophian. 34.

Friderico 3. & post eum
Maximiliano an. 25. Occid.
Imp.

Carolo 8. & Ludouico 12.
Patre populi cog. an. 17. ex
ordine Franc. Reg.

Schender Aethiopia, deinde
de Amdezeon, qui & Alexander
mens. 6. Nahud. an.
14.

Ferdinando 5. Hispaniæ.
Henrico 7. Angliæ.
Cazimiro 4. deinde Alberto
an. 9. Alexandro an. 5.
Poloniæ.

Ioanne 2. Portugalliæ, deinde
Emanuele Magno an.
26.

Iacobo quarto Scotiæ.

An. Dom. M. D. quando Ludouicus
12. Pater populi dictus, regnum Galli
cum inii, Sophus Persicum, noue terræ
& aperuntur.

DECIMO quinto seculo continuatam quidem fuisse Doctrinam dubitari non potest, quod ideo Lutherus & innumerabiles hæreticorum copia insurrexerint &c. Sed interim id mo-

Anni
mundi.

5580

5591

Carolo Brandono Saffolciæ Duci collocatam. *Ex historiis Angl. & Scot.*

Henrici ergo defuncta posteritate, de qua vnica superest Elizabetha, rerum hodie potiens, regnorum Angliæ & Hiberniæ ius ad Mariam Scotorum Reginam, vnica Iacobi 4. & Margaritæ supra dictæ hæredem, siue ex Iacobo 5. patre Scotorum rege eorum filio neptem, eiusque deinceps liberos, rectà aliis omnibus exclusis deuoluitur.

m FAVENS auspiciis Ferdinandi & Isabellæ Hispaniarum, qui duce Columbo an. 1492. Indias Occiduas aperuerant, Bulla illos legitimos earum Dominos constituit, ita tamen vt præcones Euangelij illuc mittere teneantur. Bulla ab Alexandro data est an. 1493, quarto nonas Maij sui Pontificatus 2.

1494. Correcta propter Hispanorum & Lusitanorum dissidia, ipsorum consensu, vt videlicet linea utrosque separans ducta à Septentrione ad Meridiem per Occidentem distaret à Promontorio viridi 1030. miliaribus, non, vt antea, 400. duntaxat, vt quicquid ab ea versus Orientem acquireretur. Portugalesibus cederet, versus Occidentem Hispanis. Quod præsertim factum est, ne Hispani quicquam tentarent in interiore Africa, quam iam Portugaleses aperuerant.

Primus præco fuit Bueil Catalanus ordinis S. Benedicti, quam Alexander Bulla sacerdotibus duodecim præfecit, suumque vicarium apud illas regiones nominauit. *Fumens in historia Gallica Indiarum Occidentalium lib. 1. cap. 2.*

Iosephus Indus patria Caragonensis, vir Christianus, Romam venit, & Alexandro 6. narrauit, eorum populorum, qui circa insulam Ormuz & reliquum Orientem habitant, magnum quendam esse Antistitem, qui Catholicus appelleretur, cui assent Cardinales duodecim, Patriarchæ duo, Archiepiscopi & Episcopi complures. *Ipsè in sua navigatione c. 33. Osorius de Emanuele.*

1494. Ordo pœnitentium mulierum ex prostitutis coepit Parisiis prædicatione Ioannis Tisserani Minoritæ. *Continuatio Palmerij. Volater.*

Ioannes Mederus, Ioannes Dalburgius, Georgius Florus Baldinus, Guilelmus Pepinus, Baptista à Satis, Ioannes Keiferspergius, Hieronymus Saaranola, Ioan. Ludouicus Viualdus, Theologi Ioan. Tritemius, qui suum librum de Scriptoribus Ecclesiasticis (nongenis & septuaginta, quorum volumina gradus, conditiones, dignitates, ac tempora potuit reperire) absoluit an. 1494.

HVMANA.

1497. Americus Vesputius Florentinus sub Zona torrida, vltra citràque, terras Occiduas navigationibus quatuor aperuit, & Americam de suo nomine appellauit, quarum duas versus Occidentem mandato Ferdinandi Regis Hisp. suscepit, duas alias versus Austrum Emanuelis Lusitaniæ regis iussu. Propter eius magnitudinem quarta pars orbis nominatur, nescitur continensne sit, an insula, nisi quòd est probabilius versus polum quodam Isthmo cum Groelandia iungi. Quoniam sæpius quidem tentatus est per Septentrionem ad Mare Moluccarum transitus, verum nunquam repertus, per Austrum ad Moluccas transitum Magellanus reperit, & fretum Magellanicum de se nominauit.

Nnn 4

An. 1501. Petrus Aruatus Cabralus Brasiliam in torrida Zona extra æquinoctialem versus meridiem aduenit.

Emanuelis Regis Portugalie auspicijs sub an. 1500 aperta est nauigatio in Indias, circumnauigata tota Africa & repertis multis nouis regionibus & insulis. Prima illa nauigatio fuit vsque ad Callicutium, deinde Cochinum, vbi magnum Christianorum numerum S. Thomæ videre licet, quorum sacerdotes in magna degunt abstinentia. in templis crucem tantum habentes. Sacrificiant pane Azymo, & vino ex vua passa & aqua expresso, quod alio careant. Apostoli corpus hinc procul 350. miliaribus situm est apud oppidum Mailapar, etiam Saracenis & Paganis venerabile. Volateran. libr. 12. Geographia.

1493. cœpit expeditio Francorum pro acquirendo Regno Neapolitano, contra Alphonsum Regem: Carolus Rex Francor. statim illud regnum obtinuit, sed ann. proximo ab eo ad Ferdinandum Alphonfi filium defecit.

Morbus facer sub primum descensum Francorum in Italiam primum cœpit agnosci in Europa, & propterea dictus est Gallicus, & Neapolitanus, Hispani Arragonenses vocant eum Morbum S. Sementi, Granatenses Curialem, Franci grossam verolam.

An. 1494. obierunt tria literariæ reipublicæ lumina, Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileiensis, Angelus Politianus vir eloquentissimus, & Ioan. Picus Mirandulæ Comes, summus Philosophus. Continuat Palmerij.

Ioan. Nauclerus Tubigenfis, cuius historia à Surio, Carthuf. continuata est. Philippus Bergomensis, Hermannus Schedellius, Baptista Egnatius, Raphaël Volaterranus, Franciscus Irenicus, Iacobus Vuimphelingius, Polydorus Virgilius Anglus, Ludouicus Patricius, Antonius Sabellius: historici celebres. Sebastianus Brand. Georgius Valla Iodocus Badius, viri docti.

Parlamentum Rothomagensis Scacarij loco, à Ludouico 12. instituitur, an. 1499. Cal. Octobr. Sic Aquense in Prouincia Narbonensi & Burdegalense in Aquitania.

Rustanus Perfarum rex, Harduelem patrem Ismaëlis Sophi: interfecit, veritus ne is Halim Omari præferens, studeret rebus nouis, & se regno exueret. Ismaël interim fugiens in Hircaniam ad Pyrcalim amicum paternum, eosdem ritus, quos pater in Persidè tradiderat, prouexit, & Siach. i. Propheta habitus, regnum Persicum ad se transtulit, eiectis hæredibus.

1499. septuaginta Turcorum millia per Vualachiam in Russiam se effundentes frigore & fame consumpta sunt. Reliqui à Stephano Vaieuoda contrucidati. Crom. lib. 30. Polon.

1500. quidam Iudæus nomine Lemlen imposuit Iudæis quibusdam (credo in Germania) se esse verum Christum, quem expectabant. Ioan. Isaac super Epistolam. R. Mosi filij Maimon, quam ipse ex Hebreo in Latinum conuertit.

Eo anno Portugallia Iudæi excedere iussi sunt, octo annis postquam à regibus Hispanis in perpetuum eiecti essent. Vasens.

Eo Rutheri ditionis Polonicæ ad Moscouitarum Imperatorem, Schismatis eorum tutorem defecerunt, quod Alexander Dux Lituaniæ eos Ecclesiæ Romanæ adiungere vellet. Ioan. Sacramus in Elucidario eorum Ruthenicorum.

Anni christi. 1482

re nostro demonstramus è certis Græcorum & Latinorum testimonijs.

MISSA. Isidori ritibus ac prius, è scriptoribus de Diuinis vel Ecclesiasticis, Bessarione Cardinali, Marco Ephesio, Dionysio Carthusiano, Gabriele Biel in Canonem Missæ.

Gratia Dei, fides, Iustificatio, Græci in sua Apologia Basiliensi concilio exhibita. Bessario & Trapezuntius multis suorum librorum locis. Sic Gerson & c. Biel in can. Missæ lect. 23. §. E Sententiarij in 2. dist. 26. & 27. & lib. 1. dist. 41. vbi disputatur. an Prædestinationis sit aliquot meritum.

Eucharistiæ veritas, sacrificium, trāsstantiatio, adoratio, Missæ ritus, Bessario de Eucharistiæ sacramento. Marcus Ephesius lib. Quibus verbis conficiantur diuina munera. Laonicus Chalcoḃdylas, Euchologij, in quo tres liturgiæ Chrysostomi cap. 2. Basilij cap. 3. cap. 4. & 7. cum eius interpretatione cap. 5 & 6. Thomas Valdensis in tomis de Sacramētis contra Kucleffistas, Biel in Canonem Missæ. Sententiarij multis distinctionibus libri 4. Gerson parte 1. tractatu de Communione sub vtraque specie & part. 2. in Compendio Theologia tract. 3. de Sac. Eucharistiæ & alibi.

Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniæ In Euchologio Græcor. c. 15. 17. 79. Sententiarij multis, distinctionibus lib. 4. Gerson in compendio Theologia tract. 3.

Pœnitentiæ eius partes tres Euchologij cap. 49. 98. & c. vbi cano in extrema vnctione in Peccatoris confessione seruandus. Ibidem Gerson. Sententiarij lib. 4. dist. 14. vsque ad dist. 22.

Claues Ecclesiæ, Absolutio. Trapezuntius, in dictum Euāgelij sic vto eū manere & c. Græci in suo Euchologio ca. 114. Sententiarij lib. 4. dist. 18. & 19. per totum Biel. in can. Missæ lect. 2. 3. per totum Gerson parte 2. tract. de potestate ligandi atque soluendi, & alio, de contemptu Clauis.

Confirmatio, reliqua alia sacramenta, & eorum vsus. In Euchologio c. 95. 97. 98. vbi sacramentū vnctionis extrema vocatur, περὸς ἁλῆσις & παρακλήσις è 5. cap. Iaco. ca. 18. & 19. & seqq. vbi matrimonij officium cap. 111 & seqq. vbi ordinum singulorum dispensandorum ritus & officium. Aeneas Syluius epist. 130. ad

1503

Inde

Bobemos. Septem sunt Ecclesiæ sacramenta, eisdem vos tantum quinque recipitis. (Nam de confirmatione & extrema vnctione nihil sentiebant.) Gerardus Sredonem lib. de septē Sacramentis. D. Antonius p. 3. tit. 14. c. 1. §. 3. ad eripiendum nos ab infirmitatibus spiritualibus anima Dominus instituit medicinas septem Sacramentorum, Gerson in regulis Moralibus part. 2. & in compendio Theologia tract. 3.

Primates sedis Apostolicæ. Gennadius Scholarius Patriarcha Constantinopol. in defensione de primatu Petri. Gerson de Auseribilitate Papæ, & 4. parte Sermo. de pace & unitate Græcorum. Omnes principes & alij subiectionem habent ad Papam, in quantum suis iurisdictionibus, temporalitate & dominio abuti vellet contra legem diuinam & naturalem, Item lib. de modo habendi se tempore Schismatis. Baldus leg. f. in sine c. d. l. l. nu. 4. solus Papa potest deponere Imperatorem, & non ex omni causa, sed solum ex causa graui & notoria, ex qua turbatur vniuersalis status Christianus vel Ecclesiæ. Et Nu. 2. Cum Apostolicus confirmet Principem, istud est manifestum signum superioritatis, vt in Authentica, De defensore ciuitatis, § interim. Et ideo Imperator iurat Pape fidelitatem. Thomas Valdensis contra Vuicleffistas. Io. de Turr. Cre. in summa de Ecclesiæ, & alibi. Trapezuntius in dictum Euāgelij, Si volo eum manere. Aeneas Syl. epist. 288. Gabriel Biel in can. lect. 23. Clemangis de corruptio Ecclesiæ statu.

Liberum arbitrium, bona opera. Græci in Apologia ad Concilium Basiliense. Trapezuntius vbi supra. Biel in can. Missæ lectio. 29. 59. Gerson in compendio Theo. tract. 2. Sententiarij in 2. sent. dist. 25. 26. 28.

Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, festa. Græci in Horologijs & Menologijs suis. Item Euchologio, vbi de crucis collocacone c. 30. & Exaltatione cap. 93. & lectione Apostolica & Euāgelice de SS. Martyribus cap. 103. de sanctis medicis cap. 104. de Sancto Chrysostomo & reliquis Sanctis pontificibus cap. 105. de alijs varijs Sanctis cap. 106. 107. 108. 109. sed & apud nostros huius seculi scriptores de iis omnibus extant sermones & tractatus pene innumeri. Biel in canonem Missæ lectione 30. 31. 32. 79. & de imaginibus lect. 49. & de reliquijs lect. 42. Gerson præmittens Aue Maria sermonibus, quos habuit in Concilio Constantiensi.

Preces pro defunctis. Purgatorium. Dionysius Carthusianus de quatuor Nouissimis. In Apologia Græcorum de Purgatorio igne, Basiliensi concilio exhibita, & per Ioan. Hartungum versa, vbi Græci huius æui docent tria è suis patribus 1. quorundam reatus post mortem à Deo condonari. 2. id fieri Dei clementia & Ecclesiæ precibus. 3. eos interim expiari lustratione carceris vel tenebrarum & ignorationis, & exilijs: hoc vno à Latinis differentes, quod ignem purgatorium corporalem, materialeve negent, vt in eo non pœnam sensus, sed damni duntaxat constituent. Hinc eorum Euchologio cap. 118. pro monacho mortuo ferale officium cap. 119. pro sacerdote mortuo. cap. 120. pro laicis mortuis ca. 121. pro feminis dormientibus. ca. 122. & vltimo, pro infantibus defunctis. & in ipsorum liturgijs cap. 2. 3. 4. 7. Sententiarij dist. 21. lib. 4. Biel in can. Missæ 56. 57. 58.

Relinquo infinitos alios Latinos quoniam his præcipuè temporibus hæreticis suspecti sunt, quod Hussitas, Hieronymum de Praga, & iscam aceorum multiples & dissectas sectas proscripserint, stylo & igni persecuti sint. Superfluum etiam esset Synodos totius huius spatij itemque Historicos recēdere, cum omnes eandem profus Ecclesiæ faciem cum superioribus seculis nobis pingant, vt propterea ad illos, nec velint, nec ausint pronocare.

1503 a Pius 3. Senēsis, di. 16. 1503 Vacat d. 24. Patriarcha. Constantinopoli Pachomo. Principibus. Baiazete 2. Turcorum imp.

DECIMVM SEXTVM ET vltimum sæculum. 223.

REGNUM Manicongo an. 1503. in Africa Christi fidem suscipit. Helenæ Alexandri regis Pol. vxori diadema de more reginarum non est impositum, quod Græcorum Schismati esset dedita, vt pote Ioannis magni ducis Moschorū filia. Bogdanus Vualachia Vaieuoda his legibus Elizabetham sororem Alexandri regis Pol. accipit in matrimonium, vt is ad Ecclesiæ Romanæ ritus cum aulico suo comitatu accederet: In Vualachia vt templa, sacerdotes, & vnus Episcopus Romani ritus instituerentur, Romanus Pont. Bogdano postulante matrimonium id approbaret. Georgius Amboësius Cardinalis & Legatus Franciæ instituitur, qui vnico Rothomagensi sacerdotio absque vllis Abbatijs &c. contentus, è viujs multò post decessit. Vir antiqua virtute & fide, nondum conscientijs ad Sa-

cedotiorum

cerdotiorum Polygamiam prostitutis.

HVMANA.

Aeuante & Morath Chamo Iacuppi filii contendentes, adueniens Ismael Sophus adhuc adolescens, qui non sectam Mahometanæ perfidiae à patre Harduelle ceptam supplicij metu suppresserat, primo Aleuantem acie secum cõgressum obruncat. Deinde Morath Chamum in Arabiam profugere compulit.

Sic rerum potitus à Persico Oceano ad Seruanorum fines atque ipsum Caucasum montem & per Hyrcani maris meridionalem oram ad Coraxenos omni regione perdomita, Zagaleisque Tartaris ad Oxum Iaxartemque flumina pertinentibus sæpe acie superatis, in Armeniam reuersus est, ubi aliquanto post in Calderanis campis à Selimo Turca vincitur, cuius virtuti totus Oriens cesserat.

Ismael Sophi magni Vsumcaffani Regis ex filia nepos persuasione commutatæ religionis excitatis in suam sectam Orientis gentibus, paternos, maternosque agros cum exercitu recuperauit. Inde multas vrbes cepit. Mox 1499. Iacuppi Regis auunculi sui filios regno depulit, mortem patris vindicans & nouam religionem propagans, per Armeniam, Mediam, Persidem, Parthiam, Mesopotamiam, Assyriam, Hyrcanos & Turcas lacessuit. Edicta inusitati generis venatione Syluestres equos cepit & domuit, qui aspectu truces, prælongis, atque hortenribus comis, rigida ceruice, & arietino capite deformes, bidui cursu minimè fatiscunt. *Ionis lib. 5. viro.*

Legatos Venetias misit, qui fœdus atque amicitiam peterent. Item ad regem Cambaiæ (ad ostium Indi fl.) & ad Zabaimum Idalcamum, reliquosque Indiæ Reges, religionis causa quam tamen mutare noluerunt.

In Indiam ad Lusitanos, quorum Prorex erat Albuquerqueus, tamentis Ormuzium ipsi auertissent, misit Coicaleamum, & cum eis fœdus agitauit. Ad eum Albuquerqueus vicissim Michaellem Feirteram ad illud firmandum ablegauit.

Legationem destinauit ad Baiazethem cum irrito successu. Sibi enim Carmanorum regiones hæreditarias reddi postulabat. Item ut abiecta vetere religione suam assumeret, habitumque immutaret.

Eias res gestas contra Turcos explicauit. Henricus Penias ad Cardinalem Saulum.

Nahud eductus est ex illo monte munitissimo & altissimo Æthiopiæ, in quem solent regum filij ac propinqui relegari, ne quid contra principem rerum potentem moueant, postquam frater eius Alexander rex absque liberis diceffisset. Alueresius in histo. Æthiopica c. 59.

Ludouico 12. Academiam Parisiensem priuilegia sibi sublata conquerentem, turbasque concitantem reprimente, in publico Academiæ apud Bernardinos conuentu decretum est, ut conciones, Medicinæ praxis, studium, lectionesque statuta intermitterentur.

BELICA gloria, quam Pontificia clarior. Moriturdum celebratur Concilium Lateranense.

Bononiam expugnauit: Seruiam, Rauennam, Fauentiam, Forum Iulium & reliquas Ecclesiæ terras à Veneris

occupatas

Anni
christi.

Ismaele Sophi Persarum.

Anni
mundi.

Maximiliano Occid. Imp.

Ludouico 12. Franc. Rege.

Nahud Æthiopiæ an. 14.

Ferdinando 5. cog. Catholico Hispania.

Henrico 7. Angliæ.

Alexandro Polonia.

Emanuele Mag. Portugalliæ.

Iacobo 4. Scotiæ.

1503

224.

5591

1512

b I V L I V S 2. Genuensis, an. 9.

5600

mens. 3. di. 12.

Vacat d. 17.

Patriarcha.

Constantinopoli Pachomo, deinde Teolypto an. 10.

Principibus.

Baiazete 2. & post eum Selimo 1. an. 8. Turcorum 13. (aliis 9.) Imp.

Ismaele Sophi Persarum

Maximiliano Occi. Imp.

Ludouico 12. Franc. Reg.

Nahud Æthiopiæ, deinde

Anni christi. Helena eius uxore ob filij pueritiam.

Anni mundi.

Philippo primo an. 2. & iterum patre Ferdinando Catholico an. 10. pro Carolo nepote suo Hispania.

Henrico 7. Angliæ, deinde Henrico 8. an. 39.

Alexandro Polonia, deinde Sigismundo 1. an. 41.

Emanuele Portugalliæ.

Iacobo 4. Scotiæ.

1510

(ONCIL. Gallicanum Turonense omnium Episcoporum Gallia, & plurimorum doctorum tantæ Theologiæ, quam iuris Canonici, pro Rege Francia contra Pontificem Romanum In quo decretum est, ut mitterentur ad P.P. legati, qui cum eo de pace agerent, vel si ipsos nollet audire, eum prouocarent ad conuocandum generale Concilium Chron. Franc.

5598

occupatas vi obtinuit: Mirandulam & Mutinam cepit. Paul. Ioui. & Continuatio Palmerij: Gallos opera Heluetiorum è tota Italia expulit, unde à nonnullis ei tribuitur titulus liberatæ à Gallis Italiæ. *Sirius in histor.*

Edictum in Ludouicum 12. promulgauit quo eum & quotquot illi studerent, omnibus & Schismaticorum & Hæreticorum pœnis subijciebat, facta cuique potestate fortunas, regna, resque illorum inuadendi. Ex quo secuta est Regni Navarra occupatio. *Guichardinus historiæ sui temp. lib. 11.*

Iulius Pont. Maximilianus Cæsar, Ferdinandus Hispanus, Ludouicus Gallus, Alphonsus Ferrariensis in Venetos conspirantes, eos omni Imperio terrestri spoliarent. Ottomanis autem multis viribus & insulis Græcis, donec Cyprum tandem nouissimè amiserint.

Academia Francfordiensis approbante Iulio PP. instituitur an. 1506. ab electore Ioachimo Brandeburgensi Marchione. *Monst.*

Florent doctissimi viri, Ioannes Lapidanus doctor Theologus, qui linguam Hebraicam Lutetia docet ipsum Ioan. Reuchilnum Capnionem, *Ut agnoscat ipse in sua Apologia.* Ioan. Reuchilnus Capnion: Hostatiano diffidio variè afflictus, (qui primus eo tempore cepit Hebraicam linguam in Germania profiteri) Marcus Marulus Spalatenis, Lodoicus Viues, Iacobus Faber Stapulensis, Desiderius Erasmus Roterodamus (obiit an. 1536. septuagenarius) Syluester Prierius Dominicanus Italus.

Petrus Galatinus, qui eandem Hebraicam in Italia excolebat. Nam ea inter Christianos incipiebat propagari.

Ælius Antonius Nebriffensis, Iacobus Lopes Stunica Philosophus & Theologus, Græcæ, Hebraicæ & Arabicæ linguæ peritus, Hispanus vterque.

Ioan. Picus Mirandula Marti. Datyli Hebræi discipulus, æmulus Pici, Mithridates Romanus, Hiero. Alexander Brundusinus, Iustinianus Nebiensis, Aug. Steuchus Eugubinus Itali

Franciscus Ximenius episcopus Toletanus Compluti Biblia multis linguis & interpretationibus insignia typis exprimi curauit, secundus post Origenem Adamantium.

Gallus & Pontifex vario Marte congregiuntur in Italia. Paul. Ioui. Vnde Rex Ludouicus & Maximilianus Imper. curant haberi Concilium, quod nunquam fieri potuit, Pontifice propter principum factiones, reclamante.

1510. octauo Idus Februarij circa horam noctis secundam Paulus Form. in Marchiæ Brandeburgensis villa Knobloch, è templo subreptam thecam argenteam & inauratam, qua Eucharistia conseruabatur, cum sacra hostia vendidit cuidam Iudæo, qui post multos ictus pugionis videns eam integram permanere, ita exandescens, Si tu es (inquit) Deus Christianorum te ipsum manifesta: mox hostia in tres partes diuisa sanguine per oras maduit. Eo territus Iudæus, postquam illas parriculas panno inuolutas apud se detinuisset, missis duabus ad duos alios suæ factionis, tertiam iterum pugione confodit, sicque denuò sanguinis guttulæ dimanarunt, Tunc rimens ne scelus proderetur, eam absumere voluit, sed cum non posset, proiecit in flumen, dein illa enatante, in ignem demum cum intacta esset, commiscuit azymo, ac ubi

furno

furto impofuiffet, ille alioqui obfcurus refplenduit, & maifula azymi, cui tertia illa particula erat immixta, in Iudæi faciem infulit. Re à Magiftratu cognita Paulus Form., forcipibus difcerptus eft, & in cineres redactus: Omnes Iudæi illius Marchiæ carceribus inclusi funt Burlingtoni, ex quibus habita quæftione cum inter alia flagitia faterentur fe feptem Christianorum infantes acubus & punitionibus peremiffe, eorum 38. (al. 40.) flammis traditi funt, & duo, qui petierunt baptizari ante mortem, capite plexi funt. *Suri. in hiflor. & Hiftoria rerum memorabil. & c. conuerfa à Pontano lib. 1.*

Acturius Iofeph sacerdos, Mofes Monachus Diaconus, Helias Hypodiaconus è Syria ad concilium Lateranense legari mittuntur à Petro Patriarcha Maronitarum è Monasterio sanctæ Mariæ de Camibin in môte Libano ann. 1515. Febr. 14. Ab his Theſeus Ambroſius Albonelij regulus Iurisc. literas Syriacas didicit, à quo postea canonico D. Augustini Bononiæ illæ inter nos ceperunt propagari, Leone 10. pontificatum administrante, quando introductionem in linguam Chaldeam, Syriacam & Armenicam euulgauit. *Ipsè Ibid.*

Sub an. 1510. Occidentales populi per Dominicanos ex Hispania conuertuntur.

HVMANA

Philippus Archidux Austriæ, Caroli quinti Imp. pater annos secundo regio Hispaniæ scepro potitur Comitatum Flandriæ cum reliquis ditionibus regno Castiliæ vnit. Imatura morte præreptus regnum Ferdinando 5. Catholico patri, qui se Neapolim receperat, reliquit (donec Carolus adoleuiffet).

Sultanus Ægyptius ereptum sibi dolens vectigal reliquorum Christianorum Alexandriam gratia mercis Indicæ adeuntium, ad Iulium Pont. Oratorem denuntiatum misit, nisi Portugalenses abstineant, se quoque Hierosolymitanum iter prohibitorium. *Volat. libro 12. Geogr.*

Huius laudis æmuli Hispani sub Ferdinandi regis auspiciis duce Christophoro Columbo ann. 1496. Gadibus soluunt inter Zephirum & Austrum, & Canarias, aliasque insulas. deinde Orbem nouum aperiunt, non ad antæcosiue antipodas, vt Lusitani, sed ad paræcos nostros cursum dirigentes. *Ibid.*

Baiazetes secundus Turcorum duodecimus Imperat. venenato Pharmaco, sibi iussu Selimi filij per Iudæum quædam medicum parato, interiit an 1512. postquam Imperio præfuiſſet 31. annis, quibus Valachiam & Moncastrum (hodie Neper) ac Lithostomum oppida subegit, contra Caitheum Sultanum Ægyptium copias misit) tunc Turci tantam ab illo Sultano stragem acceperunt, vt nullam vnquam maiorem tulerint) venetis Lepantū (antiquis Naupaetum) Dirrachium & Methonem vrbes ademit: Gallos se aggressos fugauit: foedus iniit cum Venetis, quod durat in hodiernum diem: ferrum Lanceæ, quæ Christi latus aperuit, ad Innocentium 8. PP. per Mustapham Bassam Viftrum dono misit. *Paulus Ionius libro de reb. Turci.*

1509. Helenæ auia Davidis ad Emanuelem Regem Portugalliæ Matthæum Legatum cum literis mittit, o-

Anni
Christi.

1511

1511

Pisanum, coactum à Maximiliano Imp. & Ludouico Rege & quibusdam Cardinalibus, contra Iulium PP postea translatum est Mediolanum, deinde Lugdunum: sed sine profectu & vilo exitu, interueniente morte Iulij Papa. Chron. Franc.

DECIMUM nonum Concilium œcumenicum Lateranense indictū est à Iulio Papa contra Concilium Pisanum, contra Turcos, & pro reformatione Ecclesiæ, sed ipſius morte est interruptum, & postea continuatum & absolutum à Leone 10. PP. anno 1517. 17. Calend. April. Sleid. lib. 1. & Surius. In hoc Pragmatica Sanctio factione quorundam abrogari sinitur.

Anni
mundi.

5599

5599

Anni
Christi.

1513

1522

225.
c LEO 10. Florentinus
(Prius dictus Ioannes de
Medicis) an. 8.
mens. 8. di. 21.

Vacat. mens. 1. d. 7.

Patriarcha.
Constantinopoli Theolypto, deinde Ieremia an. 15.

Principibus.
Selimo 1. & Solimano
eius filio an. 46. per ordinem
successionis Turcorum Imp.

Ismaele Sophi Persarum.

Anni
mundi.

5601

5610

pem pollicens aduersus Mammelucos & Mauros Indiæ, prout rogata fuerat à Trifane de Cugna, illius in India Prorege. Atque hic prima Lusitanorum cum Aethiopiis coniunctio.

Selymus Campsonem Gaurum Cairi Sultanum eiusque exercitum ad Singuam occisione deleuit. Indeque Syriam, Iudæam, Atque Ægyptum victoriis peruagatus, Mameluchorum nomen & Sultaneum Imperium euerit, Tomombeio vltimo Sultano, qui in locum Campsonis demortui tumultuariè successus fuerat, capto.

Tomombeium vltimum Ægypti Syriæque Sultanum vicit, captum, diuque in quæstione de Theſauris tortum, impositumque vili camelo & per Cairum circumductum, ad ~~Basiliam~~ ~~Syriam~~ ~~portatum~~ ~~neccauit~~, vnoque ferreo suspendit. *Ionius libro quarto vir. Illustrium.*

Ismaëlem Sophum occupata Taurisio eius regia in Calderanis campis deuicit. In eo loco caneroso renum vlcere pestilenti infelicem exhalauit animam octauo Imperij anno, in quo patrem Baiazethem acie adortus opprimere cogitarat, & veneno sustulerat postquam Acomathem & Corcuthum Germanos fratres, & septem impuberes consanguineos ad vnum omnes peremisset, dictitans nihil suauius, quam sublato omni consanguineorum metu solum regnare, *Idem lib. 5.*

Ei Solymanus successit an. 1518.

c ANNO 1517. PP. promulgauit per vniuersam Christianorum ditionem remissionem omnium peccatorum iis, qui sua bona in expeditionem Turcicam erogarent quæ Crucia vocabatur. Eius rei cura in Germania Alberto Moguntinensi Episcopo à PP. demandatur, qui elegit Ioannem Tetzellium Dominicanum: quod ita offendit Augustinianos, maximè Staupitium ordinis generalem per Germaniã genere clarum ac disertum, Martinum etiam Lutherum, vt ipse contra tales indulgentias eodem anno tonare cœperit, fretus Frederico Saxonix Duce, quem suarum partium reddiderat. 95. propositiones edidit quibus oppugnabat indulgentias cõtra Tetzellium alias 106. Lutheranis planè contrarias. Ex hac lite ortum illud LVTHERANA hæreseos incendium, quo tota pene Europa conflagrauit. *Surius in sua historia. At Sleid. lib. 1. paulo aliter.*

Pragmaticam sanctionem sustulit, Concordata, quæ vocantur cum Rege Francisco agitans. de nominatione Episcoporum & Abbatum specioso prætextu, vt Rex propter electionum abusus Doctorem quidem vel licentiarum Theologiæ, Iurisve canonici è celebri academia ad Episcopatum, Religiosum eiusdem ordinis, Doctorem similiter, vel certè Baccalaureum earundem facultatum ad Abbatiam nominare teneretur: reuera autem ageretur mysterium illud iniquitatis, quo perditam Ecclesiam Gallicanam cernimus.

Hinc enim eius pernicies, in ea omnis generis hæreseon, Simoniarum, Fiduciarum seminarium, scientiæ, virtutis, pietatis exterminatio, regni pestis.

Ann. 1515. Concordata sunt condita. 1516. decimæ sacrilegij species introductæ. 1517. Lutherus emerſit, paulo post foedus cum Turca agitur, & magistratus omnes vnales prostituuntur, ne quisquam bonus & doctus ad eos possit sine numerata pecunia contendere. Bella successio & nostris digna moribus, ad quam aliquis

scilicet Deum expectet propitium.

1116. Augustinus Iustinianus Episcopus Nebiensis Octauum vtriusque Testamenti in quinque præcipuis linguis molitus, prægustamenti loco Psalterium emittit.

Nouum etiam Testamentum more veteris Hebraici, per versiculos distinguit, numerorumque notis diuidit, cum antea duntaxat distingueretur per paragraphos literis A, B, C. &c. expressos ab Hugone Cardinali sub ann. 140. Quam versuum distinctionem deinceps nostri secuti sunt.

Ioannes Eckius Fridericus Nausea, Iacobus Latomus, Syluester Prieras, Ioan. Cochleus, Iacobus Sadolentus, Ludouicus Berus. Langdailus Anglus, Ioan. Arboreus Laudunensis, Ambrosius Catharinus, Thomas de Vio, Caietanus Cardinalis, Ioan. Fischerius Roffensis Episcopus, & Thomas Morus eques Angli (hi duo pro tuenda religione, & quod nolent secundas nuptias Henrici 8. priore viuente, approbare, mortem obierunt an. 1535.) Iodocus Clictouæus, viri doctissimi, & fidei defensores.

Martinus Ludderus sive Lutherus Saxo (ferunt eum ex incubo natum *Cochl. de æti. Luth.*) monachus Augustinianus, cum suis sectatoribus hæreticus pronuntiatur anno 1518. (alij 1520.) 6. Calend. Augusti. *Carion. lib. 3.* Anno 1520. Louanienses & Colonienses Theologi multos ipsius libros dignos flammis decernunt, qui in Germania eodem anno ex mandato Imperatoris & Leonis P. P. combusti sunt. *Sleid. lib. 20.* Anno sequente Parisienses Theologi damnarunt hæresi eiusdem scripta: Carolus 5. eum proscripsit. Ipse dum esset in exilio scripsit librum de abroganda Missa priuata, ad quam cum communione sub vnica specie abolendam se ratiocinationibus diaboli persuasum fuisse gloriatur in lib. de Missa angular. f. 228. tom. 7.) ad fratres suos Augustinianos Vuitembergenses, qui primi omnium Missas abrogarant, quos hortatur, vt in eo incæpto etiam contra conscientiam (ô vox impia) accusationem persistant, sicut & se in quibusdam fecisse ait. *Sleid. lib. 3. Sur. in histor.* Tamen postea Lutherus factum Augustinensium publicis concionibus reprobauit. *Suri.*

Aliqui eum Antichristum esse contendunt, quod sit caput & Patriarcha hæreticorum & Occidentalium, qui se toti armarunt contra Christi doctrinam & beneficiorum eius memoriam. Addo ad illorum coniecturas *לחילי* *Lulter* characteribus Hebraicis reddere numerum Antichristi 666. Apoc. 13. Ex quo apparet, vt quamuis non videatur verus Antichristus, tamen nobile proximique eius sit membrum, qui Mahometis veri Antichristi regnum in has terras inducturus sit, quemadmodum & eius ministri & sectatores certatim ad Mahometismum quotidie deficere (pro dolor) cernimus.

Omnes in regno Granatæ aut Christiani fieri, aut regno exire coguntur. Regnum Magnicongo in Africa, Regi Lusitanæ fœderatum, fidem Christi suscipit. *Contin. Palmer.*

1519. Ulrichus Zuinglius cœpit Tiguri oppugnare Indulgentias, & postea an. 1524. Berengarij hæresim refricare vna cum Oecolampadio, propositis 47. articulis suæ doctrinæ, (*Surius. Sleid. lib. 1.*) cuius probationes, saltem quantum ad præcipuum caput, de Cœna, in somniis

Anni
Christi.

1513

*Maximiliano & Carolo
s. an. 39. ex ordine Occidentis
Imp.*

*Ludouico 12. & post eum
Francisco 1. Valesio an. 32.
Franc. Regibus.*

*Nahud, inde Helena Dauidis
regis matre (iuxta alios auia) Aethiopum
regina.*

*Ferdinando s. cog. Catholico
iterum Hispaniæ reg. deinde
Carolo 5. Imp. an. 39.*

Henrico 8. Angliæ.

Sigismundo 1. Poloniæ.

Emanuele Portugalliæ.

Iacobo 5. Scotiæ. an. 26.

Carolo

Anni
Christi.

1513

Anni
mundi.

5610

à quodam monitore spiritu (atérne an albus fuerit ignorat) Idib. April. se accepisse gloriatur, in lib. Subsidij de Eucharist. Tum Vuormaciæ conuentum egit Carolus, in quo Lutherus ob res belli opinione turbatas, se suamque doctrinam palàm defendit.

1521. Ignatius Loyola Hispanus societatis Iesu fratribus initium dedit. Decem alios sibi adiunxit, quibus comitatus Lutera Romam, obtinuit ann. 1540. vt suæ religionis institutum à Pont. confirmaretur. Ex iis primus Franciscus Xauierius ad Indos mittitur, principio an. 1541. tanto Dei numine, vt socij deinceps consecuti multa & præclara pro religionis incremento gesserint, quotidieque gerant. Superiore ab ineunte societate anno. 1520. Lutherus à Pont. declaratus fuerat hæreticus. Nempe, quo tempore Satanas ad diruendum aliquos erigit, Deus alios ad ædificandum excitat.

1520. Viuebat Abuna Marcus, summus Aethiopum in regno presbyteri Ioannis Patriarcha, annum agens centesimum quinquagesimum, vegeto adhuc animo & corpore. *Aluarezus in sua legatione Aethiopica.*

HVMANA.

Emanuel Portugalliæ rex ad extendendam subactæ à se Indiæ laudem Leoni pontifici suæ victoriæ trophæa, Elephantum aurea instratum stragula & turrito ephippio Indos homines gestantem, passus ad modulos tibiarum temperantem, Principem, hominesque augustiore habitu, certo gestu venerantem, per Tristanum Acunium Lusitanum dono misit. Addiderat Rhinocerotem Elephanto paulò humiliorem, longitudine parem, sed in Ligusticis scopulis mersus est. *Ioui. libr. 4. virorum Illustrum.*

Florentini, qui intestinis discordiis ferè continenter per an. 300. laborauerant, tanta quidem rabie, vt modo Patricios, modo Populares alternante victoria è ciuitate in exilium expellerent, sæuis sedibus integras sæpe familias delerent, armis Cæsarianis oppressi, Dominum sibi imponi passi sunt, Alexandro Duci, qui mox interfectus est à Laurentio cognato, primum obtemperantes ea lege, vt hæc dignitas ad liberos eius pertineret, atque his deficientibus ad eius cognationis proximos.

Senenses & ipsi seditiosissimi aliquot post annos eandem fortunam subierunt.

An. 1514. Muleamethes, cui Sciriffo q. magno sacerdoti cognomen erat, ex Eremita & concionatore ad regna fessæ & Marochi peruenit, religionis nouæ auctoritate & armorum gloria florens. Ita Africam miscuit, vt coacta multitudine in Lybiæ & Aegypti interiora penetrans, tribus annis obtinuerit præter superiora duo, regna Tremissæ, Daræ, Taphiletæ, Suæ, quæ 43. annis tenuit, venando à stipatoribus corporis senex admodum interfectus sub an. 1557. *Iouius lib. 7. vir. Illust.*

Huius Eremitæ initia attingit Ioannes Leo in descriptione Africa, qui cum eo versatum se per tres dies scribit.

Eius filius Abdala post Marochi regnat. Eodem tempore & spiritu Lutherus de ordine Eremitarum August. cœpit talequid moliri in Europa, sed ad tantam felicitatem peruenire non potuit, etiam si Cardinalatum, indeque Papatum animo fuisset complexus.

Franciscus Valesius Dux Engolismensium literarum

1522

5610

instaurator, Rex Francorum inauguratur die 20. Ianuar. anno. 1515. quo quidem Mart. Lutherus scribit contra indulgentias, Sequenti an. expeditione in Mediolanum suscepta ad 15. horas cum Heluetis pugnans victor euadit, Mediolanum recepit, foedus cum Heluetis inuit certa pecuniæ, quæ singulis annis illis pensatur pactio: cum Leone PP. conciliatur: ius creandorum Præfulum conuentibus Sacerdotum & Monachorum adimit & sibi vendicat. Tili.

Henricus 8. Anglorum Rex, quod librum plenum pietatis & eruditionis contra Lutherum scripsisset, meruit titulum DEFENSORIS FIDEI, sibi & suis posteris à Leone Pontifice concessum. Sleid. lib. 3. Georgius Lilius in Chron. Anglor.

Ferdinandus Hispaniæ Rex nullo meliore iure, quam quod sibi vtile & commodum esset, Regnum Nauarræ, expulso Ioanne Albreto occupat anno 1513. Ioan. Tili. Et regnis Castiliæ sociat. Ioanni autem Albreto siue Labritensi regnū venerat è Catharina Foissea hærede. Paulò aliter rem narrat Guichardinus historiarum sui temporis lib. 11.

Ex Arragoniis tandem potitus nuptiis Isabellæ Castiliæ reginæ, deinde regno Granatenfi, pulsas Saracenis siue Mauris, qui id tenuerant annos plus 780. decennali bello, vniversæ Hispaniæ vites obtinuit, Lusitanis exceptis, quæ cum Ioanna filia, nuptiis, postea transferunt ad Philippum Austriacum Maximiliani Imp. filium, Caroli 5. & Ferdinandi Imp. patrem. Iudæos seuerò Edicto ablegauit, Punicas vrbes à Syrtibus ad Herculis columnas cepit, nouum orbem ac inauditum immenso & insuperabili Oceano mira foelicitate perdomito tot auitis regnis adiecit, vt regum huius memoriæ maximus haberi possit.

Eo tamen deserto, quod parum esset liberalis, Hispani Philippum Maximiliani Cæsaris filium, qui in Hispaniam nauigauerat ad eundem Isabellæ socrus Regnum recipiunt, anteponeutes alienigenam principem indigenæ, generum socero, nouum regem iuuenem seni, qua re Ferdinandus offensus Neapolim nauigauit, Nec multo post, vbi oborta febre Philippus interiisset, rebas compositis ad sua regna rediit.

Eo defuncto Carolus 5. postea Imp. regnis Castellæ, Legionis, Arragoniæ, Nauarræ, Valentia, Granatæ, & reliquis potitus est.

Hispania cum primum paruit Austriis Dominis & Belgis præfectis magnis motibus agitata est. Belga enim perosi Hispani rebellant. Quam defectionem & prælia multa & incendia vibium & damna prouinciarum secuta sunt, nec cessarunt, nisi externo milite conspecto.

Anno 1516. abrogata est in Galliis Pragmatica sanctio, & Concordata (vt vocant) substituuntur, fremente v. niuerso clero, Scholasticis, populo, bonis denique & doctis omnibus. Ioan. Tili. Carion lib. 3. Vnde & hæc iactabantur.

Prata vorat mulier, frendens leo rodit virumque.
Prata, leo, Mulier, sulphuris antra petunt.
Prata, leo, consorte carent, Mulierque marito.
Connubio hos inngas, Cerberus alter erunt.

Nam Leo Pontif. Regina mater, & Cancellarius à Prato huius facinoris habebantur auctores.

An. 1517. alias Leuita Iudæus Grammaticorum Hebraicorum summus & facillimus, suæ linguæ discendæ.

Anni christi.

1513

CONCILIUM Lateranū an. 1517. absoluitur 17. Cal. April. in quo decretum fuerat bellum gerendum cum Turca, vt communi hoste (qui Syriam & Aegyptum proximè suo Imperio adiecerat, Soltano victo) depositis domesticis armis, pœna instituta iis, qui pacem vel Inducias infringere: quàm societatem, fraternitatem sanctæ Cruciadæ vocarunt, decretis ieiuniis, supplicationibus, elemosynis, pauperum donatiuis per totam Europam nostrā, & stipendio militum, cateraque pecunia decreta ad octuagies centena millia, cui duces prepositi fuerunt Maximilianus Cæsar, & Franciscus Rex Gallia. Sed mors Maximiliani insequuta, & religionis per Lutherum perturbatio, hanc tam salutarem Societatem dirimit. Hæc Ioan. Sturinius Lutheranus Prefatione in Psalmos Conradi Heselachij.

Anni mundi.

5610

Anni christi.

1522

1523

d ADRIANVS 6. Ba-
tauus Traiectensis, an. 1.
mens. 8. di. 6.

Vacat m. 2. d. 4.

Patriarcha.

Constantinopoli Ieremia.

Principibus.

Solymano Turc. 14. Imp.

Ismaele Persarum.

Carolo 5. Occid. Imp. &
Hispaniæ Reg.

Anni mundi.

5610

5611

Christianis Romæ, Venetiis, & alibi in Italia, in quam è Germania venerat, copiam facit, ob quam rem magnas à reliquis Iudæis calumnias & odia sustinuit. Ipse passim Egidius Cardinalis Eliæ studiosus hebraicatur.

R. Abraham de Balmis, qui Grammaticam scripsit Venetiis, R. Iacob filius Salomonis, qui collectanea è Thalmud Constantinopoli medici.

Ann. 1519. quo Carolus 5. Imperium suscepit, quatuor post Francisci Reg. inaugurationem, vno antè Solimani Turcæ principatum ad 4. Non. Iul. cœpta est disputatio Lipsica in aula Georgij Ducis Saxonie inter Ioan. Eckium, Lutherum & Andream Carolostadium, in qua Lutherus iracundus, admonitus vt sedatè se gereret, Neque (respondit ille) propter Deum hæc res cœpta est, neque propter Deum finietur, Durauit illud colloquium 11. dies. Historia rerum memorabilium &c. conuersa à Pontano, lib. 1. Surius in sua hist. & multi alij.

1521. cœpit bellum funestissimum inter Carolum Imperatorem & Franciscum Francorum Regem. Durauit, 38. an.

Cum quartum iam mensem Ticinum Franc. obsidisset, pugnavit cum Cæsarianis & captus est. an. 1525. Quæ Cæsar Carolus 5. anno proximo in Fraciā remisit, duobus eius filiis obsidibus receptis, quos redemit Pater vicies centenis millibus nummum aureorum.

Selimus Turcorum 13. Imperator, postquam debellato Sophi Persidis, & Capstone ac Tomombeo duobus, per ordinem, Egypti Sultanis in prælio cæsis, suo imperio adiecisset Syriam Aegyptum & Arabiam, obiit an. Christi 1520. & sui Imperij 8. proficiscens Adrianopolim eo in vico, Chiorlico nempe, in quo anno antè decimo, cum Baiazete Patre ausus fuerat bellum committere, Paul. Jovius lib. de reb. Turcic.

1516. Turci Syria Aegyptoque subacta templum S. Ioannis Baptistæ Damasci occuparunt.

d VIR. doctissimus, & moderatæ vitæ, olim Theologus Louaniensis, præceptor Caroli 5. Imperatoris, & nomen, quod antea habebat, retinuit: multa scripsit.

Iniquior fuit poëtis, id nominis nihil aliud præ se ferre arbitratus, quàm vel impietatem, vel lasciuiam.

Cum apud eum Erasmus accusaretur, respondit, Se non bonas literas persequi, verum impias hæreses

Sanctes Pagninus Dominicanus, concionator Apostolicus, secundus Latinorum post Reuchlinum Lexicon Hebraicum edidit, tanta eruditione refertum, vt etiam Rabbinos in eo argumenti genere vicerit, & reliquos à præstantiore conficiendo deterruerit.

Munsterus aliquot annis post illud in breuius contraxit.

Seditio Vuitembergensis propter Carolostadium, qui concitaret plebem ad Imagines sanctorum è templis eiciendas, cui conatui restitit Lutherus. Sleid. lib. 3.

Cœpit clam gliscere secta Anabaptistarum in Saxoniæ partibus: eorū opinioni subscribebat Carolostadius, vt aiunt Lutherus, Sleid. lib. 3. & 5. & Melanchthon in comment. ad Colof.

HVMANA.

Solymanus Turca urbem Belgradum, Hungariæ propugnaculum, anno regni tertio, sub 1522. & 1524. Rho-

dum insulam 7. mense obsidionis cœpit. *Sleidanus lib. 3. & Surius in histor.*

Mustapham filium maiorem per speciem colloquij euocatum in conspectu suo strangulari fecit. Baiazerthem alterum filium, qui contra alium F. Selimum de Imperio decertans in media Asia & victus in Persiam fugerat, à Sophi Tamma, post multas legationes vltro citroque missas postliminio redditum, extemplo cum tribus filiis in ipsius Imperij aditu, interfici iussit.

Ludouicum regem Vngariæ vicit, Budam in deditio- nem accepit, Viennam, sed frustra, oppugnauit. Corcy- ram inuasit, Melitam tentauit. Tandem Sigetum Vnga- riæ oppugnans, moritur anno 1566.

Ismaeli Sophi, qui cum Selimo conflixit anno. 1515. successit Tammis, qui cum Solymano bella gessit. Postremo Casulas, ad quem ante 20. ann. Solymani F. con- fugit.

1522. Victoria vnica è quinque Magellani nauibus, na- tarcho Ioan. Sebastiano in Hispaniam rediit confecta duobus annis, totius Oceani nauigatione per fretum Magellanicum tunc primum inuentum.

Dauid Æthiopum Rex ad Emanuelem Regem Portu- galliæ, legatum misit Matthiam. Inde Zagazabo, qui scri- pto explicatam reliquit suæ gentis fidem, è qua liquet Ecclesiæ illius cum nostra maximus consensus. Hoc scri- ptum Damianus Goës in Latinum vertit.

Ann. 1523. Emanuel Rex Portug. regni 26. moritur, qui Armuzium Arabiæ partem, Indiam, Indo & Gange fluuiis definitam. eam etiam, quæ vltra Gangem est, extremas- que Orientis solis regiones suo Imperio adiicit, & ter- ras incognitas per suos perlustrauit. *Oforius libr. 12. de eius reb.*

Ad eas victorias potissimum vsus est ductu Vasci Ga- nux, Odoardi Paciei, Francisci Almeida, & Alphonfi Al- burquetij. *Ibid.*

Indi indignantes Lusitanos ab extremo Solis occasu ad se profectos, Oceanumque Atlanticum & Æthiopi- cum præteruectos, vsque ad auream Chersonesum & Cathainum Sinarum regionem (quod spatium est ferè sex milliam leucarum) sibi iura dare & excitis arcibus. Calecutæ, Cananoræ & aliis celeberrimis aroma- tum, vnionumque emporis sedes posuisse, adeptos do- minatum maris Arabici, Persici, Indici, sociarunt vires ad illos inde pellendos. Quibus accesserunt Turcæ, sed neutris hic conatus prosperè cessit, quin potius maiori- bus rebus principium dedit, Deo in ortu Solis cupiente Ecclesiæ suæ firmum statum dare, quando in occasu sen- sim perit.

Solymanus Eunuchus Bassa præfectus classis Turci- cæ, quæ ad oppugnandos Lusitanos in Indiam mitteba- tur, cum magnis viribus Diuam urbem, quæ illorum præ- sidiis firmabatur, frustra oppugnasset, Ademum foelicis Arabiæ oppidum proficiscitur, vbi Ademanum Regem sub fide ad se vocatum, in antenna prætorie triremis la- queo suspendit. Eiusque Gaza omni surrepta, urbem la- pideo muro munitissimam occupat. Pari sauitia ad Zi- dam portum Zibitinum regem sumptuosius muneribus gra- tiam eius appetentem interfecit, præsidiis eius aulæ om- nibus sub fide immaniter trucidatis.

Ioan. Stophlerinus Astronomus, Andreas Alciatus Iu- rif. Bilibaldus Pirkaimerus Noribergensis.

Anni
Christi.

1522

Francisco 1. Valesio Frã-
corum Reg.Lebnaddenghel Dauide
Æthiopiæ an. 36. cum ma-
tre Helena.

Henrico 8. Anglorum.

Sigismundo 1. Polonorum.

Emanuele, deinde Ioan-
ne 3. Portugalliæ an. 36.

Iacobo 5. Scotiæ.

Anni
mundi.

5610

Anni
Christi.

1523

1534

e CLEMENS 7. Flo-
rentinus familia Medi-
cea an. 10.
mens. 10. di. 8.

Vacat d. 16.

Patriarcha.
Constantinopoli Ieremia.Principibus.
Solymano Turcor. Imp. 14.Ismaele Sophi Persarum,
deinde Tamma an. 42.Carolo 5. Occid. Imp. &
Hispaniæ rege.Francisco 1. Valesio Franc.
Reg.Anni
mundi.

5611

5622

Chrysoloræ, qui primus literas Græcas Florentiam Cosmo Mediceo, Florentino duce attulit, discipulus Ti- fernas in Franciam venit. Budæumque literas Græcas docuit. Deinde Ianus Lascaris mortuo Laurentio Mediceo Meccenate suo. Atque inde literatura Græcâ deserta Italia ad nos migravit.

Lascari & Budæo auctoribus Franc. primus Biblio- thecam Fontanableam instruxit, indeque an. 1530. Lin- guarum & Mathematicum professores. Nam cæteri sunt ascriptitij.

An. 1522. Christernus rex Daniæ ab Ecclesia deficit. Tribus regniis propter crudelitatem exactus in carcere miser conuenit & mortuus est Nam eiectus à suis à Chri- stiano Friderici qui regnoram Daniæ & Noruegiæ cu- ram susceperat, filio in eius locum suffecto, perpetuis vin- ctus catenis an. 1532. tanquam indomita bellua, clatrata in cauea ad mortem vsque seruatus est. *Iouius libro 7. vir. Illust.*

Eius cum Stenone Sueuo bellum crudele, quale est hæreticorum ingenium, describit Zieglerus in sua Geogr. & Ioan. Mag. in hist. Sueuorum.

Suetia primum experta crudelitatem istius, demum Gunstanum nouum hominem regnare patitur. Cuius fi- lij Erricus & Ioan. male concordantes alternante fortuna in se sæuierunt. Nam Erricus maior fratrem nihil tale suspi- cantem in custodiam tradidit, è qua emissus Erricum vi- cissim inclusit. *Ioan. Magnus.*

e Ad Clementem 7. an. 1524. Helena auia & Dauid Æthiopiæ Imp. literas & legatos mittunt obedientiam pollicentes, benedictionem & communionem Aposto- licam deprecantes. Eas Latinas fecit Paulus Iouius, & in suum librum de Fide & moribus Æthiopum retulit Da- mianus Goes eques Lusitanus Legatorum præcipuus erat Zaga Zabo. Elias Leuites in lib. Bahur se cum eis cõ- tulisse narrat.

Ad Emanuelem & Ioannem Lusitanæ Reges ijdem literas & legatos mittunt, ad fœdus & amicitiam, confir- mandam, quam Emanuel per Aluarezium & eius comi- tes postulauerat. *Ibid. & in Aluarezio, qui historiam Æthio- picam descripsit.*

1524. secta Lutheranorum cœpit diuidi in Zuinglianos, qui tropum in verbis Sacramenti Eucharistiæ inducunt; Carlostadianos, qui particulam, hoc, in ver- bis cœnæ, Christum ipsum mensuræ assidentem monstrare dicunt, (hanc opinionem amplexati sunt Anabaptistæ) & Lutheranos qui in, cum, vel sub pane Corpus Christi esse asserunt. *Surius in histor. Lauatherus in histor. controuer- sia Sacrament.*

An. 1525. Carlostadius Archidiaconus Vuitember- gensis, qui paulo ante primus omnium sacerdotum no- stri seculi vxorem duxerat Vuitembergæ, opera & stu- dio Lutheri è rota Saxoniæ Ducis ditione profligatur. *Surius. Sleidanus lib. 5.*

Rustitanum bellum perniciosissimum & seuiusimum contra Clerum, Principes & Magistratus initium præ- extu libertatis Euangelicæ, cœpit aduersus Comitum Lu- phium Sueuum anno 1524. Mense Nouembri. Serpsit per totam ferè Germaniam, Alsatiam & Sueuiam anno 1525. quo Thomas Muncerus siue Monetarius, Cœle- stium Prophetarum hæresiarcha, infinitam turbam rusti- corum ad seditiones concitauit, qui 200. arces & mona-

steria in vna Franconia incenderunt: quique ad 130. milia (alij 150. milia, vt est in vita Clementis PP.) in acie ceciderunt. Hic fuit exitus belli Rusticani, quod intra vnum mensem Maium maiores cædes & vastitates attulit Germaniæ superiori, quàm bellum decennale Hispanorum & Gallorum per id tempus Italiæ. *Sleid. lib. 4. & Sur. in hist.*

Bernardus Lutzemburgus, Franciscus Titelmanus minorita Louanienfis, Ioannes Faber Viennensis Episcopus Laurentius Campegius Cardinalis, Thomas Murnerus, fidei propugnatores inuictissimi.

1525. Lutherus ducit in vxorem Catharinam Boram sanctimoniam olim virginem. *Sleid. lib. 5. Sur. in hist.*

1527. secta Anabaptistarum vigere cœpit. *Sleidanus libro sexto.* Eorum auctor variè refertur: alij volunt esse Thomam Muncerum, vt *Sleid.* libro decimo: alij, vt Eckius contra confessionem Zuinglij, Baltazarem Pacimontanum, alij, vt Erasmus Alberus, Carolo stadium, alij, vt Antonius Coruinus, Zuinglium, alij, vt Staphylus, Bernardum Rotman, alij, vt Lind. Nicolaum Stolkium, ipsi se à Luthero originem trahere gloriantur, ob eius epistolam ad Vualdenses, in qua ait melius esse omittere baptismum, quàm pueros sine fide. i. non credentes baptizare.

Tunc quidam Anabaptista Sangalli oppido Helueticorum, fratri suo germano caput præcidit, præsentem utroque parente, quibus persuasit (ô cæcitas!) id sibi diuinitus imperatum, sed a magistratu comprehensus eandem pœnam & ipse luit. *Sleid. lib. 6. Suri. in histor. Gilbert. Cognat. in narrat. tragica.*

Hoc ipso anno decreta fuit apud Bernates Helueticos valdè perniciofa disputatio Catholicorum cum Zuinglianis. sed nullus Catholicorū voluit adesse (quod Senatus Bernensis leges disputationis ipsis iniquas præscripsisset) præter Conradum Tregerum prouincialem Augustinianum. Finita disputatione an. 1528. 7. Cal. Ianuar. mox apud illos & aliquot vicinos, inter quos numerantur Geneuenses, Missæ, aræ, & imagines deturbatæ & deiectæ fuerunt. Dies & annus abolitæ antiquæ Catholicæ religionis aureis literis in columna inscriptus est, vt testimonium apud posteros extaret sempiternum. *Surius in hist. Sleid. lib. 6.*

1528. Disputatio Bernæ Helueticorum de Eucharistia, post quam planè deteriores euaserunt amplexo Caluinismo.

Eodem acta fuerunt comitia Imperij Spiræ multis de causis, maxime de expeditione contra Turcos, & pace religionis. Tunc natum est Protestantium nomen, eorum, qui Protestantes se quibusdam decretis eius conuentus, salua conscientia, subscribere non posse, prouocarunt ad Imperatorem, *Sleid. lib. 6. Suri. in Hist.*

Eodem anno iussu Philippi Hassiæ Landgrauij fit cœuentus Marpurgensis, vt Lutherani & Zuingliani inter se agerent de concordia religionis: sed cum decreuissent vt à scriptis famosis vtrique abstineretur) quod Melanchthon violauit anno proximo) re infecta diceffum est, Luthero recusante Zuinglianos fratrum loco habere licet plurimum hortaretur Landgravius, & Zuinglius palàm cum lachrymis coram Landgrauio & omnibus rogaret, vt saltem frater, appellaretur à Lutheranis, *ex Lutheri scriptis Brentius in append. in & Surius in hist.*

Anni christi.

1523

*Lebnadenghel Dauide
Aethiopiæ an. 36. cum matre
Helena.*

Henrico 8. Angliæ.

Sigismundo 1. Poloniæ

Ioanne 3. Portugalliæ.

Iacobo 5. Scotiæ.

Anni mundi

5611

1534

5622

Mox

Anni christi.

1527

*CONCIL. Senonense prouinciale,
ad reformationem morum & contra
hæreses. Finitur anno 1528. Tomo 4.
Concil.*

*Ratisbonense ad reformandum cle
rum Germaniæ.*

Hildemense.

1523

Anni mundi.

5612

Mox mense Octobri iidem alteram disputationem instituunt Suabachii: sed cum inter se conuenire non possent de cœna Domini, tertium colloquium indicunt. Smalcaldiæ ad Idus Decembris (alij ad mens. Nouembris) sed nihil ad concordiam confici potuit, quam tamen plerique eorum optabant, vt facilius suas vires contra Imperatorem & Principes coniungerent. *Surius in histor. Lauatherus in histor. controuersia sacramentaria. Sleid. lib. 6. & 7.*

Anno 1530. comitia Imperij Augustana celeberrima præsentem Carolo quinto Imp. in quibus Lutherani, Protestantes dicti, suam confessionem (quam Melanchthon composuerat) lingua Latina & Germanica scriptam obtulerunt, quam, licet postea sæpe auctam, emendatam & adulteratam, multi Lutheranorum tanti faciunt, vt malint de Pauli (ait Ioannes à Lasco in Epistola ad Regem Poloniæ) quam de ipsius doctrina dubitare. Zuinglianos etiam quatuor vrbes, Argentoratum, Constantia, Meminga, Lindadium, suam confessionem ab altera longe diuersam, in eo conuentu exhibuerunt. *Suri. in hist. Sleid. lib. 7. Lauatherus in historia controuersia Sacramentaria.*

1531. 5. Idu. Octob. an. ætatis suæ 48. Zuinglius occubuit in prælio, quod Catholici (qui tamen erant numero & apparatu bellico inferiores) Quinque pagici Heluetij, contra Zuinglianos Tigrinos & eorum socios gerebant: eius cadauer postea exustum est. *Sleid. lib. 8. Surius in histor.* Hinc illud cuiusdam. *Occubuit Patrio bellator Zuinglius ense, & pressa est armis gens populosa suis.*

Heluetij asperi montanique homines, soliti alijs dissidentibus mercenaria auxilia submittere, inter se de religione acriter dimicarunt, ex vno fœdere, quo prius 13. pagi deuinciebantur, duo facientes.

Mense Nouembri proximo (alij aiunt triduo post mortem Zuinglij) obiit Oecolampadius, siue ab vxore in lecto extinctus, vt quidam aiunt siue ignitis Sathanæ telis & hastis confossus, vt scribit Lutherus lib. de Missa priuata, siue iuxta alios sui ipsius suorumque manibus clam peremptus. *Lind. Dialog. 3. dubita.* Zuinglio successit Bullingerus, Oecolampadio Osualfus Myconius.

1534. Henricus 8. Anglus ab Ecclesia deficit, an. seq. Thomam Morum & Roffensem Episc. viros pios & doctos secari percutit.

Eodem coacta est Synodus (sic ipsi vocabant) Constantiensis auctore Buccero, inter Lutheranos & Zuinglianos, in qua frustrà laboratum est de concordia & pace. *Lauater.*

Tum Anabaptistæ, Monasterium urbem Vuestphaliæ occupant. Nouam Hierusalem nominant, quam tandem amittunt in natali S. Ioan. Baptistæ opera Episcoporum & Frederici Saxonis, qui Ioannem Lapidanum Sartorem illorum ducem, quem regem Israël & Sion appellabant, in spectaculum caueæ ferræ inclusit, atque è turris. B. Lamberti fastigio suspensum inedia peremit, *Pet. Apianus 2. parte Cosmog.*

Anabaptistæ Monasterienses an. 1535. vi homines ad suam hæresim compellentes, Ioannem de Leiden sartorem Regem eligunt, Clerum & Magistratus pellant. Tandem sumptu & opera Episcoporum, & Ioannis Frederici Saxonis electoris extirpantur. *Sleid. lib. 10. Suri. in histor.*

5611

Ordo

Ordo Sodalitatis diui amoris siue Theatinorum (postea hoc nomen sortiti à Petro Carapha., qui factus PP. dictus est Paulus quartus Episcopo Theatino eam viuendi rationem suscipiente) initium Romæ accepit. *Diegho. lib. 1. oribodoxarum explicationum.*

Anni christi. 1523

Anni mundi 5611

HVMANA.

Basilus Moscorum princeps, licet Græcos ritus sequatur, Demeritum Legatum ad Clementem Pont. misit, ut ex principe adoptaretur in regem, quod paulò antè per legatos suos, cum Maximiliano Cæs. tractauerat. *Iouius lib. 6. viror. Illustr.*

Eum Mahometes & Absa germani fratres Tartari, quorum ille regnabat in Taurica, hic ad Citracam Volgæ in Hyrcanum erumpentis Emporium illò redegerunt, ut per Syngrapham Mahometi se perpetuò tributarium profiteretur. *Ibid.*

Ioannes & Olaus Magni Gotthi fratres, Paulus Iouius historici. E quibus hic historiam omnium penè populorum sui temporis ab an. 1494. vsque ad 1540. scribit. Illi de populis Septentrionalibus.

Franciscus Alumnus Symbolum Apostolorum, & initium Euangelij Ioannis, quod à sacro recitatur, in denarioli spatio, siue notis scripsit, stupentibus Imper. Carolo & Clemente Pontifice. *Petrus Aretinus.* Sic Iliadem Homeri nucis putamini inclusam vidisse Ciceronem tradunt Plinius lib. 7. & Solinus.

1526. Fœdus Mediolanensium, Gallorum. Anglorum, Venetorum, omniumque Longobardiæ ciuitatum contra Carolum Imp.

Interfecto Ludouico rege Vngariæ & Boæmiæ à Turcis Ferdinandus Romanorum Rex vtrumque regnum consequitur, ob Annæ Ludouici regis sororis coniugium.

Sigismundus Pol. Dantiscum venit, hæreticos punit, Catholicos restituit.

1527. Roma ab exercitu Caroli Imp. Duce Carolo Borbonio capta, direpta, incensa. *Eug. in 8. Genes.*

1529. Sudor Anglicus exoritur, morbus antè incognitus, prænunciatus hæreticæ pestis, quæ illum pop. erat infectura duobus post annis.

1530. Florentia ab exercitu Imp. & Pontificis vi, fameque expugnatur.

Eodem Francisc. I. Franc. Rex Guilielmo Budæo & Ioanne Belaio hortantibus, ad addendum Colophonem ijs, quæ in Parisiensi Academia desiderabantur, destinato aureorum ducentorum honorario, Regios linguarum professores instituit. Hebraicæ quidem Franciscum Vatablum. Græcæ autem Petrum Danesium Parisiensem, Postea Episcopum Vaurensem. Quibus duobus continuò addidit Iacobum Tusanum Græcæ, Agathium Guidacerium Hebraicæ doctorem. Aliquantò post duos in Mathematicis Orontium Finæum & Ioan. Martinum Poblacionem. Denique auctore Petro Castellano Anagnoste suo alios in literis Latinis Medicina, Philosophia adiunxit. *Carion. lib. 3. Ioan. Til. in Chron.*

Solymanus Turcor. Imperator an. 1526. Vngariam igne & ferro vastat, Budam diripit. Ludouico Rege Vngariæ cum exercitu caeso, Viennam obsidet. Idem postea an. 1532. alteram faciens irruptionem in Vngariam & Au-

1534

5622

striam,

Anni christi.

Anni mundi.

striam, per 20. dies oppidulum Huns (iàm à Turcis 13. oppugnatum) frustra obsidet. *Iouius lib. 23. & 28. Carion. lib. 3.*

Turci non procul à Neapoli Austriæ ceduntur, duce Sebastiano Sterlinio. Mare exundat in Hollandiam, Frisiam, Zelandiam, &c. Sophus duplici clade Turcos afficit.

1534. Barbarossa Turcæ pirata regnum Tuneti occupat in Africa. Vnde secuta expeditio Caroli quinti in Africa ad regem Muleassem, qui ad se confugerat, restituendum.

† Catharina ex iuniore Laurentio Medice, neptis Pontificis, despondetur Henrico Valefio secundo regis filio, apud Massiliam urbem anno 1533. Interfuit nuptijs Clemens PP. Præter materna oppida in Aruernis, 100. millia aureorum cum vnionibus, multisque gemmis & preciosa supellectile, dotis nomine Henrico accesserunt. *Surius in histor. Sleid. lib. 9.*

Ferdinandus Cortesius post Columbum Ligurem, primus ab vltimo insulæ Cubæ promontorio sub Cancrici tropico ad Perùana & Cuscana regna aurifera peruenit, & cuidam regulo auxiliaria arma iungens, Mutezumam potentissimum inter Mexicanos regem in Temistitana vrbe inter Tropicum Cancrici & Equatorem regnantem domuit, dum Barbari equitum conspectum & tormentorum bombum horrerent. Eique mortuo, suffragijs multorum regulorum suffectus est eo titulo, ut Cæsaris supremi Imperatoris se vices gerere profiteretur. *Iouius lib. 6. vir. Illust.*

Ibi Deo, Christo, & Virgini aras extruxit & Baptistarium condidit, ad quod tincti sunt infiniti, aduenas Hispanos non homines, sed Deos arbitrati. Quin & duos illustres gentis proceres publico decreto instructo legatione ad Cæsarem in Hispaniam atque inde ad Clementem Romam miserunt, qui omnium nomine obedientiam pollicerentur. Quos Clemens cum multis muneribus ad suos remisit cum Antonio Mendocio, quem Cortesius successorem Cæsaris destinauerat. *Idem qui & eos se Roma vidisse scribit.*

f Hoc Pontifice Orientales populi per Iesuitas & Franciscanos Lusitania conuertuntur. Eò enim nauigarant è Iesuitis an. 1541. primus omnium Franciscus Xauier Nauarreus, vsque ad an. 1552. quo est mortuus, deinde Simon Rodericus.

Sacramentarium siue Zuinglianorum secta in Gallia innotescit anno 1534. 15. Calend. Nouemb. sparsis passim & affixis in aula Regia Lutetiæ famosis libellis contra Eucharistiæ sacramentum. *Ioan. Til.* Vnde grauiter animaduersum est in hæreticos.

E tribus præcipuis sectis Lutheranorum, Zuinglianorum, & Anabaptistarum, Calvinistæ noui sacramentarij, Antinomi; Stancariani, Seruetiani, Suencfeldiani, Glandularij, vulgò fratres Hortensis, Osiandri, Vbiquitarij, Trinitarij siue Deitæ (qui Trinitatem vocant Cerberum tricripitem) & tot tamque pugnantæ sectæ & hæreses hoc ferè tempore natæ sunt, ut vix certus constet numerus. Quidam 52. alij 65. alij 90. numerant, at Hedio Zuinglianus epist. ad Melanthonem conqueritur emeruisse errores ferè 128. quos tamen multi pro verbo Dei venditent. Quales sint Staphyl. in Apologia, Lindanus in Dubitant. docent, & Nos paulo post.

f PAVLVVS 3. Rom. ex nobili familia Farnesiorum. an. 15. dies 29. Vacat m. 2. d. 29.

Patriarcha.

Constantinopoli Ieremia, mox Dionysio an. 20.

Principibus.

Solimano Turcor. Imp.

Tamma Persarum an. 42.

Carolo 5. Occid. Imperatore. Hispaniæ Reg.

1534
1546

5622
5637

Vatabli nomine noua Bibliorum versio conditur, Geneuensibus, multis in locis impurius & indoctior, quam nec Vatablus agnouit, nec qui leuiter linguis tincti sunt, probant. Beza in Iconibus leoni Iudæ Heluetio attribuit Eius causa Robertus Stephanus Geneuam fontium receptatricem profugit, surreptis secum Regijs characteribus, adulterinos alios partus uiris bonis & doctis suppositurus, uel genuinos, ritu loci, corrupturus. Quare Lutetia in stamineo simulachro uisus est, quod uiuus capi non potuerit. *Beza in Iconibus, & in Passentio.*

Henricus octauus Rex Angliæ an. 1539. egit conuentum (Angli uocant Parlamentum) ordinum Regni in quo inter alia de religione decreta contra Lutheranos, edicit primo in Eucharistia sub panis & uini specie post consecrationem esse corpus & sanguinem Christi, nec amplius remanere substantias panis & uini 2. communicare sub utraque specie non esse omnibus necesse ad salutem, & sub alterutra esse totum Christum. 3. non licere nuptias sacerdotibus 4. uota castitatis præstanda. 5. Misfas priuatas retinendas 6. confessionem auricularem esse ad salutem necessariam: ijs qui secus docerent, ut hæreticis supplicia grauissima constituit. *Sleid. lib. 12. Suri. in hist. Talia decreta paulò post an. 1547. edicto publico abolentur sub Eduardo Rege, f. & ferè eodem tempore Missa ibidem abrogatur. Sleid. lib. 19. & 20.*

Ita cum primis regni annis Deum sanctissimè coluisset, Ecclesiam Catholicam, libris etiam editis contra Lutherum, defendisset. Iulium Pont. Gallorum armis oppressum erexisset, Clementem Cæsarianorum impetu in urbem factò captum adiuuisset, inter Catholicos reges belli & pacis pius arbiter extitisset, infano mulierum amore corruptus, duarum probarum & nobilissimarum vxorum repudijs & aliarum duarum cædibus, ut Bolemiæ adamatæ secundo, & Paria sexto coniugio iungeretur, an. 1535. à Maiorum religione defecit, & truculentus piorum carnifex euasit. Phiserio Episcopo Roffensi à Pontifice in Cardinalem lecto & Thoma Moro epistolarum eius magistro trucidatis, quòd sacrorum antiqua iura ardentissimè tuerentur. *Paulus Iouius, Georg. Lilius in Chro. Surius in histo. Sleidan. lib. 9.*

Ordo Societatis Iesu institutus ab Ignatio Loyola Cantabro, qui fuerat olim Dux Hispanorum in arce Pompeiopolitano tunc obsessa à Gallis, à Paulò tertio PP. primum approbatur an. 1540. & ab eodem confirmatur an. 1543. Post eum Iulius 3. Paulus 4. Pius 4. & Tridentinum Concilium sessio. 9. cap. 15. eum ordinem iterum confirmarunt. *Suri. in histor. Diegho. lib. 1. Orthod. explanation.*

Martinus Bucerus ex Dominicano primò Lutheranus, postea Zuinglianus, tandem in magna Lutherorum synodo apud ædes ipsius Lutheri habita Vuitenbergæ an. 1536. cum multis alijs à Zuinglianis ad Lutheri partes defecit. (*Func. in Chro. & Alan. Copus dialog. 6. Lathæther. in histo. controuersie Sacram. id etiam testantur eius synodi acta publicè edita*) præcipuos duos errores Zuinglianorum reuocans, de Baptismo paruulorum, quem negant esse necessarium, (hoc enim ipse antea scripserat in Math. cap. 3. Quosdam infantes sine baptismo æternam vitam consequi, quosdam licet baptizatos delabi in infernum) & de cœna. *Ipsè in Comment. in Ioan. cap. 6. &*

Anni christi. 1534
Francisco 1. & post eum
Henrico 2. eius filio an. 12.
Franc. Reg.

Dauidæ Aethiopiæ, cum
Helena matre.

Henrico 8. Anglorum, de
inde Eduardo 8. dict. s. hæretico
an. ferè sex.

Sigismundo 1. Polonorū
deinde Sigismundo 2. cogno.
Augusto an. 24.

Ioanne 3. Portugallia.

Iacobo 5. Scotia, deinde
Maria filia, quæ Francisco
Delphino nupsit annis, 41.

1549

5637

Math.

Anni christi.

Anni mundi.

Matth. 26. ubi veniam precatur à Deo & Ecclesia, quòd multos Zuinglij hæresi fascinauerit, quam tamen antea scripserat in epistola ad Norimbergenses esse diuinitus à Christo traditam, & Lutheri doctrinam esse nouam & cum sacris literis pugnantem: imò in epistol. ad Estingenses uocauerat Lutheranos fanaticos, Suermeros, furiosos, &c.

Collegia equitum Teutonicorum in Prussia & Liouonia sublata sunt, amissis per discordiam religionis, & luxum arcibus & urbibus suis, quas Poloni, Dani, Suetij, Mosci occuparunt.

An. 1545. Lutherus quem tertium Heliam quidam ausi sunt uocare, Puellam quandam dæmoniacam è Misnia Vuitenbergam ad se deductam cum à demone liberare conaretur suis exorcismis, in quodam sacrario parochianæ ecclesiæ inclusus, ubi dæmonem cœpit adiurare, eius uoce ita est perterritus, ut statim de fuga cogitaret, sed cum ostium ita malus dæmon obstruxisset, ut neque foris neque intus referari posset, in eas venit angustias, ut etiam per fenestras cancellis ferreis obductas erumpere conaretur. Verum non prius reperit exitum, quam securi ferrea per cancellos immissa, ostiū confringeretur à Staphylo tunc iuene & eius auditore, qui hanc historiam ut uiderat scriptam, reliquit. Apolog. 2.

Anno seq. 1546. 12. Calend. Martij, & ætatis 63. Isebij, cum uesperis bene potus ac hilaris in lecto cubuisset, mane repertus est mortuus. *Hof. lib. de Hæres. Iustus Ionas cocus ipsius, libro de eius uita & obitu, refert Lutherum paulò antè mortem sibi, Cælio, & alijs qui tunc aderant, dixisse: Orate Deum pro Domino nostro Deo (ineprissima locutio) & eius Euangelio, ut ei bene succedat, &c.*

Eum sub mortem probasse dogma Zuinglianorum de Eucharistia contendunt ministri Heildelbergenfes in libro Germanico, qui inscribitur, Acta colloquij Mulbrunensis, fol. 217.

Monialem ex Monasterio Nymicensi raptram Catharinam de Bore vxorem duxit. *Turianus lib. 5. de epist. Pont. cap. 2.*

Carolus 5. Imp. anno 1547. pactis cum Turca inducijs, & pace cum Gallo confecta, instigante Paulo PP. bellum gessit contra Protestantes (eorū exercitus creditur fuisse supra 60. millia) quos feliciter simul cum tota Germania domuit, Vuitenbergensi Duce omnibus facultatibus exuto, captisque Ioanne Friderico electore Saxoniz, & Philippo Landgrauio Hassiæ, multatisque ingenti pecunia ciuitatibus, quæ contra se arma tulerant: unde ob res tam præclare gestas cognomen M A X I M I & F O R T I S S I M I accepit à Pontifice. *Suri. in histor. Sleid. lib. 19.*

Eodem anno celebrauit comitia Augustana, pro pace religionis & Reipub. in quibus omnes Principes, excepto Saxone, Concilij Tridentini decretis se submitunt. Formula quædam (quæ passim dicebatur I N T E R I M) certa capita doctrinæ, & ceremoniarum, & emendationis ecclesiasticæ continens, omnibus per Germaniam obseruanda præcipitur usque ad Concilij definitionem. *Surius in histor. Sleid. lib. 21.*

Henricus octauus Angliæ Rex, in odium Romani pontif. qui Catharinæ materteræ, Caroli Imp. legitimæ & prisca vxoris repudium anathemate damnauerat, templa expilauit, sacra uasa conflauit, Cœnobia

1536

CONCIL. Coloniese, prouinciale præside Hermanno Archiepiscopo (qui postea in hæresim lapsus est) ad reformationem Cleric. & de dogmatibus & ceremonijs religionis. To. 4. lib. Concil.

5624

euertit, multis pijs, scorsum Carthusianis, martyrio affectis. Diuorum ossa & cineres in Fl. Tamesim proiecit. Ecclesiae reditus & latifundia in fiscum redegit, leges fecit anno 1534. in publicis comitijs ad 3. Nouembrijs, quibus se caput Ecclesiae Anglicae appellauit, & sibi eo nomine annatas Sacerdotiorum, decimasque persolui iussit. Ecclesiae Doctrinam & religionem & ritus, quae contra Lutherum libris defenderat, immutauit, tot tamque impia aggressus, vt eum iterum Pont. anathemate percussisset, & eius regnum primo occupato addiderit. Eduardum filium regni ac impietatis haereditem reliquit. Vnde ex eo tempore Anglia in eum horrorem deducta est, qui etiamnum hodie magno proborum dolore cernitur. *Hac ex huius temporis Historijs.*

Catharina regum Hispaniae Ferdinandi & Elizabeth filia, quae regi Arcturo Angliae fuerat per verba de praesenti desponsata, eodem absque liberis defuncto, per dispensationem Iulij secundi nupsit Henrico 8. mariti fratri, ex quo Mariam genuit. Hinc postea Henricus causari coepit non potuisse summum Pontificem super Matrimonium eius cum fratria dispensare, vt potiretur nouis nuptiis. Hinc illa malorum hydra, quae Angliam haeresum clade prostrauit. *Soto in 4. Sententia D. 41. Art. 3.*

1535. Geneuenses penitus Catholicam eiurant, exactisque Episcopo & pastoribus, Caluino se formandos tradunt.

Eodem prima Gallica Bibliorum interpretatio, auctore quidem Petro Roberto, adiutore autem Ioan. Caluino Valdensem sumptibus absoluitur Neocomi, vt quod hodie Biblia Gallice leguntur, Valdensem Ecclesiae merito feratur. *Beza in Iconibus.* Mentitur. Nam multo ante extabant a Carolo 5. cog. Sapientis temporibus, cuius primum exemplar ostenditur in Bibliotheca regia, nempe ab an 1374.

Zuingliani & Lutherani crebras synodos priuata auctoritate celebrant, in quarum vllis, cum de ipsorum concordia ageretur, nunquam potuerunt inter se conuenire. Ioachim Vadianus lib. 3. Aphorismorum.

Ab anno 1548. quo sunt Boemia a Ferdinando rege eiectione fratres Boemi ob religionem, maiorem Poloniam incolunt. *Lascius in Mosconica Theologia.*

Ioannes Hofmeisterus, Iulius Pflugensis, Georgius Vuicellius, Dominicus Soto. Isidorus Clarius, Ambrosius Catarinus, Petrus Lysertus Abbas S. Victoris, Aloysius Lypomanus Episcopus Veronensis, Alphonfus de Castro, fidei Catholicae propugnatores.

Damianus Goes eques Lusitanus & Aluarezus Aethiopiae. Ioan. Olorius Indiae siue de rebus Emanuelis historiam conficiunt.

An. 1535. Carolus Imp. Tuncetum Africae capit 1542. Algerum Africae oppugnat, sed naufragium passus repellitur. 1544. Africae regnum per suos obtinet. 1550. Aphrodisium, quod nunc Africa, per Hispanos occupat.

An. 1536. Rex Portugalliae magnam Indiae maritimae partem consequitur.

An. 1538. Pax inter Regem Franc. & Carolum Imp. non diu duratura, vnde & 1540. Carolus Parisios amicus venit. 1544. hostis eam vt expugnaret.

Regem Thabor Christianum regionis Tartariae, qui

Anni Christi.

1545

VIGESIMVM Generale Concilium Tridentinum contra Lutheranos & alios hereticos praesidibus tribus Apostolicae sedis Legatis, praesentibus quibusdam oratoribus Principum Christianorum & circiter 24. Episcopis, celebratum contra hereses, abusus, & corruptos mores tam Laicorum quam Clericorum. Bellis ingruentibus transfertur Bononiam, an. 1547. licet Episcopi & Theologi Imperatorij mansissent Tridenti iussu Imperatoris. Tom. 4. Concil. Sleid. lib. 19.

5633

Anni mundi

1548

Treuirensis provinciale, reformatorium, vt vocant, praeside Ioanne Archiepiscopo Treuirensi. Tom. 4. Concil.

5636

1548

Augustanum dioecesanum, ad reformationem Cleri, praeside Othone Cardinale Augustano Episcopo. Tom. 4. Concil.

5636

Anni Christi.

1549

Treuirensis alterum, eodem praesule. tom. 4. Concil.

5637

1549

Moguntinum provinciale, de fide & moribus, praeside Archiepiscopo cum suis suffraganeis. To. 4. Conc.

5637

1549

Coloniense alterum provinciale reformatorium, praeside Adolpho Archiepiscopo.

5637

ann. 1540. traiecerat in Europam ad Regem Franciscum, deinde ad se, quod Hispanos ad Iudaismum sollicitaret, in Hispania combussit.

An. 1544. Vuillelmum ducem Cliuensem, quod Gallo adhereret, ad obedientiam compulit, adempto ducatu Geldrensi.

Ann. 1546. bellum contra protestantes incipit, in quo Io. Fredericus Saxo capitur & Landgravius vincitur.

1535. Rotae supplicium primum in Gallia aduersus Latrones decernitur. *Appendix Carionis, & Tilius.*

1539. Franciscus rex veruit, ne decreta, vt antea, latine fierent. *Matarellus contra Francogalliam. Leo Tripaldus in Celt. Hellenismo.*

1542. Maria Stuarda Iacobi 5. Scotiae Regis filia, quod suscepta esset in Guisianorum principum familia, post patris mortem in Gallia sub tutoribus degit: tandemque ducitur a Francisco Franciae Delphino, qui postea rex huius nominis secundus fuit.

Obierunt Lutetiae Guilelmus Budaeus ann. 1539. Tili. in Germania Ioannes Eckius & Albertus Pighius ann. 1543. Suri. Lutetiae Franciscus Varabius, Iacobus Tufanus e primis Regijs professoribus ann. 1546. eodem quidem die & anno, sed non eadem hebdomada: Beatus Rhenuus an. 1547. Andraeas Alciatus Papiae an. 1549.

An. 1548. Ioachim Perionius Benedictinus Theologus Parisiensis Philosophiae Aristotelicae curriculum ita Latine & Ciceroniane primus vertit, vt deinceps Philosophi Latine loqui coeperint, qui antea erant infantes, & paulatim dediscere barbariem, qua eorum disciplinae & libri erant foedati. Repudiatis veterum versionibus & formulis, haec diuinum beneficium manauit longius. Nam & Theologi, Medici, Iurisperiti certatim sese ad eius imitationem componentes antiquam Cypriani, Arnobij, Lanctantij, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Cornelij Celsi, Vlpiani & similium elegantiam reuocarunt velut postliminio, impuritatem loquendi e suis scholis & libris depulerunt, suumque saeculum adeo facundum reddiderunt, vt cum quouis de ea laude facile possit contendere.

Martinus Cromerus elegantissime libris 30. & vna oratione funebri de Sigismundo 1. Historiam rerum Polonorum ab an. 550. ad 1548. complectitur.

Carolus Imper. celebrat an. 1541. Comitia Ratisponae cum Turcis resistendi, tum religionis componendae causa, sed soluta sunt re omni infecta. *Suri. in histor. qui hac in re impudentissimi mendacij arguit Sleidanum.*

Germania postquam maxima ex parte a Religione defecit, etiam Caesaris maiestatem & auctoritatem negligere coepit. Hinc Plebeij a Nobilibus passim tota Germania defecerunt, & per cohortes distincti, in eos, eorumque fortunas caeco impetu corruerunt, nec bellum tam latum extingui potuit, nisi post supra centum millia hominum maxime Rusticorum occisa.

Hanc calamitatem secuti sunt motus Principum Germaniae, qui Caesaris maiestatem imminuentes, eodem, quod excitarant, incendio conflagrarunt.

Hinc Turca Viennam bis adortus, omnia circum finitima loca igne & ferro longe lateque partim populatus est, partim cepit: Illinc Moscus inuasit Dorpatium in Liuania imperio subiecta.

Seditio Aquitana exciatur an. 1548. ob salinarum vectigal, & extraordinaria tributa: demum comprimi-

tur, seditiosis grauitè castigatis à Rege Henrico; misso illuc cum exercitu Anna Mommorantio Conestabili.

An. 1535. Carolus 5. Tuncum Solymano extorquet: Gouletam arcem expugnat: regnum Tuneticum totum recipit & Regem Alzacheum siue Muleasseni antè pulsum restituit. *Paradinus.*

Muleasses Tuneti rex ab Ariadeno Barbarussa regno spoliatus à Carolo 5. restitutus est, cuius causa ad nostra vsque tempora Tuneti reges regi Hispano subduntur. Iterum ab Amida filio pulsus fuit. à quo oculorum vsu priuatus est, candenti scapello, proscissa vtriusque pupilla, sicut ille suis fratribus olim fecerat.

Ariadenus cog. Barbarussa è Lesbo insula piraticam cum fratre Horucio exercens rex Algeti in Mauritania euasit, vndique oram Hispaniæ, Italiæ, insulasque omnes maris Mediterranei populatus & Turcarum classi à Solymano præfectus. Deinde incidentibus inter Hispanos & Gallos bellis cum ingenti classe Francisco Regi opem tulit, gementibus pijs, quibus imperiorum à Christi nomine abhorrentium fœdera improbantur. Quod cum euentu congruit. Nam Barbarussa in Prouincia apud Tolonem hyemans, Prouincialium tantum bonâ & opes consumpsit. Sequenti anno vastata Hetturiæ ora atque insulis Inna, Igilio, Anaria & Lippara afflictis Constantinopolim rediens, exploratis Galliæ portibus & locis, ad introducendos, cum erit commodum, Turcas, Afanem filium Algeri regem reliquit. *Iouius lib. 6. vi. rar. Illust.*

Eodem tempore Sinas Indæus è piratica à Solymano accersitus Rubro mari & Indico præficitur, vice Solymani Epirote Eunuchi, qui Lusitanorum navigationes ex India Aromatum merces in Europam aduehentium, magno Memphitici portorij & vectigalis detrimento, frustra intercludere conabatur. *Iouius Ibid.*

Anno 1542. Aden & Arabiæ fœlicis magna pars Turcæ cessit per Solymanum Bassam, fraude illicientem in suam nauem regem loci, atque illic eum perfidè strangulantem.

B E L I V M Lutheranorum contra Zuinglianos, propter ciuilia bella Imperatoris aduersus Protestantes & hæreticos, simulata concordia triennio intermissum, instauratur an. 1552. à Ioachimo Vuestphalo, edito libello, Sacramentariorum confusaneas & inter se dissidentes opiniones de cœna Domini continente. Tale dissidium nunquam postea potuit extinguï, sed magis ac magis exarsit, scriptis ab vtriusque partibus doctis & indoctis multis libris, orationibus, dialogis, confessionibus, epistolis, aded vt maiori quàm vnquam antea impetu, sursum & deorsum res agitata fuerit. Lutherani multas habuerunt Synodos, quibus de opprimendis Sacramentarijs actitarunt: multi eorum se iunxerunt Catholicis, vt Zuinglianos facilius opprimerent (sic nuper factum est Antuerpiæ) in quos tanquam pestilentissimos hæreticos acerbè inuehebantur, eisque aqua & igni interdicebant: nec erant contenti, nisi omnes expressè profiterentur se Corpus & Sanguinem Christi corporaliter & substantialiter ore corporis, quin & impios quoque, manducare. Erant in hoc negotio vehementes scriptores, ex Lutheranis Ioachimus Vuestphalus, Ioan. Timannus Erardus Suepfius, Erasmus Alberus, Stolzius, Brentius: ex Sacramentarijs Henricus Bulingerus, Ioan.

Anni Christi.

Anni mundi.

229.

1550 g IULIUS 3. Rom. sed ex Aretina diœcesi oriundus. an. 5.

1555 mens. i. di. 16. 5643

Vacat di. 17.

Patriarcha.

Constantinopoli Dionysio.

Principibus.

Solymano Turcor. Imp.

Tamma Persarum.

Carolo 5. Occid. Imper. & Hispaniæ Reg.

Anni christi.

Anni mundi.

1550

5638

Henrico 2. Franc. Reg.

Dauidè Aethiopia, deinde de Asnasaghet Claudio.

Eduardo 8. di. 5. Anglorum, deinde Maria sorore Catholica cum Philip. Hispaniarum an. 5.

Sigismundo 2 cog. August. Polonorum.

Ioanne 3. Portugallia.

Maria Scotia.

1555

5643

Caluinus, Bernardinus Ochinus, Ioan. à Lasco. Hæc & alia multa scribit Ludouicus Lauatherus Zuinglianus. in *histor. controuersie Sacramentaria.*

Quidam hoc tempore, qui per Galliam dicebat se habere Spiritum D. Ioannis Euangelistæ, exuritur Tholosæ, alter visus est Lutetiæ & Basileæ, qui genio Petri duce se frui contenderet: alius etiam Basileæ ausus est asserere se Mosis angelum habere. *Suri. in hist.*

1550. Petrus Caroli è doctore Theologo Minister, postquam Caluini in sanctam Trinitatem & Symbolum Nicenum blasphemias prædicatione, deinde scriptis pudentas reddidisset, ad se & Catholicam reuersus, eum tam priuatim, quam publicè iu Synodo Bernensi expugnauit, indeque Romam profectus, vt veniam apostasiæ consequeretur, illic tandem apud Cardinalem Lenuncium piè & laudatè moritur, præsentè D. Lenuncio nepotè, qui etiamnum hodie multis nominibus in nostro regno floret. Hæc contra putidum Beza mendacium, qui vt triumphati sui magistelli honori consulat, eum miserè Romæ in publico Xenodochio perijsse scripsit.

Dauid Georgius impudenter per Hollandiam & Frisiam scribebat se esse verum Messiam & Dei nepotem, & non ex carne natum, sed ex S. Spiritu.

Jonas cocus Lutheri se Iustum Ionã prædicabat Osiander se Enochum secundum *Surius in hist.*

Rodolphus à Moshan decanus Patauiensis, Lutheranismum & Papatum (sic Ecclesiam Catholicam vocabat) Antichristo iungebat, & se vtriusque partis mediatorem constituebat. ait Osiander.

Obijt Martinus Buccerus in Anglia an. 1551. 3. Cal. Mart. Scribunt quidam se ex fide dignis & ab eius discipulis accepisse ipsum moribundum dixisse Iesum Christum non fuisse verum illum promissum Messiam, sed alium nobis expectandum. *Lind. dial. 2. dubita.*

An. 1552. Grauis contouersia de Iustificationis articulo & Dei iustitia inter Andræam Osiandrum & alios Lutheranos, præsertim Vuitembergenses. Iam ab an. 1548. Matthias Flaccus Illyricus turbare cœperat hæreticos Saxonie & vsitatam illorum doctrinam miscere.

Tum Mauritius & Albertus in Carolum Imp. arma capiunt propter diu in captiuitate detetos duces & Concilium Tridentinum an. superiore inchoatum.

Vita defuncti sunt Fredericus Nausa, Andreas Osiander (quem hoc tempore fuisse vnicum veritatis assertorem aude scribere Funccius in Chro. Eum autem planè mutum obiisse ait Palladius) Conigpergij, & Gaspar Herdio Argenti. an. (isti duo eodem die) 1552. *Sleid. lib. 24.* Lyzetus Lutetiæ an. 1554.

Siud à Nestorianis Syriæ, Assyriæ. & Persiæ Patriarcha Mozal siue Seleuciæ Parthorum designatus an. 1552. Romam venit, vt à Pont, vngeretur, cum Epistola populi Nestoriani, in qua summum Pont. Patrem Patrum & pastorem max. nominant, Petrum temporis nostri, Paulum dierum nostrorum, cinguloque comprehendentem vniuersum Christianorum cœtum, vicarium Christi, clauigerum regni cœlestis, Murum fortis ciuitatis & matris ciuitatum Romæ, quam piscatus est Petrus Apostolorum princeps & prudens Architectus Paulus. Addunt se mittere magistrum nostrum Siud virum doctum, temperantem, cœlitum charitate peditum, excellentem

omni vitæ probitate, quia Sacerdotium nostrum (inquunt) à priscis temporibus à Roma est, quæ est Sedes Petri, dolentque iam 300. annis viam interceptam esse, quominus Romam tutò venire queant. Professio autem fidei Siud, quam Romæ professus est ore & scripto ann. 1552. edita & versa est ab Andræa Masio. In ea recipit omnia concilia, quæ Romana Ecclesia admittit, eiurat nominatim Nestorium, vt iam Christiani illi non videantur dici Nestoriani à Nestorio hæretico, sed à gente quæpiam.

Anno 1553. quidam ordinis Patricij in ius vocatus à plebeio, cui debebat aureos ferè 300. petens dilationem 8. dierum ad respondendum iurat, facta imprecatione (constabat autem ipsum falsò iurare) se dolo cum eo non agere: vix extrà palatij scalas delapsus, cecidit similis apoplectico & sexto die moritur. *Appendix Cario.*

Catholica religio magna ex parte restituitur in Anglia, & Euangelici egregiè mulstantur. translato per mortem Edouardi ad Mariam reginam Imperio, Philippo Caroli Imperatoris filio desponsatam. Anno sequenti 1554. prorsus restituitur, & Euangelicis diffugientibus Tota Anglia Ecclesiæ conciliatur, accepta in regni Comitibus generali absoluteione schismatis commissi contra Ecclesiam, Rege & Regina cum cæteris qui aderant ad genua Cardinalis Reginaldi Poli procumbentibus. *Suri in hist.*

1554. Ioannes Moscorum Cæsar in tres Monachos apostatas hæresis Lutheranae veneno infectos scire voluit: sed illi se fuga celeri è Moscouia in Lituaniam receperunt. *Lascius Lutheran. libello de Theologia Mosconica.*

Polonosistorum receptatores ex eo tempore odijt grauius. Quare susceptis in eos aliquot expeditionibus, tres iam, & septuaginta arces Lituaticas occupat. *Idem è Michalone Lituano de emendanda Theologia Lituana.*

Cùm Andreas Zebedeus & Ioannes Angelus ministri Zuingliani, ille Nyonis, hic Bursini oppidorum Bernatensium, publicè in suis concionibus & priuatis colloquijs hæresi notarent Ioan. Caluinum, ipse cum suis quibusdam discipulis Bernam profectus an. 1554. mense Nouembri, in eos actionem calumniarum intendit: illi contra, collectos ex eius libris Latinis & Gallicis, articulos 15. de prædestinatione & reprobatione, hæreticos esse pœna incendij docendum suscipiunt: & præterea conqueruntur quorundam Francorum exulum clandestinis persuasionibus suos Bernenses Geneuam attrahi, vt illic cœnam de Caluini manibus sumerent. Itaque Senatusconsulto Bernensi cautum est anno 1555. 3. Nou. April. ne Geneuenses libros, quibus huiusmodi articuli continerentur (qualis est institutio Caluini) deinceps ederent aut etiam venderent: vtque formula solius Catechismi Bernensis retineretur, repudiato Geneuensi *Hæc Carol. Molinæ in libello Gallico, quem pro sui defensione contra Caluinistas. nomine Simonis Challudri edidit. pag. 62. 63. & 64.*

HVMANA.

Heuricus Franc. Rex prætextu tituli quo se libertatis

Anni Christi.

1551

CONCIL. Tridentinum ex Bononia reducitur Tridenti, sed post 8. menses quam continuari cœperat, bello Germanico dissoluitur. *Surius in histo. Sleid. lib. 24.*

Augustanum Diocesanum.

Treuerense Diocesanum.

Aliud Treuerense.

1555

Germa

Anni mundi.

5639

5643

Anni Christi.

1555

1555

230.
h MARCELLVS 2. natione Tuscus, oppido Politiano humili Ceruina familia ortus, pius ac doctus, dies 22.

Vacat d. 22.

Patriarcha.

Constantinopoli Iosaph an. 8.

Principibus.

Solymano Turcorum Imp.

Tamma Persarum.

Carolo 5. Occid Imp.

Anni mundi.

5643

5643

Germaniæ & Principum captiuorum vindicem appellabat, an. 1552. ingenti cum exercitu progressus, tres Episcopatus, Tullum, Verodunum, & Metim Imperio subtrahit: Lotharingiam occupat, Ducem puerum 4. annorum in Gallias mittens, eique filiam suam in matrimonium spondens. *Sleid. lib. 24. Surius in histor.* Eodem anno cum Carolus Imperat. Metim per vnum mensem obsedisset, hyemis intemperie obsidionem soluere cogitur. *Sleid. lib. 24.*

Turci à Persis magno prælio vincuntur.

Claudius, quod est Baptismi nomen, ætate ista in Æthiopia regnat. Vocatur autem altero nomine, à parentibus ei natiuitatis tempore imposito, Azuaphaghet, cuius expositio est, *Adoratur à finibus terra.* Sunt autem omnes reges Æthiopiæ vsque ad nostra tempora 165. quibusdam, qui socij in regno fuere, minimè hac in supputatione connumeratis *Marius Victorius scribens an. 1552.*

h PRIMVM Marcelli nomen retinuit. Obiit die 22. nò sine veneni suspitione, quòd nimium rectus quibusdam futurus videretur. *Obsedit tantum terris hunc, esse neque ultra, permisit Deus.*

Non ex scrutinio. i. codicillis solis, vel ex codicillis & accessu electus est Pontifex, sed eo creandi Pontificis modo, qui per adorationem dicitur. Hoc autem est, cum duæ partes Cardinalium, non expectato, vt vocant, scrutinio, sed voce tenuis, omnium consensu & voluntate quempiam in Romanum pontificem salutant ac venerantur. Qua ratione etiam Iulius tertius & Paulus quartus renunciati sunt. *Onuph.* Modus ex scrutinio est duplex, vnus ex codicillis siue tabellis solis. Alter è codicillis & accessu quando ad complendum codicillorum duplum numerum, vocum accessio totam electionem perficit. *Idem.*

Cæterum sæpe variatus est mos eligendi Romani pontificis. Primum Diuus Petrus suos successores designauit Linum, Cletum, & Clementem. Anacletus & cæteri vsque ad secundum schisma inter Damasum & Vrcisinum, Cleri & Populi suffragiis creati sunt, & ab Episcopis, si qui fortè præsentibus essent, vt ex Cypriani epist. 52. colligere est. Tum autem in electione Damasi interponi cœpit Imperatorum auctoritas. Et primum quidem in schismate duntaxat, ad sedandos tumultus, vt à Valentiano res composita est inter Damasum & Vrcisinum: ab Honorio inter Bonifacium & Eulalium: à Theodorico rege inter Symmachum & Laurentium. Deinde etiam extrà schisma, ne fortè tumultus contingeret. Imo eò res paulatim decidit. (vt Tyranni solent suam exaggerare licentiam) vt sine illorum assensu consecrationem non audent suscipere. Durauit hic mos ad Imp. Constantinum 3. qui sanctitate Benedicti 2. permotus, liberam potestatem soli Clero, populòque Ro. eligendi & designandi Pontifices reddidit.

Postea Adrianus Papa conuocata ad hoc synodo Lateranensi Episcoporum 153. (quod antea nulli Imperatorum concessum fuit) etiam eligendi Pontificis ius (ob pulsos Italia Longobardos) Carolo Mag. concessit, sed illi iuri paulo post filius eius renuntiauit. *63. dist. C. Ludouicus, vt iniquo, unde nec nisi ad tempus concessum fuerat.*

Sic libera denuò fuit Romanis electio & consecratio Papæ multum temporis vsque ad Leonem 8. Quicum ab Ottone primo Germ. vi & armis in sede Aposto-

lica collocatus esset, denuò à Clero & Plebe ad Imperatorem ius omne eligendi transtulit.

Quo abusi sunt Ottonis successores ad Henricum vsque 4. donec ad Ecclesiam iterum reuocaretur à Gregorio 7. etiam paulo ante eius pontificatum, qui tum Hildebrandus dicebatur, vir à Deo datus ad sedem Apostolicam tyrannide Imp. Germanicorum liberandam, occasione Schismatis inter Benedictum, Syluestrum, & Ioannem sub Henrico Imp. 3. Nam Stephanus nonus Nicolaus secundus Alexander secundus sine assensu Imperatoris creati sunt. Quod cum iterum surreptitiè impetrasset à Paschali secundo Henricus quintus per ipsum Paschalem denuò reuocatum est in synodo Lateranensi.

Ita postremo ad solos Cardinales ius peruenit Nicolai secundi decreto, nisi quòd aliquoties postea intercesserunt Cleri populique Rom. suffragia, donec constitutiones de electione in Conclauis celebranda editæ sunt in Conc. Lugdunensi à Gregorio 10. *Hæc ferè ex Pamelio in epistolarum Cypriani 52.*

Ioasaph, siue Iosaphat, è monacho creatus Patriarcha Constantinopolitanus, eodem cum Marcello tempore, vsque ad 1563, per annos octo, quando Metrophanes successit.

Marcelli familiaris fuit Petrus quidam Æthiops è quo Marianus Victorius Reatinus linguam Æthiopicam didicit, an. 1552. Institutionibus de ea editis, nunquam antea à Latinis visis. *Ipsè in illis instit.*

An. 1555. Viennæ Austriacæ primum editum est nouum testamentum lingua & Characterè Syriaco, rogatu Mosis Mardeni Mesopotamij, quem Patriarcha Antiochenus ad id in Europam destinauerat, iussu autem & liberalitate Ferdinandi Imp. designati. Præfuerunt operæ Ioan. Albertus Vuidmanstadius Iuricons. & Austriæ Cancellarius & prædictus Moses.

Hoc tam insigne opus aliquot annis post quidam Tremellius Emanuel ex Iudæo indocto indoctus Capharnaita & Sacramentarius cuculli dominicani excussor, Geneuæ, characteribus Hebraicis incredibili peruersitate publicauit. Primò sustulit titulos epistolarum & Euangeliorum per totum contextum insperfos, è quibus apparebat admirabilis omnium Ecclesiarum Orientis cum Romana consensio, vt de sacrificio Altaris siue Missæ, de adoratione S. Crucis, de Ieiuniis, de Quadragesima, de cultu Diuorum, de festis eorundem, de ordinationibus Ecclesiasticis &c.

Deinde tabulam Euangelicarum & Apostolicarum lectionum suppressit, sicut hæc in dominicos & festos dies anniuersarios Ecclesiæ Syriacæ ritu distribuuntur, è qua ritus, ceremoniæ, cultus & cæteri sancti religionis ipsorum actus discebantur, & nostris simillimi conspiciantur.

Tertio multas motiones quas putabat inanes, præ imperitia subduxit, in earum locum affixis pro libidine punctis contra analogiam, vsus & Phrasim Syriorum. Quam infantiam, vt clariùs ostenderet, breuissimum Alphabetū editioni subiunxit inscitæ plenissimum, antiquæ nec recentis Grammaticæ consonans,

Vnde si eius editionem Syri legerent, se Syriacè illic nihil aut parum legere faterentur.

Quarto non modo literas Protractionis sustulit,

Anni
christi.

1555

*Henrico 2. Franc. Reg.
Arnaphsaget Claudio Æthiopia.*

Philippo 2. Hispaniarum Rege.

Maria Philippi huius uxore Angliæ Catholica.

Sigismundo 2. cog. Aug. Polonia.

Ioan. 3. Portugallia.

Maria Scotia.

5643

quod

Anni
christi.

1555

Anni
mundi.

5643

quod Marrani impudentiam, simul ac inscitiam, eleuare vtrunque potuisset, sed & Consonantes, præsertim litteram Nun, cuius loco solet substituere Iod, quòd æsceret apud Syros litteram Nun esse symbolum tertiarum personarum futuri, æquè ac primarum pluralium. Quod discere potuit non modo è lingua hodierna Syrorum, cuius se illic expertem prodidit, verum etiam è suis veteribus Talmudicis & Baal Haruch, qui etiam sic loqui solent.

Postremo Guidonis Fabricij Boderiani docti & Catholici laborem per plagium sibi vendicauit, qui illud ante è Characteribus Syriacis in Hebraicis transcripserat, & addita latina interpretatione Antuerpiæ Plantini typis emiserat, nisi quòd dum præfationes apparatus, & Iudicia Theologicarum Academicarum, & priuilegia Regum & Principum tribus aut quatuor annis expectantur, publicatio in annum 1572. reiecta est, quam iste anteuerit ann. 1569. Quæ quamuis publicè, aliquot Diui Pauli epistolas Syriacè prælegendò, satis docuerim, hinc tamen repetere volui, ne quis Marrano hæretico in linguis peregrinis fidendum putet.

Ioan. Lascus Polonus, Episcopi dignitate excidens primùm Lutheri, deinde Zuinglij dogma suscepit. Tandem ne frustra nixus penitus videretur, ab Eduardo Rege Angliæ profugus obtinuit, vt peregrinorum Episcopus & superintendens vocaretur. *E defens. 2. contra Vnesphalum.*

Ioannes Caluinus ex matre pontificij sacrificuli concubina Canonicus Nouiodunensis. *Vnesphalum Lutheranus in Apologia*, incipit clarescere & de fori rabula Theologus de repente prodire, vbi ad pœnam quæsitus cū quodam Copo tunc Academiæ Parisiensis rectore regij magistratus manus subdolè effugisset.

Robertus Mancop Scotus à puero cæcus vsque eo Parisiis in literis profecit, vt Theologiæ doctor Romæ creatus Archiepiscopus Armacanus, deinde Legatus à latere in Hybernia fieret.

Præter vulgares Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Seruetianos, Anabaptistas, & infinitas Sacramentariorum formas, recrudescunt alij se in contraria scindentes, *Brentiani*, *Vbiquistæ*, vbiuitatem humanitatis Christi docentes, *Osiandriani*, hominem iustificari ea iustitia, qua Deus est essentialiter iustus. *Stancariani*, Christum iustificare secundum solam humanam naturam.

Amsdorffiani, bona opera ad salutem esse perniciofa. *Maioristæ*, infantes non saluari per solum baptismum. *Antinomi*, hominem ad legis Dei obedientiam non obligari. *Suenckfeldiani*, sacras literas penitus esse abiiciendas, & pendendum è sola diuina inspiratione, qui proinde dicti sunt prophetæ Cælestes. *Trinitarij* (siue *Tridenti*), tres esse Deos. *Antimanarij*, tres personas non in se subsistere. se d in diuina essentia, esseque diuinæ essentiæ duntaxat residentias siue qualitates. Sabellianorum secta, qua infames sunt omnes ferè Lutherani, & Calvinistæ, vt multis libris docuimus. *Autotheans*, Christum esse Deum à se, non à patre, vt proinde impropriè dixerint patres Niceni, Deum de Deo, lumen de lumine, &c. Hoc venenum suis miscuit Caluinus, vt ibidem ostendimus. *Bibliistæ*, nihil proponendum in Ecclesia populo, vel in scholis iuuentuti, præter Biblia, nec discendas vllas Philoso-

5643

1555

phiz artes.

phia artes. *Sabbatary*, non dominicam diem colendam, solum Patrem esse inuocandum, non Filium, non Spiritum Sanctum. *Stebleri*, nec gladium, nec peram portandam, nec vilo modo litigandum, aut in iudicio comparandum.

Demoniaci, Dæmones post finem mundi saluandos. *Georgio Dauidici*, Georgium Dauidem esse Christum, Diabolum nullum existere, non futuram Carnis resurrectionem.

Memonnite, Christum carnem à Maria non sumpsisse.

Ochinista siue Polygamista, licere viro multas simul habere vxores.

Musculus diuinam Christi naturam vna cum humana fuisse mortuam.

Ioannes Langus, carnem Christi esse deificatam, siue transisse in diuinam substantiam.

Matheus Flaccus Illyricus multa horrenda in omnes sectas inuexit.

Melanchton vt multorum reus etiam à suis traditur.

Hieronymus Zanchius, & *Iacobus Schekius Medicus* de duabus Christi naturis, & de S. Trinitate monstra nouis portentis auxerunt, quæ proprio opere refutauimus.

Hos quidem defendere hodiè conatur *Lambertus quidam Danaus*, at nimis inuerecundè, quoniam sola impudentia hæretica armatus, disciplinarum omnium expers, tantam prouinciam suscipit.

Valentinus Gentilis, cum Seruetianorum fermento Deistarum Lemani lacus miscuit, contra quam precipuè tertium meum de Trinitate distaui.

His iam omnibus superstes *Theodorus Beza* quotidie aliquid noui ad iam putres eorum Blasphemias addit.

Hæc ex istorum scriptis & farraginibus

1555. Ioannes à patria (*Beza in Iconibus*) sine cognomento videlicet, quia spurius, gente Belga ab anno 1517. a 1555. suos de Religione & Rep. libros produxit quos *Cordillus & Latomus De undecim millibus mendaciorum Sleidani* inscribendos docuerunt, propter apertam Auctoris falsitatem: de qua apud Carolum Imper. conuictus, Basileam euadens, paulò post, nempe anno 1556. desperatione, tædio & miseria, fœdam mendaciam animam exhalat. *Spenceus lib. 1. Apolog. c. 4.*

In eo plura sunt *παρρησια*, quam *εργα*, *Ibid.* Encomiastes Lutheri veriùs quam historicus. *Crom. Colloq. lib. 1.* Imposturarum innumerabilium conuictus à *Groppero*, *Fontano*, *Gennepzo* in Germanica, *Epitome Lindano*, *Copo*, *Staphylo*, *Pontano*, *Billicio*, *Surio*, &c.

HUMANANA.

Maria Stuarda regina Scotiæ Francisco Delphino, qui postea regnavit, nubit. Stuarda autem familia, cum Danicæ esset stirpis, à *Saladini Sultani* temporibus Scotiæ inserta est à *Macolimo rege*. Nam is *Valterum* nobilem oriundum è Dania virtutis causa, quam aduersus Saracenos in Syria ostenderat, ad *Stuardi* (sic enim Scoti regij conuiuij magistrum vocant) dignitatem euexit. Eius familiæ & nominis reges quinque *Iacobi* nomine, continenter sibi succedentes humanæ miseriæ speculum præbuerunt. Nam primus in cubiculo trucidatus, 2. diffracti ærei tormenti frustulo interemptus 3. à filio inter-

Anni Christi.

Anni mundi.

1513

5610

fectus

Anni Christi.

Anni mundi.

1555

5643

fectus 4. in bello ab Anglis occisus 5. huius Mariæ pater paulo post nuptias, ad eò leui morbo succubuit, vt nonnulli veneno sublatum arbitratètur. *Jonins lib. 6. viror. Illust.*

Eod. an. 1555. Philippus secundus Hispaniæ regnum adit, Patre Carolo cedente, & in sacram solitudinem abeunte.

Eodem Turci accersiti à Gallis Corsicam depopulantur.

Carolus quintus qui Solymanum tantarum virium fastu tumentem solo propè Castrorum fremitu aliquoties profligarat, qui Ariadenum Barbarossam acie deuictum, ac Tunetano regno exutum Africa depulerat, qui imperium superiorum Imp. ignauia labefactarum ac penè perditum restituerat, qui coniuuantem Germaniam retuderat defectionis ducibus victis & captis, qui regem Franciscum, & Clementem pont. in potestate habuerat, qui in orbe nouo multa præclara in Dei & Ecclesiæ decus per suos gesserat, ædificatis vrribus, templis &c. qui denique, vno dempto Carolo Magno, omnes Occid. Imp. pace, bellòque supererat, religione tactus, quam sanctissimè semper coluit, & aduersus hæreticos asseruit, tædio rerum humanarum affectus, propter cælestium & æternarum desiderium, primus post conditum Germanicum imperium (nam Lotharius Francus erat) maiestate Imperij Fratri Ferdinando relicta, reliquis regnis atque ditionibus vnico filio Philippo traditis, ad vitam religiosam, assumptis aliquot piis viris, se contulit & in sacram solitudinem secessit.

Ioannes Fuccius Prutenus Chronologiam vsque ad ann. 1553. ab orbe conscripsit. Postea an. 1566. de quadam coniuratione conuictus sub Sigismundo Polonorum rege laqueo vitam hæreticam finit. Eam aliqui continuauerunt vsque ad an. 1574.

Tammus Sophus de Imperio Mesopotamiæ & Assyriæ excidit. Taurini regiam expilari, Persidem diripi à Solymano passus est. Solymanus postea 400. Turcarum millibus amissis in Carinthe cum eo pacem an. 1557. facere cogitur.

Guilielmus à Prato Episcopus Claromontensis Cancellarij Regij, Cardinalis & Legati f. qui postea an. 1559. obiit, relictis copiosis pecuniis & redditibus, è quibus diues Valetudinarium Claromonti, & tria Iesuitarum collegia conderentur, vnum Lutetiæ Parisiorum, alia duo in Aruernia, Biliomi & Moriaci.

1555. Nicolaus Villegagno, eques Rhodius, cum Gallico comitatu in Brasiliam Americæ partem Capricorno subiectam ad 26. gradus Æquatoris nauigauit. In eius quadam insula ad Genebarum fluu. castrum extruxit, & Collygnium de nomine Admiralijs appellauit, vt totam regionem Franciam Antarcticam, & aliquot ædes tumultuariè ad littus constructas Henricopolim, quod Henrici 2. auspicijs & sumptibus suscepta esset nauigatio.

Quæ paucis post annis omnia venè in Lusitanorum potestatem. Francis partim cæsis, partim expulsis. Nempe istiusmodi nauigatio non magis succedere potuit, quam illa Iosaphat Regis Iuda cum Ochozia rege Israhel, 2. *Par. 20.* quod mixtim eò confluxissent Catholici & Calvinistæ, improbane Deo istiusmodi societatem, ac nolente, vt agrestes illarum regionum populi pro Ca-

1555

5643

tholica

tholica puritate venenum Caluiniticum ipsis à Richerio Carmelita, & aliquot aliis apostatis propinatum haurirent, sicque à circumuentibus impijs mare & aridam ad profelytas efficiendum, filij Geennæ plus duplo fierent.

Infelicitatem auxere motus ab hæreticis contra Catholicos excitati, vt proinde Villegagno istos partim strangularit, partim in patriam puniendos præmiserit, mox ipse, nempe an. 1558. insecutus. *Teucus, & Ioan. Lerus Caluinista, qui istarum tragædiarum magna pars fuit, in sua America. Beza in Iconibus.*

BELVM mouit proregi Neapolitano. Pietate & virtute insignis.

Ioannes Caluinus ad nundinas autumnales Fræforti an. 1556. cum ministris eius loci de Cœna conferre volens, reiectus est, quod se Zuinglianum profiteretur. *Lanatherus in histor. Controuersia Sacramentaria. Surius in histor.*

Eodem anno cum plerique Laici in Polonia vsu calicis in sacramento Eucharistiæ contentiosè efflagitarèt, quasi Christus esset exanguis sub altera specie, & Roma. Pontifex eò misisset Aloysium Lipomanum Veronensem Episcopum ad Regem Poloniae Sigismundum, ea quæstio diuino miraculo est iudicata. Nam cum quidam Iudæus *Bisheim* siue Benedictus in quodam Poloniae oppidulo Schazetho nomine, tribus milliaribus ab arce *Louiz.* à sua ancilla Christiana, Dorothea Lazezla nomine, sacram Eucharistiam (quam ipsa ad pagum Carzo die Paschæ susceperat, & ex ore extractam in sudariolum reposerat, vt ad suum herum deferret) tribus daleris & veste sericas simbrias habente emisisset, & in synagoga pugionibus, & cultris confodisset, repente ex illa **MVLTVS** **CRVOR** emanauit, quem Iudæi cocleari in vitreum calicem transfundunt. Hac re paulo post cognita & ad Sigismundum Regem, qui tunc erat Vilnæ (quæ est vrbs Lituaniæ Metropolis) delata, mandatur illius oppiduli præfecto secundo, vt totum negotium diligenter inquirat, & in huius sceleris conscios extremo supplicio animaduertat. Itaque Dorothea cum Iudæo suo hero, die Veneris post Christi Ascensionem flammis exurit, reliqui item Iudæi sceleris focij (vno excepto qui aufugerat) Calend. Iun. idem supplicium luunt. Vnde multi & ipse Poloniae rex non mediocriter in retinenda Catholica Ecclesiæ communionem confirmatur. *Historia rerum memorabilium &c. conuersa à Pontano lib. 5. & Surius in hist.*

Sub hæc tempora imago Crucifixi à quodam lapidibus per indignationem iccta emisit sanguinem, sed sceleris reus Moguntia supplicio afficitur. *Brentius in cap. 3. ad Galeat.*

An. 1556. obierunt mortem Ioannes Sleidanus Argentinae, Conradus Pelicanus ex minorita, Zuinglianus Rubeaqui, & omnium pessimus Dauid Georgius Basileæ.

Lutetia Franciscus Picardus Theologus, & Andreas Tiraquellus iurifconsult. an. 1558. Romæ Ioannes Gropperus Theologus & Cardinalis 1559.

Eodem anno Non Septemb. Lutetia summo mane, via Iacobæa in ædibus cuiusdam priuati hominis, qui tunc aberat, ante collegium Plestiacum, comprehenduntur Caluinistæ siue Lutherani, vt vocabantur, vtriusque sexus circiter 120. qui nocte ipsa illuc ad concionem &

Anni
Christi.

1555

1560

231.

i PAVLVVS 4. Neapolitanus, ex familia illust.

Caraffa. an. 4.

mens. 2. di. 27.

Vacat mens. 4. d. 6.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioasaph

Principibus.

Solymano Turcorum Imp.

Tamna Persarum.

Carolo 5. & Ferdinando eius fratre an. 6. per ordinem, Occidentis Imperatoribus.

Henrico 2. Franc. Rege, & vsque ad regni Francisci 2. initium.

Claudio Aethiopia.

Philippo 2. Hispania.

Maria Philippi uxore Catholica Anglia Regina, deinde Elizabetha sorore, qua his iam annis 40. regnat.

Sigismundo 2. Augusto Polonia.

Ioanne 3. Portugallia de inde Sebastiano an. 21.

Maria Scotia.

Anni
mundi.

5643

5648

Anni
Christi.

1555

1560

Anni
mundi.

5643

5648

preces conuenerant. Ex ipsis nonnulli paucos post dies comburuntur. *Nox & amor vniūque nihil moderabile suadent.*

Eodē iuniores Saxoniae Principes & Comites Mansfeldenses Lutherani, edunt separatim publicam scripturam, quo vndecim sectas huius seculi, & præcipuè Zuinglianam, vt execrabiles hærefes damnarunt. *Surius in hist. Lanather. in hist. Controuersia sacramentaria.*

Anno 1557. Prid. Non Septemb. inchoatum est Vuormatiæ colloquium inter Catholicos & Lutheranos decreto Comitiorum Ratisponensium, sed turbatum artibus Flacci Illyrici. Aderant Euangelicarum partium 12. ministri, qui à Catholicis interrogati, quas sectas confessioni Augustanae consentaneas, & dissentaneas existimarent (quod varia secta sub Augustana confessione comprehendendi vellent, & decretum esset, cum iis duntaxat colloquium habendum, qui essent antiqua Religio vel Augustanae confessionis) per 16. dies inter se concertarunt, cum alij ex ipsis sectas quasdam vt à confessione Augustana discrepantes damnarent & excluderent, alij retinendas, eisque parendum censerent. Ea concertatio eò vsque progressa est, vt ex 12. ministris, 5. reiecti & excommunicati fuerint, tanquam contrarij confessioni August. in præcipuis capitibus, vt de Lege & Euangelio, de Libero arbitrio, de Iustificatione, de Operibus, de Sacramentis, & vsu Cereemoniarum. His ita gestis, quia à 7. reliquis Ministris nunquam impetrari potuit, vt sigillatim multiplices sectas à confessione Augustana fecernerent & damnarent, ne inanis esset labor colloquij, illud vix adhuc bene cœptum intermittitur & suspenditur. *Amsdorffius in libro Publica confessionis pura doctrine Euangelij &c. Nicol. Gallus in suis Thejsibus & hipotypos. Historia rerum memorabilium &c. conuersa à Pontano libro quinto. Lanatherus in histor. controuersia Sacramentaria. Sur. in histor.*

Dauidis Aethiopum Imperatoris successor Claudius ad Ioannem Portugallia scripsit de communionem Catholicorum regum ineunda, & obedientia summo Pontifici præstanda. Iesuitas ad se missos satis quidem humaniter excepit, sed cæteris non potuit satisfacere, bello Mauricio dissentus, in quo victus est ac cæsus. *In Epistolis Iesuitarum.*

HVMANA.

An. 1558. Franci Duce Francisco Guisiano Principe, vrbeni Caletum omnium opinione inexpugnabilem 7. obsequionis die 5. Non. Ianuarij expugnarunt. Mox. Guinam arcem munitissimam captam incendunt, & Hamã capiunt, denique Anglos ex tota Gallia exturbant.

Eodem an. Nouembris die 17. ætatis verò suæ 43. Maria Angliæ Regina Catholica obiit.

Eodem die, post horas duodecim Cardinalis Polus vespere defunctus est natus ann. 58. mens. 6. *Surius.* Quibus duobus luminibus vno die extinctis, magna simul & regni & religionis subsecuta est in Anglia & vicinis regionibus obscuritas.

Scoti expellunt Gallica præsidia.

1559. Ianuarij 15. in Demortuæ locum Angli substituit Elizabetham, quam Henricus ex Anna Bolemia susceperat. Hinc restituitur Zuinglianismus & Caluinismus, Clero & Episcopis carcere & rerum suarum a-

missione mulctatis, nonnullis etiam veneno, nece, &c. absumptis.

Eodem anno, septimo Non. April. Inter Gallum & Hispanum inita pace, qua renouata etiam hodie fruimur. Philippo Regi Hispaniarum Elizabetha filia Henrici Francorum Regis natu maxima despondetur, & Margarita eius soror vnica Emanuelli Philiberto Allobrogum siue Sabaudorum Ducis.

Vigesimo secundo Iunij dum celebrabantur nuptiæ Philippi regis & Elizabethæ Henrici Regis Franco. filia, simulque Philiberti Sabaudia Ducis & Margaritæ Sororis eiusdem Henrici, ipse Henr. hastæ fragmento per galeam adactò à Montgomerio Comite in cranium, occumbit ex vulnere, natus an. 40. mens. 3. di. 11. & Regni an. 12. mens. 3. d. 11. Eius obitus in Gallia locum dedit crebris re rium nouarum machinationibus & hæreticorum impri mis audaciæ.

Dithmarsidomantur à Rege Danorum, populus ante liber & inuictus, dum Archiep. Bremensi pareret & Catholicam fidem sequeretur. At tum Lutheranizans, dat suæ leuitatis pœnas.

Ioanni 3. Portugallia defuncto succedit Sebastianus his 21. annis. Nam eius parens Ioannes 4. vt nominatur, ante Ioannem 3. Patrem mortuus est, ita tamen vt Sebastianum hunc vix tres menses agentem reliquerit.

1557. di. 22. Septembris Nathalis Brulartus, regius caufarum cognitor, pietate, iustitia & eruditione illustris, moritur: cui Aegidius Burdinus successit, summa etiam eruditione ac virtute.

1559. Ioannes Fernelius summus Medicus Lutetia, Franciscus Duarenus Inriscon. apud Biturigas. In yngaria Isabella, quæ rata foelicitate, fuit regis filia, regis vxor, soror, & mater.

h H o s t i s Simoniacorum, & plura habentium Beneficia osor dispensationum.

An. 1564. Decretali siue Bulla Fiduciariorum Sacerdotiorum, quos vulgo Custodinos appellamus, perpetuo anathemati subiecit, restitutioni addixit, Simoniacos declarauit, peccati expiationem soli Cathedra Apostolica referuauit. Inscribitur Bulla contra quoscuque, Ecclesias & beneficia Ecclesiastica quæcunque in confidentiam retinentes seu recipientes. Quod successor Pius 5. renouauit.

Addit filius Ioannis de domo Martia, ex ciuitate Gezira in Tigri Fumine, olim monachus ord. Sancti Antonij. Monasterij Sanctorum Rahæ & Ioannis fratrum, electus primas siue Patriarcha ciuitatis Muzal in Assyria Orientali Romam venit, vt confirmaretur, vbi & obtulit Pio professionem fidei, & attestationem manu sua pictam & subscriptam, die 7. Martij, An. Domi. 1562. Iurans se credere, recipere, & approbare omnia quæ in Sede Apostolica tenerentur, & se id curaturum in sua iurisdictione, sub qua essent multi Metropolitæ, Episcopi & Diocelani. Videlicet Arbel Metropolis, Saraua, Hancava Episcopatus, Cheptiam, Metropolis, Caranileys, Achufch. Episcopatus, Nassybin Metropolis, Machazzin, Tallecaui, Mardin Episcopatus, Sceert, Metropolis, Azzen Episcopatus, Elchessen Metropolis, Zuch & Mesciara Episcopatus, Gurgel Metropolis, Esci Episcopatus, Amed Metropolis, Chiaruchia, Hayn, Tamir episcopatus, quæ omnes simul regiones subsunt imperio Turcarum, Ormi superior Metropolis, Vscimi & Cuchia Episcopatus, Ormi inferior

Anni christi

Anni mundi.

CONCIL. Colonienfe sub Adolpho.

Moguntinum.

232

1560

k P i v s 4. Mediolanensis, an.

1648

1566

mens. 11. di. 8.

5654

Vacat di. 29.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioasaph, deinde Metrophane.

Anni christi.

Anni mundi.

1560.

Principibus.

5648

Solimano Turcorum Imp.

Tamma Persarum.

Ferdinando & Maximiliano 2. an. 12. ex ordine Occidentis Imperatoribus.

Francisco 2. an. 1. & post eum Carolo 9 Maximiliano, eius frat. an. 14. Franc. Rege.

Claudio Aethiopia.

Philippo 2. Hispania.

Elizabetha Anglia.

Sigismundo 2. Augusto Polonia.

Ioanne 3. Portugallia.

Maria Scotia cum Francisco 2. Francorum Rege.

rior Metropolis, Durra, Soldos. Eschinuchi Episcopatus. Espurgan Metropolis, Nare, Gien nunc Episcopatus. Salamas Metropolis, Baumar, Sciabatam, Vafcham Episcopatus. Omnes Persarum Regi vulgo Sophi nuncupato subiecti. In India verò Lusitanis suspecta, Cufchin Metropolis, Cananor Metropolis, Goa Metropolis, Calicut Episcopatus, cui subest Carongol ciuitas, quæ adhuc ab Idololatriis & Ethnicis hominibus possidetur. Hæc ibi.

Metrophanes Constantinopolitanus Patriarcha centesimus quadragesimus primus sedere incipit anno 1563. in annos 8. vel 9.

An. 1560. Lutherani & Sacramentarij ardentissimo odio inter se flagrant, cum scriptis contrariis, tum editis publicis. Nam Vvitembergenses, quibus præerat Brentius, edictum promulgant contra Sacramentarios: Ienenses ministri edunt supplicationem ad Ioan. Fridericum 2. Ducem Saxonie, eiusque fratres ac alijs Principes & ordines confessionis Augustanæ, pro legitima synodo, in qua soli Lutherani conuenirent, & Zuinglianos atque alios, quibus aduersantur, condemnarent. Contra ab Heidelbergensi academia post publicam disputationem Zuinglianorum contra Lutheranos, Heshusius Lutheranus abire iussus est: & mox Superintendentes Heidelbergenses, edunt decretum, quo Lutheri & Brentij Catechismi extra Ecclesiam eiiciantur, & eorum scripta nullam habeant auctoritatem. Lauater, Zuinglianus in hist. controuersia Sacramenti. Surius in hist.

Magni tumultus à nescio quibus Euangelicis religionis causâ excitantur in Gallia, & Allobrogibus.

In Scotia etiam mirè tumultuarum est, dum Calvinismum amplectuntur, Anglis suppetias ferentibus, qui & ipsi hæreticum furorem fuerant amplexi, Surius. Primi autem Scotorum ministri fuere Paulus Methæ pistor, & Ioan. Knox è presbytero apostata, indeque Necromanticus.

Regina Scotiae Maria Guisiani olim ducis filia, Mariæ, quæ Francisco 2. nupsit, mater, inter hos morus Edimburgi tædio & curis moritur. Surius.

In Vualia regione Angliæ crux inuenta est, in quadam fraxino turbinis vi & tempestate deiecta. Idem & Alanus Copus in Dialogo.

Magdeburgenses ministri, quorum antesignanus est Matthias Flaccus Illyricus Centurias diuulgarunt errorum, mendaciorumque plenissimas. Contra quos Alanus Copus Anglus paulo post sex Dialogos edidit, Bucingerus centuriam vnã, Canisius libros de corruptelis scripturæ, nempe de Ioanne & de D. Virgine. Turrianus opus pro Epistolis Pontificum decretalibus. Nos huius Operis posteriorem partem, quam speramus suffecturam ad eorum fraudes & calumnias detegendas atque dissolendas, aut certè iter præmonstraturam, vt quisque facile per sese cætera adiciat. Nam facile est inuentis addere. Quin & res ac historias ab istis prætermittas magno numero colligauimus. Studuerant enim immanibus illis voluminibus non historiam scribere, sed fabulas, vt Pontifices traducerent.

Geneuæ nefandissimum consilium de Francisco 2. Rege Franciæ, Regina vxore, Regina matre, eius liberis, Proceribus, & bonis Magistratibus ad certum diem per insidias trucidandis, Beza principe, Caluino auctore, Ot-

tomano subignatore, Spifamio suafore, omnibus Gallia prædonibus & lanistis conscis. *Surius.*

Hinc seditio Amboesiana prætextu boni publici & conseruandarum legum Franciæ à quibusdam sectariis non admodum claris numero, 00. præter aliquot pedites, quæ detegitur 9. Calend. Aprili. Eius quidem duces grauissimis suppliciis plectuntur, at mox Rex omnes reos hæresis absoluti edicto publico, modò in posterum fidem Catholicæ Ecclesiæ retinerent. Ex eo tempore, qui prius Lutherani dicebantur, per totam Galliam cœperunt vocari Huguenori.

E vita excefferunt an. 1560. Robert Cœnalis Arboricensis Episcopus & doctor Theologus Lutetiæ, 5. Calend. Maij. Ioan. à Lasco Zuinglianus in Polonia Idib. Ianuarij. Philippus Melancton 13. Calend. Maij. Germaniæ cohurnus, de omni religione securus. Vnde post eius mortem, eum statim quisque hæreticorum sibi vindicare voluit. Caluinus contendeat in sua confessione mortuum, alij in alia.

Multa hoc tempore variis in locis ferebantur visa portenta, & horrenda monstra, præsertim in Anglia, in qua Londini Pyramis Paulinæ Ecclesiæ tota ferè lignea plumbòque cooperta de cælo exurit, deinde mensa illa, in qua heretici Caluini communionem exercebant. *In Annalib. Angl.*

An. 1561. quidam Lucas Stembergerus docet inter alia, non esse Trinitatem, sed vnum Deum Patrem, Sabbatum esse seruandum, Eucharistiæ & baptismi sacramentum Satanam esse institutionem, &c. *Surius.*

In Polonia contra Gregorius Paulus, Cazanouius & alij, tres esse Deos, Symbolum Athanasij esse Sathanasij, & cetera. Quibus dum Caluinus & eiusdem metalli ministri se opponunt, Autotheani & Antitrinitarij siue Sabelliani euadunt, & doctrinam de Deo Vno, & Trino sceleratis modis conspurcant. Quas blasphemias etiam hodiè perpetuant. *Vide nostros libros de S. Trinitate & contra Scheckium.*

Eodem anno, quòd multæ nouæ hæreses, prætextu confessionis Augustanæ irreperent, fuit conuentus Principum Numburgi in Thuringia, in quo egerunt de Zuinglianis solenniter condemnandis, sed id à quibusdam Principibus impeditum est.

Saxones etiam Lutherani ad sedandos motus propter rem Sacramentariam exortos conuentum agunt Lunæburgi, damnantque hærescos Albertum Hardemburgium Zuinglianum. *Lauatherus in histor. controuersie Sacramentariae.*

In Transsylvania alij Lutheri, alij Zuinglij doctrinam sequuntur, magno apud Turcos ludibrio religionis Christianæ. Bremenses omnes Lutheranos vrbe sua exire iubent *Ibid. & Surius.*

Institutum fuit à Rege colloquium Possiacum inter Catholicos & Euangelicos, sed cum primùm publicè, deinde priuatim colloquuti fuissent per aliquot dies, dissoluitur absque vilo profectu. Impudentissimum est mendacium, quod Lauatherus scribit colloquutores Catholicos consensisse cum ministris. Huius fructus fuere Bella immania quæ deinceps consequuta sunt.

1561. anno 16. Cal. Februa. edicto Regio permissum est Euangelicis suos conuentus ac exercitia & negotia suæ religionis extra mœnia vrbiū habere, donec aliter

Anni christi.

Anni mundi.

1562

CONCIL. Tridentinū aliquandiu interruptum continuatur, præsentibus 4 Legatis sedis Apostolicæ, & presentibus 2. Cardinalibus, 3. Patriarchis, 21. Archiepiscopis, 168. Episcopis, 7. Abbatibus, 7. Generalibus ordinum, 39. procuratoribus absentium cum legitimo mandato. Durauit, an. 1. m. 11. d. 4. Claudatur die 4. Decembris 1564.

1560

Anni christi.

Anni mundi.

1560

1568

à Rege decerneretur, siue vsque ad Concilij œcumeni Tridentini determinationem. Promulgatur in senatu Parisiensi Prid. Non. Martij. cum hac clausula. *Audito procuratore Regis, absque tamen approbatione nouæ religionis, & id totum per modum provisionis, & donec aliter per Dominum Regem fuerit ordinatum.*

Francorum exulum (qui erant Zuingliani) Ecclesia cum Francforti per annos ferè 7. mansisset, anno 1561. 9. Calendas Maij. Senatusconsulto Francfordienſi vrbe excedere, aut ab exercitijs suæ religionis abstinere iubetur: quòd ipsi à Lutheranis siue Germanis ministris dispares essent & religione, & ceremonijs, & doctrina, quòdque à præcipuis capitibus confessionis Augustanæ, eius Apologiæ, pacificationis Vuitembergenſis, factæ ann. 1536. denique Francfordienſis concordiæ actæ ann. 1542. 5. Id. Decembris, dissentirent. *Vide huius Rei acta & historiam ediam à Francisco Philippo.*

1562. Mense Maio factus est conuentus Luneburgensis à Lutheranis contra Caluinistas & Sacramentarios. Metuebant enim Lutherani, ne irrepentibus iam in Saxoniam Caluinistis, ipsi solum vertere cogerentur.

Tilmannus Hehusius Luther. contra Caluinum, Boquinum & istius facis ministros scribit.

Paulus Alciatus Caluinista, Mahometanus tandem effectus est. *Beza præf. in acta V. lentini Ge. v. l. p. 17.* Caluinismus scilicet gradus est proximus ad Mahometismum. Vnde & Valentinus Gentilis probabat sua dogmata è veteri Testamento, nouo & Alcorano, quasi hæc tria essent *Saborda Benedictus Arcem Bernensjs inuiter cap. 1. & 3. Historia Valentini Gent.*

Petrus Martyr Florentinus, ordinis quondam S. Augustini, pridie Idus Nouemb. non sine suspitione veneni à Caluinistis propinati, dum respondere parat Brentio monstrosam Vbiquitatem introducenti, & Caluinistis, à quibus vt spectrum in Eucharistia constituētibz proximè in Possiaco conuentu dissenserat, exclamans pro sua parte, neque re ipsa Corpus Christi esse in Eucharistia, neque re ipsa sumi, cum isti affirmarent re ipsa quidem abesse, re ipsa tamen sumi, quod est prodigij plusquam simile, infelicem exhalat spiritum. *Spenceus in Apolog.*

Olim cum ei non successisset consilium cum Ioanne Valdesio Hispano inquit de (hæreticorum) aliquo cœtu cogendo tum viris tum fœminis frequentato. (Nam hæc *Beza* verba sunt) & paulò post Romæ vtilandus esset, Luca Italia oppido, in cuius monasterio Pauli Epistolæ profitebatur, fugit Tigurum cum Bernardino Ochino Capueino, qui post fuit Trinitarius, & magnas turbas inter Euangelicos excitauit. *Beza in Iconibus.* vbi nota hæreticos libenter Rabelletij istius Athei conuenticulum excituros, quod fit tam fœminis, quam maribus commune, quale etiam vnus ex eorum maioribus Nicolaus Antiochenus Apostolorum sæculo, indeque aliquot alij impuriorez hæretici animo complectebantur, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

Ex eiusdem ordinis monasterio Petrum Martyrem secuti sunt Paulus Lacius Veronenſis, Argentinae postea Græcizans vitam tolerans, Celsus Martinengus Italica Geneuenſis synagogæ minister, Hieronymus Zanchius, nunc Argentinae, nunc Heildebergæ, modò Neostadij, modò in Rhoetia exulans, & Emmanuel Tremellius (& Iudæo quilibet pro secta principum, è quibus possit ali-

1566

1564

quid lambere.) *Ibid.*

Ann. 1563. Bullingerus calamitosus senex Brentio respondet: calamitosus deinde moritur Tiguri anno 1575. Ita inter Lutheranos, Caluinistas, Zuinglianos rixa est implacabilis, quam non nisi mutuis cædibus placare possint.

Mense Martio, in suburbio Augustæ Vindelicorum textoris cuiusdam filia ann. 20. nata à malo dæmone obsessa, cum à Lutheranis nullo modo liberari posset, quod Satanæ Satanam non eiiciat, à Simone Theologo & Catholico Ecclesiaste apud D. Mauritiū Augustæ, inuocato nomine Christi, liberata est.

Anno 1564. Caluinus decimo quarto Calend. Iunii tam variis morbis extinctus est, petulantis & effrenatæ suæ impietatis pœnas expensens, ut (nisi à Beza scriptum esset, *Præfatione Comment. Caluini in Iosue, & in istius vita*) vix crederetur. Per quatuor ferè annos discruciatu nouem horrendis morbis, Colica, Calculo, morbo articulari, Hæmorrhoidibus, febre phtisica, Asthmate, Hemicranio, Catharro continuo, Vomitu denique sanguinis. An mentiar Beza, esto tu iudex. Nam ad verbum ista è tuo Gallico opusculo exscripsi. An Herodes terribilius animum Satanæ reddiderit, equidem nescio. Tanquam forex, Beza, tuo indicio perijisti? Cur ista de tuo præceptore vel etiam Patre (sic enim eum flebiliter nominas, cui scis te nunquam fuisse cordi) non occultabas? Cur famæ tui doctorculi sic malè consulebas? Sicuti iusserat, nullo sepulchri apparatu elatus est, postquam Geneuensem cloacam totos viginti tres annos fouisset. *Beza in Iconibus, in quibus Caluinum pingit horribili forma, vultu scilicet funesto, barba barbarica, ore hianse, & cauriente.*

Quinto die Martij Ingolstadij obiit Fredericus Staphylus an. ætatis 51. vir doctissimus, qui se à Luthero ad Catholicam redijisse scripsit, cum aliis de causis, tum quia se præsentè Lutherus anno vno vne ante obitum ab Energumena vllis exorcismis dæmonem non modò non potuisset eijcere, sed etiam ab eo in ipsum insiliente, & seram, ne egrederetur, miscente, egregiè vapulasset, donec per loci fenestram semimortuus à sociis extraheretur, qui & ipsi per fenestram exilierant. *Ipsè apolog. 2.* Similem historiam de filiis Sceuæ exorcistis Iudæis refert D. Lucas Act. 19.

Multi Sinenfes, populi Noui orbis, in Oriente fidem Christi suscipiunt. *Sur. in histor.*

Eodem anno mense Aprili inchoatum est Mulbrunense colloquium inter Lutheranos & Zuinglianos siue Caluinistas, præsentibus Palatino electore & Duce Vvitembergensi, cui etiam interfuit Brentius, colloquutore Iacobo Smidelino pro Lutheranis contra Boquinum Zuinglianum: Inter quos post longam concertationem non solum nulla fieri potuit concordia, sed odium & similtas acrius exarsit, se mutuis iniuriis proscindentes: Vvitembergenses vocabant Palatinos, sectarios, falsarios, quod corrupissent verba Lucæ: contra Palatini dicebant Vvitembergenses noua, falsa, & inaudita dogmata proferre, suis somniis scripturam peruertere, & de vna eademque re affirmantem & negantem solere respondere. Vide acta eius colloquij tam ea, quæ ab Vvitembergensibus, quam quæ à Palatinis (qui scriptum Vvitembergensium crebrò mendacij insimulant) edita sunt.

Anni
christi.

1560

Anni
mundi.

5648

Anni
christi.

1560

Anni
mundi.

5648

1565. Scotia magnis motibus concutitur ob hæresim.

Eodem an. fuit Colonia vir grandæuus ex Thebaidæ ab Alexandrino Ægypti patriarcha, qui eiusdem Patriarchæ nomine obedientiam Romano Pont. in scripto afferret. *Surius.*

Indi magis ac magis ad fidem conuertuntur. *Surius & Epistola Indica.*

Franciscus Xavier, qui primus è societate Iesu ætate nostra Indis Christum prædicauit, miraculis clarus moritur. *Surius.*

Hoc anno exorta est in Anglia è Caluinistarum omniumque istiusmodi hæreseon sentina secta noua Puritanorum, sic appellata, quòd tam purè se à Catholica separent, ut nec orare in templis, quæ fuerant olim Catholicorum, nec clericali vestitu indui, aut vllò prorsus veteri ritu vti velint. Quam ipsi opinionem vsque ad bonorum amissionem & vinculorum perpeffionem defendunt, etiam contra suam Reginam, quam alioqui caput sibi constituerant in omnibus causis tam Ecclesiasticis, quam ciuilibus. *Sanderus de Monarchia Ecclesiast. l. b. 5. cap. 4.*

Mameiacus minister Chalniensis Dæmoniacum sibi oblatum, culeo insutum in Isaræ amnis profunda, saxis aggrauantibus demersit. *Faisus in suo Energumenico, pagina. 56.*

Paulo post Nicolaa Dæmoniacæ potrectione Eucharistiæ tandem ab Episcopo liberatur Lauduni circumstantibus decem hominum millibus, & notarijs publicis acta omnia excipientibus, procuratione Caluinistarum, qui rem suppositam quoquo modo videri cupiebant. *Idem. Historia huic planè similis, quam narrat Prosper de Dimidio temp. cap. 6.*

H V M A N A.

1560. Franciscus 2. Rex Francorum Prid. Non. Decembr. non sine veneni suspicione interit, dum conuentus trium ordinum Aurelijs celebraretur: in quo liberrimè pro Ecclesiâ, ut virum bonum decuit, contra hæresim & eius principes Ioannes Quintinus Heduus, multorum librorum eruditus scriptor perorauit.

Illo anno Carolus 9. frater Rex Francorum sexagesimus regnum ingreditur.

Mosci deletis 6000. Tartarorum redeunt in Liuoniam. Liuonij à Polonis auxilia petunt.

Baiazethes & Selymus Solymani filij inter se dimicant ad Anasum, deinde Alepum Syriæ. Baiazethes victus fugit ad Persas, vbi & moritur.

1561. Ferdinandus Imperator in Vngaria feliciter reserit contra Turcos & Transyluanos. Paulò post Transyluania Vaieuada occupar arcem Zathmar. Vnde initium noui belli.

1562. in regno Franciæ omnia fuerunt funesta, grassantibus per totam ferè Galliam bellis, fame & peste: Plura certè mala vnico anno Gallia à suis pertulit, quam cunctis superioribus bellis ab exteris. Illis commemorandis propter legem diuinitas prudens lubensque supersedeo.

In hoc primo ciuili bello Rex Nauarræ Rhotomagus obsidens interficitur. In conflictu Druydum Dux Niuernensis, Sanctandreas Marescalus, & plerique a-

1566

5654

lij desiderantur. Princeps Condæus & Annas Montmorantius vtriusque partis Ductores capiuntur. Dux Guyfius, dum victoriam persequitur, in Aureliarum obsidione, proditorie à Poltroto, quem Admiralius & Beza subornarant, glande percussus, & post aliquot dies sanctissime expirat.

In medijs his Galliarum tumultibus Angli se iungunt Huguenotis, Normaniam vastant, fortissimum maris portum, vulgo Portum gratiæ occupant à Septembri an. 156, vsque ad finem Iulij anni sequentis, e quo prius non exierunt, quam grauissima peste inde discedere coacti sunt, quæ discedentes in Angliam vsque comitata est, ita vt Londini solum, eo anno plusquam 20. millia hominum perierint.

Incipit bellum inter Fredericum Daniæ & Erricum Suetiæ reges, in quo Dani Noruegiam recuperant.

Hoc ferè tempore Abdisu Assyriorum Patriarcha Romam venit, vt à Pontifice confirmaretur, & polliceretur obedientiam, seque Conciliorum, & speciatim Tridentini decreta omnia susceperum. *Syrus.*

Huius anni mens. Nouembri Francoforti in Romanorum regem eligitur Maximilianus Ferdinandi f.

1563. apud Tartaros Naugaios, è quibus ortus dicitur Tamerlanes, circiter 500. milliaribus Germanicis à Mosca versus Orientem distantes, Murse quidam (sic Nobiles vocant) nomine Ismaël monocolus, & insignis Necromanta (Necromantia enim nihil illic frequentius) suis artibus reliquos omnes Mursas, quos armis subigere non valebat, extinxit. Alioqui illarum regionum populi certo destituuntur Domino, domos & sedes fixas nullas habent, viuunt absque vsu pecuniæ, frumenti, salis: sunt sine magistratibus, legibus, iudicijs. Imperium ita partum morte istius discussum est, liberis ipsius, eadem ratione, qua alios necauerat, consumptis.

In obsidione Aureliæ Franciscus dux Guyfius præfectus exercitus Regij incredibili luctu piorum omnium à Poltroto proditorie perimitur.

Paulo post è custodia liberantur capti Caluinistarum proceres, pax agitur non diu duratura. Lugdunenses se regi dedunt, & Catholica religio apud illos restituitur.

Tum, inito foedere cum fautoribus nouæ religionis, promulgatur edictum pacificationis.

Mense Decembri finis optatus impositus est Synodo Tridentinæ.

Presburgi in Vngariæ in regem coronatus est Maximilianus Romanorum & Boemiæ rex.

1564. Rex Daniæ & Lubecenses bellum, quod superiori anno in Regem Suediæ susceperant, continuant. Litvani Moscos ad Vbium oppidum profligant, & è sua prouincia eijciunt.

Hispanica classis Mauritaniam littoralem infestat è regione Beticæ.

Ferdinandus Imp. Cal. Aug. moritur, & Maximilianum 2. filium Imperij successorem relinquit.

Hoc anno Turcarum arx munitissima. *Peuol di Velez* appellata ad Africæ oram sita capitur à Garfia Tolerano pro Rege Catholico 6. die Sept.

Melita siue Malta insula à Turcis oppugnari coepta est an. 1565. 15. Cal. Iuni. In obsidione ceciderunt ex 500. equitibus Rhodijs siue Ioannitis 313. alijs ferè omnibus

Anni christi.

1560

Anni mundi.

5948

1566

5954

valdè

Anni christi.

1566

1572

Anni mundi.

5954

5961

233.

I PIVS 5. Alexandri-
nus an. 6.
mens. 3. di 16.

Vacat dies 12.

Patriarcha.

Constantinopoli Metrophane.

Principibus.

Tamma Persarum.

Solimano Turcor. Imp.
an. 8.

valdè vulneratis: Turci audito aduentu Garfiæ Proregis Siciliae soluunt obsidionem 7. Non. Septemb. post 3. mens. & 17. diem, quam descenderant in insulam, relictis illic suorum cadaveribus 23000.

In Liguria haud procul à Nicæa aliquot vici repentino terræ hiatu absorpti sunt. *Idem.*

Maximilianus Cæsar contra Turcas & alios quosdam Duce Lazaro Schuendio res in Hungaria gerit. *Idem.*

Adrianus Turnebus in Græcis præceptor meus, professor regius natus an. 53. obiit Lutetiæ pridie Idus Iunij. Catholicus, etiam hæretici contrarium spargere conati sunt.

I V I R sanctus, eo nomine etiam hereticis venerabilis & Turcis formidabilis, aduersum quos foedere sacro colligauit Hispanos, Venetos, Italiæ proceres, equites Melitenses, cæteris Christianis Principibus ad hoc foedus inuitatis, etiam Moschis & Presbytero Ioanne, item ex Profanis Sophi Persa. Quod cessit foelicissime in Lepantina pugna. de qua mox.

Pontifex longiore sessione dignissimus ad corruptelas nostrorum temporum profligandas, Pontificios redditus omnes vsu belli sacri 1. Turcici & Hæretici, cæterorumque piorum operum contulit. Maiores mensæ & camerae suæ sumptus quadraginta duntaxat assibus faciens, quam in Cardinalatu.

Diuinitus electus, præter omnium expectationem. Cum priuatim singuli reiecturi viderentur, communiter vniuersi pontificem nihil tale cogitantem declarauerunt 7. Idus Ianuarij 1566. & coronatus 16. Calend. Februa. *Omphrius.*

Noluit missilia dare (vt mos erat) ne compressione turbæ, aliqui suffocarentur, sed maiorem pecuniæ summam diuisit in monasteria, loca pia, & vrbanos pauperes.

Ex opulione Bononia oriundo Dominicanus, inde Cardinalis, demum summus Pontifex: cui illud Psalmi 77 competit. De post ferantes accepit eum, vt pasceret Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam.

Miræ sanctitatis, & Concilij Tridentini rigidus obseruator tres Cardinales præposuit cognoscendis causis quibus Episcopi Romæ detinentur, vt si idoneæ non sint, ad suas dioceses extrudantur. Concubinatum omnem perpetuis carceribus aut exilio multauit, etiam renuentibus Romanis ciuibus, nec sinit suos consanguineos bonis Ecclesiasticis ditari: Numerum domesticæ familiæ valdè imminuit, vt plus in rem Ecclesiæ posset insumere: multas à reis nõ coegit: Multos abusus sustulit: Leges seueras tulit contra simoniacos & blasphemos: Statuit resignationes beneficiorum simplices non admittere nisi habita prius diligenti examinatione, num qui designantur essent idonei: Cum autem aliquis ad ipsum retulisset id esse Curiam destruere, Minus malum est, inquit, destruere Curiam, quam cultum Dei negligere, & Christianam Rempub. turpiter prodere. Vetuit edicto Iudæos Christianum quemquam ad opus conducere. Vide epistolas aliquot nuper editas, de cæteris eius gestis.

An. 1569. renouat decretum siue Bullam Pij 4. contra Fiduciarios, quos Custodinos vulgus appellat. Simoniacos eos pronunciat, sedi Apostolicæ absolutione referuat, cæteris adimit, ac tam eum qui custodit, quam illū, cui custoditur, restitutioni alligat, vt sic pro Sacerdotio

(verbi

(verbi causa) 100. aureorum ducenti restituantur. Hoc Simonia genere apud nos plena sunt omnia, magna conscientiarum socordia & pernicie.

Regnum Angliæ proscriptis, prædæque exposuit, cuius fulminis vim pij quotidie deprecantur.

Hanc sententiam declaratoriam ann. sequenti 1570. in ipso Corporis Domini festo Ioannes Feltonus nobilis Londini ad fores Episcopi iuxta summum templum publicè affixit, qui postea damnatus & in cratem iniectus suspensus est, deinde fune præcisso viuis adhuc multa tormenta alia subiit. *Sanderus libro septimo, de visib. Monarch.*

Tridentinum Concil. seruandum curauit, quantum in ipso fuit, è cuius præscripto Breuiaria, Sacerdotalia siue Missalia, & preces horarias recensuit, Catechismum emisit, &c.

Dæmoniacas multas suis precibus in publicis supplicationibus liberauit.

Graui Calculi morbo pressus solebat exclamare, Adauge Domine dolorem, sed da patientiam.

Ordines, Monachorum multos reformauit, & certis regulis astrinxit.

Aureum numerum in Calendario restaurauit.

Cardinalatum recusanti, & cum lachrymis deprecanti Hieronymo Sucherio Aruerno Abbati Clareuallensi simul ac Cisterciensi obrutus. Ei autem in morte nominanti ad Abbatiam quidem Cisterciensem Nicolaum Bucheratum, ad Clareuallensem autem Lupinum Myreum religiosos eiusdem ordinis, magnis virtutibus instructos, assensit, ne illæ profanis more Gallico prostituerentur, & hos bolos è principum coruorumque aulicorum frustra renitentium faucibus fortiter eripuit.

1570. Cosmam Mediceum magnum Ducem Hetruriae creauit, cum antea Dux Florentiæ tantum appellaretur.

Adamas Claudij frater, Æthiopum Rex, olim fidem Christianam eiurarat, crudelis & sæuus erga sedem Apostolicam contra motem maiorum initio Imperij malè affectus, hodiè melius. *in Epistolis Iesuitarum.*

1566. Ioan. Albinus nobili Valzergorum & Seresiorum familia ortus, Tholosanus Ecclesiastes & Archidiaconus, fidei defensor, & voce & libris clarus, toti Aquitaniæ charus, obiit 13. Calend. Sept. sub horam noctis decimam, natus ferè 38.

Eodem Despina & Roserius ministri conferentes Lutetiae de Religione cum Simone Vigoreo & Claudio Sanctio Parisiensibus Theologis, posteaque Episcopis Narbonæ & Ebroici, turpiter victi ac triumphati causam præbuerunt, vt in proxima Synodo Calvinista decernerent, nullas deinceps eum Catholicis collationes esse habendas, ne ob frigida & manca suorum deputatorum responsa, plurimum sui Euangelij incrementis decederet. *Launæus lib. 2. Apologia cap. 12. qui Synodo interfuit, nondum eiurato Calvinistarum ministerio.*

Hac Theologorum collatione percussus Roserius, nec deinceps animo quietus, ann. 1572. Catholicus factus est, & pro Catholica fide libellum Calvinistis extiosum vulgauit. Sequenti autem propter minas insidiarum in Germaniam euadens, Lutheranismum professus est, vt paulò post nec Catholicus, nec Calvinista moreretur. *Ibid.*

Elias, Eliæ Leuitæ, qui Methurgheman, Tisbi, Bahur,

Zicronoth

Anni
Christi

1566.

*Maximiliano 2. Occid. siue
Rom. Imp.*

*Carolo 9. Maximiliano
Franc. Reg.*

*Claudio Æthiopiæ, deinde
Adamafto.*

Philippo 2. Hispaniæ.

Elizabetha Angliæ.

*Sigismundo 2. cog. Augusto
Poloniæ.*

Sebastiano Portugalliæ.

Maria Scotiæ.

1572.

Anni
mundi.

5654

5661.

Anni
mundi

Zicronoth, Masforeth, & multa alia scripsit, filius. Romanæ synagogæ Iudæorum præpositus, cum tota sua familia sit Christianus, & à PP. baptizatur prid. Idus Iunii 1566. Eodem an. eius exemplo Iudæi plus 300. fidem Christianam suscipiunt.

Carolus Molinæus Iurifconsultus obiit mense Decembri. Statuerat multa contra Calvinistas scribere nter quos diu vixerat, et si perpetuò cum eis altercans æquè ac cum Catholicis, sed magno eorum commodo morte est præuentus.

Belgium commouetur, in multis locis sacris imaginibus deiectis.

Franciscus Sonnius Episcopus Boscoducensis, Vuilelmus Lindanus Ruremundensis, Cornelius Iansenius Gandauensis, Cunerus Leuoardensis, vt primi suarum Dioceson in episcopatus nouos erectarum præfules, ita & probi iuxta ac docti.

Ioannes Hesselius Louaniensis, Iudocus Rauesten Tiletanus, Sixtus Senensis doctores Theologi.

1567. Cambresij quidam Ioannes Carmelita apostata mutato nomine se Philippum vocat. Captus pernegat se eum esse, etiamsi multi & mater ipsa certis indicis id ostenderent, & ad resipiscentiam hortarentur. Cum suspensus fuisset, sparso rumore hæretici excitatum dixerunt, ac in Francia concionari. Eius ergo cadaver perquisitum, denuò est suspensum.

Ad reliquias S. Liuii Gandau absconditas clauda mulier sanata est, & alia facta miracula, quæ in publica acta relata sunt.

Flaccus Illyricus renouat Manichæos furores de causa & essentia peccati.

1570. Vincti in Surria Comitatu Angliæ, è Calvinistola oriuntur, qui docent peccare neminem, nisi qui veritatem ab ipsis prædicatam non recipit, &c. *Sanderus lib. 7. de visibili Monarchia.*

Eodem Ioannes Kohita, minister legatorum Sigismundi Regis Poloniæ, à Ioanne Basilio magno Moscorum Cæsare siue Imperatore, de religione Lutherana auditus, cum ignominia & conuitiis non Christiani, Canis, Onagri, Antichristi, &c. reiectus est, ac voce scriptoque principis refutatus, præsertim in capitibus de Patribus siue Doctoribus Ecclesiæ, de miraculis, de statu defunctorum, de bonis operibus, de Sanctorum, potissimum de Virginis veneratione, de Traditionibus, de Ieiuniis, de Liturgia siue Missa, de Imaginibus, de castitate, votis & Monachis. *Ioan. Lasicius hæreticus libr. de Theologia Mosconica, Spira anno 1582. quo Ministrum sedè prostratum erigere conatur: sed iuxta prouerbiū, Pinguis venter tenuis sensus non gignit.*

Ex eo tempore Moscus sæuior fuit Polonis, tanquam hæreticorum fautoribus, & eos magnis præliis fudit. *Ibid.*

1569. David Chytræus Lutheranus Orationem in Academia vrbs Rosarum habuit de statu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Africa, Vngaria, Boëmia, Æthiopia, &c. qua docet per totum orbem terrarum non modò esse Christianos, sed nec differre quantum ad substantiam doctrinæ, & Liturgiarum siue Missarum solennia à Pontificiis (sic nos appellat) sed tantum in exigui momenti ritibus. Vbi & dolet Christianos, illic vbi-

que

Anni
Christi

1566

CONCIL. Mediolanense & alia passim prouincialia pro executione Concilij Tridentini.

5654

que occupari in Missificationibus. Sic enim loquitur. Ita Satanus per suos administratos testimonium interdum perhibet veritati, docetque Pontificiam, quam appellant, fidem esse verè Catholicam. i. vbiq; receptam & agnitã. Orationem illam tandem edidit an. 1580. Francofurti apud Andream Vvechelum.

Ioannes Storeus Anglus Londini illustri martyrio ad superos migravit. Nam Christum consenti præcidunt genitalia, aperitur venter, viscera eruuntur, caput amputatur, membra dissecantur. *Sanderus in fine lib. 7. de visib. Monar.*

Quarto Octobris Claudius Spencæus Theologus Polygraphus obiit, post S. communionem, petito & sumpto extremæ vñtionis sacramento: suæ instructissimæ Bibliothecæ herede relicto Cardinali Lotharingo & septimo Sorbonicis doctoribus, legatione Franciscanis & Dominicanis facta ducentarum libellarum, Carmelitis & Augustinianis centum, Sorbonæ ducentarum, Nauarricis doctoribus quingentarum, Paræchiæ S. Cosmæ centum quinquaginta, in qua se sepeliri iussit conuocatis omnium collegiorum & Ecclesiarum ordinibus, accensis innumeris cereis, funere ornatissimo: Præter Apologiam & alia opera impressa relicta scriptis posthumis, quibus se ab hæreticorum furij alienissimum ostendit.

An. 1572. Angliæ regina excommunicatur & proscribitur à Pont. à quo an. 1569. hæretica fuerat denunciata, vt inde omni dominio & potestate in Catholicos excideret, ipsiq; ideo in illam, velut Ethnicã & publicanam se posse insurgere, nec illius legibus & mandatis deinceps teneri intelligerent.

Tumultus Flandrici Caluinistarum, qui ex hoc tempore Gueusiorum, hoc est, balatronum nomen retinuerunt contra Philippi Regis Hispaniæ edicta, post vnum ferè annum quàm excitati fuerant, coërcentur, receptis ciuitatibus, quæ defecerant, à Regijs magistratibus: Seditiosi egregiè puniuntur, Philippi Regis Hispaniæ aduentu in Flandriam nunciato. In his turbis egregiam suo Regi nauarunt operam Norcamius Hannoniæ præfectus, Rassegemius quarundam etiam ciuitatum præf. Comes Meganus in Geldria.

Tumultus Scotici, quibus vt tutius occurreret Maria regina, nubit Darleio nobilissimo iuueni ex veteri Anglorum Scotorumque regum stirpe.

In his Caluinistæ noui regis animum clam regina tentarunt, atque ad ignoscendum ipsis omnia pellexerunt.

Reuocati ab exilio in oculis ipsius ac reginæ Dauidem Secretarium interficiunt, in animo habètes, reginam grauidam, si quid effudisset, simul cum spe partus tollere, adulterij crimine in illam confecto, & Catholicos omnes interficere, vel saltem regno pellere, Missam abolere, Caluinismum stabilire.

Regina simulans se ad illorum omnia cõnuere: se Regemque eduxit media nocte, illorumque manus effugit, deinde collectis amicis & fidis, perduelles in Angliã, vnde prima mali labes, fugauit, aliquot etiam supplicio affectis. *In literis Louani excusis an. 1566.*

Paucis mensibus interiectis nempe die 19. Iunij, an. 1565. peperit masculum, cui vel hoc vno pessimè consultum, quod ipsi Georgius quidam Buchananus Minorita excucullatus Bacchicus histrio & Artheus poeta pro

præceptore.

Anni
christi.
1566

Anni
mundi.
5654

1572

5661.

præceptore tributus sit.

Iacobus nothus reginæ frater spe regnandi curat, vt rex, qui exacto conuiuio dormitum abierat, inter confederatorum manus suffocaretur, siue è fenestra elapsus, siue cum ædibus puluere tormentario in aëra sublatus.

Reginam, quod huic conuiuio non interfuisset, proptereaq; coniurationem frustrata esset, auctorem huius cædis mox spargunt, prætextu cuiusdam Zelotypiæ, ac nubere è vestigio cuidam Boduuelo cogunt, vt his nouis & acceleratis nuptijs, nonnulla etiam apud Catholicos fieret suspitio & adulterij & parricidij. Quæ vbi se collegisset, vltimate strategemate euasit in Angliam, vbi calumnijs obruta contra ius Gentium, paris dominium perpetitur.

Sic Iacobus Nothus regni administrationem occupat, & specie pacis & cõcordiæ data fide initoque colloquio, nobiles & reginæ amici omnes sunt comprehesi, & in custodiam arctissimam traditi. Luit ille pœnas, nam an. 1570. post à suæ sectæ aliquo glande ærea confusus est, idq; priuati tantum odij ac inimicitie causa. Atque hæc sunt in Scotia noui Euangelij cõstituendi initia & successus, à seditione, conspiratione, Principum cæde, profugatione, calunia.

Elizabetha Londini disputationem indixit, sed Catholici antistites partim circumstantium vndique protestantium fremitu, partim nobilium quorundam auctoritate interrupti ac perturbati quietè audiri non potuerunt, nec inchoatam orationem absoluerunt.

Cum autem hæretici victi triumphatique conticuisset, sine pudore tamen libellum diuulgant, in quo singula longè aliter eserebant, tanquam ipsi superiores euasissent.

Ecclesiam illic afflictam recreant è Belgio scriptis Anglicis & Latinis Angli exules Thomas Hordingus, Nicolaus Sanderus, Thomas Heskynus, Guil. Allenus, Thomas Stapletonus, Copus, Theologiæ Doctores, Thomas Dormannus, Ioannes Martialis, & alij, quibus impij flammis duntaxat publicè illorum libris decretis occurrunt.

An. 1567. Traiectenses ad Mosam atque Mafecam facris imaginibus & Episcopo suo Leondienti bellum indicunt.

HVMANA.

1566. Solymanus venit in Vngariam. Ante expugnationem Sigeti in castris moritur, cum prius Nicolai Serinensis Comitis caput, qui oppidum strenuè defendisset, perfidè amputasset.

Selymus Turcicum Imperium suscipit duodecimus ab Ottomano, vsque ad an. 1574. solus è filijs Solymani. Nam ritu patrio cæteri cæsi & iugulati à patre fuerant.

Septimo Ianuarij Frisia pacatur à Comite Arembergio. Tornacum etiam mox occupatum est à Norcarmio, & Episcopus cum Clero pulsus, restitutus.

In fine Feb. Valencenæ iam ferè expugnata à Norcarmio, sine vlla conditione se permittunt Regis voluntati.

Septimo April. Gubernatrix Ducissa de Parma conditiones quasdam Antuerpiensibus præscripsit. Quibus acceptis res ibi melius habere cœperunt. 18. Iulij Bruxellas est reuersa, Comite Mansfeldio Antuerpiæ relicto cum præsidio.

Mense Augusto Belgium venit Dux Albanus corpore senex, animo iuuenis, cum electa militum Hispanorum manu, in locum Ducissæ Parmensis, quæ annis plus septem pacificè illud gubernarat.

Comes ab Helfenstein Vtricus ad Catholicam fidem redijt, abactis è sua ditone hæreticis. Sic Gablerus medicus,

Anni
christi.
1566

Anni
mundi.
5654

1572

5661.

qui Paulo Vergerio adfuerat intereunti, apud quem mira viderat.

In Gallia noui tumultus, accito etiam è Germania peregrino milite: Comes Aremburgius eò venit cum auxiliariis copijs. Nam an. 1567. ciuile bellum secundum.

In conflictu Dionysiano Montmorantius Comes Stabilis nouissimus cæditur, & paulò post interit. Admiralius & reliqui fuga euadunt. Deinde collectis reliquijs Carnutum obsident, ne victi viderentur, & vt secundam pacem consequerentur.

Anno igitur sequenti confecta pax sed non diu duratura. Nam mox tertium bellum exardebit.

1568. Gulielmus Auracæ princeps duxit exercitum in Brabantiam irrito conatu.

Mox Albæ dux capit perduelles multos, Securi percussit Comites Egmondanum & Hornensem, aliòsque complures fœderatorum principes. Granatense regnum mouet defectionem, contra Philippum R. sed frustra.

Comes Aremburgius è Gallia reuersus in Frisiam contra Gueusios mittitur, vbi *procumbens cõtra Ecclesie patriæque rebelles, non potuit letho nobiliore mori.*

Eum secutus dux Albanus ad primum conflictum occidit 1500. non longè à Gruninga, Ad secundum 7000. partim ferro, partim submersione. Ludouicus Auracæ principis frater nando se seruauit. Capta sunt signa 13. è 25. tormenta bellica 16. commeatus omnis generis, prædaque maxima. E regio milite desiderati sunt tantum sex aut septem.

Ad tertium in fine Septembris 8000. vt proinde Auracæ excesserit ditionum Belgij limites in fine Nouemb. nulla re memorabili gesta, nisi quòd in Ecclesijs sit grassatus, multo plus damni Imperij vrbibus inferens, quam Catholici regis sui ditionibus.

Albanus Bruxellas reuertitur, ac pacem toti Belgio restituit.

Turcæ in Asia bellum gerunt contra Saracenos & prouincias, quæ defecerant. Perdunt Mecham ad mare rubrum.

1569. Ioan. Basilus Moscorum Cæsar captos in Isborg arce Liouonica 300. Nobiles Polonos, orsus ipse cædem in suo conspectu contrucidari iussit. Præsertim quòd Poloniam audiisset in suo gremio fouere Lutheranos. *Lascius hareticus lib. de Theol. Mosconica.*

1570. aduersus Venetos in Cypro pugnant, & eam capiunt, nullo feritatis genere prætermisso. 1572. infeliciter res gerunt contra Moscos ad Tranaim.

Tertium bellum ciuile in Francia in duos annos. In Iarnacensi cõflictu an. 1569. princeps Condæus interfectus est. Bipontinus Comes non ita diu post mortuus est.

Hinc Montcoturiana pugna, in qua magna parta victoria, Caluinistarum partes plurimum sunt comminutæ, Admiraglio de more fugiente in Vasconiam.

A Philippo rege mittitur in Galliæ regis subsidium Comes Mansfeldius cum magno Burgundiorum auxilio, qui in mensis Octobris prælio vulneratus est.

Regina Scotiæ è manu perduellium euadit in Angliã, vbi perfidè capitur, & contra iura hospitij detinetur in hunc vsque diem.

An. 1570. Tertium pacificationis edictum in Francia. Eodem Anna Maximiliani Imp. filia Philippo regi Cathol. nubit, quæ in fine anni sequentis 1571. ei hæredem masculum peperit. Altera autem Elizabetha nomine, Ca-

Anni christi.

1566

1572

rolo

Anni mundi.

5654

5661

Anni christi.

1566

1572

Anni mundi.

5654

5661

rolo nono Francorum.

Ægidius Burdinus Regius Procurator, Catholica virtute & literis præstans 21. Ianuarij ad Deum migrat.

1571. Die Epiphaniæ Franc. à S. Andrea supremi senatus præses ætatis octogesimum primum agens, post diuinas humanasque leges purè obseruatas ad Christum migravit, filios, non modo suarum opum & bonorum, verum etiam pietatis, virtutis, doctrinæ hæredes de re literaria bene meritos relinquens.

1571. Cyprus à Turca Venetis eripitur, Duce Mustapha, qui Astorem Baleonum & M. Bragadenum vnà cum trecentis Christianis Famagustæ, siue Salaminæ superstites, contra fidem datam crudeliter necauit. Quam perfidiam Deus ultus est. Nam octo annis post, iram Admiralis Selymi successoris metuens, sumpto veneno de se statuit, natus plus minus an. 80.

Hic est ille Mustapha, qui Baiazerthem Solymani f. viuo patre contra fratrem Selymum insurgentem vita exiit, Ægypti & Syriæ motus composuit, Arabes rebellantes domuit.

In Italia. terræmotus immanes, maxime in vbe Ferraria, quæ vastas exijs ruinas perpetitur. Maris & Fluviorum magnæ inundationes! præsertim in Frisia, contra in Anglia littora maris intro cedebant, vt homines possent ad aliquot passuum millia intra maris ambitum pedibus incedere.

Franciscus Balduinus Iurisconsultus obit, qui è veneno Caluini tandem conualescens, sui doctoris & ministri pudenda detexit.

1571. in Anglia mons sat procul à mari diffusus motus est suo loco, eueris radicitus arboribus, &c.

Septimo die Octobris tribus aut 4. horis pugnatum est à Turcis & Christianis, sed victoria inclinavit ad Christianos, Ioanne Austriaco Caroli 5. notho belli socialis contra Turcas duce in Sinu Lepantino. Triremes Turcarum captæ 180. combustæ 25. submersæ 15. Magnus Bassa gener Imperatoris Turcarum interfectus. 25. millia Turcarum occisa, multa capta, è quibus nobiliores, si tamen illic sit nobilitas, vbi cuncta sunt seruilia, ad Pont. tracti & in castrum S. Angeli inclusi, 20. millia Christianorum recuperata. Ex nostris triremes admodum pauca desiderata sunt, sed viri plures quam fortissimè pugnantes occubuerunt, quorum pietas in meliorem vitam transijt.

Ochiali Amyralis Turcicus, natione Calaber, qui tunc Algeriæ Profultanus erat, fuga tempestiue siue consuluit, cum 40. trirēmibus, cum segnius eum Andreas Auria insequeretur. Vnde breui classem reparauit, & postero anno Nostrorum conatus in Peloponeso retardauit: & tertio post pugnam anno cum Sinam Bassa Guletam expugnauit.

Iste est Ochiali, qui olim veniens in Turcarum potestatem, primum ad remos damnatus fuerat: verum abnegans fidem Christianam, Mahumeti se dedit, indeque ad tantos honores ascendit.

Diplomatæ à Rege obtento Lutetiæ aperitur Academia Musicorum, quorum Musica constabat vocibus, fidibus, & fistulis. Quæ quamuis auribus grata esset, tamen quia neque erat Diatonica, neque Enharmonica, neque Chromatica, vt pote noua, è tribus confusa, denique in eadem cautione plurimum modorum siue tonorum mutationibus adstricta, auditis Dudraco & cæteris Senatori-

bus Regijs ad eius examen destinatis, à Senatu regij diplomatis approbationem consequi non potuit, sic que tãdem exoleuit.

Columnæ suæ classis præfecto magnificentissimum triumphum Pontifex decernit, virtutis ergò, ad veterum speciem, vt sic in Capitolium veheretur.

Menſibus circiter 18. post casum Iacobum Nothum, in Scotia interfectus quoque est pari ferè modo Comes Lineuxensis, qui secundus Prorex, etiam cum præsidio, ex Anglia eo missus fuerat. Dehinc varijs multisque cãdibus inter se Scoti ad hunc vsque diem sæuiūt, nec vllus adhuc tantorum malorum exitus videtur.

Fernandus Princeps Philippo 2. Hisp. regi ex Anna Austriaca nascitur. Madriti die 4. Decembris.

Eodem anno Criminensis Tartarus, Turcæ tributarius, cuius regnum cingit Imperium Moscouiticum à Meridie, expeditionem in Moscum suscipit, qua vrbs Mosca deletur incendio. Se ei coniunxerant Tartari Nagaj, è quibus Tamerlanes originem duxit, Moscis Orientales, & à Mosca 500. miliaribus Germanicis distantes, Mosco infensi, quamuis supero ribus annis in Liuonia pro eo stetit & grassati essent.

EXIMIVS Iurifconsultus, ad vestigia sanctissimi sui præfessoris se composuit. Vir tanto Pontificatu dignus. Faxit Deus, vt diu sedeat & se nõ ad opes, sed ad opus euectum perpetuò meminerit. Ipsius cura & cõstantia pastoralis Ecclesiæ vbique hodie indiget.

Simonem Vigorem & Ioan. de Prouetis Theologos Paris. renitentibus Aulicis ad Narbonensem Archiepiscopatũ & Præmonstratensem abbatiam solo virtutis & doctrinæ nomine euexit. Suspectos à Sacerdotijs quouis prætextu excludit. Fidem Catholicã vbique restituere conatur.

Varia doctrinarum collegia ad subleuandam inopum eiectarumque nationum ærumnas instituit, ac magnis vctigalibus instruit. Hinc Romæ collegium Græcorum, Armeniorum, Afrorum, Iudæorum, Neophytorum Germanorum, Anglorum, Scotorum, &c.

Nuper etiam adiecit seminarium Hebræorum, vt idonei quiq; in bonis literis, maximè Hebræis, Chaldeis & peregrinis erudiatur. Inter hos sæpè Turci & Mauri baptizantur.

Rhemis item Anglorum seminarium, Lorettæ Slauro-rum, Pontimofellæ in Lotharingia Scotorum erexit.

Menſes diésque præcurrentes retraxit, ac labantem festorum dierum rationem correxit, iuxta veterem Nicenæ Synodi, Alexandrinumque rationem, demptis è mense Octobri anni 1582. diebus decem, deinceps æquinoctio Verno ad 21. Martij affixo, quod in decimum retrocesserat, & Epactis ad nouilunia designanda in Aurei numeri locum substitutis.

Ius Pontificium recognouit. Sacra Biblia Latina ad pristinam integritatem redegit.

Linguas fouit. Quare eius iussu & sumptibus elegantes characteres Hebraicos, Syriacos, Arabicos, Armenios an. 1579. & 1580. Græjon Parisiensis Romã euocatus fabricauit.

Post mortem Metrophanis, hodie in Patriarchatu Constantinopolitano sedet Ieremias ab an. 1572. quo & cœpit sessio nostri Gregorij, vt in Antiocheno Ignatius, Hierosolymitano Germanus, Alexãd. Syluester. Est autè Ieremias inter Cõstãtinopolitanos ceterisimus quadragesimus secundus.

Plures quidem constituunt, qui originem sedis Constantinopolitanæ repetunt, non à tempore Constantini, sed ab Andraa Apostolo. Nam ab eo vsque ad Alexan-

drum,

Anni christi.

Anni mundi.

1572 **M** **GREGORIVS** 13. 5661

Bononiensis an. 13.

menſ. 1. dies. 3.

1585 **Vacat dies** 12. 5674

Patriarcha.

Constantinopoli Metrophane, deinde Ieremia.

Principibus.

Selimo Turcorum Imp. deinde Amurathe 3.

Tamma Persarum, mox Ismaële 2. an. 2. denique Mahomete Habubendo.

Maximiliano 2. Occidentis sue Romanorum Imp. deinde Rodolpho 2.

Carolo 9. Francorum rege, deinde Henrico 3. qui & Polonorum.

Anni christi.

Anni mundi.

1572

5661

Philippo Hispania.

Elizabetha Anglia.

Sebastiano Portugallia, deinde Hærico Infanti Cardinali, denique Philippo, qui & Hispania.

Maria Scotia.

Stephano principe Polonia.

1581

5670

CONCIL. Rhotomagensi Carolo Borbonio Cardinali præside, præcipuo aetore & altero Erra Claudio Sanctio. episc. Ebroicensi.

drum, quem propriè primum Patriarcham cum veteribus institutum, nominant 23. nempe Andraam, Stachim, Onesium, Polycarpum, Plutarchum, Sedicionem, Diogenem, Eleutherium, Felicem, Polycarpum 2. Athenodorum, qui Ecclesiam in Elea extruxit, Euxoium an. 16. Laurentium an. 16. Alypium 13. Pertinacem virum Consularem Romanum 19. Olympium 11. Marcum 13. Chorucum 16. Castinum, qui extruxit Ecclesiam sanctæ Euphemie 7. Titum 35. Domitium fratrem Probi Imp. 24. Probum filium huius Domitij 12. Metrophanem filium Probi superioris, qui primus dicitur vocatus Episcopus Constantinopolitanus, quod eius tempore Constantinus ibi cœperit habitare. Sed hi Patriarchatus titulum & iurisdictionem non sunt consecuti.

Ieremie autem, qui hodie Constantinopoli sedet, an. 1575. Tubingenses Ministri (scorsum Iacobus quidam: puto esse Iacobum Andraam Smidelinum: & Martinus Cluffius) 1575. Vvittembergenses, 1577. Rostochiani Augustanam Confessionem obtulerunt, iudicium de ea sciscitantes, & vt in communionem Ecclesiarum eius reciperentur petentes. In Epistolis Chytrai Lutherani editis an. 1580. apud Vvechelum, Francofurti.

Quos non modò non recepit, sed etiam scripto triplici summa illius Confessionis capita refutauit. Hinc illa censura Orientalis Ecclesiæ, quam Stanislaus Socolouius Cracouie vertit, & emisit an. 1581. Hinc & acta atque scripta Theologorum Vvittembergensium, & Patriarchæ Constant. quæ vtrique ab an. 1576. vsque ad 1581. de Augustana Confessione inter se miserunt Græcè & Latine Vvittembergæ 1584. Vos misistis ad Ioannem, ille testimonium perhibuit veritati. Nam illic nostra omnia, quæ in controuersiam vocatis confirmat: septem sacramenta esse docet, Missam esse sacrificium, &c. Quibus responsis de conspiratione cum Romano pontifice suspectus (istorum prodicione) apud Turcam redditus in carcerem, indeque in exilium trusus, Macharium quendam in sedem suam substitutum hodie cernit.

Quia capta Constantinopoli siue an. 1452. pro Patriarchis Græcis Latinos Cardinales nominant Bessarionem an. 20. Petrum an. 2. Hieronymum Landum an. 11. Ioannem Michaëlem an. 18. Marcum Cornelium an. 21. Egidium Viterbiensem an. 6. Franciscum Pisaurum an. 14. m. 3. Marinum Grimatum an. 1. m. 7. Ranusium Farnesium an. 4. Fabium Columnam an. 4. Rapusium iterum an. 12. Scipionem denique Rebibam, titulo tenus id faciunt, nec Canoniam successionem, minus ministerium sequuntur.

1572. Ioan. Maldonatus Iesuita Capellum, Helinum, Loqueũ, & 20. alios Ministros Caluinistas Sedani primum differendo, deinde declamitando prostrauit. Nam in declamationes disputationem transmendam censuerant, quod eius vim syllogisticam non possent depellere. *Launeus, qui tum Minister aderat, lib. 2. Apolog. cap. 12.*

Magloriani Monachi è vico D. Dionysij in suburbana D. Iacobi translati sunt, vbi olim valetudinarium D. Iacobi de alto passu, vt in eorum monasterium filia Pœnitentes intromitterentur.

Hieronymus Burgenſis Catalaunensis Episcopus & Comes de pietate & literis benè meritis mense Decembris è vita discedit.

1576. Mattheus Launeus & Henricus Penneterius Ministri Caluinismũ euerunt, ac eius flagitia suis scriptis detegunt, quæ nondum Beza & reliqui Ministelli diluere potuerunt.

1580. Chytræus Lutheranus Orationem vulgat de statu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Africa, Æthiopia, Armenia, &c. Francofurti. Illic autem docet apud omnes eas gentes cuncta esse Missarum plena, sacramenta septem dispensari, Ecclesiam per Hierarchiam à Patriarchis in Archiepiscopos, Episcopos, &c. descendentem administrari, Sanctis inuocationes, honores, imagines, saltem pictas, adhiberi, tria loca morientium discerni, vt tertius media conditione inter beatos & damnatos collocetur, applicari sacrificium Missæ pro viuis & mortuis, honorarium pro Missis dari, pro Basilij quidem Missa duos aureos, Chrysofomi verò paucos denarios. Maritos sacrificio fungi, sed Monogamos duntaxat. Coniugium, intra septimum consanguinitatis & affinitatis gradum, & in secundo affinitatis genere intra quartum, in tertio intra secundum gradū interdicti. Constantinopoli 70. esse Christianorum templa, vigere & illic Senatū suū Collegium duodecim sacerdotum, cum quo Patriarcha communis sententijs per inferiorum graduum pastores res Ecclesiasticas gubernet.

Syros & Georgianos veterem Iberiam & Albaniam incolentes inter Colchos, Caucasum, mare Caspium, & Armeniam, in 18. Episcopatus distribui: Syros liturgiæ suæ auctorem D. Basilium laudare, Armenios à finibus Cappadociæ & Ciliæ vsque ad Iberiam, mare Caspium, Mediā, Assyriam, longissima terrarum spatia occupantes, religione & ritibus esse Pontificiis simillimos, habere Patriarcham, quem Catholicum nominent: in Missa inuocationis & intercessionis Sanctorum & oblationis Sacramenti præ cæteris expressius prolixiusque meminisse.

Passim etiam in Perside ac toto Oriente idem facere Christianos, vni Patriarchæ, quem Iacelichum appellant, obediētes. Maronitas ad montem Libanum Latinæ Ecclesiæ in cunctis esse conformes. Multò latius in Asia & Africa Iacobitas à Iacobo Syro, qui circa an. 550. pro Eutychis & monothelitarum doctrina pugnavit, propagari, & Missis operam dare, &c. *Hæc ille, pag. 7. 8. 11. 12. 13. 15. 18. 20. 21. Vbi ex ore hostium innotescit nostra esse Catholica, id est, ubique per totum orbem usurpari.*

1578. Ioan. Sturmus Argentorati conatur sectam introducere, quam Mediam viam appellat, & absque offensione Catholicorum & Protestantium. Vtroque enim modo eos vocat. Ad eam autem rem firmandam ex decem Circensibus singulis Imperij prouincijs septem eligendos censet ex illorum numero, qui eiusmodi scripserunt, quod vtrisque non displicet, vt 70. illorum virorum concilium concordiam constituat, receptis è Concilio Tridentino, quæ placēant, & hominibus placere possint, reiectis cæteris: adhibita etiam charitatis regula, directa, non ad seueritatem, sed ad mansuetudinem. *Ipsæ præf. in psalm. Conradi Heresbachij Iurisc. Basilea apud Petrum Pernam 1578.* De quo genere liberationis se scripsisse ait ad Cæsarem, in Sermonibus suis Turcicis. Vsquequò miseri claudicatis in duas partes? Vtinam esses calidus aut frigidus: sed quia es tepidus, &c.

Scribunt varia hoc tempore Iac. Billius Prunæus S. Michaëlis in Eremita Cœnobiarcha, Laurentius Surius Carthus. Martinus Cromerus, Iacobus Pamelius, Benedictus Arias, Martinus Isengrenius, Petr. Canisius, Franc. Turrianus Iesuitæ, Ioannes à S. Andræa, Ioannes Maumontius, Gentianus Heruetus.

Ex Anglis Sanderus, Hardingus, Fekmanus, Alanus,

Heskinus,

Anno
christi.

1572

*Rhemense præside L. Guisiano
Cardinali.*

*Burdegalense de eadem re, nempe
de se componendo ad Canones Tri-
dentini.*

1585

Anni
mundi.

5661

5674

Anno
christi.

1572

1583

Turonense de eodem.

1585

Anni
mundi.

5661

Heskinus, Stapletonus, Marfallus, Dormanus, Rostallus, & alij.

Stanislaus Hofius Polonus, Carolus Borromæus, Guil. Sirlerus Cardinales, Hieronym. à martyribus Bracarensis, Vuillelmus Lindanus Ruremundensis.

Iacobus Amiotus Altiiffiodorësis, Petrus Epinacus Lugdunensis, Petrus Villarius senior, Viennensis, Petrus Villarius iunior Mirapicensis, Guilielmus Rufæus Andegauenfis, Claudius Sanctius Ebroicensis, Arnaldus Pontacus Bazatensis, Aimarus Ennequinus Redonensis, Arnaldus Sorbinus Niuernensis Episcopi scriptis & pietate illustres.

Ioannes Baptista Ficlerus, qui ius ciuile Theologicum, siue Theologiam iuridicam condidit, è Iure ciuili docens fidem nostram Catholicam illam ipsam esse, quæ ante mille ducentos & eo amplius annos floruit, ac Iurisconsultos, si qui sint hæretici, contra suam artem, libros, leges, principia peccare.

Inter hæreticos solus ferè Theodorus Beza, ex obscuro & impuro poëta repentinus Theologiæ Geneuësis Minister, indèq; Caluini istius rabulæ & spurij successor, scribit, quanquam ab aliquot annis rariùs, siue quia ad eruditionis suæ fundum peruenit, siue quia delictis sudoribusque iuuentutis fractus est, nisi quòd ad poësim reuersus, interdum ea latrantem demulcet conscientiam, veteribus amoribus decantatis. Hinc profana illa Præfatio in Psal. 51. *Miserere.* & verificatoria Canticorum paraphrasis, contra quam aliam Iambicis versibus cõdidimus & commentarijs illustrauimus.

Ministri cæteri, qui hodie supersunt vel nascuntur, præ infantia nec scribere, nec intelligere solidi quicquam possunt. Ita breui infœlicem Caluinianæ bestia interitum expectamus. Nisi grauiissima nostra scelera Deus Mahometismo, quò Calvinismus inclinatur, vindicare velit. Quod ipse auertat, qui est benedictus in sæcula.

Ex quo Apocalypsim Mahometismi abominationes disertè pingentem, suorum factis congruenter suspectam faciunt. Nam Caluinus de libro Apocalypseos sententiam rogatus, ingenuè respondit se penitus ignorare, quid velit tam obscurus scriptor, qui, qualisque fuerit, nondum constet inter eruditos. *Bodinus de method. hist. cap. 7.* cum tamen esse de sacrarum literarum numero, ac scriptorem habere Ioann. Euangelistam, inter omnes eruditos Catholicos constet.

Patres societatis Iesu ad corroborandam & ampliandam vt par est, Romanæ sedis obedientiam, & vt Pontifici Gregorio, cui plurima debebant, gratificarentur, per suos egerunt, vt quidam reges & Principes Iaponiæ legatos suos ad S. Pontificem miserint. Huc pietas, & affectus optimus erga Rom. Pontif. permouit Franciscum Regem Bunge-rum, Protasium Regem Arimæū, & Bartholomeum Omur-cæ principem. Hi collatis consilijs decreuerunt, quatuor ex suis cum Patre Alexandro Valignano visitatore societatis Iesu Romā mittere. Qui paratis omnibus ad iter necessarijs 20. die Feb. anni 1582. è portu Nangaschæ enauigarunt, & post longam difficilemq; nauigationem, tandem Romam venerūt die 22. Martij anni 1585. tertio anno mense vno & duobus diebus postquam è Iaponia decesserant, Iterque viginti millium milliarium essent emensi. Excepti fuerunt Romæ cum summa lætitia, & in domo professionis societatis Iesu diuersati sunt.

Postridie S. Pontifex publicum conuētum Cardinalium indixit, consistoriumq; habuit, in quo legati cum ineffabili

apparatu excepti, atque ab omnibus dominis & principibus aulæ summis honoribus affecti sunt. Quicquid illis necessarium erat, abundè suppeditabat Pontifex, qui paulò post eorum aduentum 10. Aprilis mortuus est, postquam 83. annos & menses circiter tres vixisset, & Pontificatum annis 13. mense vnò & tribus diebus exceptis administrasset. Quo tempore diuersis vicibus 33. Cardinales creauit, inter quos Urbanum 7. Gregor. 14. & Innocentium 9. Pontifices Maxi. Sepultus est apud S. Petri in Vaticano, in Sacello S. Gregorio Nazianzeno à se magnificè exædificato, dotato, & ditato. Monumentum à suis consanguineis ei postea constructum & ornatum. Anton. Cicarella in vitis Pontif.

Hic Pontifex antea Hugo dictus, Bononiensis è Boncompagnonum nobili familia oriundus, patre Christophoro natus est anno Christi 1,02.7 Ianuarij, à Paulo 4. Episcopus Vestæ ordinatur, & reuersus à concilio Tridentino Romam à Pio 4. die 12. Martij, ann. 1565. Cardinalis tit. 5. Sixti creatur, & in Hispaniam ad regem catholicum legatus à latere mittitur. Tandem creatus est Pontifex 13. Maij an. 1572. Coronatus apud S. Petrum 25. eiusd.

Hic dum viueret optima fuit corporis dispositione, quam quia in cibo & potu parcus erat, vsque ad mortem integram conseruauit. In incessu strenuus erat & grauis, aspectu placidus, & maiestate plenus, animo mansuerus & benignus, in eleemosynis erogandis liberalis. In legibus eximie doctus, studijs aded assuetus, & cum voluptate deditus, vt etiam in extrema senectute studia non intermiserit. In publicis literis & signaturis promptè respondebat, occurrentia dubia prudenter soluebat, omnibusq; satisfaciebat. Idem Cicarella.

H V M A N A.

Sacrum foedus siue vinculum post mortem Pij Pontific. cuius studio & sumptibus fuerat conciliatum, à Venetis dissoluitur, dum clam sociis Victores à victo Turca magno ære & integra Cypri cessione pacem turpiter promercantur, pertæsi Dei hostes vincere, nisi interim per totius Mediterranei emporia suam quætuosam mercaturam exercerent, nec recordati illud Græcorum apud Pachymerem lib. 5. historiæ. *Cum Hostibus crucis geratur bellum, ubi & victoria laudabilis est, & vinci salutare, Item, Pax colenda, ubi Dei iacturam non facimus, rursus bellum gerendum, ubi religio periclitatur.*

1572. Nauarræ regina Lutetiæ moritur.

Genlisus & cæteri Galli prope Montenedum ab Albano cæduntur, nempe *Hæreticis certum est Flandrorum terra sepulchrum.*

Regis Nauarræ nuptiæ, quas excepit ob quædam in Catholicos Principes coniurationem dies Bartholomeanus, siue matutinæ Bartholomeanæ.

Postero die de aliis pœnæ sumptæ. Inter eos Petrus Ramus Veromandus, turbulentæ vitæ, & sui in Linguas, Artes, disciplinas, Theologiam denique ipsam furoris supplicium dedit.

1573. Rupella obsidetur. Item Sancerra, vbi horrenda fames obseffos nefandis cibis vti coëgit, quod promulgatæ pacis conditiones nolent admittere.

Quarta pacificatio, ob Henricum Regem Poloniae designatum.

1574. Montgomerius Comes, Lutetiæ securi percutitur.

Anni
Christi

1572

1585

Anni
mundi.

5661

5654

Henricus 3.

Anni
Christi.

1572

1585

Anni
mundi.

5661

5674

Hericus 3. è Polonia rex fit Gallia sexagesimus primus. Et Amurathes 3. Selymo patri post octo dies in Turcico Imperio succedens, à quinque fratrum impuberum strangulatione & cædibus eius administrationem auspicatur, ætatis 26. Mahometanæ impietati vehementer addictus fertur, iuris amans, Solymani aui imitator eximius.

Ad armorum sonitum & tormentorum fragorem contremiscere aiunt. Vnde bella contra morem maiorum per legatos gerit.

Matris vxorisq; imperio agitur, qua vnica dicitur contentus. Filium habet vnicum Mahometem, qui & liberos habere narratur, etsi vix sit pubertatem egressus, vti & iste Amurathes à Selymo vix pubere est genitus.

Vino contra Patris consuetudinem abstinet. Milites tamen, qui sub Patre consueuerunt, vt nunc abstineant, cogi nõ possunt, *Hæc Epist. Franc. de Billerberg, ad Davidè Chyran.*

Literas, Christianorum maximo dedecore, sic inscribit: Amurathes *Deus terra*, gubernator mundi vniuersi, nuntius Dei, sidus seruus magni Prophetæ Mahometi, &c.

Amidas Rex Tuneti victus à Turcis regno excidit, quod in prouinciam redactum est, expugnata demum Guleta, quæ Hispanico præsidio tenebatur.

Calendis Februarij Iacobus Carpentarius in Philosophia meus præceptor, professor & medicus regius, antiquæ Philosophiæ contra Ramum & alios Logodædalos assertor tabe trimestri, magno eruditorum desiderio ex hac vita decessit.

Vigesimo sexto die Decembris, die S. Stephani moritur Carolus Lotharingus Cardinalis summo Caluinistarum voto, siue quia sua auctoritate & consilio illorum conspirationes disturbabat, siue quoniam in conuentu. Possiaco Petrum Martyrem, Bezam, & decem alios Ministros luculenta oratione letaliter vicerat, & vniuerso Conuentui piaculares reddiderat.

1575. Quartum bellum ciuile Francicum inita Caluinistarum cum aliquot Catholicis societate. Vnde quintum Pacis edictum an. 1576. secutum est.

Eodem Abdemelec regnum Marochianum & Fessenfe armis Turcicis adiutus nepoti suo Mahometi Cheribo tripis, qui post aliquot prælia in Portugallia elapsus, magnarum calamitatum Christianis ipsum reducere conantibus auctor fuit.

Eodem Basileæ consulentibus Ministris, vt Turca contra Pontificem & reges accerferetur, Princeps Condæus restitit. Quin ne talia sibi deinceps proponerentur, sub pœna sanxit. *Lanmaus lib. 2. Apologia.*

1576. Torenis cum copiis, quas è Germania deducebat, profligatur à Duce Guysio, qui tamen, dum atdentius palantes & fugitios insequitur, in vultu vulneratur.

Rodolphus 2. Romanorum fit imperator.

Conuentus Blesensis, in quo reuocatur edictum pacificationis quo prætextu vrbes aliquot à Caluinistis interceptantur. In eo perorarunt pro primo ordine Petrus Epinacius Lugdunensis Archiepiscopus. celebri sui & totius Ecclesiæ stici nominis palma, pro secundo Nobilium, Claudius Bausfremontius Senescei Baro, vt genere, sic virtute doctrinæq; nobilissimus, pro tertio, Verforius Parisiensis Patronus.

Ifiodorum in Aruernia funditus à Francisco regis fratris & prorege deletur.

21. Septembris Hieronymus Cordanus clariss. medicus & mathematicus, Romæ moritur, & sepelitur.

Eraustus contra Paracelsum veteris medicinæ labefactorem

torem

orem, & nouæ conditorem scribit.

Hoc anno 1576. 19 Iunii erectum est collegium medicorum Lugdunensium, sine vilo tamen censu & reditu annuo. In Basilica vr̄bis prima statuta ipsius proposita sunt. Quæ deinde in Palatio præsidiali die 6. Iulij lecta & publicata. Tum ab Henrico 3. Franciæ & Poloniæ rege confirmata & collaudata per literas patètes, quas vocant, Octobri mense anni 1577. Postremo ab Henrico 4. Franciæ & Nauarræ Rege mense Septembri anni 1595. & à summo Parlamento Parisiensi approbata. Itaque hoc Medicinæ Collegium inter prima & præcipua totius Galliæ ab eo tempore viger & floret impensis & sumptu priuato ipsorum Medicorum, qui hoc anno 1599. in eo sunt hi decem, (numerus Apollini sacer:) Iacobus Pontius, collegij Decanus, Ludouicus Thorellus, Laurentius Faius, Angelinus Fournierus, Richardus Laurétius, Ysaac Connanus, Ioannes Marquisius, Hieremias Lanerius, Pancratius Marcellinus, & Michael Riberius. doctrina & opere medico clari.

1577. Belgij accepta potestate conuocandi ordines, vt de re sua & tranquillitate patriæ deliberarent, modò nihil de religione tractarent, circumuenti à Gueusis, mortuo Gubernatore in suum Principem conspirant, abigendos Hispanos decernunt, se hæreticis iungunt, Auraiico principi obsequuntur, euocant Matthiam Imperatoris fratrem dominationis specie, cum intèrim ipsi & Auraiicus omnia essent gesturi.

Antuerpiam milites introducunt, Hispanos in arce obfidem, qui factò impetu, quamuis pauci, de eorum perfidia pœnas dignas sumunt, quatuor externorum militum millia ingulant, oppidanos sternunt, diripiunt, in carceres conijciunt, fugant, ædibus compluribus concrematis.

Ioannes Auftriacus ad Flandriam pacandam mittitur, cum imperio. Certis conditionibus recipitur ab Ordinibus, qui ei postea insidiantur, externos principes alliciunt, Catholicis melioribus diffidunt, sacerdotes & omnis generis clericos eiiciunt.

Chirurgi à Medicorum Parisiensium schola deficiunt, ac, illis frustra se eorum Patres, Dictatores, Magistros esse docentibus, quòd hætenus ex ipsorum lectionibus, dictatis, consultationibus, examinibus pepèdissent, seorsum sua omnia agere, publicè Chirurgiam prælegere, priuatum denique corpus conficere incipiunt, actionibus, declamationibus, libris hinc inde versu ac prosa contra se mutuo editis.

Petrus Danesius Parisiensis professorum regionum primus, per quem literæ Græcæ deinceps suum solum Lutetiæ constituèrunt, deinde Vaurensis Episcopus Aprilis 23. sub ætatis 80. tribus linguis & omnibus disciplinis ornatus vitæ puritate illustris in Domino obdormit. Sepultus est in D. Germani Pratenfis, quòd se biennium ferè antè contulerat, vt in sancta solitudine inter Psallentium choros psallens ipse moreretur, quando id in sua Diocesi per hæreticorum arma non licebat. *E nostra in eum funebri oratione.*

Tristandus de Bizet, Episcopus Sanctonenfis, mille libellas annui redditus Lectoribus, & aliquot aliis de collegio Bernarditarum Parisiensium assignat.

Grassinorum Collegium absoluitur pecunia testamentaria Grassini Senatoris. Atque ita Lutetiæ 54. Collegia existunt, eaque omnia ferè ab Ecclesiasticis vel condita, vel locupletata: quot & quanta in vlla alia orbis academia vix quispiam notauerit.

Mustapha Georgianos siue Iberos, qui Christum more

Græcorum

Anni
christi.

1572

1585

Anni
mundi.

5661

5674

Anni
christi.

1572

1585

Anni
mundi.

5661

5674

Græcorum colunt, an. 1576. oppressit. Tiffin regni caput cepit, tributo annuo imposito. Inde in Mediam irrupit contra Ismaëlem Persarum Regem.

1577. Mahometes Hodabendus fratri Ismaëli succedens, bellum contra Turcas suscipit, vt Mediam recuperet, ac Georgianos veteres socios vindicet; prosperèque pugnat.

Nam ad Seruan, à qua vrbe hodie Media Seruan appellatur, commisso prælio Turcas ad 10. millia concidit. Scythas cum 30. millibus equitum subsidio eis venientes penè omnes deleuit. Tartarici regis, qui ad Mæotidem paludem dominatur, fratrem necauit.

1578. Mustapha, Turcarum ductor, victus excurrit in regnum Seruanum, id est, Nudorum Georgianis transitum præbentibus, Sammachium regni caput occupat. Ibi Achmeto Eunucho Bassa relicto cum 25. millibus hominum, in Armeniam contendit. Sed eum Persæ affecuti, iterum vincunt, & 80. millia Turcarum trucidant, cunctis proceribus penè vel interfectis, vel captis, adiuuantibus Georgianis, qui & ipsi repente copias contra eos collegerant, vt pontem à Mustapha in sua regione excitatum, & à triginta millibus armatorum seruatam rescinderent, seque Turcicis terroribus liberarent.

Sammachia à Persis recipitur cum multis tormentis, spolijs, pretiosisque impedimentis, atque omnibus bellicis apparatus, Eunucho Derbentum versùs profugiente.

Eodem anno magna infelicitate Sebastianus Portugalliæ rex cum Muleyo Mahomete, Cheribo, quem in suu Fessense regnum temere reducere conabatur, ab infinita Barbarorum multitudine oppressus, fortiter dimicans perimitur, vbi & cæsis duodecim Christianorum millibus, & totidem captis, desiderati sunt Episcopi Coimbrensis & Portuensis, Præfectus Pontificius, Marchio Hyberniæ, quem Pontifex instruxerat cohortibus Italicis ad Hyberniam occupandam, multiq; alij Principes.

Paulo post initio Octobris Ioannes Auftriacus in Castris contra Flandros diem clausit extremum, princeps immortalitate dignus, inuictus Hæreticorum & Turcarum victor, vt proinde appositè in suis signis militaribus crucem cum hac tessera gereret, *In hoc signo vici Turcas, in hoc signo vincam Hæreticos.*

Ei succedit Dux Parmensis, de quo illud Esaia cap. 14. sibi dictu perduelles interpretentur, *Ne lateris Philistea tu, quòd comminuta sit virga percussoris tui* (Ioannis Auftriaci.) *De radice enim colubri egredietur Regulus, & semen eius absorbens volucres, &c.*

Gandavi Gucufij rati Catholicos satis iam à rege Catholico suis artibus abalienatos, quo consilio cepissent arma detegunt, nempe non vt bono publico consulerent, sed vt pietatem labefactarent. Nam tunc sacras imagines deiiciunt, templa subuertunt, diripiunt, Catholicos vexant & opprimunt.

Attrebati seditio & aliis in locis contra Gueusios, apud se idem, quod Gandavi, molientes. Hinc Ordinum à se inuicem distractio. Mox ne perirent funditus, & mutarent non Dominatum, sed Dominum, incipiunt captare Imperatorem de pace à suo Principe exoranda. Vtinam eis illud Osee 2. & 3. c. congruat. *Post hæc reuerientur filij Israël, & quærent Dominum Deum suum, & David regem suum, & dicent, vadam & reuertar ad regem meum priorem, quia melius, mihi erat tunc, quàm nunc.*

Pontis

Pontis lapidei supra Sequanam prope Augustinianos Parisienses insignia fundamenta iaciuntur in Luparam regiam.

Mense Decembri Seruan vrbs Mesopotamiæ munitissima prope Tegil Fl. Amurathi eripitur à Sopho Persarū, cæsis centum sexaginta Turcarum millibus. Bassæ, qui Constantinopolim euaserūt, ab Amurathe ob tantam cladem stomachante, securi percussi sunt.

Franci cū antea numerarent per libellas siue Francos, iussi sunt numerare per Aureos, & Aureorum partes, Aureo ad summam 60. solidorum redacto.

A peruiugio cœptus ordo equitum S. Spiritus, die primo anni 1579. instituitur ab Henrico 3. Franciæ R. Faxit Deus, vt suo nomini consonet, sanctoque Spiritu regatur, neque sit oneri & damno Ecclesiæ, pro qua honoranda tuendaque conditus dicitur.

Mense Aprili riuus Gentiliacus, vulgo Bieura, nimio 30. horarum imbre exundans, agros & suburbana D. Marcelli nocte obruit, aliquot hominibus & pecoribus extinctis, muris, parietibus, nonnullis etiam ædibus disiectis.

Decimo septimo Maij hora decima in Monasterio S. Vedasti Atrebatensis, Artesij, Hannones, Insulæ Duaci, & Orchiaci pacem à rege Catholico certis conditionibus impetrant, hymno Te Deum postridie Atrebatum decantato.

In Flandros, Brabantinos, Hollandos, Zelandos & reliquos perduelles, eius nomine, Parmensis Dux exercitum mouet, vt vel eisdem pacis conditiones subeant, vel debitas perfidiæ pœnas luant.

Bar. Brissonius patronus Regius (indèque supremæ curiæ præses) & Renatus Choppinus summi nostræ ætatis Iuriconsulti hoc mense Maio contra Paracelsistas (Pseudomedicorum genus, qui damnato Hippocrate, Galeno, & veteri schola prodigiosam Medicinæ praxim vsurpant, & prodigiosiore Theoriam, Principia, causas &c. constituunt) pro Medicorum vetere disciplina in Senatu Parisiensi perorant.

1579. Mahometes Hobobendus Persarum Rex, Turcas in quadam ampla planicie de improviso inuasit, ad 30. millia instar pecudum mactauit, vt Amurathes Scytharum siue Tartarorum opem implorare coactus sit, quibus vt tutò res necessaria conuehi possent, Occhiali Admiralius Phasis amnis accolæ adortus, castellum prædicto anni imposuit, & duas arces in litore maris Colchici siue Mengrelij ad arcendos hostes excitat. Sed eæ à Persis captæ sunt & euersæ.

Amurathes Mustapham reuocat, indeque ad venenum compellit. Sinam autem Bassam, qui victor ab Africana Guletæ expeditione redierat, in locum eius substituit.

De pace tractat: sed quia Media non vult cedere, Persæ eius agros vndique vastant, pagos villasque exurunt, & commeatu intercepto, fame pestéque Turcas absument.

Munitioem in finibus maioris Armeniæ ab ipsis factam, vt Georgianorum vires à Persicis disungerent, vna sui exercitus parte diruunt, ac Turcas in ipsa inuentos trucidant. Altera Vanum & alia oppida in finibus Babylonæ expugnant: Triremibus 50. missis Carsin, munitioem, quæ in ora maris Euxini struebatur, capiunt & euertunt.

Aucti copiis auxiliariibus Bogodani reguli, & quadraginta millibus Hemircani Persici regis filij, Sinam Bassam ad pugnam prouocant, ac ad oppidum Aazirum

siue

Anni
christi.

1572

Anni
mundi.

5661.

1580

5669

Anni
christi.

1572

Anni
mundi.

5661

siue Argironem in finibus Turcomaniæ & maioris Armeniæ haud procul ab Euphrate vrgēt. Tredecim millia equitum in suos agros excursionem faciētia, atque illinc commeatum conuehētia confodiunt. Prædam & captiuos recuperant.

Pestis in vniuersa Peloponeso & aliis terris Turcicis sæuit, vt vel in vna ciuitate Hieropoli plus 70. millia consumpta sint.

Stephanus Poloniæ Rex Iesuitis Polotiæ templū struit. *Vuarfenicius in Panegyrico ad illum regem.*

Mahometes primarius Turcæ Bassa mense Octobri circa horam pomeridianam à quodam mendico antea milite supplicem libellum porrigente in Palatio plagam in pectore excepit, & duabus post horis mortuus est. Percussor in tumultu laceratus, apud Turcam perpetratæ cædis causam dicere non potuit.

Mense Augusto Cardinalis ille Hofius vitam hanc cum meliore mutat.

Suetiæ Rex Iesuitis profectis ad repurgandā Ecclesiam illic dogmatibus hæreticis corruptam se æquum præbet, cum spe Catholicæ fidei recipiendæ.

Archiepiscopus & Archidiaconus Angulamentis in ea Indiæ parte, vbi sunt Christiani D. Thomæ, characteres linguæ Chaldaicæ siue Syriacæ à summo Pontifice per Iesuitas postulant, vt sua non modò imprimant, (nam Missam & preces Canonicas lingua illa, vel etiam Hebraica celebrant) verum etiam nostra in eam linguam conuertant. *Emanuel Texera in Epistolis.*

1580. Ob siccitatem fermè inauditam Constantinopoli & in locis finitimis Amurathes ab Epidauris frumentum petit.

Filius Regis Persarum cum 20. millibus equitum in Turcicos agros excurrit. Triginta millibus equitum sibi occurrētibus fugam simulat. Reuersus perturbat ordines, & ad 20. millia interficit.

Sina Bassa refidet ad ciuitatem Ezerum ad Euphratem sita, & auxilia expectat.

Inde initio Octobris Turca magnam cladem à Persa accipit, frustra que ei in pacis lenocinium magnam suæ ditionis partem offert.

Sub finem anni Persa stratagemate vsus, munitioem Tifis occupat, & præsidium alterius Cars dictæ cædit.

1580. Die 31. Ianuarij Henricus Cardinalis Portugalliæ Rex moritur, cuius successionem cū Catharina Braganitiæ Dux, Antonius ex Ludouico Regis nepos nothus, & alij sibi designarent, tandem Philippus Rex Hispaniæ, qui à Cardinali moribundo nominatus fuerat, eam Ecclesiasticorum & Nobilium suffragatione assequitur.

Die 27. Februarij Malicotentis Corracum mutato habitu occupat. 30. Martij Ninoua duce Lanouio Gallo, scalarum ope capitur. 6. Aprilis & seq. Anglia, Zeladia, Hollandia, & Flandriæ pars terræ motu concutiuntur.

6. Apr. Mechlinia ab Ordinibus Temptio duce ante diluculum superato vallo in potestatem redigitur, magna que crudelitate in ciues & præsidarios sæuitur.

9. Maij Lanouius Gallus ab Hispanis capitur, quindécim peditum signis cæsis.

Initio Iunij Frisij traiecto Rheno patriam armis reperunt, obuiumque Comitum de Hollac cum 22. vexillis peditum, ac equitum duobus millibus superant, cæsis mille quingentis, cū de suis tantum 55. amississent. Hac pugna Groningenses obsidione liberati sunt, & multa Frisiæ, op-

1585

5674

pidam, portus, & propugnacula recepta.

8. Iunij Flandri Dithemium oppidum occupant, & Ecclesiasticorum aedes diripiunt.

Eodem mense Cameracum se patrocinio Ducis Alfonso Gallorum Regis fratris permittit.

Iulio, Stephanus Rex Poloniae ex Lithuania in ipsam Moscoviam ingressus, duas arcas Vualisium & Vsuatum occupat. Deinde Vuelikilukium. Sed multis suorū amissis, sub finem ferè anni reuertitur.

Eodem legati ab Ordinibus Belgiae ad Ducem Alfonso mittuntur, ut se patriamque Belgicam certis conditionibus, abiurato Hispaniarum Rege, ipsi offerant.

Augusti 19. proscriptio Hispaniarum Regis contra Principem Auracum Namurici publicatur.

Mensibus, Iulio, Augusto, Septembri, Fera Picardiae urbs à Rege obsidetur, tandemque certis conditionibus ab Huguenotis redditur.

Die 30. Augusti Taurini obiit diè suum Emanuel Philibertus Sabaudiae Dux, Princeps constantia, prudentia, & Christiana pietate clarissimus.

Die primo Septembris anni huius 1580. Graeci ac Moscovitae annum ab orbe condito 7089. numerare incipiunt.

Mense Septembri Hispani & Itali milites, qui Pontificiorum nomen sibi indiderunt, duabus clauibus pro insi signibus vsi, in Hiberniam appellant, munitionemque erigunt contra Anglos.

27. Octobris Anna Austriaca, Philippi Regis vxor moritur, cum is iam paulò antè Lusitanico regno, extinctis in eo motibus, & perduellibus partim caesis, partim captis, partim in gratiam receptis, inauguratus esset. Ita regnum Lusitaniae cum Hispanico, à quo fuerat an. 1110. diuulsam, iterum coalescit.

Novembri in Anglia publico edicto potestas fit vnumquemque vel detegendi, vel accusandi ex minima circumstantia, quae Catholicam religionem indicet. Ex quo multi pij deinceps comprehensi, & alij calamitatibus affecti. Quin & lex fertur, ne Catholicus exilio patriae derelictione se poenis vel persecutionibus subtrahat.

Concordia discors. Sic appellata est à Catholicis, quam frustra Lutherani hoc anno 1580. cum alijs sectariis in Germania inire conati sunt.

Decembri, die Conceptionis, Guilelmus Laurétius Altiulij minister, prope Gratiae portum, in Caletensi Normannorum agro, se fraxino fossae imminenti suspendit.

Post Cadurcum ab Huguenotis captum inicitur pax.

Eiconas virorum illustrium emittit Beza. Illustres vocat Ioannem Hus, Calvinum, Bucerum, & similes cuiusque sectae apostatas, quorum nomina in inferno conscripta sunt, corpora verò in terris magna ex parte suppliciiis dignis affecta.

1581. Sina Bassa arma & pecunias per Pontum Euxinum & Trapazuntem contra Persam recipit.

Alter Turcarum exercitus ad portas Caspiae duce Osmano Bassa locorum beneficio & Tartarorum auxilio euasit. Hic est annus, quem Graeci ab orbe condito septies millesimum statuunt.

Beglebegus Assyriae siue Ezorumae, huius belli suavor, ad poenas deposcitur, quas euasit matre & vxore Amurathis, centum millibus aureorum sibi conciliatis, & ducentis millibus ducatorum in ararium illatis.

Sina reuocatur Constantinopolim, ut mandata acci-

Anni christi.

1572

1585

Anni mundi.

5661

5674

Anni christi.

1572

1585

Anni mundi.

5661

5674

piat de pacis conditionibus, vel inducijs vnus anni, quae tamen breui post ruptae sunt.

Die sexto Ianuarij, Magni Moscouiae Ducis internuntius ad Rodolphum Imperat. venit, atque inde Romam ad Pontificem.

Occhiali Bassa Constantinopoli cum classe in Africam venit, ut seditiones Tunetani regni compescat, indeque regnum Fessanum. Mauri enim recepto per Melitenses haereditario suo rege, qui detinebatur Neapoli, & abnegato Mahomete Christianus euaserat, Turcis rebellant.

Tusanus Giboult Lunae Paschatis Rhotomagi in S. Audoeni, Caluini haesim & ministerium eiurat, praesentibus & audientibus multis hominum millibus, sicque Ecclesiae, manibus Cardinalis Borbonij reconciliatur. Inde de vera falsaque Ecclesiae comparatione, & suae ad Ecclesiam reuersionis causis concionatur. Nempe difficile est, ut hi, qui olim coeleste pabulum gustauerunt (fuerat enim Doctor Theologu Parisiensis, in sacris libris & lectionibus educatus, indeque Canonicus & Archidiaconus Tholosanus) postea in perpetuum siliquis porcorum vesci velint.

Amon Minister Foquardi prope Fanuillam, in eadem Normania, e propria filia filium sustulit.

Mense Iulio Synodo Rupellano Ministri Commentaria Lacelloti du Voysin Poplinerij de rebus horum 30. annorum tota Europa gestis proscribunt, quod pure & simpliciter, ad historiae veritatem, non ad Causae suae perduellionis mysterium appellant) gratiam cuncta narrarent. Quod paulò antè in alia Synodo Montis Albani factitarent. Suis scilicet leges iniiciunt, ut vel mentiantur, vel verum praetereant. Quod tamen nunquam à tanto, tam candido, & eruditio viro consequentur. Prima (inquit Cicero) Historia lex est, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua sit suspicio gratiae inscribendo, ne qua simultatis.

Sanderus & alij plerique Nobiles & Catholici freti Bulla Pij quinti, in Hibernia contra Angliae Reginam bella pro patria & religione gerunt.

7. Die Septembris Guil. Postellus centenarius maior, multarum linguarum peritus, Lutetiae moritur.

Mense Decembris Turca duos internuntios in Galliam mittit, qui ad Circuncisionem filij Regem inuident. Nam nonum Martij anni sequentis festo Circuncisionis eius designarat.

Die Natalitio, domi meae Iacobus Billius, de nobili Prunaeorum familia, Abbas S. Michaelis in Eremito, Graecae literaturae lumina, Hebraicae non ignarus, placidissime & sanctissime expirat.

Primo die Decembris Egmundus Campianus Iesuita, Scherrinus, & plerique alij sancti & docti martyrio afficiuntur Londini, quod Catholicè sacramenta vel administrarent, vel acciperent.

Inde Anglicana persecutio, quae iam 24. annos durat, ingrauescit latis legibus, quarum haec est summa, Quicumque vel vnicum, ut minimum, actum Christianae siue Catholicae religionis exercuerit, vel exercentes non detulerit, poenas perduellionis luito.

Legatus Hispanicus Ioan. Martianus Mediolanensis, inducijs in triennium impetratis, Byzantio in Hispaniam redit, ita tamen ut neuter alterius amicitiam expeteret, sed quod Turca Persico bello vexatus à Christianis timeat, Hispanus haereticorum fraudibus implicatus, cogatur sua bello persequi & repetere, cum alioqui posset

Christi præcipuo hosti resistere, & Deo Duce vincere.

Contentio Genevæ ob quoddam scriptum Lamberti Danæi ministri, quo tres blasphemias contra S. Trinitatem propositiones defendit. Ad quam sedandam Geneva Danæus exulare cogitur. Prima erat, *Deum de Deo, lumen de lumine*, in Symbolo Niceno duram, impropiam, & periculosam esse locutionem. 2. τὸ πρῶτον, *Sancta Trinitas unus Deus, miserere nostri*, incōsultè à Patribus esse dictum, periculose, barbare, improprie. 3. *Tres personas in una diuina essentia subsistere*, proprie, rectè & piè dici, cum Catholici eas in se, siue per se, asserant subsistere, & id perfectius veriusque quàm vlla rerum procreatarum indiuidua.

1582. mensè Ianuario pax in decennium inter Ioannem Moscorum & Stephanum Polonorum Reges, per Antonium Posseuinum Iesuitam Pontificis legatum transigitur, ac ea, Moscus cedit Liuonia siue Gothia Orientali, relictis 34. arcibus cum tormentis omnibus & apparatu bellico, & redemptis captiuis: Polonus autem soluta Plescouiæ obsidione, arces in Moscouia anno superiore captas ipsè legibus reddit. Tres enim expeditiones in Moscum fecerat 1579. 1580. 1581. Nam huius Ioannis auus, & Basilius pater, regno Polonorum amplissimas prouincias ademerant, Plescouiensem, Nouogordensem, Smalenscensem, Vielcoluscensem iam receptam, Sueuierensem, & Moisaiscensem.

Moscus tria Iesuitarum collegia in suo imperio cōstruit, spemque præbet de suo ad Ecclesiam Romanam transitu. Alioqui Constantinopolitano Patriarchatui obsequitur.

Mense Septembri legatos Romam mittit, petens Episcopos Catholicos, Latinæ Ecclesiæ communionem, denique Regis titulum.

In Cyonia ciuitate Moscouiæ, amœna in valle inuentus est tumulus P. Ouidij Nasonis, cum hoc expitaphio,
Hic situs est vates, quem Diui Casaris ira.

Augusti, Latia cedere iussit humo.

Sape miser voluit patrijs occumbere terris,

Sed frustra. Hunc illi fata dedere locum.

Mense Februario Franciscus Dux Alenfonius Antuerpiam magna pompa & exultatione populi ingreditur.

18. Martij, Princeps Auracus à Ioanne Iauriguo Hispano glande plumbea in faciem per vtramque maxillam & palatum impacta, Antuerpiæ traiectus est, nec tamen mortuus.

Perfa legatos Constantinopolim mittit, cum pacis conditionibus, vt Amurathes sibi restituat regionem Seruanam. i. Mediam, iuxta pactiōem cum Sina Bassa initam.

Turcicum exercitum noua clade afficit, tria millia equitum perimit, quatuor Sangiacos siue Prouinciarum principes necat, duos capit, Bachallam expugnat. Denique eum aiunt Mesopotamiam, vulgò Diarbec, cum ipsa Babylonia & regno Siruano, siue Medorum recepisse.

Amurathes Sinam ad exercitum remittit.

Cum legato noui Principis Transyluanie ita transigit, vt quatuor millia Ducatorum veteri tributo Transyluanus addat.

De qua re Hieremias Constantinop. Patriarcha ad Henricum Regem Franc. scripsit, addens Transyluanum in gratiam, ipsius Regis causa, à Turca receptum. Quam Epistolam Iac. Amiotus Episcop. Antissiodorensis Regi vertit & explicauit.

Mense Augusti copiam Antonij de regno Portugallie

Anni
christi.

1572

Anni
mundi.

5661

cum

1585

5674

Anni
christi.

1572

Anni
mundi.

5661

cum Philip. Rege Hispaniæ dimicantis ad D. Michaëlis insulam nauali prælio cæsa sunt. Hic Strossius Francicæ manus Ductor cum toto pene suo exercitu deletur.

Legato prioris Regis Felsani promittit Turca se Ochialium, quem ad opem nouo Regi ferendam cum exercitu miserat, reuocaturum, postquam nouum illum Regem intellexisset Regi Hispaniæ portum Larcace è regione Arzillæ vrbs tradidisse, ac iam portum illum 600. Hispanorum præsidio teneri.

Calendarij à Pontifice correcti ratio obseruari in Gallijs cœpta est, nisi quod decem dies sunt detracti e mense Decembri, non Octobri, à nono die videlicet ad vigesimum. Nam decimus dies habitus fuit pro vigesimo &c. Die 28. Octobris Laurētius Ioubertus, Valētinus Delphinus, Medicus Regius, Academia Mospeliensis protodiscalus, cancellarius, & Iudex obiit diem suum in Lombariensi oppido, & sepultus honoris causa in sacello ipsius Episcopi. Vir dignus longiore vita, rei literariæ & imprimis medicinæ causa, nondum enim excefferat 52. ætat. annum, clarus fuit & celebris inter huius sæculi medicos, multa scripsit: Librorum in lucem emissorum titulos, vide in Epitome Bibliothecæ Conradi Gesneri.

Die omnium Sanctorum è corpore migrat Christophorus Thuanus, primus Senatus Parisiensis ræses, vigesimo anno sui magistratus, doctus, diligens, plebicola, Cleri amans, ætatis 75. integris adhuc dentibus, oculis sanis, & perspicillorum nescijs.

Ioan. Lasicius Sarmata primùm Trinitariorum æmulus sub an. 1565. mox Calvinista, postea frater Boemus siue Picardus, iam anno 1582. libro Spiræ edito de Moscouitarum religione, se Lutheranum profiteretur. Verendum ne anno sequenti peccatorum mole obrutus ad Mahometismum, inde ad *abōtina* migret. Quod inclinatur illud eiusdem libri pag. 16. *In Hebraico, Græcis & Latinis vi. i. sq. Testamenti uocibus, variata esse plurima, quibusdam si blas. b. Hæreticis, alijs deprauatis, commutatis, additis.* Quod bellis testimonijs probat Erasmi, Bezæ, & astalionis, Franc. Lucæ, & Franc. Iunij. Nam illud videtur Mahometis, non fidendum Euangelijs, quod corrupta sint. Sed & atrociter accipit Mahometem dici docerive Antichristum, eique numerum 666. Apocal. 13. assignatum conuenire. Vbi lubens suam regulam applicaret, locum Ioannis fuisse à quodam Pontificio corruptum. Denique illic gulæ, bibacitatis, voluptatis, impudicitæ patronum agit: quod non mirabitur, qui eum viderit. Nam ea est forma & aqualiculo, vt totus ad ventrem natus videatur, si modò is est, quem Lutetiæ cognoui & confirmaui aduersus Trinitarios, circa an. 1577.

Ioan. Brunnerus Dogkenburgensis in hæresi natus, educatus, & annis circiter quatuordecim minister institutus professionem Catholicam edit, & Græcarum literarum, sanctæque linguæ professor fit apud Friburgum Brisgoiæ. hic apud Anglos paulo ante Bellus minister, lectione sanctorum Patrum ad Catholicam pietatem perducitur, & pro ea Martyrium facit.

1583. Perfa Osmanum Bassam ad portas Caspias cecidit, præter captiuos & vulneratos contrucidatis circiter quadraginta millibus, inter quos multi sunt Sangiaci siue prouinciarum prætores. Quin & ipse Osmanus dicitur captus cum plerisque proceribus, & nescio quot tormentorum millibus, magna pecuniarum vi, variaque suppellectile.

1585

5674

Calendis Ianuarij Franc. Belloforetius, politus, piusq; multorum librorum Gallicorum scriptor, humanis eximitur, & apud Franciscanos Lutetiae tumularur.

Die Epiphaniae Ioanes Maldonatus Iesuita, post Theologiam, praesertim Scholasticam, multis annis illustratam, & innumerabiles ad eius studium inflammatos, Romae, quod se contulerat, ad recuperandam valetudinem sanctis illis laboribus fractam, ad Deum euolat, Doctorum aureolam percepturus.

Ianuarij decimo sexto, Ghebardus Archiep. Colonien- sis Augustanam Confusionem amplexus, ut uxorem posset ducere, Bonae edictum promulgat, quo caeteris haereticandi, & uxores contra Christianas leges ducendi, potestatem facit.

Decimo septimo Princeps Auracensis & Antuerpiani Francos in tutelam sui euocatos Antuerpiae vel trucidant, vel in flumen praecipitant, nonnullis in custodiam receptis.

Natalis Iornet Caluiniticus Ludimagister Metis supplicio afficitur, quod librum contra Patriarchas, Prophetas, Apostolos, eos ut impostores, & falsarum religionum auctores traducens, condidisset.

Martij vigesimo Lutetiae apud Augustinianos Poenitentium sodalitium ab Henrico Rege introducit, Nuntio Apostolico sacra operante, & candidas *φασόρων* vestes consecrante. Quo exemplo mensibus deinde Iulij, Augusti, Septembris in Lotharingia, Campania, Picardia, & nonnullis alijs prouincijs, supplicationes populosa promiscuae multitudinis per decem, viginti, pluresve leucas actae sunt, Clero corpus Christi sacrae reliquias efferente, laicis cuiusque aetatis & sexus cum puris lineisque vestibus, & crucibus ligneis, litanias, aliasve pias precationes flebili cantu per tot terrarum spatia modulantibus.

Bobecus pagus Normaniae in agro Caletensi, igne caelesti penitus praeter vnam domum consumptus est. Id diuinae ultioni tributum, quod ille Caluinitis redundaret.

Ghebardus Colonien- sis Archiepiscopus exauctoratus est, quod Lutheranus euadens, & Episcopatum & uxorem retinere cuperet. Leodiensis successor nominatus, illum & Cazimirum suppetias ferentem, Hispanorum Italorumque auxilio fudit, ac spe percipiendi illos in posterum ex Archiepiscopatu fructus exiit.

28. Augusti Ioan. Baptista Castellius, Episc. Ariminensis, Nuntius Apostolicus, qui nouo more pietatem cum politia coniunxit, resque spirituales temporarijs praetulit: Sepelitur Lutetiae in D. Mariae choro. Oratione funebri a Iuliano de sancto Germano Coepiscopo, virtute & doctrina praestanti, decoratus est.

Nuntium ei similem vix secla antiqua tulerunt:

Unquam vix (metuo) secla futura ferent.

cunctis sua, non quae sunt Christi, quaerentibus.

Regina Angliae Puritanos aliquot ritu barbarico suspendit, quod negarent pie dici, foeminam esse caput Ecclesiae alicuius prouinciae, vel regni. Sic Deus haereticos haereticis committit, ut Catholicis tacentibus mutuo se conficiant.

Catholicos etiam exquisitis supplicijs afficit, ut eius annis Anglia plures videat, feratve martyres, quam mille quingentis sexaginta superioribus.

1584. mense Ianuario Minister Renatus Peschardus reconciliatus Ecclesiae, a Sangermano Caesarea Episcopo,

Lutetiae

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5661

1585

5674

Anni
Christi.

1572

Anni
mundi.

5661

Lutetiae recipit Franciscanorum indumentum, quod per apostasiam ante annos 30. exuerat.

Diffidium de funere mortuorum inter Geneuenses. Perrotus minister cenfer canendos esse Psalmos & Deum precandum, ut vitata de profanis rebus tractatio impediatur. Beza consuetudinem retinendam, qua haeretici efferrantur in sepulchrum, more belluarum, absque vilo religionis vsu, & precationis specie: Ne (inquit) videamur more Papistarum orare pro mortuis.

Hyprum & aliquot aliae inferioris Germaniae vrbes ad Principem Parmensem deficiunt. Aliae de ditione deliberant. Ad caeteras eo adigendas, continenter e Germania, Albania, Hispania, Italia, milites confluunt.

Franc. Gatugarellus Sabaudus Geneuae in carcerem conuicitur, quod captare occasionem vrbs Principi Pedemontano prodenda diceretur.

30. Maij Vidus Faber, Dominus Pybraccij, Praeses in Parisiensi Parlamento, & Francisci Valesij Alenconij Ducis Cancellarius obiit Parisijs. Hic eloquentia fuit admirabili, & cuius nonnulla extant apud posteros monumeta. Verum eam paucis hoc breui elogio vir doctus defuncti amicus comprehendit.

Pybraccus hic iacet, viator. Ille, inquam, Pybraccus, o viator qui & Polonis Regem dedit, & Gallis Regem reddidit. Ad cuius eloquentiam obstupere Sarmatae, Gallicus contremuit Senatus, mors constuisset ipsa, nisi dum ille cum vita aeterna colloquatur, & ipsam alloqui neglexisset.

Peruigilio D. Barnabae Francisc. Valesius Alenconiorum Dux Regis frater post Cameraci tutelam suis haeredibus testamento commedatam, morte magnum sui desiderium Catholicis reliquit.

10. Iulij Guillelmus Nassouius Princeps Auracicus anno aetatis 51. a Balthazare Bererzo, alias Serach, e comitatu Burgundiae oriundo triplici glande plumbea occisus est.

Vvittenbergenfes edunt Graece & Latine tria Hieremiae Constantinopolitani Patriarchae ad se responsa, in quorum vltimo iubet Patriarcha ne ad se deinceps scribant, quod quia non paruerunt duobus prioribus rescriptis, cogatur eos haereticorum illorum habere loco; de quibus Apostolus, Haeticum post secundam aut tertiam correctionem deuita, sciens quoniam huiusmodi est plane subuersus, & iudicio proprio damnatus.

Turca in Hungaria contra Christianos firmissimam arcem struit. Ne ab illis fortasse ista parte inuadatur, dum his octo annis cladibus perpetuis a Persa in Oriente affligitur. Sed fallitur. Nam malum in Occidente haesibus voluptatibus, caeterisque sceleribus seruire, quam Christo, cuius iste se hostem fatetur.

Quae sequuntur vsque ad finem, & multa in superioribus annis huius 16. Seculi, addidit Ioan. Marquisius medicus Lugdunensis e diario suo, & commentarijs rerum gestarum his 16. annis.

8. Martij, Ioan. Basilius magnus Dux Moschouiae vi morbi mente captus, aliquot subditorum millia in carcere detenta occidi imperat, & moritur.

18. Iunij Theodorus eius filius coronatur in ecclesia S. Michaelis a Metropolitano.

3. Nouemb. Carolus Borromaeus Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis obiit diem suum an. aetatis 47. & lapidi monumenti inscribi voluit hunc titulum:

CAROLVS tituli S. Praxedis S. R. E. Presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Mediolani, frequentioribus cleri, populiq; ac

1585

5674

deuoti formini sexus precibus se commendatum cupiens, hoc loco sibi monumentum viuens elegit.

12. Nouemb. Carolus Emanuel Dux Sabaudia nuptias celebrat cum Catharina Austriaca minore natu filia Philippo regis Hispaniarum, in Aragonia cum multa pompa, illuc misso eam ob causam Amedeo fratre suo notho.

1585. 24 Febr. Philippus rex Hispaniar. Syracusas cum magna pompa & honore ingreditur.

13. Martij Bruxellenfes in Belgio cum Alexandro Parmensi Principe pacem componunt, & ei se dedunt.

n. Natus est Sixtus 5. anno 521. ipso die sancta Lucia. Patria illius fuerunt antra siue cauerna castri Montisalti in Marchionatu Anconitano. Parentes eius in paupertate nati, aded vt ipse de generis sui humilitate verba faciens, dicere soleret, se domo natum illustri. Domus enim in qua genitus erat, cum lacero tecto magna parte esset discoperta, a sole illustrabatur. Nomen Felicis initio illi a parentibus inditum est, a quibus pro illorum facultate vsque ad 12. aetatis annum honeste educatus. Asculi, quae ciuitas non longe ab eius distat patria, sancti Francisci habitum suscepit: in quo instituto mutare nomen noluit, vnde & frater felix a suis appellabatur. Quod nomen magnum profecto magna felicitatis, quae illi in vita hac esset obuentura, fuit praesagium. In hoc monasterio indefesso adolescens studio literis incubuit, magnosq; fecit in illis progressus. Vt anno aetatis suae 27. in conuentu Firmano Doctoris titulo & honore insigniretur. Tandem per varios honorum & munerum gradus a Pio V. Pontif. max. creatur episcopus S. Agathae, mox Cardinalis, deinde Episcopus Firmanus, & tandem hoc anno 1585. Pontifex renunciatur.

Facta est haec electio die 24. Aprilis. Coronatur primo Maij, & Sixti nomen sibi sumpsit.

Porro Mercurij dies Sixto 5. felicissimus fuit, & omnis plenus. Eo namque die & natus est, & monachus factus, postea sui ordinis Vicarius generalis, Cardinalis, & tandem S. Pontifex creatus est. Eodem quoque die sub area D. Petri coronatus est.

Per primos Pontificatus sui dies ad iustitiam administrandam animum adiecit, & ad extirpandum magnu exulum numerum, banditos Itali vocant. Hi ab omni parte statum ecclesiasticum affligebat, tanta licentia & insolentia, vt nusquam locus inueniretur, vbi homines secure viuere, & sua tueri possent. At Sixtus iustitiae rigore & seueritate effecit, vt breui temporis spatio omnis banditorum insolentia repressa sit, & radicitus extirpata. Quam ob causam & rerum necessariorum abundantiam, quam toto Pontificatus sui tempore Romani senserunt, erecta ipsi area est statua in capitolio cum hac inscriptione.

SIXTUS V. Pontif. Max. ob quietem public. compressa sicariorum exulumq; licentia, restitutam, annona inopiam sublentam, urbem adificijs, vijs, aqueductu. illustratam S. P. Q. R.

Obeliscos enim antiquissimos, incredibilis altitudinis, & admirandi artificij transferri, restaurari, & sumptuosissime erigi curat. Sacellum praesepij dominici construit. Sepulchrum Pio V. magnificu aedificat. Perficit aquae ductum illum toto orbe celebrem, vrbi vero vtilissimum ex agro Columnae in motem Quirinalem. Laborarunt in eo opere quotidie hominum duo millia, saepe tria, nonnunquam quatuor. Sumptus fuit, ducenta & sepeuaginta ducatorum millia.

Palatium amplissimum in Laterano a fundamentis excitauit Aedificauit quoque in initio plateae Iuliae ad ripam

Tyberis

Anni christi.

Anni mundi.

1585

235

5674

n SIXTVS 5. Anconitanus.

Annos 5. mens. 4. dies 3.

1590

Vacat dies 18.

5679

Patriarcha Constantinopoli

Principibus.

Amurathe Turcarum Imp.

Mahomete Hobubedo Persarum.

Rodolpho 2. occidentis, siue Romanorum Imperatore.

Henrico 3. Francia & Polonia rege, deinde Henrico 4. qui & Nauarrae.

Philippo Hispaniae, qui & Portugalliae.

Elizabetha Angliae.

Maria Scotiae, deinde Iacobo 6 eius filio.

Stephano Poloniae, deinde Sigismundo 3.

1590

5679

Anni christi.

Anni mundi.

1585

5674

Tyberis amplissimas aedes, in vsum mendicorum, vlcerosorum, & mutilorum, quibus deest facultas victum sibi comparandi. Dotauitq; has aedes 15. millium ducatorum prouentu annuo. Locus est capacissimus, vt vno eodemque tempore in eo bis mille homines possint habitare, nec vnus alteri sit impedimento.

In viis quoque aperiendis, restaurandis, ac dilatandis fuit studiosus. Sed praecipua in ipsa D. Petri Fabrica, in qua continuo sexcenti homines desudarunt, vt ipsius ecclesiae nauis quasi absoluta sit. Qua no excelsior in toto Christianismo esse putatur.

Bononiae Collegium studiosis ex Marchionatu Anconitano oriundis erexit, in quo praeter ministros, 30. Iuuenes aluntur, qui literis dant operam.

Beatae virgini Lauretanae splendidissimum templum aedificauit, atque illud episcopatus titulo nobilitauit.

Ciuitatem in monte alto coepit aedificare, quo in opere sine intermissione laborabat, eandemq; ciuitatem Episcopatus titulo donauit.

Bibliothecam magnificentissimam, & qualis ab orbe condito non est visa, in Vaticano, in loco quem Belvedere vocant, aedificauit. In cuius vsum, antiquum, quod illic visebatur, theatrum conuertit. In hanc fabricam omnes libros qui in Vaticano erant, inferri mandauit, numerumq; multis (si qui desiderabantur) nouis auxit, & marmoream tabulam in ipsa bibliotheca erigi mandauit, in qua haec inscriptio legitur:

SIXTVS PONTIFEX Maximus Bibliothecam, Apostolicam, a Sanctissimis prioribus illis Pontificib. qui B. Petri vocem audierunt, in ipsis adhuc surgentis ecclesiae primordijs inchoatam, pace ecclesiae reddita, Laterani institutam, a posterioribus deinde in Vaticano, vt ad vsus Pontificios paratior esset, translata, ibiq; a Nicolao V. auctam. a Sixto IIII. insigniter excultam, quo fides nostra, & veterum ecclesiastica disciplina rituum documenta omnibus expressa, & aliorum multiplex sacrorum librorum copia conseruarentur, ad puram & incorruptam fidei veritatem, perpetua successione in nos deriuandam, toto terrarum orbe celeberrimam, cum loco depresso, obscuro, & insalubri sita esset, aucto per amplo vestibulo, cubiculis circum, & infra scalis, porticibus, totoque aedificio a fundamentis extructo, subsellijs, pluteijsq; directis, libris dispositis in hunc aditum, perlucidum, salubrem, magisq; opportunum locum extulit: picturis illustribus vndiq; ornavit, liberalibusq; doctrinis & publica studiorum vtilitati dicanit. Anno M. D. LXXXVIII. Pontific. III.

Quam Inscriptionem eam ob causam posuimus, quia ad antiquitatem Bibliothecae Vaticanae aliquid facere videbatur. Non procul ab ea officinam typographicam instituit, in qua libri antiquiores, qui aut nunquam editi, aut editi distracti sunt, nec amplius inueniuntur, imo qui ab haereticis variis in locis corrupti sunt, emendati denuo imprimantur, pristinaeque fidei & sinceritati restituantur. Item sacra scriptura, catecheses, dogmata fidei, quaeq; ad pietatem spectant, diuersis linguis in vsum barbararum & exoticarum nationum excudantur, ad propagationem fidei catholicae, ecclesiaeque aedificationem. Huius typographiae curam dedit Dominico Bafae, viro multarum rerum experientia clarissimo, quo magis idoneum huic operi nemo facile inueniret.

Ceterum hanc piam & Christianam Sixti prouidentiam posteri mirabuntur, vtina & velint imitari. Is primo Pontificatus sui anno decies centena aureorum millia in castro S. Angeli recodidit cum decreto addito, ne minima

1590

5679

huius

huius thesauri pars expendi vniquam aut erogari posset, nisi in recuperatione Terræ sanctæ, generali expeditione in Turcam suscepta, & ne tunc quidem, priusquam exercitus in mare traiecerit, littoræque turcica tenuerit. Aut tanta esset famēs, annonæq; difficultas, vt sine præsentissimo populi exitio ferri diutius miseria non possit, aut pestis contagiosissima grassaretur, aut prouincia aliqua christiana periclitaretur, ne in manus infidelium vel inimicorum ecclesiæ incidat, cum iam hostilis exercitus ad finitima dictæ prouinciæ loca peruenerit, ipsiq; imminere videbitur. Aut denique ciuitas aliqua ab ecclesia defecerit, quæ aut recuperari, aut conseruari sine his nummis non possit. Iurauit Sixtus se hæc obseruaturum, voluitque omnes successores suos idem iuramentum dicere. Tertio denique Pontificatus sui anno in eadem arce, & in eundem vsu, alia decies centena millia ducatorum, seu aureorum reposuit, declarans insuper, inter casus in quibus tam prior, quam posterior thesaurus posset expendi, etiam intelligendam esse recuperationem alicuius Regni, ab inimicis S. Romanæ Ecclesiæ occupati. His duobus thesauris ter decies centena millia postea adiecit, ita vt in arce hac post obitum suum quinque circiter milliones, vt vocant, hoc est, 5000000. coronatos reliquerit. Hinc liquet etsi graua tributa populo imperauerit, officia quædam, quæ donari solent, vendiderit, atque in erogandis nummis parcissimus fuerit, omnem tamen pecuniam non sibi, sed vtilitati publicæ, ministerio ecclesiæ & Reipubl. Christianæ splendori esse reseruatam. Quibus finibus qui possunt esse honestiores, & vtiliores? Sed etsi tam attentus ad rem Sixtus fuerit, & in congregandis nummis tam studiosus, nihilominus magnam auri vim in fabricis antea commemoratis, aliisque in rebus expendit. Ducenta aureorum millia perpetuo disposuit in vsu annonæ, ne quid ad victum necessarium in vrbe deesset. Sed copia semper rerum necessariarum suppeteret, vt patet ex Bulla ipsius, quam hac de re cõdidit, qua ducenta aureorũ millia ex illius parcimonia (vt in ea Bulla dicitur) colligebantur, successorisque suos ibidem hortatur, ne quid huic summæ detrahant, sed eam potius augeant. Tria aureorum millia quotãnis assignauit Archifraternitati Confaloniarum ad redimendos ijs captiuos, aliaq; opera charitatis fecit plurima, & quidem prompto animo, quæ longum esset commemorare.

Primis Pontificatus sui mensibus in pleno Consistorio Nauarræ regem, & Henricum Borbonium Condensem Principem excommunicauit, hæreticos; & ad successionem regni Gallici inidoneos declarauit, subditos quoq; omnes à iuramento fidelitatis, iisdem Principibus præstito, absoluit. *Antonius Ciccarella in vita Sixti V. & Casar Campana historia mundi lib. 6.*

Ipsè promotionibus octo 33. cardinales creauit: noluit sibi in publicum prodeunti à quoquam acclamari, Viuat Papa Sixtus. Deceuit etiam, vt quicumque pensionem haberet Ecclesiasticam, sexaginta sex Ducatorum pretium excedentem, clericali indutus habitu incedere iure teneretur. Vt autem lites non essent immortales, in animum suum induxerat, primò quoque tempore Senatũ aliquem supremum hominum timentium Deum & qui prudentes, sinceri, incorruptibiles, & munerum contemptores essent, constituere. Legem tulit contra adulteros, capitis pœnam illis statuens. Astrologiam iudiciariam prohibuit. Sanctum Bonauenturam inter Doctores Ecclesiæ voluit recenseri. Sacella Pontificia, quæ antea in solo palatio Vaticano fie-

ri consue

Anni christi.

1585

Anni mundi.

5674

1590

5679

ri consueuerant, primo Pontificatus sui anno per varias, easque primarias vrbes Ecclesias distribuit.

Multa quoque noua instituit in Ecclesia Dei festa, qualia sunt; Præsentationis gloriosæ virginis matris Dei Mariæ, sancti Francisci de Paula, sancti Nicolai Tollentini, sancti Antonij de Padua, sancti Ianuarij Episcopi & sociorum suorum martyrum, & sancti Petri martyris. Voluit quoque deinceps celebrari festum sancti Placidij & sociorum martyrum, Eutychie, & Victorini fratrum illius carnalium, Flauiaque sororis, quos & in Calendarium referri iussit.

Canonizauit etiam Sixtus in Ecclesia sancti Petri anno 1588. S. Didacum ab Alcala, Henacesiũ. Natus is est in arce D. Nicolai, in territorio Hispalensi, prouincia Bætica, quæ nostris Andalusia dicitur. Annus, mensis, & dies natiuitatis eius ignoratur. Id saltem constat, paulò ante annum 1400. natum esse. Valdè namque senex obiit anno 1463. 12. die Nouembris, in sabbatho, cum ante annos 12. Romæ in Iubilæo anni 1450. fuisset, vnde consequens est eum circa id temporis, quod diximus, fuisse natum. Cum autem in Hispanijs euidentissima eius sanctitatis vndique collecta essent testimonia, & processus formatus esset legitimus: Sixtus eum, multis id precibus contendente Rege Catholico, canonizauit, & in catalogum Sanctorum retulit. In canonizatione autem Pontifex, ipse hanc orationem in laudem Sancti huius composuit, & recitauit: *Omnipotens sempiternæ Deus, qui dispositione mirabili infirmamundi eligis, vt fortia quaque confundas: concede propius humilitati nostræ, vt piis beati Didaci cõfessoris tui precibus ad perennem in cælis gloriam sublimari mereamur. Per dominum nostrum, &c.*

Cæterum ipse Pontifex quarto antè quàm moreretur mense aduersa cœpit affligi valetudine, rarissimè tamen decubuit, sæpe in publicum prodijt, negotia nunquam intermisit, frequens erat in ore illius dictum flauij Vespasiani Cæsaris, Principem stando mori oportere.

Tandem verò 20. die Augusti anni 1590. grauis accessit febris. Erat autem dies Lunæ, cum Sabbatho antè pedes fuisset ad S. Mariam, quam Teutonicorum, siue Germanorum vocant, vt Deo gratias ageret, ob conuersionem Badensis Principis illius nationis ad veram catholicamq; fidem. Mercurij cœpit febris ingrauescere, postridie fuit remissior, voluitque illo die interesse congregationi inquisitionis. Sequentibus diebus subinde paucis horis decubuit, surgensq; vt comederet, frugibus arborum nonnunquam vesceretur. Dominico die sumpsit pharmacum, quod officinis manna dicitur, sed parum operatum est, eo quòd integrum sumere non potuit. Die Lunæ qui fuit 27. Augusti, præter modum creuit morbus, ad eò vt manè vix loqui potuerit. Sacrificio tamen Missæ interfuit, & extrema victione procuratus, vesperi hora circiter 24. vitam hanc miseram cum illa beata permutauit. Postquam annos vixisset 70. Pontificatum verò annos 5. menses 4. & dies 3. administrasset. Eius corpus sequenti nocte in Ecclesiam S. Petri in Vaticanum lectica illatum est, ibidemque sepultum. Vnde cardinalis Montaltus, princeps singularis prudentiæ & magnanimitatis, sequenti anno in Ecclesiam S. Mariæ Maioris cum splendidissimis exequijs iussit transportari, & in sacello quod ibidem Sixtus viuens extruxerat, sepeliri.

Vacauit morte illius sedes diebus 18. Qua vacante, occasione quorundam, qui statuam Sixto in capitolio cre-

etiam euer

Anni christi.

1585

Anni mundi.

5674

1590

5679

Etiam euertere voluerunt, Romani decreuerunt nulli post hac Pontifici viuenti statuum esse consecrandam. Decretum hoc marmori insculptum, in quadam aula capitolij erectum in hanc sententiam legitur: *Si quis sine priuatis, sine Magistratum gerens, de collocanda viuo Pontifici statua mentionem facere ausit, legitimo S. P. Q. R. decreto in perpetuum infamis, & publicorum munerum expers esto M. D. XC. Mens. Aug. Anto. Ciccarella in vita Sixti V. Ianfonius lib. 3. Mercurij Gallobelgici, & Casar Campana lib. II. histor. mundi.*

HUMANANA.

1585. 20. die mensis Aprilis Carolus Cardinalis Borbonius, & reliqui principes cōfœderati in Gallia declarationem euulgant, qua causas aperiant, quibus arma capere coacti fuerunt aduersus eos qui religionem Catholicam subuertere conantur.

Eodem mense Henricus 3. Rex Francorum & Poloniae edicto publico aperit & declarat voluntatem suam super his nouis tumultibus sui regni.

2. Maij Lugdunenses ira commoti munitissimam arcem in colle S. Sestastiani constructam, quam citadellam vocant, vi & armis occupant, & solo æquant.

Mense Iunio Marcus Antonius Muretus, presbiter & ciuis Roman. anno ætat. 60. obiit Romæ, panegyrica oratione coram Cardinalibus, & populo Rom. publicè laudatus in ipso funere, à Francisco Bencio sacerdote societatis Iesu, in templo S. Trinitatis 14. Calend. Quintileis, ea excusa est, & extat. Epitaphium ipsius placuit hic ascribere;

Hic Marci caros cineres Roma inclita seruat,

Quos patria optasset Gallia habere sinu.

Stat colle hortorum tumulus, stat proximus astris.

Quæ propius puro contigit ille animo.

Tu sacros lauces lacrumans asperge viator,

Et dic ben lingua hic fulmina fracta iacent!

Mense Iulio publicata est reconciliatio Ducis Guisij & confœderatorum pro fide Catholica, cum Henrico Rege.

18. Iulij Henricus Rex edicto publico prohibet suis subditis tota Gallia exercitium religionis prætensæ reformatæ, vt aut obediant, aut regno exeant intra sex menses, facultate interim illis permissa bona sua vendendi intra id tempus.

26. Iulij Alexander Farnesius Dux Parmensis obsidet Nuys urbem occupatam ab Episcopo Colonienfi protestante, eam 26. mensis Augusti expugnat, & vi capit.

17. Augusti Pax componitur inter Ducem Parmensem, & Antuerpienses, quæ postea 20. eiusdem mensis publicatur. Ac tandem 27. ipse Antuerpiam ingreditur magna nobilium comitante caterua.

7. die Octobris Henrici Regis Franciæ declaratio super edicto mensis Iulij præcedentis euulgatur, & à Senatu Parlamenti Parisienfi confirmatur.

Sach Meham magnus Rex Persarum scribit literas ad Philippum Hispaniarum Regem, & missis pretiosis muneribus ad fœdus prouocat.

Amurathes Solimannus Turcarum Imperator ad eundem Catholicum Regem scribit, & inuitat ad pacem, ob eam causam Legato missis Ali Bassa cubiculario suo cum donarijs immensi valoris.

Hoc anno Petrus Ronfardus poetarum Galliæ Cory-

phæus

Anni
christi.

1585

Anni
mundi.

5674

1590

5679

Anni
christi.

1585

Anni
mundi.

5674

phæus obiit in suo Prioratu sancti Cosmæ propè Turonensium ciuitatem. Cuius perenni memoriæ hoc Epitaphium positum fuit: *Osse poeta Gallici hic fouent Musæ, mortemq. eius lugent. Quid stas viator, recede à lacrymantibus, parce virginum pudori, & abi.*

1586. 1. Ianuarij die, Henricus Rex Nauarræ, post binas declarationes emissas in lucem anno superiore aduersus edicta Henrici Regis, ad status siue ordines Galliæ literas scribit, in quibus de ruptura postremi edicti pacificationis conqueritur.

16. Martij Henricus Princeps Condæus in vrbe Taillebourg vxorem ducit Dominam de la Trimouille, è qua vnicum filium suscepit.

1. Octobris Antonius Babynghton Comes & alij sex Angli extremo supplicio in Anglia afficiuntur.

Eodem mense Legati Io. Casimiri comitis Palatini, Ducis Saxonæ, Marchionis Brandeburgensis, & aliorum Principum, & ciuitatum quatuor Imperialium protestantium Germaniæ, Henricum 3. Regem Galliæ adeunt ad D. Germani in Laia, vt eum quibus modis & rationibus poterunt dehortentur, & deterreant à bello hæreticis & perduellibus Galliæ inferendo. Illorum longæ orationi, breuiter & summa cum grauitate respondit Rex Christianiss. Itaque re infecta redeunt ad suos.

Hoc anno Augustus Dux Saxonæ elector moritur, anno ætat. 60.

Constantinopoli nuptiæ magna pompa, & sumptu immenso filiæ Amurathis Imperatoris Turcarum celebrantur cum Bassa Hebratim.

Franciscus Dracus Admiralius Regiæ Angliæ classem armatorum militum in Peru ducit, & illic vrbes & ciuitates aliquot expugnat, è quibus prædam ingentem in naues exportari iuber.

1587. die Mercurij 18. Februarij Maria Stuarta Regina Scotiæ in Anglia capite plectitur, in castro de Fodringhay, anno ætat. 45. Coronata fuit regina Scotiæ cum nata esset tantum 18. menses. Postea ætatis suæ anno sexto in Galliam ducta. Vbi 15. ætat. anno, Francisco. 2. tum Delphino Franciæ nato annos 14. nubit. Cum quo viuit annos tres. Eo mortuo in Scotiam redit, & nubit Henrico d'Arley viro nobili ætatis 22. E quo vni cum filium suscipit Iacobum v. nunc Scotiæ Regem. Marito mortuo tertio nubit Comiti de Bothuel qui postea moritur in carcere. Ea in Angliam profecta retinetur ab Elizabetha Regina Angliæ, sub sæuera custodia in qua 18. annos, & vsq; ad mortem, raro, in eo sexu, fortitudinis & Christianiæ constantiæ exemplo, manet. Et pridie quàm moreretur ad Iacobum filium vnicum dat mandata, vt uiuat in timore Domini, & Ecclesiæ Catholice Romanæ adhæreat. De ipsius morte extat historia. Extat & oratio funebris Latine & Gallicè. Item liber quod Maria Stuarta à cæde d'Harleana sit innocens.

12. die Maij filius primogenitus Caroli Emanuelis Sabaudia Ducis Taurini baptizatur magna pompa & exultatione. Ed honoris causa legati à plerisque principibus Christianis cum preciosis muneribus, & infanti & matri offerendis missi fuerunt.

Hoc anno 1587. in Gallia à proceribus regni. cum Primarijs orbis Christiani principibus cum Pontifice Romano, Philippo 2. Hispaniarum Rege. Italiae Regulis, Lotharingis, Sabaudia Duce, & aliis fœdus inicitur quod sanctam vnionem, sine ligam postea vulgus appellauit. Huius fœ-

5679

1590

deris duo præcipua erant capita: vnã religionem, eamque Catholicam Romanam seruandam, omnes hærefes hæreticosque regno Franciæ, nisi resipiscant, pellendos. Deinde neminẽ e Principibus, quantumuis sanguine propinquum, nisi Catholicus sit, ad regni successionem eligendum. Fœdus hoc sanctum, iustum, Ecclesiæ Dei, atque Reipub. vtile esse publico programme ostendunt. *Iansoniũ lib. 1. mercurij Gallobelgici.*

16. Iulij edicta sunt comitia Galliæ, in quibus articuli fœderis renouantur & confirmantur. A rege multis precibus obtinetur vt alium, quàm Regem Nauarræ, Catholicum, non hæreticum, regni successorem nominet, in omnes Catholicæ Romanæ religionis hostes arma conuertat. Idem Ibidem.

Rex Nauarræ sibi vim & iniuriam fieri queritur, & vicissim necessariam sui defensionem suscipit, & permissu Regiñe Angliæ, principumque quorundam Protestantium Germaniæ, in ditione eorum aliquot equitum turmas colligit. Quæ in Alsatiam eodem mense Iulio magnis itineribus contendunt, pluresq; ibi hebdomadas commorantes, direptionibus, incendijs, ac cædibus grassantur. Tandem Roberto Bullionæ, & Fabiano à Dona ducibus iter ingrediuntur, viamque sibi per Lotharingiam vi & virtute sua aperiant. Occurrit illis ad Mosellam Dux Guyfius, ab Henrico Rege eò missus cum exercitu, remoram, ne cum Nauarræ Rege coniungantur iniecturus.

10. Octobris Nauarræ desiderio excipiendi adiutrices copias flagrans aduolat, & in itinere cum Annæ Ioieufco vestigijs suis à tergo semper insistente & ad prælium prouocante, ad Contracum dimicat. Victoria penes Nauarræum manet. Ipse Ioieufus perit, Perierunt & cum illo frater, & aliquot principes Galliæ, gregariorumque militum numerus non exiguus. Ducis Ioieufei, & fratris ipsius epitaphium elegans, à viro docto scriptum, vt lectori studioso gratificaret, placuit ascribere:

D. M.

*Hic fides hic charitas iacet, Siste viator,
Annæ Læius dum imperanti Regi obsequitur, pugnat, &
pugnando cadit. En tibi cum obsequio fidem. Claudius Læius,
dum sancium Annæ fratrem tentat assequi, & ipse morientem sequitur. En tibi cum amore charitatem.*

*o Fratres felices, queis mors dedit vitam, & virtus mortem:
Felices fratres, quos boni tanquam viuos adhuc colunt, mali etiam
nunc defunctos persequuntur inuidia! Felicem tumulum, cui honor
perpetuam parit inuidiam, & inuidia æternum honorem.*

Sub finem Nouembris exercitus Germanorum relicto calle iusso, contrarium ingressus, seipsum locis periculosis implicuit. Quo factum est vt maxima pars equitum in pagis vicinis residens nocte sancti Galli festum infecuta, fusa & oppressa sit, multis præstantibus ipsedemque nobilibus viris, captis, dissipatis trucidatis. Nec minore clade affectus est Fabianus à Dona, aliquot turmas equitum, peditumque secum habens in oppido Aulneau, quod per uigilio neglectum, ipso die S. Martini albescente, ex improviso per Guisianos hostem more suo Martinalia celebraturum, & profundis poculis largius se inuitaturum subolentes, adortum, expugnatum, & direptum est, Germanis altum dormientibus partim captis, partim trucidatis. Baro à Dona belli Dux superato saltu muro, mortem præsentem cum vno aut altero seruo vix euasit. Equites Germani, quos belli calamitas reliquos fecerat, inermes, ægri, nudi, & pedites plerique cum

quinque

Anni
Christi.

1585

1590

Anni
mundi.

5674

5679

quinque tantum turmarum equestrium præfectis (desideratis sedecim) in Germaniam redeunt.

Hoc modo perquam magnus ille exercitus, qui equitum 5. millibus, peditum verò 20. millibus constabat, superiorem victoriam infelici hoc exitu, cum maxima Germanici nominis ignominia fœdè corrupta.

Dux ipse Guisius reliquias persecutus est Gebennam vsque, vnde ad Diui Claudij ædem sacram vnã cum Principibus, Ducibus, Comitibus, equitibus, & militibus, qui ipsum comitati fuerant, profectus est, vt Deo gratias ageret, pro tam insigni, & insperata victoria. Diuo autem Claudio votiuam hanc tabulam æream appendi iussit.

VICTIS, fractis, fuis & fugatis Orthodoxæ Catholicæ religionis hostibus, qui cum Germanæ, Helueticæ, & Gallicæ gentis quadraginta quinque millia hominum collegissent, Galliam ingressi, claues à Diui Petri manibus auellere, eumque de cælo & sede Apostolica pellere ferociter minabantur: ab Henrico Duce Guisæ cum tribus fortium tantummodo virorum millibus, antequam Ligerim attigissent, cõfossi sunt celeriter & deleti. Dux igitur ille Guisius, cum reliquias tantæ multitudinis, quæ tota à fide catholica defecerat, Gebennas vsque persequebatur, iam & tam inexpectatam victoriam Deo referens; Deo, Diuorum Claudio gratias & vota persoluit. Laureati vero principes, Duces, Comites, Equites, & Milites, qui tantum, & tam bene de Republica Christiana meritum Ducem hac in expeditione sunt secuti, in perpetuam rei feliciter adeo gesta memoriam, hoc æs pjs ac victoribus dextris insciderunt, Anno 1588.

19. Augusti eiusdem anni 1587. Helueticorum tria millia occisa & deleta sunt in Delphinatu prope Gratianopolim ab Alphonso Dornano sub Henrico Franciæ Rege.

Eodem mense conflictus Hispanicæ classis cum Anglica, quæ inferior fuit.

Hoc mense eodem Guillelmus Gonzagua Mantuæ Dux moritur. Illi succedit vnicus filius Vincentius, natus an. 25.

Aliquot post mensibus, hoc est 19. Octobris Franciscus Medices magnus Dux Tusciæ obiit. Maritum sequitur non ita multo post Blanca Capella vxor eius. Fratri succedit Ferdinandus Cardinalis.

4. Octobris Regina Algiæ cum sex natis, & honesto comitatu Romam venit, Baptismi Sacramento suscepto in Maiorqua insula, ab illius loci Episcopo. Eam Romanus Pontifex honorificè excipit, & omni re necessaria subueniri iubet.

20. Octobris Iacobus Rex Scotiæ obsidetur à suis, & capitur in castro S. Damiani.

Hoc etiam anno Stephanus Battoreus Transsylvaniæ Princeps, & Poloniæ Rex, in Polonia diem suum obiit, postquam nouem circiter annos ibidem regnasset. Huius mortem omnes doluerunt, deserunt multi. Religionis enim Christianæ strenuus assertor erat, in rebus bellicis felix, in ciuili administratione prouidus & sapiens. Hæreticorum audaciam refrenarat, ciuiles discordias sustulerat. Ducatum Surrinensem, & Smolencensem, quos ante multos annos Ioannes Basilides Moschouitarum Princeps Poloniæ ademerat, armorum potètia recuperauit, & Coronam Poloniæ denuo subiecit. Aduersus Turcam quoque se imperterritum ostenderat. Cum enim ille anno 1584. secundum antiquam consuetudinem certas à Poloniis militum copias ad bellum quod cum Persa gerebat, peteret, Rex Stephanus has illi negauit, dicens; candidam Polonorum aquilam antea implunem, & viribus suis destitutam, nunc reuiuenscere, pennas recepisse, vngues & rostrum exa-

Anni
Christi.

1585

1590

Anni
mundi.

5674

5679

cuisse. Anton. Ciccarella in vita Sixti. 5.

Mortuo ergo Rege Stephano, Ordines Regni Poloniæ solliciti de nouo Rege creando varia inter se agitarunt consilia. Vt enim potentiam, autoritatem, & existimationem fortitudine Stephani partam tuerentur, necessarium putarunt, Principem aliquem eligere consilio abundatè, iudicio maturum, armis potentem, amplissima cognatione & plurimis amicitijs Illustrè. Pleriq; existimabant Coronam hanc Rudolpho Cæsari deferendam, propter contractum in electione Maximiliani patris initum quo cautum dicitur, vt si Maximilianus ad regnum admissus, in ea dignitate moreretur nullum foret interregnum, sed Rudolphus absque vlla electione patri succederet. Quidam oculos in Alexandrum Farnesium Principem Parmensem coniecerant, cuius tunc bellica fortitudo, militaris prudentia, & præclara pro Rege Hispaniarum facta per omnium ora volitabant. Nonnulli à Principe Transsylvaniæ, Stephani ex fratre nepote non magis abhorrebant, qui ad hoc regnum multis modis, magnisq; intercessionibus aspirabat. Cardinalis etiam Battoreus à non paucis expetebatur. Dux etiam Ferrariæ, vt insignis Poloniæ nationis fautor & Patronus in deliberationem venit. Erant & nonnulli ex ipsa Polonorum nobilitate, qui diadema patrium affectabant. Inter quos nemo magis idoneus videbatur Cancellario magno Samoscio, qui sub Stephano Rege ad tantam dignitatem & autoritatè ascenderat, vt nihil in illo, quàm titulus Regis, desiderari videretur.

Ab hac itaque electione exclusi sunt omnes, quos hætenus recensuimus. Erant autem alij adhuc competitores duo, Sigismundus Princeps Sueciæ, & Maximilianus Archidux Austriæ, Rudolphi Imperatoris frater. Hi in medium propositi sunt. Vtriusque causa diu, multumq; discussa, & ventilata. Tandem Maximilianus ab vna parte suffragantium, Rex Poloniæ renunciatus est. Alij Sigismundum Sueciæ Principem, viginti circiter annorum iuuenem, Regem proclamarunt.

Electi sunt itaque Reges duo, & vterque saluatus, vterque ad possessionem regni vocatus fuit. Qui certiores facti, collecta quammaxima armatorum manu, summa celeritate ad possessionem festinarunt. Maximilianus prior cum suo exercitu venit, & cum sedecim peditum equitumque millibus 16. die Octobris anni huius 1587. in conspectu agroque suburbano vrbis regiæ Cracouiensis castra metatus est, electionemque suam in urbem misit, petens vt admissus inauguraretur. Cracouienses verò, qui à Sueco stabant, nullo modo Austriacum recipere voluerunt. Sed missis literis & nuncijs ad Sueciæ Principem, eum vt aduentum maturaret, admonuerunt. Qui iactatus diu maris tempestate, tardiùs quàm sperauerat aduenit, & 9. die Decembris Cracouiam ingreditur, vbi magna pompa & exultatione totius populi & præcipuè nobilitatis, in castro Archiepiscopi Guefnensis, 27. eiusdem mensis coronatus est.

1588. 11. Ianuarij Dux Bullionæus Geneuæ moritur an. 25. ætatis, relicta hærede Charlotta de la Mark sore sua.

25. Ianuarij Maximilianus Archidux Austriæ, Rudolphi Imperatoris frater, Rex Poloniæ electus ab vna parte regni, vt superius diximus, à Sigismundo Principe Sueciæ, etiam ab altera regni parte electo, salutato, ad possessionem vocato, & coronato, dum inter se bello decernunt, in expugnatione Oppiduli Pitschem captus, in potestatem hostium deuenit, & pro qualitate suæ personæ, parum (vt

quidam

Anni
christi.

1585

Anni
mundi.

5674

1590

5679

quidam scribunt (honestè habitus, in custodiam dimissus est.

Quæ res cum Sixto V. Pontifici Romano nunciata esset legatum suum Hippolitum Aldobrandinum, magnæ eruditionis, experientia, autoritatique virum, tunc Cardinalem. postea verò anno post Christum natum 1592. Pontificem creatum, in Poloniam mittit vt pacem inter vtrumq; Regem renunciatum conciliaret, Austriacumque captiuitate liberaret.

1. Martij Bonus Broæus Præses in Senatu Parisiensi, Parisijs moritur. Cuius pietatem insignem, & reliquas virtutes hoc breui elogio Petrus de Montchal in Senatu Parisiensi aduocatus, nepos, & vnus è testamenti Curatoribus comprehendit.

D. M.

Et memoria aterna amplissimi & clariss. viri D. Boni de Broe suprema Paris. curia Senatoris, Primæq; inquisitionum classis Præsidis integerrimi, Monasteriorum Montisburgensis, in Constantiensi, & sancti Amanij, in Engolismensi Diocæsib. Abbatibus, sanctæq; Capellæ regalis Palatii Paris. Canonici.

Bonus Broæus Turnon. ad Rhodan. inter Consultos Iuris Consulti in suprema curia Paris. castiss. integerrimèq; sedit, præfuit ann. duodeviginti, Senator, dein Præses prima inquisitionum classis, iussu Regum Christianiss. & Katharina matris augustæ, magnis de rebus legationes in Italia obinuit feliciter, sacerdos & cœnobiarcha, pietatem imprimis coluit, cleriq; iura de mandatu Pontif. Max. imò sapius tutatus est. De excessu longè cogitans, vt vinum mortuus viuus prodesset, templis, scholis, ptochotrophijs, conlocandis virginibus grandem pecuniam suprem. tabulis reliquit. Quin & Turnoni VII. Studioforum collegium instituit, siss; museum, alimentaq; perpetuò legauit. Tandem inter labores sensim & sine sensu obrepit somnus, qui dum putatur letus, & mollis, in lethæum versus est Cal. Mart. M. D. LXXXVIII. Parisijs, vbi in ade Augustinianorum ad oram maioris altaris eius corpus conditum est. Vixit annos IV. & LX. Mens. I X. dies XX.

Hoc ipso eiusdem mensis die obiit Lugduni Iacobus Dalechampius, nobilis medicus. Cuius elogium in æde fratrum Dominicanorum Lugduni ærea tabulæ insculptum placuit adscribere:

D. O. M.
E T.
M. Æ.

Siste gradum viator, & pellege:
Iacobus Dalechampius Cadomensis medicus celeberrimus, nota & spectata fidei, bonorum omnium amiciss. & studiosiss. actus prole dulcissima carissim. annum agens LXXV. cum magno suorum luctu vniuersiq; populi desiderio, mortis quondam victor, à morte tandem victus obiit Cal. Mart. Ann. M. D. LXXXVIII.

5. Martij Henricus Borbonius Princeps Condæus in vrbe S. Ioannis d'Angely moritur cum suspitione veneni. De quo accusatus & conuictus vnus è domesticis, supplicio extremo afficitur. In corpore Principis post interitum aperto, certissima & euidentissima veneni exhibitæ signa apparuerunt.

12. Maij Tumultus Parisiensis, in quo Henricus Dux Guisæ, ne qua cædes fieret sollicitus, ciues quantum licuit cohibuit, & repressit. Henricus Rex periculum videns, Lutetia confestim excedit, & Carnutum se recipit. Ianfanus lib. I. Mercurij Gallobelgici. Initium malorum quæ Gallia

Anni
christi.

1585

Anni
mundi

5674

1590

5679

senfit his decem annis.

Cum Hispanica classis 30. Maij Vlyfbona soluiſſet, tempeſtate exagitata quatuor Actuaris Triremes, & quaſdam e minoribus deſiderauit. Poſtea non procul a Plymnutha primùm ab Anglis conſpecta lenioribus velitationibus ſalutatur, & nauachiam inire, & fortunam periclitari cœpit. Tandem mole ſua laborans depreſſa, capta, & direpta eſt. Conſtabat autem 150. nauibus. Ex iis 32. perierunt. & in manus hoſtium deueniunt. Atque in iis 10. millia militum. Cœtera pars claſſis partim lacera, partim ſalua in Hiſpaniam denuo appuſa eſt. *Ianſon. in Mercur. Gallobel. libr. 1. & Anton. Ciccarella in vita Sixti V.*

19. Iulij Ediſtum Henri III. Franc. & Polon. Regis Rothomagi primùm promulgatur, deinde in parlamento Pariſienſi, pro reconciliatione & vnione Catholicorũ totius regni Franciæ.

15. Auguſt. Henricus Rex comitia trium ordinum totius Regni Blæſis indicit, ad 16. diem menſis Octobr.

16. Octobr. in pleno ordinum Gallix conſeſſu, cauſam huius tam celebris conuentus diſertis verbis, & oratione longa Henricus Rex Chriſtianiff. exponit, & ediſtum perpetuum vnionis, quod Iulio menſe confecerat, vt legem fundamentalem, ſempiternã, & inuiolabilem, ſigillo Cancellarię muniti mandat, & ab omnibus iureiurando approbati, & in omnibus prouinciis totius Regni proclamari.

24. Nouembris D. Mandelotius Lugdunẽſis Prouinciæ Gubernator ſumma prudentia, & animi magnitudine præditus Lugduni moritur, magno ciuibus omnibus deſiderio ſui relicto.

26. Eiuſdem menſis Ferdinandus Cardinalis Medices Nicolaum Tornabonum Episcopum S. Sepulchri, legatum mittit ad S. Pontificem, & collegium Cardinalium, cum litteris, quibus ſupplex petit, vt liceat ſibi plus ſatis occupato in adminiſtranda & regenda ſua ditione, titulum Cardinalis, cui ipſi renunciat, deponere, & vxorem ducere. Quod ipſi à S. Pontifice & Collegio Cardinalium fuit cõceſſum, cum non eſſet ſacris ordinibus initiatus, & nihil impediret quominus & titulum Cardinalis deponere poſſet, & vxorem ducere. Qua de re certior factus Magnus Dux gratitudinis ergo duas ingentes ſtatuas argenteas miro artificio cœlatas, ad Templum D. Ioannis Lateranenſis per eundem legatum dono mittit, & dedicat ipſi Diuo, cuius imagines erant. Poſtea vxorem ducit Chriſtinam filiam Caroli Lotharingiæ Ducis.

23. Decembris Henricus de Lotharingia Guiſiæ Dux, iuſſu Henrici Franciæ Regis trucidatur Blæſis, vbi comitia habebantur. Die ſequenti, peruigilio natiuitatis Domini, Cardinalis fratrem ſequitur. Ipſe Cardus Borbonius Cardinalis. Archiepiſcopus Lugduneniſis, Nemoræus Dux, & aliquot alij e Guiſiorum familia ſub forti custodia poſiti, & retenti ſunt. Dux ipſe Guiſius anno clymaſterico, putã 42. ætatis mortuus eſt. Hunc Plutarchus Caio Iulio Cæſari, in vitis virorum illuſtrium, comparaturus fuiſſet, ſi vidiffet.

Hoc audito nuncio Pariſienſes vnã cum Picardis à Rege deſciant Lutetiam Dux Mœnius conſeſſim aduolat. Aumalius ux Picardiæ vrbes, Ambianum, & Abbatis villam occupat. Aumalius frater, quem equitem Aumaliũ vocant, Blæſis arte elapſus, Aurelianũ peruenit. Ii fœderis Duces, oppida, quæ à Rege deſciant, opere muniunt, dubia præſidio firmant, plebem qua arte, & ratione poſſunt,

Anni
chriſti.

1585

Anni
mundi.

5674

partibus

partibus ſuis deuinciunt.

Rex Nauarræus dum hæc Blæſis, & in Picardia geruntur, exercitu in Piſtones traduſto, Niortium, primarium illius Prouinciæ oppidum, commodiſſimo loco ſitum rebus ad bellum, victumq; neceſſarijs inſtructiſſimum occupat. Quo capto alia nonnulla deditioem fecerunt. Paulò poſt ipſe Rex Nauarrę in grauiffimam pleuritidem incidit. E qua tamen paucos poſt dies deſperantibus omnibus de ſalute ipſius (clemẽtiſſimo Deo longiorem vitam ad maiorem ſui honorẽ & Eccleſiæ Chriſtianæ propagationem ipſi prorogante) conualuit.

Henricus Rex ſcriptis literis ad proceres, Ciuitates, & oppida Regni proteſtatur ſe in propoſito ſuo, hereticos, omneſque eccleſiæ hoſtes perſequendi, funditiſque extripandi, ſponte ſua, proprioque zelo perſeuerare. Monet ſubditos omnes, vt omni diſſidio, diſſidentia, omnibus ſcœderibus, & pactis, & clauſteſtinis conſilijs procul omiſſis, in poſterum poſt Deum, non alium Regem quàm ſe ab omnipotente Deo ſubditis datum agnoſcant. Quod ſi fecerint, ſe illos viciffim non vt ſubditos, ſed vt proprios filios habiturum pollicetur.

Hinc tragœdiæ Gallicæ exordium, Gallia incendijs bellicis flagrat, vrbibus vltro citroq; obſeſſis, captis, direptis. Omnia necibus, ignibus, ſtragibus, mortibus plena, vique ad annum 1598. quo ſummo Dei omnipotentis beneficio pax inter Henricum 4. Regem Chriſtianiff. & Philippum Hiſpaniarum Regem Catholicum, vnã cum Carolo Emanuele Sabaudix Duce compoſita & firmata eſt. Libri varij vtriuſque partis in lucem emiſſi, diſcordes inter ſe, & diſcordibus animis, vt qui tumultuum Gallix olim hiftoriam (periculoſã ſcilicet opus plenum alex) volet cognoſcere, anceps & dubius hæreat quos ſequatur, & quibus potiſſimum fidat. Nos euentus ipſos, & res memorabiles, contenti erimus verbo indicare diarij forma, Conſilijs Ducum partium ipſarum prætermiſſis.

Syb finem anni huius, Carolus Emanuel Dux Sabaudix Marchionatum Saluciæ arte & armis occupauit.

Poloni fugant Tartaros & Turcas, multis hoſtium milibus trucidatis.

Atque hic eſt ille annus mirabilis, de quo Ioannes Regiomontanus Mathematicus ſummus, aliquantò antè quàm Romæ anno à partu virginis 1475. ætatis ſuæ 42. in viuis eſſe deſijt, prognosticum ſeu vaticinium in hanc ferè ſententiam edidit:

Post mille expletos à partu Virginis annos,

Et poſt quingentos rurfus ab axe datos.

Octogefimus octauus mirabilis annus.

Ingruet, & ſecum triſtia fata trahet.

Si non hoc anno totus malè concidet orbis,

Si non in nihilum terra freiũque ruet,

Cuncta tamen mundi ſurſum ibunt, atque deorſum

Imperia, & luctus vndique grandis erit.

Eadem Ioannes Stofflerus, inſignis Aſtologus, & noſtro ſeculo generoſiſſimus Heros Henricus Rantzouius, in ſuo de annis climactericis, & imperiorum periodis libello vaticinatus eſt. Quorum vaticinia quàm veros euentus ſortita ſint, ipſi hoc anno vidimus. Nam in omnibus regnis & imperijs maximas rerum mutationes, imò totius orbis paroxyſmos conſpeximus. Annon inſolens, inauditumque, vnicum Poloniae regnum inſtinctis procellis, & bellis miſerè excarnificatum, quatuor vno codẽmq; tempore Reges hoc anno habuiſſe? Rem inauditam narro, at

Anni
chriſti.

1585

Anni
mundi.

5674

1590

5679

Ttt 4

tamen veram. Sigismundum Suecum, Maximilianum Austriacum, Henricum Valesium Gallum, Regio Poloniæ titulo ad vltimum vsque agona vtentem, & Stephanum Bar toræum, tum temporis adhuc inhumatum. Sequitur Suecia, quæ similiter dicto tempore tumultuum incendiis flagrat, arces aliquot bello pridem captas amittit. Moschus mente licet paululum remotus, amissa recuperat. Daniam Rege Friderico I. demortuo, relictoque vndecenni filio interreges quatuor gubernant. Scotiæ Regina à propria consanguinea, mulier à muliere, contra datam hospitalitatis fidem damnatur, & supremo supplicio afficitur. Anglia fugata classe Hispanica mirabilem victoriam obtinet. Hispanus classem præpotentem amittit, & variis à Draco Modis iufestatur. Persa moritur. Turca infeliciter in Vngaria cum Christianis pugnat. Vngari crebris eiusdem incursionibus molestantur. Maximilianus Austriacus à Polonis captus custodia traditur. Italia à Banitis plurimum vexatur. Germania veteri lethargo sopita, nunc hanc, nunc illam religionis faciem exosculatur, atque (vt compendio dicam) ab ortu solis, vsque ad occasum, nullus fermè remansit locus, in quo non miratu dignum aliquid hoc anno contigerit. Omitto portenta hoc anno visa, quæ plerumque præcedunt, cum insignis aliqua calamitas impendet. Omnia, inquam, hæc prudens prætereo.

Vna illa Regni Franciæ metamorphosis quam ab inferis excita Erynnis hoc anno peperit, quæuis facile in summam admirationem rapiet. Quis enim non obstupescet cum audit Regnum illud, quo in toto terrarum orbe neque maius est, neque nobilius, neque opulentiùs, quod iam annos mille ducentos tanta cum gloria stetit, floruit que, tam breui & exiguo temporis momento, tam feralibus tumultibus, tam tragicis turbis concussum, & in tot contrarias factiones diuulsam? Sed nos patriæ vulnus, & cicatricem obduci cœptam non debemus refricere.

1589. 4. die Ianuarij edictum fœderis siue vnionis, Henrici Regis iussu Blæsis in concessu trium ordinum Franciæ publicatur, & iuratur. Quod iam semel, atque iterum fuerat factum.

5. die Ianuarij, epiphaniæ profesto Katharina Medicea, Laurentij III. Medices Ducis Urbini, ac Magdalene Bononiæ Auernicæque Comitissæ filia, Henrici II. Franciæ Regis vxor, & mater trium Franciæ Regum, anno ætatis septuagesimo, & quinto morbi die, Blæsis naturæ debitum reddidit.

7. die mensis eiusdem Parisijs rogatu populi congregatum est collegium Sorbonicum, in quo Doctores numero 70. omni diligentia, ingenique acumine consideratis & examinatis quæstionibus sibi propositis, tandem post multas in vtramque partem disputationes, in eam sententiam conuenerunt, & concluderunt: Populum sacramento esse solutum, & licere ei contra Regem suum pecunias colligere, confœderationes inire, arma ferre, pugnare. Vt autem hæc maiore cum auctoritate fiant, petunt à Legato Pontificio, vt aliquem ex suis ad S. Pontificem mittat, qui huius conclusionis approbationem impetret, vt tutiori cum conscientia ad catholicam Romanam religionem tuendam, & hæresim omnem radicitus extirpandam hæc exequantur. *Ianfonius lib. 2. Mercurij gallobelg. & Casar Campana lib. 10. Historie mundi.*

16. Soluuntur Comitia Blænsia, & deputati trium ordinum Franciæ in suam quisque prouinciam dimittuntur. Postquam Archiepiscopus Bituricensis Aquitaniæ Primas,

Anni christi.

1585

1590

& Præses

Anni mundi.

5674

5679

Anni christi.

1585

1590

Anni mundi.

5674

5679

& Præses ordinis Ecclesiastici, Carolus Cossæus Briffaci Comes, pro nobilitate Francica, & Stephanus Bernardus caufarum Patronus in Senatu Diuionensi, ordinis tertij orator perorassent.

Eodem ipso die Bussius le Clerc, collecta ciuium turbulentorum & seditiosorum manu augustum illud Parlamentum Parisiense in arcem Bastiliæ ducit, & captiuum sub forti custodia retinet.

19. Declaratio Parisiensium pro sacro fœdere. 30. die iuramentum pro sacro fœdere præstatum iterum à Parisiensibus, & à tribus ordinibus ciuitatis subscribitur.

Februario mense idem iuramentum præstatum à Tolosatis à summo Senatu, & à facultate Theologiæ confirmatum.

Eiusdem Februarij 10. die Stephanus Durandus primus summi Parlamenti Tolosani præses per tumultum à ferociente & seditiosa plebe occiditur. Cuius postea memoriæ hoc elogium positum fuit.

D. O. M.
S.

Joannes Stephanus Durandus hic situs sum, Tolosa honesto natus loco, primùm actor causarum nobilis, deinde patronus fisci, postremò amplissimi Senatus Princeps fui (absit verbo inuidia) merui in eo gradu, steti dum res stetit Gallica, cecidi cadente regno, iniurorum conuisione oppressus: casum luxerunt omnes boni. Et ciuitas facta paulo tranquillior in autores necis exemplum graue statuit, & honorem habuit mortuo quam potuit maximum.

Annos vixi 55. vine plures viator, & feliciùs morere. Conditiùs exigua magnus Durandus urna.

Dormit soporem ferreum. Secla peremerunt hunc ferrea, ferreus ille est, Qui nouit ista nec gemit. Vna namq; iacet patria decus omne, suæq; Et crimen urbis & dolor.

Cæterum cum ad cæremonias ritusque sacros defendendos quibus in precibus, & sacris solennibus vtitur sancta mater Ecclesia, pauci admodum fuerint, qui manum admouerint, vnus nostra ætate maximo applausu Doctorum omnium exceptus fuit Io. Stephanus Durandus, qui genus hoc argumenti tribus libris non minus doctè, quam copiosè persecutus est, & plerisque omnes cæremonias rationibus optimis ex scriptura, sanctis Patribus, totaque antiquitate defendit. Hoc opus aureum Romæ primùm anno 1591. excusum, sequenti anno Colonia Agrippinæ ex officina Io. Gymnici, magno studiosorum omnium emolumento prodiit, sub hoc titulo: *Io. Stephani Durandi secretioris regij cõsistorij consiliarij, Amplissimiq; Senatus Tolosani primi Præsidis, de Ritibus Ecclesiæ Catholice libri tres, &c.*

24. Februarij Lugdunenses pro sacro fœdere, & sui defensione iuramentum præstant, & arma capiunt.

4. Martij Parisienses Catholici, & confœderati cum Henrici Valesij Imperio renunciauerunt, alium sibi principem, cui parerent, eligendum statuerunt. In frequenti itaque conuentu, postquam omnia tam præsentia, quam futura incommoda demonstraerunt, communibus tandem suffragijs Ducem Mænium Parem Franciæ, Pro-regem regniq; Gallici defensore (donec ordines totius regni conuocati aliud statuerent) renunciarunt. Ordines autem primo quoque tempore mandato Parlamenti per ~~gentem~~ Pro-

curatorem

curatorem conuocandos,indictiones & tributa ad bellum gerendum necessaria imperanda, & exercitum conscribendum decreuerunt.

Rex interim nouis turbis noua remedia querere,& crescentibus confederatorum viribus, auxilia sibi circumspicere,malum praesens, remedium praesens requirebat. Germanica, Heluetica, Anglica, Scotica auxilia certa sperabat, sed ea longinqua, eaque tarda. Vnus Rex Nauarraeus ad manum.

Itaque in concilio Regis grauer certatum, dum quidam accersendū Regem Nauarraeum: alij omnia prius experiunda ferendaque contendunt. Rex ipse dubius animi, cum videret se à coniuratis valde premi, eorum sententiam sequitur, qui Nauarraeum Regem proximum Regno Principem, dum externa auxilia conficiuntur, quamprimū quibusuis conditionibus inuitandum atque accersendum censuerunt.

Ipsē Lutetiam Parisiorum, vt indignam omnibus honorum titulis & priuilegijs spoliavit: Turonūque metropolim, quō se defuncta matre relictis Blæsis, receperat, supremi Senatus sede honorauit.

9. Martij in Polonia causa inter Regem Sigismundum, & Serenissimum Archiducem Maximilianū Captiuum à Legato Pontificio Cardinale Aldobrandino, cæterisque vtriusque partis legatis Bithoniae cōgregatis agitata. Tandem diuina gratia intercedente, & legatorum, praecipue Cardinalis prudentia accedente, Pax inter Polonos, & Serenissimam familiam Austriacam est reparata. Fuere inter alias cōditiones: vt Maximilianus liber sine lytro discedat, offensiones Christianae tranquillitati cōdonet, Libloniam restituat, titulo regio Poloniae renunciet, ad fines Silesiae deductus, securitatem, seu Iuratoriam cautionem, de non vindicando praestet. Damna mutuō compensentur, fœdera inter Poloniae, Vngariae, Bohemiae Regna, & totā domum Austriacam renouentur. Rex Poloniae ad maioris honoris significationem ad Sacram Cæsaream majestatem, praeteritarum offensionum *diuinitar*, & transactionis confirmationem petittum, legatos mittat. Sacra Cæsarea majestas iuxta formulam conceptam praesentibus legatis Polonicis (sicut vice versa Rex Poloniae praesentibus legatis Cæsareis) Iureiurando pacem & fœdus confirmet.

Hoc mense Martio Cardinalis Farnesius, Princeps grandæuus, virtute, consilio, & opibus pollens, gratus bonis, grauis improbis, & qui plurimas cum laude obierat legationes, ex hac vita sublatus est.

26. Aprilis Henricus Rex non ignorans initam cum Nauarrae Rege amicitiam quamplurimos homines, imō & principes externos offensionem, publico programme factum illud excusat.

Eodem tempore Christina Caroli 3. Lotharingae ducis filia, Ferdinando magno Hetruriae siue Florentiae Duci, nuptura, prope Florentiam in castrum quoddam die 29. Aprilis venit, & postridie à Domino Cæsare, Ducis cognato, Diademate redimita, 15. Episcopis, multisque principibus & nobilibus vtriusque sexus ad portam quae Prata dicitur, comitata, Florentiam venit, vbi insigni cum triumpho à sponso excepta, in ecclesiam deducta, & magna Hetruriae Ducissa renunciata est. Huius pompae memorabilis historia extat typis excusa.

Sultanus Imperator Turcarum Elysaethae Angliae Reginae literas mittit ad ipsius Reginae legationem responsorias, quibus fœdus cum ipsa sancit, & auxilium aduersus

Anni christi.

1585

Anni mundi.

5674

Anni christi.

1585

Anni mundi.

5674

Philippum Hispaniarum Regem, hostem communem pollicetur. Haec literae Ingolstadii fuerunt typis excusae.

5. Die Maij Sixtus V. Romanus Pontif. cum Francia Regem saepe, frustra tamen admonuisset, in Senatu Cardinalium, & de consilio ipsorum statuit: Quod si Rex Cardinalem Borbonium, & Archiepiscopum Lugdunensem, quos à caede Guisiorum captiuos detinebat, tempore constituto non dimitteret, ipsum Regem excommunicatum iri, anathematis fulmine feriendum, omnes censuras ecclesiasticas, quae in sacris Canonibus, & in bulla coena Dominicae leguntur, incursum. Eandem quoque sententiam declarauit Pontifex intelligendam de his, qui consilio, auxilio, aut quocunque modo Regi in predictis casibus adfuissent. Praeterea Regem ipsum citauit, vt 60. dierum termino, cuius initium ab illo die sumeretur, quo citatio haec Regi innotuisset, vel ipse in propria persona, vel per vnum aut alterum procuratorum cum authentico mandato Romanam veniret, iudicioque se susteret, rationem ob quam Cardinalem Guisium interfecerat, Borbonium, & Archiepiscopum Lugdunensem captiuos detineret, redditurus. Quia verò periculi plena res erat, hoc mandatum ad ipsum Regem deferre, Romae consuetis locis publice affixum est, & exemplaria nonnulla in Galliam missa, vt vicinis circa Regem locis omnibus legenda exponerentur. *Ianfonius lib. 2. Mercur. Gallobelg. Anton. Ciccarella in vita Sixti. Caesar Campana lib. 10. historia mundi.*

Vltimo die Iunij Henricus Rex cum Nauarrae Rege in Nemore Plessæo ad portas vrbis Turonensium colloquitur.

25. Iulij Pontifareses septem tantum milliaribus Lutetia disiuncti, obsessi & oppugnati, deditione facta in potestatem Regis veniunt.

30. Iulij Iacobus Clemens inuenis 23. circiter annorum, natus in pago cui nomen Sorbona, qui quatuor circiter millibus passuum à Senonibus, vulgò *Sens*, ab est, & in Dominicanorum familia educatus, eiusdemque post ordinis Monachus factus, religionis Catholicae, quam periclitari existimabat, zelo correptus, ad pontem S. Clodoaldi, duobus à ciuitate Parisiensi milliaribus, vbi Rex Henricus in exercitu 45. millium armatorum militum adhuc haerebat, profectus est, & sequenti die qui fuit primus Augusti in conclauē Regis, remotis omnibus aliis ductus, fingens se literas querere, quas Regi exhiberet, cultrum ancipitem, & acutissimum, quem sibi fabricari curarat, promit, & capulo tenus in ventrem Regis adegit, adactum in vulnere relinquit. A quo vulnere mors Henrici Regis sequenti die secuta est. Monachus autem antea occubuit, ab accurrentibus ministris mox occisus, fenestra in pavementum eiectus, deinde carnifici quatuor equis dirumpendus ac igni comburendus commissus. Atque hic fuit toti Galliae regno funestus Henrici III. interitus, qui natus 19. Septembris 1551. annos vixit 37. menses 10. dies 11. Regnavit annos 15. menses 2. In eo finiuit stirps Valisiorum, quae regnavit ab anno 1515. vsque ad annum 1589.

Cæterum hoc notatu dignum praeterire non possum. Mense Maio eiusdem anni, hoc est quatuor ante ipsius Regis mortem mensibus, interrogatus vir doctus ab amicis, de Henrico Rege quid speraret, per sortes Virgilianas inquirens aperto Virgilij libro, versu septimo, quem numerum animo destinarat inuenit:

Olli dura quies oculos, & ferreus urget

1590

5679

Somnus in æternam clauduntur lumina noctem.

Quod nimis verum flebilis exitus postea comprobavit.

Postridie à Regis Henrici morte, Henricus Borbonius, Nauarræ Rex in ipso tumultu rex Franciæ proclamatus, præsentibus in castris Principibus, solenni iuramento se Catholicam Romanam Religionem, in iis quibus nunc est, Franciæ locis, saluam conseruaturum, nihil in ea in nouaturum, legitimi generalis concilij decretis, & cognitioni statutum, coronæ regis officarijs, proceribus, & reliquis statibus priuilegia sua confirmaturum affirmavit. Ei tum Galliæ Pares, Principes, Nobilesque qui aderant, tanquam Regi Franciæ ac Nauarræ, Domino suo fidem, obedientiam iurant, omnemque opem, & humillimū obsequium vitæ ac fortunarum, ad cædem Henrici Valesij Regis sui vindicandam & rebelles exterminandos sponte offerunt. *Ianson. lib. 2. Mercur. gallobelg. Anton. Ciccarel. in vita Sixti. Caesar Campa. lib. 10. histor. mundi.*

5. August. Edicto publico Ducis Moenij, & consilij facti fœderis Parisijs Catholici Regni Franciæ vniuntur expectantes liberationem è carcere Caroli Borbonij Cardinalis. Is publicè per Lutetiæ plateas Franciæ Rex denunciatur, & sub illius nomine moneta cuditur. Hoc edictum 21. Nouemb. renouatur.

12. August. in Diuionensi Parlamento Arrestū promulgatur contra Henricū Regem. Renouatur 5. Septemb.

19. Burdigalæ pro religione Catholica Apostolica Romana. Repetitur 20. Decembris.

22. Tolosæ etiam aduersus Henricum Regem.

23. Septembris Rothomagi simile Arrestū publicatur.

14. Octobris simile etiā Parisijs promulgatur aduersus eundem Regem, qui interea, vt sibi stabilem Regni Gallici possessionem faciat, nihil intermittit. Ad omnes ordines ciuitatēque Regni litteras mittit, mandatque vt pridie Calend. Nouemb. in Turonensium Metropoli cōuenirent.

Postea in oppidis quibus potitus erat præfidiis relictis, in tres partes copias suas distribuit. Robur exercitus Longueuillæ Duci attribuit, vt in Picardia, & circa Parisios bellum administret. Cum altera parte Aumōrium in, Campaniam ad excipiendum hostem, & retinendum in fide ciuitates ablegat. Tertiā secū Diepam, quæ maximæ opportunitatis ex aduerso Angliæ in Normania vrbs est, abducit.

Mense Septembri Moënus Dux cum intellexisset Henricum Regē Rothomagensē agrum infestare, cum 18. millibus peditum, & 3. millibus equitum Rothomagum contendit, & cum Henricus Diepam venisset, Moënus cum omni suo exercitu urbem hanc obsedit, & sub ipsis mœnibus tormenta bellica disposuit, sæpe in urbem pilas misit, sæpe vicissim pilis ipse ex Vrbe saluatus est. Regij erumpentes aliquoties in castra Moënij impetum faciunt, & à Moëniis repelluntur. Fluuius urbem interluit, per quem oppidanis necessaria aduehuntur. Fluuius hoc, ponte strato Moënus hanc commoditatem cūibus impedire cœpit. Quod vt minori suorum incommodo faceret, collem vicinum è regione Arcis Arkenis munitæ, & quæ à Regijs custodiebatur occupauit. Ingens hinc orta est pugna, dum neuter vult cedere. Henricus equitibus, Moënus peditibus præualebat; & nunc huc, nunc illuc Victoria inclinabat. Vicere tandem Regij, eo quod Nemourij Ducis equites turbatis ordinibus fugerunt. Moënus hac clade accepta, cum intellexisset Ducem Longueuillæ, & Lanoëum cum suis copiis aduentare vt Henrico Regi subsidio essent, obsidionem soluit, & milites reducens in

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5674

hyberna

1590

5679

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi

5674

hyberna distribuit. *Iansonius lib. 2. Mercur. Gallobelg. Caesar Campana lib. 10. histor. mundi.*

Hoc anno classis Anglica in Lusitaniam appulit 15. millibus peditum & equitum constans, sex nauibus regiis. 20. bellicis, & 140. onerariis bene instructis: Ducibus, Dracō, Norreyfio, & Dom. Antonio Lusitano. Sed ibi menses aliquot cum frustra, & cum exiguo fructu hæsisset, lacera & amissis plus quàm 18. millibus militum & 40. nauibus: incensis quatuor arcibus, quas tot nobilium & fortium virorum sanguine quadruplo emerant, nulla aliâ re laudabili confecta, iu Angliam rediit.

Mense Nouembri Rex Henricus totum exercituum in Parisienses ducit, suburbia quædam ciuitatis occupat, spoliâtque, & multos captiuos secum abducit. Commendator Mordonius Lutetiam à Duce Parmensi cum ingenti thesauro, & promissionibus, Regem Hispaniarum, omnem opem illis laturum, venit. Cuius aduentus Parisienses non parum consolatur.

Henricus Caietanus presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Prudentiæ, legatus à latere mittitur à Sixto V. Pontif. Max. ad Regnum Franciæ. Et primo die Decembris Lugduno (vbi magna pompa & populi læticia, cum magno Præsulum & doctissimorum Theologorum comitatu exceptus fuerat) in Galliam versus Parisios proficiscitur.

2. Die Decembris Cenomani ab Henrico Rege obsessi, & oppugnati sese dedunt.

Hoc anno in Italia & potissimum in Marka Trauisana tanta cœlestium aquarum vis decidit, quanta retroactis nostra memoria annis nunquam.

Romæ quoque Tyberis tanta exundauit aquarum copia, vt cum intra aluci sui ripas contineri non posset, bis expatiatus, tam longè latèq; urbem inundauerit, vt scaphis cymbisq; per multas plateas nauigaretur. Imbres autè illi cōtinui incredibile damnum multis Italiæ locis intulerunt, ita vt necesse fuerit sementi primæ & secunda corrupta, tertio & quarto agros seminari. Tandem accedentibus priori malo noxiis ventis, & nebulis densis, iisq; lethalibus tota penè messis periit. Quam calamitatē magna illa subsequenter annorum miseria, fames, annonæque caritas, de qua suis locis dicemus, est subsecuta.

Venetiis (quæ octo in circuitu milliaria Italica, Insulas 25. Parochias 62. monasteria 41. pontesque publicos 400. comprehendit, quæ quotannis è solo vectigali vicij centena ducatorum millia capit, quæ super palos, & paludes in mediis aquis extracta vrbs est, sine muris, & porris potentissima, ac multis nominibus per Orbem vniuersum celeberrima) in tantum mare Adriaticum succreuit, in tantum vrbs Canales continuo cataclysmo exuberarunt, vt non modò omnia mercaturam facientium promercalia, sed etiam urbem totam vndis obrutum iri iurares.

Augustæ Treuitorum, Os naburgi, in Sueuia, Dania &c. Magnus Magorum numerus tam plebeiorum, quàm sacerdotum, L. L. doctorum, Consulium, & eorum qui existimationis & opum nota clari extiterent, Vulcano instar noui holocausti oblatis sunt. Quos inter fuit vir prædiues & celebris I. V. Doctor Flattenus, Electoris & Archiepiscopi Treuerensis Consiliarius, qui post 6. mensum custodiam, Maij 16. publicè in rogam missus & combustus est, Necnon peruersissimus quidam præstigiator, de quo in oppidulo Beber, tria millia passuum Colonia distante, sub Comite Vvarnero à Rifferscheid supplicium sumptum est. Qui præterquam quòd infolitus aera sudu fulminibus ciere, tonitru, grandi-

1590

5679

ne, & tēpestates inſperatō excitare, homines detrimēto graui afficere, fruges excantare, ſegetem alio transferre, maribus virile robur adimere, etiam ſe ex homine in lupum, cingulo, quod remunerationis loco, abiurata Chriſto fide, à Dæmone acceperat, cinctus, toties quoties voluit conuētere potuit. In qua ſua metamorphoſi ſeu λυκανθροπιη, tredecim homines laniavit, & deuorauit. *Ianſonius lib. 2. Mercur. Gallohelg.*

Hoc etiam anno Iacobus Comes Limitaneus Badeniſis, poſtquam de Lutheri doctrina, quam hæctenus profitebatur, dubitare cœpit, doctos viros vtriuſque religionis, Proteſtantium & Catholicorum conuocauit, & colloquium præſente Comite Mompelgarrenſi, & nobilibus alijs inſtituit. Præſes Catholicorum erat Piſtorius, ex Lutherano, Catholicus factus; Proteſtantium, Smidelinus, qui cum modum in diſputando propoſitum, non ſeruaret, abſurdè quædam proponeret, abſurdiùs reſponderet, dialecticos ſyllogiſmos quatuor terminos habentes ſingulis momentis proferret, totamque Dialecticam improbaret, & reijceret: Comes obſeruata Smidolini & ſociorum immodestia, peruicacia, & ignorantia rei theologicæ, dimiſſis cum honore Proteſtantibus, Piſtorio, Patrique Buſæo, Societatis Ieſu theologo Nouiomagenſi, ſeſe catechiſandum tradidit, atque tandem ciurata hæreſi Lutherana, catholicam religionem, ſummo Pontificis Max. Sixti V. omniūque catholicorum gaudio profeſſus eſt.

1590. Menſe Ianuario nuptiæ Iacobi Sexti Scotiæ Regis & Annæ filiæ Friderici 2. Daniæ Regis, Croneburgi ſumma ſolennitate ac regali pompa & apparatu celebrantur. Adſuerunt multi Principes Germaniæ, affines ſponſæ.

17. Ianuarij D. Antonio ſacro Auenioni, dum ſupplicatio ſcholasticorum collegij Societatis Ieſu procedit ad ædem D. Marię ſacram, quę cathedralis eſt, puer 6. ann. filius vnicus Georgij Calueti. V. l. Doctōris, ex alto diſtate plus quàm 28. pedibus regijs à pauimento, cadit, & ſtatim inuentus eſt ſanus & alacer, ſine offenſione vlla corporis. Quod miraculum precibus ſtudioſæ illius iuuentutis ad D. Virginem tributum eſt. Historia ea de re ſcripta à fratribus congregationis D. Mariæ virginis Auenionenſis ad Congregationem Lugdunenſem, & alias toto Galliæ regno ſparſas, typis excuſa extat.

7. Martij Arreſtum Parlamenti Pariſienſis. promulgatur quo iubentur omnes ſubditi Franciæ Regni, Carolum 10. pro Rege agnoſcere, & ſub eius autoritate obedire Mœnio Duci.

Eodem Menſe Henricus Caietanus Legatus Pontificius ſcribit ad Archiepiſcopos, Epicoſcopos, & Abbates Franciæ, ac prohibet iſtis ne ad urbem Turonicam proficiſcantur, quo publicis literis ab Henrico Rege fuerant inuitati, vt de ſe in fide orthodoxa inſtruendo, & ad Eccleſiam catholicam reuocando deliberarent. Scribit & ad nobiles Galliæ vt adhæreant fœderi pro religione catholica inito & iurato.

14. Martij fit atrox pugna inter Henricum Regem, & Ducem Mœnium. Cadunt vtrinque multi. Equitatus Domini de Santes Comit̄is Egmundani, & album Mœnij vexillum fortiter pugnarunt. Sed tandem vnà cum Egmundano caſu fugatiſque ſunt. Peditatus quoque trucidatus captus, & in fugam actus. Ex peditatu Gallico multi abiectis armis euaserunt. Germani armis ſpoliati, in caſtra remiſſi ſunt. In ſumma conſtat magnam hanc fuiſſe Henrico Regi victoriam.

10. Aprilis

Anni
Chriſti.

1585

Anni
mundi.

5674

1590

5679

Anni
Chriſti.

1585

Anni
mundi.

5674

10. Aprilis Arreſtum Parlamenti Rothomagenſis contra nobiles omnes, & alios quosuis qui Henricum Regem ſequuntur, promulgatur.

15. Aprilis Henricus Rex copias ſuas in agrum ducit Pariſienſem. In itinere Charentonium occupat, & in conſpectum Pariſienſium venit, arcẽſque aliquot, pagos, & pontes, quæ in circuiſu ſunt, intercipit. Paucis poſt diebus Pariſienſes cœpit læceſſere, & in ſuburbia S. Martini dicta irruere. At ciues erumpentes, tanto cum impetu hoſtem aggrediuntur, vt deſideratis plurimis pedem retraxerint. In vrbe machinæ bellicæ fuſili opere multæ conficiuntur, ferreæ quoque catenæ fabricantur, quibus flumen claudatur. Deinde ciuium, inquilinorumque capita recenſentur, inuentaque ſunt ducenta millia. Cùmque annonæ facta eſſet inſpectio, deprehenſum eſt tātum frumenti, quātum tot hominibus ad menſem vnum ſufficiat, ſi ſingulis quotidie vnus libræ panis diſtribuat.

Iterum ciues conuocantur, conuentus fit generalis, in quo iterum determinatur, neminem pro Rege aſſumendū, qui non ſit Catholicus. Præterea diuulgandum, & ad Præfectos vrbs deferendum omne clandestinum conſilium, omniſque proditio, & quidquid alicui innoteſceret huic vnanimi conſenſui contrarium. Quæ cùm ſinguli iureiurando confirmaveſſent, dimiſſi ſunt.

Habebat tunc Henricus in caſtris 12. millia peditum, equitum verò tria millia, quibus urbem diuerſis locis, diuerſisque ſtationibus, ſed extra teli iactum circumſedit. Paulò poſt tredecim maximis machinis æneis mœnia vſque in diem 4. continuò diſturbare iuſſit. Cui Dux Nemoreus (quem ſibi gubernatorem initio obſidionis Pariſienſes creauerant) cum ſexaginta quinque reſpondit, aperitiſque portis quotidianas in caſtra regia fecit eruptiones.

Eccleſiaſtici omnes, qui in vrbe erant, recenſentur, diſtributiſque inter illos armis, ſua quoque obire in vrbs deſenſionem munia præcipiuntur. Illorum Præfecti conſtituti ſunt Epicoſcopus Siluaneſis, & Prior Carthuſianorum. Loco vexillorum præferebatur illis imago Chriſti in cruce pèdentis, & alia B. Virginis ſtatua. Profeſſionibus ſue veſtes non abiiciebant, ſed galeas, loricas, thoraces ferreos ſuperinduebant.

Dux Mœnius ſæpe literas, nuntioſque in urbem mittit & cum exercitu ſe breui ad futurum pollicetur, vt hoſtem à mœnibus reiiciat, ciuesque libertati priſtinæ reſtituat. Quæ promiſſiones populum conſolabantur, mirificèque animos ciuium confirmabant.

In hac ſumma vrbs Pariſienſis neceſſitate, in D. Marię templo, omnes Magiſtratus, & Ciues præcipui Reipub. nomine præſente Legato ſolenne votum fecerunt; D. Mariæ Lauretanae, ſe ſtatim poſt liberatam urbem ab obſidione, lampadem argenteam, & nauem argenteam (quę ſunt arma & ſymbolum Pariſienſium) ponderis 30 marcharum Lauretum miſſuros eſſe. Sed & diuerſis in templis particulares ſupplicationes inſtituebantur, in quibus plerique nudis pedibus incedere viſi ſunt, quas hominum frequentauit numerus inſinitus ſumma cum deuotione. In omnibus præceijs oratio continua fiebat octo dierum, multaque alia opera pia exercebantur, quibus iram Dei deprecabantur, & auxilium diuini numinis implorabant.

Cùm verò iam legatus Apoſtolicus omnia ſua in pauperes erogaveſſet: peculiūque ipſius ad fundum veniſſet, Hiſpanicus ſuas eleemoſynas augere cœpit. Certum genus pulmenti ſingulis quotidie diſtribui iuſſit, & equos ſuos

1510

5679

dedit praesidiariis, quibus vescerentur. Consumpsit itaque omnia sua, quaecumque habebat, & quicquid à creditoribus accipere potuit, unum tantummodo cochlear sibi referuauit. Quibus omnibus tandem nihil nisi inuidiam, & odium quorundam sibi conciliauit, quasi per eum solum staret, quominus cum hoste pacisceretur. Quamobrem & per dies aliquot latitare eum oportuit.

Sandionysiani simili omnium rerum laborabant penuria, adeo ut quotidie panis 4. vnciarum tantum in singula capita distribueretur. Dux Nemoræus omni diligentia conabatur hanc eorum miseriam submisso commeatu paululum subleuare, sed irritus erat omnis eius conatus. Quare tandem consumptis omnibus, deditioem facere, iis tamen conditionibus, quibus ipsi volebant, compulsi sunt.

Inrerim nobiles quidam, qui castra Regis Henrici sequebantur, Dominum Sangouartium, qui paulò antè Roma à legatione redierat, supplices adeunt, orantes, ut cum Legato Pontificio agat, si quo modo pacis conditiones inter partes dissidentes possent concipi, confirmarique, & bellum componi. Sangouartius ad has nobilium preces in suburbium S. Germani profectus, in ædes Gondij diuertit, legatumque Pontificium ex vrbe euocauit. Audita sunt vtrinque tam propositiones, quam responsiones. Sed cum Sangouartius cum suis intellexisset, inter Parisienses communi consensu decretum esse, Mori omnes male, quam Regi non catholico parere, re infecta discessum est.

10. die Maij Carolus Cardinalis Borbonius, à cōfcederatis Gallia Rex denunciatus, & Carolus 10. appellatus, Fontenaj moritur, cum adhuc sub custodia seruaretur. de eo interrogatus amicus quidam, an futurus esset Rex Franciæ, aperuit Virgilij codicem, & hunc versum obuium factum pronunciauit:

Cedat ius proprium: Regi, patriæq; remittat.

Ea res gesta est 19. Aug. 1589.

27. Iulij Rex Henricus omnia occupat suburbia, quod id effecit, ne quis amplius Parisiensium ad frumentandum possit erumpere. Defecit itaque eo tempore apud vulgus panis vsus. Ditiorebus quotidie panis ex auena confectus dabatur, quo etiam Principes vtriusque sexus vescebantur, non ad satietatem, sed vix necessitatem. Neque enim vltra dimidiam libram singuli accipiebant. Equinae carnis eum in modum augebatur quotidie pretium, ut plebeij homines, non haberent unde possent emere. Quare coacti sunt canibus & crudis herbis sine pane victitare. Loco vini bibebant tenuissimum potum, quem ptisanam appellabant.

Hæc calamitas & miseria cum cresceret in dies, vulgus coepit tumultuari, tenuioris fortunæ hominibus ad arma concurrentibus, & pacem aut panem miserabili non minus quam horribili voce postulantibus. Qua in seditione Centurio quidam è ciuibus cognomine Goësius, qui ad quietem eos hortabatur, occisus perit.

Dum sic tumultuatur populus, accurrit cum suis Dux Aumalius, & omnes, quos in armis inuenit iubet comprehendere, & duos ex præcipuis autoribus, qui & Centurionem Goësiū trucidarant, postredie suspendi.

Principes & Magistratus quotidie similia, aut peiora metuentes conueniant & quid factu opus sit, in medium consulunt. Placuit plerisque Henrici Regis animum tenendum esse, si fortè ad æquas pacis conditiones possent permoueri. Alii contra sentiebant. Constitutum nihilomi-

nus est,

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5674

1590

5679

Anni
Christi.

1585

Anni
mundi.

5674

nus est, etiam reclamante Nemouræo, sed extrema urgente necessitate, duo Episcopi Parisiensem & Lugdunensem in castra ad Henricum Regem legandos, ut experiantur, si quo modo non iniquo pax generalis constitui possit.

Ex tali necessitate legati exeunt ciuitate, quibus Rex ad portam vsque Antonianam occurrit. Hi cum mandatū suū exposuissent, dixerunt facile posse Regem his malis remedium adhibere, omniumque discordiarum, bellorum, & miseriarum finem imponere, si ad catholicam fidem redire vellet. Id si fecerit, Parisienses confestim eum Regem accepturos, in eius verba iuratos, nec eos ratum, sed & alias ciuitates omnes Gallia. Quibus Rex, scire se ait, eos vltima necessitate coactos pacem querere: se tamen Parisienses in fidem suam accepturum, si se dedant, alias ciuitates hac conditione non fore comprehensas. Nolle sibi quaestionem moueri de religione, decretum enim sibi esse Religionem quam haberet, non mutare regnandi causa. Iniquum esse subditos Regibus conditiones praescribere. Cum autem legati responderent sibi mandatū nihil ceteri statuere, nisi de sententia Ducis Mœnij, ideoque potestatem ad Mœnium proficiscendi peterent, repulsam passi, & in urbem redire iussi fuerunt.

In ea porro tanta calamitas erat, ut in familia Legati Apostolici, Legati Regis Hispaniarum, vtriusque sexus Principum singulis nobilibus panis sex vnciarum quotidie distribueretur. Communis populus summa premebatur inedia. Bis mille equi iam mactati, & eorum carnes erant absumptæ. Similiter & octingenti muli, & asini, canum, felium, glirium non erat numerus. Guardianus Monasterij Fraciscanorum testabatur toto octiduo panem in suo Monasterio visum non fuisse. Fratres virentibus tantum herbis, & auenaria pulte victitasse. Quibus non erat facultas etiam tam vilem cibum comparandi, in plateis inedia moriebantur, adeo ut vna nocte sæpe ducenti expirarent, quorum cadauera manè in plateis reperiebantur. Vrbe obsidione liberata, eorum qui fame trimestri spatio interierunt, subductus est numerus, inuentaque sunt tredecim circiter millia. Postea equorum, mulorum, asinorumque tergora cocta vendi coeperunt, quæ tanto cum appetitu tantaque cum voluptate comedebantur, quanta olim optima edulia, dapésque lautissimæ consueuerunt. Pro infirmis vinum haberi non potuit, nec panis similigineus, nisi pro libra 12. coronati soluerentur. Libra butyri duobus, post tribus coronatis vendebatur, ouum denariis Francicis (solidos nominant) duodecim, & quindecim, lingua veruecina 50. solidis, aut coronato vno. Mensura frumenti (quam illi septier nominant) centum viginti coronatis. Ad eundem modum singula quæque erant carissima. Pauperes edebant mortuos canes in plateis iacetes, crudos, & incoctos. Sed & intestina quorumuis animalium à deliciarioribus abiecta, mures etiã & glires inedia mortui, ossa canum, præcipue capitum aliorumque animalium confusa in cibum conueriebantur. Similis erat inopia lignorum, & omnium quæ ad nutriendum vulcanum requiruntur. Huc accedebant innumeri morbi, ægrotantium numerus infinitus, totaque vrbs vnū quasi erat nosocomium. Validiores sicut syphar, & imagines mortis languidi, & vt verbo dicam, Hippocratica facie cernebantur.

In hac extrema rerum omnium necessitate quam posteris si scient, mirabuntur, optatissima allata est in urbem fama, Mœnium Ducem, cum subsidio 15. armatorum milium

1590

5679

aduentare, & Parmensem Ducem non tantum suas copias mittere, sed suam quoque personam presentem adesse. Iatinumque (vulgo *Meaux*) peruenisse. Vbi honorificentissime cum fuisset exceptus, postmodum coactum exercitum Lutetiam mouet. Huius aduentus certior factus Rex Henricus conuatis omnibus, & ipse exercitum colligit & 30. Augusti Mœnio procedit obuiam.

Magna fuit in vrbe lætitia: Legati, Nemoræus, omnes Principes, & communis populus in summo templo conuenerunt, Canticum Ambrosij & Augustini eum incredibili iubilo cecinerunt: cœperuntque ciues, postquam digna indignaque passi, extrema inedia penè confecti essent, singulari Dei beneficio ex ipsis mortis quasi faucibus erepti, non nihil refocillari.

Parmensis cum intellexisset obsidione Lutetiam liberatam, ita ut comœtus ciuibus comode posset subuehi, intermissa tandiu obsidione Lagniacensi (quam urbem cœperat oppugnare) immensam vim omnis generis comœtus in urbem Parisiensem intulit, ita ut quod pridem 120. coronatis emebatur, nunc emeretur tribus aut quatuor. Dici non potest, quanta fuerit in vrbe lætitia.

Parmensis deinde ad oppugnationem Lagniacensem reuertitur, & tanta vi, tantoque impetu ad oppidum fulminauit, ut id non ita multo post 6. scilicet Septemb. die expugnauerit, inuasit, omne præsidium trucidauerit.

Hæc est illa memorabilis Parisiensium obsidio, quam ex oculati testis, fideique digni Petri Cornei descriptione sumus profecuti, eò aliquantò copiosius, ut posteri sciant & admirentur, desperatas hominum quisquilias, baiulos, sedentarios artifices, mulierculas, calones in extrema reum omnium angustia, ad famis cuiusdam horribilis exemplum redactos, ne motis quidem labiis ad querelam, nulla lamentabili edita uocula, nullo etiam formidinis, aut deditiois indicio vel leuissimo dato, sex mensium obsidionem sustinere potuisse. *Isidorus libr. 3. Mercurij Gallobelg. Caesar Campana lib. 11 hist. mundi. & Ant. Cicca in uita Sixti. V.*

Dux Parmensis multis precibus à Parisiensibus inuitatus est, ipse ut in urbem veniret. Eorum itaque petitioni satisfacere uolens, cum lectissima principum & nobilium manu eò profectus est. Et cum urbi appropinquaret, Dux Mœnius, Parlamentum, Magistratus, nobiles, & optimates urbis illi obuiam effusi, incredibili lætitia, honore, pompa, & triumpho in publica processione exceperunt, & in urbem atque Ecclesiam introduxerunt, festiuo iubilo hymnum, *Te Deum laudamus*, canentes, Deoque, qui ipsis talem liberatorem miserat, immortales gratias agentes.

27. Augusti, dum Parisienses cum fame & morte luctantur, moritur Pontifex Sixtus V. historiam morbi & mortis nos in superioribus, antè quàm Humana percurreremus, attigimus.

o Vrbanus 7. antè Ioannes Baptista dictus, natus est Romæ, die Sancto Dominico sacro, 4. Augusti anno à partu virgineo 1521. è domo Castagnæ oriundus. Quæ familia ob multorum annorum antiquitatem Genuæ inter nobiliores recensetur. Cosmus pater eius fuit Genuensis, mater Romana, ex Ricciorum familia, filia sororis Senioris Cardinalis Iacobaccij.

Educatu est Vrbanus more nobilium, bonarumque litterarum, quæ ætatem decent iuuenilem, disciplina satis superque imbutus. Complexione fuit Melancholicus, quamuis in gestibus, & moribus (quod ferè solent sapientes) sese lætum & hilarem ostenderet. Statura corporis eius

Anni christi.

1585

Anni mundi.

5674

1590

1590

236
o VRBANVS 7. Romanus, vocatus Cardinalis S. Marcelli dies 13. Vacat Mens. 2. d. 9.

Patriarcha.

Constantinopoli.

procera

Anni christi.

1590

Anni mundi.

5679

Principibus
Amurathe Turcarum Imperatore.

Mahomete Hobubendo Persarum.

Rodolpho 2. occidentis, siue Romanorum Imperatore.

Henrico 4. Francia & Navarra Rege.

Philippo Hispania & Portugallia.

Elizabetha Anglia.

Iacobo 6. Scotia.

Sigismundo 3. Polonia.

1590

5679

procera magis quàm humilis, proportionè laudabilis, uultus eius maiestate plenus. In cibo & potu, omnique uiendi ratione temperatus erat & sobrius. Quæ causa fuit cui toto uitæ suæ curriculo, admodum sanus uixit. Ingénio fuit acri & prompto, ad res laudabiles, & honestas propenso; optimis itaque moribus erat præditus, & tam in conuersatione, quàm in actione, cunctis beneuolus & prouidus. Deuotus fuit, & insignis Christianæ Religionis zelator. Variarum rerum habeat scientiam, non cam quidem exactam, sed supremis quasi labris degustatam. In iure uerò & civili & canonico uix habuit se doctiorem. Quæ in facultate Bononiæ studuerat, ubi Doctoratus quoque titulo insignitus est.

Postea Rossanensis Archiepiscopus factus, ad Concilium Tridentinum proficiscitur. Deinde in Hispanias nuncius mittitur ad Philippum Regem, cuius Compater factus est, primogenitam eius filiam de fonte Baptismatis suscipiens. Archiepiscopatum suum aliquantò post liberè in manus Pontificis nulla sibi reseruata pensione resignauit. Gubernator Bononiensis creatur. Coloniam mittitur ut pacem Belgicam componat. Cardinalis tandem factus est anno 1583. 12. Decembris à Gregorio 13. cum titulo S. Marcelli.

Dilexit illum Sixtus semper, & magni faciebat eius iudicium. Quare in varijs usque arduis negotijs eius consilio operaque læpe utebatur. Optauit eum successorem sibi, cum enim mensæ accumberet Sixtus paucis diebus antè quàm moreretur, in fine pyra in mensam illata sunt, quorum unum sibi sumpsit, mediūque secans inuenit illud putrefactum, aliud igitur accipiens, eodemque modo corruptum cum cerneret, dixit: Hi deinceps pyra fastidiunt, oportet illis dare castaneas. Per Pyra seipsum significans, ut qui oriundus erat ex familia Piretorū, & in insignijs suis inter alia, pyra aliquot ostentabat: Per castaneas uerò dictum Cardinalē, qui è Domo Castagna seu Castanea procreatus erat, castaneamque in clypeo suo pictam habebat, insinuās. Neque tantum à Sixto Pontificarus Urbano omine quodam addicebatur, sed omniū penè iudicium erat, cum aliquantò Pontificem eligendum. Mortuo uerò Sixto de nullo maior erat futuri Pontificis opinio quàm de hoc Urbano, quem omnes uno ore profitebatur hac dignum electione.

Peractis itaque solitis Sixti exequijs, die ueneris qui 7. erat Septembris, manè celebrato pro more de sancto Spiritu sacro, 54. Cardinales ingressi sunt in conclaue, quod in Palatio S. Petri in Vaticano habebatur, & de nouo Pontifice creando cœperunt deliberare. Probabatur multis per sex continuos dies ut Pontifex crearetur Marcus Antonius Columna, multi meriti, raræ eruditionis, magnæque experientie Cardinalis. Sed cum illud negotium magnam habiturum videretur difficultatem, omnium quasi animi ad Cardinalem S. Marcelli conuersi sunt, ut quem prælatum sciebant multis Principibus, Cardinalibus, & populo gratissimum.

Itaque die ueneris, qui erat 14. Septembris, sub uesperam deprehensum est à Cardinalibus, non tantum tot uota pro Urbano esse, quot ad talem electionem sunt necessaria, sed multo plura. Tamen eo die negotium conclusum non est, sed in sequentem usque ad horam prandij dilatatum. Quam rem multi mirabantur. Solet enim negotium illud subito perfici, maxime cum uota necessariū etiam numerum excedant, ne unà cum tempore pereat occasio, mutantur opinioniones, & animi, ac aliud quid interueniat. Sab-

bartho itaque hora iam dicta, cum consensu omnium declaratus est Pontifex. Dicitur voluit Urbanus, aut quia singulariter afficiebatur erga præcedentes illius nominis Pontifices, aut ut isto nomine significaret, se Romæ natum. Vrbs enim apud Latinos Romam designat. Aut denique, ut quibusdam placet, nomine hoc delectatus est, ut ostenderet, quod benignè, urbanè, & ciuilibus moribus omnes tractare, & populum sibi subiectum regere decreuerat.

Cum eius electio diulgata esset, magna vbique fuit populi lætitia. Omnes enim maximè illum diligebant, optimamque rerum administrationem sub illo sperabant. Eodem die quo Pontifex creatus est, donauit Cardinali Senensi duo ducatorum millia, & mille Cardinali Alano, tanquam pauperioribus. Post biduum cum Cardinalis Albanus illum rogaret, ut tempus solutionis trium millium & trecentorum ducatorum, quæ à Sixto acceperat mutua, paululum prorogaret, responsum tulit, sibi ea à nouo Pontifice donari. Donauit & locis quibusdam pijs non contemnendas pecuniæ summam. Statuit cognatis suis, ne ad maiores titulos aspirarent, quàm habuerant antea. Prohibuit ministris suis, etiã ijs quos maximè diligebat, ne fericas vestes sumerent, quod facere solebant, qui Pontifici seruebant, in Pontificatus initio. Mandauit omnium pauperum per omnes parochias nomina scribi, singulis iustas elemosynas decreturus. Annonæ, rerumque necessariarum abundantiam continuandam, ostendit se cupidissimè, dicens, se nullis hac in re impentis parurum esse. Christum enim Dominum nostrum præcepisse vicario suo, gregem suum ut pasceret. Consanguineis suis significauit, se eos ita tractare decreuisse, ut successoribus suis exemplum relinqueret, quantum affectibus esset indulgendum, & quo animo in consanguineos esse debeant. Quatuor Cardinales constituit, qui officium Datarie reformarent, Pallæottum scilicet, Sanctorum quatuor Coronatorum, Ancillotum, & Aldobrandinum. Præcepit omnes fabricas à Sixto inchoatas perfici & in singulis insignia Sixti Pontificis erigi.

Secundo Pontificatus sui die cœpit ægrotare, postero die febris sese magis magisque detexit, & in singulas horas aucta est adeo, ut die Iouis, qui erat 27. Septembris, 13. verò dies sui Pontificatus ante meridiem, ætatis suæ anno 70. vitam cum morte commutauerit, & in Ecclesiæ S. Petri paulò post sepultus fuerit.

Hoc admirandum, & maximè laudandum in eo fuit, quod cum omnibus Principibus innatum sit consanguineos & amicos suos ad dignitates promouere, ipse tamen nullum ex ijs Cardinalem creauit: sed nec vlli prælaturam aliquam, licet multæ vacarent, contulit. Neque dici potest id factum esse, quia nondum erat coronatus, & quod ante coronationem potestatem conferendi non haberet. Dubitari namque non potest, quin Pontifex, etiam ante coronationem verus sit Pontifex, omniaque possit administrare & facere. Distinctione 23. c. in nomine Domini, & vltima extrauag. cõmuni, &c. Dicimus ergo Urbanum 7. nullam aut dignitatem, aut prælaturam cuiquam contulisse, non quia potestatem non habuit, sed quia non habuit voluntatem, putans id non expedire. Cum enim se malè dispositum sentiret, existimauit aliò mentem esse intendendam, hoc est de salute animæ seriò cogitandum. Quare frequens in ore illius fuit dictum, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, &c.

Vacauit sedes post obitum Urbani septimi duobus mensibus, & diebus 9. Anton. Ciccarella in vita Urbani 7.

Anni
christi.

1590

1590

Anni
mundi.

5679

5679

H V M A N A.

1590. Henricus Caietanus Cardinalis Legatus S. Pontificis, nuntio accepto de morte Sixti V. Romam redit, creandi noui Pontificis causa. Et cum esset in itinere auidit Urbanum VII. creatum, non ita multò post ipsius mortem. Itaque accelerat iter, & reditum maturat, ut conclaue ingredi possit ad alium creandum.

Pax inicitur, saltem induciæ ad 10. annos inter Amurathem Imperatorem Turcarum, & Regem Perlarum. Item cum Polonis.

Circa hoc tempus Marcus quidam Bragadinus, natione Græcus, Franciscanus primùm, deinde Cappucinus excucullatus, & insignis impostor, Monaci in Bauaria capite plectitur. Is paulò ante Venetijs in Bauariam venerat, aurique faciendi artem profitebatur. Neque illum vel ars, vel dolus fallebat; aurum enim tanta copia faciebat, ut integras massas amicis donaret, aurum non pluris faciens, quàm æs aut ferrum. Splendidè & Principum more vivebat, & magnificentissimam & numerosissimam alebat familiam, famulos magni nominis viros habebat. Illustrissimi titulo salutari volebat, multosque Principes, & nobiles viros in Italia magica arte sua in sui admirationem rapiebat, adeò ut alter Paracelsus haberetur. Cum verò Magiam suam longo iam tempore exercuisset, omnibus Principibus innotuisset, ab omnibus expetitus est. Venit tandem Monacum, in aulam Ducis Bauariæ. At is cum breui dolos, & diabolicas illius artes deprehendisset, atque odoratus esset, eum in carcerem coniecit, cumque illum in tortura examinari Princeps iussisset, ne torqueretur deprecatus est, promittens se vltro, quæ vniquam perpetrauerat dicturum. Sed & totius vitæ suæ curriculum, omniaque in eo commissa scelera scripto exhibuit, ne tamen publicarentur orauit. Se quidem morte dignum confessus est, sed ut concubina sua, Signora Caura, totaque familia illæsa in Italiam remittatur, supplex rogauit. Itaque clementissima in eum & qua multò durior nonnulli expectarant, lata est sententia. Primò scilicet canes illius duo, quibus in magicis rebus abusus erat, Sclopetis traicerentur, ipse autem capite plecteretur. Pro tam miti sententia Principi gratias egit, se multò seueriorem, & ut minimùm, ignem promeritum dicens.

Postridie nouum erectum est patibulum, orichalco obductum, & in medio illius laqueus, eodem orichalco inuolutus appenditur, quo signo dolus illius auri conficiendi significaretur. Iuxta patibulum excelsum pegma constructum, & nigro panno stratum est. In pegmate sedes collocatur, & in ea reus lugubri veste indutus. Sediti carnifex caput amputauit. Quod cunctis spectandum exhibitum est. Atque hic finis fuit nobilis illius Chymici. Iansonius lib. 4. Mercur. Gallobelg.

P Gregorius 14. antea Nicolaus dictus, fuit Mediolanensis. Patrem habuit Franciscum Sfondratum; è familia antiqua, opulenta, & honorata. Natus est 11. die Februarij 1535. mense à conceptione 7. Itaque magna cura & industria, & secundum nobilitatem suam educatus Perusiam primò, deinde Patavium mittitur, ut iurisprudentiæ operam daret. In qua doctor factus, à Pio III. Episcopus Cremonensis creatur, ad concilium Tridentinum proficiscitur. Tandem à Gregorio XIII. fit Cardinalis, ac demum mortuo Urbano VII. die Martis 11.

Decem

Anni
christi.

1590

1591

Anni
christi.

5679

5680

237

1590 p GREGORIVS 14.
Mediolanensis, Cardinalis Sfondratus appellatus.

Mens. 10. dies 10.

Vacat dies 15.

5679

5680

Decembris anni 1590. in vigilia S. Nicolai, cuius ille nomen sortitus erat, manè Summus Pontifex electus, atque ob memoriam Gregorij 13. & vt significationem daret se benignitatem opt. illius Pontificis imitari velle, Gregorius 14. voluit appellari.

Cum electus esset confestim ad liberalissimas largitiones animum conuertit. Donauit maiori Cardinalium Parti magnam pecuniæ vim, singulis mille coronatos, dicens se id facere, vt quodammodo refarciret expensas in conclauis factas. Sed & locis pijs multa largitus est.

Sabbatho deinde sequenti, hoc est 8. die Decembris festo B. Mariæ conceptioni sacro, coronatus est.

Romani in Capitolio magnificum illi arcum triumphalem erexerunt. Varijs in arcus illius partibus varia, eaque ingeniosè excogitata legebantur, spectabanturque emblemata. Nos è multis inscriptionibus hanc vnã huc transferre honoris ipsius causa volumus.

OPTIMO Principi Gregorio XIII. Pontifici maximo, ab inuente aetate per gradus vera sapientie, pietatis, beneficentie, ceterarumque virtutum ad Apostolici fastigij gloriam Maiestatem euecto: ob fausta sacri augustique Principatus initia, & non dubiam spem verum maximarum Reipublica Christiana oblatam S. P. Q. R. Fornicem triumphalem pro tempore excitauit.

8. die Ianuarij anni 1591. instituit Iubilæum, idque publicari iussit, vt omnes Christiani pro se apud Deum intercederent, vt sapientiam & fortitudinem consequerentur, quarum beneficio Pontificatum feliciter, laudabiliterque administrare posset.

Non multo post tempore constituit Generalem S. Ecclesie Comitum Sfondratum, nepotem suum, eumque cum exercitu in Galliam misit. Ad quod bellum Gregorius dicitur quinquies centena aureorum millia contribuisse, præter quadraginta millia è proprio suo peculio desumpta.

10. Augusti Ducem Ferrariensem in S. Marco honorificentissimè excepit qui eo die Romam venerat. Toto etiam tempore quo in vrbe mansit (mansit autem 40. circiter diebus) Pontifex illi, eiusque familie omnia quæ ad tanti Principis mensam requirebantur, liberalissimè, lautissimèque procurauit. Venerat autem Dux Romam pro impetranda inuestitura Ferrariensi. Cui cum bulla Pij V. de non alienandis bonis ecclesie videretur refragari, Pontifex congregationem indixit 13. Cardinalium, quibus negotium hoc cognoscendum mandauit.

Egrotare cœpit 22. Septembris erat autem morbus eius febris continua cum fluxu, qui nascebatur ex continuo, & vehementibus pressuris, ad quas difficultate excernendivrinam incitabatur, ob calculum, quo miserè torquebatur. Tandem post acerbissimos, & longos cruciatus, die Martis 15. Octobris annis 1591. inter 6. & 7. horam ex huius miseræ vitæ incolatu discessit, cum iam sexies tam exiguo temporis spatio in ipsum quasi mortis agonem raptus esset.

Apertum est deinde corpus, & in vesica inuentus calculus duarum vnciarum, & quadrantis. Eadem nocte in lectica positum corpus in Ecclesiam S. Petri deportatum, & in sacello Gregoriano sepultum fuit.

Pontifex fuit 10. mensum & totidem dierum. Post cuius obitum sedes vacauit diebus 15.

Fuit Gregorius vir sanctis moribus, animum habens benignissimum, hospitalis semper, si quis alter, nam & donec Cremonensis fuit Episcopus peregrinos semper ho-

Anni christi.

1590

1591

Patriarcha

Constantinopoli.

Principibus
Amurathe Turcarum Imperatore.

Mahomete Hobubendo
Persarum.

Rodolpho 2. occidentis, siue
Romanorum Imperatore.

Henrico 4. Francia & Na-
uarra Rege.

Philippo Hispania & Por-
tugallia.

Elizabetha Anglia.

Iacobo 6. Scotia.

Sigismundo 3. Polonia.

Anni mundi.

5679

5680

Anni christi.

1590

1591

Anni mundi.

5679

5680

spitio excipiebat, & liberaliter illis necessaria procurabat. Idem fecit & illo triennio, cum Tridèti concilio interesset. Paucis istis mensibus quibus fuit Pontifex, rei frumentaria, omnibusque necessariis abundè prouidit, liberaliterque pauperes sustentauit. Varijs locis pijs singulis mensibus 155 aureos, præter alias plurimas elemosynas extraordinarias largitus est. Ultra centum millia coronatorum expendit in augmentum annonæ. Singulis feriis sextis ieiunabat, & feriis quartis à carnibus abstinebat, nisi fortè aduersa valetudine impediretur. Precum horarum pensum, tam ordinarium, quam de Domina, vt vocant, flexis semper genibus persolvebat. A somno manè surgens mox septem Psalmos pœnitentiales incipiebat, & dum sese vestiret, prosequeretur. Meditabatur mane hora integra, legens opera mellifui Bernardi, & si quos ex ijs erueret bonos mentis conceptus, eos diligenter annotabat, concinnèque scribebat. Quandiu sacerdos fuit nullo die sacrum dicere intermisit, nullo non die confessus est, nisi infirmitas impediret, quò minus id facere posset. Cum autem infirmabatur, quotidie ab alterius manibus Eucharistiam suscipiebat. Quòd si infirmitas lethalis fore videretur, cum multa quoque deuotione extrema se vnctione procurari mandauit. Ferunt quòd quater in vita oleo infirmorum inunctus fuit. Communis erat opinio eum cum nulla muliere vnquam consortium habuisse, sed virginitatè suam illibatam in sepulchrum intulisse. Non erat in Romanæ curiæ praxi magnopere versatus, neque ad res arduas gerendas valde idoneus: Sed bona sanctaque mente præditus, & vitæ innocentia integritatèque clarus. Parum comedebat, & sobriè bibeat, adeo vt medici sæpe consulerent, liberalius paulò propter sanitatem biberet. Rarò vtebatur vino, & vsque ad 18. ætatis annum nihil præter aquam puram biberat. Atque hinc calculum primò natum assererent nonnulli: nunquam enim aqua tam pura, & munda est, vt non habeat aliquid terrestris excrementi admixtum, vnde facile in quorundam corporibus, maximè ijs, quæ huc inclinantur, calculus generatur.

Gregorio Pontificatum administrante, duo grauissima mala exorta sunt, quæ maiore Italiae partem aliisque Christiani orbis Prouincias miserrimè afflixerunt. Qui autem hæc legent, non poterunt, non dolere, & qui futuris erunt sæculis, etiam tantas calamitates digna animi sympathia lugebunt.

Vnum istorum malorum fuit incredibilis annonæ caritas, quæ tanta fuit, vt Romæ, & in multis alijs ciuitatibus mensura frumenti, quam Rubium nominant, triginti coronatis, & pluris etiam venderetur. Sed & quod multò peius est, etiam in tanto pretio sæpe frumentum nullum potuit inueniri. Ita vt infiniti homines, ij potissimum qui in agris extra mœnia habitabant, fame interierint, inque vis & agris adhuc herbam in ore habentes mortui inuenti fuerint. Neque aliquid erat tam noxium, neque saporis tam terri, quod pauperes non comederent, si modò aliquid in iis esset nutrimenti. Romæ vbi populi concursus erat maximus, Pontifex liberales fecit elemosynas. Eum imitati sunt Cardinales, Prælati, & multi nobiles. Religiosi quoque ambabus (quod aiunt) manibus largiebantur, vt proximis succurrerent. Patres Societatis Iesu locum certum constituerant, vbi quotidie multos homines, tam corporaliter quam spiritualiter cibauerunt, omniãque ad vitam conseruandam necessaria suppeditarunt. In tanta nihilominus prouisione, & magna tenuiorum hominum cu-

ra, nonnulli Romæ mortui sunt, eo quòd non haberent quo vescerentur.

Tandem verò Deus populi misertus, sua adfuit gratia, & noua adueniente messe, annona laxata est, horribilisque fames cessauit.

Secunda calamitas, quæ priori paululum decrescenti successit, fuit maxima mortalitas. Moriebatur enim infiniti homines grauissimis febribus, ventris flatibus, & continuis fluxibus. Mali autem sedes communiter erat in capite. Quare omnes ferè quos morbus hic inuasit, tandem in phrenitidem inciderunt, & octo, decem, aut paulò pluribus diebus consumpti à vita excefferunt. Erant nonnulli qui huic malo medebantur phlebotomia, è vena capitis, quæ in brachio est, aliisque venis, è capite vacuantibus sanguinem detrahentes. Id boni in hoc morbo erat, quòd non fuit manifestè contagiosus. Communis erat Medicorum opinio, causas huius mali fuisse continuas pluiuas, & insolitas anni præcedentis inundationes, quas mox ardentissimi æstus exceperant. Pessimam etiam qualitatem nutrimenti, è penuria & fame, de qua dictum est antea, in humanis corporibus natam. Grassabatur morbus iste potissimum in Vmbria, Tuscia, Flaminia, Lombardia aliisque pluribus Italiæ prouinciis. Obierunt hoc malo cuiusuis ætatis homines: maximè autem qui 30. erant annorum, & quinquagesimum nondum excefferant.

Observatū quoque est, paucissimas mulieres hoc morbo extinctas esse. In quibusdam Vmbriæ castris ad vnum omnes penè occubuerunt, & in multis ciuitatibus integræ familiæ consumptæ sunt. Affirmant nonnulli in vrbe Romana ab Augusto anni 1590. vsque ad finem Augusti sequentis anni 1591. sexaginta plus hominum millia morte succubuisse. Cæpit tandem hæc lethalis calamitas Iulio mensè paululum conuiescere, & quotidie remissior facta, tandem mensè Septembri penitus sublata est. Ita vt paucissimi tum morerentur. Beneficio quæ diuino factum est, vt status Italiæ in dies è bono in melius progredederetur. Ita vt hoc Nouembri anni 1591. salus & incolumitas populi optimè sese habeant. *Anton. Ciccarella in vita Græcor. 14. & Ianson. lib. 3. & 4. Mercurij. Gallobelg.*

H V M A N A.

Sub finem huius anni 1590. Carolus Emanuel Sabaudia Dux felici successu res gerit in Delphinatu, & Prouincia. Miserat paulò antè Rex Hispaniarum Duci genero suo aliquot Hispanorum millia, quos antea in Galliam Narbonensem cum classe mittere decreuerat. Sabaudus itaque cum in oppido Morti omnia quæ ad bellum erant necessaria præparauisset, 8. Nouemb. illinc Freium venit. Inde Dragignan, urbem quidem amoënam, sed ab Huguenottis multis locis dirutam, & vastatam profectus, honorificè ab oppidanis exceptus est.

14. Nouembris Dux ad aquas Sextias iter instituit. Quòd cum venisset multi Marchiones, Comites, Barones Domini, & nobiles qui in vrbe erant, magnificentissimo habitu ornati obuiam illi procedunt. Hos subsequutum est Parlamentum & hi quia rationibus sunt. Omnes hi perpolitio orationibus, magnaque beneuolentiæ significationibus Duci felicem aduentum gratulantur. Magnus erat populi concursus, qui Ducis genua, veluti seruatoris sui, contingere gestiebant. Cum templo appropinquasset, occurrit illi clerus, & Archiepiscopus eum docta oratione excepit,

& salut

Anni
christi.
1590Anni
mundi.
5679

1591

5680

Anni
christi.

1590

1591

Anni
mundi.

5679

5680

& saluauit. Inde in Palatium Regio more deductus, & in folio constitutus est. Eiq̃ue totius Prouinciæ administratio fuit tradita.

Per eosdem quoque dies Consules Massiliensium cum aliis 50. ex optimatibus nomine totius Reipub. ad Ducem venerunt, eiq̃ue supplicarunt, Massiliam venire non dederetur. Senatū enim populūque eius aduentum maximè desiderare. Quibus respondet Dux, se id facturum, mox vbi expeditionem, quæ illi mandata erat, absoluisset.

Neque mirabitur tam felicem huius Principis fortunam, cui eius indoles, eiusque virtutes explorata sunt. Ferunt enim Principem esse prudentem in consiliis, expeditum in rebus agendis, nunc vi, nunc clementia, prout necessitas postulet, quod deliberatum est, celeri opere perficiens. Amat simul & timetur à Principibus tum suis, tum vicinis. Singularem præterea dotem à Deo accepit, vt desolatos quosque & oppressos, non verbis tantum, sed re ipsa quoque consoletur. Has ob causas multorum oculi in illum coniecti sunt. *Ianson. in Mercur. in Gallobelg. lib. 3.*

Mense Octobri Carolus Archidux Austria mortuus est. Sub finem Nouemb. postquam Parmensis Lutetiam obsidione liberasset, comætuque iuuisset, multa oppida vicina occupasset, omniâque fecisset, quæ tam exiguo temporis spatio fieri potuerunt, copias suas inedia, laboribus, & morbis afflictas in Belgium reduxit. Exercitus frons 2. Decembris, Ipse cum omni nobilitate eiusdem mensis quarto die reliquo exercitu in confinibus Gallia relicto, Bruxellam reuersus est.

Sed statim ab huius Principis è Gallia discessu, suo malo confederati experti sunt, quàm imprudenter fecissent, quòd nullum Regis Hispaniarum militem in urbibus reseruassent. Opportunitatem hanc non esse contèndam ratus Rex Henricus, suos, quos in oppidis istis adhuc habebat, sollicitauit. Inuenit qui illi operam suam commodarent. Hoc modo omnia penè oppidula vno mense amissa sunt, quæ Parmensis recuperarat.

In Brabantiam reuersus Parmensis, eum quoque statim non inuenit, quem sperauerat. Nam post multas ab hostibus captas munitiones, post amissas machinas bellicas post spoliatas vrbes, hoc etiam accessit mali, quòd Hispani, qui in Campinia iuxta Herentals, & in vicinis locis hymbant, ob multorum mensium non soluta stipendia, tumultuari cæperant.

25. Decembris, qui dies omnibus Christianis, ob natiuitatem Christi, quam tunc celebrat Ecclesia, sacer est & solennis, Comes Ebersteinius cum aliquot copiis in Vvestphaliam irruptionem fecit. In vicinis Monasterio pagis, catholicos, qui eam noctem orationibus & vigiliis traduxerant, & se iam quàm splendide potuerunt, ob festum diem, vestierant, ornarantque spoliarunt, omnem supellectilem ecclesiasticam rapuerunt, sacramenta pedibus conculcarunt, matronis & virginibus pro sua libidine abusi sunt. In de Roxelium, & Telgetium profecti à ciuibus intromituntur; sed eodem modo, quo cæteros tractauerunt. Postridie in Hoessvinkel intolerandam exercuerunt petulantiam. Præter omnia enim, quæ hactenus diximus, ibidem etiam baptisterium fœdè commacularunt, consecratas hostias in ora equorum inferuerunt, multasque virgines, matronasq̃; constuprarunt. Inde in Abbatiam, Mariensfeltium venientes, non tantum in sacramenta, & ima-

X x x

gines, sed & in Monachos ipsos turpiter debacchati sunt. Inde in Paderbornensem Episcopatum irruunt, obuia quæque diripiunt, fœminis subductis vestibus, & supra caput colligatis, abusi sunt, multaque ibidem insolentia nomen suum apud posteros nobilitarunt. Gubernatori ipsi Sparenbergio non pepercerunt. Atque hic sit finis anni 1590. *Ianson. lib. 3. Merc. Gallobelg.*

1591. Initio anni Gratianopolis in Delphinatu Parlamenti sedes intercipitur à Francisco Bonnæo Domino de Lesdiguières. Is Dalbineum, qui illic imperabat, & cuius fidei vrbs ea commissa fuerat, foras exire cogit. Urbemque ad hunc usque diem in potestate Regis retinuit.

Ianuario mense Rudolphus II. huius nominis Imperator, Princeps pacis amantissimus, qui anno 1579. nullis perpercit sumptibus, & laboribus, vt Belgicas Prouincias suo Regi rebelles, & Regem illis infensum, positis odiis inter se conciliaret, nec vnquam hanc curam deposuit: Nunc iterum idem tentandum putat, & legatos suos in Hollandiam mittit, qui suæ maiestatis mentem ordinibus declarent, eosque ad pacem, & tranquillitatem hortentur. Sed Ordines oblationem pacis exploserunt.

4. Ianuarij Parmensis cum quotidie intelligeret nouas Regis Henrici victorias, metuens ne fortè in Ducatum Luxemburgensem exercitum duceret, & occupatis aliquot oppidulis iter in Italiam, atque adeo in Hispaniam interciperet, Petrum Ernestum seniore, Mansfeltium comitem, istius Ducatus gubernatorem, Bruxellis dimisit, & in Luxemburgum ablegauit.

Initio Februarij Basileæ spectrum quoddam fuit visum mirabile. Monasterium est in vrbe appellatum Clingenthal. In eo quondam, cum vrbs esset catholica, virgines habitauerunt Deo consecratæ. Nunc verò nulla in eo est religio. Quadam nocte vigiles, qui iuxta hoc monasterium excubabant, in eo concentum audierunt, multorum qua si Monachorum vespertinas preces, & completorium canentium. Paulò post viderunt iidem vigiles magnam sacerdotum & monachorum in habitu religioso è templo prodeuntium cateruam, qui cum crucibus & vexillis per pontem, quo Rhenus sternitur, in templum S. Ioannis, quod in suburbis est, processerunt. Hic se stiterunt, & litanias cecinerunt. Interea magna armatorum manus accessit, sacerdotisque & monachos donec è templo redirent, præstolari sunt. Tandem illi absoluto cantu templo egressi, ordine, qui in supplicationibus seruari solet, ad monasterium reuertuntur. Comitantur eos milites prædicti. Ingrediuntur illi monasterium, hi foris manentes, paulò post disparuerunt. Habes lector, spectrum, quid verò sibi velit, non est meum iudicare. *Ianson. Mercur. Gallobelg. lib. 4.*

In Cardinalium Senatu Gregorius 14. Henricum Regem denuo excommunicauit, omnes qui eius factiones sequebantur, proscripsit, Monitorium fieri præcepit, & per Landrianum in Galliam publicandum misit. Landrianum autem hunc Episcopo Placentino in Italiam reuocato, suum Pontifex in Galliis nuntium creauit. *Idem Ibid.*

Cum autem de subsidijs Mœnio Duci mittendis similiter ageretur, sex millia peditum Heleuetiorum, Italarum autem mille, & cataphracti equites 1500. Gallis decreti sunt. His omnibus imperaret Comes Franciscus Sfondratus, Pontificis ex fratre nepos. Cui à consilijs, & auxilijs iuncti sunt Marchio Corniæ, Virginius Vrsinus, & Octavius Cæsius.

Anni
Christi.

1590

Anni
mundi.

5679

1591

5680

16. Apri

Anni
Christi.

1590

Anni
mundi

5679

16. Aprilis cum Henricus Carnutum diuturna obsidione, & continuis oppugnationibus multum fatigasset, iamque oppidani continuis vigilijs & laboribus exhausti essent, tandem se dedere coacti sunt. Conditiones sequentes datæ: Henricus Præsidarios milites incolumes cum gladijs suis dimittet. Ciues omnes Parisienses eorumque bona, qui huc tanquam ad asylum confugerant, arbitrio Regis traderent. Centum millia coronatorum in pecunia, & alia centum in mercibus numerarent. Castrum in vrbe restaurarent, & exercitum regium mensem integrum in castris alerent. Priuilegia & Catholicam Romanam religionem factam teſtam conseruarent. His conditionibus Rex 18. in urbem admittitur, in qua magnam vini & frumenti copiam inuenit. Paulò post cum exercitu latinum profectus est.

Espernonius, qui in Picardia aliquot equitum turmas habebat, circa idem tempus in Aumalium Ducem incidens, ad pugnam prouocatur. Espernonius numero superior, Aumalium, caſis aliquot, in fugam conuertit, & Morinorum Gubernatorem, eiusque Vicarium captiuos abduxit.

Sabaudia Dux in Delphinatu & prouincia prospero victoria cursu adhuc vtebatur, multaque loca partim deditione, partim vi occupauerat. Massilienses eum iam dudum vt ad se veniret, inuitarant. Peractis itaque grauioribus negotijs cum insigni nobilium caterua sub hoc tempus Massiliam venit, & incredibili magnificentia, regioque penè apparatu, & honore, tam à Magistratu, quam ab equestri ordine, totoque populo excipitur.

Non multos post dies Dux à Socero Hispaniarum Rege in Hispaniam vocatus est. Profecti cum eo sunt Legati confœderatorum, & vrbs Massiliensis. Bercinonam appulſus Princeps Hispaniarum Philippus Iunior, cum maximo nobilium comitatu obuiam processit. Sororiumque suum magnificentissimè excepit. Ad Catholicum Regem cum peruenissent, Rex genero suo ingentem pecuniæ vim numerari mandauit, qua exercitum conscriberet, se suasque ditiones tueretur, & confœderatorum causam iuuaret.

Sub finem Aprilis Dux Nemoræus obnixè rogatus & desideratus à Lugdunensibus, Lugdunum venit.

Comes Mauritius Nassouius, & ordines confœderati toto hoc anno conductis vndique operis, quæ ad maximam aliquam expeditionem erant necessaria sibi compararunt. Machinas bellicas fusili ære, scalas, pontes nauales, omniaque tam ad obsidionem, quam ad oppugnationem commoda sibi fieri procurarunt. Pulueris quoque tormentarij, globorum, & annonæ ingentem copiam coaceruarunt. Supplementum militum vndique collectum est, & circa 12. Maij sese ad expeditionem præparauerunt.

Octavius Episcopus Calatinus, & in partibus Rhenanis Nuntius Apostolicus, cum multos abusus in Ecclesiam clam irrepere intellexisset, maturo consilio hoc tempore multa ad reformationem pertinentia Colonia decreuit.

Mese Iulio Rex Hæricus publico edicto mentè suam de conseruanda Catholica Romana religione declarat. In quo initio regni sui se nihil magis optasse dicit, quam vt Concilium conuocaretur, in quo religionis controuersia componerentur. Se non obstreperunt fore, præfractum, aut obstinatum, sed doceri velle, & si error demonstraretur, se saniora consilia secuturum. Sibi decretum etiam semper fuisse in Catholica, Apostolica Romana Religione nihil mutare, aut vt ab alio mutetur, admittere velle. Sed professoribus eiusdem Religionis, illam

1591

5680

omniâque illorum, immunitates & priuilegia facta recta conseruare.

24. Eiusdem mēsis Iulij aliud edictum iussit promulgari, quo inuehitur in eos, quorum importunitate vltimum pacis edictum erat reuocatum, primò per subsequēs edictum anni 1585. mēse Iulio: secundò per edictum anni 1588. Rothomagi publicatum. Vtrumque edictum Regi violenter extortum, & ex eo plurima in Regno mala enata dicit. Ideo præsentī hoc suo mandato se duo ista edicta, vt perniciosissima, violentâque rescindere, & abrogare, ipsum autem pacificationis decretū approbare, atque vt ab omnibus approbetur, & obseruetur mandare significat. *Iansoni, & Annales Gallici.*

Mense Augusto Parlamentum Turonense edicto publico Monitorium Bullæ Gregorianæ, quò Rex Henricus excommunicatur, infirmat, rescindit, & irritū facit. Omnibus sanctis decretis statutis, Iuribus, priuilegiis: immunitatibus, & libertatibus ecclesiæ Gallicanæ contrarium pronunciat.

Simile Senatusconsultum Catalaunense Campanum Ianio Mense prodierat aduersus eandem Bullam.

Sed hæc duo Senatusconsulta, Parisiis 8. Augusti Arresto Parlamenti infirmantur, condemnantur, & comburi publice iubentur. Sic Arresta Arrestis contraria in lucem atque in vulgum prodeunt, magno reipubl. detrimento.

Quantò satius & felicius fuerat concordēs Gallorum animos in vna fide Ecclesiæ Romanæ & sub vnius Regis Imperio pacatè & tranquillè viuere, quàm pro quorundam nouarum rerum studiosorum libidine modò huc, modò illuc incertos rapi & circumagi!

7. Augusti Magistratus Argentoratensis aliquot Senatores, duos currus, & 26. Sclopetarios in Monasterium mittit, quod celebre & antiquum erat in agro suburbano Argentorati, anno 1340. ædificatum, & Carthusianis inhabitandum datum. Hi cum eò venissent, & Priorem & fratres omnes in ciuitatem abduxerunt. Postridie fuerunt missi qui in ambitu fenestras vitreas comminuerēt, Bibliothecam, aurum, argentum, vinum, omnemque annonam diriperent, & in urbem comportarent. Sequenti nocte octoginta camentarios expensis suis conductos in idem monasterium deducunt, qui totum monasterium primò, deinde turrim demoliti sunt. *Iansoni lib. 4. mercur. Gallobelg.*

15. Augusti die assumptæ in cælos B. Mariæ sacro Ioanillaus Ducis Guisij filius in arce Turonensi sub custodia Rouuralij captiuus detentus iam annos 2. menses 8. è captiuitate elapsus est, & à Domino de la Chastre nobilissimo cum comitatu Auaricum Biturigum oppidum deductus. Vbi ab omnibus vtriusque ordinis hominibus obuiam illi prodeuntibus magnificentissimè exceptus, & in primarium vrbis templū cum venisset, gratiæ Deo omnipotenti fuerunt actæ, & canticum, Te Deum laudamus, decantatū. Deinde carminibus variis, & insigni Comœdia de adolescentibus in caminum ardentem iniectis, per studiosos societatis Iesu salutatur.

15. Septembris Declarationem suam Aureliæ promulgat de iuando & obseruando Principum catholicorum fœdere aduersus contrariæ partis fautores.

18. Eiusdem mensis Sabaudia Ducis exercitus ad Pontem chartæum à D. de Lédiguières cæditur, & in fugam vertitur.

Anni
christi.

1590

Anni
mundi.

5679

Rex

Anni
christi.

1590

Anni
mundi.

5679

Rex Henricus Nouiodunum in Picardia 15000. militum exercitu circundedit, arctâque obsidione, & 14. maioribus tormentis cinxit, & cum conditiones deditiois tolerabiles quas obsessis obtulerat, recusassent, expugnationem vrget, & quarta tandem oppugnatione urbem occupauit, Magistratum & præfectos mutauit, & forti præsidio urbē muniuit, *Iansoni, lib. 4. Mercur. Gallobelg.*

Iudæus quidam Leo nomine, in omni genere linguarum exercitatus, Pragæ nuper in Boëmia ad fidem conuersus, & Christianorum sacris initiatus, familiaritate cuiusdam Franciscani, Petri Rodami, cui cura infirmorum erat concredita, quique morientibus salutare viaticum administrabat, utebatur. Diligenter obseruabat, vbi hostiæ consecratæ reponerentur, & asseruarentur.

Initio itaque Mensis Septembris, Iudæus hic Christianus factus (vt & ferè omnes huius farinae recutiti) Iudæizans, huiusmodi hostias tres clam surripuit, chartæ inuoluit, & Presburgum in Vngariam profectus, ad Iudæum in hospitium diuertit. Cùmque aliquot dies hic commoraretur, sæpe cum hospite de incarnatione Christi, deque sacramento corporis & sanguinis eius disputauit. Interrogauit tandem hospes Leonem, an aliquando sacramentum hoc percepisset. Respondit Leo se percepisse. Tandem eò prouecta est oratio, vt Leo tres consecratas hostias, Pragæ raptas, è sinu deprompserit, & Iudæo spectandas dederit. Iudæus visis hostiis, obnixè Leonem orauit, duas sibi donaret. Quod cum ille recusare non posset, Iudæus acceptas hostias in arculam reposuit, & accuratè custodiuit, donec Leo Presburgo Nikelsburgum proficisceretur. Eo absente Iudæus hic alios suæ sectæ homines conuocat, ijs hostias exhibet, ac quomodo eas adeptus esset, commemorat. Collatis hi consilijs plures Iudæos ad se vocant, vt experiantur siue in Christianorum Sacramentis dolus, an potius ea vera sint. Effundunt hostias in mensam, & ponè eas cultrum. Hic vnus eorum abrepto cultro; Si, inquit, verè Christianorum Deus sis, hic virtutem tuam exere: simulac cultrum in hostiam adegit. Extemplo copiosus sanguis effluxit. Ferritis hoc miraculo Iudæis, mox vindex Deus adfuit, & fulmine domum concussit, quæ igne correpta, cum hospite, vxore duabus filiabus, multisque alijs Iudæis funditus exarsit. Tres tantummodò incolumes euaserunt Mensa & hostiæ in medio isto incendio saluæ, intactæque remanserunt. Gubernator vrbis, qui extra muros habitabat, tam sæuum videns incendium, misit famulos suos in urbem, vt causam incendij inquirant, & illud cum oppidanis restinguant. Qui cum in urbem venissent, didicerunt Iudæos aliquot istis in ædibus congregatos fuisse. Quid verò egerint, nemini constare: multis igne absumptis, tres euasisse. Re ad gubernatorem relata, tres illi Iudæi quaeruntur, & inuenti in vincula conijciuntur. Habita quaestione, cum diu scelus occultarent, tandem prodere coacti rem gestam ordine narrarunt. Gubernator vt tantum scelus debitæ pœnis expiaret, Iudæos istos exquisitissimis tormentis excarnificari, tertioque die adactis per corpora semiuiua palis, in via regia collocari præcepit. *Iansoni lib. 4. Mercur. Gallobelg.* Hinc disce Iudæe, disce Luthe rane, & Caluiniane heretice, tremendum hoc Iesus Christ i Seruatoris nostri mysterium cum summo honore & timore debere adorari.

Rudolphus Imperator, etsi iam antea sæpe ordinum Belgicorum confœderatorum animos frustra tentasset, vt

1591

5680

eos ad pacem amplectendam adduceret, à proposito tamé non destitit. Sed pacis amantissimus, Legatum suum in Hispaniam ad regem misit, ei mentem suæ maiestatis declaraturum. Rex audita legatione Cæsari totum pacis negotium commendauit, & quicquid Cæsar ageret, se ratum habiturum promisit. Cæsar ad ordines scribit, eosque ad pacem iterum hortatur, æquissimas condiciones offert, ordines eius Maiestati gratias agunt, sed frustra de pace agi cum Hispanis à quibus nulla itabilis & sincera pax est expectanda, cum sub specioso pacis titulo, pessima quæque machinentur. Id enim se sæpe antea expertos esse.

19. & 20. Septembris in Mediomatricum Metropoli vrbe Metensi inter Catholicos, & Protestantes exorta est seditio, dum interrogante Gubernatore Burgundos, aliisque oppidanos, quem Regem agnosceret, & à cuius partibus starent, Protestantes responderent, se præter Henricum Regem alium non agnoscere: Catholici verò, se gubernatorem sequi, eum sibi caput esse, quandiu Rex legitimus non esset electus. Qui tumultus postea, sed non sine sanguine, compressus est.

Angliæ Regina classem rursus in Hispanicum mare miserat, ut classem Hispanicam ex India venientem, auro, argento, omnisque generis preciosissimis mercibus onustam, interciperet. Sed cum ad angustias maris Athlantici venisset, ab Hispanis male excepta est, multæ naues captæ, Classiarum occisi, cæteræ fugatæ sunt. Classis interim Indica in insulas Azores incolumis primum, deinde in Hispaniam appulit.

Nec feliciter pugnarunt Angli in Gallia. Dominus enim de Villars, gubernator portus, quem Gratia vocant, cum auxilio Rothomagensium inter Diepam & prædictum portum mille ducentos Anglos prostravit.

29. Septemb. moritur Ioannes Orientalis Frisæ Comes, summus nouorum Christianorum fautor & patronus.

quem paulò post Christianus Saxonæ Dux & elector insecutus est. Is enim cum Dresdæ aliquandiu ægrotasset, tandem 5. mensis Octob. huius lucis vsuram cum summo Protestantium & Calvinianorum merore amisit. Cadaver damascena veste attri coloris, & Polonica talari tunica ex holeserico amictum, aurea catena, armillis, annulis, aliisque chimeliis ornatum: pedes ocreis & aureis calcaribus induti, caput Polonico pileo, multis additis plumis, vnionibus & gemmis circumpositis opertum, capulo primum ligneo, post stanneo, Christi crucifixi, matrisque, ac discipuli imaginibus insignito impositum, & in templum illatum, à nobilibus ante pulpitum, ut ab omnibus conspiceretur collocatum est. Dextra amazoniam securim oblongam tenebat, sinistra gladium. Interea cognati & amici vndique euocantur, ut ad exequias, quæ 3. die Nouemb. celebrarentur, cohonestandas conueniant. Quæ initio Nouembris Dresdæ magna cum pompa Principum, & nobilium Germaniæ concursu celebratæ sunt. Filiu octenem, quem ex Sophia Io. Georgij Electoris Brandeburgensis filia an. 1583. die 23. Septemb. suscitauerat, hæredem reliquit. *Ianson, lib. 4. Mercur. Gallobelg.*

q Innocentius IX. ante Pontificatum Ioannes Antonius Fachinetus appellatus, sanctorum quatuor coronatorum Cardinalis, natus est Bononiæ 22. Iulij 1519. in pueritia atque adolescentia iis studiis animum applicuit, quæ istam decent ætatem. Quorum cursu absoluto. Iurisprudentiæ dedit operam, & 11. Martij. anni 1544. in ea facultate Doctoratus insignia suscepit.

Anni
christi.

1590

Anni
mundi.

5679

238

q INNOCENTIUS 9.
Bononiensis, prius dictus
Cardinalis Sanctorum
quatuor coronatorum.

Mens. 2. dies 1.
Vacat mens. 1. diem 1.

1591

5680

1591

5680

Paulò

Anni
christi.

1591

Patriarcha.

Constantinopoli.

Principibus
Amurathe Turcarum Imperatore.

Mahomete Hobubendo
Persarum.

Rodolpho 2. occidentis, siue
Romanorum Imperatore.

Henrico 4. Francia & Na-
uarræ Rege.

Philippo Hispaniæ & Por-
tugalliæ.

Elizabetha Angliæ.

Iacobo 6. Scotiæ.

Sigismundo 3. Poloniæ.

Anni
mundi.

5680

Paulò post Romam venit, & se totum obsequio, ministerioque Cardinalis Farnesij tradidit, à quo postea missus est vicarius Auenionem, vbi quatuor circiter annos commoratus est. Post Romam redijt. Non multò post tempore Pius 4. eum Neocastrensem Episcopum in Calabria constituit, fuit autem primus Episcoporum quos iste Pontifex creauit.

Anno 1561. ad concilium Tridentinum vocatus venit, vbi doctrinæ, prudentiæque suæ singularis, & Religionis zeli maxima dedit specimina.

Anno 1566. à Pio V. missus est Nuntius Venetias, vbi sex annis & aliquot mensibus habitauit, & in glorioso illius fœderis inter Pontificem, Regem Catholicum, & Venetos contra Turcam strenuè & cum laude laborauit.

Primo deinde anno Pontificatus Gregorij 13. Romam reuersus, inde ad Ecclesiam suam Neocastrensem se recepit, vbi aliquam moram fecit, gregem suum in officio & pietate retinens.

Hinc à Gregorio Romam reuocatus anno 1576. creatus est Patriarcha Hierosolymitanus, cum paulò antè in manus Pontificis Episcopatum Neocastrensem liberè resignasset.

Vfus est & Gregorius sæpe illius opera in signatura, aliisque arduis quæ Pontifici incumbunt negotijs.

Denique in promotione 19. Cardinalium à Gregorio, die 12. Decemb. anni 1583. facta, Cardinalis cum titulo SS. quatuor coronatorum creatus est.

Pontifice Gregorio 14. omnes penè causas, quæ in signatura solent agitari, ipse administravit. Gregorius enim cum esset valetudinarius, non potuit ut solet, isti congregationi interesset. Quare omnem eam curam in Cardinalem SS. quatuor coronatorum reiecit.

Denique mortuo Gregorio 14. sine vlla difficultate, & cum vniuersali totius sacri Collegij suffragio, altero die postquam conclaue obseratum esset, Pontifex renuntiatus est.

Fuit itaque electus Pontifex 29. Octob. 1591. Cumque extemplo (ut in consuetudine est, multa beneficia à Cardinalibus peterentur, ille nulli tunc quidpiam indulgere voluit, dicens se maturè omnia, & præmeditatè facere decreuisse.

Dum Pontificijs vestibus indueretur, Bullam de non alienandis bonis ecclesiæ confirmavit.

Sed & efficacissimis verbis, quæ ex intimo corde procedere facile videbantur, testatus est, se omnem suam cogitationem eò conuersurum, ut annonæ foret in vrbe & copia & laxitas, miseræque populi subueniretur. Quamobrem postridie Senatam purpuratorum congregauit, & decreuit, quòd omnes Barones, qui Romæ habitabant, frumentum suum in urbem transportarent. Domino autem Vitellio annonæ Præfecto mandauit, ut decretum hoc cum summo rigore exequeretur.

Dominica sequenti, quæ fuit 2. Nouembris, coronatus est. Postridie primum fecit consistorium, in quo Cardinalibus pro collata in se tanta dignitate gratias egit, & nonnulla commemorauit, ad Reipubl. conseruationem pertinentia, quæ successu temporis facere proposuerat.

Significauit etiam inter alia mentem suam esse, ut semper bona auri Summa in castro reseruetur, cuius vsus esse possit in certis Sanctæ sedis, aut populi periculis & necessitatibus.

29. Eiusdem mensis Nouembris Dux Mantuæ Romam venit, ut Pontifici obedientiam præstaret. Hospitio ex-

5680

1591

ceptus est liberalissimè, & designata sunt illi in palatio Ne-
porum Pontificis habitacula.

Postridie calendarum Decembris S. Pontifex iussit pro-
mulgari decretum de moderatis rerum omnium aduictum
humanum necessariorum pretijs. Nam propter annonæ
difficultatem, & scuitam, quæ anno præcedenti grassa-
batur, omnium rerum eum in modum aucta erant pretia,
vt omnia carissimè & præter modum, præter omnium
temporum præcedentium consuetudinem, & rerum ipsa-
rum naturam venderentur. Cui malo remedium adhibere
vtilissimum fuit, & maximè laudabile.

18. Decembris duos creauit Cardinales, Dominum Seg-
gam Episcopum Placentinum, Vicelegatum in Galliis,
Prælatum singulari doctrina præditum, strenuum, & ma-
gnæ mentis. Qui pro sede Apostolica multos hæc-
tenus labores exantlauit: & Antonium Fachinetum pro-
nepotem suum, iuuenem magni ingenij & industriæ, qui
multa iam dedit argumenta, se vti & facelli & tituli In-
nocentij successor est, ira quoque eiusdem virtutum fo-
re imitatore.

Tandem 21. Decembris eiusdem anni 1591. in grauissi-
mam febrem incidit. Quam ex eo contractam quidam ar-
bitrantur quod ante biduum non optimè dispositus, ex
singulari deuotione septem illas celebriores Romæ Ec-
clesias inuiferat. Alij aliam causam prætexunt. Vt vt est,
vir grandæus, postquam paucis diebus ægrotasset, tan-
dem dominicæ die, quæ erat 29. Decemb. nocte, hora 13.
laborante deficientèque luna, lunæ, hoc est, ecclesiæ caput
& Primarius actor in ipsis morbi laboribus defecit, placi-
dèque in Christo saluatore obdormiuit. Postquam in Pon-
tificatu sedisset menses integros duos, vixisset annos 71. &
menses penè quatuor.

Erat singularis abstinentiæ, semel tantum in die, idque
tempore cœnæ, comedens, macilentus erat, & natura
melancholicus. Gaudebat opaco aëre, & camporum
viridantium amoenitate. Plerunque in lecto studebat, vbi
& causas, quæ afferebantur, audiebat. Erat enim na-
tura frigidissimus, inferiorque corporis medietas nun-
quam non frigeat. Statura corporis erat procera, vul-
tus maiestate plenus, in moribus & verbis erat grauis, in
conuersatione nihilominus comis & facilis. Voluptas il-
li erat de literis & scientijs colloqui maximè de rebus
politicis. Multa per ætatem scripserat, quæ in lucem ede-
re iam pridem decreuerat. Sed in hoc, vt & in multis
alijs tardus erat. Quam eius tarditatem complexionem me-
lancholicæ ascribebant.

Vacauit illius morte sedes mense vno, die vno. Cuius
interregni tempore, vti & sub interregno Gregorij XIV.
Vrbani VII. & Sixti V. vrbis status fuit quietissimus, nul-
lo tumultu exagitatus, nullus effusus sanguis, immunis ab
omni solita insolentia. *Anton. Ciccarella in vita Innocentij 9.
& Ianfon. lib. 4. merc. Gallo belg.*

HUMAN A.

1591. Mensis Nouembris 15. Barnabas Brissonius Præ-
ses Senatus Parisiensis, Claudius L'Archer, & Ioannes
Tardif Consiliarij regij, in suspicionem cum venissent,
quod clam Regi Henrico fauerent, à seditionis quibus-
dam in carcerem parui Castelleti, quod vocant, coniecti,

Anni
Christi.

1591

1591

Anni
mundi.

5680

5680

Anni
Christi.

1591

1591

Anni
mundi.

5680

5680

noctu strangulantur, & sequenti die manè in publica pla-
tea Gratiaë suspensi ad duos aut tres dies, spectaculū hor-
rendum, & insolens populo exhibentur. Quod cum ad
Mœnium Ducem perlatū esset, statim Luteriam venit, &
nonnullos è seditionis comprehensos in quibus quatuor
fuerunt, è famoso illo numero XVI. puniri & suspendi
publicè in patibulo iubet, & aliquot post diebus abolutio-
nem publicari eorum omnium quæ superioribus diebus
acta & perpetrata fuerant. Annis postea 1593. & 1594. Se-
natus Parisiensis aliquot alios huius tam atrocis facinoris
conscios, comprehensos, & in vincula coniectos condem-
nauit. *Extat libellus de vita & laudibus ipsius Barnaba Bris-
sonij, Lutetia excusus lingua Gallica, 1595.*

In Anglia etsi præcedentibus annis multi catholici ca-
pti, multi in exilium eiectiones, multi diris tormentis, extremis-
que supplicijs è medio sublari essent, metus tamen Regi-
næ, consiliariorumque non tollebat, nec Catholici quos
illi perduelles nominant, funditus potuerunt extirpari, no-
uis semper ex transmarinis seminarijs veteribus succeden-
tibus. Sperauerat Regina (vt quidam scribit) seminaria iu-
uentutis Anglicanæ, quæ Rhemis in Gallia, Romæque; in-
stituta summorum Pontificum, & Regis Hispaniarum
munificentia sustentantur, his bellorum Gallicorum mo-
tibus labascere, atque extinctum iri. Quod adeo non fa-
ctum est, vt etiam magis efflorescerent, & ultra hæc duo
seminaria, tertium quoque in Hispania, Vallefoleti à Rege
hoc tempore erectum sit. Huc accedebat, quod hoc anno
duodecim plus minus Sacerdotes Catholici ex seminario
Hispanico emissi, vario ac dissimulato habitu Angliam
fuerant subingressi, & exploratorum manus præterlapsi.
Regina itaque sibi, suisque metuens, quorundam suorum
suasum edictum, atrox & seuerum condidit, cui titulum de-
dit hunc: *Declaratio magnarum turbationum, quæ contra Rem-
pub. inuentantur, per multitudinem Sacerdotum, Seminarista-
rum, ac Iesuitarum, qui clam immissi, & per regnum dispersi
sunt, vt insignes produtiones operentur, sub ementio nomine Re-
ligionis, cum prouisione valde necessaria, de remedio ad malum
hoc euentendum, edito sua maiestatis publicata.*

Edictum illud, quod minus statim, vbi conscriptum fuit,
publicaretur, restitisse dicitur Christophorus Hattonus,
regni Cancellarius. Nam cum vir moderatior esset, tantam
crudelitatem fortassis improbauit. Eo itaque 28. Nouem-
bris è viuis sublato, Cecilius sequenti statim die, post Hat-
toni obitum, curauit illud in foro publicandum. *Ianfonius
lib. 4. Merc. Gallobelg.*

Pragæ quidam minister hæreticus (quem Calviniani
dicunt fuisse Lutheranum, Lutherani verò Calvinianum)
homo inquietus & maledicus, seditionis & inconditis suis
concionibus id effecit, vt Cæsar illum vrbe interdixerit.
Hic mandato Cæsaris contempto, in urbem clam reuersus
suos inuenit, apud quos latitabat. Tandem familiaritate
cuiusdam, non exigui census, contemnendæque formæ
puellæ vsus, eam sibi vxorem ducit. Cum celebrarentur
nuptiæ, res innotuit, captus & examinatus est. Conuictus
tandem & confessus est, se huiusmodi matrimonia contra-
xisse plura, etiam cum nuptis, idque diuersis in locis. I nunc
hæretice, & catholicorum Sacerdotum lasciuam bucci-
nator in conuiujs, in curribus, & nauibus declama.

Quid hoc eodem anno de alio Calviniano ministro in
territorio Ultraiectensi actum sit, cum & virgo sit nobilis,
& res nõ omnibus cognita, silentio prætere malo, quam
commemorare, *Ianfon. lib. 4. Mercur. Gallobelg.*

Sub finem anni 1591. Rex Henricus, postquam Anhaltius cum suis Germanis protestantibus, quos ad bellum in Gallia gerendum designarat, & in Thuringia, Saxonia, Misnia, Silesia, Palatinatu, & ditionibus Brandemburgicis, incredibili numero (pro rerum statu) equitum peditumque collegerat, in Galliam venisset, Rothomagum arctissima obsidione cinxit.

Confœderatorum vires debiliores erant, quàm vt cum tam potenti Rege auderent congregari, Itali quidem, quos S. Pontifex miserat, in Burgundiam, atque adeo in Lotharingiam, venerant: sed ulterius progredi noluerunt, nisi prius Parmensis cum suis copiis esset in procinctu.

Parmensis, itaque omni qua potuit sedulitate equites peditesque per varias Prouincias dispersos, in Hannonia cogit, & ad lustrandum exercitum Valencennas proficiscitur. Petro Ernesto Comiti Mansfeltio (vti & superiore anno fecerat) administrationem Belgicarum Prouinciarum mandat. Ipse cum exercitu, qui quatuor millibus peditum & tribus equitum constabat in Galliam iter instituit, & in urbem, *la Fe*, quàm confœderati Hispaniarum Regi, vt esset suorum militum receptaculum, concesserant, præsidium introduxit. Inde cum reliquo exercitu Peronam cõtendit, vt periclitanti Rothomago, Normaniæ Metropoli suppetias ferret. Quæ si in potestatem Regis transiret, confœderatorum res plurimum debilitarentur.

Ad hanc obsidionem Regina Angliæ numerosum militem miserat. Cui ordines Belgici initio sequentis anni Comitem Philippum Nassouium cum 21. lectissimis peditum signis, nauibus bellicis, & omni apparatu addiderunt.

Rex Henricus montem S. Cathariæ obsedit, sæpimèq; sed irritò conatu, oppugnauit. Qui enim in propugnaculo erant, tam fortiter se defenderunt, vt nemo, nisi vitæ suæ pertæsus, propius auderet accedere. *Ianson, in merc. Gallobelg. lib. 4.*

1592. Ne miremur tot bellis ac motibus, tot tumultibus orbem terrarum his quinque exactis annis concussum esse. In quibus quatuor Pontifices, duo Reges, tres Reginae, tot Principes, Duces, Comites, & magnates ex mortalibus, nobis in mediis bellorum motibus relictis, abierunt.

Sed nec funerum adhuc finis, initio namque Ianuarij illustrissimus Iulius, Cluiæ, & Montium Dux senio confectus, annos natus 76. ipso Epiphaniæ festo, ex his terris abripitur. Qui 10. deinde Martij Dusseldorpij sepultus est. Ipsi doctissimum elegantissimumque Epitaphium à Iacobo Lommio exaratum placet ascribere.

Quis iacet hic? Dux Iuliacus. Qua stirpe parentum?

Cluorum illustri sanguine natus erat.

Quæ coniunx? Maria illa fuit. Quo stemmate? Magni Casaris, & diuo Casare nata soror.

Quid iuuenis coluit? Martem. Quid adultior annis?

Pacem: Quid Senior? iustitiam atque Deum.

Quo morbo periit? senio, cordisq; dolore.

Qualiter? inuicta spe, stabilisq; fide.

Ergo fuit vitæ pars prima. Quid altera? surget.

Unde? ex hoc tumulto. Quando? vocante tuba.

7. Ianuarij Arresto Parlamenti Rothomagensis iuramentum sacri fœderis 22. Ianuarij anni 1589. emissum, confirmatur, & renouatur.

16. Ianuarij Ioan. Casimirus, Dux Palatinus, & Electoris iunioris ex fratre Ludouico nepotis tutor, duabus expeditionibus in Galliam, vna in Belgium, vna in Coloniensem Dicecesim aduersus catholicos clarus, Columen &

Anni christi.

1591

Anni mundi.

5680

1591

5680

p rotector

protektor religionis, quam Calvinianam vocant, Cui nihil vnquam ad voluntatē, sed multum ad potestatem defuit, quò minus Roma cum Pontifice, vniuersaq; religione catholica iamdudum non sit euerfa, post tot exantlatos labores, curis & sollicitudinibus, quibus pro defensione periclitantis suæ religionis exhaustus erat, tristissimo Gengenensis Ecclesiæ luctu, ex hac lachrymarum valle in patriam ignotam euocatus est. *Ianson. lib. 5. Mercur. Gallobelg.*

Hunc sed alia via, alioque professionis genere mox insecta est Elifabetha, Caroli 9. Galliarum Regis quondam vxor, Rudolphi Cæsaris soror, princeps omni exceptione maior.

Hæc à morte coniugis huc vsque octodecim continuis annis in viduitate sua Deo nocte dieque famulata est. Suis expensis Viennæ Monasterium extruxerat, in quod è palatio suo aditus erat breuissimus. Hic pia Princeps cū toto suo Gynæcæo, repudiatis omnibus huius sæculi voluptatibus, opibus, & honoribus, priuata vixit, omnibusque diuinis officijs diurnis, nocturnisque interfuit. Deum pro Ecclesia Catholica, pro toto Reipubl. Christianæ statu feruentissimis precibus, sine intermissione obsecrans. In ieiunijs, & vigilijs erat assidua, in eleemosynis non inferior fortè Elizabetha illa Thuringiæ tantopere laudata: cuius vt nomen ita & virtutes referebat. Adeo vt dum viueret sanctissima quibusdam, imò plerisque haberetur. Cum per hæc diuina exercitia ad vitæ periodum peruenisset, huius mensis Ianuarij 25. mortalitatis exuijs depositis, ad dilectissimum suum Christum, quem solum amauerat, quem tota vita quæsiuerat, quem in morte optauerat, luctuosissimo bonorum omnium, præcipue verò pauperum, & inopum mœrore, & planctu transmigravit.

Huius obitus nuntius cum in aulam Imperatoris esset allatus, tota aula contristata est, luxitque mortem tam sanctæ Principis. Sed & Imperator ipse, aliquot post diebus in publicum non venit, sed in conclaui suo mœrens se continuit.

1591 239 5681
r Singulare profectò beneficium est, & maxima gratia, quam Summus ille Deus hodie Reipubl. Christianæ, totique gregi Sancto exhibuit, Principem illi & Pastorem omni virtutum genere ornatissimum, strenuum, & cunctis ijs dotibus, quæ ad Pontificatum bene administrandum, ad populum pascendum, & à circumstantibus, imminentibusque calamitatibus liberandum, denique ad tranquillitatem, pietatēque postliminio reducendam necessarijs, præditum donando.

1599 5688
Talis enim profectò est Clemens octauus, Hyppolitus Aldobrandinus dictus. Qui cum prius Auditor Rotæ, & Datarius sub Sixto V. fuisset, deinde Cardinalis factus, legationem nobilissimam, & vtilissimam in Polonia obtinisset, hodie tandem qui 30. dies est Ianuarij, anni ab orbe redempto 1592. à Diuina Majestate Summus electus est Pontifex. In eo arcem posuerunt vitæ integritas, & Iudicij bonitas; in eo certat magnitudo doctrinæ cum rerum gerendarum felicitate & experientia. Quæ res sapientum omnium calculo singularem & optimum Principem constituent; Gratum Deo, dilectum populo, & mundo reddunt gloriosum. Nostrium nunc est cum deuoto pij cordis affectu diuinæ Majestati supplicare, vt hunc Pontificem nobis quàm diutissimè seruet incolumen: vt sanctissimos mentis suæ conceptus, optimaque propofita ad honorem Dei, & vtilitatē ecclesiæ feliciter exequatur. *Anton. Ciccarella in Elogio Clementis 8. & Ians. lib. 5. Merc. Gallobelg.*

Anni christi.

1591

1599

Anni mundi.

5681

5688

r Clemens 8. Florentinus (ex familia Aldobrandina) nunc sedet, Cui det Dominus vitam diuturnam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatam fidelem, populum probum, quietem & pacatum.

Patriarcha
Constantinopoli.

Beni laqua.

Deinde Bonauentura Secusio, prius Generali ministro ordinis S. Francisci.

2. die

2. diē Februarij Clemens 8. S. Pontifex coronatur Romę
15. Aprilis Legatum à latere in Galliam mittit Philip-
pum tituli S. Onuphrij presbyterum Cardinalem, de Pla-
centia nun cupatum.

Aliquantò post Episcopus Viterbiensis, nuntius Apo-
stolicus Roma in Gallias missus est, cum mandatis, vt Le-
gato & confederatis nūtiaret, Pontificem omnem opem
atque subsidium ipsis subministraturum.

9. Iunij, qui dies electioni Argentinensis Episcopi, qui
in Ioannis demortui locū sufficeretur, status fuerat; con-
ueniunt Decanus & capitulares Canonici Catholici ad
tabernas, vbi perpetuo sepe Episcoporum aula haberi con-
suevit, & post inuocatum Spiritum sanctum ad electionē
progressi, initis suffragiis, vnanimi omnium consensu illu-
strissim. Cardinalem Lotharingiæ, Calabriae, Barri, & Gel-
riae Ducis filium, Episcopum Metensem, elegerunt. Huius
electionis Franciscus Baro in Kriechingen Decanus, no-
mine capituli rationem longo programme, Coloniae &
alibi impresso reddidit.

Paucis ante diebus Canonici quidam Protestantes, qui
à S. Pontifice excommunicati erant, & à quorum partibus
stabat Magistratus vrbs, collatis consiliis Ioannem Geor-
gium Marchionem Brandeburgensem Administratorem
Liceensis postularant, & elegerant.

Hinc diuisione orta Argentoratenses vi & armis oppi-
da Dioceseos cœperunt occupare. Lotharingus Cardina-
lis Magistratui Argentoratensi literas scribit, & responso
accepto se ad bellum parat. Armis decernitur. Tandem de-
fatigatis vtrinque animis, & intercedentibus legatis Cæ-
sareis:

Initio Martij anni 1593. certis conditionibus vtraque
pars subscripsit, & pax per tres tubicines magno subdito-
rum gaudio fuit promulgata. *Ianson. libr. 5. & 6. Mercur.
Gallobelg.*

Dauid Steinbachius inter Ministros Ecclesiæ Saxoni-
cæ, qui ob introductum Calvinismum, captius tenebatur
in arce Stolpensi, cum præter opinionem diutius teneretur
& infelicem timeret exitum. 29. Iunij arte dæmonis capti-
uitatem euadere, & seipsum liberare voluit. Sed dum sese
ex altiori fenestra demitteret, cecidit, & sinistrum femur
fregit. Ad eiulatum eius exciti ministri inuenerunt eum,
& in arcem reduxerunt. Cum porro quotidie delorem au-
geri, & vitam suam periclitari videret, petiit à Præfecto ar-
cis sibi cœnam Dominicam administrari, promittens se om-
nia reuocaturum, quæ de Calviniana doctrina tradiderat.
Palynodia ipsius manuscripta 8. Iulij anni 1592. ad ver-
bum recitatur à *Ianson. lib. 5. Mercur. Gallobelg.*

His temporibus Pragæ venit Minister quidam hære-
ticus, qui cum multis annos Lubecæ, & in vicinis locis
concionatus esset, Pragæ in theologos Societatis Iesu in-
cidit, familiariterque cum illis aliquandiu conuersatus, tan-
dem in cognitionem veritatis adductus errores suos dete-
statur, catholicamque Religionem professus est, & 22. Iu-
lij publice, præsentibus Nuntio Apostolico, priorem doctri-
nam suam reuocauit. Vigesimo deinde sexto, qui dies erat
Dominicus, in templo Societatis, præsentibus cunctis Le-
gatis, & magna populi multitudine, vitam hæcenus trans-
actam cum magnis pœnitentiæ indicis recensuit. *Idem
Ianson. eod. lib.*

Mense Septembri Franciscus quidam Puccius, Filidinus
in Germaniam venit, ibique perniciosissimas hæreses, quas
partim ex antiquis Pelagianorum, & Chiliastrarum errori-

bus

Anni
christi.

1592

1599

Principibus.

*Amurathe 3 Turcarum Im-
peratore, deinde Mahome-
te 3. ipsius filio maiore natu,
anno 1595.*

*Mahomete Hobubendo
Persarum, deinde
ipsius filio, anno 1595.*

*Rodulpho 2. occidentis si-
ue Romanorum Imperatore*

*Henrico 4. Franciæ & Na-
uarræ Rege.*

*Philippo 2. Hispaniæ &
Portugalliæ, deinde Philip-
po 3. ipsius filio, & herede
anno 1598.*

Elisabeta Angliæ.

Iacobo 6. Scotiæ.

Sigismundo 3. Poloniæ.

Anni
mundi.

5681

5688

Anni
christi.

1592

1599

Anni
mundi.

5681

5688

bus desumpsit, partim nouas commentus est, easque longè
& latè pluribus per vrbes & prouincias sparsis libellis
disseminauit. Vt autem nulli non cognitum sit, quid non
humana audeat temeritas, præcipua libelli illius capita re-
censet *Iansonius lib. 5. Mercur. Gallobelg.* Eum porro Fili-
dini libellum Nicolaus Serarius Societatis Iesu Theolo-
gus, & in Academia Herlepolensi Theologiæ professor nō
minus eleganti, quàm docto opusculo infirmavit.

9. Octobris Lipsiæ noua instituta est, sed particularis
visitatio. Multi Calvinianæ religionis suspecti examinati,
officiis suis priuati, & Iurisconsultis nonnullis praxis inter-
dicta est. Inter alios quoque Consul quidam à visitatori-
bus citatur, vt causam reddat, cur in suo consulatu; mul-
tos libros, inter quos serpens antiquus, seu sacramentario-
rum Dæmon, Lupus excoriatus, Prodromus, Caluinus re-
diuinus, Rationes cur Lutherani sacramentarium Cal-
uinistarumque falsam doctrinam non debeant approbare,
& multos alios similes interdixerit vendique prohibuerit.
Ianson. lib. 5. Mercur. Gallobelg.

1593. Mense Martio Romæ publicatur nouū Iubileum,
pro cōseruatione ecclesiæ, hæreticorum oppressione, Re-
gis Catholici in Gallia electione, & Turcicarum virium
contritione.

17. verò Martij, qui dies erat Mercurij, Pontifex cum o-
mnibus vtriusque ordinis Principibus, confraternitatibus,
totòque clero, è Palatio Vaticano, in publica processione
per nouum antiquumque Burgum, vsque in templum S.
Petri cantando litanias, Psalmos, præcelsque ad hoc Iubileū
institutas progressus est.

Eodem mēse Summus Pontifex processit ad Ecclesiam
S. Laurentij in Lucinia. In qua cum tremèdum illud sacri-
ficium Deo obtulisset, & omnes parochos vrbs quos eò
vocauerat, erat enim tempus visitationis, propria manu
sancta synaxi muniisset, venerandam, doctamque ad illos
habuit orationem. Admonens eos, diligentissimam ouium
suarum haberent curam. Ipsos enim pro iis rationem red-
dituros exactissimam in die Iudicij. Sed & se vicarium ge-
neralem Christi, pastorem pastorum in terris constitutum,
cuius est superintendere, hoc & diligēter inspicere in alio-
rum pastorum vitas. Et si quæ crimina, si quæ scandala, si
quæ negligentiam in iis deprehenderit, se diem iudicij
non expectaturum, sed secundum censuras, secundum ca-
nones Ecclesiæ statim, vbi conuicti fuerint, castigaturum,
inutiles mercenarios reiecturum, & fidioliores Pastores
subrogaturum. Proinde vigilaret, & ita officium faceret,
ne querelam dēt occasionem.

Ordines Galliæ qui Parisiis erant congregati, inter alia
Concilium Tridentinum in omnibus Prouinciis acceptan-
dum & obseruandum decreuerunt. *Iansonius lib. 4. Mercur.
Gallobelg.*

Aprili mense Romæ impressa est Bulla, qua cæteris ne
Iudæis posthac vlli permittantur libri de Christo Serua-
tore, de Beata Maria Virgine, de sanctis reliquis, præcipue
autem Thalmud, liber pestilentissimus. Quotquot Iudæi
Romæ habitant, iubentur libros istos, si quos habeant, octi-
dui spatio ad manus vicarij Pontificis deferre. Qui extra
vrbem, aliis in locis habitant, idem intra menses duos fa-
cere præcipiuntur. Mandatum profectò pium & Christia-
nismo vtile. Cum ex istorum librorum lectione gens per-
uersa multas in ludibrium & contemptum Christianorum
eruat offensivulorum materies.

Sabbatho sancto nihilominus 14. Iudæi post sufficien-

tem catechesim Romæ baptisati sunt, noménque Christo dederunt.

29. Maij Lipsiæ ingens inter Lutheranos & Calvinianos ortus est tumultus, cuius certior factus Administrator Fredericus Vvilmelmus celerrimis equis Lipsiam proficiscitur, & edicto publico præcepit vt autores huius tumultus debitis suppliciis punirentur. Quadraginta igitur ex seditionis illis capti, & quatuor capite damnati sunt. *Ianson. lib. 6.*

Ioannes Hackeltius, Minister Ecclesiæ in Peltzich, oppidulo Saxonæ clam Philippi Melanctonis imaginem e templo sustulit, & ad ædes suas trãstulit. Quamobrem magna in populo exorta est simultas. Non enim ferebant templa sua violari, sanctorum suorum memorias aboleri, aut eorum imagines tolli. Pastorem itaque coegerunt, Philippum restitueret, ac deinceps à simili temeritate abstineret. Quod cum ille fecisset, populum placavit. Sed cum fama hæc Vvitttembergam allata ad aures Philippi Melanctonis iunioris venisset, grauissimè eum commouit, qui summam hanc Patris sui, & minimè ferendam interpretatus ignominiam, feuerissimè cum Pastore hoc exostulauit. O, Petre, ô Paule, imò ô Christe, vbi filij vestri? vbi populus vester, qui honorem vestrum tueatur? ignominiam vestram vindicet? Vnius Philippi Melanctonis imago tollitur, & ad vlciscendam iniuriam omnis populus concurrat. Imagines vestræ templis exturbantur, auribus, naribusq; truncantur, laqueis suspenduntur, flammis cremantur, cineres pedibus ignominiosè conculcantur, & si quis mustitet, si quis obloquatur, fama simul & vita periclitatur. *Idem Ianson.*

Cum Brunsuinga in Saxonia ab anno 1528. quo primùm puriori doctrina. explosa nouam Lutheranam acceptauit, vsque ad præsentem annum Luthero fideliter adhæsisset, duo vrbes Syndici, Michaël Mascus, & Hieronymus Nouerius Calvinianæ religionis alumni, suam de cœna Domini, aliisque nonnullis dogmatibus sententiam in vulgus spargere, & propagare cœperunt. Lutherani contra, omnibus quibus potuerunt viribus restiterunt, ne illorum doctrina fidem apud populum inueniret. Inde ortum est magnum dissidium, & ingens tumultus. Quem Senatus vt componeret, Syndicos suos, quibusdam à collegio suo eos committantibus, & ab insolentia plebis defendentibus, vrbe statim eduxit. *Idem Ianson.*

Accidit hoc mēse Iulio res non tantum omni quo memorabilis, sed & mirabilis, quæ omnium subsequentiæ ætatum fidem fortè superabit.

25. huius mensis Rex Nauarræus Pœnitenti habitu e Palatio sancti Dionysij propè Parisios, ad primarium vrbes templum processit, & Præsulibus, qui portas templi occupabant, dixit, se propter suum in fide catholica errorem, atque adeo hæresim contristari nunc ex animo, verèque pœnitere, & ad Ecclesiæ gremium reuerti, petereq; vt à matre Ecclesiæ, non secus quam à Patre filius perditus, recipiatur. Tunc valuis apertis Bituricensis Archiepiscopus Regi respondit: Si tua hac contristatio vera est, si omnibus foederibus, omnique amicitia, quam cum hæreticis Regibus, Principibus, & populis contraxisti, renuntiaueris, & promiseris te, posthac in obedientia Romanæ Ecclesiæ, eiusque Summi Præsulis, Christi in terris vicarij permanurum, & cum eo communes hostes & amicos habiturum, & te ex omnibus Gallia locis hæreticos, quantum summo conatu poteris, exterminaturum: tum te salua Summi Pontificis cœnura, à crimine apostasiæ absoluo, Ecclesiæ

restituo

Anni
Christi.

1592

1599

Anni
mundi.

5681

5688

Anni
Christi.

1592

1599

Anni
mundi.

5681

5688

restituo, & ad Sacramenta auricularis confessionis, & sacrae Communionis admitto.

Omnia hæc quæ Archiepiscopus proposuerat promittente Rege, ipse admissus, & in templum ingressus est. Erat in templo qui Regem excipiebant Archiepiscopus Bituricensis, Cardinalis Vendomius, alique 17. Episcopi, & Prælati. Hi regem vsque ad chorum deducunt. Quibus recedentibus, Archiepiscopo Bituricēsi pro more diu multumque Rex confessus, & ab eo absolutus est. Sacro deinde solēni incepto, Rex in sede magnificentissima ante summum altare sedit, totumque officium diuinum, præsentibus omnibus Prælatibus, officariis Regiis, & nobilibus magna cum deuotione audiuit. Peractis omnibus Regem honorificentissimo comitatu in Palatium reduxerunt. Sumpto Regali prandio, Rex sponte surrexit, & ad Ecclesiam cum Ecclesiasticis, totaque aula reuersus, Catholicam cōcionem audiuit. Ad cuius finem vespertinae præces decantatae sunt, totaque dies cum incredibili pietate, & deuotione consumpta est. Post Solis occasum, omnia tormentata bellica exploduntur, magnæ lignorum strues incēduntur, pyroboli passim iaciuntur, multaque letitiæ signa per urbem locaque vicina eduntur. *Ianson lib. 6. Mercu. Gallobelg. & Caesar Campana lib. 14. histor. mundi.*

Dux Niuernensis confestim Romam cum Regis confessione ad S. Pontificem mittitur. Et eodem die 25. Iulij scripæ sunt de Regis conuersione, Regis etiam nomine, litteræ, & ad Parlamentum Catalaunenſe primò, deinde & ad alias vrbes & prouincias, earumque Præfectos missæ sunt.

Hanc Regis conuersionem securæ sunt induciæ per totam Galliam. Cum enim diu inter vtramque partē de certa & stabili pace componenda, in loco quodam, inter Parisios, & Fanum S. Dionysij, disceptatum esset, Rege in Catholicam Religionem inclinante, tandem in trium mensium induciis consensere. Quarum condiciones vltimo Iulij tam à Rege, quam à Mœnio Duce subscriptæ & postridie Lutetiæ, & Sandionisij per tubicines proclamatae sunt. Postea quoque in Gallia Narbonensi, apud Viuarienses, aliisque in locis promulgatae, & ab omnibus qui belli, armorumque pertæsi erant cum summo gaudio exceptæ. Tempus autem induciarum fuit à calendis Augusti ad calend. Nouemb. Quod tempus cum postea nimis breue videretur, alij tres menses superioribus adiecti, & ipsæ induciæ ad Calend. Februarij anni sequentis prorogatae sunt.

Muleium Mahametum Fessæ & Maroci quondam Regem, à Patruo suo Abdelmelecho Regnis pulsus, Sebastiani Regis Portugallia opem implorasse, in recenti adhuc est memoria. Sebastianus cum in Africam trãsfretus, obsides à Mahameto in colloquio Tingitano postulauit. Cui ille Muleium, Xequum, filium, cum aliquot aulicis nobilibus tradidit. Quem Sebastianus Magazam misit. Occiso ad diem 4. Augusti anni 1578 Vtroque rege, Xequus hic cum suis in Hispaniam missus, & sub Patrocinijs Philippi Regis educatus est. Tandem hoc anno & mense Nouembri Christiana religione iam imbutus, in celeberrimo totius orbis Christiani monasterio S. Laurentij, vulgo, Escuriali, vnà cum cognato suo, & ministris aulicis, salutari baptismatis flumine ablutus, Christianæ militiæ nomen dedit, & in verba Ecclesiæ iurauit.

Initio Septembris Henricus Rex Franciæ & Nauarræ Ducem Niuernensem cum multis nobilibus, & magnæ auctoritatis proceribus Romam miserat, vt S. Pontifici reli-

gionem suam in quam paulò antè transferat, testatam faceret, absolutionem quoque ab erroribus præcedentibus in quibus hætenus vixerat, ab eius sanctitate peteret. Sed is cum aliquot dies Romæ frustra moratus esset, & exiguam spem superesse animaduerteret aliquid vtile in negotio Regis præstandi, ad reditum in Galliam sese accinxit, & 15. Ianuarij anni sequentis Roma discessit.

24. Decemb. Romæ cum Monachi Augustiniani imagines sanctorum pro veteri & recepta in Ecclesia consuetudine, in altaribus, eminentioribusque locis templi *del populo* exponerent, inter alias quoque antiquissimas prolata est tabula effigiem habens Nicolai Tolentini. Hæc dum in summa chori ara à populo visitur, & curiosius spectatur, facies Sancti visa est guttas sudare sanguinis. Miraculum hoc per totam mox increbuit urbem, magnusque factus est populi concursus, in quorum omnium præsentia scribunt guttas vberimas è tabula erupisse, adeo ut mirum hoc ad aures Pontificis peruenerit. Qui mox viros graues in templum prædictum misit, testimoniumque prodigij sumi præcepit. Ridebunt hæc Calviniani, aliique Iconoclastæ. Ridebit hæc Iudæochristianus aliquis, sed legant illi Sermonem sancti Athanasij de miraculo imaginis Christi in Beryto ciuitate prodito. Accedat ille Porcetum Monasterium iuxta Aquigranum, & consulat incolas illius de tabula alterius S. Nicolai Myriæ Episcopi. Rideant ergo huiusmodi miracula, sed corde insensati, ut ait vetustissimus Leotius Episcopus Neapoleos cypri. *Ianson. lib. 7. Mercur. Gallobelg.*

17. Aprilis 1594. Hyacinthus urbis Camies oriundus in Polonia ante 300. annos, socius S. Dominici, clarus multis apud suos miraculis, refertur in sanctorum Catalogum à Clemente VI II. Pontif. Max. Eam ob rem misso Romam Legato à Sigismundo Poloniae rege, qui sæpius id ipsum tentarat, & impetrare adhuc non potuerat à præcedentibus Pontificibus. Huius porro canonizatio peracta fuit præsentibus & S. Pontifici assistentibus 41. Cardinalibus, magna pompa & ceremonijs pijs, his ferè verbis:

In nomine indiuidue, & sanctissime Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ fidei, augmentum Christianæ religionis, auctoritatem ipsius, & omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, declaro, Atestio, & determino Sanctum, & describi mando in Catalogo sanctorum, Hyacinthum Polonum ord. fratrum Prædicatorum, & ut in vniuersali Ecclesia quotannis fiat deuotè & celebretur memoria ipsius 16. Augusti, ut S. Confessoris, cum indulgentijs, &c. Cesar Campana lib. 15. histor. mundi.

Augusto mense Samuel Hubertus Theologiæ Lutheranicæ professor Vvitembergæ absurdam de prædestinatione diuina commentus est doctrinam. Cum autem corrigi aut reprehendi nollet, sed dogmata sua velut idola vellet adorari, non alia pœna tunc, quam silentio, tam in schola, quam in Ecclesia multatus est. Sed cum palam disertisq; verbis fateretur, se nec posse, nec velle à sua opinione resilire, aut quicquam in ea mutare: Saxonia excedere, & quocunq; vellet, cum familia & fortunis suis migrare iussus & compulsus est. De hoc non immeritò dici potest, quod olim de Patiano Eucratitarum Hæresiarcha scripsit Nicephorus lib. 4. histor. eccles. cap. 4. quod tumore disciplina inflatus, tanquam alijs scientia superior, peculiarem cepit promulgare doctrinam. *Ianson. lib. 11. Mercur. Gallobelg.*

Mense Martio 1595. Summus Pontifex etsi podagra grauius diuexaretur, nihilominus nullam curam, nullam diligentiam intermisit, ut promissas copias in Vngariam

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5681

1599

5688

mittendas

mittendas colligeret, instrueretque. Eum in finem, Brixia sex millia sclopetorum comparari iussit.

Sub id tempus Archiepiscopus Liunia Romam venit, ut limina Apostolorum visitaret. Hic primus omnium est, qui post eiectionem ex ea regione Lutheri hæresim, & Catholicam religionem restitutam, obedientiam sedi Romanæ tanto affectu, ut ipse Romam veniret, exhibuit. Adduxit secum iuniorem ex sorore nepotem, antea à fide catholica abhorrentem, qui postquam Pontificis pedes oscularus esset, nullo monente vel instante mox hæresim abiurauit, & se catholicum professus est.

Hoc eodem mense Cardinali Boromæo S. Pontifex obtulit Archiepiscopatum Mediolanensem. Quem ille cum diu constanterque recusasset, Pontifex autem acrius instaret, in omnibus Ecclesijs urbis omnium fidelium preces pro se fieri flagitauit, ut Deus illi mentem & prudentiam eam inspirare dignaretur, qua discernere posset, quid ad salutem suam magis conducere, onus hoc acceptare, an omnino recusare. Rarum hoc seculo exemplum. Tandem morigerum se præbet S. Pontifici, à quo Archiepiscopus Mediolanensis factus, 11. Iunij consecratur, & 27. Augusti Mediolanum ingreditur.

Summus Pontifex omni cura intentus rebus Hungariæ, sollicitat omnes Principes Christianos ad auxilium ferendum Rodolpho Cæsari. Ipse ad eum mittit 12. millia pedum, & mille equites. Quibus præficit Io. Franciscum Aldobrandinum nepotem suum.

Principes etiam Italiae, & milite & pecunia iuuant Cæsarem. Romani ciues in eundem usum summo Pontifici donarium offerunt 60. millium aureorum, & auxilium promittunt in posterum.

25. Iunij cum Romæ 24. horarum preces continuarentur, & Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, cum alijs sanctorum reliquijs in publica supplicatione ad S. Agarham deferretur, sceleratus ac nepharius quidam natione Anglus, zelo quodam diabolico incitatus, in Archiepiscopi Ebredunensis, qui sacramentum gerebat, insiliens, eius manibus hierothecam excussit, ut hostia benedicta in terram vitro fracto ceciderit. Populus ut tantum scelus videretur, autorem apprehendit tanto cum impetu & furore, ut nisi Archiepiscopus ipse intercessisset, eodem loco & momento hominem fanaticum occidissent. Captus nihilominus, & paulò post ab inquisitione, seculari Magistratui traditus, postridie carro impositus est. Primò dextra eius amputatur, & dum per urbem trahitur à carnificibus tædis ardentibus varijs locis adustus, tandem iuxta Capitolium viuis comburitur. Dignum profectò tali scelere supplicium. *Ianson. lib. 13. mercur. Gallobelg. & Cesar Campana lib. 16. histor. mundi, ubi ait fuisse Scorum.*

30. Iunij Colonienfis Magistratus, cui omni tempore hæc præcipua cura fuit, ut subditos suos in vna, vera, sincera, & catholica Religione conseruet, nec vllis sectarijs in vrbe securitatem præbeat, cum intellexisset multos vtriusque sexus Anabaptistas clam irrepere, nocturna conciliabula passim habere, multosque simplices homines seducere, maturo concilio huic malo remedium inuenit, & edicto publico mandauit omnibus huius sectæ viris ac feminis, ut infra dies 14. ab vrbe Colonienfi decedant. Qui secus fecerint, & post dictum tempus in vrbe deprehendantur, secundum præscriptum Constitut. Imperialium, nullius habito respectu punientur, & vrbe eijcientur. *Ianson. Ibidem.*

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5681

1599

5688

Yyy 3

Theodorus Magnus Moschouia Dux, audiens felices Cæsaris in Turcarum Sultanum expeditiones & victorias, voluit & ipse tanquam Princeps Christianus horum omnium esse particeps. Nam etsi schismaticus sit, & Græcorum ritus sequatur, propius tamē ad Euangelij veritatem, sinceramque ecclesiæ fidem accedit, quàm multi, qui hodie reformati, Euangelici, & nescio quibus speciosis titulis volunt nominari.

Itaque magnificentissimam Legationem ad Rudolphum Imperatorem misit, quæ Augusto mense Pragam venit, & honorificentissimè excepta & audita est 30. eiusd. mensis. Manserunt isti legati Pragæ vsque ad 17. Decemb. quo die cum responso Cæsaris, quale expectabāt, ad Principem suum reuersi sunt. *Idem lib. 14.*

Hoc tempore nouus quidam sectarius, nomine Anton. Lascæus Lotharingus, homo priuatus, & in doctus coepit Basileæ quosdam monstruosos de fide errores disseminare, disputās nō de vulgaribus, sed primarijs fidei articulis. Quē etsi varij docti & pacifici viri ad tranquillitatem & unitatem, concordiamque hortarētur, pertinaciter tamē (quod hæreticis proprium est) in suis opinionibus perstitit. Quare Magistratus eum certa pecuniæ summa multauit. At ille erepens, apud aliarum urbium Magistratus & Principes sese purgavit. Quod cum Basilienses intellexissent, causæ suæ iustificationem descriptam typis excusam publicauerunt.

Hactenus frequenter Henricus Franciæ & Navarrae rex per literas, legationesque ab excommunicationis fulmine, quo eum Sixtus V. primò, deinde aliquot alij Pontifices, ac tandem Clemens VIII. percusserant, absolui flagitauerat. Sed S. Pontifex memini facilè manum imponendam sciens, Regem enodare, & in communionem Ecclesiæ recipere noluit, priusquam vera, & sincera pœnitentiæ signa animaduerteret.

Cum itaque Rex in promissa & iurata fide persisteret, verumque se Catholicum præberet, Pontifex illi spem absolutionis fecit. Quamobrem Iacobum Dauidem Pernonium Legatum rex Romam misit, vt cum Arnaldo Dosfat (quos duos Procuratores suos constituerat) S. Pontificis gratiam conciliaret. Hi post varias multasque preces, & diuersa cum Cardinale Aldobrandino, & Cardinale Toletò (a quo non parum hoc in arduo negotio adiuti fuerunt) colloquia habita, intellexerūt omnium penè Cardinalium suffragijs decretam esse Regis sui reconciliationem.

Intiterunt ergo duo Procuratores Regis Henrici Aldobrandino Cardinali, vt Pontifici supplicarent, tandem vt negotio finis imponeretur, & quod decretum erat, publicaretur. Aldobrandinus Procuratorum Regis voto satisfaciens, petitionem ipsorum S. Pontifici exposuit.

Qui 30. die Augusti in publico Consistorio Henricum Regem absolutum pronuntiauit, eiusque absolutionem publicari iussit, cum his conditionibus, quæ sequuntur. De quibus Rex ipse monibus est per nuntios veredarios, vt assensum præberet.

I. Primò vt absolutio Regi data ab Archiepiscopo Bituricensi declaretur nulla.

II. Vt Procuratores Regis, ipsius nomine hæresim abiurent, præsertim Caluini, cum promissione Regem ipsum intra mensem abiurationem eam ratam habiturum.

III. Vt in antiqua Catholica religione perpetuò maneat, ab ea nunquam discedat, sed viuens, moriensque in ea perseueret.

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5681

1599

5688

IV. Vt

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5681

IV. Vt per totum Regnum Franciæ Tridentinum Concilium publicetur, & secundum decretorum eiusdem statuta viuatur.

V. Vt intra annum Principis Condæi filius Henricus è manibus hæreticorum abducatur, & in Catholica religione, & obedientiæ Ecclesiæ catholice Romanæ, ad successionem Regni educatur.

VI. Omnia bona Ecclesiasticorum, & quicquid illis hæctenus subtractum est, siue ab hæreticis, siue à catholicis ipsis, ea procuret restitui quamprimum fieri poterit, sine processu, & strepitu iudicij.

VII. Vt omnia officia, & Magistratus à catholicis administrantur; Hæretici ad ea nulli admittantur.

VIII. Vt omnes hæretici Regno exterminentur.

IX. Vt concordata Regum Franciæ prædecessorum suorum cum sede Apostolica obseruari procuret, sublatis abusus introductis.

X. Ne faueat hæreticis siue directè, siue indirectè, aduersus eos bellū gerat: intestina bella, quæ in Regno grassantur, supprimat & componat.

XI. Vt in Principatu Bearnensi Episcopi catholici, postliminio restituantur: quibus alimenta & redditum sufficientem præbeat, donec recuperarint census suarum Ecclesiarum: in eum religio Catholica denuo inuehatur. Omnia munia tam politica, quàm Ecclesiastica solis catholicis demandentur.

XII. Vt in eodem Principatu 4. Monasteria fundet, & erigat. 2. Monacharum virginum, & 2. fratrum reformatorum.

XIII. Vt omni dominico aut alio festo die Missam audiat conuentualem in facello Regio, aut alia quauis Ecclesia.

XIV. Vt quotidie Missam audiat conformiter ad usum & laudabilem consuetudinem Regum Franciæ.

XV. Vt die dominico coronam dicat, mercurij Litanias, sabbatho Rosarium B. Mariæ virginis, quam Patronam & Aduocatam sibi eligit & proponet.

XVI. Vt diebus veneris & sabbathi ieiunet.

XVII. Vt publicè communicet, & sacrum Christi Corpus sumat quater in anno, vt minimum.

XVIII. Vt omnibus Regibus & Principibus Christianis conuersionem suam ad fidem Catholicam, siue per literas, siue per legatos proprios significet.

Hæc Procuratores duo se Regi significatos, & vt perpetuò sincerè obseruet, elaboratos acceptarunt, & promiserunt, promissionemque iureiurando confirmarunt.

Quo factò osculati sunt summa cum submissione S. Pontificis sacratiss. pedes. Tum Pontifex vtrumque complexus dixit: Se Henrico Regi Franciæ aperuisse & reserasse portam militantis Ecclesiæ: hoc solum restare, vt ipse sibi viua fide & bonis operibus Ecclesiæ triumphantis portam aperiat.

Hæc vbi magna solennitate & cæremonijs pijs fuissent acta, Cardinalis de Ioiosa, Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati omnes, quotquot è Francia fuerunt Romæ, nobiles & alij Galli in ædem S. Ludouici conuenerunt, & Canticum, *Te Deum laudamus*, cecinerunt. Inde multa lætitia & exultatio tota vrbe accensis rogis & ignibus, versibus multis & pœmatibus, tum Italica lingua, tum Latina in vulgum emissis. Inter quæ hoc epigramma non fuit postremum:

Quem tota armatum mirata est Gallia Regem:

Mirata est etiam Roma beata piæm:

1599

5688

Yyy 4

*Magnum opus est armis strauisse tot agmina: Maius,
Pontificis pedibus succubuisse sacris.
Janfon. lib. 14. Mercur. Gallobelg. & Caesar Campana lib. 16.
hystor. mundi.*

Paucis post diebus Rex ipse Henricus literis ad S. Pontificem scriptis, testatur gaudium & lætitiã qua perfusus est, accepto hoc gratissimo & desideratissimo nũtio. Eiusque Sãctitati ob tantum beneficium gratias agit, omnemque obedientiam sedi Apostolicæ pollicetur.

Cardinalis etiam de Ioiosa, in sempiternam memoriam exultationis Gallia pro absolute sui Regis, pietatis & gratitudinis ergo, nosocomium erigit & fundat pro pauperibus & egenis Gallis, qui pro tempore Romæ fuerint. Quod erectum prope ædem D. Ludouico sacrum, & censu sufficienti dotatum est.

Dum hæc Romæ aguntur, Henricus Condæi Princeps primus è stirpe Regia annos 7. natus, & menses aliquot, à Pictauis ad S. Germanum in Laia adducitur. Eiusque dux & Gubernator datur Marchio Pisanus, Sãgouartius, qui superioribus annis legatione pro Rege Franciæ ad S. Pontificem functus fuerat. Vt in fide & Religione catholica instituat, & Regni Gallia idoneus fiat, si Regem ipsum contingat exire è vita sine liberis masculis.

28. Octobris denuo Anglus quidam, Sathanæ Phinees (habet enim & ille suos zelatores) in Ecclesia B. Mariæ trans Tyberim sacerdoti missam celebranti calicem ante consecrationem manibus extorsit, in terram proiecit, & pedibus conculcauit. Qui mox apprehensus, & Magistratui traditus, dignis affectus est suppliciis. *Janfon lib. 15. mercur. Gallobelg.*

Pontifex Rom. hoc tempore literas Sigismundi Transsylvaniæ, Valachia, & Moldauia Principis, per celerem nuntium accepit, quibus Princeps aliquot signa militaria Tartaris & Turcis adempta eius sanctitati offerebat, totamque victoriæ, nuper, cælo Sinanis exercitu, adeptæ historiam referebat. Quo nuntio Pontifex supra quàm dici potest, exhilaratus, Principi omnem opem, quamcumque armis, consilio, & pecunia posset, vicissim pollicitus est. Quod si necessitas postularet, se omnem quem in Vngaria habebat exercitum ei missurum. Per omnes tandem Ecclesias supplicationes, gratiarumque actiones instituit.

Paulò post idem Princeps Pontifici viride signum, seu vexillum Mahumeris Bassæ prætorianũ, quod Turcis summo in pretio, imò sacrosanctum est, per singularem legatum misit. Quod honorarium Pontifici, totique vrbi Romanæ fuit gratissimum.

Nihil sectariis nostri sæculi, iis in locis, vbi secta eorum nondum est stabilita, aut vbi Christiani Principes ipsos persequuntur, & ne bonos subditos suo veneno inficiant, vrbibus, prouinciisque suis exterminant, in ore frequentius est, quàm, fidem esse donum Dei, nullam propter religionem mouendam esse persecutionem, vnicuique conscientiam relinquendam esse liberam, &c. At postquam rerum potiti fuerint, & iam suæ doctrinæ fundamenta iecerint, quo animo ista à se dici consueuerunt, manifestè produnt. Nam tum student omnibus modis, eos qui non sunt suæ sectæ, persequi, in exilium eijcere, mulctare, imò quibusdam in locis occidere. Neque huius rei ab Indis, aut extremis Eoi populis petenda sunt exempla. In vicinia est Gallia, Heluetia, Anglia, Scotia, Belgium, quæ nobis exempla quamplurima suppeditant. Id ipsum & Suecia hoc & mense præterito, Rege etiam inuito, & reclamante, ausa est.

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5681

1599

5688

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5681

In publicis enim Comitij decretum (quod & paulò post expletum est) omnes sacerdotes & religiosi spatio dierum sex regno excederent. *Janfon. lib. 15. Mercur. Gallobelg.*

23. Decēbris Duo Rutheni Episcopi, nomine Metropolitanus & reliquorũ Episcoporum Prusciæ, Romam veniunt, & supplices orant S. Pontificem, vt in gremiũ Ecclesiæ Romanæ recipiantur. A qua ante 150. annos ipsorum prædecessores varijs hæresibus, & imprimis Græcorum schismate distracti defecerant. Hi postquam auditi fuerunt, à S. Pontifice, magno plausu & exultatione publica recipiuntur, & iurata Concilij Tridentini obseruatione cum honore & clemētia nõ vulgari ad suos dimittuntur. *Caesar Camp. lib. 16. hyst. mundi.*

24. Decembris Iacobus David Perronius ordinatus sacerdos à Cardinale de Ioiosa, & quatuor post diebus saceratus Episcopus Ebroicensis, cum bona venia S. Pontificis & Cardinalium in Galliam ad Regem reuertitur.

Circa finē Decēbris S. Pontifex admonitorias cum paterna increpatione literas ad Sigismundũ 3. Poloniæ Regē misit, ob Moldauia per Cancellariũ occupatam, Vauodam à Transsylvano constitutum officio deiectum, captum, & nouũ illi subrogatũ, pactaq; & fœdera noua cum Turcis, Tartariq; inita, & antiqua renouata. *Janf. lib. 4. Mercur. Gall.*

Rex porro accepta Pontif. admonitione, diligēter eã fecũ perpedit, depositq; omni affectu, Pontifici sese purgare, & malo cœpto remediũ quærere seriò cõstituit, & magnũ secretariũ Sembisciũ Craconia Romam mittere decreuit.

1596. 25. Iunij Alexander Cardinalis de Florentia ex illustri familia Medicæ, à S. Pontifice in Galliam missus, vt Pacem inter duos Potētiũ Reges Henricum 4. Gallia, & Philippũ 2. Hispania qua via & ratione posset, cõponeret, Lugdunum ingressus, & honorificentissime exceptus fuit.

1598. 3. Ianuarij Clemens VIII. Pontif. Max. ciuitatē, & Ducatum Ferrariensem per obitum defuncti nuper Alphonsi Estensis postremi Ferrariæ Ducis ad S. R. E. sedemque & camerã Apostolicam reuersum & legitime deuolutum, recuperauit, vindicauit, & prædictæ S. R. E. dominio & patrimonio adiunxit.

1599. Cardinales 13. à Clemēte VIII. Pontif. Max. creati sunt. Inter quos fuit Robertus Bellarminus Soc. Iesu Theologus nostra ætate clarus. De quo suo loco dicemus.

8. Martij Dux Ioieuseus, annis superioribus, Comes du Boufchage, appellatus, parta pace in Gallia, & tempore q̄ sibi à S. Pontif. & superioribus ordinis sui, fuerat cõcessum expirante, in Monasterium Capucinorũ Parisiensium, vbi primũ vestē sumpserat monasticã, denuo ingressus est, vt illuc q̄ reliquũ est ætatis sub Regula & statutis ordinis sui trãsire posset. Exierat è conuētũ suo ante aliquot annos, & vestē posuerat, à Tholosatib. sollicitatus & cõpulsus Religionis catholice & patrię propugnandę & defendendę causa.

4. 5. & 6. diebus Mensis Aprilis Preces publicæ & solennes horarum 40. indictæ Lugduni, & fusæ ad Deum pro pace & tranquillitate Ecclesiæ Cathol. & hæreticorũ conuersione, in æde sacra frat. Capucinorum, cum indulgentijs, magno populi, & omnium ordinũ ciuitatis Lugdunensis concursu. Vt hoc templum, quod capax est duorum millium hominum, non posset recipere aduentantem & confluentem multitudinem, quæ Crucem præcedentem, & Parochum quisq; suum comitabatur. De his precibus horar. 40. earum origine & indulgentijs *et ceteris q̄ libellus Lugduni apud Iacobum Roussin, Typogr. athen. an. 1599.*

In Ducatu Chablasi, prope Geneuenses, sub ditone Sabaudia Ducis, hoc anno plus quàm 4. millia animarum

5688

1599

conuerſa ad fidem Catholicam hæreſim abiurârunt. *Excus-
ſus eſt & ea de re libellus Lugduni apud eundem Typograph.*

His poſtremis annis à Caluiniana hæreſi ad fidem & religionem Catholicam redierunt Spondæi fratres, Mourlæus, P. Viſtor Cayerius, Reboullius, miniſtrorum Nemaufenſium, & Monſpelienſium flagellum, & alij complures.

Ioannes etiã Serranus, magni inter ſuos nominis, nonnullã ſpẽ dederat ſuę cõuerſionis, ſed ſuperiore anno 1598. ſubita morte, quę nõ caruit ſuſpicionẽ veneni, præuẽtus eſt.

Inter hæreticos Philippus Mornæus Pleſſæus ſuperiore anno librum emiſit in lucem è varijs priorum hæreticorum blaſphemijs & putidis mendacijs confarcinatum. In quem vt peſtilentem & pernicioſum cenſura prodijt facultatis Theologiæ Pariſienſis 2. Iunij anni 1599. Quæ poſtea fuit typis excuſa.

Aduerſus eum ſcripſerunt, Doctõr vnus Pariſienſis, duo Burdigalenſes, qui mendacia, calumnias, & blaſphemias ipſius innumerabiles detexerunt. Scripſit etiam contra eundem Iacobus à ſancta Maria Luſitanus ordinis Minorũ Theologus, & concionator celebris. Sed liber ipſius nondum fuit excuſus.

Scripſerunt hoc tẽpore aduerſus hæreticos Ioan. Maldonatus Societatis Ieſu Theologus, Franciſcus Toletus, Robertus Bellarminus, Gregorius de Valẽtia, Cæſar Baronijs Cardinalis, Gilbertus Genebrardus, Aquenſis Archiepiſcopus, huius Chronologiæ auctõr, Iacobus à ſancta Maria prænominatus cõcioner 23. in 3. prima capita Apocalypſis, habitas in cathedrali Eccleſia Lugdun. & Lugd. excuſas apud Horatiũ Cardõ hoc anno 1599. & alij multi.

Cæterum aliã virtutes, & præclara facta Clementis VIII. Summi Pontificis ſuo tempore literis mandabuntur. Iam octauum annum ſedet, ſummo Chriſtianæ religionis bono. Cui vitam in hoc ſæculo diuturnam, in futuro æternam omnes pij exoptant ac precantur.

H V M A N A.

1592. Menſe Februario Parmenſis Dux, & confœderati in Gallia qua potuerunt celeritate exercitũ promouerunt, vt obſeſſis Rothomagenſibus opem ferrent. Cũque iam paucis ab vrbe milliarijs abeſſet, copias clam in vrbem mittit, vt præſidia, quæ in vrbe & arce erant, ſupplerent. Ipſe 27. Februarij cum ſuis venit Brondeancourtium, quod ſex circiter leucis Rothomago diſtat. Decretum illi erat circa gallicinium, poſtquam exercitus nonnihil eſſet reſocillatus, inſtituto itinere pergere, & Henrico Regi in caſtris ad vrbem ſe oſtentare, ſi forẽ ſtationibus ſuis illum elicere, & æquo cũ illo poſſet loco decertare, vt inter certamen, maius in vrbem præſidium immitteret.

Dum Parmenſis in itinere eſt, obuiam habuit nobilem quendam, ab vrbis gubernatore Villario miſſum, vt nuntiaret, 26. Februarij gubernatorem aliquot è ſuis in caſtra, & ſtationes Anglorũ emiſiſſe, qui cum regijs velitarentur, & inĩtium pugnæ facerent. Dum vtrinque fortiter pugnantur, animi incaluerunt, exarſitque & ingrauarum eſt prælium. Regij relictis caſtris, in patentes campos deſiliunt, & ad manũ veniunt. Mox Villarius cum duobus ſelectiſſimorum militum milliibus, inter quos 400. equites cataphracti, 800. ſclopeterarij fuerunt, per cuniculos, & portas erumpẽs, in regios irruit, fugat, in ſtationes ſuas fugientes ſequitur, & 500. circiter trucidauit, multos vulnerauit. Duos chiliarchas captos ſecum abduxit. Ciues tria maxima tormenta integrã, & duo vitata in vrbem attraxerunt.

Quæ cum Parmenſis intellexiſſet, coactõ conſilio, quid

agendum

Anni
Chriſti.

1592

1599

Anni
mundi.

5679

5680

Anni
Chriſti.

1592

1599

Anni
mundi.

5681

5688

agendum ſit deliberat. Decretum eſt non eſſe progrediendum. Quod Rothomagenſibus nihil iam deeſſet, hoſte nimirum hac poſtrema eruptione magnopere debilitato, & cui iam nulla ſpes vrbis potiundæ ſuperedeſſet.

Parmenſis itaque exercitum ad Caſtrum nouum reduxit, licet inuitus. Nam is locus alendis tantis copiis erat incommodus, & ea tẽpeſtas anni, vt nihil præclari aut laude dignum agi poſſet. *Ianſon. lib. 5. Mercur. Gallobelg.*

Sigiſmundus 3. Poloniæ Rex Sueciæ filius & hæres, nuptias ſiliæ Archiducis Auſtriæ, Caroli, Carinthiæ, & Stirię Ducis, Rudolphi Cæſaris Patru, ambibat. Ad quod matrimonium peragendum, celebris in Boëmiam miſſa eſt ad Rudolphum Cæſarem legatio. Cuius Principes erant, Cardinalis Radzeuilius, & Epicoſopus Vladomiriensis, quidam Palatinus, alijq; Comites, nobiles magni nominis & auctoritatis viri. Omnes hi Pragam, quæ Boëmia Metropolis, & Cæſaræ maiestatis ſedes eſt, 13. Martij aduenerunt, & cum omni reuerentia, honoris & obſequij ſignificatione Cæſarem ſalutauerunt.

Cæſar viciffim legationem, vt quæ venerat ſponſam conſobrinam ſuam abductam, magnificentiffimo apparatu excepit, ſplendide habuit, & per Morauiam, in ſuperiorem Pannoniam Viennam deduci præcepit. Vbi ſponſam, futuram Reginam cum ſuo regio Gynæcœo & aulica nobilitate expectarent.

Venit ea primo Maij Viennam, quæ Auſtriæ metropolis eſt, & in Palatium magna pompa deducta 3. poſt die legati ad colloquium admiſſi, cauſam ſuæ legationis propoſuerunt. Deinde Cardinalis Radzeuilius ſeorſum cum Regina ſponſa de varijs rebus ſermonem habuit.

4. Maij ſub veſperam in Auguſtinenſi Baſilicam, Palatio proximam, itum eſt, vbi poſt veſpertinas horas, Epicoſopus Viennensis diſertiffimam habuit idiomate Latino orationem, poſtquam præcedentibus ſponſionis verbis, ſeu ipſis ſponſalijs, dextera data eſt.

Ambo Archiduces, Erneſtus, & Mathias, Cæſaris fratres, paranymphi, & ſponſæ ductores fuerunt. Deinde legatus Radzeuilius ſponſæ digito annulum induit, & matrimonium confirmauit. Quo factõ in Palatium reuerſi, cœnæ opiparæ & ſplendide paratæ accubuerunt. Poſtea menſis ſublatis ad choreas itum eſt. Inde omnes cubitum diſceſſerunt. Vnus ex legatis cataphractus pro more principum & Regum, à latere ſponſæ in eodem lecto collocatur. Poſtridie qui dies erat Maij 5. Legatus ſponſæ Regis ſui nomine, torquem cum dependente gemma pretioſiſſima, chimelium ducentibus milliibus Florenorum æſtimatum, donauit. Omnibus ritè magnificentique peractis, Legati ſponſam ſecum in Poloniam abduxerunt.

24. Maij ea cum Regio comitatu Pleſſiam venit. Quod cum Regi nunciatum eſſet, legationem ſuam præmiſit, quæ ſponſam exciperet, ipſe ciuibus imperat, toti que nobilitati, vt quiſque quàm magnificentiffimè ſeſe exornet, & poſt biduum Regi ſuo ſe ſiſtat.

Interea arx renouatur, & exornatur, plateæ purgantur, domus priuatę ornantur, dealbatur, parietes aulæis Turcicis veſtiuntur. Dimidio ab vrbe Cracouiens milliari, iuſſit rex in amœniſſimo prato quatuor Turcica erigi tentoria, duo in vſum ſponſæ, duo in proprium, octo circiter paſſibus à ſe inuicem diſiuncta.

26. Maij Rex, Regina vidua, & ſoror Regis, cum 4. milliibus equitum, qui omnes ſericis, hoſericis que induti erant veſtibus, plumis verſicoloribus, tam ipſi, quàm equi

circum

circumquaque ornari: totidem quoque peditibus, qui omnes more Germanorum, sed eodem colore vestiti, & in 20. signa distributi erant, ad prædictum vsque locum sponsa obuiam processit. Cum sponsa eminus aduentare conspiceretur, æneatores, tubicines, tympanistæ officium fecerunt, & cum tanto iubilo & triumpho sponsa aduenit. Mox curru descendere iubetur, & in tentoria introducitur. Hic à Regina vidua Stephani, & Regis sorore blandè excipitur. Inde ab Episcopo Preflauienti, & Magistro aulae suae in umbellam deducta est. Vbi Rex, Archiepiscopus, & magnus Cancellarius ei obuiam processerunt, & honorificè non minùs quàm blandè exceperunt.

Quo factò Rex sponsam in pretiosissimum currum, quem eum in vsu incredibile sumptu confici mandarat, eleuari iubet. Iuxta quam mater sedit. Equites, peditésque præcesserunt. Quos subsecutus est Rex cum Episcopo Preflauienti, & Archiepiscopo Polono. Post Regem sequebatur currus Reginae sponsa qui cingebatur corona nobiliù adolescentum, qui omnes regia pompa erant vestiti. In vrbe ciues omnes in armis duplici ordine hinc inde à porta ad arcem vsque stabant, sponsam salutantes.

Erecti erant in honorem sponsae arcus triumphales varij, in quorum ultimo stabant octo virgines nobilissimae, suauissima harmonia musica, variorumque instrumentorum modulatione, sponsae nouas nuptias gratulantes, felixque & faustum matrimonium acclamantes.

Inter alia multa iucundum erat videre Germanum signiferum, in pinnaculo turris Ecclesiae cathedralis, nulli innixum fulcro stare, & vexillum manu dextra absque vlla intermissione rotare, & in orbem agere.

Missilia quoque in vulgus spargebantur, nummi scilicet argentei, à quorum vno latere fluctus marini, & iuxta fluctus ab vnaquaque parte palmae, quae supra mare sese ad inuicem inclinabant, cum hac inscriptione: *Amor distantia iungit*, exprimebantur. Ab altero latere in infima parte insignia domus Austriacae, supra hæc à dextris Aquila Imperij, à sinistris Aquila Poloniae ostendebatur, cum epigrapha: *Ast animos sociasse iuuabit*. Cum tali pompa Regina candidis vestimentis, uti & Rex, induta, mox in templum inducitur, vbi Canticum SS. Ambrosij & Augustini iucundissimo iubilo decantatum est; inde in arcem deducitur, vbi secundò à Rege excipitur, qui cum ea du Latinè, Germanicèque (callet enim ille vtrumque idioma) collocutus est. Deinde custodiae Matris, totius Gynæcei Reginae viduae & sororis Reginae commendata est.

Vltimo tandem Maij nuptiae in praesentia Magni Cancellarij Zamofcij, Primariorum Principum, & Ordinum Poloniae magna cum pompa celebratae, octiduo integro diuersis spectaculis, ludis, monomachijs, aliisque lætitiæ significationibus continuatae sunt. Paulò post Rex cum noua nupta ad Comitium VVarsoviensia profectus est. Harum porro Regalium nuptiarum solennem pompam *è lib. 5. Mercur. Gallobelg. Ianfoni*, vt lectori gratificaremur, paulò fufius sumus persecuti.

Hoc anno Amurathes Turcarum Imperator Christianis bellum parat, cuius suscipiendi etiam contra fidem datam hæc fuit occasio.

Induciae hætenus inter vtrumque Imperatorem, Rudolphum Romanum, & Amurathem Constantinopolitanum pactae cum vtriusque subditorum tranquillitate obseruatae fuerant. Erantque Amurathis propositum 8. annum inducias deinceps ad finem vsque continuare.

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5681

Accidit

1599

5688

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5681

Accidit interea Amurathem quoque cum Perfaru Rege pacem, post diuturna bella, componere. Quare nonnulli Bassae, hanc occasionem non esse prætermittendam rati, Turcarum Imperatori eiusque filio expeditionem in Christianos suaserunt. Christianos enim tot ciuilibus & intestinis bellis implicatos facillimè nunc posse debellari ostenderunt. Exercitum validissimum cogendum & in fines Vngariae atque Croatiae mittendum esse.

In Polonia magnus Cancellarius Zamofcius sororem Stephani Battoræi, vxorem duxerat, quae ei cum Maximi lianus caperetur filium peperit, quem rogante Patre Maximilianus, licet captiuus, è fonte salutis lauacri suscepit. Obiit postea hæc vxor, & aliam duxit Cancellarius, ex nobilissima Poloniae prosapia. Quo matrimonio in tantum aucta est eius dignitas, & auctoritas, vt tandem cum Rege contendere, & in multis Regi repugnare non sit veritus. Vnde magnae inter illum & Regem controuersiae simultatesque exortae sunt.

Parmensis Dux castra sua non longè à castris Henrici Regis habebat, & quotidianis velitationibus se mutuo exagitabant, ita vt vtrinque multi desiderarentur. Tandem 20. Aprilis die Rex ipse Rothomagensem obsidionem soluit, & cum toto exercitu ad hostium castra propius accessit.

Parmensis cõtinuis velitationibus Henricum Regem per aliquot dies distinuit, interim 80. naues omni genere commeatus, & annonae onustas è portu Gratiæ aduerso flumine subduxit, & in portum Rothomagensem in credibili oppidanorum gaudio misit, in urbem venit, vbi honorificè à ciuibus exceptus fuit.

Cumque iam Rothomagensibus de omnibus necessariis prouidisset, tantumque aduexisset quantum dimidio anno sufficere posset, in castra digressus est.

Sequentibus aliquot diebus quotidie rursus velitatum est, nunc huc, nunc illuc fortuna inclinante, multis quoque vtrinque fortissimis viris desideratis.

Porro cum iam Rothomagenses à diuturna illa & arcta obsidione liberati securè viuerent, vt quibus omnia quae erant necessaria, abundè suppeterent, & quotidie plura adueherentur, & Parmensis Dux ad quod venerat id perfecisset, hoc est, Rothomagum obsidione liberasset: Ipse in Belgiam rediit, & ad aquas Spauenses ob aduersam valetudinem se contulit. *Ianson. libr. 5. Mercur. Gallobelg.*

Clemens 8. vt & præcedentes aliquot Pontifices, à Bâditis hoc tempore plurimum exagitatus est. Magnis enim copiis collectis opulentissimas Italiae prouincias depopulabantur, itinera omnia insidebant, vt nemo tutò proficisci posset. Quare S. Pontifex coactus est exercitum 4000. armatorum conscribere, eumque in omnem oram, vbi sceleratissimorum hominum coluies grassari diceretur, mittere.

24. Maij Dux Ioieuseus insigni stratagemate aduersarios apud Albigenfes elusit.

Eodem mense illustrissimus Princeps Ioannes Comes à Manderfcheit, Episcopus Argentinenfis, postquam 23. annos 3. menses & aliquot dies Ecclesiam suam summa cum laude rexisset, placidè in Christo obdormiuit.

Mense Iunio Dux Mercurij Britanniae Gubernator pro confederatis celebrem ab ijs qui Kranium obsidebāt, victoriam reportat.

Iulio Mense Rex Henricus copias quas adhuc sub signis habebat Espernaum duxit, vt oppidum illud nuper captum recuperaret.

1599

5688

Z z z

Mareschallus Bironius, dum curiosè lustrat exercitum, ictu machinæ maioris postatus, occubuit.

10. Iulij Nemouria Dux, Lugdunensium Gubernator Viennenses in Delphinatu compulit, vt se suamque urbem confœderatis dederent.

Per id tempus Luxemburgum venerunt ducenti milia 1500000. coronatos in argento portantes, quæ argenti vis deinceps Namurcum missa est, vt sine mora & intermissione cudatur. Optant hic nonnulli vt bene, & ad Reipublicæ Christianæ salutem expendatur.

Mense Augusto Romanus Imperator totusque illius Senatus, licet eam haberet opinionem, quod Amurathes inficiaretur, iussu suo bellum motum, & inducias violatas esse, sciens tamen eam esse Turcis consuetudinem, vt non restituant vrbes, quas semel occuparunt, omnem mox pet lapidem, vt auxilia cogat, atque tyranno se opponat. *Ianson. lib. 5. Mercur. Gallobelg.*

3. Septemb. in Hestia VVilhelmus Lantgravius, Princeps prudentissimus, doctissimus, & insignis Mathematicus annos natus 71. rebus humanis subita morte eripitur.

Circa finem Septembris Præfecti munitionum Zigareti, Mahatti & Copani cum Domino Quinqueecclesiarum, aliisque magni nominis Turcis, magnoque exercitu inter Zigaretum & Rodestum castrametati sunt. Fama est in eorum exercitu esse 160. hominum millia. Sed quia Christianorum exercitus quotidie augebatur, vt qui iam 60000. sub signis habebant, plerique bene superabant Ernestus Archidux Imperator exercitus, & Marchio Archiducis Ferdinandi filius eius Vicarius, renuntiati, per hos dies in exercitum profecti sunt.

3. die Octobris manè hora circiter 9. in vrbe Monasteriensi, in ea regione, quæ Transaquensis dicitur, ab alpha fluuio, hanc ab altera vrbis parte diuidente, horrendum excitatum est incendium. Quod ortum suum habuit à foco pistoris cuiusdam, qui ignem suum incautè custodierat, paucisque horis ducentas circiter ædes, cum parte occidentali Monasterij nobilium virginum, & porta cui à cruce nomen est, absumpsit.

In Bohemia sub finè Augusti obierat magni nominis vir V Vilhelmus Rosenbergius, eius Regni Prorex, Cùmque funus eius aliquot septimanis in Monasterio S. Georgij Pragæ, nocte dieque à clericis vigilias, precesque canentibus esset custoditum, tandem sub finem Octob. cum magna pompa ex arce in templum D. Thomæ deductum, & illinc centum cisis Grenouiam, regioque more in Rosenbergense monumentum illatum est.

14. Nouembris Magnus ille, ac pietate & literis illustris Petrus Villarius Archiepiscopus & Comes Viennensis in Gallia Delphinatu, & in Secretiori Christianiss. Francorum Regis Consilio, Consiliarius dignissimus, post consumptos annos 50. in Senatu supremo Parisiensi, in iudicijs, in regni Francici Procuratore, & Legationibus de rebus maximis. ad Reges, summos Pontifices, & Principes Christianos. in regenda & administranda Ecclesia & Diocesi primùm Mirapicensi, postea Viennensi, tot iam curis laboribusque & itineribus fessus, fatigatusque, viua & efficacis fidei in Deum, & spei plenus placidè in Christo Iesu obdormiuit.

Is iam septuagenarius anno Domini 1587. tumultus Gallicos animo longè antè præsentiens, & magnos rerum motus imminentes tanquam è specula præuidens, ad Fratres Franciscanos Pedemontanos Montis Callerij, seu in tranquillissimum portum è sauiissima tempestate secesserat, &

euolârat

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5681

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5681

euolârat. Vt illic in tuto & silentio se Christo Iesu approbaret, quodque reliquum erat ætatis, meditationi quatuor nouissimorum hominis impenderet. De quibus etiã Commentarium iustum ibidem perscripsit, & Claudio Villario fratri nuncupauit. In eo porrò discessu è Gallia ad Pedemontium admirabilis ipsius Villarij eluxit prudentia & prouidentia. Nam ab eo tẽpore res nostræ in peius ruere, & retrò sublapsæ referri non desierunt. Huic primùm in Episcopatu Mirapicensi, deinde in Archiepiscopatu Viennensi successit ex fratre maiore natu nepos Petrus Villarius Theologus Parisiensis, Magni profectò successor viri, maximus ipse vir, de quo suo loco.

2. die Decembris Alexander Farnesius Dux Parmensis in Cœnobio Vedastino apud Attrebatos moritur. susceptis piè & summa cum reuerentia Ecclesiæ sacramentis, per manus Ioan. Saraceni Cœnobiarchiæ religiosissimi.

Die veneris sequenti prædictus Abbas S. Vedasti exequias defuncti Ducis honorificentissimè celebrauit, Episcopo Audomarensi orationem funebrem habente. Interfuerunt his exequiis Comes Mansfeltius, Marchio Vvarëbonius, supremus Artesiæ præfectus, Comes Barlaymontius, Marchio Aurechius, Comes Soranus cum multa alia nobilitate.

Corpus ipsius è Belgio Parmam defertur 15. Martij anni 1593. & sine magna pompa sepultum fuit in paruula æde sacra Capucinatorum, cum hoc epitaphio.

Alexander Farnesius Belgis deuictus, Francis obsidione leuatis, vt humili hoc loco eius cadauer reponeretur, mandauit III. nonas Decemb. 1592. Et vt secum Maria eius coniugis optima ossa iungerentur, illius testamentum secutus, annuit.

Cardinalis illius filius exequia celebrat Romæ priuatas, magna modestia, multis millibus aureorum Ecclesiæ S. Marcelli dono datis, ad locandas in matrimoniũ pauperes virgines.

Senatus populisque Romanus in capitolio illi statuam affabre factam erigi & collocari curat, & exequias sumptuosas in ara cœli celebrat, honoris & piæ defuncti memoriæ causa. *Ianson. lib. 5. & 6. Mercur. Gallobelg. & Caesar Campana lib. 13. & 14. historia mundi.*

In Belgio Comes de Fuentes conuocatis proceribus, Consiliariis ordinibusque; quid sibi à Rege Hispaniæ mandatum esset, partim declarauit, partim se postea declaraturum promissit. Inter alia ostendit Regis voluntatè esse vt si Parmensis obierit, Comes Mansfeltius Senior mox illi in Gubernatione succedat. Cui omnes prouinciæ obediant, donec alium Gubernatorem mittat. Iuniorum autem Mansfeltium Ducem fore exercitus Regij in Gallia, vnà cum Duce de Feria, qui ex Hispaniis quotidie expectabatur.

Ioannes 2. Suecorum Rex mense proximo Nouembri inter viuos esse desierat, vnico relicto filio Sigismundo, Polonorum rege. Qui intellecta patris morte paterni regni suscipiendi occasionè captans, indixit Comitiam in Polonia, tum ob eã rem, tum etiam propter simultatem quæ inter se & Zamoscium magnum Cancellarium intercesserat.

1593. 5. Ianuarij Dux Mœnius collatis consilijs, & omnium consensu Comitiam Parisiis indixit, in quibus Rex catholicus communibus confœderatorum suffragiis crearetur. Huius consilij rationes scripto cõprehendi, & per præcones & rubicines Lutetiæ in omnibus triuijs publicari mandauit. *Ianson. lib. 6. Merc. Gallobelg. & Caesar Camp. lib. 14. hist. mundi.*

Paulò antè Clemens 8. Pontifex Max. Henricum Regem, & qui illum sequebantur, denuo excommunicauerat, potestatemque fecerat Confœderatis Regem Catholicum

eligendi. Eas bullas ad Philippum Carrdinalem Placentinū in Galliis legatum suum miserat, qui eas quoque publicari iusserat.

Quod cum intellexisset Rex Henricus per procuratorem suum Consilio Cathalaunij congregato huius rei iniquitatem ostendit. Conquerens hoc Pontificis mandatum ab illis procuratum, qui iam pridem omnem conatum, & studium eō direxerant, vt Regnum Gallicum occuparent contra legitimos illius successores. Cui malo vt occurratur, Consilium habita deliberatione querelas contra predictarum Bullarum impetrationē, promulgationem, executionem, omniāque inde subsequuta, accepit, & de his omnibus appellauit: Deceuitque, Cardinalem S. Onuphrij citandum, vt se contra dictam appellationem defendat, Interea idem Consilium omnes Prælatos, Episcopos, Principes, Dominos, nobiles, Ministros, & subditos Regis, cuiuscunque status, conditionis, & qualitatis sint, hortatur, ne se patiantur seduci veneno & fascinatione taliū rebellium & seditiosorum. Sed vt maneant & contineant se in debita obedientia bonorum & naturalium Francorum, semperque obseruent affectum, & charitatem, quibus Regi, & patriæ obligantur, &c. Hoc decretum initio quoque huius anni Cathalaunij per Tubicines est diuulgatum, & postea ad omnia loca quæ Henrico Regi parebant transmissum. *Idem Ianson. & Campana locis citatis.*

Mense Martio S. Pontifex Franciscum Aldobrandinum nepotem suum cum lectissimis militū copiis in Marchionatum Anconitanum misit, aduersus Exules, omnia illic diripientes, ac deuastantes. Sed & triremes aliquot instrui mandauit, quæ oras legentes, eas à piratis tuerentur.

In Vngaria, & Croatia Turcæ bellum prosequuntur. In Vngaria namque castrum S. Hedvig ad Balatonem locum, vulgo Blattenzee, munitissimum occuparunt, spoliarunt, & incendio deformarunt. Similiter & Iſſham. Deinde cum exercitu Gomorram paruum profecti, à Præsidariis fortissimè repulsi sunt.

Eodem Mense Comes Mansfeltius & Cofœderati Noiuodunum obsident. Et cum urbem aliquandiu maximis tormentis verberassent, ruinam strauissent, sæpius oppugnassent, oppidani abiecta spe omni, sese certis conditionibus dederunt. Præsidarij absque armis bacillos albos in manibus habentes, dimissi sunt, Rex Henricus cum subsidio aduenit (sed seriùs, hoc est vespere eius diei quo se dederant) tentaturus, si obsidionē soluere potuisset. *Ianson. lib. 6. Mercur. Gallobelg.*

Initio Aprilis Dux de Fera, qui paulò antè Lutetiam venerat, ad Comitium Ordinum admissus, honorificentissimè exceptus, & suo loco sedere iussus luculenta & disertâ oratione Ordines confœderatorum Galliarum, Regis Hispaniarum nomine, ad electionem noui Regis exhortatus est. *Ea oratio excusa extat lib. 6. Merc. Gallobelg. Ianson.*

Ad orationem Ducis de Fera, literasque Regis Hispaniarum Domini sui, quas Domino Nicolao de Pelleue, Tituli S. Praxedis Cardinali, Rhemensis Archiepiscopo, Primo Fræciæ Pari, & Comitiorum Præsidi publicè legendas exhibuerat, post maturam ordinum deliberationem, idem Cardinalis bene longa & accurata oratione respondit. *Quæ etiam typis fuit excusa eodem libro.*

Memorable est, quod scribunt nonnulli, sub id tempus, in Mari Massiliensi tantam delphinorum visam esse copiam, quanta vix in toto mari Mediterraneo fuisse putabatur, adeo vt horrendum visu fuerit spectaculum. Episcopus

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5681

Cauaglioneus,

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5681

Cauaglioneus, qui tunc in vrbe erat à Pontifice missus: ad controuersiam quandam componendam, in litris exiens piscibus, solitis ecclesiæ cæremoniis maledixit.

15. Aprilis Dux Espernonius in tempesta nocte Massiliam venit, & instrumentis quibusdam bellicis nuper inuentis (*Petars* vocant) portis admotis, duas perfregit. Sed antè quàm tertiam perfringere potuit, ciues armati accurrunt, omniq; telorum genere illum à mœnibus repellunt.

Parisiis electio noui Regis de die in diem differebatur, ob legatum, vt quidam volunt, Hispanicum. Qui aut Dominum suum, aut eius filiam, infantem Hispaniarum promotam cupiebat. Quatuor itaq; Marschallos Regni crearunt. Chastellum, Sampaulium, Brissacum, & Roneum. Villarius verò, qui Rothomagum annis superioribus tam fortiter defenderat, Admiralius renunciatus est. Præterea Lugdunensis Archiepiscopus, & Præses Ianninus nominati sunt, ad colloquium cum nobilitate Regia proficiscantur, quæ Dominum Cheuernium, & d'O legatura dicebatur.

Eodem mense Cardinales omnes Principem Bauariæ Maximilianum summa cum humanitate & beneuolentia Romæ salutarunt. Deinde magna cum attentione à S. Pontifice auditus est. Qui ei in confessu Cardinalium locum antè vltimum Cardinalem Diaconum assignauit.

Mense Maio S. Pontifex facta Cardinalium congregatione, causam magni Magistri Melitensis Cardinalibus Aragonio, Dezio, Saluiato, Spinolæ, & Iustiniano examinandam commendauit. Melitenses enim Equites paulò antè Magistrum suum captum in vincula coniecerant. Causa huius captiuitatis varia à variis redditur. Quidam enim aiunt eum omnem thesaurum ordinis duabus triremibus clam imposuisse, & fugam ad Gallos meditatam esse. Alij aiunt post aduentum Legati Francici, conspirationem inter illum & Turcarum Imperatorem, in Reipub. Christianæ perniciem detectam esse. *Ianson lib. 6.*

Non tantum Christianos, sed & Persas hoc tempore Amurathes bello persequitur. Violato namque paulò antè nescio quam ob causam, cum Persarum Rege nuper pacto fœdere, cum ducentis armatorum millibus Persiam inuasit, omnia ferro & flamma vastare, quicquid erat residuum iussit diripi. Non innocentium sanguini, non virginum castitati, non matronarum pudicitia parcitum est.

12. Iunij Sisseg monasterium in Croatia à Turcis obsidetur, occurrunt in subsidium Christiani, acriter pugnatur, occidunt Turcæ ad 18. millia, paucis Christianorum desideratis. Parua hæc tam insigni victoria, totus exercitus Christianorum, per monasterium ambit singulis vicibus milites ad vnum omnes in genua procidentes, Deo summas pro concessa victoria gratias egerunt, multaque latinitia signa ediderunt.

Sed Sultanus Amurathes ob acceptam hanc cladem memorabilem iræ impatiens, vt tantam maculam elueret, sese à Christianis vindicaret, publicum bellum aduersus Cæsarem Roman. tam Constantinopoli, quàm Budæ 17. Augusti iussit proclamari. Præcepit autem omnibus Ducibus suis, vt vni Sinani Bassæ, qui suo loco in Vngariam proficisceretur in omnibus parerent.

Sinanus itaque cum suis copiis Budam venit, Beglerbegus suum exercitum, in quo 120000. armati fuisse dicuntur, per Croatiam duxit, eo fine, vt non tantum munitiones Turcicas à Christianis obsessas liberaret; sed Monasterium Sisseg denuo obsideret, totisque viribus expugna-

1599

5688

et, deinde in penitioem Vngariam belli molem inferret.

Beglerbegus ergo Græciæ Monasterium munitionemque Sisse circumfedit, continuisque maiorum machinarum ictibus, oppugnationibusque; obsessos exagitauit, nullam ut illis requiem permitteret. Quamuis Præsidarij fortissime sese defenderent, mulieres quoque mensas, sedes, scamna & obuia quæque impedimenta in ipsas ruinas inferrent, hostemque ab irruptione arcerent, obsidentium etiam ingens numerus prosterneretur: Tandem tamen 3. Septemb. Turcæ monasterio potiti omnes Præsidarios, inter quos etiam 200. erant Germani, frustulatim conciderunt, aut in Culpam præcipitarunt. Religiosum quædam ibidem repositum viuum excoriarunt, & in minutissimas partes dissectum combusserunt, omnibusque direptis munitionem imposito præsidio custodierunt. *Ianson. lib. 7. Casar Campana lib. 14. histor. mundi.*

Mortuo Ioanne 3. Sueciæ Rege, vnicus eius filius & hæres Sigismundus Polonorum Rex iam ad possessionem Regni paterni anhelabat. Proposuit igitur cum vxore in Sueciam proficisci. Et impetrata à Poloniæ ordinibus (quos ob eam rem conuocarat) abeundi licentia sub finem Augusti Cracouia discessit Mariæburgum primo, deinde Gadanum vnde paulò post in Sueciam nauigauit, vbi iam magna apud Catholicos spes est Regem hunc Catholicum, & piam religionem Catholicam Romanam, quæ ab anno 1525. introducta Lutherànica, inde exulat, in hoc regnum reducere.

Anglia diuturnâ pace, maxima negociatione, & assiduis deprædationibus ad summam felicitatem hoc tempore peruenerat, quare iustus iudex Deus his mensibus innocentem sanguinem effusum, aliaque flagitia, tam in ipso Regno, quam extra Regnum, & præcipue in Mariâ perpetrata volens vindicare, insulam omnem, præcipue vero Vrbem Londinensem grauissima pestilentia sic afflixit, vt circa finem Iunij 666. homines in sola vrbe Londinensi, in Augusto vero nonnunquam 2200. aliquando 2000. & plures in vna septimana hæc lue mortui sint. Quamobrem multi relictis vrbibus in pagos, & villas migrarunt. Quidam, relicta insula in Belgium se suaque transportarunt. Regina sibi suisque metuens, sub pena capitis interdixit, ne quis ex locis, vbi hoc malum grassabatur, ad aliam veniret. Sæuijt hæc lethifera contragio in multam usque hyemem, nulli ætati, nulli parcens hominum conditionem. *Ianson. lib. 6. Mercur. Gallobelg.*

In Gallia cum iam res essent pacatiore, Dux Nemouræus Gubernator Lugdunensis in suspicionem venit, quod urbem Lugdunensem cum toto territorio, vrbibusque vicinis fœderi facti adherentibus in suam redigere vellet potestatem. Vt si quæ pax sibi minus commoda in Gallia constitueretur, ipse in hac Prouincia ope Hispani, & Ducis Sabaudia bellum multos in annos posset protrahere. Quare consules & optimates eum adierunt, vt quid moliretur ex ipso intelligerent, eumque ab iniquo proposito auerterent. Dux omnia quæ obijciebantur negare, & sese egregie de omnibus quorum insimulabatur purgare. Obseruabat nihilominus illum ciues, & indicia nonnulla deprehenderunt, quæ suspicionem conceptam augebant. Itaque dissimulare diutius noluerunt, sed

8. Septembris circa vesperam tumultuari cœperunt, correptis armis, catenas, quibus plateæ clauduntur, tendunt, armatique ad hospitium Ducis cum ingenti strepitu accurrunt, & eum vno aut altero post die in munitissimam vrbis arcem, cui Petreæ scissæ nomen est, abduxerunt. Dein-

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5681

1599

5688

de Con-

Anni
Christi.

1592.

Anni
mundi.

5681

de Consules & Magistratus communem populum ad Basilicam vrbis conuocarunt, vbi vnanimi consensu iurarunt, se neque Ducem Nemouræum, neque aliquem ex eius posteritate vllò tempore pro vrbis Gubernatore recepturos. In vnam similiter S. Catholicam Romanam iurarunt religionem, nec se vnquam externum inuocaturus Principem, sed vni Catholico Regi, postquam electus erit, perpetuam obedientiam præstituros, eique constanter ad hæsus esse.

Nemouræi captiui frater Marchio Sansolinus, fratris causam volens defendere, Lugdunensibus dira minabatur, nisi fratrem confestim liberum dimitterent, nec mora statim cum 300. equitibus, & aliquot peditibus ex Aruernia aduolat, & ad portas vsque Lugdunenses populabundus excurrit. In suburbanis ædibus ad voluptatem ciuium constructis, in viridarijs & pagis vicinis omnia diripuit.

Quia verò Lugdunenses nulla habebant præsidia, Magistratus Chiliarchæ Alphonso Dornano, qui in Delphinatu cum legione sua æstiuabat, supplicauit, vt vrbis patrocinium susciperet, hostemque depelleret. Quod cum Marchio animaduerrisset, moderatius egit, donec tandem duorum mensium induciæ pactæ sunt, quarum condiciones erant; Arma vtrinque ponerent, Legatos vtraque pars Lutetiam mitteret, causam Nemouræi, Mænius Dux & supremus Senatus cognosceret, eorum sententiæ partes acquiescerent. Promulgatæ sunt induciæ 14. Octob. quo tempore Pax vrbis reddita, & omnis animorum exacerbatio sublata est. *Ianson. lib. 7. Mercur. Gallobelg. & Casar Campana lib. 1. histor. mundi.*

Eodem mense Septembri Franciscus Toletus Societatis Iesu Theologus, & Philosophus nostra ætate clarus, à Clemente VIII. Pontifice Maximo, (reclamante & impediante quantum potuit ipsa Societate, quod hoc fieri contra suas Regulas, & statuta diceret) cum tribus alijs magni nominis viris, Cardinalis creatus fuit.

13. Mensis Octob. Christiani in Vngaria exercitum suum lustrare cœperunt, inuentique sub signis 18. armatorum millia, viri omnes fortissimi, & ad bellum exercitati. Sclopetarij omnes, Hussaris & equitibus exceptis. Cumque paulò post exercitus Danubium traiecisset, in primo cum hostibus congressu aliquot millia Turcarum prostrauit, ingentemque numerum Christianorum puerorum & adolescentum, quos hostis ad seruitutem rapiebat, liberauit.

Festo S. Lucæ quod in 18. incidit Octobris, Conuentus ordinum Boemiæ, Pragæ celebratus est. In quo inter cætera quæ statuta sunt, bona pecuniæ summa tribus continuis annis non ex debito, sed ex libera voluntate Cæsari communibus votis ad defensionem Regni Boëmici & Prouinciarum ad illud pertinentium decreta fuit.

In eo conuentu incolæ oppidi Kaden, tribus ordinibus Regni insisterunt, vt à Cæsarea Majestate sibi vsum Calicis in communionem impetrent. Mirum cum isti homines in omnibus, moribus, ritibusque viuant catholicorum, in hoc solo articulo à Catholicorum communionem velint separari. Sed Regnum hoc isti opinioni valde est obnoxium, postquam eam semel à Ioanne Hus ante multos annos acceptam imbibit. *Ianson. lib. 7. Merc. Gallobelg.* Lege ibidem orationem Gasparis Cardilli Villapandei Segobienensis, ad sacrosanctam Synodum Tridentinam habitam anno 1562. *Quod non sit laicis calix permittendus.*

21. Nouembris victoria insignis Christianorum in Vngaria, cæsis tam in pugna, quam in fuga plusquam sex mil-

1599

5688

libus Turcarum.

Hoc eodem anno pater Marcellinus Pistoius Religiosus ord. S. Francisci de obseruantia, in opinione sancti apud vulgum Romæ moritur, & sepelitur in suo conuentu in Ara cœli. Fuit Doctus Theologus & celebris concionator, vitæ integræ & sanctæ, vt vestis ipsius, dum effertur à plebe, in lacinias & frustula laceraretur, tanquam reliquæ asseruanda, *Cesar Campana lib. 14. hist. mundi.*

1594. 11. Ianuarij Meldensium, quorum vrbs Parisiensibus vicina est, Gubernator Dominus de Vitry cum Rege transegit. vrbeq; ciuium consensu Regis imperio subiecit.

Idem fecit Dominus de Balagny, Cameracensium Gubernator, qui bonorum suorum, & vxoris pactus restitutionem, Regis fidei Cameracum tradidit.

Horum exempla secutæ, sunt aliæ vrbes & oppida non nulla.

Non parum terruit Parisienses Meldensium à fœdere defectio. Est enim ea ciuitas Lutetiæ vicina, loco sita oportuno, in ripa fluminis Matronæ, per quod omne genus annonæ ex Cæpania, Picardia, vicinisque Prouincijs Parisiensibus aduehitur. In ipso quoque itinere qua in Belgium itur, & hætenus è Belgio in Franciam exercitus duci consueuerant. Accessit ad hæc omnia Oratio Procuratoris Generalis Regij, qui in Parlamento non minùs disertè quàm ingeniosè explicauit iura Legis Salicæ, successionem Henrici Regis eius ad gremium Ecclesiæ reditum: Ex quibus conclusit, nihil obstare, quo minùs capax sit Regni, Coronæque Francicæ

Regem itaque, Parlamento Parisiensi mensis spatium concedere, quo possint maturè inter se deliberare, velint ne Regi obedire, eiusque gratiam sibi demetri, an bellum ducere, & vita fortunisque omnibus periclitari. Ad ceteras quoque ciuitates Rex similes literas, & mandata per eodem dies dedit, aqua & igni interdicens his, quicumque mensis spatio imperium suum non agnoscerent.

Parisienses itaque cum trepidarent, nouam obsidionem metuentes Parlamentum ad propositiones Procuratoris Generalis:

13. Ianuarij decreuit, Mittendos esse Legatos ad Ducem Mœnium, Regni vicarium, eique per vnum ex ordinibus, & sex consiliarios supplicandum, vt infra mensem, aut citius (si fieri possit) commoda inueniat remedia, vt pax & tranquillitas Regno restitatur, & Regi obediatur.

30. Ianuarij Ernestus Archidux Austria à Rege Philippo Belgicis prouincijs præfectus Bruxellas magna pompa ingressus est. Multos in suo comitatu habens Principes. Inter quos erant Elector Colonienfis, Ernestus Bauarus, Marchio Badensis, Dux Arscotanus, Comes Mansfeltius, Comes Fuentius, Princeps Chimæus, aliique Duces, Comites, Barones, & nobiles Hispani, Itali, Germani, Belgæ, & aliarum nationum.

Ea porro fuit in Archiducis aduentu triumphus magnitudo, ea pompæ magnificentia, vt cum maiori nullus vnquam Princeps in Belgium introductus sit. Imo ne Regem quidem ipsum cum celebriori & magnificentiori pompa suscipi posse multi existiment.

Cum huiusmodi ludis, triumphis, & spectaculis iam tres dies noctesque indultum esset, Archidux ordines Prouinciarum ad palatium Regium conuocauit, ibique literas & mandata Regis, quibus Gubernatio Belgicarum Prouinciarum sibi demandatur, ostendit. Quibus lectis Mansfeltius senior, cui, mortuo Alex. Farnesio, Parmensium Duce,

administra

Anni
christi.

1592

1599

Anni
mundi

5681

5688

Anni
christi.

1592

1599

Anni
mundi.

5681

5688

administratio vsque ad aduentum noui Gubernatoris erat concredita, surrexit, se officio & Magistratu suo abdicauit, & Archiduci administrationem tradidit. Deinde proceres & ordines omnes Ernestum Gubernatorem Belgij salutarunt, eum acceperunt, eique omnem fidem, & obedientiam, quam Regi debent, obtulerunt.

7. Februarij Lugdunensis ciuitas, quæ hætenus manserat in fide confœderatorum, cum videret felices Regis progressus, & confœderatorum res quotidie minui, mutatis animis se quoque Regis fidei permisit. Itaque Consules, Senatores, & vniuersa vrbs communitas post longam & maturam deliberationem sese fidei & obedientiæ Regis subiecerunt. Ciues toto illo octiduo candidis cincti fascijs, pileisque candidis plumis ornatis recti obambulabāt, omnibus in locis planioribus rogos ingentes, lætitiæ signa manifestissima, excitarunt. Exules in vrbe reuocârunt, Consules, Scabinos, & Centuriones nonnullos è prioribus mutauerunt. Alphonsus Dornanus qui à Consulibus in omnem euentum fuerat accersitus, in vrbe manet, & copias suas in suburbij retinet, donec à Rege responsum referatur. *Ianson. lib. 8. Mercur. Gallobelg. (Ces. Camp. lib. 15. histor. mundi.*

Eodem Mense Lugdunensium exemplum imitati Aurelianenses, Rothomagenses, Pictones, Bituricenses, Matiscenenses, & multæ aliæ vrbes & oppida Gallia, necnon particulares multi nobiles & Præfecti vrbiū sese Regis clementissimi fidei subijciunt. Quæ summa Regis humanitas & benignitas vrit hæreticos.

27. Febr. Henricus Rex Franciæ & Navarra inauguratur, & coronatur magna pompa & celebritate apud Carnutes, ab Vrbs Episcopo. Quod Rhemorum ciuitas esset adhuc in confœderatorum potestate. Sic olim Rodolphus Burgundus, apud Sueffiones: Ludouicus Caroli Simplicis filius, Lauduni: Hugo, Compendij in Picardia: & Ludouicus iunior etiam apud Carnutes. *Petru Mathæus. I. C. Lugdun. in compend. Bellor. Ciuil. Gallia.*

24. Februarij Mathias Archidux Austria Imperator exercitus aduersus Turcam ducendi à Cæsare Fratre suo renuntiat, Vienna Iaurinum (vulgò Raab) cum tota familia profectus est, vt hostibus esset vicinior, bellique noua daret principia. Subsecutæ sunt illum quotidie nouæ copiæ, quæ in Silesia, Morauia, Pannonia conscribebantur, & Pragæ, Viennæque recenscebantur.

Eodem die Pontifex Romanus in Consistorio inter alia promisit, se 5000. pedites, equites verò 500. Romano Imperatori esse missurum. Qui omnes Romanæ sedis stipendio alerentur. Ad quam summam colligendam clero per totam Italiam sex decimæ, quæ 600000. coronatis æstimantur, imperabuntur.

Sed & Italiæ Principes Cæsari quoque pro sua quisque facultate auxilia missuri dicebantur. Magnus Hetruriæ Dux 70000. Respublica Genuensis 40000. Dux Ferrariæ 50000. Luca 20000. Parma 25000. Coronatos. Dux Mantuæ & Vrbiniatum obtulere Cæsari seipos ad bellum venturos, & contra hæreditarium hostem (si petatur) militaturos. *Ianson. lib. 8.*

Ridiculum est, attamen ominosum, quod hoc tempore nonnulli referunt de puerili bello in Turcia. Cum enim varij de felici rerum Christianarum successu rumores perditiones Turcicas spargerentur, Beglerberus Græciæ, siue capiendi ominis causa, siue quòd adolescentiam armis asfuefcere cuperet, 600 circiter pueros Turcicos, 11. 12. & 14.

annorum

annorum coëgit, baculis armavit, & portis Albæ Regalis eduxit. Eductos in duas diuisit acies, vnâ aciem Christianorum appellari iussit, alteram Turcarum. Illi in pugna lesus, huic *Hala Hala*, clamare præcepit. Vtrique fortiter pugnare mandauit, & præmia victori proposuit. Datur signum, ut clamor caelo, concurrunt infestæ acies, pugnatur eminus, & cominus tanto cum ardore, ut multi contusi, luxati, & semineces ad suos reportari debuerint. Interim quibus lesus erat tessera, victoria potiti, aduersarios in fugam verterunt, & ad portas vsque infecuti, in urbem repererunt. In sinistram hoc omen Beglerbegus, & quotquot aderant, acceperunt, etiam verebantur Christianos posthac in bello fore victores, se autem subiugandos, & Imperio omni fore exuendos. *Idem ibidem.*

In Suecia cum Rex ordinum petitioni annuisset, iuramentum ipsi de obseruatione statutorum & priuilegiorum Regni proponitur, prælegitur, & ab eo præstatur.

Quibus ritè peractis, Ioannes Rex Sigismundi pater qui hætenus insepultus seruabatur, solenni pompa sepelitur. Et post dies 14. Rex & Regina Vpsalia regia magnificentia coronantur. Regina paulò post Regi masculum peperit qui paucis post diebus, cum parentum totiusque Regni mærore obiit. Quamobrem Rex indictis comitiis publicis, constitutisque Regni gubernatoribus, & legibus, quibus in eius absentia Regnum administraretur, cum Regina vxore, & insigni comitatu in Poloniam reuersus est.

Dum hæc diuersis locis geruntur, Romanus imperator Legatos suos ad magnum Moschouia Ducem Theodorum, ad Principem Transyluanæ & Regem Poloniae misit, eorum tentare volens animos, quid in bello contra Turcas præstare voluerint.

Moschouitica legatio data est cuidam Vvarkutschio, nobili ex Silesia oriundo. Qui cum ad Moschum venisset, Legatos Tartari, Turcæ, Persæ, Poloni, & Dani in aula inuenit. Tartari, Turcæque legationes audita non sunt, sed contumeliosè his verbis reiectæ: Canes isti sese subducerent, suo enim malo breui experturos, Christum verum esse Deum. Cæsareum verò Legatum honorificentissimè excepit, totoque legationis tempore indemnem præstitit. Aderant & quotidie legato multi Moschouia proceres & magnates.

Tandem magnus Dux vocatum in aulam Legatū, quid in mandatis haberet, interrogauit. Cūque ille legationis causam exposuisset, supplicatque à Magno Duce Cæsarem contra Turcam flagitare dixisset: Dux ea re inter suos consiliarios deliberata, respondit: se in usum belli Turcici, Imperatorem quinque centenis aureorum donare millibus. Sed & quotannis quater centena millia daturū, quantum diu bellum hoc durauerit. Orare autè se Cæsaream Maiestatem, ne cum Turcis pacem faciat, copias quoque militares è suis prouinciis collectas, se ad hoc bellum (si opus sit) missurum, pollicitus est. Paulò post Legatum ad regale vocauit epulum, in quo diuersi missus seu fercula centum aureis scutellis sunt apposita. Post epulum legato incredibiles thesauros suos ostendit.

Cum autem Vvarkuscus quatuor penè menses in Moschouia commoratus esset, tandem discessurus à Magno Duce tribus aureis donatur vestimentis, quorum singula tribus thalerorum æstimantur millibus, Cæsareæ quoque Maiestati tot Zebellinas pelles, quot indumento pelliculando sufficiant, dono transmisit. Vvarkuscus, quia nulla preciosa penes se habebat donaria, præter duos oblongos

Anni
christi.

1592

Anni
mundi

5681

1599

5688

sclopos

sclopos, mirabili artificio elaboratos, eos vicissim Duci donauit. Qui propter eximiam artem fuerunt illi gratissimi. Atque ita Vvarkuscus ad aulam Cæsaream reuersus est.

Et ipso tempore Doctor Vvackerus ex Polonia legatus quoque redijt, gratissimum afferens suæ maiestati nuntium: Polonos scilicet contracto 28. armatorum millium exercitu, centum millia Tartarorum, quos Turca euocauerat, itinere prohibuisse. Multa Kosaccorum millia Cæsareæ Maiestati, si opus sit, auxilio ventura. Ad reliquas Cæsaris petitiones ordines Poloniae propter Regis sui absentiam respondere non potuisse, responsuros autem, ubi Rex ex Suecia redierit.

De felicibus Henrici Regis, postquam Catholicam religionem amplexus est, successibus nonnulla dicta sunt. At maiora adhuc dicenda restant, maioraque videbit in dies Rex, postquam religionem Catholicam, quam corde & ore profitetur, ipso opere & manibus tueretur & defendit. Nunquam enim felicioris fuisse Principes, quam cum relictis, quibus implicati erant erroribus, ad veram sinceramque fidem Catholicam transferunt. Nunquam infeliciores, quam cum hac fide deserta, ad hæreses prolapsi sunt. Ut autem innumeros Principes hæc transeam, vnus exemplo nobis sit HENRICVS BORBONIVS. Quas ille molestias, quas miseras, quas calamitates, quos animi mærores & angustias sustinuit, in quot periculis vixit, quam varia vsus est fortuna, nunc victor, nunc victus, quam diu Catholica deserta Ecclesia, opinionibus adhærebat Calvinianis, nemo nouit, sensitque, post DEVM, illo exactius: ad gremiū Ecclesiæ reuerso, ecce quam fausta, quam felicia regni initia! Certatim ad illum confluunt Proceres, Principesque; vtriusque ordinis, oppida, vrbes, ciuitates, non minores tantum, sed summæ totius Regni, imò ipsa Regum æterna sedes & iustitiæ, studiorumque mater LVRETIA. Quæ hæretici hætenus imperiū noluit agnoscere, & ne agnosceret, digna indignaque; perpeffa est. Ea nunc eiusdem Catholici facti imperiū vltro & quidem obuijs vlnis expetit, amplectitur, exosculatur. Quod quomodo factum sit, accuratius describetur ab alijs. Nobis satis est illud breuiter ex ipsius Regis literis ad Bullonium Ducem commemorasse.

Cum Parisiensium quidam viderent causam, ob quam hætenus bellum gesserant, conuersione Regis sublatam, deperditasque penè res & spes confæderatorum, Consilio & ope Comitum Brissaci & Bellini, olim vrbs Præfecti ad Regem mittunt, qui omnium rerum obliuionem pacti vrbs illi offerant. Facile impetrarunt, quod petebant. Dictus igitur dies est

22. Martij, hora matutina 5. quo tempore Rex cum quatuor circiter equitum peditumque millibus ad portam, quæ Luparæ arcis proxima est (nouam appellant) venit eamque sibi referatam inueniens, nullo reclamante ingressus est, vrbsque seu potius vrbsium matrem nemine resistente, 25. circiter caesis suæ subiecit potestati.

6. Maij Christiani cum exercitu 44200. equitum peditumque insigni & celebri, præter aurigas, lixas & calones, quorum ingens etiam erat numerus, Strigonium vrbs Pannoniæ inferioris, antiquam, celebrem, & munitam, Archiepiscopali sede nobilem, sex sub se habentem suffraganeos Episcopos, obsederunt.

Vrbem hanc vnam ex Primarijs Pannoniæ Soleimanes anno à partu virginis 1543. post trinam irruptionem infeliciter tentatam, nostris fortiter resistens, tandem deditione occupauit, operâ præsertim transfugæ cuius-

dam

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5681

1599

5688

dam senis Calabri, qui quo loco vrbs oppugnanda esset sceleratissime detexit. Captam urbem mox barbarus admirabili structura & opere ita munivit, vt Christianis eius recuperandæ spem omnem prorsus præcidisse videretur.

Felicibus nihilominus huius belli auspicijs motus Archidux Matthias urbem eam obsidione cinxit, & 7. die Maij magna contentione verberare, mœniâque ingenti machinarum multitudine disturbare cœpit. Tandem 11. Maij primo crepusculo ea vrbs munitissima occupatur à Christianis. Rascij cum suis in fidem recepti sunt. Turcæ verò reliqui omnes trucidati. Vrbs ipsa duobus signis Germanorum peditum, & 600 Vngaris, præter 300 Rascios & oppidanos munita est. *Ianson. lib. 8. Mercur. Gallobelg.*

Rudolphus Imperator, vt Turcæ tam potenti hosti resistere posset, & ne quid ad bellum laudabiliter gerendum deesset, omnium Principum Christianorum opem imploravit, insuper & comitia omnium ordinum & circularum Imperij Ratisbonæ sub finem Februarij primò indixit. Sed propter varias difficultates passim emergentes, in Martiũ, deinde Aprilem dilata sunt. Ac tandem Maio mense initium habuerunt.

In Belgio cum magnificentissime Rudolphi Cæsaris frater Archidux Austriae Ernestus pro Governatore exceptus esset, omnibusque Principibus, & subditis externis, internisq; magnam spem pacis fecisset, post maturam deliberationem ad ordines Hollandiæ, Zelandiæque & reliquos confœderatos pacificas misit literas 6. Maij datas. Quibus 27. eiusdem mensis ordines Generales confœderatarum Prouinciarum Belgij ita responderunt, vt si causam sibi demandatam Archidux promotam cupiat, nõ literæ scribendæ in posterum sint, sed arma capiendæ. Atque ita omnis spes pacis euanuit, & tota Legatorum Ernesti cum ordinibus Belgij tractatio in irritum cecidit.

Dum hæc in Hollandia geruntur, Carolus Comes Mansfeltius cum expedito exercitu, nomine Regis Hispaniarum in Galliam profectus Chappellam in Ducatu Thieracensi obsedit, & mœnia sine intermissione 12. machinis sic verberavit, vt obsessi, spe vrbs defendendæ abiecta, vitam, fortunâque pacti, deditioem 10. Maij Mansfeltio fecerint.

26. Iulij sub noctem hora circiter 9. Dux Nemoræus simulavit se somno teneri, & velle cubitum ire. Exiit itaque ponè lectum vestes, & mox cubicularij sui vestimēta induens, fictos capillos capiti imponens, excrementa sua in matula sub pallio portans, non tantum cubiculo egressus est, sed & ternas excubias pertransiuit. Omnes enim cubicularium Ducis esse arbitrabantur. Qui interea in lecto domini sui loco iacebat. Sed & coquus Ducis eodem die in abstrusissimo arcis loco, ad quem rarus erat accessus, murum perforarat, ita vt per foramen illud facile ex arce & vrbe pateret effugium. Ex eo Dux sese per funem demisit. Cumque periculum iam penè euassisset, à quibusdam equitibus expectabatur, qui eum in generosissimum equum subleuatam concitato cursu Viennam ad fratrem comitati sunt, à quo maximo cum gaudio & gratulatione exceptus est.

Fuga illius & euasio non ante posterum diem est cognita, Regique extemplo per literas significata, vt Rex aduentum suum Lugdunum tantò magis maturaret, nascentique malo remedium quæreret. Sed & Montmorantio Duci scripsere Lugdunenses, opem & subsidium ab illo flagitantes, vt hostibus dira minitantibus possent resistere.

Anni
christi.

1592

1599

Hoc anno

Anni
mundi.

5681

5688

Anni
christi.

1592

1599

Anni
mundi.

5681

5688

Hoc anno post restitutam Regi Lutetiam, libellus supplex ab vniuersitate Parisiensi, supremo Parlamento exhibitus fuit Aprili mense, cuius hæc fuit summa & cõclusio, vt Iesuitarum secta (sic enim appellant) exterminetur, non tantum Vniuersitate, sed toto etiam Regno Franciæ.

7. die Iulij Curia Parisiensis eis diem dixit, eosque in ius vocauit, vt publicè causam dicerent, seseque defendere. Illi verò per Aduocatum suum responderunt, causam suam, causam esse multorum Procerum, qui iam fideles se Regis ministros esse declarauerant. Consultum non esse, vt hæc omnibus reueletur. Petierunt itaque, vt clausis ianuis de ea disceptetur, iudiciũq; coram personis tantum necessarijs fiat. Quod & impetrarunt. Momordit hoc aduersarios, qui clamori, & multorum astantium applausui, acclamationique potius quàm causæ equitati confidebāt. Decretũ igitur vt Processus iuris clausis foribus institueretur, & disceptetur. Designati sunt aduocati, Academiae M. Antonius Arnaldus; Pastorum vrbs, qui se Academiae iunxerant, Ludouicus Dolleus; Societatis Iesu, Claudius Duretus; Procuratoris Generalis suæ Maiestatis, Dominus A. Seguerius Aduocatus Regis Generalis, orator ætate nostra clarus.

Societatis defensiones, & aliorum accusationes, præsertim ipsius Arnaldi excusæ sunt postea, & prostant, ad quas lectorem remittimus. Hoc scimus, causam eam vt maximi momenti & ponderis, à sapientissimo Parlamento nõ fuisse tum iudicatam, sed suspensam, vt aiunt, & retentam, vt maturo consilio postea & per otium examinaretur. Excusæ aliquanto post fuit libellus ea de re gallicè, cuius ferè hic titulus est: *Veritas defensã pro religione Catholica, in causa Iesuitarum, contra actionem iudicalem Anton. Arnaldi, per Franciscum Montium, Taurini per Michael Gaillard 1595.*

Scotorum Rex Iacobus prolem ex vxore sua Dana suscitauerat, iamque tempus instabat, quo infans baptizaretur. Misit itaque magnificam legationem ad ordines confœderatos Belgij, petens vt ipsi puerum è fonte leuarent. Gratissima fuit ordinibus hæc legatio, qui concilio coacto, singulos legatos singulis catenis aureis mille florenis æstimates donauerunt, & Dominum de Brederode, Aldegundum, & alios nonnullos designarunt, qui in Scotiam proficiscerentur, scyphos aureos duos, sex florenorum millibus æstimates puero iam baptizato donaturos. Prosperum itaque ventum expectantes, vltimo die Iulij sublatis velis ora soluerunt, & in Scotiam nauigarunt. *Ianson. lib. 10.*

27. Augusti nocturno tempore Turca Raban, seu Iaurinum, quam urbem superiore mense Sinam Bassa arctissime obsederat, & oppugnabat quotidie, iterum ignitis aliquot globis in tecta ciuium immisis, expugnare tentauit. Sed incendia excitata exiguo damno extincta sunt. Qua re irritati oppidani, sub ipsam diem crepusculum in castra hostium eruptionem & impetum fecerunt. Sed à Turcis qui maioribus copiis reuertebantur, repulsi & munitioibus reiecti sunt.

Tandem 29. Septemb. hora 10. ante meridiem Comes Hardechius certis conditionibus urbem munitissimam, & Christiani orbis propugnaculum immanissimo Christianorum hosti tradidit. Sed aliquantò post, scilicet 10. Iunij anni sequentis, de prodicione vrbs accusatus & conuictus capite plectitur Viennæ in Austria. *Idem Ianson. lib. 11. & Mercur. Gallobelg. & Cas. Campana lib. 15.*

Mense Septembri Iacobus Horstius antiquis. & celeberrimus Medicinæ in Academia Helmstadiensi Doctor, &

& & &

facultatis Decanus in Silesiam profectus est, vt puerulum Septemnalem molitoris cuiusdam videret, cui paucis ante Pascha diebus anni 1593. dentes quidam exciderant, eorum que loco alij, & in his aureus vnus dens molaris, in inferiore maxilla succreuerat, eadem forma & quantitate quæ erant alij. Ne autem falleretur, ait idem doctor, se eundem dentem ad lydium lapidem probasse, & paulò pretiosorem auro Rhenano deprehendisse, digitis eundem contrectasse, immobilem eum, & fixum, gingiuamque circumductam viuendam, rubicundamque inuenisse, &c. De hoc naturæ miraculo postea idem D. Horstius disputationem instituit, & de eodem libellum edidit, in cuius priore parte quærit, *Virum naturalis eius generatio fuerit an non?* In posteriori *virum digna eius dare queat interpretatio.* Excudit Lipsiæ Valentinus Vægelinus.

Per hos dies noua ciuitas palma à Venetis ante annum in foro Iulij, non procul ab Aquilegia ædificari cœpta, absolutur. Sub primis fundamentis positi sunt ex vario metalli genere nummi, qui ab vno latere effigiem D. Marci cū hac inscriptione habebant: PASCALICONIA DVCE VENETIARVM ANNO M. D. XCIII. ab altero typum ciuitatis, in medio crucem cum tali inscript, IN HOC SIGNO VINCES. in circuitu verò: FORIIVLII ITALIÆ ET CHRIST. FIDEI PROPVGNAVLVM. Ciuitas ipsa rotunda est, plateis, & ædificiis continuè distincta & ornata. Nouem in ambitu habet munitiones, singulas 200. passibus à se inuicem disternatas. Tribus tantum portis patet exitus, & ingressus. Nouem foras seu plateas habet, quorum primum in vrbe est centro, ex quo ad singulas munitiones lata via itur. In Umbilico huius fori munitissima turris in altissimam molem exurgit, ex qua ad singulas munitiones commodissimus est prospectus.

20. Septembris Sigismundus Princeps Transsylvaniæ, cum suorum conspirationem detexisset, astu eos capit, & de ijs sumit supplicium. Postea publico edicto per totam regionem omnibus facultatem dedit propriis suis sumptibus arma capere, & in militiam aduersus Turcam proficisci. Omnem prædam, quam ex hoste referrent eis ex solido donauit. Hac munifica Principis oblatione prouocati Transsylvani certatim sese armant & ad 40. millia confluent, qui recensiti ac lustrati, sacramentoque militari inter se deuincti Danubium versus primam expeditionem instituerunt. Vbi in primo suo aduentu felici auspicio naues aliquot Turcicas, omni commeatus, merciumque genere, auro quoque & argento oneratas inuenerunt, primoque impetu 7. ex illis interceperunt. Octaua, quæ & prætoria erat, in tutum enauigauit, Turcas plurimos occiderunt, inestimabilem prædam adepti, septem signa militaria ad Principem suum retulerunt.

Eodem mense Spandauia, quod est oppidulum Electoratus Brandenburgensis Dæmon specie humana visibili, iuueni cuidam Gabrieli Crumero apparuit. Aliquanto post Angelus: secundò Dæmon, iterum Angelus, & deinceps tertio & quarto, à quo miranda audiuit iuuenis. *Extat scriptum hac de re à Iacobo & Alberio Coleris, & Ioan. Prætorio Pastoribus & Curionibus Spandauensibus, Augustana confessionis hominibus.*

In eodem oppido Diabolus visibiliter obambulat, plures quam 20. homines corripuit, & possedit, in ipsa ædificiorum recta abripit, & miseris modis diuexat. In publicis etiam plateis disseminat pecuniam, torques aureos & argenteos, annulos, cultros, ligulas, acus, quorumlibet filo-

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5681

1599

5688

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5681

rum glomos, fascias, aliæque eius generis plura. Quicumque autem aliquid ex his sumit, statim à Dæmonio corripitur. Quare & in scholis, & in templis prohibitum est, vt omnes ab huiusmodi missilibus abstineant. *Ianson. lib. 11. Mercur. Gallobelg.*

In Gallia multæ ciuitates quotidie à sancto fœdere ad Regem deficiunt. Paret nunc illi tota ferè Normania, Guenna, Delphinatus, Campania, &c. Sed cum Picardi constantes in fœdere manerent, Rex in eos armis conuersis, Laudunum obsidet, & sibi subiicit, Nouiodunum sese dedit, & præsidium à Rege accipit.

In Scoria hoc mense Octobri nouus tumultus inter Catholicos & hæreticos exortus est. Hæretici namque catholicis quibusdam Comitibus infidias struentes, apud Regem egerunt, vt ipsis exercitium religionis, quod hactenus in castris suis liberum habuerant, interdiceretur. Non paruerunt edicto Comites, & vel tantillum sibi pro omnibus officiis & beneficiis Patriæ præstitis deberi existimabant, vt inter domesticos, intra priuatos parietes veræ & auitæ suæ Religionis exercitium sibi permitteretur. Non tulerunt id aduersarij, sed clam collectis ex Scotis & Anglis decem armatorum millibus Comites istos ex improuiso opprimere statuerunt.

Comites huius rei certiores facti, ex domesticis, nobilibus, aliisque subditis & sociis pro temporis angustia mille equites contraxerunt, quibus se vxores, liberos, aras & focos defenderent, Religionem Catholicam propugnarent: aut (si Deo ita visum fuerit) pro ea fortiter occumberent. In mora erat periculum, tumultuariè fiebant omnia. Ante pugnam Sacerdotibus omnes confitentur, Viaticum corporis, & sanguinis Dominici percipiunt. Sacerdos gladiis eorum, inuocato Dei nomine, benedicit: ex bysso candidissima cruces sibi conficiunt, quas galeis imponunt, vt quod corde credebant, externo hoc signo confiterentur. Itum sic in prælium, Ventum in conspectum hostium, qui eos loco non satis opportuno, sed palustri, & equis permolesto expectabāt. Vt paucis finiam, ceciderunt hac pugna Calviniani circiter octo millia & plures. E catholicis 17. tantum desiderati, vulnerati verò ad septuaginta tantum.

Hæc victoria singulari beneficio Dei parta qua Catholicorum oppressos animos in fide voluit confirmare. Scotiæ Rex audiens tantam tam numerofo exercitui, à tam paucis hominibus cladem illatam, effuse risisse dicitur. At publicæ pacis seruandæ gratia, Comites illi ad tempus breue exulare iussi sunt, vxoribus tamen, liberis & fortunis omnibus saluis. *Ianson. lib. 11. Mercur. Gallobelg. & Casar Campana lib. 15. histor. mundi.*

Mense Nouembri Princeps Ioinuillaus, nunc Guisæ Dominus, sese cum fratribus suis, vrbe Rhemensis, & aliis vicinis vrbebus, aut oppidis quibus imperabat, Christianissimè excepit, Prouinciæ, quam vocant, Gubernator constituitur. *Super ea re Regis edictum promulgatum, extat excusum.*

27. Decembris Henricus Rex Franciæ & Nauarræ Lutetiæ vulneratur à Ioan. Castellio Mercatoris Parisiensis filio, adolescente 18. annorum, qui eum interficere decreuerat. Ob quod facinus & scelus die 29. eiusdem mensis à Senatu Parisiensi condemnatus, vincus in publicum producit, & ad mortem rapitur.

Eodem Arresto omnes Sacerdos Soc. Iesu collegij Claromontani, & omnes alij prædictæ Societati addicti tanquam corruptores iuuentutis, perturbatores publicæ

1599

5688

tranquillitatis, inimici Regis & Regni infra tres dies post promulgationem huius Arresti Lutetia, & aliis vrbibus atque locis, vbi sua tenent collegia: & infra 15. subsequentes dies toto Regno excedere iubentur. Quod nisi fecerint &c. Patres obstreperi aut rebelles curiæ mandato non fuere, neque populum vlla in vrbe, vbi erant, ad sui defensionem concitauerunt, sed obediētes Regi, & Parlamento, Regno exierunt. Prius tamen ad omnia quæ ipsi obijciantur, tum à Rectore & Procuratoribus facultatū Academia Parisiensis, tum ab accusatore suo Arnaldo dilucidè responderant. Quæ cum vtrinque, vt iam superius diximus, typis Parisiis, aliisq; in locis extent edita, qui volet, hæc sibi comparet. *Ianson. lib. 11. Mercur. Gallobelg. & Cæsar Cæpa. lib. 15. histor mundi.*

Expulsi ergo cum Essent Lutetia, & aliquot aliis vrbibus Parlamento Parisiensi subditis; Retenti tamen Burdigalæ, Tholosæ & in vrbibus, quæ his duobus Parlamentis subditæ sunt.

Speramus, quia tandem obtinere solet veritas, eos breui redituros vnde deiecti sunt. Nam exhibuerunt Henrico Regi Christianis libellum supplicem, qui excusus est Burdigalæ hoc anno 1599. quo apertè & fortiter refutant, & à se depellunt calumnias, quas aduersarij obiecerunt.

1595. 1. Ianuarij solennitas & cæremonia ord. Equitum S. Spiritus ab Henr. 3. instituti, iam aliquot annos intermissæ per hos Gallia tumultus, ab Hærico 4. Fraciæ & Navarra, Rege Lutetiæ Parisiorum in Augustinensium conuentu Magna pompa, & populi frequentia renouantur, & celebrantur. Coopratis in eum ordinem & à Rege ipso creatis aliquot magni nominis Ducibus nobilibus viris.

Sigismundus Princeps Transyluaniæ, Regis Poloniae nepos, luuenis 23. circiter annorum, si quis alius cathol. Religionis studiosissimus, vt res suas stabiliret, maioremque potestatem, autoritatem, & commoditatem res bene gerendi sibi compararet, Magnificam legationem fœderis incundi causa ad Rodolphum Cæsarem misit. Quæ 12. Ianuarij Pragæ cisis 20. & equitibus 150. venit.

Ei appropinquanti comitatus insignis obuiam missus, & ab eo in vrbem deducta, multis lætitiæ signis, magnoq; honore, & liberalitate fuit excepta.

Ibidem conditiones fœderis seriò grauitèrque disceptatæ, præsentè & approbante Legato Clement. VIII. Pontif. Max. tandem compositæ, acceptæ, & subsignatæ sunt.

Initio etiam huius anni singulari Dei beneficio per Sigismundi Sueciæ, Poloniaeque Regis, & Theodori, Ioannis, Basilidis filij, Magni Moschouia Ducis Legatos, pax firma constituta est.

18. Ianuarij Magna in Imperio Otthomanico facta est mutatio. Amurathes enim 3. Turcarum Imperator. Selymi filius, Solymani nepos, an. ætas. 48. vitam imperiumq; cum magno vlulatu, blasphemia & impatientia, in summa miseria finiuit.

Mahumetes intellecto patris obitu mox Constantino-polim aduolat, statimque à primariis Bassis, omni populo, totoque exercitu inscio, Imperator renunciatus est. Nec mora, fratres suos omnes numero 19. ad cœuiuium inuitatos, nihil mali suspicatos trucidari iussit. Et cum satis crudeliter in fratres iâ natos læuissset, metués, ne quis adhuc nasci posset, eodem die decem Patris sui vxores in mare proijci & suffocari mandauit. Cubiculariorum magistro, qui obitum patris vsque ad ipsius aduentum ex Amasia Prouincia, occultarat, duo Cechinorum millia donauit, &

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5681

1599

5688

Matrem

Matrem suam magnificè, opulenterque donatam in longinquam regionem, vt ibi habitaret, amandauit.

Hoc modo Mahumetes imperium patris adeptus est. Eum porro esse 13. caput imperij Turcici, ex genealogiis Imperatorum, quæ ex monumentis Prusais, Amasianis, Sebastenis, Hadrianopolitanis, Constantinopolitanis, ex historia præcipuè Muselmannonum desumptæ sunt, luce meridiana constat clariùs.

Primus enim Osman, vel Otthomanus genuit 2. Vrchanem, qui procreauit 3. Murathem 1. à quo genitus 4. Baiasetes, à Tamerlano captus, & in cauea extinctus. Is quintum generauit Mahumetum, qui fuit pater sexti Murathis, scilicet 2. Cuius filius fuit Mahumet 2. in ordine Imperatorum 7. Ex eo natus est 8. nomine Baiasetus 2. qui protulit 9. Selymum, qui primus à parricidio fratricidiòque imperium auspiciatus est. Is generauit 10. Solymanum, in pugnis & victoriis felicissimū, qui tempore Caroli V. & Ferdinandi Imperatorum vixit, & ante Segethum moriens 11. post se reliquit, Selymum 2. Patrè duodecimi Amurathis 3. cuius obitum superius diximus. Peruenit itaque nunc imperium ad 13. Mahumetum scilicet 3. qui nūc regnat. *Ianson. lib. 12. Mercur. Gallobelg. & Cæsa. lib. 16. histor. mundi.*

Hoc eodem mense Henricus Rex Franciæ, Hispaniæ Regi & ipsius subditis bellum parat, quod ipsis iure belli indicere volens, literas indictionis scribi, & Lutetiæ publicari prius mandauit.

Huic vt responderet Rex Philippus simile edictum die 17. Martij scribi & Bruxellis publicari iussit, bellum & omnem hostilitatem Franciæ Regi & suis subditis denuntians.

24. Ianuarij Ferdinandus Archidux Austriæ, Ferdinandi Imperatoris filius, Maximiliani 2. frater, vitā cum morte commutauit.

Hoc Mense Legati à Venetis Henricum Regem Franciæ, salutaturi, Parisios veniunt hi tres, Vincentius Gradeuicus, Ioan. Delfinus, & Petrus Duodus. Primi duo vt Christianis. Regi scelicem successum gratulententur: tertius vt resideret in aula Regis, & succederet Ioanni Mocenigo, qui à Venetis reuocabatur.

21. Februarij Ernestus Archidux Austriæ, Belgicarum prouinciarum gubernator generalis, anno ætatis 42. placidè in Christo Bruxellis obdormiuit. Qui illud ab aduersariis, encomium tulit, quòd fuit Princeps grauis, qui rarò visus ridere, benignus tamen, clemens, pacificus, Romanæ catholice Religionis obseruantissimus, ad Hispaniarū Regis obsequium promptissimus, priuatum commodum non quærens: Ita vt sæpe non haberet, vnde domesticis & creditoribus persolueret, cum tamen frugi esset, nec vlli fastui aut pompæ deditus.

Mense Februario Legatus Principis Transyluaniæ Stephanus Paschæus Praga profectus est, vt Mariam Christianam, Caroli Archiducis filiam, Reginae Poloniae sororem Domino suo in fœdere cum Cæsare promissam, Principis sui nomine desponsaret. Legatum comitabantur Ferdinandus & Maximilianus Archiduces Austriæ, atque in eunte mense Martio circa vesperam Græciam Striæ Metropolitim venerunt. Postridie sponsa Transyluano in matrimonium traditur, & legato illius per Episcopum iuncta, in communem thorum adlocatur. Ducētib; sponfam Maximiliano Maximiliani 11. & Ferdinādo Caroli filio, sponsæ fratre. Biduo post desponsationē legatus Græcia discessit, quem sponsa circa Pentecostem in Transyluaniam sequeretur.

Anni
christi.

1592

Anni
mundi.

5681

1599

5688

10. Martij, inundatio mira & prodigiosa Beremburgi ad Salam, quod oppidum est Principatus Anhaltini. Cladem quam hac eluio oppidum istud accepit, nemo facile descripserit. Corrupta ingens annona, frumenti incredibilis copia, armorum pecorumque magnus submersus numerus. 60. aedes funditus euersae, plures laceratae, paucae remanserunt integrae. Quae nisi aut reparatae, aut trabibus suffultae tempestiue fuissent, pleraeque corruissent.

Baccharach oppidum est in ipsa Rheni ripa, inter Confluentiam, & Moguntiam situm. Hic 14. Martij, natum est monstrum horrendum, & maxime prodigiosum, anteriore superiorique parte homini, posteriore inferiorique serpenti simile, caudam habens tribus vlnis longam. Nec diutius vixit, quam quoad munere suo, propter quod missum erat, perfunctum esset.

Cum enim pater homo impius, contemptor Dei & hominum, ebriosusque Dominica quinquagesima in cauponam abiisset, ut secundum consuetudinem suam ad vomitum potaret, luderetque aleis, & omnem improbitatem exerceret: vxor vero illius partui vicina eum secuta admoneret, ut ab ista impietate abstineret; homo impius non tantum monitricis verba contempsit, sed eam misere percutiens, praecipit cum viuo suo daemone, quem vtero gerebat, & qui illi in partu opitularetur, domum concederet, si non pareat, se gladium suum capulo tenus in ventrem illius impacturum. Illa vero, Eia, inquit, Mi vir, ego ne viuum gero daemone? esto igitur. Nec plura locuta, domum reuersa est, maritum inter combibones, aleatorisque relinquens. Cum domum venisset mulier, dolores partus sensit, & terribile hoc monstrum, omnibus qui aderant, horrorem incutiens, peperit. Phæax autem ille, cum libidinem suam potando, ludendoque satis expleisset, & ipse domum rediit: ingressusque est ubi & puerpera & partus iacebat. Monstrum instar falconis in eum illatum insibilans, caudae suae implicatum hominem venenosis ictibus eum in modum pupugit, ut toto corpore tuberibus, contusionibusque pleno, paulo post infelicem animam exhalauerit. Marito mortuo puerpera quoque extincta est, & tandem monstrum viuere desuit.

Obierat mense Martio illustriss. Venetorum Dux Pascalis Ciconia, 87. suae aetatis anno, rara prudentia ad summum elatus per medios gradus illius Reipub. oratione funebri Latina & elegante laudatus ab Aenea Piccolomini oratore eloquentissimo, & professore literarum humaniorum in ea ciuitate.

24. Aprilis defuncto Duci successus est Marinus Grimanus Senator summæ bonitatis. Qui postridie solitis cum ceremonijs inauguratus, & Ducali pileo redimitus est.

Hoc tempore Florentiae monstrum natum est, visu horrendum, capite simiae, barba promissa, tam manuum quam pedum vnguibus aquilinis, Statim vero cum in lucem prodiiisset, expirauit.

Mirum est & illud, quod 2. Maij in Diocœsi Colonienfi, Dueatu Iuliacensi, & quibusdam locis Brabantiae diuina dispensatione contigit. Cum enim caelum nubibus esset obductum, tandem procellosus imber caelo decidit, & vna cum aqua siligo & triticum tam copiose delapsa sunt, ut incolae colligentes grana comminuerint, inuenerintque farinam candidam. Vnde panis confectus est, humano quidem vsui idoneus, sed alio pane paulo amarior. Idem anno 1567. accidisse testatur Cornel. Gemma lib. 2. Cosmographicorū, c. 2.

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5681

1599

5688

Anni christi.

1592

Anni mundi.

5681

26. Aprilis Torquatus Tassius Poeta & Orator clarissimus, Romae moritur. Ultimo vitae die & cum iam vicinus esset morti, missus ad eum fuit Cardinalis Cynthius à S. Pontifice inuifendi & consolandi eum causa. Qui eidem absolutionem & indulgentiam plenariam ipsius S. Pontificis nomine impertiret, ut cum hac quiete & bona spe animus abiret à corpore. *Casar Campana lib. 16. histor. mundi.*

Eodem mense Vienna Allobrogum, cum iam antea facta atque iterum irrito conatu tentata esset, deditioe facta per Gubernatorem vrbs, Montmorantium Ducem intro admisit. Huius vrbs deditio non parum Lugdunensium res, atque adeo ipsius Regis Franciae stabiliiuit.

Non ita multo post Diuionenses cum aliquot alijs vr-bibus se dedunt in potestatem Regis.

Sub finem Maij Magnus Magister Meltenis moritur, relictis 30000. aureis scutis. In cuius locum susceptus & electus est Martinus Arcies Arragonensis eques iam sexagenarius. Sed cui cruda est viridisque senectus.

Classis Hispanica, quae annorum aliquot tributa, & ingentem per Americam, auri argentique vim collectam vehebat, haecenus in Hauana, Cuba insule portu contisterat, ante mensem plus minus è portu egressa, Hispaniam versus velificarat, & per hos dies incolumis ab omni Anglorum, aliorumque pyratatum vi inuiolata, Hispaniam appulsa est. Constat ea nauibus 23. quae totidem auri miliones (ut vocant) aduehebat. Theaurum sane qualem nullus Monarcha ab orbe condito, vno eodemque tempore & loco vidisse creditur. Huic diu, sed frustra, insidiati fuerant Anglici pyraetae, varijs classibus per mare Arhanticum distributis.

9. die Iunij Poloniae Regi natus est filius, cuius natiuitatem Poloni publicis ludis ac triumphis incredibili cum gaudio celebrarunt.

20. Iunij Comes Fontanus Belgij pro tempore Gubernator in finibus Picardiae Castelletum oppidum Veromanduae munitissimum, quod Cameraco distat 4. Gallicis miliaribus, obsedit. Erecto sequentibus diebus vallo & aggre omnem tormentorum apparatus protulit, atque 25. Iunij sub auroram immanibus pilis mœnia cepit prosternere. A meridie VValones per muri ruinas irruptione fortiter tentata, obsessos eum in modum perterruerunt, ut eodem die sub noctem desperatis auxilijs de deditioe agere ceperint, & postridie Galli cum armis & impedimentis numero circiter 800. vrbe decesserint.

Cæterum dum Castelletum obsidetur, Hannum Veromanduae oppidum Regi Galliae proditioe recuperatur. Gommeronus Gallus qui arci eius oppidi praerat, & proditioe regendae causa in Brabantiam venerat, ad pecuniam sibi debitam, & aes militare efflagitandum, Bruxellae capitur & in castra retractus, gladio propter eam proditioem percutitur.

14. Iulij Comes Fontanus Dorlantium obsidet, & summa cum pertinacia & celeritate oppugnatum paucis post diebus expugnat, vrbe direpta, potior praedae pars Hispanis celsit. In ea commeatus, armorum, pulueris tormentariorum magna copia, cum 26. tormentis bellicis & 400. circiter generosissimis equis.

Hoc eodem mense Carolus Comes Mansfeltius, paulo ante Princeps Imperij creatus à Caesare, ad bellum in Vngaria contra Tarcam gerendum, Strigonium vrbe munitissimam obsidet, & aliquot post diebus oppugnare incipit.

14. Augusti circa Vesperam Comaræ, quo se è castris &

1599

5688

obsidione Strigoniensi, in lectica, medicorum suasu transportari iusserat, febre, quam dysenteria excepit, aliquot dies cum laborasset, placide in Domino obdormiuit. Princeps longiore vita dignus, magnus quidem corporis mole, sed maior animi fortitudine, qui a teneris annis inter arma enutritus, præclaram semper, dum vixit, Regi Hispaniarum Philippo nauauit in bellis operam. *Iansoni, lib. 14. Mercur. Gallobelg.*

Sequenti die, qui fuit 15. Aug. assumptæ B. Mariæ virginis facer, Henricus Dux Nemoræus, cum longo & immedicabili morbo diu conflictatus, tandem Anicij in Ducatu Sabaudia moritur, non sine suspitione veneni, vt in corpore aperto apparuit medicis. Atque ita intra biduum duotota Europa clarissimi & bellicosissimi Duces præmatura morte nobis erepti sunt. Hunc certe in ipso ætatis flore interemptum luxerunt multi. *De morte & exitu huius magnanimi Ducis vocibus lege epistolam 9. moralium epistolarum Equitis Durfii, Lugduni excusarum ann. 1598.*

Per eosdem dies Carolus Gonzagua Dux Mantuæ, Praga, cum Cæsaris licentia decessit, & in castra ad Strigonium profectus est, vt & ipse cæteris Christianis in Otthomano tyranno opprimendo mutuam operam commo-daret, præsidiumque adduceret.

Moritur interea Persarum Rex, cui filius successit, regni quidem paterni, sed non fœderis cum Turca initi, hæres. Cuius Regis mors res Otthomanicas non parum labefactauit.

Primo die Septembris Strigonium post longam obsidionem, in qua Turcæ multa passi sunt, deditur Christianis. Hoc modo celeberrima inferioris Pannoniæ vrbs, ad Istri & Grani confluentem sita, postquam quinquaginta iam tribus annis sub crudeli Barbarorum imperio fuisset, Christianis à Deo Opt. Max. auspiciis Rudolphi II. Cæsaris & industria, virtuteque Comitum Caroli Mansfeltij, Palsij, & Ioannis Medicei potissimum est restituta.

Cum autem Romæ nuntiatum esset Strigonium esse in potestate Christianorum, magna in vrbe orta est lætitia: omnia tormenta in mole Adriani excussa, institutæ supplicationes, & Deo actæ sunt gratiæ. Quibus Pontifex ipse interfuit, è Vaticano ad Mineruam, & inde ad templum B. Mariæ, cui ab anima nomen est procedens, Deoque gratias agens, pro tam insigni victoria Christianis concessa.

Inter Christianos captiuos, qui Belgradi in carceribus detenti à Sinano Bassa Constantinopolim ducti sunt, inuenta est quædam mulier virili habitu induta, quæ multos annos Christianorum castra secuta erat, & Cæsari fideliter militauerat. Mirati Turcæ rogarunt eam, annon sub hoc habitu viris vnquam permixta fuisset? Negante illa, interrogati sunt & reliqui captiui, an hanc mulierem non cognouissent? Qui omnes iureiurando affirmarunt, se omnes illam virum esse semper existimasse. Perlata est huius rei nouitas ad aures Sultani, qui eam ad se duci præcepit, atque inter cætera interrogauit, num sic, sexum mentita vnquam Turcas interfecisset? Illa nihil aliud rata, quam vt mox interficeretur, imo mortem ob captiuitatis immanitatem in votis habens, ait: se quando Cæsari meruisset, quæ militem decent semper cum optima fide egisse: in omnibus expeditionibus, oppugnationibus, velitationibus, ac pugnis, ad quas mandato Præfectorum suorum missa fuerat, se virum exhibuisse; nulli hosti pepercisse, sed plurimos castrum punctimque feriendo interfecisse. Admiratus Sultanus virilem mulieris animum, eam primò per urbem

Anni christi.

1592

An. 1599.

ATQUE hic decimum sextum seculum terminamus, in quo perpetuari doctrinæ superioribus seculis per manus acceptam, vt in singulorum coronide docuimus, ne isti quidem qui eam impugnant, inficiari possunt. Nam statim eis restiterunt omnes boni, docti, pariter & indocti, deinde sapientissimi quique pro ea scripserunt. In genere quidem Ekius, Erasmus, Cochleus, Tapper, Gropperus, Osius Cardinalis, Theologi Parisienses, Salmaticenses, Louanienses, Oxonienses, Colonenses, Henricus 8. Rex Ang. Roffensis, Alb. Pighius, Sonnius, Lindanus, Alphonsus de Castro, Melchior Canus, Canisius, Auratus, & alij infiniti, vernaculis etiam linguis. Sed inter omnes præcipue claruit Robertus Bellarminus Politianus societatis Iesu doctor theologus nunc hoc anno 1599. S. R. Ecclesie Cardinalis, qui disputationum de controuersis Christianæ fidei aduersus huius temporis hereticos tomos tres emisit in lucem, qui prostant Lugduni apud Joann. Pilehote 1596. In specie vero istis quibus de sequentibus capitibus, circa quæ eorum præcipue versantur hæreses, libri peculiare confecti sunt.

MISSA, continuata iisdem ritibus, ceremoniis, verbis, quibus prius. E Titelmano Tract. de expositione mysteriorum Missæ, Cl. Sanctij, Cassandri, & Pamelij Liturgicis: Espencei de adoratione Eucharistia, & libello de vtraque missa: Democharis opere de Missæ sacrificio, seorsum lib. 4. cap. 15 & infinitis aliis.

Gratia Dei, fides, Iustificatio. Driedo lib. de concordia liberi arbitrij Pighius opus, de Iustitia. Vuicellius lib. de voluntate hominis Christiani. Carbaialus in explicationibus argumentorum obiectione 2.2. & 1. Sententiarum cap. 59. Sententiarum huius aui lib. 3. sentent. dist. 19. & aliis scriptis. Qui & allegant illud Augustini de spiritu & litera ca. 9. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Non itaque

1599

1588

Duci,

injustificati per legem, neque per propriam voluntatem, sed gratis per gratiam ipsius, Non quod sine voluntate nostra fiat, sed quod sanet gratia voluntatem, vt sanata voluntas impleat legem non constituta sub lege, neque indigens lege & cap. 10. per gratiam quispiam iustificatur gratis, id est, nullis suorum operum præcedentibus meritis. & illud D. Thoma in 2. c. Iacobi. Nonne ex operibus iustificatus est. Contra Paulus Ro. 4. & ibi glossa Augusti. Non ex operibus iustificatus est, sed ex fide. Responso, Apostolus & Aug. loquuntur de operibus præcedentibus fidem, vt patet ibidem, ex quibus nullus plane iustificatus est. Hic autem loquitur de operibus sequentibus fidem, quæ dicuntur iustificare, non quatenus iustificatio dicitur gratia infusio: sed quatenus dicitur iustitiæ exercitatio, vel ostensio, vel confirmatio. Res enim dicitur fieri quando perficitur, vel innotescit. Guilaudius Parisiensis doctor in epist. ad Rom. duplex est iustificatio, prima & secunda. & c.

Eucharistiæ veritas, sacrificium, transsubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. Demochares lib. de Sacrificio Missæ, & lib. de Eucharistia. Garretius de ead. Tonstallus de ead. Caietanus contra Lutherum: Cassander in Liturgicis. Pamelius in Liturgicis, & in Cyprianum. Ioannes Hesselz lib. de probatione corporalis presentie Corp. & sang. Domini. Espenceus lib. de adoratione Eucharistia, & libel. de vtraque Missa, Claudius Sanctius in repetitionibus, & in liturgiis Grecorum. Soto in 4. Sententiarum, ubi & omnia dubia istorum soluit. Canisius in Catechismo maiore. Seresius libris sex de sacram. Altaris. Gaspar Casalius Lusitanus de Cæna & calice Domini. Iacob. Faber Molinensis pro sacro sancto Missæ sacrificio aduersus Anatonem Missæ. & alij innumerabiles.

Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, Cæremoniæ. Soto & Sententiarum reliqui in 4. sentent. Canisius in Catechismo maiore. Clitonus in 4. li. Damasceni, de Orthod. fide. Tilmannus Segebergensis lib. de 7. Sacramentis, & quotquot hac ætate scripserunt de Baptismo contra Calvinistas & Anabaptistas.

Pœnitentia & eius partes tres. Canisius in Catechismo. Sententiarum in 4. Concilium Colonienſe parte de sacramentis. Slotanus lib. disputatio-

1599

1588

Anni mundi.

1581

duci, vt ab omnibus conspiceretur, iussit, reductam Sultanae suæ donauit. *Iansonius lib. 14. Mercur. Gallobelg.*

Dum hæc in Vngaria geruntur Henricus Gallia & Navarra Rex Christianissimus Lugduni expectabatur, vbi multi erigebantur arcus triumphales, columnæ, picturæ, statuæ, magnusque fiebat apparatus, ad eum excipiendum.

Tandem 4. Septembris urbem ingressus, ab omnibus ciuibus incredibili triumpho & pompa exceptus est. Extat memoranda huius pompæ & magnificentia libellus P. Marthæi I. C. Lugduni postea excusus sequenti anno. E quo nos Lectori rem gratam facturos esse putauimus, si vnam aut alteram inscriptionem hic poneremus.

PERENNI MEMORIA.

HENRICVS BORBONIVS Rex Navarra ab incunte ætate miles egregius & insignis imperator, post aduersos simul & prosperos vitæ successus III. Nõ. Augusti M. D. XXXI. Rex Franc. inauguratus, victis, fufis, fugatisq. hostibus, victor, triup. Lugdun. constantis fidei urbem, vultu maiestatis & amoris pleno NONIS SEPTEMB. AN. M. D. XCV. ingreditur.

DECRETOS publicis votis Regis opt. congratulationi, triumpho, expectatissimo aduentui honores COSS. Lugdun. ingenti apparatu, magnificis sumptibus, & incredibili animorum propensione quingentis operarijs & artificib. absolutiss. exhibuerunt.

Postridie Calendas octobris Cameracum diu ab Hispanis obsessum Comiti Fontano deditur & traditur. Inde excedunt Galli cum armis & impedimentis suis. Ductore Balagnio Marechallo (qui eam ciuitatem per 14 annos tenuerat) & in Gallia fines nullam iniuriam passi 9. die Octobris peruenerunt.

16. Octobris Ciues Cameracenses indictis optimatum Comitibus, de Repub. constabilienda per aliquot dies consultarunt, & tandem libellum supplicem Comiti Fontano obtulerunt, quo petebant, vt Potentissimus Hispaniarum & Indiarum Monarcha, ditionem Cameracensem suis prouincijs adiungeret, supremum ius, & temporale dominum Catholicæ suæ Maiestati offerentes, modò ipsi iisdem legibus, immunitatibus, & priuilegijs fruere, quibus sub Archiepiscoporum imperio, vt prius conuenerant. Quorum opes infirmiores esse aiebant, quam vt urbem in Belgij finibus sitam, & hostium infidiis obnoxiam, diu contra potentes Gallia Reges tutari possint. Fontanus benignè eos excepit, atque de his rebus se ad suam Maiestatem diligenter perscripturum respondit. *Ianso. lib. 15. Mercur. Gallobelg.*

Hoc mense Octobri, postquam Henricus Rex Gallia & Navarra Catholicæ Ecclesie fuit reconciliatus, & ab excommunicationis vinculo Pontificis gratia absolutus, Multi Principe, qui antea confœderatorum partes secuti erant, Regi sunt reconciliati; inter alios etiam Dux ipse Mœnius, confœderatorum caput & protector generalis. Nemoreus Caroli defuncti frater, Iocuseus & Pernois, & cum ipsis multæ vrbes Gallia, & magnus nobilium numerus.

10. Nouembris Dux Montmonrantius Parisios venit, ab Henrico Rege accersitus, qui eum magnum Francia Connestabilem creauit, & vt à Parlamento Parisiens. confirmaretur, mandauit.

Circa hoc tempus Ludouicus Gonzagua, Dux Nierenensis, Princeps de Catholica religione, de Gallia & ipsius Regibus bene meritus, & imprimis de Henrico 4. cui fidelem semper nauauit operam, & pro ipso superiore anno legatione de rebus maximis ad S. Pontificem, functus fuerat, obiit diem suum, & Niuernis sepultus fuit, in monumē

to,

to, quod viuens sibi ædificari curauerat.

Mense Decembri Philippus Croius Dux Arschotanus Venetijs dierum plenus, è vita decessit. Princeps pacificus, Pius, & Carolo V. eiusque filio Philippo in omnibus rebus dubiis fidelissimus. Cui in Ducatu Carolus Croius Princeps Chimæus, eius filius successit.

1596. 4. die Ianuarij obiit D. Christophorus Mondragonius, Hispanus nobilis, arcis Antuerpianæ præfectus, veteranus militum Dux, innumeris penè victorijs clarus. Qui iam inde ab aduentu Ducis Albani in Belgio omnibus expeditionibus grauioribus interfuit, & vbique præclaram & fidelem Regi suo operam cum laude nauauit. Belgis perinde ac Hispanis, ob insignem rei militaris disciplinam, aliasque illius virtutes charissimus. Cuius illud æternis præconijs facinus dignum est, quod iussu Regis pro Gouliana ciuitate, in locis Zelandiæ sita 13. Calend. Nouemb. 1572. gessit. Quo tempore Ciuitas hæc à Gueusijs obsidebatur, & aditus omnes maritimi nauigijs eorum præpediebantur, ipse cum Gallis militibus mille trecentis Germanis trecetis, & centum Hispanis cœnosum tractum, longissimum, & venis stagnantibus importunum, pedestri itinere superauit, sacculis tormentarij pulueris, quem ferrent, in capita distributis. Cuius supra vires humanas audacis incepti ea felicitas fuit, vt hostes suos plures 700. opprefferit, & ciuitatem obsidione grauissima liberarit. *Ianfonius in supplemento Mercur. Gallobelg.*

Dux Guisus, qui iam, vt superius diximus, Regis partes sequebatur, cum multis equitum peditumque turmis in Prouinciam mittitur, vt eam Galliarum partem administraret, in qua adhuc nutabat Massilia, quam Consul Cafaultius Regi Hispanorum vendidit. Quamobrem ad eam Carolus Aurius cum aliquot instructissimis triremibus appulerat, ipse quoque in urbem receptus erat, licet classarij nõ admitterentur, sed in triremibus permanere iuberentur.

Cum in Comitibus Transsylvanicis mense Decembri ultimo habitis, communi ordinum consensu decretum esset, à bello Turcico non abstinendum, sed illud totis viribus, etiam contra Polonos continuandum, ne iugum Turcicum semel excussum, denuo induere cogantur. Tributa quoque subditis non reluctantis ea essent indicta, quibus bellum geri posset. Princeps operæpretium facturum sese existimauit, si ipse ad Cæsarem proficiscatur, ei necessitatem in quam à Polonis coniectus esset, voluntatemque suam & suorum de bello aduersus Christiani nominis hostem gerendo expositurus, simul opem & auxilium à Cære flagitaturus.

Præparatis itaque omnibus ad viam necessarijs, Princeps ipse cum Nuntio Apostolico, Patre Alphonso Cerilio, suo confessorio, D. Iosua Cancellario, Cornisio Gaspari Centurione in Hoest, Pancratio Senio Prætorio præfecto, Humenio medico, & alijs nobilibus aulicis, qui X I. cisis vehebantur, nonnullis etiam equitibus iter ingressus, primò Caschouiam, inde Pragam incolumis peruenit, vbi perbenigne & honorifice, insigni in occursum illi missò comitatu, initio februarj exceptus est. *Ianfon. Ibidem.*

Diu ab ordinibus Belgicis, Regi suo adhuc obedientibus, expectatus tandem Luxemburgum venit Cardinalis Albertus, Archidux Austriæ, Maximiliani II. Imperatoris filius, Gubernator Belgicarum prouinciarum nomine Philippi Regis designatus. vnde cum regulis & proceribus Belgicis & Hispanicis, cum nobilitate, & multis peditum equitumque millibus discedens, in Brabantiam sese rece-

pit, atque

Anni
Christi.

1592

num aduersus hæreticos, Turrianus lib. pro Epistolis pontificum, &c.

Clauis Ecclesiæ, Absolutio. *Canisius in Catechismo: Sanderus de visibili Monarchia Eccl. Ekim in locis communibus, Cortesius, & alij Sententiarij in 4. Turrianus libris de Dogmaticis characteribus, & libris tribus de primi capitis & indicis auctoritate & Principatu. Ioan. Antonius Delphinus oratione de Ecclesia.*

Confirmatio, extrema vnctio, reliqua alia sacramenta, & eorum vsus. *Canisius in Catechismo. Soto in 4. multis distinctio Ekim in locis communibus. Consilium Colonense. Hostius in confessione, & alij multi. Tilmanus Segebergensis lib. de sacramentis 7. Sed & Hieremias Patriarcha Constantinop. de numero ab ipsismet Hæreticis per Iacobum Smidelinum & Martinum Crusum epistola consultus, an. 1576. c. 7. sui primi responsi, septem esse docet hoc ordine, Baptismus, Vnctio (sic confirmationem appellant) siue Chrisma, sacra Communio, Manuum impositio, siue Ordo, Matrimonium, Pœnitentia, Olei sacramentum, vt & Græci alij responsione 12. & vltima ad Iacobum Cardinalem Guisanum, interprete Ioan. Leunclæo Germano hæretico, Basilea apud Oporinum an. 1571. Sic Orechonijs natione Roxolanus, materno genere Græcus & de Patriarchatu Cōstātinopolitano, Epist. Ad Hostium, de loco & auctoritate Romani Pontificis. Quod sanè omnium saculorum Græcis Christianis congruit. Nā Simeon Thessalonicensis. Iam olim inscripsit librum de septem Ecclesiæ mysterijs (sic Græci Sacramenta appellant) & (Abasilas in Liturgia expositione, præter Baptismum, & aliarum mysteria, cap. 29. cetera esse asserit vltimum olei sacramentum, & mox sanctissimum vnguentum (i. confirmationem) ordinationem per manuum impositionem, mysterium remissionis peccatorum (pœnitentia sacramentum) denique Orationem sacerdotis in matrimonio. Quorum omnium dispensationes & ritus extant in ipsorum Euchologio, siue Sacramentali. Baptismi cap. 15. 16. 17. Vnctionis siue Chrismat. Ibid. & c. 11. 37. Communionis & Liturgiæ. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Manuum impositionis siue ordinis, c. 111. 112. 113. 114. Matrimonij c. 18. 19. 20. 21. 22. Pœnitentiæ, c. 98. & c. Olei sacri c. 97. 98. vt iam constet non septem esse Papistica, sed Orienta-*

Anni
mundi

5681

1599

5688

Anni
Christi.

1592

lium Christianorum, maluolè alioqui affectorum erga Papam. Sic Moschi, lib. de eorum religione.

Primatus Romani Pontificis. *Acurius Ioseph à Petro patriarcha Maronitarum, de Monasterio S. Maria de Camibim in mote Libano an. 1515. Romam ad eum agnoscendum missus, apud Ambrosium Thesem in introductione in linguam Chaldaicam, Syriacam & Armenicam, quas ab eo didicit. Siud Syrus Nestoriano patriarcha an. 1552. in sua professione fidei à Masio versa. Abdisu Patriarcha Assyrius in sua attestatio ne manu ipsius picta & subscripta die 7. Martij, ann. 1562. Græci, in tractatu Nili de Primatu Romani pontif. quem vertit Flaccus Illyricus, vt tanquam forex suo indicio periret. Nam Nilus illic concedit Romanum esse summum Pont. impugnans duntaxat, quod eum tantum esse dicimus iure diuino, cum esset dicendum iure Ecclesiastico & Conciliorum. Abyssini & Ethiopes apud Damianum Goes duabus legationibus Matthæi, & Zagazabi. Latinos producit & enumerat Nicolaus Sanderus egregio illo opere de visibili Monarchia Ecclesiæ, vt iam nefas sit dubitare hanc esse fidem non huius aui modo, sed & reliquorum omnium precedentium. Turrianus lib. pro Epistolis Pontificum. Moschi apud Nicol. Fabram, de religione Moscouitarum, & Liscium Lutheranum.*

Libere arbitrium, bona opera. *Vuicelius lib. de voluntate hominis Christiani. Driedo lib. de Prædest. & lib. de concordia liberi arbitrij. Erasmus libro peculiari contra Lutherum. Ambros. Catarinus in opusculis & contra Caietanum. Sloatanus lib. disp. aduersus hæreticos. Clitlouans in libros Damasceni de Orthodoxa fide, capite de hac materia. Sepulveda contra Erasmus.*

Sanctorum preces, suffragia, in uocatio, reliquæ, imagines, festa. *Esselius libro peculiari. Amb. Catarinus in Opusculis. Soto in 4. sentent. Canisius. lib. de virgine & lib. de Ioanne Baptista contra Ceteriarios Syri & Nestoriani in tabula & titulis noui testamenti, & in suis liturgijs et Ritualibus. Ekim tribus tomis de sanctis, de quibus & sermones innumeri sunt Theologorum & Ecclesiasticum huius ætatis. Moschi apud*

1599

Anni
mundi.

5681

5688

pit, atque 11. die februarj urbem Bruxellensem magna pompa ingressus, ab omnibus patriæ proceribus, ordinibusque salutatus est 13. in ordine Belgicarum Prouinciarum Gubernator. *Quorum catalogum ex supplemento Mercurij Gallobelgici Ianfonij lector poterit repetere.*

Rudolphus Imperator cum varijs literis, nuntijs exploratoribus, & captiuorum confessionibus didicisset Sultanum Turcicum omnia iterum ad bellum parare: ipse quoque qua potuit celeritate & diligentia arma, auxilia, & pecuniam vndique in futurum bellum conquisiuit. Ad hoc bellum orientalis Franciæ, Sueuicus, & Bavaricus circulus conferrent 4. legiones, ea tamen conditione, vt Archidux Maximilianus ipse Dux belli imperet. Burgauia quoque Marchio legionem conscriberet. Spes erat Saxones eundem equitum numerum hac ætate, quem superiore, missuros. Multi præterea militum tribuni Pragam confluebant, quibus cum de equitibus, peditibusque colligendis agebatur, nihil enim intentatum reliquit Cæsar, saltem ne imparatum aut negligentem se hostis inueniret.

16. februarj Massilia Henrico Regi deditur, & in eam sub vesperam Dux Guisus cum 4. peditum millibus recipitur. Interfecto consule Cafaultio, & ipsa vrbe à regijs tanta celeritate occupata, vt Auriæ Princeps vix triremes portu educere, & suos in eas recipere potuerit.

Hoc mense februario Ludoicus Barlaimontius, Archiepiscopus Cameracensis iam tandem post diuturnum exilium dignitati, ac Diocæsi restitutus, cum vix totos menses 4. ea quiete vsus esset, in Christo obdormiuit. In cuius locum electus est D. Ioan. Saracenus, Abbas Diui Vedasti apud Attrebatas, qui ante annos aliquot ob eximias virtutes, & raras animi dotes fuerat à Catholica Maiestate in sui sanctioris status Belgici Senatû ascitus.

4. Martij rebus omnibus inter Cæsarem, & Transsylvanum determinatis, cum Transsylvanus paulò antè literas ab vxore accepisset, decem Rasciorum millia nunc iterum à Turca ad se defecisse, accelerabat iter suum, vt eos sibi sacramento obligaret, atque de menstruo cum ipsis stipendio cõueniret. Praga itaque Viennam, inde Lintzium, Lintzio Græciam proficisci constituit, vt cum soeru sua in Transsylvaniam reuerteretur.

Communis in aula fuit fama Cæsarem dicto Principi promississe, in vsu huius belli duo millia equitum, & tria millia peditum, quos suis sumptibus totos tres menses in castris aleret. Præterea 24. millia thalerorum in quemcunque vsu singulis mensibus se dependurum. Quòd si Turca præualeat (quod Deus auertat) Principemque suis ditioribus eiciat, Cæsar illi in Silesia duos principatus, ad honestum ordinis sui statum conseruandum assignabit. Præterea in discessu sua Maieestas illi varia chimpelia, 40. millibus aureorum æstimata, donauit. Sed & Pontifex eidem Principi pollicitus est, mensibus singulis 40. millia ducatorum, & Franciscum de Monte Mario, Sforamque misit, cum ingenti pecuniæ vi, ad militem pro Transsylvano conscribendum, cui ipsi imperaturi sunt. His tantis promissis, donisque oneratus Transsylvanus gratias agens Deo & Cæsari, magna spe, magnoque animo ad suos reuersus est, vt prælia Domini, sicut incepit, prælietur. Iuuenis 23. circiter annorum, quo tamen infensorem hostem Turcæ à seculo non habuerunt.

Hollandi, aliarumque prouinciarum ipsis confœderatorum ordines, vt Rempublicam quam hæctenus formant ac instituerant, adhuc magis stabilirent.

4. Die Aprilis nouum edictum publicarunt, contra eos qui temere in aduersae factionis prouincias & vrbes proficiscuntur, vel ex illis in suas ingrediuntur. Item contra Iesuitas, contra eos qui in Academiis quibusdam Regi Hispaniarum subiectis liberalibus disciplinis dant operam, & contra eos qui sub iuramento defensionis Romanae Religionis, promotionis titulos adepti sunt. Ianson ibid.

17. Die Aprilis Albertus Cardinalis Caletum expugnat. Quod anno 1558. à Gallis Duce Francisco Guiso recuperatum, nunc post reuolutum 38. annorum spatium, Alberti Austriaci auspiciis in Hispanorum potestatem venit.

23. Maij sub hor. 3. pomerid. Arda, oppidum situ operaeque munitissimū, circumfusis copiis obfessa & oppugnata deditur Alberto Cardinali.

Eodem Mense Fera iam à Gallis septimum mensem obfessa deditiōnem Regi Franciæ facit.

20. Octobris die Henricus Rex Rothomagum solenni Pompa & magnificentia ingreditur. Fama est eum apparatus Ciuium quadringentis millibus aureorum constitisse.

Ibidem Conuentus trium ordinum Galliae celebratur. De quo Annales Gallici consulendi.

22. Decembris nocte, Maxima eluione Sequanae à densis & continuis pluuiis quae praecesserant, Pons Molitorum Luterae, vna cum quamplurimis domibus superstructis, & plus quam 300. hominibus, vtriusque sexus, & ætatis, vorticibus vndarum obiectus, violenter erutus & abreptus, quasi momento corruit & absumptus est.

1597. 10. Martij hora 5. mane Gilbertus Genebardus, Theologiae Doctor in Academia Parisiensi, & Aquarum Sextiarum, siue Aquensis Archiepiscopus, huius Chronologiae autor, vsque ad finem Anni 1584. Operis profecto immensi laboris, & industriae admirabilis, de catholica Religione, & de literis Hebraicis bene meritus, magno bonis omnibus desiderio sui relicto, placide in Christo obdormiuit, in suo Prioratu Semureo, quod in Ducatu Burgundiae positum est. Multa scripsit, quae partim excusa profertant, & à Doctis omnibus auidè conquiruntur & leguntur: partim latent adhuc in Musaeo ipsius apud fratrem. Quem speramus ea propediem euulgaturum, & Reipublicae Christianae communicaturum. Interim nos ad suorum librorum Catalogum, quem viuens adhuc confecerat, & Tractatui de Liturgia Dionysiana, siue Apostolica, subiunxerat, Lugduni impresso apud Ioan. Pillehotte anno 1597. Lectorem remittimus.

11. Martij, Ambianum, Ciuitas Picardiae, ab Hispanis interceptum fuit. Non ita multo post obsideretur ab Henrico Rege, in cuius tandem potestatem venit post obsidionem longam, 25. scilicet Mensis Septembris. Paucis ante ipsam deditiōnem diebus Albertus Cardinalis cum 4. millibus equitum, & totidem peditum, vt obsidionem solueret, aut saltem in urbem nouum praesidium immitteret, comparuerat; sed cum conatum suum omnem irritum futurum prauidisset, retro tulit pedem.

1598. Mense Martio Dux Mercurius Britanniae Gubernator se dedit in Potestatem Regis cum aliquot eius Prouinciae urbibus.

Eodem Mense Gubernator Delphinatus Desdiguerius Munitionem, Barrault, inter Gratianopolim & Camberiacum sitam, in qua Praesidium Sabaudiae Dux posuerat, occupat.

2. Die Maij in oppido Veruins summo Dei erga populum suum beneficio, Pax conclusa & composita fuit inter

Anni Christi.

1592

Lascium Lutheranum de Theologia Moscouitica.

Preces pro defunctis, Purgatorium. Graci hodierni, qui & illud vocant τρυπαδα, τριδαον vnicò vocabulo, & κρυοφύλακτον. Nestoriani Mesopotamij, qui vocant Guentha. Moses Mardenus, in tabula lectionū noui Testamenti Syriaca. Syri & Nestoriani in titulis noui sui Testamenti, & in suis liturgiis. Hebraei Hodierni, vt & docent Heretici Fagius & Munsterus in 14. Deuter. & Nos libro peculiari. Auratus paradoxo 86. ex August. Grego. Nysseno &c. De Latinis aliis non laboro. Nam sunt innumerabiles.

Ieiunia, delectus ciborum, &c. Graci, Syri, Abissini, Indi, Armenij, vt ex eorum Calendariis apparet: Mosci, qui apud Lascium Lutheranum lib. de Theologia Moscouitica ritu Graeco magnam anni partem. i. 20. hebdomadas in ieiuniis transigunt. Primo ante Natalem sex hebdomadas solis leguminibus contenti: deinde octo ante Pascha. Tertio ab Octaua Pentecostes vsque ad ferias Petri & Pauli. Denique à Calendis Augusti vsque ad Assumptionem (Obdormitionem vocant) Virginis, praeter dies Mercurij & Veneris reliquarum Hebdomadarum.

Hac & alia à Sectariis contra Religionē disputata omnia comitia Imperatoria, cuncti cōuentus Principū, Populorum, Academiarum, vniuersae denique Synodi huius tempestatis magno numero cōfirmant, Lutherum Calvinum & istiusmodi reliquos detestantes & anathemate fulminantes. Cuius quantia sit vis euentus ipse loquitur. Nā non tam à nostris, quam seipsis confecti sunt, quotidieque conficiuntur. Lutherus Anabaptistas, Zuinglium, Carolstadium, Oecolampadium aggressus est. Protestantes & aliae Germanorū sectae Lutheri dogmata penitus deseruerunt, nec se amplius Lutheranos dici patiuntur. Ioac. Vuesphalus, Til. Hessussius, Castallio, Caranonijs, Gregorius Paulus, Molincus, Ioan. Morellius, Cassander, Valerius Gentilis, Blandrata, Ochimus, Roserius, Bernenses Calvinū expugnauerunt, vel eius sectam in plurimas seceruerunt. Castallio, Brentius, Smidelinus & plerique alii Bezam vexant. Protestantes, istorum amulos in Germania multis locis excurrunt. Denique ita in se seuiunt, vt corpus isti d

1599

Anni mundi.

5681

5688

Anni Christi.

1592

peccati propediem interiturum speretur cui & illud quadret. Epiphanijs, lib. 2. de Heres. cap. 2. Veteres narrant fabulam, quod ex multis aspidibus in uno testaceo vase collectis, & in singulis quatuor angulis Templorum Aegyptiacorum positis, si qua aliis fortior reperta fuit, ea reliquas aggressa deuorauit. Et ubi sola mansisset, alimentoque careret, conuersa seipsam à canda derodere cepit, & vsque ad reliquam corporis partem se adedit, quod viueret, vnde et Aspidogorgona vocauerunt. Sic heresis se penitus cōsumit & per Christi potentia delet.

Accedit, istorū Historicis & Chronologos omnes nobis dare testimonium vt Sleidanum, Carionem, Magdeburgenses, Pantaleonom, Funccium &c. Nam etiam isti secundum nos Ecclesia cursum fuisse, esseque docēt, & dum res Ecclesia se narraturos pollicentur, nostra duntaxat explicant, nostrōsque solos allegant, quasi apud nos positam esse Ecclesiam tacita conscientia fateantur. Quin & tradunt Romanā Religionem in cunctis Europa terris receptam esse, quā ipsi conati quidem sint & scriptis & armis conuellere, sed nondum potuerint, nec duo duce poterūt, vt vel eorum confessione sit nostra ecclesia cōtinua, perennis, immobilis, inuicta, denique Catholica permaneat, & omnes sectas sepeliat. Est enim Catholicum, quod semper, quod ubique, quod ab omnibus aut plurimis, & is quidem quorū spectata est perfectaque sapientia & pietas, communiter est creditum.

Atque hac quidem sunt, quae simpliciter demonstrada susceperam, de Doctrina, Fidei, Religionis, Ecclesia per singula saecula perpetuitate, vniuersitate, continenti successione, atque Romanam Ecclesiam, quae hodie est, esse Catholicam illam, quae Symbolo creditur, fuisseque eandem semper religionem Christianorum iam inde vsque ab Apostolis, donec id fufius, distinctiusque vel à nobis, vel ab alijs praestetur. Vali interim & nobis Deū precibus concilia.

1599

Anni mundi.

5681

5688

duos Potentiss. Reges Henricum huius nominis 4. Fraciae & Navarrae Regem Christianiss. Philippum 2. Hispaniarum Regem Catholicum, & Carolum Emanuelem Sabaudiae Ducem.

12. Iunij Pax ea proclamata fuit Parisiis in maiore Aula Parlamenti, & per vicos & plateas totius urbis, cum clangore & sonitu tubarum nouem, & lætitia iugenti totius populi.

22. Eiusdem, Galliae Regis Iuramento confirmata fuit, magna pompa & exultatione in D. Mariae Templo (quod est Cathedrale & Augustissimum Ciuitatis, imò Galliae totius) in manibus Legati Pontificis, & praesentia Ducis Atschotani, Comitis Darenburgij, Arragoniae Thalassarchi, & Dom. Ludouici Velasque, quos ed Legatos miserat Rex Catholicus. Eos in Aula Parisiensis Episcopi oppiparo & splendido conuiuio excepit Rex eodem die.

Sub id tempus cum Mandatum Regis de pace publicanda Dominus de la Guiche Lugdunensis urbis, & annexarum prouinciarum Gubernator, accepisset, ingens orta est tota Ciuitate lætitia, solennis indicta supplicatio, gratiarum actiones publicae fuerunt habitae, & sacra Concio, ignes passum excitati. Sed vnus publicus & praecipuus ad perenniorem tanti beneficii memoriam impensis publicis constructus fuit, eo artificio, vt populo reliquias belli, & quasi ipsius cineres videndos exhiberit. Ornatiss. viro D. Balthazare Villario Consiliario Regio, Curiae Lugdunensis Praeside, praefecto Mercatorum, & quatuor Consulibus ciuitatis procurantibus. Vide historiam totam eius publicae laetitiae excusam in 4. Lugduni apud Theobald. Ancelin Typographum Reg. opera, & industria Petri Matthaei Iuriscor.

Cæterum de hoc tanto beneficio per Regem nostrum Christianiss. simul & clementiss. summa cum gloria perfecta, & nobis concessio iuuat hinc gratitudinis ergo commemorare, quae scripsit Regi ipsi Henricus Monantholius Medicus & Mathematicarum artium professor Regius Parisiis, in epistola dedicatoria Mechanicorum Aristotelis. Excusus est liber Parisiis apud Ieremiam Perier 1599.

Sic ergo Regem nostrum alloquitur Monantholius: Quandoquidem pax victo semper sit necessaria, & victoria ea, quae nihil post se ferat insidiarum, semper expedit: statim eius ineunda, & cum potētissimo hoste Philippo Hispaniarum Rege concilianda occasione quaesita & oblata à Clemente 8. Pontifice summo, verè vtriusque gentis communi parente, per suum legatum Alexandrum de Medicis Cardinalem, & Archiepiscopum Florentinum, qui huic paci tractandae, conficiendae & nisi perfecta re nō relinquendae semper interfuit, & quasi praefuit, arripuisti; Duobus è tuo Sanctiore consilio delectis Consiliariis tibi, id est, patriae saluti addictissimis (permittes bona tua venia, Rex Clementissime, honoris & gratæ erga viros tam bene de te, totaque Gallia meritis memoriae nostrae gratia, hic illos nominari) Pomponio Belleureo, & Nicolao Brulario, toto tantae molis negotio per te commisso, Pacem tibi, tuis, toti Galliae honorificentissimam conciliauisti: pacem inquam absentem, & ad multos annos exulem reduxisti: Iureiurando solennissimo, sigillis vtriusque Regni confirmatam per pracones tuos proclamari iussisti: arma de manibus militum, quae erant sumpta pro te, & contra te sustulisti: iam tuorum in ligones, aratorum dentes, falces, vngues ferreos, vectes, trochleas, malleos, aliisque instrumenta vitae & mitioris, pacificae conuertisti: iam arua feracis Galliae recoli coepit ubique reuirescunt: læta se-

getes, agri vberes culmis aristisque luxuriant: ex ædificiis semirutæ restaurantur, dirutorum loco noua statuuntur: leges liberè pronunciant: iustitia libritenens fide zygostatica omnia indicat, linguarum & Græcarum artium, te eam restauratore & vindice, & custode, eruditio in Aca-
demiam reuersa frequentatur: ingenia, quæ in ea sunt præclara, in variarum artium iam redundant elegantiam, fœtusque suos producere gestiunt: mercatura denique tutò vagatur, peregrinatur, rusticatur, *Hactenus Monantholius.*

17. Iulij, Horrendum è cælo fulmen apud Pictauios & Turonenses, templa plurima, turres, arces, vrbes etiam ipsas obruit, euertit, & deformant.

13. Augusti Edicto publico Henrici Regis, sclopetorū, siue harquebusarum vsus, quocunque prætextu, tota Gallia interdicitur.

13. Septembris, qui fuit dies Dominicus, hora 5. matur. Philippus 2. Rex Hispaniarum, in arce D. Laurentij Escurialis mortuus est. & (vt poetæ vtamur verbis) composita pace quieuit. Eò se aliquot antè mensibus, & initio morbi iusserat transportari, vt illic procul à tumultu, & negotiis aulicis placidè obiret diem suum, & cum patre sepeliretur in Ecclesia Monasterij D. Laurentij. Toto morbi decursu nihil nisi de Deo, & præparatione ad Christianam mortem, aut cogitauit, aut locutus est. Extrema eius hæc vox fuit, se Catholicum in fide & obedientia Sanctæ Ecclesiæ Romanæ mori.

15. Nouembris Philippus 3. Philippi 2. Hispaniarum Regis filius, & hæres Regnorum paternorum, vxorem ducit Margaretam Austriacam. Albertus verò Archidux Austriae Infantem sororem eiusdem Hispaniarum Regis. Vtraque sponsalia summa pompa & magnificentia, à Clemente VII Pontif. Max. Ferrariæ fuerunt celebrata.

27. Decēbris, qui dies S. Iohanni Euangelistæ sacer est, in Ecclesia Cathedrali Viennensi quæ D. Mauritio sacra est, Hieronymus Villarius antea per decennium in Augustissimo Parlamento Parisiensi Consiliarius regius, solenni Ecclesiæ ritu, & cæremoniis magno populi cōcursu & applausu, sacratus fuit atq; vnctus Viennensis Archiepiscopus, à R. in Christo Patre D. Petro Villario ipsius fratre. Qui cum totos 24. annos in duabus Prælaturis, Episcopatu, scilicet, Mirapicensi, & Archiepiscopatu Viennensi operā indefessam nauasset, & minime infructuosam, in ipso bellorū Galliæ ciuiliū, non dicam æstu, sed incēdio, tot iam vigiliis & laboribus susceptis pro vinea Domini colēda & custodienda, fractus & debilitatus à Clemente VII Pontifice Max. & Henrico III. Fraciæ & Nauarræ Rege Christianis, facilè impetrauit, vt fratrem (dignum profecto successorē electum) in locum suum substitueret.

De ipso porro hoc iure dicere & affirmare possum, eum pristinum & antiquum nascentis Ecclesiæ pastoralis munus concionandi, quasi postliminio in nostra hæc turbulentissima & exulceratissima tempora reuocasse. Quod iam ipsius laudabile exēplum non pauci Præsules magna cum laude, & non minore fructu exequuntur atque imitantur.

Multa scripsit superioribus annis, & quotidie scribit in vsu & ædificationem sibi commissi gregis, & Ecclesiæ suæ Ministrorum. Putà de Fiduciaria Simonia, de Residentia Beneficiatorū, de Fundatione Capellarū (quas vocant) atque obituū, de Matrimonij celebratione, de officio Medicorum erga ægrotantes, de Vanis iuramentis, & Blasphemis, & aliquot alia Opuscula. *Quæ duobus Tomis distincta Lugduni præstati apud Ioan. Pillebotte, & Iac. Roussin Bibliopolas.*

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5681

1599

5688

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5681

Is ergo relicto fratre Archiepiscopo, Viennæ, & in ea suæ Diocæseos parte quæ magis tuta, & libera ab hæresibus semper fuit, ad Annonienses (qui & ipsi Archiepiscopatu Viennensi subiecti sunt) se recepit; Veteres quidem & Gebennensibus antiquiores hæreticos illos & Calvinianæ sectæ addictissimos: sed quibus admixti sunt satis multi Catholici & probi viri, quos in antiqua Patrum fide, efficacis doctrinæ, ac viuæ vocis energia, & sanctimonia vitæ, præsens ipse retinendos esse censuit. Interim etiam annittendo, quacunq; via & ratione posset, si quos reliquorum à proteruita sua & contumacia ad Catholicam fidem & pietatem posset adducere.

1599. 9. Ianuarij Petrus Epinacus Archiepiscopus & Comes Lugdunensis mortuus est Lugduni anno ætat. 59. Is fuit diuinarum & humanarum literarum eruditus, Ecclesiastici ordinis in Concilij Blesensibus orator, Meldunensis confessus Præses, & Christianiss. Fraciæ Regis ab intimis consilijs. Qui dum pacato orbe, pacis munera, & collapsam Ecclesiæ disciplinam restituere cogitabat, hac mortali via, ad immortalem vitā, curis solutus anxius abijt.

Illi, Christianiss. Regis & S. Pontificis beneficio successit Albertus Belleuræus, Magni illius Pomponij dignus filius. Qui mēse Iunio anni huius, Lutetiæ sacratus fuit Archiepiscopus ab illustriss. Cardinale de Gōdy Episcopo Parisiensi.

27. Ianuarij Lutetiæ Arrestum Parlamenti promulgatur, quo edicta Priorum Fraciæ Regum aduersus Blasphemos confirmantur, & vt in posterum accuratè obseruentur, mandatur. Ea de re paucis antè annis librum integrum, varia lectione, & eruditione rara refertum emisit in lucem R. D. Petrus Villarius Viennensis Archiepiscopus. De quo paulò antè meminimus.

31. Ianuar. Catharina Borbonia soror vnica Henrici 4. Fraciæ & Nauarræ Regis nubit Henrico filio primogenito Caroli Ducis Lotharingi, Marchioni Pontis. Nuptiæ fuerunt celebratæ apud S. Germanū in Laya prope Parisios.

25. Februarij ea cū marito & multorū Principū & nobiliū comitatu, Lutetia relicta in Lotharingiā proficiscitur.

Hoc eodem mēse Histrones Itali funambuli Lugduni à populo spectantur, similia ferè præstantes, qualia narrat Hieronymus Cardanus se in Italia vidisse, lib. 18. de subtilitate, titulo de mirabilibus. Nam saltabant ad rithmam super fune, & alia multa prodigiosa, & supra fidem eorum qui non viderunt, peragebant. Nos hæc vidimus non mediocri, pro ipsorum vita, metu nostro.

25. Februarij Edictum anni 1577. Parisijs tandem in Parlamento confirmatur, post multas difficultates obortas in ipso Senatu, apud quem clausulæ modificationum secretæ remanserunt. Vnica hæc fuit appositæ: *Sine approbatione Religionis præsentis reformata.*

19. Martij, Iustus Ludouicus Baro Turnonensis, arresto Secretioris Concilij Regij, Rege ipso & præsentē & Præsidente in integrum restituitur. Et Parlamenti Parisiensi & Tolosati (à quibus Arresta contraria inuicem ea de re, superiore anno prodierant) silentium imponitur, ne post hæc cognoscant de Patribus Soc. Iesu, Academiæ Turnonensis Præceptoribus.

Hoc Menis Iulio Arrestum nouum Parisiensis Senatus promulgatur aduersus duella, & querelarum quæ armis & ferro decernuntur disceptationes.

Sic Rex noster Henricus IV. Fraciæ & Nauarræ Christianissimus, labore suo & sudore parta pace, & Gallia suæ restituta, omni via & ratione qua potest, inimicitias sup-

1599

5688

rum subditorū priuatas, odia, & querelas in contemptum Dei Opt. Max. Legūmq; tum diuinarum, tum humanatum, & Regni ipsius perniciem mox erupturas, sopire & ex suorum animis auerruncare conatur.

Hic est Regū Franciæ L XIII. numerus climactericus, & mysterii plenus. Faxit Deus vt diu felix, & sibi & Gallia suæ regnet cum pace, & religionis Christianæ propagatione. Quod si, Deo ita volente, eueniet, haud profectò verendum erit dicere, & palam, quod omnium historiæ contestabuntur, proclamare, HENRICVM IIII. rerum admirabilissimarum Regem, & Regum qui hæctenus, in quacūque orbis parte regnauère, fore præstantissimum & admirabilissimum,

Hūc namque aiunt, cum mors Philippi Huralti Comitis Cheuernij Franciæ Cæcellarij sub finem huius mensis Iulij in aulam perlata esset, in hanc erupisse vocem: Nunc ergo Belleuræus meus Cancellarius est, & statim motu proprio D. de Villeroy primario Secretario mandasse, vt breue & formam prouisionis eius dignitatis, Pomponij Belleuræj nomine conscriberet. Atque ita optimus ille Belleuræus iam quinque Franciæ Regum fidelis consiliarius, plurimis & ad varias Regni huius Francici prouincias, & ad vicinos Reges, aut Respublicas, & Principatus legationibus clarus & bene meritus, ad hunc summum honoris & dignitatis togatorum totius Gallia apicem, iam grandæuus, & septuagenario maior, per acri Sapientissimi, Henrici Regis Christianissimi iudicio nullius fauore aut commendatione, sed suarum ipsius clariss. virtutum & antea actæ vitæ testimonio & recordatione euectus, atque elatus fuit, vt quod illi superesse vitæ volet Deus (volet autē vt speramus & vouemus adhuc plurimum) id omne procurandæ & promouendæ iustitiæ, pietati, concordia publicæ, reliquisque tandiu concupitæ & exoptatæ pacis muneribus, possit impendere.

Emericus de Vic in Sanctiori Regis Concilio Cōsiliarius, & in Tholosate Parlamento Præses dignissimus, Regi suo Henrico totique Regno Franciæ charus, propter indefessum studium & operam quam componendis horū calamitosissimorum temporum dissidijs posuit, & plurimarum Gallia ciuitatum reconciliationibus & deditionibus in potestatem sui veri & legitimi Regis, innumeris ob hoc ipsum vltro citroque magnis & periculosis legationibus susceptis, & cum maximo fructu & laude immortalis obitis: Hoc etiam postremis his diebus de catholica fide, & imprimis de ipso Delphinatu bene meruit, vt mandato Christianiss. & Clementiss. Regis cum D. de Lesdiguieres Gubernatore, D. d'Illius Senatus Principe, alijsque multis tum consiliarijs, & officarijs Regijs, tum nobilibus viris eam Prouinciam totam peragrârit perlustrâritque, vt postremi Ediçti Regij promulgationem, & obseruationem re ipsa procuraret. Qua in difficili & laboriosa legatione obeunda, hoc vir magnus, & magnis rebus natus perfecit, vt iam in tota ea Prouincia Sacrosanctæ Missæ celebratio, liberatque ac secura Ecclesiæ Catho. Apostolicæ Romanæ professio in plusquam 50. tum pagis tum vrbibus, quæ in ijs iam pridem desierat, quasi postliminio fuerit reuocata atque restituta. Idem superioribus mensibus procuratum fuit in Sanctonum agro, & eius præcipua vrbe Rupella.

Ad finem iam peruenimus, Candide Lector, & hic in præsentia, quiescere decreuimus. Cæterum obnixè te rogatum velim, vt hanc opellam nostram tumultuariam, & sub

ipso

Anni
Christi.

1592

Anni
mundi.

5681

5688

1599

Anni
Christi.

1592

1599

Anni
mundi.

5681

5688

ipso prælo præcipitatam boni consulas. Hoc certè quicquid est laboris, inuitus, fateor, suscepi, & vt Bibliopola ipsi optimo viro, & de re literaria bene merito morem gererem. Huic enim cum hæc Chronologia Gilberti Genebrardi ab operis typographicis iam iam absolueretur, in mentem venit, eam hoc qualicumque auctario locupletatam tibi exhibere. Quòd si vsquam erratum à nobis esse deprehenderis, te rogo liberè vt admoneas. Nam si quid hic scriptum Catholicæ fidei repugnans, aut minùs fortè consentaneum reperiatur id statim expungi, & pro non scripto haberi volo. Speramus porò & optamus Deum omnipotentē nobis futurum propitium, suam iam pridem in nos inflamatam iram auersurum, corda filiorum ad patres conuersurum, animos impiorum per hæresim, & atheismi deuia errantium Spiritu suo sancto illustraturum, vt terra sit vnus oris & labij, ipse vnus agnoscat, colatur, celebretur in vna Ecclesia, qui solus est in sæcula benedictus. Amen.

FINIS.



RATIO, CVR PER PONTIFICES ROMANOS
deducta sit Chronographia.

Irenæus lib. 3. cap. 3.

Maximæ & antiquissimæ & omnibus cognitæ, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ fidem per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos indicantes, confundimus omnes eos qui quoquo modo, vel per φιλαυτία malam, vel vanam gloriam, vel cæcitatem, & prauam sententiam, aliud quàm oporteat, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiolem potentialitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Fundantes igitur & instruentes Beati Apostoli Ecclesiam, eius administrandæ episcopatum Lino tradiderunt. Succedit ei Anacletus, post eum tertio ab Apostolis loco episcopatum sortitur Clemens, &c. vsque ad Eleutherium, sub cuius, *inquit*, ordinatione & successione veritatis traditio & prædicatio peruenit vsque ad nos.

Tertullianus lib. de Prescriptionibus aduersus hæreticos.

Cupio ostendant mihi ex qua auctoritate prodierint, edant origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit, habuerit auctorem & antecessorem: hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt: sicut Smyrnæorum Ecclesia Polycarpum à Ioanne collocatum refert, sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit, &c. Confringant aliquid tale hæretici.

Augustinus contra epistolam Manichæi funda. cap. 4. Et de utilitate credendi ad Honoratum, cap. 17.

Multa sunt alia, quæ in eius (Ecclesiæ) gremio me iustissimè teneant, tenet consensus populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa Sede ab apostoli Petri, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad presentem Episcopatum successio sacerdotum. Tenet postremò ipsum catholicæ nomen, &c.

Idem in Psalmo contra partem Donati tomo 7.

Numerate sacerdotes, vel ab ipsa Sede Petri, & in ordine illo patrum quis cui successit videte, ipsa est Petra quam non vincunt superbæ inferorum portæ.

Idem in lib. Quæst. veteris & noui Test. cap. 110.

Ordinem ab Apostolo Petro cœptum, & vsque ad hoc tempus per traducem succedentium Episcoporum seruatam perturbant, ordinem sibi sine origine vindicantes, corpus sine capite.

Idem

Idem & Fortunatus & Alipius episcopi epist. 165.

Si ordo Episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius & verè salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait, Super hanc Petram, &c. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, &c. vsque ad Anastasium, qui tunc tenebat cathedram.

Optatus lib. 2. contra Parmeniam. ubi Rom. Episcopos enumerasset ad Syricium vsque, insultans Donatistis & probans suam Ecclesiam partem esse Catholicæ, quæ cum Romana consentiat.

Vos, *inquit*, vestræ cathedræ originem edite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare.

Epiphanius lib. 1. cap. 27. tom. 2. ubi seriem Rom. Episc. ex catalogo enumerauit.

Et ne quis, *inquit*, miretur quòd singula ita recensemus, per hæc enim claritas ostenditur.

Erasmus contra Nouatores.

Mihi pro mea causa sufficit veterum sanctimonia, vitæ probatissimorum auctoritas, Episcoporum maiestas, publica Christianarum gentium consuetudo. Quos omnes si damnatis insanix, malo cum illis insanire, quàm vobis assentiri.

D. Paulus Ephes. cap. 4.

Ipse (Christum intelligit) dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, &c.

Vsi sunt hac ratione multi alij veterum, vt Origenes, vt Augustinus alijs locis, qui & Manichæis eam obiicit quinquies aut sexies in libris contra Faustum, & in libro de utilitate Credendi, & in lib. 1. contra Aduersarium legis cap. 20. Quam etiam admittere coguntur istius æui hæretici, si suis principiis insistere velint. Quærentes enim cur Romani Pontifices semper habiti sint πρώτοι τῶν ἱερέων & cur, τὰ ἀρεθῆα τῆς πύλης in Ecclesia ipsis apud Ecclesiasticos scriptores etiam Græcos (Soc. lib. 2. cap. 15.) attribuantur, tres aut quatuor causa fuisse respondent. 1. Quia Romanam Ecclesiam inualuerat Petri ministerio fuisse fundatam & constitutam, vnde & ipsi magnum honorem vbique veteres detulisse & reuerenter de ea locutos esse. 2. quia doctrina, peritia & multarum rerum vsu præstantes viros haberet. 3. Quòd omnibus alijs sedatior & doctrinæ semel traditæ tenacior fuerit, proindeq; sedes Apostolica vocata habitaque sit. Centuriat. cent. 4. cap. 7. Caluin. lib. 4. Instit. cap. 6. sect. 16. & cap. 7. sect. 11. 12. 13. 14. 17. 18. 19. Bucerus in præparato rijs ad concilium. Molinæus & Villerius contra Ruffum.

IN OPE

IN OPERIS COMMEN-
dationem Carmen.

*Haud facile est (aiunt) complecti plurima paucis,
Nec promptum in tabula pingere lata breui.
Hoc opus egregie factum proponit utrumque,
Et duplici fœtu corda grauata leuat.
Nam breuitas sensum vincit, sed sensus abundans
Exuperat molem, qua grauata ora virum.
Digerit à prima nascentis origine mundi
Tempora, describit Casareasque vices.
Pontificesque sacros, & Regum nomina promit
Ordine, commonstrans aurea sacra patrum.
Quos Romana colit, celebratque Ecclesia, tutam
Qua tenet in terris tempus in omne fidem.
Unde potest quiuis longo dignoscere cursu,
Quam reliquis præstet sancta cathedra Petri.
Illam Pontificum firmat successio vera
Romanorum, vllum non habitura modum.
Non habitura modum (inuidia rumpantur iniqui)
Nam æternum Petri petra colenda manet.*

Gilb. Cheze. Theologus Parisiensis.

AD G. GENEBRARDVM
Tetrastichon.

*Si facis extinctum viuendo viuere tempus,
Ingratum (haud doleas) non tibi tempus erit.
Præteritis vitam sacris, Genebrarde, parasti,
At tibi nunc vitam sacra futura parant.*

Petrus Catel Tholosas.